BIBL. NAZ.
VITT. EM. III
152
0
12-13
NAPOLI

152.
0
12-13

Digitized by Google

AD NOVVM THESAVRVM
VETERVM INSCRIPTIONVM
CL. V. LVDOVICI ANTONII MVRATORII
SVPPLEMENTVM.

AD NOVVM THESAVRVM VETERVM INSCRIPTIONVM CL. V. LVDOVICI ANTONII MVRATORII SVPPLEMENTVM

COLLECTORE

SEBASTIANO DONATO

LVCENSI PRESBYTERO

Tomus Primus

In quo praeter Inſcriptiones continentur Opera, de quibus in Praefatione.

CVM TABVLIS AENEIS.


BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

LVCAE MDCCLXV.

Ex Typographia Leonardi Ventvrini

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google



C.º Pietro Rotari del. Dom. Cunego Scolp

AMPLISSIMO ET ORNATISSIMO VIRO

VALERIO BOSCHIO

NOBILI BONONIENSI

SEBASTIANUS DONATUS

Χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Optabam vehementer, ORNATISSIME VIR, ut quæ jam dudum promiſeram, opportunum adimplendi adveniret tempus, quo officii mei, amoris, gratitudinis teſtimonium, ſtudiumque meum aliqua publica ſignificatione TIBI probarem, & patefacerem; quum nihil mihi antiquius fuerit, nec æquum, & ſanctum magis duxerim, quam ſtare promiſſis, & ingrati animi notam effugere. Quum autumnalibus feriis anno MDCCLVII. ut optime noveris, Florentiæ optatiſſimo mihi a te exceptus hoſpitio, & liberaliter, comiterque tractatus, ſtudia noſtra, penitiorum præcipue antiquitatum, magna cum voluptate tecum conferrem, & Inluſtris illius Civitatis ditiſſimas Bibliothecas, ſelectiſſimaque Muſea, ac præſertim, quæ in hoc genere apud *Celeberr. Baron. Philippum de Stoſch* erant ampliſſima,

& ſingularia, perluſtrarem: obſervatis inter alia Cimelia, tot tantiſque Epigraphis ineditis in lapidibus & in adverſariis: *Quam præclara materies*, (mihi inquit Stoſchius Antiquariorum noſtri ævi nemini ſecundus) *ſe ſe offert ad Novum Theſaurum Muratorianum amplificandum, & Immortalis illius Viri τοῦ μακαρίτου deſiderio votiſque obſequendum: Quidni manus admoves?* Tu ſtatim, Ornatissime Vir, ad hanc provinciam aggrediendam animum, etſi tanto labori imparem, excitaſti meum, & mihi hærenti & repugnanti propriæ tenuitatis conſcio, & vel illius cogitatione deterrito alacritatem adjeciſti; deinde nec opinatis difficultatibus feſſum & quaſi deſperantem erexiſti & recreaſti, non verbis tantum, ſed re ipſa mirifice me juvaſti; nam libros tua pecunia eo potiſſimum conſilio comparatos ſuffeciſti. Qua de cauſſa mihi nihil amplius hæſitandum fuit, an provinciam hanc, etſi arduam, ſuſciperem, nec jam dubitandum eſt, cui hujus Scriptionis primos fructus offeram; quum ad nullum alium quam ad Te pertinere videam, a quo primum ſcribendi occaſionem accepi ſimul & opem. Revera Tibi convenit, quod *Plinius Cæcilius Secundus* in Epiſt. xii. Lib. viii. de *Titinio Capitonio* prædicat: *Vir eſt optimus, & inter præcipua ſæculi ornamenta numerandus, colit ſtudia, ſtudioſos amat, fovet, provehit, multorumque, qui aliqua componunt, portus, ſinus, præmium, omnium exemplum .... Porro tanto turpius gratiam non referre, quanto honeſtior cauſſa referendæ.* Siquidem tuum Muſeum antiquis numis inſtructum, atque a Doctiſſ. Viris *Vaillantio*, & *Stoſchio*, aliiſque celebratum, tua Bibliotheca inſigni librorum copia referta, & in dies recentioribus, inluſtribuſque ſcriptoribus auctior, palam faciunt doctrinam, & eruditionem tuam, ac te eſſe Muſarum, penitiorumque Antiquitatum amantiſſimum, optimumque cultorem. Cui egregio mirificoque genio non ſolum Geographiæ, ſed etiam Italici, Romanique ſermonis, & exterarum linguarum, quæ hodie in cultiſſimis Europæ provinciis maxime uſurpantur, peritiam addis. His eximiis animi tui dotibus non impares ſunt comitas, morum candor, liberalitas, juſtitia, prudentia, quæ pietati in DEVM, & caritati in pauperes (imitaris enim *Franciſcum* Patruum, qui ipſius Caritatis præcordia habebat) cæteriſque Chriſtianis virtutibus conjuncta per quam maxime nitent. Quapropter dignus fuiſti,

ſti, ut Patria tua bonarum artium Mater Te, Ornatissime Vir, ad ſummos honores & Magiſtratus eveheret, alii Te palam colerent, ac celebrarent, atque Clariſſima gens Vrſia affinitatem tecum jungeret, quæ Inluſtribus Viris floruit, & floret: Inter alios honoris & obſervantiæ cauſſa *Johannem Baptiſtam Vrſium* recenſeo: qui quum morum ſuavitate, fide, religione, probitate, doctrina, cæteriſque virtutibus ornatus ſit, eccleſiaſticis dignitatibus Bononiæ perfunctus ad Epiſcopalem Sedem Fanenſem a Sapientiſſimo Clemente XIII. P. M. ſumma civium gratulatione ac plauſu vocatus fuit. Accipe igitur, Amplissime Vir, hanc publicam ſinceræ in Te benevolentiæ meæ, gratitudinis, & amoris teſſeram, quam Ornatiſſimo Tvo Nomini offero, ac veluti ad Aram munifici Genii tui appendo, dono, & dedico lubens, merito.

Juſſu Reverendiſs. D. D. Ignatii Lippi Vicarii Generalis, Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. D. Joſephi Palma Archiepiſcopi Lucani & Comitis excurri Opus inſcriptum: Ad Novum Theſaurum Veterum Inſcriptionum Clariſs. V. Ludov. Antonii Muratorii Supplementum, *Authore D. Abb.* Sebaſtiano Donato *Lucenſi Presbytero, editum. Egregium profecto molimen dignum Authore ſuo, aliis etiam editis ingenii ſui monumentis, per orbem Literarium jam celebri; & cum in eo nihil deprehenderim a fide, boniſque moribus abſonum, immo & utiliſſimum compererim ad penitiorem antiquitatem inveſtigandam, cui unice dedicatum eſt, maxime dignum publica luce cenſeo, ne tam multa ab eodem Authore non ſine ingenti labore e ruderibus antiquitatis eruta, ingenioque ſuo, eorumque Eruditorum, quorum lucubrationes in hac Sylloge ſunt, colluſtrata ulterius, ſive penitus lateant, ſive paucis innoteſcant.*

Datum e Noſtro Collegio Die 31. *Decembris* 1758.

Jo Dominicus Manſi
Sacerdos Congregationis Matris Dei.

IMPRIMATUR.

Joannes Ignatius Lippi Archipresbyter, & Vicarius Generalis.

Bartholomæus Boccella Illuſtriſſimi Officii ſuper Juriſdictionem Præpoſitus.

IN NOVI THESAVRI
VETERVM INSCRIPTIONVM
CL. V. LVD. ANTONII MVRATORII
SVPPLEMENTVM

PRAEFATIO.

N*Eminem in Literaria Republica eſſe arbitror, qui veterum Inſcriptionum utilitatem, ac præſtantiam non ſentiat : atque, ut Ciceronis verbis utar de Divinat. v.* 40. Quis autem eſt, quem non moveat clariſſimis monumentis teſtata, conſignataque antiquitas? *Siquidem in more poſitum erat apud omnes Gentes fœdera, leges, caſus Principum, Imperatorumque res geſtas, ut æternitati mandarentur in marmoribus, in tabulis æreis, in numiſmatibus, gemmiſque exarare. Unde alterum egregium Tullii dictum Phil.* XIV. Inciſæ literæ divinæ virtutis teſtes ſempiternæ. *Cui conſonat* Tertullianus *in Apologetico ad Ethnicos C.* XLV. Et titulos inciditis ad æternitatem. *Hos enim titulos poſt tot ſæculorum lapſum autographos in hujuſmodi monumentis non librariorum oſcitantia vitiatos accepimus; tantaque ſunt eruditionis, utilitatis, ac pretii, ut iis Hiſtoria tum ſacra, tum prophana, Geographia, Theologia, cæteraque diſciplinæ, magnum lucis incrementum acceptum referre debeant. Quapropter, quum animadvertiſſem poſt Collectionem Immortalis Viri* LVDOVICI ANTONII MVRATORII *plures epigraphes emerſiſſe, vel ab eo fuiſſe prætermiſſas, operæ pretium duxi hanc Noviſſimam Syllogen aggredi in* Supplementum Novi Theſauri, *ad eorum utilitatem; qui in nobilioribus hiſce ſtudiis ſeſe exercent : neque ullum lateat id in votis habuiſſe* MVRATORIVM *ipſum, qui in Præfatione ſui Theſauri ſcripſit :* Poſtremo tandem loco monitum hoc volo me non exiguo labore hactenus collegiſſe quotquot marmora potui. Alia tamen complura ſunt, quæ inquiſitionem meam effugiſſe arbitror; neque enim Hiſtoriæ, librique omnes, in queis ejuſmodi merces conſueverunt exponi, præſto mihi fuerunt; neque mihi licuit e patria efferre pedem, ut plura inde Operi meo ſubſidia compararem. Verum ſi comes vita erit, nihil antiquius ducam, quam cætera expiſcari marmora tum hucuſque edita, tum identidem ab Eruditis evulganda, atque additamentum, prout res feret, inde confectum parare prælo, nequid deſit amatoribus hujuſce eruditionis. Conſilium vero meum, ſi mors intercipiet, aliquis, ut ſpero, poſt me exurget, qui laborem meum, & fortaſſis etiam felicioribus auſpiciis, continuandum ſuſcipiet. *Id quoque optabant Viri plerique tum literarum ſtudio, tum Antiquitatum peritia conſpicui, meque ad hujuſmodi opus ineundum hortati ſunt, atque ut excuſationis viam præcluderent cunctanti mihi, ac repugnanti, operam polliciti ſunt ſuam. Quapropter, & ſi vires meas tanto operi conficiendo impares cognoverim, hanc provinciam in me ſuſcepi. Collectiſque primum titulis, qui in libris editis paſſim occurrunt, aliiſque ex lapidibus, Tabulis æreis, antiquis Sigillis, eburneis Diptychis, & pluribus MSS. ſtatim per epiſtolas ad eorum opem confugi, qui non paucas epigraphes ab archetypis accurate exſcriptas, perhumaniter ad me miſerunt. Quos grati animi, & honoris cauſſa recenſendos æquum duxi, non ſolum heic, ſed etiam in fronte ſingulorum epigrammatum.*

Huc igitur contulerunt ſuam ſymbolam Eruditiſſ. atque Ampliſſimi Præſules IOH. DOMINICVS MANSIVS *Archiepiſcopus Lucenſis,* POMP. COMPAGNIONVS *Epiſcopus Auxim. & Cingul.* DOMINICVS POLTRIVS *Epiſcopus Faui S. Miniati Teutonis,* MARIVS GVARNACCIVS *Patricius Volaterranus Aulæ Romanæ Præſul, ſignaturæ Juſtitiæ* XIIVIR *Senior, Baſilicæ Laternanenſis Canonicus,* PHILIPPVS VENVTVS *Liburni Præpoſitus,* IOH. ANTONIVS della BERRETTA *Nob. Mediolanenſis; necnon alii Litteratiſſimi & Clariſſimi Viri* IOH. BAPTISTA PASSERIVS *Piſaurienſis, Nobilis Eugubinus S. R. E. Cardinalis* STVPPANII *olim a cognitionibus, & Conſiliis, & nunc a conſiliis Ditionis Ferrarienſis,* GABRIEL LANCILLOTTVS CASTELLO *Panormitanus Princeps Turriſmutiæ* [1], DOMINVS D'ORBESSAN *Præfectus Senatus Toloſani in Gallia,* ANTONIVS ROSCHMANNVS JC. *Bibliothecæ Cæſareo-Reg. Pub. Præfectus Tabularii Auliaci Propræfectus, & Ordd. Provinciæ Hiſtoricus Oeniponti : Eques* FRID. SAM. SCHMIDT *Helvetius Bernat. Principis Marchionis Bada-Durlacenſis ab Aulæ Conſiliis :* IVL. CAROLVS SCHLAEGERVS *Ducis Saxo-Gothæ a Conſiliis, & Protbobibliothecarius &c.* IO. STRANGIVS *Nobilis Anglus, qui Europæ pleraſque provincias, & præſertim Italiam ad Hiſtoriæ Naturalis*

[1] Auxit hanc Syllogen non ſolum lapidibus evulgatis, & multiplici eruditione inluſtratis in Libro, qui inſcribitur : *Le Antiche Iſcrizioni di Palermo &c.* edit. Panormi 1765. in fol. cum fig. ſed etiam ineditis ex archetypis fideliter exſcriptis.

ralis inluſtrationem, bonarum literarum, & penitioris antiquitatis præſidium, & ornamentum perluſtravit: P. BENEDICTUS BONELLIUS *Tridentinus Ex-Provincialis Ordinis S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ:* D. MICHAEL ANGELUS MONSACRATUS *Abbas ex Ord. Canonic. Regularium S. Salvatoris: Eques* ANNIBAL DE ABBATIBUS OLIVERIUS *Patricius Piſaurienſis:* PAULUS M. PACIAUDUS *C. R. Theat.* PHILIPPI *Ducis Parmæ, & Placentiæ &c. &c. Bibliothecæ Præfectus: Marchio* PHILIPPUS PONTICELLUS *Filius Celeber. Archiatri ejuſdem Ducis:* IOH. ATTAVANTUS *Nob. Colliſvallis Elſæ:* LUDOVICUS COLTELLINUS *Cortonenſis JC.* ANTONIUS LAZARI *Nob. Venetus:* PETRUS LAZARI, & ERASMUS FROELICHIUS *S. J.* DOMINICUS M. MANNIUS, IOSEPH PELLIUS *Nob. Florentinus,* ALEXANDER CECCHINIUS *JC. Roman.* DOMINICUS SCHIAVO *J. U. D. Can-Theologus Eccleſiæ Panormitanæ, & Publicæ Bibliothecæ Præfectus,* TH. FRANCISCUS BERNARDIUS, FRANCISCUS M. FLORENTINIUS, *Patricii Lucenſes,* EDUARDUS CORSINUS *Mutinenſis Ord. Cler. Reg. Scholarum Piarum Ex-Generalis:* P. ANTONIUS FELIX MATTEI *Piſtorienſis Ord. Min. Conventual.* THOMAS PERELLIUS *Celeber. Aſtronomus,* MELIOROTTUS MACCIONUS *JC.* IOH. M. LAMPREDUS *Pubb. Profeſſores in Piſana Academia:* IOH. DEL TURCO *Propræfectus Bibliothecæ Gymnaſii Piſani: Atque demum mihi non levi ſubſidio fuere Doctiſſ. Viri* BERNARDINUS BARONI, & BARTHOLOMAEUS F. *Nobb. Lucenſes, qui Patriam omni ſtudio, ac diligentia inluſtrare, atque Civium memoriam propagare conantur.*

Hos omnes ad finem hujus Noviſſ. Theſauri in Lapidaria Bibliotheca [1] *literarum ordine diſpoſitos recenſebo una cum ſcriptoribus editis, a quibus excerpſi lapides, & cum aliis Eruditis Hominibus, qui in poſterum mihi auxilium præſtabunt ad hanc operoſam fabricam abſolvendam.*

Collectio autem tantum complectitur epigraphes, quæ poſt CC. VV. IAN. GRUTERUM, TH. REINESIUM, *& poſtremo* MURATORIUM *(nam* FABRETTUM, *&* GUDIUM *inſalutatos remitto, quia Indicibus carent) emerſerant, vel ab eis, fuerant prætermiſſæ, vel aliter editæ. Excerpſi autem eas e* SPONII *Miſcellaneis; ceteriſque ejus Operibus, e Goriana Collectione Inſcript. Antiq. Etruriæ, ex Donianis a Celeb.* GORIO *Florentiæ editis 1731. ex Muſeo Veronenſi, Taurinenſi, Vindobonenſi, ex Antinoriano Florentino, Etruſco-Guarnaccio Volaterrano* [2] *Nanio Veneto, Tuſculano* DOMINICI PASSIONEI *olim S. R. E. Cardinalis* [3], *Florentinio Lucenſi, ex Cœmeterio Piſano, ex Theſauro Inſcript. Beneventanarum Ampliſſ. Præſulis* IOH. DE VITA *Epiſcopi Reatini* (a) *ex Nov. Actis Erudit. Lipſiæ, ex Tranſactionibus Anglicanis, ex Ampliſſ. atque Eruditiſſ. Præſule* IOH. NIC. *ab* HONTHEIM *Epiſcopo Myriophitano ſuffraganeo Trevirenſis* [4] *e Doctiſſ.* P. FLAMINIO *a Parma* (b), *ex Itinerario Cl.* SHAWII (c) *ex Opere nuper edito Celeber.* SCHMDTII; (d) *ex Schedis Cl. V.* PHILIPPI DE STOSCH *Lib. Baron. Ex Diario Lapidario MS. P. Abb.* D. PETRI ALOYSII GALLETTI *Monachi Caſſinenſis V. Cl. Ex Roſſellio;* (e) *ex peramplo MS. Abb.* PETRI GNOCCHI *Brixienſis, qui in Brixia urbe, ejuſque agro ex lapidibus omnes veteres titulos accurate exſcripſit, & tandem e quampluribus Ephemeridibus, Diariis Literariis Italicis, & Exteris, ex pleriſque Itinerariis, Hiſtoriis, aliiſque diverſis Libris tum editis, tum ineditis.*

Erunt in hoc Primo Volumine præter Inſcriptiones in quinque Claſſes diſtributas:

I. Muſei ETRUSCI-GUARNACCII *deſcriptio,*

II. Marchionis SCIPIONIS MAFFEII *Artis Criticæ Lapidariæ quæ extant,*

III. IOSEPHI BIMARDI *Baron. Montis Seleuci Obſervationes ad nonnulla loca Theſauri Muratoriani hactenus inedita,*

IV. CANNEGIETERII *Epiſtola ad Cl. V. Phil. Dorvilium de Inſcriptionibus quibuſdam Sylloges Muratorianæ,*

V. Lapidum vetuſtorum Epigrammata, & Periculum animadverſionum in aliquot Claſſica Marmorum ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΑ, *accurante* CHRISTOPHORO SAXIO.

VI. IOH. ERNESTI IMMAN. WALCHII *Commentarius in Marmor Hiſpaniæ antiquum vexationis Chriſtianorum Neronianæ, inſigne documentum.*

Habebis etiam, benevole Lector, in Prima Inſcriptionum Claſſe inſignem Herculis ſtatuam a GLYKONE *Athenienſi ſculptam, Volaterris in Muſeo Etruſco-Guarnaccio adſervatam; in quincta itidem Diptycon Lucenſe, & Compendienſe Tabulis æneis affabre delineata.*

Hujus

(a) Edit. Romæ 1754. in fol.

(b) *Memorie Iſtoriche delle Chieſe, e de' Conventi de' Frati Minori dell'Oſſervante e Riformata Provincia di Bologna raccolte da Flaminio da Parma Frate Oſſervante dello ſteſſo Ordine, Vol. III. in 4. edit. Parma 1760. & 1761.*

(c) *Voyages dans pluſieurs Provinces de la Barberie, & du Levant etc. Vol. II. 4. a la Haye 1743.*

(d) *Recueil d'Antiquités trouvées a Avenches a Culm & en d'autres lieux de la Suiſſe. A Berne 1760. 4.*

(e) *Sepultuario Fiorentino, ovvero deſcrizione delle Chieſe, Cappelle, ſepolture con Armi, & Iſcrizioni della Città di Firenze, e ſuoi contorni, fatta da Stefano Roſſelli Fiorentino l'anno 1657. ſecondo l'ordine de' Quartieri Volum. IV. in fol. inedita.*

[1] Hanc Italice ſcriptam, etſi non abſolutam, debeo laud. *Joſepho Pellio*, & a me latine redditam, & auctam habebis ad calcem poſtremi Voluminis.

[2] Veniam mihi dabunt Antiquitatum Cultores Ornatiſſimi, ſi ad hujus Præfationis finem accuratam, diſertamque iſtiuſmodi ſingularis opulentique Muſei Etruſci, (ex quo pleroſque titulos ineditos exſcerpſi) deſcriptionem proferam ex Epiſtola ad me perhumaniter data Idib. Martii hoc an. 1765. ab Ampliſſ. ac Eruditiſſ. Præſule *Mario Guarnaccio*, qui illud ingenti ſumtu, ac perpetuis curis ad publicum beneficium ad Inluſtris Patriæ decus, & ornamentum exſtruxit, eique inſigni liberalitate, & memoranda munificentia dono dedit.

[3] Hujus Muſei omnes Epigraphes evulgavit, ac eruditis Commentariis inluſtravit Ampliſſ. atque Doctiſſ. Præſul *Benedictus Paſſioneus* una cum aliis lapidibus ab eo collectis, & in Foro Sempronii in ſuis ædibus poſitis, in Libro Lucæ incis curis edito 1763. in fol. Typis *Joh. Riccomini*, cui titulus: *Iſcrizioni Antiche diſpoſte per ordine di varie Claſſi.*

[4] *Collectio Antiq. Inſcript. Trevirentium inſerta Prodromo Hiſtoriæ Trevirenſis Diplomaticæ, & Pragmaticæ Auguſt. Vindelic.* 1757. in fol. a pag. 181. ad 208.

Hanc Collectionem accurate exſcriptam debeo laudato *Schlaegero* præclari nominis, & inſignis doctrinæ Viro, atque de literarum, & penitiorum Antiquitatum Republica optime merito, qui etiam perhumaniter ad me miſit apographum Codicis in inſigni Bibliotheca Ducis Saxo-Gothæ extantis, quod inſcribitur: *Veterum Monumenta tum Comi, tum ejus in Agro reperta per Benedictum Zobium Comenſem collecta.* Quæ ad ſua loca, quando a Gruterianis, & Muratorianis variant, reperies.

Hujus Noviſſimi Syntagmatis divitias augebunt Græcum Marmor Sandvicenſe *Athenis repertum an.* 1739. *cum Commentario Doctiſſ. Viri* IOH. TAYLORI (a), Marmor Atticum Riccardianum, *ænea Tabula* Heracleenſes, *hodie in Regio Muſeo Herculanenſi adſervatæ, altera Ænea Januæ in aula Magiſtratus Patrum Communis:* Trajana *Tabula ex ære inſignis pro Alimentariis Reipublica Vellejatium*, Cenotaphia Piſana, *ſive Decreta Funeralia ob mortem* Caji, *&* Lucii *Caſſ. hucuſque non penitus ad fidem lapidum vulgata*, Vetera Monumenta *ad Claſſem Ravennatem nuper eruta, Marmora* Salonitana, Herculanenſia, Panormitana, *Vetuſtum Kalendarium* Neapolitanum *in lapide, Marmora* Albana, *ſive* in duas inſcriptiones Gladiatorias conjecturæ Cl. V. *Rodulphini Venuti, Doctiſſ.* IOH. FRANC. SEGVIERII *Diſſertatio in antiquam Inſcriptionem Nemauſenſem* (b), *Præſtantiſſ.* D. FERDINANDI MINGARELLI *S. Th. L. Camaldulenſis Epiſtola* de Interocrienſi Trajani, *&* Romana Antonini Inſcriptione, (c) *atque Celeberrima Canuſina Tabula cum diſſertiſſimo Commentario Cl. V.* IOH. LAMII *de literis optime meriti, ac in omni eruditionis genere verſati.*

Quibus adcedent in ult. Volumine hujus Collectionis Eruditiſſ. Virorum IOH. HENR. LEICHII Lipſienſis Specimen Notarum & Emendationum ad Græcas Inſcriptiones a Cel. Muratorio editas (d) & IOH. GASP. HAGENBVCHII de Græcis Theſ. Nov. Muratoriani Marmoribus quibuſdam Metricis Diatriba (e), *cui ſubiiciuntur cujuſdam docti Anonymi Regienſis Vindiciæ* (f) *una cum aliis pro incomparabili* Novi Theſauri opere LVDOVICI ANTONII MVRATORII, *immortalis memoriæ* VIRI [1], *de Catholica Religione, de Republica Literaria tota, & de omnibus fere diſciplinis optime meriti. Addamque hoc in loco duorum CC. VV. judicium* [*ut de Cl.* BRVCKERO [2] *& tot aliis taceam*] *de eodem Novo Theſauro, ſcilicet Marcb.* SCIPIONIS MAFFEII, *&* EDVARDI CORSINI, *quorum prior „ Multiplicem, ait* (g) *ejus* (MVRATORII) *doctrinam, & infini- „ ta pene ac utiliſſima, quæ ſupra omnia exempla in manus hominum dedit, & continue dat, „ maximi facio, celebro, admiror. Quod ad eam Collectionem* (Inſcriptionum) *maximam per- „ tinet,*

(a) Edit. Cantabrigiæ 1743. 4.

(b) *Diſſertation Sur l'ancienne Inſcription de la Maiſon-Carée de Niſmes edit. Lutetiæ Pariſ.* 1759.

(c) Edit. Romæ 1758. 4.

(d) *Miſcellanea Lipſien. Nov.* Vol. I. Part. III. Lipſiæ 1742. a p. 450. - 509.

(e) Edit. Tiguri 1744. 8.

(f) *Nov. Letter. di Firenz.* 1747. Tom. VIII. col. 10. & ſeq.

(g) Præfat. in *Muſ. Veron. pag. X. & ſeq.*

[1] Non injucundum erit, ſi MVRATORII laudes breviter in ejus Epitaphio Mutinæ in Eccleſia Pompoſæ poſito contextas exponam ex ejuſdem Vita p. 213. italice diſerteque ſcripta a Doctiſſ. *Joh. Franciſco Soli-Muratorio.* d. Eccleſiæ Præpoſito, edit. Venet. 1756. 4.

LVDOVICO. ANTONIO. MVRATORIO
HVIVS. ECCLESIAE. OLIM. PRAEPOSITO.
AMBROSIANAE. DEIN. ESTENSIS. BIBLIOTHECAE
PRAEFECTO
SVB. RAYNALDO. I. ET. FRANCISCO. III
MVTINAE. REGII. MIRANDVLAE. &c. DVCIBVS.
VIRO. INCOMPARABILI
SOLIDAE. VERAEQVE. PIETATIS. CVLTORI
COMPLVRIBVS. EDITIS. LIBRIS. CELEBERRIMO.
IN. OMNI. FERE. SCIENTIARVM. GENERE
DOCTISSIMO
INTER. LITERATOS. SVI. AEVI. VIROS.
NEMINI. SECVNDO
DE. RELIGIONE. ITALIA. LITERISQVE
OPTIME. MERITO.
REGIAE. LONDINEN. ET. PLERARVMQ. ITALIC
ACADEMIARVM. SODALI
QVI. ECCLESIAM. HANC. VETVSTATE. FATISCENTEM
SVO. AERE. INSTAVRAVIT
ET. SACRA. SVPELLECTILE. DITAVIT
OBQVE. IN. EA. INSTITVTVM. ET. LARGE. DOTATVM
PIVM. CARITATIS. OPVS.
MERITO. PATER. PAVPERVM. APPELLANDVS
AVVNCVLO. AMANTISS. ET. BENEFICENTISS
X. KAL. FEBRVARII. ANNO. MDCCL
VITA. FVNCTO.
AETATIS. SVAE. LXXVII
MENSIBVS. III. ET. DIEBVS. II
IOHANNES. FRANCISCVS. ET. FORTVNATVS
FRATRES. SOLI. MVRATORI.
MONVMENTVM. HOC. MOERENTES. POSVERVNT

[2] In Decad. II. edit. 1742. inſignis Operis, cui titulus: *Pinacotheca Scriptorum noſtra ætate literis illuſtrium exhibens Auctorum eruditionis laude, ſcriptiſque Celebriorum, qui hodie vivunt, imagines & Elogia, vitas, ſcripta, literarum merita recenſuit Jacob. Bruckerus Academiæ ſcientiarum Berolinenſis membrum. Imagines ad archetypa ære accurate expreſſit Joh. Jacob. Haidius Pictor & Calcographus Dec. I.* Auguſtæ Vindelic. apud Jo. Jacob. Haidium 1741. in fol. max.

„ *tinet, perpendendum eſt, aliorum opera ſæpe in his uti oportere, itemque opere in longo fas*
„ *eſſe obrepere ſomnum.* Inſcriptiones ſine erroribus conglobare, impoſſibile factu eſt. *Addas ve-*
„ *lim, non huic præcipue ſtudiorum generi, quamvis & in hoc præſtet* VIRUM *Doctiſſimum ſe de-*
„ *didiſſe: majoribus intentum argumentis, atque occupatum rebus, hæc interdum velut aliud*
„ *agentem tractaſſe puto. Ut ut ſit, permultas, præſtanteſque ab eo vulgatas eſſe epigraphes,*
„ *quæ alioquin adhuc deliteſcerent, omnino conſtat, multaque etiam enarrata, & tradita,*
„ *quæ antiquam eruditionem non minimum inluſtrant, & juvant.*

(a) In Not. Græc. Proleg. §. v. pag. XXXXII. Edit. Flor. 1749. in fol.

Alter vero ſcribit (a): „ *Quemadmodum tamen aliorum omnium diligentiam in inquiren-*
„ *dis, colligendis, exponendiſque tum Græcis, tum Latinis Marmoribus, edito paucis ab hinc an-*
„ *nis* Novo Inſcriptionis Theſauro *Cl. atque immortalis Muratorius longiſſime ſuperavit,*
„ *ita quoque uberrima Notarum ſeges in eximio, præſtantique hoc Opere reperitur, quarum plu-*
„ *rimas ab illo feliciter, ingenioſeque expoſitas eſſe conſpicimus. Atque utinam quidem Eruditi*
„ *Viri, qui ingenti huic Operi adornando ſymbolam contulerunt, doctiſſimoque Viro Inſcriptionum*
„ *exempla, vel latinas alicubi interpretationes ſuppeditarunt, in Marmoribus ipſis, aut Schedis*
„ *exſcribendis accuratiorem operam collocaſſent, ut ubique nempe Cl. Editor tum in exprimendis*
„ *Inſcriptionum vocibus, tum in ſecernendis notis, tum in iis latine reddendis pari felicitate*
„ *uti potuiſſet! Sed optimo, maximoque jure doctiſſimus Editor pag.* 51. 66. 134. 160. 221.
„ *alibique ſæpius obſervavit, Marmora quædam minus accurate, ſincereque expreſſa fuiſſe; adeo-*
„ *que ſibi de Inſcriptionis ſenſu, de Notarum valore, quod ingenue, modeſteque ſemel iterumque*
„ *fatetur, divinandum fuiſſe. Quod ſi fortaſſe alicubi in immenſo hoc Opere doctiſſimo Viro*
„ *graviſſimis aliis ſtudiorum generibus occupato error irrepſit, nihil eſt certo, quod immenſa*
„ *ipſius in rem litterariam merita extenuare, aut*

„ hærentem capiti multa cum laude coronam

„ *detrahere quis velit: cum præſertim Eruditi etiam Viri in Græcis, Latiniſque Marmoribus aut*
„ *exſcribendis, aut explicandis non aberrare ſolum, ſed & inter ſe quoque mirifice diſſidere con-*
„ *ſpiciantur. Ita cum unum idemque Marmor cum a Sponio, tum a VVhelero ipſius comite ex-*
„ *ſcriberetur, maxima ſubinde in ipſorum apographis, longeque etiam major in interpretatione*
„ *varietas reperitur; ut* Fleetwoodus *optime obſervavit. Exemplo quoque, vel argumento eſſe*
„ *poterunt Celeber. Viri* LEICHIUS, & HAGENBUCHIUS, *quorum uterque, cum Marmora quæ-*
„ *dam a Muratorio edita interpretanda ſuſcepiſſet, in varias, planeque diſſidentes ſententias ab-*
„ *ivit, ut opportune ad notam A, in ipſo Operis limine obſervabitur. Cæterum ſi ex ingenti il-*
„ *la Muratorii Collectione nævos illos ſuſtuleris, nemo eſt certe qui vel plures in Marmoribus*
„ *notas viderit, aut qui plures erudite feliciter ingenioſeque explicaverit; ut ex integra Notaru-*
„ *mearum ſerie conſtabit, in qua ſæpiſſime Muratorii nomen, ejuſque ſigla & ſiglarum inter-*
„ *pretationes ingenue proferentur.*

Diverſa opinantium ſcripta pro Collectione Muratoriana, æque ac pro aliis Collectionibus in medium attuli, ut quam maximam, per me fieri potuit, huic ſtudiorum generi lumen præberem.

At ut revertar, unde digreſſus ſum: Ad nonnullas epigraphes variantes lectiones aliquando, & breves animadverſiones adpoſui meo marte utcumque elucubratas, interdum vero illas Clariſſ. Scriptorum, a quibus titulos excepi: Nam ſi cuique præſto haud ſint ea volumina, vel inviſere pigeat, ob oculos habeatur quidquid ad illorum lapidum cognitionem conducere poſſit. Pro coronide tandem Bibliotheca Lapidaria, *de qua ſupra loquuti ſumus, &* Notarum *ac* Literarum ſingularium *non raro in lapidibus, in antiquis tabulis, in numiſmatibus, aliiſque veteribus monumentis occurrentium, ſeries, & interpretatio literarum ordine diſpoſita perutiliter adponitur, una cum* Notarum Græcarum Indice *Celeber.* Corſini, *& cum omnium Inſcriptionum in hac Sylloge editarum perutilibus, & neceſſariis Indicibus.*

Quiſquis hiſce ſtudiis delectatur, atque hunc Noviſſ. Theſaurum *ſibi comparaverit, non egebit profecto hac in re tot, tantiſque libris, ſi* GRUTERUM, REINESIUM, FABRETTUM, GUDIUM, & MURATORIUM *ipſum excipias. Attamen complura erunt Epigrammata, quæ inquiſitionem meam effugerunt, non enim tot Inluſtrium Virorum ſchedas, MSS. Codices, libroſque evulgatos omnes ad manus habui, in queis hæc pretioſa ſuppellex reperitur, neque & officium meum, privataque fortuna permiſit, ut Italiæ fines excederem, ut plura alia colligerem ad tanti Operis Muratoriani Supplementum, Gratiſſimum mihi accidet, ſi quis aliquando Fabricam hanc, ut ita dicam, moliri pergat, & exædificet. In dies enim novi tituli e terra egeſtionibus, & ex antiquis ruderibus emergunt, & eruuntur.*

Demum improbo labori finem facio. Faxit DEUS OPT. MAX. ut ſi non laudem apud Vos Clariſſ. Literarum, & Antiquitatum Cultores, retulerim, at veniam ſaltem obtineam; etſi pro modulo ingenii mei adlaboraverim, ſæpius tamen vel imbecillitatis meæ, vel aliquando adverſæ valetudinis cauſſa, aut exſcriptorum oſcitantia peccaſſe non inficiabor. Iccirco neque ægre feram, ſi quis me reprehendat; atque adeo meam Eruditi, prudentiſque Lectoris ſententiæ ſtatim ſubiiciam, Eique quam maximas agam gratias, & Literariæ Reipublicæ gratulabor, hanc ſpartam in dies magis, magiſque ornari, & nova luce perfundi.

Cæterum ſi quid forte in hoc Opus irrepſerit, me nec ſciente nec volente, quod Sanctiſſimis Romanæ Eccleſiæ Decretis, ac Patrum menti minus conforme ſit [apage] improbo, ac damno, neque ſcriptum volo,

VIRO

VIRO CLARISSIMO

SEBASTIANO DONATO.

MARIVS GVARNACCIVS.

QUam a me diu expetis compendiariam Muſei *Guarnaccii* deſcriptionem, en tibi mitto tandem Vir Eruditiſſime.

Ipſe Guarnacciæ ædis proſpectus, frons ipſa Muſei, quod amplectitur, adſervatque, præſefert magnitudinem. Cavedium enim plurimis tum Romanis, tum Græcis ſcriptis lapidibus ex ordine adpoſitis refertum eſt. Harum Inſcriptionum ego tibi miſi, tuque in vulgus protuliſti exempla. At his Marmoribus exceptis, nonnulliſque Græcis ſtatuis, ac memorabili numorum Romanorum ſerie; reliqua hujus Muſei omnia Etruſca ſunt. Quare Muſeum jure, meritoque *Etruſcum* adpellatur; utpote ex Etruſcis hypogæis, in hoc agro Volaterrano, adſiduis, laborioſiſque Terræ egeſtionibus a me repertum.

A Monumentis, quæ in ipſo ſunt Cavedio, exordior: Vetuſtiſſimum heic ſpectatur, atque ingens fragmentum marmoreæ coronidis optime extructum, atque eo elaboratum opificio, quod Galli *Codronè perlè* forte dicerent; ea de cauſſa, quod iidem Galli, in Argentis, ac hujuſmodi rebus mirifice, ut ſolent, perficiendis, ſeſe illam putant excogitaſſe induſtriam, quæ in hiiſce antiquiſſimis Monumentis ab Etruſcis jam excogitata perſpicitur. Eodem in Atrio adſunt etiam Zophori, & Epiſtylia, & Capitula Pario item marmore affabre ſculpta. Imo & Columnarum ſtriatarum fragmenta ex Etruſco hujus Urbis eruta Amphitheatro.

Hoc Amphitheatrum Volaterris extitiſſe teſtantur, tum illius veſtigia adhuc apparentia, quæ recenſet Gorius [*Muſ. Etr. Tom. III. diſſert. I. de Ædif. publ. Claſſ. I. Tab. VIII.*] tum alia Monumenta a *Raphaele Volaterrano*, & *Leandro Albertio*, & Equite *Guazzeſio* in elucubrationibus Academiæ Cortonenſis, atque ab aliis luculenter relata, quibus Volaterranum hoc Etruſcum Amphitheatrum ſatis celebratur. Hac de re tu ipſe oculatus es teſtis, Vir Clariſſime; namque Amphitheatri ejuſdem contemplatus es fornices, & Ellipſim, in iis effoſſionibus, quæ, te ſpectante, & cum te Volaterris optatiſſimo excepiſſem hoſpitio, factæ ſunt. Ex hoc autem Amphitheatro erutæ, & in eodem Cavedio adſervatæ reperiuntur ſtatuæ duæ; quarum altera Militem exhibet, altera Mulierem infantem ſinu foventem: Utraque longa literarum Etruſcarum linea notatur. Utraque etiam prolata eſt a *Dempſtero* Tom. I. Tab. XLII. & Tab. LXXII. & a *Gorio. Muſ. Etrur.* Tab. IV. Tom. I. & Tab. IX. Tom. II.

Denique in eodem Cavedio nonnulli diſpoſiti ſunt Sepulcrales Etruſci Cippi, quorum alii Marmorei ſunt, alii Lapidei, & prægrandes. Supremum Cippi, atque ſepulcri honorem apud Trojanos, & Græcos fuiſſe in more, teſtatur *Homerus* Iliad. Lib. XVI. verſ. 457.

Τύμβω τε, στήλη τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

hoc eſt: *Et Tumulo, & Cippo* (honorabor); *hoc enim præmium eſt mortuorum.*

Hoc autem & Etruſcis ſolemne fuit. Imo ex vetuſtæ ætatis ſcriptoribus accepimus quæ, & quanta, non ſolum Romani, ſed etiam Græci ab Etruſcis didicerint. Hi igitur Cippi, qui ad ſepulcrorum oſtia ſtatuebantur; heic ad Muſei aditum collocantur, ad præmonſtrandum Muſeum hoc inſignia monumenta complecti, ab Etruſcis hypogæis Volaterranis advecta.

Jam ipſum Muſeum ingredimur. Tria ſunt Muſei Conclavia, ducentis & octo Cinerariis Urnis referta. Præter hæc eſt & Cella quædam, in qua duo grandia ſunt Cimeliarchia, variis diſtincta Pluteis; ubi alia adſervantur Etruſca monumenta, ænea fere omnia. Scilicet Idola, Pateræ leniter delineatæ; quæque Numinum, & interdum etiam animalium effigies viriculo, & graphice cælatas exhibent. Strigiles, ſtyli ſcriptorii, ſpecula quædam, vel ex metallo, vel ex calybe, vel potius ex mixtura quadam, quæ & in rubigine ipſa perlucet.

Sunt in his Cimeliarchiis, & æra, & inſtrumenta plurima, quorum ignoratur uſus. Sunt & ænea vaſa, parva quædam, alia prægrandia, & duas ulnas excedentia, ſed artificio lectiſſima. Sunt & inaures, aureique anuli, gemmati, inſculptique. Lucernæ, Vaſcula lacrimarum, etiam vitrea, cæruleo, croceo, viridique colore, coque viviſſimo picta. Sunt & vaſcula quædam ex Orientali alabaſtro pellucido, atque duriſſimo: quorum alterum ad eam tenuitatem mirifice deductum eſt, ut ne cogitari quidem poſſit, qua ſedulitate ſit cavatum interius: ſcalprum enim, vel quod in eo cavando adhibitum eſt inſtrumentum, niſi per oblongi colli rimulam adhiberi potuit.

Sunt præterea ollæ rudes permultæ, ſed, ut videntur, metallicæ: In ignem enim conjectæ, incenduntur quidem, ſed rimas haud faciunt. Has arbitror metallicas alia etiam de cauſſa; ſcilicet quod aureâ quodammodo arenâ diſtinctæ, & variegatæ apparent.

 Inter

Inter alia permulta, ingens eſt vaſculorum vis. Sunt & Crateres, & Cola vinaria ex creta, egregio tamen opere abſoluta; & fuco, aut *Schandaraca*, ut dicunt, cooperta, vel rubea, vel nigra, vel plumbea. Mirum profecto eſt, quod adeo vetuſtatem tulerint, ut ipſa *Schandaraca* ſuo nitore pervigeat, ac ſi de Artificis manu nuper prodierit.

Sed ut retrorſum redeamus. In primo, & quidem ſatis amplo Conclavi ſpectabile eſt Pavimentum ex opere muſivo-Etruſco. Fruſtum hoc ingens, nulli parcens labori, ac ſumtui, effoſſum, integrumque in meas ædes invectum, repertum a me fuit prope Agrum, qui dicitur *Vallebuona*, dum aliis effoſſionibus incumberem. Ager hic alteri ferme adhæret, in quo erat Amphitheatrum. Aderant in hoc antiquæ Thermæ, quæ prope Amphitheatra, ut novimus, fieri ſolebant. Profecto perſtant adhuc rudera vetuſtiſſima, & minæ murorum ingentes ex teſſellato, ac duriſſimo opere confectæ. Dum iis Terræ egeſtionibus ſtuderem, & emiſſaria, & aquarum ductus, & tubi fictiles reperti ſunt. Quorum pleroſque humi ſepultos reliquimus; aliquos tamen *domum* adtulimus, atque in noſtro Muſeo conſpiciendos ſervamus. Immane hoc itaque Muſivi operis fruſtum, ſcalpro cæſum, & ad formam quadrilateram redactum ulnarum in totum ſeptuaginta duo, ut integrum domum inveheretur, ipſius domus parietes abſcidimus. Hac porro de cauſſa integrum adferri potuit, quod minutæ illæ teſſerulæ, quibus conſtat Muſivum opus, maltæ ſolidiſſimæ adhærent, quam nos *calceſtruzzo* dicimus, trium pedum craſſitudine, ac ſi tota operis concinnitas murum firmiſſimum efficeret.

Hujuſce Muſivi operis veſtigia, quæ ad tantam porrigantur amplitudinem, nec Romæ, nec alibi ſuperſunt, ut ex Ciampino, Calmet, Furietto, aliiſque authoribus hac de re fuſius agentibus, conſequi conjectura poſſumus. Cæterum teſſerulæ illæ, quibus idem opus effectum eſt, oblongæ, ac promiſſæ ſunt, adeout maltæ firmiſſime adhæreant. Illæ quidem e marmore conſtant, duobus tantum coloribus diſtincto, albo, ac plumbeo; ſed tantæ ſoliditatis, ut duritie Baſaltem æmulentur.

Etruſcum fuiſſe opus evincunt plura Volaterris reperta fragmenta huic prorſus ſimilia; ut ex eodem Clariſſimo *Gorio* videre eſt. Ea enim ipſe deſcripſit, ac ſua diligentia delineavit.

Octavius etiam *Bocchius* in ſuo de *Hadriæ antiquitatibus* Opere, comprobator eſt, fuiſſe in in more apud Etruſcos hujuſmodi genus opificii, imo, & Amphitheatra, & Thermas eos extruxiſſe, Romani Imperii ætatem antecedentes, & hujuſmodi Muſiva opera effinxiſſe. Eximia hæc Etruſca Monumenta in Italia diſperſa, evincunt ſimiliter Etruſci Regni gloriam ad omnes Italos pertinere: Etruſca enim tunc erat Italia. Et, ut *Livii* verbis utar Lib. V. *Tanta opibus Etruria erat, ut jam non Terras ſolum, ſed etiam Mare per totam Italiæ longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis ſui impleſſet*. *Bocchius* ergo recte animadvertit, Hadriam Tuſcorum Coloniam, & quæ Adriatico mari nomen indidit, ante Romanum imperium jam deſciviſſe ad inclinatam fortunam. Proptereaque inſignia hæc Vetuſtatis monumenta, remotæ antiquitati, & priſtinæ ſuæ potentiæ, atque amplitudini omnino referenda cenſet.

Sed Etruſcum eſſe idem opificium, hoc ipſum maximo eſt argumento, quod aliæ Thermæ Volaterris nuper effoſſæ, & quæ Romanam ætatem certo præferunt, ut ex Inſcriptionum fragmentis ibi repertis apparet. Iſtæ Romanæ ætatis Thermæ, quæ in tribus Conclavibus hujuſmodi teſſellatum Opus in pavimentis exhibent, diverſiſſimam habent peritiam. Ex vitro enim, ſive ex alia quapiam mixtura compoſitum, variiſque coloribus diſtinctum adparet; quale a *Plinio* deſcribitur *ex induſtria*, ut ipſe ait, *ſua ætate excogitata*. Immane igitur hoc Muſivi operis fragmentum, humi proſtratum, pavimentum efficit, ut dixi, primi Conclavis: majorique ſuo ornatu, faſcia cingitur marmorea, & ampla; in qua ſcriptum eſt:

MVSIVVM . OPVS . ETRVSCVM . EX . THERMIS . PROPE . AMPHITHEATRVM . VOLATERRANVM . EFFODIT
AC . INTEGRVM . HVC . INVEXIT . MARIVS . GVARNACCIVS
SIGNATVRÆ . IVSTITIÆ . XIIVIR . ET . SENIOR . ANNO . MDCCLXI.

Sunt in ipſo Conclavi duo ſupra nonaginta Sarcophagi: Sunt in reliquis duobus centum, & ultra. Omnes ex ordine diſpoſiti ad Conclavium parietes terno gradu ex muro affabre extructo. Omnes anaglypho opere inciſi ſunt: ac fere omnes tanta elegantia inſculpti, ut cum Græcis, & Romanis merito ſint conferendi. Innumera, incredibilia ſunt ſymbola, & imagines miro opificio ibidem expreſſæ. Sacrificia, quæ dicunt, *Mithriaca*, alia item cruenta; Pompæ, Nuptiæ, Bacchanalia, Gladiatores, certamina etiam Equeſtria; Centaurorum prælia, alia cum Minotauro, nonnulliſque aliis ſimilibus monſtris; Geſta, labores, & facinora, quorum pleraque ignota ſunt: Animæ ad Elyſios tranſeuntes, ludi, venationes, & ritus Etruſcæ gentis, quos jamdiu ætas abolevit. Plura ex hiſce monumentis corrupta, aut eroſa maximam eorum vetuſtatem ſatis indicant: & hunc in modum ſpectanda proſtant. Nec audet aliquis fidenti manu temporis injurias reparare, aut reficere, ut alibi fieri ſolet, maximo cum eorumdem monumentorum detrimento. Plures ex hiſce Urnis ex Alabaſtro conſtant, quod marmore fragilius eſt; cæteræ ex petra Tophacea: Uterque lapis ex agro Volaterrano eruitur. Harum nonnullas exhibuit, ſuiſque eruditiſſimis adnotationibus inluſtravit prælaudatus *Gorius Tom. III. Muſei Etruſci*. Dimidio tamen plures, utpote poſt ejus mortem repertæ, nondum lucem aſpexere.

Earum

Earum ergo Urnarum architectonice, & delineatio, Bigæ, ac Quadrigæ, Curruum, Naviumque ſtructura; Templa, Aræ, Numina, eorumque ornatus nedum ſtudia, atque Eruditorum investigationes, ſed etiam æmulationes, & manifeſta inter eos diſſidia excitarunt. Et tamen morte præcepti, quæ poſtmodum effoſſa ſunt, iidem Clariſſimi Viri minime aſpexerunt. Id ſatis comprobat plura quoad mores, ritusque Etruſcos ſupereſſe inveſtiganda. Idque ſatis evincit, nulla iis vetuſtiora in Italia eruta fuiſſe monumenta. Veteres namque nos edocent ſcriptores, antiquis temporibus rudem aliquando Græciam, agreſtemque fuiſſe; iiſdemque temporibus artium, ſcientiarumque cultura Italiam maxime floruiſſe.

Plures etiam ex hiſce Urnis, Etruſcis literis ſcriptæ ſunt. Brevibus tamen notis ut plurimum abſolvuntur; utpote quia nomen, annoſque mortui in Urna conditi fortaſſe continent.

Supra primi Conclavis coronidem, ex qua fornix erigitur, ter centum, & ultra Etruſca Vaſa fictilia ſunt diſpoſita. Duriuſcula quidem, ac rudi, ut plurimum, opificio confecta. Hac fortaſſe de cauſſa nonnulli in hac re minus exerciti homines, quique elegantiora Artificum Etruſcorum figmenta minime viderunt, ima ſummis, boniſque deteriora miſcendo, rudia eſſe in Etruſcis omnia conclamant. Medio in proſpectu primi Conclavis ſequens appoſita eſt Inſcriptio:

ETRVSCA. MONVMENTA. EX. HYPOGÆIS. VOLATERRANIS. ERVTA
MARIVS. GVARNACCIVS. MVSEO. EXTRVCTO. IN. PATRIÆ. DECVS. ET
ORNAMENTVM. EX. DONO. ANNO. MDCCLXI

Alteram vero ad oppoſitum latus Curatores Urbis erigi juſſerunt; abſolutam enim jam donationem meam liberali, ac grato nimis animo ſunt proſequuti:

MARIO. GVARNACCIO. PATRICIO. VOLATERRANO. AVLÆ. ROMANÆ. PRÆSVLI
SIGNATVRÆ. IVSTITIÆ. XIIVIRO. SENIORI. BASILICÆ. LATERANENSIS. CANONICO
DE. PONTIFICIA. HISTORIA. DE. RE. ANTIQVARIA. DE. LITERARVM. DIGNITATE
OPTIME. MERITO. QVOD. PATRIÆ. EXORNANDÆ. STVDIOSISSIMVS
IMMORTALITATI. ET. GENIO. EIVS
AMPLISSIMVM. MVSEVM. ETRVSCVM
EX. MVNIFICENTIA. DONAVERIT. ORDO. DECVRIONVM. CIVITATE. PLAVDENTE
HONORIS. GRATIQVE. ANIMI. CAVSSA
EXIMIÆ. LIBERALITATI. PERPETVITATEM. DECREVIT
ANNO. MDCCLXI

Reliqua duo Conclavia eodem prorſus Ordine, ac modo diſpoſita, ſimilibuſque Sarcophagis referta ſunt, quæ centenarium numerum excedunt. Sed oculis præſertim omnium obverſantur duæ immanes Urnæ; quarum una jacentem virum, altera mulierem ſimiliter jacentem in operculo exhibet. Earum moles decem habet longitudinis ulnas, octo vero latitudinis. Iſtæ ad *Flaviam* gentem pertinuiſſe noſcuntur. Nomen enim *Flavium* Etruſce ſcriptum ƎVA⅃Ǝ, ideſt FLAVE. (cui longa ſubeſt linea aliis Etruſcis literis exarata) perſpicue legitur. Sunt & aliæ Urnæ ad hanc *Flaviam* gentem pertinentes, ſimilibuſque Etruſcis literis ſignatæ. Et tamen antehac *Flavia* familia penitus Volaterris ignota fuit. Huic rei inveſtigandæ eximius Vir *Joannes Lamius* animum adjecerat; habuitque in comperto, *Flaviam* gentem agros in Etruria veroſimiliter poſſediſſe: recteque animadvertit loca quædam in vicinia Florentina *Flaviana* olim dicta fuiſſe.

Aſt nimium adlaborandum eſſet ſi cuncta perquirere, & quæ ætas prorſus abolevit, inveſtigare vellemus. Sed ſilentio prætereunda non eſt multiplex numiſmatum ſeries. Etruſci numi magna ex parte a *Dempſtero*, & *Gorio* relati ſunt. Nova tamen eruditorum Virorum cura, cui etiam tenues meos conatus adjungam, res hæc numaria Etruſcorum clariori, & majori numiſmatum numero inluſtranda expectatur. Plures Italicæ urbes veteris eorum potentiæ languida nimium veſtigia obſervabunt. Maxima tamen numorum Etruſcorum pars, qui in meo Cimelio adſervantur, ad hanc pertinent Volaterranam Civitatem. Ingentem eorum vim poſſideo, qui variis obelis, variiſque in averſa parte ab unciæ dimidio uſque ad Axem librilem notantur ſignis, aut ſymbolis.

Omittimus uberrimam numiſmatum Romanorum ſeriem, tum Conſularem, cum etiam Imperialem, & eam, quam medii ævi dicimus. Porro Conſulares numi, Argentei ut plurimum, ſeptingeni, & ultra ſunt. Imperiales vero, qui ærei ſunt fere omnes, millenarium numerum excedunt. Per pauca deſiderantur, quæ inter rariora Numiſmata referri ſoleant. Adeſt enim *Otho* Imperator; adſunt *Vitellii* plures, *Albini*, *Balbini*, *Pupieni*, *Macrini*, *Helvii Pertinaces*; pluresque ex illis Mulieribus Auguſtis, quæ inter rariores habeantur. In altera inferioris ævi ſerie, viſitur etiam & *Delmatius Caſar*, & *Divus Romulus*, & *Maximianus Herculeus*, & *Magna Urbica*, & *Claudius Gothicus*, aliique rariſſimi. In quarta præterea Numiſmatum ſerie, quæ Argentea eſt; veterum Romanorum Pontificum, aliorumque Italiæ Principum imagines, & Emblemata, quotquot ferme haberi poſſunt, continentur.

Sunt denique ſigna quamplurima, Trunci, & Capita marmorea Romà ut plurimum adlata, aliaque ex parte Volaterris reperta. Hæc inter, ſpectabile eſt ſignum Herculem puerulum exhibens, jacentemque in exuviis Leonis, dum actu expergiſcitur, parvaque manu clavam diſtringit minacibus

bus oculis inexorabilis, atrox. Quinque alia ſigna diverſa Numina repræſentantia, Græcam, eximiamque exhibent elegantiam. Sed alia præſertim vincit ea, quæ *Herculem* exprimit dextera manu clavæ, ipſiſque leonis exuviis incumbentem, ſiniſtra vero Heſperidum poma gerentem. Hæc humanæ magnitudinis ſtatua inter admiranda, & rariſſima Romanæ Vrbis monumenta jam a Ficoronio, aliiſque Romanis ſcriptoribus recenſetur. Ejuſque imaginem, ſeu typum (valde licet Archetypo imparem) tibi dedi, in vulgus, ſi tibi lubet, exhibendum. Stipiti, cui clava inhæret, clarum nomen impreſſum eſt eximii Artificis ΓΛΙΚΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟС. (*)

Volaterris Idus Martias 1765.

(*) Vid. Claſ. I. pag. 34.

CLARISSIMI VIRI
SCIPIONIS MAFFEII
ARTIS CRITICÆ LAPIDARIÆ
QVÆ EXTANT

Ex Ejuſdem Autographo ab Eruditiſſimo Viro

IOH. FRANCISCO SEGVIERIO NEMAVSENSI

fideliter exſcripta

ET A SEBASTIANO DONATO

Edita, variiſque obſervationibus inluſtrata, & aucta;

OPVS POSTVMVM.

AMPLISSIMO, & NOBILISSIMO VIRO

MARCHIONI

IOH. FRANCISCO MAFFEIO

PATRICIO VERONENSI

SEBASTIANVS DONATVS.

TE profecto, AMPLISSIME VIR, latere non poteſt cauſa, cur *Artis Criticæ Lapidariæ* opus longe præſtantiſſimum cum nonnullis aliis CC. VV. Operibus huc pertinentibus, TIBI inſcribendum putaverim: Probe enim noveris TIBI deberi, quum labore ac ſtudio Marchionis SCIPIONIS MAFFEJI Patrui Tui, Immortalis memoriæ VIRI, qui non ſolum ad Clariſſimæ gentis tuæ ornamentum, verum etiam ad Italiæ, & totius Reipublicæ Literariæ bonum natus fuerat, elucubratum ſit. Sed non eo tantum nomine TIBI debetur: Egregii tui mores, & laudabilia geſta, quibus tanti VIRI mirum in modum virtutem imitaris, & merita adſequeris, potiori jure hanc nuncupationem TIBI vendicant. Nam ſi is fuit, ut, dum in vivis ageret, in ſui admirationem, & benevolentiam quaſi raperet omnes literarum amatores, Academias totius Europæ, Principes, Cardinales, Pontifices quoque ſummos, & Reges, BENEDICTVM XIV. P. M. & CAROLVM VI. Cæſarem: vita vero perfuncti

inſigni pompa funerum, publicis laudibus, & monumentis memoriam celebrarent ad aliquod tam acerbi mœroris lenimentum. Tu quoque dignus fuiſti, cui ſummi honores in Patria, ac Magiſtratus cum omnium bonorum plauſu, & Civium gratulatione deferentur. Quum videlicet ſuperioribus annis Prætor Vrbanus, quum Præfectus lacus Benaci, & ſemel atque iterum Præfectus Annonæ, necnon ab Inclyta Veneta Republica armorum Magiſter creatus fueris: Quumque iis muneribus admirabili prudentia, integritate, ac felicitate perfunctus fueris, ſimul Te dignum probaſti, qui ad ampliores in poſterum dignitates adſcendas, Nomen tuum in Faſtis inter Clariſſ. Cives, quorum fama virtutis longe, lateque pervaſit, inſcriberetur. Sed quum inter egregias dotes, quæ animum tuum & mores exornant, modeſtia in primis Tibi placeat, parcam voluptati, qua in tuis laudibus, pro modulo meo proſequendis, perfundor, ne Tibi diſpliceam. Accipe igitur Amplissime Vir grato animo, quæ tua eſt humanitas, *Artem Criticam Lapidariam*, quaſi ereptam Italiæ, & Reipublicæ Literariæ, opera & labore Eruditiſſ. Joh. Francisci Segvierii ex adverſariis, & ſchedis authographis concinnatam & digeſtam, manu mea Tibi redditam ut Tuo Nomine inluſtrior, majori cum gloria, poſt diuturnas tenebras, in lucem prodeat.

MONI-

MONITVM EDITORIS.

O*PUS diu efflagitatum, diuque promiſſum tibi ſiſtimus, benevole Lector, tuoque arbitrio nunc totum permittimus: verum antequam oculos in illud defigas, integrumque evolvas, quædam hic monenda videntur, ut melius innoteſcat quænam præcipua fuerit Auctoris mens, qua de cauſſa adductus hanc provinciam ſibi gerendam ſuſceperit; tum ut ſcias quomodo in manus noſtras devenerit, & Inſcriptionum noſtrarum* Supplemento *acceſſerit. Clariſſ. Vir* Scipio Maffejus *poſtquam* Veronam Illuſtratam *cum orbe literario communicavit, & antiqua marmora plurima in impluvio Academicorum adium Philarmonicorum Veronenſium jacentia, aut illuc ſuis curis, ſuiſque impenſis aliunde importata; in bonarum literarum, & rei antiquariæ augmentum collocanda ſuſcepit; Græcarum, Latinarumque veterum, nec non Chriſtianarum Inſcriptionum univerſalem Collectionem inſtituere decrevit, Operiſque Proſpectum in vulgus emiſit, paucis ſcilicet menſibus antequam iter in exteras Provincias faceret. Cum autem veterum monumentis magnopere delectaretur, ex marmoribus, æneiſque tabulis infinita propemodum tum exſcripſit epigrammata, tum ab amicis eruditiſque viris accepit [nondum enim lucem viderant Gudii, Gorii, Muratoriique hac de re ampla Volumina] quæ vel e terræ viſceribus recens eruta fuerant, vel prætermiſſa a Grutero, & Reineſio, in eorum Syntagmatibus deſiderabantur. Itaque Rempublicam Literariam ut augeret, ac locupletaret, novum illud veterum Epigrammatum Corpus aggreſſus eſt, quo omnia monumenta vel ab ipſo quæſita, vel ab aliis jam prolata, & in novam methodum digeſta complectenda erant. Quin etiam antequam Proſpectum emitteret, varias Galliæ Ciſpadanæ, & Etruriæ urbes adivit, marmora ut inſpiceret, doctiorumque virorum MSS. Codices inſcriptionibus refertos, ut evolveret: tum poſtea ex quo illum evulgavit, per Sabaudiam, Gallias, Angliam, Bataviam, Germaniamque eadem conquiſivit. Verum neſcio quo fato, poſtquam in patriam rediit, alio ſtudiorum genere delectatus, e propoſito deſtitit, opuſque intermiſſum ſummo cum rei literariæ detrimento numquam abſolvit, peneque animum de illo abjecit. Porro dum rei antiquariæ voluptate tenebatur, non ſemel reputavit nobiliſſima hæc ſtudia multis tenebris eſſe implicita, ſummiſque difficultatibus obnoxia; ut autem aliqua lux affulgeret, & tot monumenta vera a ſubdititiis dignoſcerentur, nec non ut unuſquiſque a falſis ſibi caveri poſſet: tum denique rationem ut redderet, cur tot Inſcriptiones ab aliquibus inter genuinas reputatas a ſua ſede deturbaſſet, & inter ementitas emigrare juſſiſſet,* Artem Criticam Lapidariam *eodem tempore publicis typis excudendam promiſit,* qua de omnibus ſane conſtare debebat, & de illis etiam, quæ in dies vulgantur, tum ad quaſcumque in poſterum κριτήριον patere, & quomodo genuinæ a ſpuriis dignoſci poſſint, abunde pertractare. Hac diſquiſitione, *inquit Immortalis noſter Maffejus*, caremus adhuc in tanta literarum luce, incredibili quidem rei literariæ damno, quum Inſcriptiones tantæ auctoritatis teſtimonia ſint, ut contra illas hiſcere vix audeamus, & cum interdum ipſarum una dolo malo conficta Hiſtoriam, Chronologiam, rerum ordinem, puriorem antiquitatis notitiam ſubruere pene poſſit magna ex parte, ac pervertere.

Attamen quamvis ipſe fidem orbi literario obſtrinxiſſet, alieniſſima, ut jam diximus, ab hoc ſtudiorum genere Opera VIRUM liberaliſſimis quibuſcumque doctrinis verſatum detinebant; non enim ſe a fide ſubducere cogitabat, ſed in alind tempus ſe ab illo promiſſo liberare. Multa in hunc finem paraverat, multa in adverſaria congeſſerat. Artem illam Criticam magna ex parte confecerat, cujus pericopen etiam vulgavit, cum Muſeum Veronenſe *in medium protulit; at cum in dies procraſtinaret, & in annos remitteret, ingraveſcente jam ætate, ab ſpe deſtitit, opuſque imperfectum remanſit. Moriens illud Teſtamento una cum ſchedis ſuis quibuſcumque alterius fidei commiſit. Cum autem Illi, quibus negotium demandatum erat, adverſaria in ordinem digererent, ſtatim perceperunt,* Artem Criticam Lapidariam *non fuiſſe ex omni parte abſolutam, & in Libro Primo, & Secundo [qui fere totus italice conſcriptus eſt, & a nobis latine redditus] multa deſiderari, & Tertium omnino deficere. Quartum vero ex omni fere parte abſolutum eſſe, quem loco Tertii poſuimus, ut Editionis ordo ſervaretur. Quæ tamen ſuperſunt, maximi facienda ſunt, ut mox videbimus. Schedæ, quæ inedita remanent, ad Secundum & Tertium Librum pertinentes, & vernacula lingua conſcripta, in nullum ordinem digeſta, & adeo intricata ſunt, ut neminem forſan ſe tuto ab illis expedire poſſe putemus. Totum igitur præclarum* Maffejanum Opus *quatuor Libris [ut innuimus] abſolvi debebat.*

Proemium quoddam, quantum dijudicari licuit, libri Primi initio forſan præfigendum erat, aut potius Gruterianæ Criticæ, in quo de Operis utilitate ac neceſſitate Cl. ille VIR diſputaturus erat. Ex quibuſdam Schedis apparet, illum invehi in eos, qui ſtudium illud tamquam inane & inutile prædicabant, nec minimum quidem utilitatis in bonarum literarum augmentum inde percipiendum eſſe arbitrabantur, etſi improbo, & herculeo pene labore cuncta digeſta eſſent, ac enodata: optime etenim comprobat, moroſos illos homines plane decipi, cum vetera epigrammata ſint totius eruditionis penu, iiſque præſertim enucleentur Gentilium de Diis, & Sacris opiniones, Reipublicæ Romanæ munera, dignitates; privatorum officia, & artes probe

 noſcan-

noſcantur ; iis Chronologia & Geographia nitantur, tum juris, tum Hiſtoriæ Sacræ & Prophanæ, tum demum Philologiæ omnis cognitio inde etiam magis, magiſque eluceat. Alia quoque iſtiuſmodi breviter attingere debebat, de quibus plenius, ubi de eorumdem Præſtantia *&* Uſu *dicturus erat. Tum poſtea ut propius ad propoſitum ſuum adcederet, eo magis criticen in hoc ſtudio adhibendam eſſe putabat, quod magni ſubſellii Viri multa utique ementita monumenta genuinis accenſuerant, alioſque haud infimi illorum auctoritate confiſos in eoſdem errores impegiſſe videret. Itaque ob amorem & vim veritatis, quæ illi maxime cordi fuit, neceſſitate quadam impulſus, ſummorum Virorum παροράματα detegere voluit, (* Gruteri *præſertim, qui dum curat nonniſi genuinas Inſcriptiones in* Theſaurum *ſuum referre, aliquando decipitur) nullam tamen inde demereri laudem arbitrabatur, cum eſset magis veritatis, quam contentionis cupidus. Quin etiam cum lapides Veronenſes in Claſses digerere meditaretur, maxime tum ſtuduit veros a falſis ſecernere, indeque occaſio nata eſt, ut de ementitis ageret. Non illum latuit* Relandum *in votis habuiſſe, ut quiſpiam ex doctorum virorum cœtu examen illud ſuſciperet, tum longe ante Doctiſſimum* Auguſtinum *Tarraconenſem Epiſcopum huic Arti etiam præluſiſſe, dum de quibuſdam Inſcriptionibus ementitis in Dialogis ſuis* (a) *ſermonem inſtituit. Verumtamen etſi ii ſummi Viri, quorum errores adnotantur, aliquoties lapſi ſint, non inde putabat* Maffejus *eos nullo plane criterio uſos eſſe ; immenſis profecto ſubſidiis deſtitutos, quibus nunc fruimur ; mirum haud eſſe debet, interdum in errorem inductos fuiſſe : infinita quippe enodarunt, quæ illis accepta referri debent, & quibus admodum profecimus. Excuſationem petit errorum, in quos ipſe impegit :* noſtros, *inquit*, corrigant, eadem mente, eademque de cauſa, qua aliorum errores emendavi, dummodo id rei Literariæ profuerit, mihi perinde eſt. (b) *Si forte fortuna evenerit, ut quaſdam dubias obelo haud notaſſet inſcriptiones, alios, prout eis videbitur, facere jubet ; non enim omnes dubiæ fidei attigit, quaſdam etiam ultro prætermiſit, cum nulla ſuſpicionis nota, vel idonea ratio adferri poſſet : tum etiam ſubinde errores ab aliis jam notatos nequaquam moratur. Interdum dubio quodam tenebatur virga cenſoria genuinas nonnullas damnaſſe, quod erroribus ſcaterent, ſpuriarumque faciem præſeferrent. Sententiam ſuam ſæpiſſime cum dubitatione adducit, ut mox dicemus, eamque doctorum Virorum arbitrio permittit, idque lectores memoria tenere jubet, etſi, quoties occurrat, haud moneat. Quum brevitati ſtuderet, Inſcriptiones, quarum mentionem habet, minuſculis, & uti vocant* curſivis *characteribus, cudendas potius eſſe duxit, quam majuſculis, ne libri moles major evaderet ; tum quod in operibus, e quibus excerpuntur verſus ad Marmoris fidem recte non ſemper exarati ſint. Qui Inſcriptiones terunt, ſtatim percipient, cur ſæpius unam, aut alteram vocem, aut dimidium verſum illius, alteriuſve Inſcriptionis afferat ; eæ voces, verſus illi præcipue ad rem faciunt ; & ſunt ex numero dubioſorum : aliis nequaquam opus eſt. Conferant lectores loca obelo notata : nimis longum fuiſſet ſingula per extenſum referre. Verba quædam inconnexa, & inepta nullam ſententiam efficentia, nulla quidem refutatione indigent ; ea retuliſſe, reprobare eſt : itaque Inſcriptionum antiquarum expertes Clariſſ. illi Viro nequaquam vitio vertant, haud ſatis ſententiam ſuam declaraſſe, & obſcuriores ſenſus non patefeciſſe : faciunt profecto, dum hæc vituperant, ut nihil intelligant. Ex tot epigrammatis ementitis, aut dubiæ fidei, noluit tamen quemquam putare Antiquitatis ſtudium contemnendum eſſe eo quod facile ſit decipi ; & perdifficile vera a falſis ſecernere. At nonne in quocumque ſtudiorum genere in fraudem impellimur? Qui antiqua ſuppellectilia, & veterum numiſmata exquirunt, nonne quotidie a fallaciis decipiuntur? Nonne & qui MSS. Codices, & diplomata, veterrimaſque membranas evolvunt? Nonne qui Leges, Hiſtorias, Tabulas, aliaque ſexcenta tractant? Quid igitur ea omnia contemnenda, quod ſint apocrypha plura? Nonne potius ſedulo incumbamus oportet, ut vera a falſis ſecernantur, eaque maximi faciamus, quæ nullo fuco, aut fallacia infecta reperiuntur? Hæc autem ex Schedis Maffejanis, quoad Proemium ſpectant, depromi potuerunt : nullus tamen dubito, quin alia plura, præcipue ad librum Primum ſpectantia addidiſſet. Nunc vero de ordine Librorum & Operis dicere juvat.*

Libri primi initio probare nititur ex Jobi *Libro* (c) *antiquiſſimum fuiſſe ſcribendi morem, & literas incidendi ; deinde ad Obeliſcos Ægyptios deveniens, exquirit quemnam ex Ægyptiorum Regibus habeant auctorem. Omnino pernegat, ſigna & imagines in illis ſculptas Inſcriptionum nomine appellari poſſe, deceptoſque fuiſſe inter veteres* Hermapionem, *& inter recentiores* Kircherium, *qui talia ſomniarunt ; nec ea monumenta ſcripturam præſeferre ullam, nec notas illas ullius generis eſſe literarum perfracte contendit* [1]. *Conquirit deinde quâ primum ætate uſus ſcribendi invaluit ; Columnas a* Sethi *progenie, uti ferunt collocatas, quas* Joſephus *memorat ridet, ejuſque Hiſtorici locum interpolatum eſſe docet. Scribendi artem ante cataclyſmum mortalibus haud innotuiſſe cenſet ; at poſtquam terris ſua facies eſt reddita, ſtatim fuiſſe reper-*

(a) Præſertim Dialog. XI. pag. 288. edit. Romæ 1736.

(b) *Sequierius* ex Fragmentis *hujus Artis Criticæ.*

(c) Cap. XIII. 26. XIX. 23. 24. XXXI. 35. 36.


[1] Alii non infimæ notæ Scriptores, tum antiqui, tum recentiores incontrarium ſentiunt. Vid. *Diod.* lib. I. pag. 67. edit. Amſtelodami 1745. in fol. *Strab.* lib. XVII. pag. 1172. ibidem 1707. in fol. *Tacit.* Annal. lib. II. num. 60 Traject. Batavorum 1721. in 4. *VVarbuthon. Eſſai ſur les Hiéroglyphes des Egyptiens &c.* 4. *Pariſ.* 1744. Eruditiſſ. *Bandinium de Obeliſco Cæſaris Auguſti e Campi Martis ruderibus nuper eruto* &c. Romæ 1750. Commentarium de *Diptyc.* &c. lib. I. Cap. I. & II. edit. Lucæ 1753. *Goguet* in Lib. Italice edito Lucæ 1761. Cui titulus : *Della Origine delle Leggi dell' Arti &c.* Tom. I. Lib. II. Cap. VI. pag. 135. ſeqq. Lib. III. Art. I. pag. 176. ſeq. & alios.


repertam ſuſpicatur, objectioneſque diluit, quæ in contrarium afferuntur. Vbinam vero terrarum admirandum illud inventum primum emicuerit, & quænam gens primum Alphabetum effinxit, breviter indagat: populo Hebræo tribuendum putat, cum apud illum, multo antequam apud alios, memorentur leges, tituli, volumina, & hiſtoriæ. Ad Phœnicios, & ex iis ad cæteras gentes inventum illud manaſſe vulgo creditur. Haud tamen facile eſſe antiquiſſimum illud alphabetum, quo Hebræi uſi ſunt, cognoſcere, Samaritanorum literas cæteras anteiſſe autumabat: at exemplar literarum, quas in montibus Horeb & Sinai exaratas eſſe dicunt, & a Kircherio *male exhibitas, ad eas nullo modo referendum eſſe ducit, quum illi ductus, prout apud eum habentur, nullam ſcripturam repræſentare videantur. Hæc autem extant in prima libri parte, quæ ſupereſt; cætera deſiderantur.*

Iis autem traditis ad Obeliſcos rediens perfunctorie dicere debebat de ſignis, & ductibus in illis inciſis, & quibus decorantur; opinabatur etenim hujuſmodi imaginum interpretationes a viris doctis elaboratas omnino imaginarias eſſe. His actis ad literas, quas ſacras vocant, deveniens, ex Herodoti *& aliorum Scriptorum teſtimonio comprobabat, nec animalium figuris, nec corporis membris, nec id genus aliis fuiſſe repræſentatas, ſed genuinas fuiſſe literas, non ſymbola. Quaſdam Inſcriptiones a literatis viris Ægyptiis, uti cenſent, charactere prolatas, plane ridebat, nec illis ullam fidem adhibendam eſſe docte monebat. Deinde de Perſicis Inſcriptionibus, Palmyrenis, Punicis, Etruſcis, de exotica* Agliboli & Malachbeli, *de Chinenſibus, Græcis, Pelaſgis, Latinis, & de Runicis ante* Vlphilæ *ætatem non retrahendis differere volebat* [1].

✠ † † 2 *Verum*

[1] In Lib. IV. quem adpellamus III. Cap. I. Can. II. col. 63. ob oculos ponit Cl. Maffejus *extremæ antiquitatis argumenta in eximio* Monumento antiquiſſimæ Inſcriptionis Sigeæ Βυςροφηδὸν exaratæ, quam mancam protulit & non interpretatam. Quapropter ex Cl. Chishulli Antiquitatibus Aſiatic. p. 4. integram cum latina verſione heic adponam.





φανοδικυ. ειμι. τυ
ερμοκρατυς. τυ προκο
νησιυ. καγω. κρατηρα.
καπιστατον. και. ηθ
μον. ες πρυτανειον. ε
δωκα. μνημα. σιγει
ευσι. εαν. δε. τι. πασχ
ω. μελεδαινειν. (εω).
σιγειεις. και. με. εποι
ησεν, ὁ αισωπος. και.
οι αδελφοι.

ideſt:

Phanodici ſum Filii
Hermocratis Proconeſii. Et ego Craterem
& Crateris *Baſim &*
Bolum ad Prytaneum
dedi memoriæ ergo Sigeis. Si quid vero patiar
curare me jubeo
Sigeos. Et fecit
me Æſopus atque Fratres.

φανοδικυ.
ειμι. τυρμοκ
ρατεος. τυ.
προκοννη
σιυ. κρητηρ
α. δε. και. ὑπο
κρητηριον. και.
ηθμον. ες. πρυ
τανιον.
εδωκεν. σιγει
ευσιν.

Phanodici
ſum filii Hermocratis Proconneſii. Craterem vero &
Hypocraterium
& Colum ad
Prythaneum
dedit iis
Sigeis.

Hoc eximium Marmor ab Æſopo, ejuſque Fratribus ſculptum dicitur; & ſi intelligi debet de Æſopo Fabularum Scriptore, ut conjecit Chishullus ipſe in cit. Oper. p. 38. referri poteſt ad Olymp. L. ſcil. ad an. V. C. 174. & ante Ær. Chr. 580. Vid. Murat. MMCIII. ſeqq. & Corſin. in *Not. Græcor.* Prolegom. p. XVI.

Verum horum vix minima quidem pars adumbrata in illius Doctiſſimi Viri Schedis & adverſariis Italica lingua exaratis ſupereſt, immo nonnullorum ne minimum quidem. In ultima ejuſdem libri parte de uſu & præſtantia Græcorum, Latinorumque epigrammatum diſputationem inſtituere volebat, utpote Operis ſui præcipuum ſcopum, & propoſitum, eorum utilitatem maximi faciebat quod pertinet ad Hiſtoriam, Chronologiam, Conſulum Seriem, Geographiæ antiquæ notitiam, Veterum Romanorum religionem, Reipublicæ Romanæ adminiſtrationem, militiam, ludos, dignitates, magiſtratus, artes, vel etiam Romanam linguam, & Poeticen: Atque ex Chriſtianorum titulis multa erui poſſe putabat, quæ ad eorumdem cultum & mores attinere videntur. Horum quædam vel leviter, vel interdum ſtudioſe attigit in Schedis ſuis, quarum maxima pars ſcriptionis perverſitate, ſingulariis, abbreviatiſque verſibus, aut interruptis ſententiis, niſi ab iis, qui manum illius probe agnoſcunt, vix intelligenda foret.

Libro ſecundo diſſerit de Titulis, quæ in Veterum ſcriptis reperiuntur, eo tantum propoſito, ut genuinæ a fictitiis ſecernantur, & ab errore omni quiſquis cavere poſſit; indeque magis innoteſcat, num illa, quæ in antiquis libris occurrunt, ab omni ſuſpicione immunes ſint. Quum vero ad retroacta tempora ſpectent omnes, ævum univerſum in quatuor periodos partitus eſt. Commentitia reputat epigrammata quæcumque ad primam periodum ſpectantia. Fictitia etiam ea omnia fere cenſet, quæ ex temporis mithici periodo adducuntur. Illa autem, quæ ad tertiam ætatem pertinent, criterio tamen adhibito, fidem omnino putat mereri. Recenſet itaque libri initio, quæ ad Græcos referuntur, & in Græcorum libris exſtant, deinde quæ in Latinorum Operibus reperiuntur. Hujuſce Libri minima quidem pars latine ſupereſt, quæ ſequuntur Italico idiomate in Schedis ſcripta reliquit, & latine reddita in medium protulimus, ut ante diximus.

Liber Tertius complecti debebat Studii Lapidarii Hiſtoriam, & recentiorum Scriptorum, qui de antiquis Epigrammatis egerunt, catalogum: Initio agi debebat de præcipuis veterum Inſcriptionum manuſcriptis operibus, nempe de Ligorii Codicibus in Ædibus Regiis Taurinenſibus adſervatis, de illis Alciati, & Mariangeli Accurtii in Ambroſiana Bibliotheca Mediolanenſi cuſtoditis, de MS. Franciſci Aligerii, quod adſervat Cl. Vir Marcus Foſcarinus Senator Venetus Ampliſſimus, Joannis Jucundi, cujus exemplar penes ſe habebat Auctor, Joannis Marcanovæ apud Clariſſ. Patarolios Venetiis extante, P. Ferrarinii, Carmelitani Regii Lepidi in ædibus Carmelitanorum cuſtodito, Hieronymi Bononii, quod ſervant Tarviſini, tum de aliis minus notis, quos dum iter fecerat, exquiſierat, & partim contulerat, aut exſcripſerat. Hos autem excipere debebat recentiorum Auctorum, eorumque Operum ad Inſcriptiones ſpectantium notitia chronologico ordine tradita. Ea autem omnia in ordinem nequaquam digeſta in Schedis jacent, & fere deſiderantur.

Tandem Libro quarto, quem nos tertium dicimus, ut innuimus, de Græcis, & Latinis epigrammatis ſermonem inſtituit. Is autem fere totus ſupereſt, maximique faciendus, quum in eo tradantur canones, ad fictitias Inſcriptiones quaſcumque dignoſcendas, & in illo habeatur Gruteri Theſauri, Reineſii Syntagmatis, Sponii Miſcellaneorum, & Fabretti Inſcriptionum Antiquarum perpetua Critice, eorumque Operum judicium, quibus adjecit quorumdam aliorum recenſionem. Quoad Hiſpanica monumenta attinet, hic monendum eſſe ducimus, ea illi fere innotuiſſe nonniſi ex Schedis Cl. Viri Emmanuelis Martinii Decani Eccleſiæ Alonenſis, qui ex Hiſpanorum libris excerpta, ad eum miſit, quæ ſolum apud Gruterum deſiderabantur, omiſſis fictitiis pluribus, quæ nullius erant fidei. Iis etiam adjungi debebat diſquiſitio quorumdam marmorum in Operibus Cuperi, Relandi, Almelovenii, Gudii, Vignolii, Gorii, & præſertim Montfalconii, quorum, ſi tamen ultimum exceperis, leviſſime in ſchedis mentionem habuit.

Equidem nos non omnia epigrammata, quæ in Arte Critica Lapidaria, cenſoria virga notantur, reicienda eſſe putamus. Nam neque ipſe Cl. Auctor ea omnia rejecit, & ad ſpuria, & ſuppoſititia amandavit. De nonnullis enim titulis ſubdubitat, alios ad examen revocandos vult, alios interpolatos, non paucos quadratariorum, vel exſcriptorum oſcitantia vitiatos credit, [vel ita monſtroſi, & exeſi ſunt, ut ſenſus percipi non poſſit] nonnullos obiter attigit, alios in Muſeo Veronenſi pro genuinis evulgare minime dubitavit [ut aliquando in noſtris adnotationibus ad hoc Opus obſervabis] pleroſque Eruditorum judicio relinquit, de aliis vero cur dubitet, rationem non adfert. Nam iſtiuſmodi Diſputatio ob mortem ejuſdem Auctoris infecta remanſit. Et revera multa quidem [ut ad me ſcripſit Cl. Seguierius Immortalis noſtri Maffeji laborum, ſtudiorum, & itinerum tot annos comes, amicus in paucis, & contubernalis] erat retractaturus [1], ſi Operi ultimam manum adhibuiſſet. Nam quum anno 1749. Muſeum Veronenſe edidiſ-

[1] Exempli cauſa. Quum titulum Ariminenſem non penitus ad fidem lapidis in Obſerv. liter. Tom. IV. pag. 356. num. 26. recuderet, & immerito notam Grutero inureret, ubi in cit. Oper. pag. 373. ſcribit: Piccola pietra in Piazza: Grutero vi mette Conſul di ſuo, e varia la poſitura. Dein in Muſeo Veronenſi CCCLXIV. 5. emendatum evulgat hoc modo:

C. CAESAR
AVGVST. F
COS
VIAS. OMNES
ARIMINI. STERN
. . . .

Mirum, ait, paretamu, unde irrepſerit, quo in Obſ. loc. cit. Litera COS omiſſa fuerunt, & omiſſionem probare viſus ſum, effari nequeo.

edidiſſet, *videtur quaſi animum retraxiſſe ab* Artis Criticæ Lapidariæ *evulgatione* (a): Amicis, *inquit*, obtemperare cogor, qui tamquam ſpecimen quoddam, quæ in Arte Critica Lapidaria, lucem fortè nunquam viſura, & de præmiſſa *Servilii Capionis* Inſcriptione xxv. ab hinc annis commentatus ſum, tranſcribere omnino jubent [1], *& teſte ipſo* Seguierio (b), *ut ſupra diximus:* Alii [*inquit Maffejus*] corrigant noſtros eadem mente, eademque de cauſa, qua aliorum errores emendavi.

(a) Vid. *Muſ. Veron.* pag. CLXXV.

(b) Ex Fragmentis *Art. Critic. Lapid.*

Verum quis credat in abſolutiſſimum Gruterianum *corpus*, *in* Reineſianum *Syntagma*, *in* Sponii Miſcellanea, *in* Fabretti *Collectionem tot lapides ſpurios irrepſiſſe? Quot obelo notavit Noſter Auctor, quum eos pro ſinceris admiſerint, hi celeberrimi Collectores? Eſto aliquando peccaverint; an fieri poteſt, ut in pleriſque marmoribus emendentur?* „ *Ejuſmodi vitia,* „ ait Muratorius (c), *in lapidarium regnum ſubingreſſa ut tollerentur, opus foret, iterum mar-* „ *mora ipſa accuratius conſulere, & qua prave hactenus deſcripta fuere, diligentiori ſtudio* „ *reſtitnere, verum cui, rogo, tantum temporis & pecuniæ eſt, ut univerſa loca tam intra,* „ *quam extra Italiam, unde hauſtæ fuerunt vetuſtæ Inſcriptiones, percurrere velit ac poſſit?* „ . . . . . . *Quod plus eſt, etiamſi tanti laboris quiſquam patiens reperiretur, ejus tamen* „ *votis, ac labori male proculdubio ſuccederet. Atque heic noſcat velim Lector non ſatis no-* „ *tum Marmorum Eruditorum infortunium . . . . . vix dici poteſt quantam perniciem ejuſ-* „ *modi lapidibus attulerit non ſolum temporis edacitas, ſed etiam [id quod gravius, & fre-* „ *quentius] negligentia, inſcitia, & barbaries mortalium, atque in ipſis cultiſſimis noſtri* „ *ævi civitatibus, & locis. Si quis nunc quærenda, & inviſenda ſuſciperet innumerabilia* „ *Marmora, unde eximium ſuum Theſaurum* Gruterus *conflavit, vix tertiam puto, eorum* „ *partem ſuperſtitem reperiret. Et* Muratorio *conſonat* Maffejus *ipſe, ubi in Præfat. Muſ. Veron. p.* 11. *ait:* Multa [*Saxa*] comminuuntur, atque, ut variis inſerviant uſibus, mutilantur; multa obruuntur iterum, vel abditis, tenebricoſiſque locis deliteſcunt; nec defuere, qui de aliquibus calcem coquerent. Ea propter mirari nequaquam debemus, Inſcriptionum poſt literas reſtitutas partem maximam periiſſe. Earum, quæ Mazochius, quæ Panvinius, quæ Gruterus exhibuerunt, quota pars ſupereſt? *Notum equidem eſt omnibus non experientia ſolum, ſed ex ipſius Sapientiæ Oraculo* (d): *nihil permanere ſub ſole: & ex vulgato adagio*

(c) In Præfat. Nov. Theſ.

Mors etiam ſaxis, marmoribuſque venit.

(d) *Eccl. cap.* II.

Quapropter laudati Collectores, & omnes alii, qui nos præceſſerunt, non ſpernendi, immo maximi faciendi ſunt, qui nobis tot præclara eruditæ vetuſtatis monumenta ad nobilium diſciplinarum, & bonarum artium præſidium, & incrementum ab interitu, & oblivione erepta vindicarunt, & quaſi illæſa nobis ſervarunt. Hac juſta profecto laude a magni nominis ſcriptoribus fraudati non fuere. Cyriacus *Anconitanus* [2] *qui omnium primus fuit ineunte Seculo XV. qui ad veteres tum Græcos, tum Romanos titulos exſcribendos, & colligendos animum intendit, commendatur a Celeb.* Muratorio, (e) *& a Cl. VV. ut de aliis taceam,* Laurentio Mehus (f), *& ab Annibale de* Abbatibus Oliverio (g). *Et experientia nos docuit,* Cyriacum *accurate [ut αυτοπτης obſervavimus*

(e) Vid. Præfat. Nov. Theſ.
(f) *Præf. ad Itiner. Cyriac.* p. xxx.
(g) In Adnotat. ad Comment. Cyriac. Nov. Fragm. edit. Piſauri 1763. in fol.

nequeo, nam in archetypo apud me exemplo adhuc extant. Errorem non ex aliorum monitu, ſed ex ipſa libri inſpectione ſtatim ac in lucem exiit, agnovi, ita ut exemplaria plura manu, & calamo emendata ſint.

Obſervandum inſuper eſt, hunc lapidem, ut integrum dediſſe *Maffejum* in cit. Muſeo, quum in *Obſerv. Lit.* mutilum protulerit: Inferne revera deeſt unus, vel alter verſus.

Quis legens *Maffeii* de Amphiteatris, & præfertim de Veronenſi egregium Commentarium, non crederet, illius quidem ſententia, nulla ſupereſſe Amphiteatrorum veſtigia in Italiæ urbibus, niſi Romæ & Veronæ. Et profecto ita ſcriptum fuit. Attamen quum anno 1751. a me accepiſſet elucubratiunculam MS. de noſtro Lucenſi, ita mihi VI. Kal. Aprilis 1751. perhumaniter reſcripſit:

Non ſaprei, perchè la benigna ſua delli 23. *Febbrajo mi arrivi ſolamente alli* 18. *di Marzo, il che dico, perchè non mi creda così negligente in riſpondere. Mi è ſtata cariſſima la ſua erudita richieſta. Mi rallegro della bella ſcoperta. Mi ſon ſempre grandemente ſtupito, che non ſi trovino Iſcrizioni in Lucca, Città così Antica, e così Illuſtre. Hò per certo, che ne' paſſati tempi ſiano ſtate gettate ne' fondamenti. Mi ſtupiva ancora, che non ſi vedeſſero avanzi di antiche fabbriche; ma ecco che adeſſo ci troviamo avanzi della più ſuntuoſa di tutte, cioè dell' Anfiteatro. Tale me la fanno credere le circoſtanze, che Ella mi avanza; onde credo, ch' Ell' abbia ottimamente giudicato. Soleanſi gli Anfiteatri edificare preſſo le Città, ma fuori del recinto, onde potrebb' eſſer, che foſſe fuori anche quel di Lucca.* (*) *La figura ovale, li archi l' un ſopra l' altro, la eſtenſione, i portici raddoppiati, le volte, le vie a vomitorj moſtrano Anfiteatro. Fortunata è la ſcoperta d' un vomitorio: oſſervi, che internamente ci ſaranno gradini per ſalire ad eſſo. Tre gradini, che nella Arena di Verona ſon conſervati per ſalire a un vomitorio dell' ordin più baſſo, mi diedero lume per conoſcere, che anco il primo ordine delli sbocchi altro non è, che Vomitorj, come gli altri; ma per venire al Podio, e ne' più baſſi gradi, dove Giuſto Lipſio, il Mazochio, trattando di quel di Capua, e tutti gli Eruditi hanno ſempre creduto, che foſſero porte di prigioni, e vi ſi teneſſer le fiere, quali all' incontro in gabbie erano tirate nell' arena per li due ingreſſi ſulle punte dell' ovato. Con queſto ancor ci reſtava ignota tutta la ſtruttura. Ella rileva il numero di* 56. *arcate: quella di Roma ſono* 80, *di Verona* 72, *di Nimes* 60, *di Frejus* 52. *La coſtruttura de' muri, e volte di ghiaja, e rottami, moſtra l' uſo Romano Antico. L' ordine ſarà Toſcano, com' Ella lo giudica. Oſſervi ſe dove ſi ha un arco ſopra l' altro continui l' iſteſſo ſopraornato, e con gli ſteſſi membri nell' un piano, e nell' altro. In ſomma mi è cariſſimo, che ſi ſia ſcoperto così nobile avanzo, e la eſorto ancor' io a darne fuori un diſegno, e un Trattato, ben conoſcendo dalla ſua Lettera, quanto ne ſia capace. C' è ſtato chi ha ſtampato, che io pretenda non foſſero in Italia altri Anfiteatri, che a Roma, e a Verona, qual pazzia non ho ſognata mai; ho bensì detto, che non c' erano Anfiteatri in ogni Città, come molti credono, e che di tutta pietra, erano aſſai rari: ma ne nominai alquanti nel mio Trattato, ed ora aggiungerei quel di Lucca, ſe occaſione ne veniſſe &c.*

(*) Etiam noſtrum ædificatum fuit prope muros antiquæ urbis.

[1] Iſtiuſmodi pericopen, quæ erat in Primi Lib. medio, & omiſſa a *Seguierio* habebis ad Cl. XXIV. hujus noſtri *Supplementi* in Commentario ad cit. Epig.

[2] Gentilitium *Cyriaci* nomen fuiſſe *Pizzicolli*, vel *Picenicolli*, ut ex inſcriptione in cit. Oper. p. 2. n. 4. & Annotat. d. *Oliverii* n. 6. & ex ejuſdem *Cyriaci* Epiſt. ineditis eruitur. Nonnulli cenſent, eidem *Dominici*, non *Cyriaci* nomen inditum fuiſſe, at perperam; nam in cit. Epiſtolis editis, & ineditis, ſemper appellatur *Cyriacus*: ſolemne enim eſt Anconitanis non ſolum antiquitus, ſed etiam hodie *Cyriaci* nomen ob venerationem *S. Cyriaci* eorum Patroni.

vimus] *exſcripſiſſe lapides, qui adhuc in Etruriæ Urbibus exſtant : tantum igitur abeſt, ut eos ſomniaſſe credi poſſit. Ligorius*, cujus fides dubia, & ſubleſta eſt apud eruditorum non paucos, (a) *defenditur a Muratorio in doctiſſima Adnotatione ad Epig. 3. Claſſ. I. pag. 1. quam ſubjicimus*. [1] Urſinum & Smetium *Viros oculatiſſimos vocat Eruditiſſ.* Criſtoph. Saxius (b), *Zamoſius* integræ fidei ſcriptor *adpellatur a Celeb.* Fabretto (c) : *Ab eodem ibidem de Grutero*

(a) Idem Murat. in cit. *Præf.*

(b) Vid. ejuſdem eximium recuſum Opus in hoc Vol. col. 570.

(c) De *Col. Traj. Cap. VIII. p. 131. lit. E.*

[1] ,, Floruit *Pyrrhus Ligorius* Neapolitanus An. Chr. 1550. Præter pauca publicis typis tradita reliquit poſt ſe immane
,, Opus XL. Voluminibus in fol. nondum editis conſtans, in quo, quanta potuit, antiquitatis monumenta coacerva-
,, vit, Numiſmata, Inſcriptiones, Statuas, Ædificia, Toreumata : atque erat delineandi, & pingendi peritus, atque
,, Architectonices ſtudioſiſſimus, non pauca ex iis, ſummo ſtudio delineata, expreſſit. In Taurinenſi Bibliotheca *Ca-*
,, *roli Emanuelis*, nunc Sardiniæ Regis, & Sabaudiæ Ducis, autographum Opus adſervatur, ære ingenti comparatum.
,, Romæ quoque non pauci ex eiſdem Libris in Bibliotheca Barberina proſtant; plerique pariter in Bibliotheca *Chri-*
,, *ſtinæ* Suecorum Reginæ, ſæculo proxime præterito legebantur, ac ſubinde in Ottobonianam tranſierunt. Sed & al-
,, terum autographum extabat Parmæ in Bibliotheca Farneſia, unde cura humaniſſimi, & doctiſſimi olim P. *Franciſci*
,, *Andreaſii* e Societate Jeſu, Tomum XXIV. & XXXIX. ad utendum impetravi, in quibus ingens copia veterum In-
,, ſcriptionum diligentiſſime ſcripta cum ſuis anaglyptis viſitur. Summe autem ſplendida fuit, dum vixit, & poſt mor-
,, tem quoque, *Ligorii* fama, ita ut *Onuphrius Panvinius* amicum, & ſynchronum Virum non dubitaverit appellare
,, (Lib. II. pag. 403. Commentar. in Faſtos) *omnium Antiquariorum facile principem*, contexto inſuper magnifico plane
,, ejus elogio, quod apud eum legat, qui velit : At proxime præterito ſæculo *Ezechiel Spanhemius*, Vir profecto ex
,, eruditione, ſubactoque judicio Clariſſimus, in Libris *de Præſtantia*, & *Uſu Veter. Numiſmat.* primus litem intenta-
,, vit Ligorio. Diligentiam quidem illius, & laborem commendans, nonnulla tamen ex Numiſmatis, monumentiſque
,, ab ipſo collectis, ſuſpicione aſperſit, ſatis ſignificans, hæc aut ab eodem Ligorio, aut ab aliis conficta, cum legiti-
,, mis fuiſſe commixta. Ejuſmodi tuba excitatus in *Ligorium* acrius deinde inſurrexit Cardinalis *Noriſius*, incomparabi-
,, lis ille Vir, & Criticorum ætate ſua princeps, cum in Epiſtola Conſular. appellans *Latini ſermonis ignarum, uti*
,, *ejuſdem æqualis Antonius Auguſtinus in Dialogis teſtatur, laborioſiſſimum quidem, ſed plerumque fallacem Scriptorem* : quod
,, aliquot exemplis oſtendit tum pag. 56. tum 80. Denique ſubdit, Ligorio *familiare fuiſſe, non quidem fictas Inſcriptio-*
,, *nes concinnare, quod Latinam Linguam ignorabat, ſed e Faſtis nomina Conſulum exſcribere, eaque vetuſtis Inſcriptioni-*
,, *bus præponere*. Mitto, quæ *Fabrettus*, atque alii graviori etiam contemtu de Homine iſto literis tradiderunt.

,, Equidem is minime ſum, qui *Ligorii* fidem in omnibus aut præſtare, aut purgandam ſuſcipere velim, ac præcipue, quod
,, duo tantum ex illius Voluminibus, & non cuncta, ſub oculis habuerim, neque judicium de Viro iſto efformari
,, poſſit, niſi integro illius labore perſpecto. Attamen dicam, videri mihi, longe mitius cum eo agendum fuiſſe, at-
,, que inconſulta prurigine cenſuræ ferri, qui ſine ullo diſcrimine monumenta ab eo collecta damnat, atque proſcri-
,, bit. Neque enim quod aliquid ſpurii, aut conficti in Eruditorum Libris deprehenditur, continuo reliqua illorum ſu-
,, pellex eſt falſi arceſſenda. Sæculo Chr. quinctodecimo, quum veterum Marmorum ſtudium incaluiſſet, ſimul etiam
,, inſurgere cœperunt (atque utinam deſiiſſet ejuſmodi hominum genus) qui aut ludendi gratia, aut inſana cupiditate
,, comparandi ſibi, aut Patriæ nominis, adulterinas Inſcriptiones fabricarunt, quas earum mercium Collectores, avide
,, quidem, ſed non ſatis ſibi caventes in ſuas tabellas intulere. Et profecto poſtquam ego tot Schedas, & Collectio-
,, nes antiquarum Inſcriptionum, ſive typis editas, ſive manu exaratas verſavi : teſtari jam poſſum, vix ullam ex
,, iis expertem defectus hujuſce mihi viſam fuiſſe. Quid ſi & *Ligorio* fucus ab aliis eſt factus? Quid ſi conficta fuerint
,, vetera monumenta, eaque aut in *Ligorii* Libros intruſa, aut ſub ejus nomine venditata? Sed quod omnium maxi-
,, me heic animadvertendum eſt, habemus in *Theſauro Gruteriano* plures, ultra quam credi poſſit, *Ligorianas Inſcriptiones*.
,, Multas ipſe fatetur ſe ex illius Libris accepiſſe. Longe majorem numerum is hauſit ex *Pighii* ærario, qui *Ligorianas*
,, non paucas collegerat, atque ex *Onuphrii* Panvinii Libris, qui diſerte teſtatur in Faſtis Conſularibus, ſe ab ipſo Li-
,, gorio *ingentem Epigrammatum, Inſcriptionumque cumulum fuiſſe mutuatum*, quibus Commentarios ſuos exornavit. *Pan-*
,, *vinium*, ut omnes norunt, expilavit *Gruterus*. *Reineſius* itidem non levem ſui Syntagmatis partem ex *Ligorianis* In-
,, ſcriptionibus ſarcivit. Nam præter permultas ex illius penu recta deſumtas, plures ſine comparatione is in ſuum
,, Opus derivavit e *ſchedis Langermanis*, quas magnam partem ex *Ligorianis* ſpoliis conflatas animadverti. Præterea
,, *Sponius* ſe multa accepiſſe ex *Ligorii* Libris, teſtatus eſt & ipſe; idque certum ego quoque agnovi, collatione facta
,, cum geminis *Ligorii* Tomis a me viſis. Adde etiam *Ezechielem Spanhemium* antea laudatum. Is ſane, uti auctor eſt
,, idem *Reineſius*, atque ego deprehendi ejus Commentarium de *Cæſaribus* perſcrutans, *Ligorianas* non paucas deſcri-
,, pſit. Ad hæc rem plane ridendam accipito. *Fabrettus* ipſe, qui tanto cum faſtidio, atque contemptu Ligorium me-
,, morat, ac rejicit, Inſcriptiones plurimas ex illius promtuariis eductas in Librum ſuum ſe invexiſſe minime animad-
,, vertit. Nam quæ *Barberinæ* & *Vaticanæ Schedæ* ab eo tam ſæpe laudantur, noverit Lector, ex *Ligorianis* ſaturatas
,, fuiſſe : quod mihi innotuit, gemina volumina nuper memorata conferenti cum Libris *Fabretti*. Denique ut *Gudii*
,, Inſcriptiones, ante paucos annos editas, prætercam, *Ligorianas* pleraſque in *Donii* Collectione oppido multas alias vidi,
,, quæ dicuntur quidem e *Schedis Manutii in Bibliotheca Vaticana adſervatis* deprompte, ſed & ipſæ ex *Ligorio* profectæ ſunt.

,, His poſitis, ſi pergant Cenſores immoderate agere adverſus *Ligorium*, jam habemus Pyrrhoniſmum invectum in a-
,, grum Lapidarium, atque in poſterum dubitatio erit de innumeris Inſcriptionibus apud præcipuos earum Collectores
,, proſtantibus : quod minime ferendum unuſquiſque fatebitur. At heic e veſtigio reponentem audio. Quam plu-
,, rimas Inſcriptiones in *Ligorii* Libris concluſas *Smetius* poſtea Romæ verſatus, legitimas, & revera in marmoribus
,, inſculptas inſpexit; *Gruterus* vero a *Smetio* acceptas in *Theſaurum* ſuum conjecit. *Manutius* quoque, *Langermannus*,
,, *Donius*, & Auctores ſchedarum in Bibliotheca Vaticana, & Barberina exiſtentium, non ex MStis *Ligorianis*, ſed
,, ex ipſis Lapidibus ſuas Inſcriptiones expreſſerint : ergo de illarum legitima origine ſublata eſt dubitatio. Egregie
,, profecto. Hoc unum videlicet ſatis eſt, ut enormi nonnullorum cenſuræ non modica ex parte *Ligorii* fama eripia-
,, tur. Nam ſi, uti certum, immo certiſſimum eſt (oculatus quippe teſtis & ego ſum) tot Inſcriptiones *Ligorius* cir-
,, citer Annum Chriſti 1550. collegit (quas *Panvinius* in Faſt. An. Chr. 1558. editis laudavit) & ſupervenientes poſt-
,, ea *Smetius*, *Manutius*, & alii, eaſdem non fictas, non interpolatas, ſed revera in Marmoribus repererunt,
,, ſuiſque oculis luſtrarunt : inique proinde agat, quiſquis *Ligorium* traducere velit, tamquam merum commen-
,, ticiæ mercis propolam. Et plures ſane *Ligorius* ætate ſua Lapides vidiſſe, & congeſſiſſe potuit, quam *Sme-*
,, *tius*, & reliqui ſucceſſores viderint; tum quod ille per annos plurimos Romæ verſatus fuerit, atque inde-
,, feſſo ſtudio in deſcribendis Antiquitatibus inſudavit, tum quod Marmora erudita facile in alios uſus con-
,, vertuntur, ac vivere, ut ita dicam, deſinunt, quemadmodum in Præfatione oſtendi. Propterea nullus mirandi
,, locus eſt, ſi tot alios lapides a *Ligorio* deſcriptos, neque *Smetius*, ceterique poſtea viderint. Præterea, dum
,, iſtam Collectionem inſtruerem, ego quoque animadverti multas ex iis Inſcriptionibus, quas *Smetius*, & alii ſub-
,, ſequuti minime conſpexerunt, neque retulerunt, *Ligorius* vero in ſua Volumina congeſſit, antea a *Cyriaco* Anco-
,, nitano, atque a ſcriptore ſchedarum *Farneſiarum*, aut poſtea ab aliis Collectoribus, atque ab ipſo *Fabretto*, fuiſſe
,, inſpectas, & revera exſtitiſſe, quales *Ligorius* ipſe retulerat. Sed quando *Antonium Auguſtinum* in contemtum
,, *Ligorii* Cardinalis *Noriſius* huc advocavit, illius verba referre juvat ex Dialog. IV. de Antiqu. *Circum maximum*
,, (ita ille ſcribit) *delineavit egregie Pyrrhus Ligorius Neapolitanus, amicus, dum viveret, meus, Antiquarius inſignis,*
,, *& pictor, qui quamvis Latinæ Linguæ rudis eſſet, quadraginta fere libros Antiquitatum de Numiſmatis, & Ædificiis,*
,, *reliquerat, quos utinam heredes evulgaſſent. B. Qui, quæſo, Latinæ expers Linguæ de his conſcribere potuit? A. Non ſe-*
,, *cus atque conſcripſere Hubertus Goltzius, Æneas Vicus, Jacobus Strada, aliique, quorum, ſi Libros inſpexeris, omnes omni-*
,, *no Auctores tum Græcos, tum Latinos, quotquot exſtant, evolviſſe credas. Aliorum nimirum opera utuntur quumque pe-*
,, *nicillo valeant, amplius eo quam penna præſtant*. Hæc *Antonius Auguſtinus*, Celeberrimus Tarraconenſium Archiepi-
,, ſcopus An. Chr. 1588. vita functus. Cujus auctoritate, utique ineluctabili, permotus Noriſius, uti ſupra vidimus,
,, memoriæ prodidit, Ligorium *non quidem fictas Inſcriptiones concinnaſſe, ſed e Faſtis nomina Conſulum exſcripſiſſe, eaque*
,, *vetuſtis Inſcriptionibus præpoſuiſſe*. Repeto igitur & ego : ſi *Ligorium* Latinæ Linguæ expertem fateri neceſſe eſt, quei
,, tot Latinas Inſcriptiones, uti Cenſores quidam ſibi perſuadent, confixiſſe ille potuit? Æquius ſuſpicari fas eſſet,
,, aut aſſutas ejus Libris lacinias ab Impoſtoribus fuiſſe, aut conficta ab aliis Marmora ipſum incaute excepiſſe, atque
,, in ſuos intuliſſe Commentarios.

,, Nunc ſupereſt, ut, quæ mea ſit de *Ligorio* ſententia, exponam. Equidem ſingula, quæ Homo ille ad poſteros in lu-
,, cubrationibus ſuis Manuſcriptis tranſmiſit, præſtare tamquam legitima nolo, nec poſſum. Sunt enim quædam, quæ

tero ſeribitur : „ *Egregia illa, atque laborioſiſſima* Jani Gruteri *recollectio ingenuat omnes diſciplinas inſtruxit, ut qui hiſce veluti ex ejus Theſauro gemmis ſua ſcripta ornare, ſive neſcit, ſive negligit, is vere* ἄμουσος *cenſeri debeat* „. *Sed cur moror in immortalis Gruteri laudibus? quum tot, tantique Eruditorum calami eas celebrarint* (a). Reineſius *Magiſter a Saxio in cit. opere dicitur, & a Celeb. Gorio* (b) Antiquariorum lumen, Gruterus, Reineſius, Sponius, & Fabrettus eximia eruditione, & doctrina viri ſupra omnem laudem præſtantiſſimi, Donius Antiquariæ rei conſultiſſimus, *& diſertiſſimus Auctor ab eodem Gorio adpellantur. Alios plures mittam Præſtantiſſimos Viros in* Bibliotheca Lapidaria *cum debita laude recenſendos, quorum ſtudiis, & laboribus iſtiuſmodi veneranda Antiquitatis Cimelia clariſſima in luce hodie verſantur. Non negem tamen hos Celeberrimos Collectores in iſtiuſmodi Operibus nonnihil deliquiſſe. Nec mirum oculatiſſimos etiam Viros in referendis antiquis Epigrammatis aliquando hallucinatos vidimus, exiſtimantes ſpurium lapidem, ſincerum, & ſpurium ſincerum. Inter alia exemplum ſit Marmor* Βυςροφηδὸν *ſcriptum & relatum a Cl.* Bimardo *in luculentiſſima Diſſertatione, quæ* Novo Theſauro *præfixa eſt* (c). *Ad hoc adnotat Maffejus* (d) *de Inſcriptione hac Cl.* Bimardus *in cit. diſſertatione.* „ *Eam quidem ab Erudito Viro exaratam nollem publici juris ab aliis factam: teſtatur ſcilicet magna etiam ingenia quandoque decipi, & in his præcipue rebus fortaſſe novitatis amore quodam, facillime abripi, ac falli. Abreptus etiam eſt,* Bimardi *præſertim, ut opinor, auctoritate, itaut immeritos huic fabulæ* mactarit honores, *Vir, cui in his ſtudiis hac ætate parem non agnoſco. Diſſertationis mihi quidem inſcriptæ ſcopus eſt, ut breviuſculam ibi allatam epigraphen, quam maxime illuſtret, exornet, ac* vetuſtiorem aliquot ſaltem Olympiadibus *Pariſienſi noſtra decantet. Verumtamen recenti admodum fœtura in lucem prodiit, fictitia ſiquidem, & commentitia eſt. Pariſiis degebam, quum Doctiſſ. P.* Montfauconio *accidit, ut cartam monumentum illud exhibentem januæ ſuæ repagulo inſertam ſummo mane deprehenderet. Quiſnam obtuliſſet, numquam reſcire potuit. Adnotatum erat, in* Anglia lapidem adſervari; *ſed quo in loco, & apud quem, vel a quo id requiri poſſet, minime indicabatur. Londini, Oxonii, Cantabrigiæ ego quidem, qui de illo audierit, inveni neminem.* Montfauconius, *qua ſua humanitas erat, ſcriptam* Βουςροφηδὸν, *depictamque chartam oſtendit mihi: dedi ſtatim operam, ut illi de luſu, & de figmento conſtaret; nam literarum forma aſpectu vario diſſidebant a ſe ipſis, & diſcordabant. Literæ in tabula typis data aliquanto aptius comparent, ſed* Α *tamen &* Δ, *nullius ferme alphabeti ſunt. Puncta adverſus finem, nec Sigea nec Pariſienſis habent nec vetuſtiſſima alia. Figuræ priſci operis larvam imperite omnino inducere occultum luſorem voluiſſe, patefaciunt. Quicumque priſcis anaglyphis aſſueverit, Jovem ridet fere imberbem, capite inuſitate ornato, & avem in vola manus, ſive ſupra digitos habentem: ridet vas in medio miro fulcimento innixum, & hominem nudum in conſpectu Jovis, manus, ut videtur, abluentem. Inſcriptionis hac eſt loquutio.* Μάνθεος Ἀνθῦ εὐχαριςῶ Δὶί ἐπὶ νίκῃ πενταθλῳ παιδὸς. Mantheus *inauditum nomen eſt.* Mantian *Diodorus habet, & Demoſthenes;* Mantin *Pariſienſis tabula: quæ cum* μαντία *procrearit nomina, O literam aſſumere numquam poſſunt. Priſca Græcorum nomina voces fuere ſignificatione prædita: quid autem ſignificabit* Μάνθεος? *Quod ſubſequitur pariter nomen unquam videre non memini?* Εὐχαριςῶ Δὶί ἐπὶ νίκῃ non donum dat, *ut Cl.* Bimardo *viſum, ſed* gratias agit pro victoria *proculdubio valet: eo autem ſenſu ab antiquis, ac probatis auctoribus adhibitum non fuiſſe verbum,* Bimardus *fatetur ipſe, & ex veteribus Grammaticis ſcite adnotat.* πεντάθλῳ παιδὸς *reddit Bimardus* pro victoria quinquertio puerili, *reddenda potius videntur*, pro filii victoria in quinquertio: *ita ut* Manthei *filius victor in* pentathlo *fuerit. At quænam hæc aut græce, aut latine loquendi formula* νίκῃ πεντάθλῳ παιδὸς, victoria pentathli pueri?

Contra idem Bimardus (e), *cenſet ſpurium Gruterianum epigramma LXXVII. 3. ab Urſino, Smetio, ab ipſo Grutero, & Saxio* (f) *vindicatum.* Quin viderit (*Bimardus*) Auguſtanum lapidem [*ait Saxius*] non dubito; ſed credendum ne *Urſinum, atque Smetium* viros oculatiſſimos fumis deceptos eſſe, qui itidem ſuis vidiſſe teſtantur? Varia eſt ſæpe marmorum fama, ut Scriptorum; nec opus eſt nodum tam internecino gladio diſſecare. *Miſſis aliis relatis a Cl. Auctore ad vindicandum ab omni ſuſpicione hujuſmodi monumentum videndis loco cita-*

(a) Vid. ejuſdem repetita Edit. Amſtelædami 1707. a pag. 11. Præfationis uſque 56.

(b) Inſcript. Antiq. Etr. Part. II. p. 88.

(c) Tom. I. col. 35. ſeqq.

(d) Muſeo Veron. pag. ccccx.

Virg.

(e) Epiſt. ad Ill. Maffejum apud Murat. *Nov. Theſaur.* Tom. 1. pag. 110.

(f) In *Gruteri Theſ. periculum Animadverſ.* p. 25. in Edit. Lipſienſi in noſtra col. 570.

„ de Diis, de Urbibus, aliiſque de rebus deprompta ex ejus Libris, atque edita vidi, quæ mihi dubitationem, ſuſpicioneſque interdum injiciunt. Plura ejuſdem generis fortaſſe complectuntur reliqua illius volumina nondum mihi inſpecta. Ex iis *Gudius* ſuum ſaturavit Opus; nam, quas ego adfero Inſcriptiones, a *Ligorio*-Gudianis diverſas animadverti. Attamen erga *Ligorium* ita compoſitus ſum, ut monumenta ex eo delibata damnanda non cenſeam eo tantum titulo, quod *Ligoriana* ſint; ſed tum ſolum, quum juſtæ aliæ cauſſæ cenſorio ingenio ſeſe offerunt. Nimirum *Spanhemii* ſupra laudati judicium heic mihi æquitatis, & modeſtiæ plenum videtur, qui quamquam non pauca dubiæ fidei, aut confictæ novitatis, ſive illius, ſive aliorum culpa, in ejus Collectaneis deprehenderit: nihilo ſecius teſtatus eſt, *multa latere in iis, priſci ævi reliquias, quibus vel in primis prioribus Inſcriptionibus, aut Nummorum veterum Collectionibus, ingens, & præclara quadam acceſſio fieri poſſet, ac inde in omne Literarum & doctrinæ genus utilitas non levis redundare. Multa enim id genus hodie etiam haud amplius obvia, ibi recondi adverſus injuriam temporum: multa etiam ab aliis ſecus, aut properanter deſcripta accuratius ibi, aut fidelius, quam vulgo in editis legi &c.* Secundo ad me quod attinet, quandoquidem minime inconcuſſam *Ligorii* fidem, atque integritatem quidam egregii Viri jam deprehenderunt, ita procedendum puto, ut ſatis in poſterum futura non ſit nobis ratio, & cauſſa aliquid novi, & peregrini ſtatuendi, quoties id ex illius unius auctoritate pendet, nullumque aliud adminiculum accedit ex minime dubiis ſcriptoribus, & monumentis. Hiſce conditionibus propoſitis, fidenter quæ pauca in Tomis *Ligorianis* Vigeſimoquarto, ac Triceſimonono, fortaſſe purioribus, nondum edita ſupererant, in cenſum hujuſce meæ Collectionis pertraxi; ſed ea ſinceritate, quam a me indiviſam volo, atque ab aliis ubique obſervatam opto: ſcilicet præfixo ſemper *Ligorii* nomine, ut unicuique commodum, & liberum ſit, ſi res poſcat, ejuſmodi Inſcriptiones ad normam veritatis exigere, ſuamque mentem de earum pretio aperire. Neque difficile, ut ſpero, Lector animadvertet, nullam eſſe cauſſam, cur pleraſque ex iſtis uti germanas amplecti nolit. Atque hæc pauca præfari placuit, ut quoties *Ligorii* mentio occurrit, eorum memoriam recurrat, & aut mihi, aut illi a præcipiti quorundam cenſura caveam.

(a) Diſſertat. hypatic. P. I. C. 4. §. VII. p. 33. in Apparat. Annal. Eccl. Baron. Lucæ edit. 1740. p. 33.
(b) Diſſert. ad Sev. Martyr. Epitaph. edit. Panormi 1734. §. V. p. 19.
(c) Gruter. MLIII. 4. Lupius loc. cit.

citato; adferam ſolum quæ ad rem noſtram faciunt. Si enim *Pagium* (a) audimus [*pergit Saxius*] poſſunt interdum Inſcriptiones veræ eſſe, tametſi cum hiſtoria non uſquequaque conſpirent. Ad hæc labuntur ſæpe quadratarii ἀναλφάβητοι, quorum vitia jure nominaveris, *errata fabrilia*. Neque lapidum propterea Epigraphe, ut numi monetariorum culpa mendoſi deſinent eſſe ſinceræ vetuſtatis.

Ad noſtrum argumentum magis comprobandum, mire facit id, quod animadvertit Clariſſ. Lupius (b) *ubi lapidem ad* Stilichonis (c) *Conſulatum pertinentem ab omni vitio & ſuſpicione* νοθείας *vindicat.* „ *Me vero* [ſcribit] *experientia docuit caute procedendum, ubi de antiquis Saxis* „ *agitur: facile namque eſt ſuppoſitionis notam appingere documentis, quæ tamen falſa non* „ *ſunt. Volui itaque lapidem ipſum conſulere, quem a Smetio lectum, exſcriptumque* Romæ, „ in titulo Equitii ad S. Martini in Montibus, *ait Gruterus. Sed in ea Baſilica, ut multi* „ *ſuperſint antiqui lapides in porticibus, quæ ad latera ſunt, quaſque* Naves Minores *dicimus, ta*„*men lapidem* Heliæ Argentarii *non inveni; fortaße quia in Porticu media* [1] [*quam* Navim me„diam *dicere conſuevimus*] *fuerat. Hæc autem in recentioribus Baſilicæ inſtaurationibus novo* „ *pavimento ornata ſæculo ſuperiore, elegantior eſt, non autem magis erudita. Neque vero quiſ*„*quam fuit, qui me de illius Lapidis fato edocere potuerit: quem tamen ego lapidem cenſeo haben*„*dum pro monumento certiſſimo, quo eorum temporum Hiſtoria, & Chronologia apprime ſtabiliatur.*

(d) Pag. 61. not. 341.

Profecto non ſemel accidit, Epigraphen ab uno rejectam ab alio adoptatam fuiſſe: ut de pleriſque taceam; in medium proferam, quæ obſervavit Cl. Oliverius *in doctiſſ. animadverſionibus ad* Cyriaci Nova Fragmenta (d): „ *Celeberrimum, ait, item Inſcriptionis fragmen*„*tum, quod in* Ariminenſis arcus faſtigio *adhuc viſitur* [*ut innuimus ſupra not. 51.*] *a* Gru„tero *VI. 5. ſingulari errore inter ſpuria relatum fuit; ſed ea eſt maximorum operum con*„*ditio, ut turpioribus aliquibus maculis inquinentur. Quis umquam putaſſet fieri potuiſſe, ut inſi*„*gnis Inſcriptio* Cæciliæ Metellæ, *quæ in fronte mirificæ Molis, vulgo* Capo di Bove, *Romæ ad D.* „ Sebaſtiani *viſitur*, inter Spurias *amandari debuiſſet? At* Muratorius *amandavit p. 1799. 2. ex* „ MS. Nic. Pacediani; *licet jam ea Inſcriptio edita eſſet a* Grutero *p. 377. 7. & ab omnibus,* „ *qui Romana monumenta recenſent, & inſuper ab* Ant. Auguſtino *Dial. X. illuſtrata.*

(e) Obſervat. in Nov. Theſ. in fin.
(f) MDCCC. 2.

Bimardus (e) *non ſemel laudatus ab omni falſitatis ſuſpicione immunem cenſet epigraphen a* Muratorio (f) *inter ſpurias rejectam.* Fabrettus ipſe [*ſcribit* Muratorius *in adnotatione ad Epig. 3. pag. 1.*] qui tanto cum faſtidio, atque contemptu *Ligorium* memorat, ac reicit, Inſcriptiones plurimas ex illius promptuariis eductas in Librum ſuum ſe invexiſſe minime animadvertit. *Et idem* Maffejus *obelo notatas nonnullas Inſcriptiones in* Muſeum Veronenſe, *ſive inter Inſcriptiones varias, ut innuimus, admittere non detrectat. Igitur plurimi faciendum eſt hoc Opus, cum inſignes canones tradat ad dignoſcendas Inſcriptiones veras a falſis tum ex inſpectione lapidum, ex eorum nempe forma, verbis & literis: tum ex apocraphis datis ab antiquis Auctoribus Græcis, Latiniſque, tum ex editis in Collectoribus, aliiſque libris, nempe ex dicendi modo, ex contextu verborum, & ex omni oratione, & Inſcriptionis phraſi.*

Nos animadverſiones utcumque elaboratas [quas videſis a tranſverſali linea uſque ad finem paginæ] adjecimus; in quibus quandoque integra epigrammata ſubiecimus oculis, ut melius Auctoris mens, judiciumque de illis percipiatur. Contulimus perdiligenter omnium Scriptorum, & Collectorum loca, & ad paginarum calcem indigitavimus.

(g) In Act. Erudit. Lypſ.

Qualis autem quantuſque VIR fuerit Maffejus, *cui* Antiquitas omnis tantum debet, & in poſterum debebit, ut hodie fortaſſe nemini plus debere videatur (g), *ex Elogio Doctiſſ.* Friderici Reiffembergi [2] *diſces, poſt Monitum adpoſito.*

Jam vero monendus eſt Lector, ut ſciat, quomodo MS. iſtud Opus in manus noſtras devenerit. Diximus, Cl. Maffejum, [quum præſenſiſſet extremum diem ſibi imminere] ultimis ſuis tabulis ſchedas, & adverſaria quæcumque Amicis ſuis legaſſe, nempe Eruditiſſ. Viris Joſepho Torellio *Veronenſi, & ſæpe laudato* Joh. Franciſco Seguierio *Nemauſenſi. Is autem in Patriam rediens adverſaria* Maffejana *plurima tamquam pretioſiſſimum theſaurum ſecum adportavit, inter quæ* Artis Criticæ Lapidariæ *quæcumque ſupererant, edere cogitabat, quum rumor percrebuit programmatis noſtri de* Supplemento *ad Inſcriptiones Muratorianas evulgando, ſtatim ad nos ſcripſit, ultroque, quæ ejus humanitas eſt* [3], *obtulit* Criticem illam Lapidariam; *alacri animo illico excepimus, & quoniam longius aberamus, ne Autographi, quod pelago committendum erat, jactura forte fieret, exemplar terreſtri itinere ad nos miſit fideliter exſcriptum, & cum illo probe collatum. His ergo, benigne Lector, utere, & fruere.*

ILLU-

[1] *Floravantes Martinellus in ſua* Roma, ex Ethnica Sacra *conjectura huic favet: nam pag. 256. ſecunda edit. Romana 1668. referens Inſcriptionem Pueri Heliæ Argentarii &c. ait, eam eſſe* in medio Templo *Sancti Martini in Montibus.*

[2] Excerpſi iſtiuſmodi elogium ex Opere, quod inſcribitur:
Illuſtriſſ. Marcb. Scip. Maffeii Hiſt. Theologica Dogmatum, & opinionum de D. gratia, de libero arbitrio, & Prædeſtinatione, quæ viguerunt Eccleſia V. Sæculis, in qua item ſingulari ſtudio colligitur, & exponitur, hac ipſa de materia S. Auguſtini doctrina, necnon oſtenditur, quantum pugnent proſcripta per bullam Unigenitus CI. *propoſitiones, earum tentata a variis vindicia cum traditione catholica. Ex Italico latine reddidit Fridericus Reiffembergius Soc. Jeſ. Presb. cujus propria diſſertatio hactenus inedita additur. Francofurti ad Manum, & Moguntiæ apud Franc. Varrentrapp 1756. in fol.*

[3] Hujus Cl. Viri humanitati par eſt eruditio & doctrina: Typis enim mandavit ſequentia Opera:
Bibliotheca Botanica, ſive Catalogus Auctorum & librorum omnium, qui de re Botanica, de Medicamentis ex vegetabilibus paratis, de re ruſtica, & de Horti cultura tractant, ab eo digeſtus.
Acceſſit *Bibliotheca Botanica, Jo. Ant. Bumaldi, ſeu potius Ovidii Montalbani Bononienſis. Hagæ Comitum apud Joh. Neaulme 1740.* in 4.
Plantæ Veronenſes &c. Accedit Bibliotheca Botanica Supplementum. Veronæ 1745. vol. II. in 8. fig.
Catalogus Plantarum agri Veronenſis. Veronæ 1745. in 8.
Diſſertation ſur l' Ancienne Inſcription de la Maiſon-Carrée de Niſmes. a Paris 1759. in 8.
Præterea molitur ingens Opus, Indicem Veterum univerſorum Epigrammatum, quæ a renatis literis prodierunt, jamque magnam partem elaboravit.

ILLVSTRISSIMI MARCHIONIS
SCIPIONIS MAFFEJI
VERONENSIS
ELOGIVM
AC RES GESTÆ
AVTHORE
CL. FRIDERICO REIFFENBERGIO SOC. JESU.

VIX renuntiatum nobis erat de acerbiſſimo Illuſtriſſimi hujus Viri funere : quum rogitare illico me cœpit librarius, ut pro more inter literatos dudum recepto brevi quoque elogio *Maffeji* res geſtas complecterer. Fore enim hoc pacto, ut, ubi lector, quis, quantuſque *Maffejus* fuerit, cognoſſet, majori longe cum voluptate, ac fructu Theologicum opus evolveret. Æqua ſane omni ex parte erat poſtulatio; videbanturque defuncti Manes idipſum ob plurima cum in me, tum in Remp. literariam merita ſuo quaſi jure exigere. Morem tamen per id tempus gerere nondum poteram; propterea quod nec ſatis eſſet ad ſcribendum otii, nec quantum fas erat, ſuppeteret materiæ. Quare ampliandum tantis per conſilium fuit, dum plura de viri hujus literatiſſimi lucubrationibus ex Italia cognoſcerem. Præſtitit hoc nuper cumulatiſſime humaniſſimis ſuis ad me literis Ornatiſſimus, Clariſſimuſque Vir *Joannes Franciſcus Segnierius* : cujus quidem teſtimonium hanc in rem eo cuivis debet eſſe gravius, quod per annos omnino duos ſupra viginti hunc in ſuis *Maffejus* habuerit; laborum ubique ſocium, itinerum comitem, penitiorumque conſiliorum conſcium. (a) Ex hujus itaque literis potiſſimas tibi res depromptas habe, amice Lector; brevi tamen ſtylo, atque, ut plurimum ſuccincto; quod ſciam, eſſe jam tum in eo ſcriptorem quendam Italum, ut viri hujus eximii vitam libro integro exponat.

I. Lucem itaque primam aſpexit Maffejus Veronæ, antiquiſſimo Italiæ oppido Kalendis Juniis Anni MDCLXXV. Indita ei duo fuere in baptiſmo nomina : Franciſci nimirum & Scipionis, quorum tamen poſtremum ſuis poſtea in libris, atque epiſtolis unice adhibuit. Patrem nactus eſt Illuſtriſſimum Marchionem *Joannem Franciſcum*, & Matrem *Sylviam Pellegrini*, Nobiliſſimam Fœminam, atque Mantuanæ quondam Archiducis domicellam honorariam. Fratres habuit duos, *Antonium & Alexandrum*. Prior caput evaſit familiæ, alter Mantuæ (b) per annos complures Gubernator extitit. Maffeji ortus & Familia.

Cæterum *Maffejorum* familia, & illuſtriſſima eſt, & antiquiſſima, ſuoſque Bononiæ natales habuit. Turbatis porro Gibellinorum, Guelphorumque factione per Italiam, Germaniamque rebus, deſerta ſtatione veteri, Forum Livii, ac Veronam commigravit. Cenſuit autem ea Vrbs jam inde a Sæculi XIII. exitu plures *Maffejorum* ſtirpes non minus ſanguine, ac proſapia, quam viris omni virtutum, dignitatumque genere conſpicuis illuſtres. Eminuerunt hos inter, ac chorum fere duxerunt Purpurati tres Principes, quorum primus a *Paulo III.* alter a *Pio V.*, poſtremus a *Paulo V.* in Eminentiſſimum Collegium fuit cooptatus. (c) Hos ſubinde conſecuti ſunt complures in Baſilica Lateranenſi Canonici, ſummis pariter in dignitatibus collocati; Illuſtriſſimus item *Timotheus*, qui recuſato Mediolanenſi Archiepiſcopatu, Raguſeorum creatus fuit Epiſcopus; atque, ut alios omittam, *Anguſtinus* demum *Maffei*, Vir Urbi ac rei Antiquariæ ſtudio, excitatoque ibidem Muſeo inſtructiſſimo notiſſimus.

II. *Scipio* noſter primam pueritiam, ætatemque huic proximam ſub matris religioſiſſimæ, & moderatoris domeſtici diſciplina fere exegit. Ablegatus inde ad Parmenſe Collegium eſt, ut omnigena ibidem noſtris ab hominibus excultus literatura in ſolem demum, ac pulverem prodiret. Eſt Parmenſe hoc Seminarium unum ex celeberrimis totius Italiæ; quo nonniſi nobiles confluunt, omniaque ea docentur, quæ virum illuſtri natum ſtemmate ſcire juvat, ac convenit. Educatio.

❋ † † † III. Hac

(a) Teſtatus id ſuis ipſe literis mihi fuit Vir Cl. die v. Maji 1755. in hæc reſcribens verba : *Sappia V. R. che ſono quell' Amico del Marcheſe Scipione, che ha paſſati 22. anni di ſua vita con lui, e a cui queſto Signore ha laſciato pel ſuo Teſtamento tutte le ſue carte, memorie, e fogliolini, e altre coſe per me preziosiſſime. Tutto ora ſi alleſtiſce per fargli onore di tutto quello, che ſi potrà ec.*

(b) Impreſſæ hujus fuere Ephemerides anno 1737.

(c) Marchio Bernardinus, & Marcus Antonius fratres, demum Horatius Maffei.

Studium Poeſeos.

III. Hac egreſſus domo ſpectandum ſe Orbi literato dedit Maffejus; atque ad Poeſin, quo maxime ſemper propendebat, præ cæteris adjecit animum. Scripſit Epigrammata, aliaque non pauca poematia, ſtylo quidem, ac more per id tempus Lombardis ſolenni. Verum ubi Romam primum attigit, intellexit facile non optimorum ſe Magiſtrorum preſſiſſe veſtigia. Vertit itaque ſtylum, atque ita ſe totum breve intra tempus refinxit, ut, quos feliciore ibidem Minerva verſus procuderat, ſolertiores etiam poetæ probarent, collaudarentque. Plauſum inter reliqua non mediocrem tulit ſcriptum eo tempore Principi Pedemontano Genethliacon; cujus ita avide paucos intra dies arrepta fuere exempla, ut altera mox flagitaretur, curareturque editio.

IV. Urbi, ac muſis notior adlectus ultro fuit inter poetas Arcades; (*a*) *Oritti Brenteatici* nomine horum in cœtu compellatus. Ex quo tempore magis ſemper magiſque non vernacula modo, ſed & latina in poeſi efferre caput cœpit, utroque ſemper in idiomate pari cum felicitate verſatus. Vidiſſes eandem ubique vim, atque elegantiam, eandem ſcribendi facilitatem, ſententiarum pondus, inventionis ac diſpoſitionis laudem. Italicam tamen præ aliis adamare, atque eo paſſim in pretio habere obſervatus, ut aptiorem poeſi præ lingua vernacula nullam aliam cenſeret. Non magno proinde apud eum loco erant Poetæ Galli quorum, celebratiſſimi quoque vix ei videbantur a *verſificatoribus* differre. Ipſe quidem in vario ſe verſuum genere exercitavit. Ceſſere tamen ut plurimum ei facilius verſus ἀῤῥυθμοι, cujuſmodi apud Italos, ſunt illi quos Galli appellant *des vers blancs*. Non prætereundum hoc loco, quod antequam Romam ſe conferret, anno nimirum 1698. Mediolanum, ac Genuam profectus fuerit, ut hic quidem *P. Paſtorinium* e ſocietate noſtra Presbyterum, ibi vero Cl. *Maggium*, ambos ab arte poetica per id tempus celebratiſſimos audiret, atque inviſeret.

Emendatio Poeſis Lombardicæ.

V. Ex horum deinde, Romanorumque Vatum quotidiano congreſſu id facile retulit comodi, ut Lombardos ac Veronenſes ad nobiliorem cogitandi, ſcribendique rationem primus ipſe deduceret. Accidit a ſuo ex urbe reditu, ut literato cuidam cœtui (quos Itali *Academias* vocitant) & ipſe aliquando intereſſet. Recitabantur varii tunc generis, ac formæ verſiculi; ſed qui incompti eſſent, ac male pro temporum iſtorum infelicitate, tornati. Quid faceret vir patriæ, ac ſuorum ſtudioſiſſimus, ut malo medicinam afferret? Audite conſilium! Compoſuit mox ipſe Centonem aliquem, cui tot undique affuit ejuſdem notæ lacinias, ut ex ridiculo hoc apparatu erroris facile commonerentur Academici. Quod quidem ſtrategema adeo proceſſit feliciter, ut eo ex tempore alium longe cultum ſumere poeſis cœperit.

Academia nova conditur.

VI. Permiſere ſub idem fere tempus Romani Arcades, ut Veronam eodem ſub nomine poetica deduceretur Colonia. Excepta ea fuit ingenti a popularibus plauſu, lætitiæque ſignificatione. Præſes illi continuo datus laudatus ſæpe *Maffejus*, qui quidem id oneris in ſe non invitus recepit, primoque ſtatim congreſſu luculenta ad ſocios Oratione uſus eſt, quam mox prælo ſubjecit Academia.

Maffei opuſcula poetica.

VII. Conſtat ſatis inter Italos, quantam *Cl. Maggius* ea ſibi tempeſtate apud eruditos a verſibus famam conciliarit. Sumſerat Vir iſte imitandos ſibi poetas plures, eoſque præſtantiſſimos, mutavit, correxitque non pauca, plurima etiam de ſuo adjecit, idque hactenus ſucceſſu minime pœnitendo. Verſabantur verſus ejus in ore omnium, nec reperire erat hominem, qui ſatis auderet cenſuram in eos exercere. Unus inventus eſt *Maffejus*, qui non eodem, quo cæteri, eos dimenſus modulo, deprehendit non pauca obelo figenda. Edidit eam ob rem a morte Auctoris criſin eruditam in hæc poemata, quæ ubi lucem ſubiit, detrivit de *Maggii* laudibus haud parum, minuitque numerum omnia olim hoc in poeta admirantium. Verum ne ea, quæ de poetica Maffeji facultate dicenda reſtant, ab hactenus enarratis ſejungi contingat, notari cum primis velim non dramatica modo ab ipſo conſcripta fuiſſe opuſcula, ſed & verſiones adornatas complures, eaſque concinnas admodum atque elegantes. Cenſeri hoc nomine merentur primi tres libri Illiados, Cantica duo Moyſis, & unum Deboræ, Pſalmi complures, aliaque hujus generis, quæ ex Græco, & Hebraico Italice reddidit. Arithmeticæ canones verſu latino complexus eſt, eoque facili, ac perſpicuo. Atque ne per omnia vagari neceſſum ſit, ſat erit luſtraſſe elegantiſſimam ejus in *Gallia Antiquitates* præfationem, & quam Muſeo Veronenſi devexa jam tum ætate præfixit nuncupatoriam, Argumento certe ambæ luculento erunt, deferbuiſſe nunquam in eo æſtum poeticum.

Expeditiones bellicæ.

VIII. Inter Muſas equidem, & Martem raro convenit. Silent quippe inter arma leges, & Lycea, lucubrationeſque eruditorum cæteræ non minus quam poeticæ *ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt*. *Maffejus* tamen ne nihil, in quo ſolertiam poſſet teſtatam facere, intentatum relinqueret, militiæ quoque tantiſper nomen dedit, togatam non minus Palladem

(*a*) Inter Academias Romæ celebris eſt Academia Paſtorum Arcadum. Habet hæc Conventus ſuos cum privatos, tum publicos, quos ſua non ſemel præſentia Purpurati Patres, atque ipſe etiam Rom. Pontifex Bened. XIV. cohoneſtare dignatus eſt. Academiæ inſignia ſunt ſeptem Satyrorum fiſtulæ, cum ſubſcriptione, *Gli Arcadi*. Membra illius ſunt viri quovis ex ordine literatiſſimi, qui Præſide Generali Arcadiæ Cuſtode ſtatis diebus Poema aliquod, vel Epigramma recitant. Cum quis albo inſeribitur, nomen ſortitur *Arcadicum*, quo his deinceps in congreſſibus appellatur.

dem quam armatam ſecuturus. In Bavariam itaque conceſſit, & Parentis ſui ductu, atque auſpiciis inter volones meruit. Quam vero in otio armaturam didicerat, tum vel maxime exercuit, quando commiſſis inter ſe ad Donnawerdam Gallis, & Bavaris prælio interfuit, & victor cum Bavaris domum regreſſus eſt.

Liber de Arte equeſtri.

IX. Facto hoc armorum periculo ad Muſas manſuetiores rediit, ſcripſitque laudatiſſimum illum Librum *de Scientia equeſtri* (a), in quo ridendam propinat ſcientiam illam pſeudo-politicam, vel potius imaginariam, quæ docet quo pacto repetenda de adverſario vindicta ſit, alique poſſint multos in annos odia. Liber hic adeo dextero ſcriptus fuit Mercurio, ut haud multo poſt execrabilis hic agendi modus abierit plane in deſuetudinem. Uni certe *Maffejo* in acceptis refert Italia, quod impiæ ejuſmodi artes ejus hortatu, ac opera prorſus jam obſoleverint. Statuerat equidem Author librum eumdem incudi reddere auctiorem, atque ad aliarum etiam Nationum mores, ac genium ita accommodare, ut fructus ejus non ſolis concluſus alpibus latius etiam manaret. Verum optima hæc ſtudia fatum intercepit. Docuit noſter hoc ipſo in libro cum communione eruditorum, Equeſtrium virorum ordines altius, quam ab *expeditionibus Cruciatis* repetere originem non poſſe; ideoque ludere operam illos, qui *Conſtantiniani Ordinis* initia a *Conſtantino* Imperatore conantur derivare. Præbuit diſquiſitio hæc alteri rurſum occaſionem libello, quem Author inſcripſit: *Tabula Equeſtris Ordinis Conſtantiniani*: In quo argumentis plane ἐπιδεικτικοῖς evincit, Græculos illos, qui ad Byzantinos Imperatores genus ſuum ac proſapiam, referrent, non eſſe niſi nugivendulos, atque impoſtores, quorum Corypheus ad triremes fuerit damnatus.

Amor in Patriam.

X. Incredibile dictu eſt, quanto ergo patriam, ac populares flagrarit ſtudio. Vrebat Virum Optimum, quod videret Italorum lucubrationes a quibuſdam Ephemeridum in Gallia Scriptoribus non magni admodum fieri. Quare ne etiam Italiæ periodici id genus libelli deeſſent, author fuit Clariſſimis Viris *Valliſnerio*, & *Apoſtolo Zeno*, ut materiam Operi comportarent. Se quoque, quantum per negotia liceret, ſuam libenter collaturum Symbolam. Et vero res ſatis proceſſit; prodiitque primum hujus generis volumen ad annum Chriſti 1710. (b) Præfatio, quæ Ephemeridum omnium hiſtoriam complectitur, Authorem habet *Maffejum*. Liber ipſe aliquas ſuorum etiam operum analyſes exhibet. Satyræ tamen hinc inde inſperſæ alia plane a manu, quam his a Triumviris profectæ ſunt.

Theatri & Drammatum cura.

XI. Poſt hæc Theatri etiam Italici ſibi curam ſumſit, deditque operam, ut quos dudum notaverat, emendarentur aliquando defectus. Eo enim proceſſu temporis res venerat, ut ſoli in Theatris dominarentur joci, ac ſatyræ, eæque ſæpe venerem olentes. Dramata in meram nugarum farraginem abierant, aliudque videre non erat, niſi ſcenarum male contextarum lacinias, ac cumulum. E Gallis quoque petebantur ludi, verum adeo mutilati, ac deformati, ut alium plane partum crederes. Placebant nihilominus plebi, magniſque celebrabantur laudibus. *Maffejus*, ut labem hanc detergeret, criſin edidit in celeberrimam Cornelii tragediam; (c) conatuſque eſt inſtillare Lectori æſtimationem optimorum Sæculi ſuperioris Dramatum, eorumque nonnulla ſemel atque iterum in ſcenam adduxit, populo plaudente. Scripſit uſque adeo ipſe Tragœdiam, quam dixit *Meropen*. Placuit hæc vehementer, omneſque, qui eodem in argumento ante noſtrum verſati fuerant, longe ſuperavit. Habetur hæc etiamnum inter excellentiſſimas hoc in genere, & non obſtante aliquorum criſi, ætatem tulit. Extant multæ ejus editiones, ac variæ, legiturque hodie Gallice, Germanice, Anglice. Cl. *Voltaire* verſionem ſuam dicavit Marchioni, allata ſimul cauſſa, cur quandoque ab autographo diſceſſerit. Invenit tamen Marchio, quod in verſione hac reprehenderet, eaque de re edocuit interpretem. Vulgata quoque typo hæc criſis fuit, fuitque eidem reſponſum. Neque hic ſtetit Maffeji cura, plus etiam in revocandis ad Theatri leges Italorum poetarum fabulis operæ poſuit. Collegit ex optimis, quas quidem Italia viderat, tragœdias admodum duodecim imprimi curavit omnes, atque tribus comprehenſas voluminibus emiſit. Verum operæ pretium vix tulit. Rediit facile ad ingenium cum mimis populus, raroque ſpectandæ dantur tragœdiæ ad Canones exactæ; Comœdiæ paſſim ſunt pejores. Edidit nihilo minus Comœdiam, hoc titulo: *Le Cirimonie*, quæ ambabus excepta fuit manibus, atque in hunc uſque diem ſæpiſſime reponitur. Compoſuit etiam Drama muſicum inſcriptum, La *Fida Ninfa*: verum quod non perinde placuit, ac ſuperiora. Demum inclinante ætate ſcripſit Comœdiam quam vocavit *Il Raquet*: in qua ob oculos poſuit Italis quam ridiculum ſit aliis ex idiomatibus ſyntaxes mutuari, ac vocabula eaque in Comœdias, ſeu eandem in ollam, interere. Fabula hæc licet utiliſſima, non tamen ſat hilaritatis, habebat, ac joci, ut Italico in theatro plauſum adferret, eamque ob cauſam, poſt primam repræſentationem Venetam, requiri deſiit.

Græcæ ling. ſtudium.

XII. Hinc ad aliud literarum genus antequam progrediamur, animadverſione prorſus dignus eſt amor, quo Græcam in linguam ferebatur. Sciebat ſane eam omnis ſapientiæ theſaurum, ac fontem eſſe, atque ſine ea eruditionis conſequi apicem velle, idem prorſus eſſe, quod ſine velis, remiſque navigare. Quapropter acceſſivit Venetiis *Panagiotum*, Græcum hominem Synopeo natum parente. Aluit hunc annos complures domi ſuæ ea lege, ut quoſcumque eo amore affici Viros intelligeret, Græcam ipſe linguam ultro ac gratis doceret. Prodierunt hujus e ſchola viri plures literati Veronæ. Migravit Græcus hic præceptor

 poſt-

(a) *Della Scienza Cavalleresca*.
(b) Scripſit hujuſmodi deinde libellos Cl. *Lamius*, & poſt ipſum nuperrime ex noſtris P. *Zaccharia*; qui res etiam transalpinas cœpit complecti.
(c) La *Rhodogune de Monſieur Corneille*.

poſtmodum Brixiam, ubi & fatis conceſſit. Maffeus vero quam gnarus idiomatis hujus fuerit, non ſemel tot ſuis in Operibus planum fecit.

Stud. rei antiquariæ & MSS. Codicum.

XIII. Multum certe linguæ hujus notitia adjumenti attulit ad ſtudium rei antiquariæ, veterumque MSS. interpretandos codices. Dedit his ſe curis ſi unquam alias, tum maxime, quando incredibilem ex Capituli Cathedralis tabulario Manuſcriptorum copiam in lucem protraxit, ſitumque ac pulverem deterſit tot eroſis vetuſtate chartis, quas fruſtra aliis in locis literati inveſtigaverant. Aliam plane ex eo tempore ſibi ſtudiorum formam præſcripſit. Totus quantus erat in volutandis, vindicandiſque ab oblivione ἀνεκδότους: quorum, e numero fuere *Complexiones Caſſiodorii* (a) notis ac Scholiis ab ipſo illuſtratæ, ac primum Florentiæ, deinde etiam in Anglia, & Roterodami excuſæ una cum præfatione *Chandleri*. Anſam hæc ipſa præfatio præbuit concertationi cuidam literariæ inter editorem hunc, & Marchionem Maffejum. Agebatur de Dogmate: *Maffejus* Caſſiodorii partes tutatus eſt, eumque ab erroris ſuſpicione pro virili purgavit. Fuere quibus diſpliceret nomen *Caſſiodorius*. Verum docta ſtatim diſſertatio cauſas protulit, cur hunc potius in modum ſcribendum cenſuerit; inter quas non poſtrema fuit illa, quod plane legeretur Cod. MS. Habuit quoque tum temporis Marchio noſter in animo Codicum illorum, ac membranarum texere catalogum, eumque publici juris facere. Verum incidentia paulo poſt graviora alia negotia abjicere coegerunt conſilium. (b)

Religionis Vindiciæ.

XIV. Dimicandum quoque non ſemel fuit cum *Cl. Pfaffio*, & *Baſnagio*. *Pfaffius* vir inter Germanos eruditione clarus Auguſtam Taurinorum forte ſe contulerat; incideratque ibidem in fragmenta quædam Græca, quæ Divi *Irenæi* præferebant nomen, (c) videbanturque multum ad dogma de Euchariſtia elucidandum afferre poſſe momenti. *Pfaffius* ea cum *Maffejo* comunicat. *Maffejus* contra ea habet pro ſuppoſititiis, cum quod continerent nonnulla Dogmati Catholico contraria, tum alias multas ob cauſas, quas legere eſt in ſubjecta his fragmentis terna ad Reverendiſs. Abbatem Bachinium epiſtola (d). Similis fere inter noſtrum A. & *Cl. Baſnagium* interceſſit controverſia; eoque res ſpectabat, ut per detectam neſcio quam *Chryſoſtomi* ad *Cæſarium* Epiſtolam evinceretur, in alia *S. Chryſoſtomum*, quam hodiernos Catholicos, fuiſſe ſententia de myſterio SS. Euchariſtiæ. (e) Baſnagius *antiquas lectiones* Caniſii denuo typis daturus, aſſerebat, dictam *D. Chryſoſtomi* Epiſtolam, quod Catholicis non faveret, fuiſſe a MS. quodam Florentino avulſam, ac concerptam. *Maffejus* ut hunc Viro errorem eximeret, Epiſtolam hanc integram, inviolatamque a ſe inventam una cum ſuis in eam animadverſionibus eidem repræſentat, oſtenditque eſſe apocrypham, nihilque poſſe hinc pro Proteſtantibus exculpi. *Baſnagius* reſpondit, atque illi iterum *Maffejus*, omniſque deinceps diſputatio conquievit.

Varii argumenti conſcripta opuſc.

XV. Multa alia opuſcula mero quaſi caſu nata, atque omiſſa a *Maffejo* ſunt. Huc referri poteſt *Catalogus Italorum*, qui antiqua Græcorum, Latinorumque Opera interpretati fuere. Adjecit ipſe eruditam diſſertationem, in qua Numiſmata, & Inſcriptiones inter ſe contulit, haſque illis antetulit. Eodem ſpectat *L' Antica Condizione di Verona*, quæ Urbs, ſi Breſſao credimus, Cenomanis originem ſuam debet; fuitque hæc ſententia argumentum diſceptationis literariæ, cui 1719. *Maffejus* interfuit. *Cl. Gagliardi*, Vir magna inter Brixienſes eruditione conſpicuus aſſerebat, Veronam a Cenomanorum olim Civitate dependiſſe. Negabat *Maffejus*, momentis haud levibus demonſtrans, neque a Cenomanis dependiſſe oppidum, neque intra eorum fines fuiſſe concluſum. Acceptæ nihilominus reſponſiones plures, datæque, dum demum Brixiæ prægrandi comprehenſum volumine prodiit, quidquid in utramque partem fuerat diſputatum. Plura hujus generis argumenta verſata ab eruditis ſunt Maffejanis in ædibus. Habebantur ibidem in anno 1719. multiſque conſequentibus congreſſus literarii, ad quos cuivis Literatorum patebat aditus. Recitabantur ut plurimum lucubrationes variæ horis ſucciſivis enatæ; proponebantur, diſſolvebanturque dubia de omni ferme genere literaturæ. Pergamus ad cætera Marchionis Opera.

Hiſtor. diplomatica.

XVI. Anno Chiiſti 1727. aſpexit lucem *Hiſtoria* ejus *Diplomatica*, opus inſigne prorſus, ac utile. Continetur in illo hiſtoria perpetua antiquorum rituum, puta Græcorum, Romanorum, Hetruſcorum, quantum quidem ad rem diplomaticam faciunt. Habetur eodem in volumine longa digreſſio de Ægyptiorum papyro; ubi multa egregie de antiquorum cartis, ſcribendique more Author diſputat. Incredibile dictu eſt, quantum hoc volumen utilitatis atque adjumenti ad hanc adferat ſcientiam. Eſt quidem illud non aliud fere quam introductio. Reſervabat enim alia quam plurima novo Operi, quod jamtum deſignaverat, at nunquam perfecit. Reperitur præterea docta ibidem Diſſertatio de *Primis Italiæ Habitatoribus*, & verſibus rhytmicis: Actuarii demum loco adjunguntur antiqua quædam monumenta Eccleſiaſtica. Ad calcem Epiſtolæ dedicatoriæ Sardiniæ Regi inſcriptæ habetur delinea-

(a) Fuit M. *Aurelius Caſſiodorius* primum Senator, deinde S. Bened. e familia Monachus. Vir magni ingenii, & eruditionis. Scripſerat *Complexiones in Epiſtolas, & acta Apoſtolorum, necnon in Apocalypſin*, aliaque nonnulla opuſcula, quæ diu inter deperdita ab eruditis cenſebantur. Eruit ea primus omnium Maffejus ex membranis Veronenſ. & contra Cl. Chandlerum poſtmodum vindicavit. Epiſtola Maffeji ſubjecta fuit Complexionibus in Editione Italica.

(b) Extat tamen in Edit. Hiſt. Theolog. Italica inter alia opuſcula etiam *Notizia generale dell' inſigni manoſcritti, che ſi conſervano nel Capitolo Canonicale di Verona, e come ſi può da eſſo raccogliere che il carattere chiamato Gotico, e Longobardo altro non è, che il corſivo antico de' Romani.*

(c) Extant hæc fragmenta ibid. hoc titulo: *Eſame di alcuni fragmenti Greci nuovamente venuti in luce col nome di S. Ireneo ec. Al P. Ab. D. Benedetto Bacchini.*

(d) Vid. ad calcem Op. S. Irenæi edit. Veronenſ.

(e) Vid. Epiſt. Maffeji ad Jacobum Baſnage.

lineatio arcus Seguſini cum Inſcriptione ejus integra, quæ tametſi ad antiquam regionis illius Topographiam lucis afferret plurimum, tota tamen lecta hactenus, intellectaque fuerat a nemine.

XVII. *Verona Illuſtrata*, quæ ad annum 1732. prodiit, eximium plane opus eſt, ple- Ver. illuſtr.
naque diſquiſitionum curioſarum de antiquis Italiæ populis, de forma Romani Regiminis, de Longobardis &c. Notæ, & eruditæ hujuſmodi obſervationes faciunt, ut libri hujus uſus, atque utilitas latius pateat. Eſtque hæc non tam unius Civitatis hiſtoria, quam diverſorum morum, ac conſuetudinum iis olim populis familiarium, quorum olim ſub poteſtate vixere Veronenſes. Multum etiam hic lucis affertur ſæculorum iſtorum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. In libris reliquis recenſet ſcriptores Veronenſes cum veteres, tum recentiores. Exponit quidquid omni in genere curioſum Civitas habet. Poſtremam Operis hujus partem inſumit in deſcribendis generatim *Amphiteatris Veterum*, ac ſpeciatim *Veronenſi*, cujus formam, ac decus pluribus ibidem explicat. Partus hic nulla ex parte mancus eſt. Dicavit eum Venetæ Reipublicæ, quæ in grati animi ſignificationem creavit ipſum *Deductorem militis*; (a) quod quidem munus magno ibidem habetur in pretio; nec obvenire ſolet, niſi paucis, ac fere totius ditionis Venetæ primioribus.

XVIII. Anno 1732. iter fecit Author Illuſtriſſimus in Galliam, inde Angliam, Hollan- Itinera in exteras regiones.
diamque percurrit, ac demum per Auſtriam ad ſuos viam relegit. In Gallia cum erat, luſtravit provincias Auſtrales regni, viſurus ibidem lapides, Codices, rudera, ſtatuas, anaglypha, aliaque, quæ ibidem aſſervantur, monumenta (b). Obſervationum ſuarum teſtes habet *Antiquitates Galliæ* prælo poſtmodum commiſſas. Pariſiis ſummi ei honores habiti non ſolum ab Academia *Inſcriptionum*, *Bonarumque Artium*, quæ ſuum in cœtum cooptaverunt; ſed ab Eminentiſſimo Fleurio, Viriſque aliis Illuſtriſſimis, qui ſuam illum in amicitiam ac familiaritatem adlegere. Plura hac de re videre eſt in *Hiſtoriæ Theologicæ* Proemio, quo Lectorem curioſum remittimus. Oxoniæ univerſitatis membrum renuntiatus eſt, Doctorque Juris creatus. Paucis; quoquo demum diverteret, exhibiti fuerunt illi honores ampliſſimi, certatimque paſſim doctiſſimi de adeundo, ſalutandoque Viro tota dudum Europa inclyto.

XIX. Veronam, ut rediit, imprimi curavit Ephemerides fratris ſui *Alexandri*, in quas celebriores complures Sæculi hujus expeditiones ſuavi admodum ſcribendi genere illigavit; quamobrem opuſculum hoc, quod anno 1737. in Italia primum prodierat, continuo verſum fuit Gallice, & triennio poſt in Hollandia recuſum.

XX. Accidit ſub hæc, ut Cl. Apoſtolo Zeno, Viennam migrante, Ephemerides, at- Veronam redit, & ſcribit Fratris res geſtas.
que ὑπομνήματα literaria ad tempus intermitterentur. Doluit id vehementer Maffejo; maxime cum videret inſignia multa Italorum opuſcula nullo fere in cenſu eſſe, atque a multis, quod ignota eſſent, pene pro nihilo putari. Adjecit propter ea animum ad conſcribendas *Obſervationes Literarias*, quæ continuationis inſtar eſſent Ephemeridum Italiæ. Sex impreſſa ſunt Volumina, inſerta iiſdem propria complura opuſcula. Bene multa hic capita reperias, quæ non tam narrationem mere hiſtoricam, quam accuratam de materia ſubjecta diſſertationem contineant. Multus hic ſermo eſt de itineribus *rei Antiquariæ*, ac præcipuæ *Hetruſcorum* monumentorum cauſa ſuſceptis. Tribus admodum libris agit de *natione Hetruſca*, idque pulcro ordine, ac ſerie nuſquam interpolata. Pluribus hæc perſequi ſupervacaneum videtur, quando in omnium pene manibus hi libelli ſunt.

XXI. Quanquam tot jam nominibus exiſtimationem, atque omnigenæ ſibi eruditionis Muſeum Veron.
famam ubivis fere gentium comparaſſet, volebat tamen admovere rurſus manum, ac fere ſupremam imponere Operi, quod dudum animo informarat, magnaque ex parte perfecerat; quo nimirum extaret apud poſteros ſui erga rem Antiquariam ſtudii *monumentum*, quovis *are perennius*, *quod non imber edax*, *non Aquilo impotens poſſit diruere*, *aut innumerabilis annorum ſeries*, *& fuga temporum* (c). Triginta amplius anni erant cum tabellas, urnas, cippos, inſcriptiones, ſtatuarum buſta, anaglypha, & quidquid hujus generis eſt colligere cœperat, ut inſigne aliquando inde Muſeum (d) conſurgeret. Delegit ſupellectili huic rite diſtribuendæ vaſtum illud, ſpatioſumque atrium, quod ante Palatium *Academiæ Armonicæ* viſitur. Videbat equidem non poſſe ejuſmodi res perfici ſine magno ſumptu, atque impendio. Non deſtitit tamen unquam a propoſito; itinera ſuſcipiebat bene multa, ac moleſta, ut Roma, vel aliunde, quæ deſiderabantur, comportaret. Quovis monumenta hæc redimebat pretio, non pauca etiam ſimulacra alterius generis cum inſcriptionibus commutabat. Qua induſtria id demum conſecutus eſt, ut majorem hoc in genere theſaurum poſſideret, quam oſtentare vulgo ſoleant aulæ Principum. Dono porro omnia hæc obtulit Reipublicæ Litterariæ, ſuas quæque in claſſes digeſſit, æri incidi curavit anaglypha omnia, *Muſeoque* ſuo *Veronenſi* magnam inſcriptionum vim inſeruit, ut, qui ipſos conſulere lapides non poſſunt, habeant hic ſaltem, unde animum erudiant, atque oblectent. Haud abſimili olim Auguſtæ Taurinorum perfunctus labore fuerat, quando regnante *Victore Amedeo* eodem fere modo inſcriptiones, quas illius juſſu undequaque conquiſierat, in Univerſitatis porticu collocavit, ac diſtribuit, quo etiamnum in loco Antiquariæ rei peritis ſpectaculo ſunt, & admirationi. Plura hoc de opere hic afferre nil attinet; ſiquidem notum ſatis eſt, & per celebriores ubique Bibliothecas diſperſum.

XXII. Applicuerat huic jam dudum ſtudio mentem vir eruditiſſimus, quoque magis in Ars Critica Lapidaria.

(a) Veneti appellant: *Condottier d' Uomini d' arme*.
(b) *L' Accademie des Inſcriptions; & des belles Lettres*.
(c) Hor. Lib. III. Od. 30.
(d) Italia magnam hujuſmodi antiquitatum collectionem vocitare ſolent *Muſeum*, cujuſmodi eſt in Collegio Romano *Kircherianum*, aliaque in Urbe plurima.

Antiquariorum ſyllogas aciem intenderet, advertebat facile ſcatere illas lapidibus multis apocryphis, inſcriptionibus mendoſis imperite exſcriptis, explicationibus contortis, ac frigidis, nullum eſſe in iis ordinem ac legem, multaque id genus deſiderari alia. Venit itaque in mentem conficere Commentarium aliquod, hoc inſigniendum titulo: *Ars Critica Lapidaria*. Detecturus in illo erat errores ſcribentium, & Chalcographorum σφάλματα; traditurus itidem regulas, certoſque Canones, ad quos exigendi eſſent lapides, quîque lapides ſinceri ab adulterinis ac ſpuriis diſtingui poſſent. Incœptum quidem hoc Opus eſt; at ob incidentia alia negotia ad finem nunquam perductum. Imprimetur tamen, quidquid ex eo ſupereſt (a).

Maffei Stud. Dogmaticum.

XXIII. Venio demum ad ſtudium ejus præcipuum, ac nobiliſſimum, ad Theologicum inquam, & dogmaticum; in quo omnes ſe nervos intendiſſe, pluſque multo quam in cæteris omnibus curæ, atque operæ poſuiſſe ſua ipſe ſponte faſſus eſt in Vindiciis ultimis contra impugnatorem Anonymum. Ita enim de ſe ipſe loquitur *Janſen.* Nov. Lib. I. Cap. 4. n. V. p. 402. Maffejus contra *profitetur, in nulla alia ſe materia, quam Theologica, & Eccleſiaſtica ſerium poſuiſſe ſtudium; propterea quod alias facultates, aut obiter attigerit, & prima fere ætate tractarit, aut animi potius cauſa, quam ſtudii in his verſatus fuerit. Quo factum, ut plura deinde ſacri, quam alterius ſtudii ediderit ſpecimina, confutans primum Leonem Sapientem, Schiſmaticum acutiſſimum in materia SS. Trinitatis, ... & poſtmodum Pfaffium, Baſnagium & Chandlerum occaſione aliorum dogmatum; commentans item complexiones Caſſiodorii a ſe inventas ac divulgatas*. Studuiſſe ipſum etiam Theologiæ, quam *Moralem* vocant, ſatis colligitur ex ſchedis ac commentariolis ejus in forulis poſt mortem repertis; tum etiam ex præſtanti ejus Libro, quem extrema fere ætate edidit hoc titulo: *L' Impiego del danaro*. Placuit hic viris cordatis omnibus, fuitque Romæ, Bened. XIV. probante, recuſus, nuſquam tamen Theologicam ſuam ſcientiam luculentius Orbi literato probavit, quam in *Hiſtoria* ſua *Theologica*, de qua quid Lectores duo Jubilati, & FF. Minimorum quondam Provinciales ſenſerint, operæ pretium eſt audire. (b) *Novimus enimvero,* inquiunt Viri ambo graviſſimi, *inter cætera ejus ſtudia primas tenere theologicum, id quod oſtendit, cum magna perſpicuitate agitavit quæſtiones nobiliſſimas contra viros literatos Pfaffium Germanum, Baſnagium Hollandum, & Cl. Chandlerum Anglum; uti videre cuivis licet ex opuſculis a Typographo ad Hiſtoriam Theologicam adjunctis; multoque magis apparet illa Hiſtoria, qua Auctor Clariſſimus præcipua catholicorum Dogmata, adjuncta ſemper S. Scripturæ, & Patrum tam Latinorum, quam Græcorum conſenſu, non ſine ſtudio immenſo reddidit manifeſta. Habes hic, ut Ex-generalis noſter notavit, corpus Doctrinæ Auguſtinianæ jampridem deſideratum; habes ipſius Idiomatis interpretationem: habes veram originem, & hiſtoriam Pelagianorum, & Semi-Pelagianorum; perſpicueque deprehenditur, quam imprudenter complures Critici Patres Græcos perſtrinxerint, quamque inique propugnatæ fuerint propoſitiones Queſnelli &c.* Quid alii quoque per Italiam, Galliamque viri hoc ipſo de Opere cenſuerint, expoſuimus, quantum ſatis eſt, in Præfatione *Hiſtoriæ Theologicæ*.

Theologorum de ejus hiſtoria judicium.

XXIV. Poſtremus, quem *Maffejus* ὀπολυγραφεῦ; (ita enim ipſum appellat *Cl. Emman. Martinus Epiſt. Part. II.*) edidit, partus hoc nomen tulit: *L'Arte Magica dileguata:* Oſtendere hoc in libello conabatur, ſi recte memini, tranſlationes hominum de loco in locum non tam veras eſſe, quam imaginarias, fierique phantaſiæ a malo Genio variis artibus commotæ ope, quod tametſi ſæpe veriſſimum ſit, ſemper tamen contingere pauci ſunt, qui opinentur. Occaſionem huic Diatribæ dediſſe creditur Monialis quædam veneficæ artis accuſata, ac damnata circa annum 1750. Opella hæc triformis inſtar Hecates triplici quoque vultu comparuit: Primo nomen erat: *Arte magica dileguata;* alteri: *Arte magica diſtrutta:* tertio demum *Arte magica annichilata*, quod poſtremum opuſculum acutius demum, atque emendatius Veronæ prodiit.

Extrema ætas.

XXV. Extrema jam ſenecionem optimum urgebat ætas, quum inſtauraturus nonnihil vires profectus eſt Brixiam. Inviſit ibidem Amicos, inſpexitque opus quoddam eburneum, quod aſſervabatur apud Eminentiſſ. Cardinalem *Quirinum*, habebaturque pro genuinis veterum Diptychis. Ut vidit, declaravit continuo non eſſe ex antiquis; qua cenſura diluebantur illico conjecturæ plurimæ, atque ingenioſæ, quæ fuerant impreſſæ. Ubi tamen accuratius paulo ebur hoc luſtraverat, genuinum in eo deprehendit δίπτυχον, at nonniſi unicum, quod ut ſibi imprimendum, ac notis illuſtrandum Cardinalis committeret, pluribus ab eo petiit, & facile impetravit.

XXVI. Domum reverſus ſenſit morbos ſuos, atque invaletudines ingraveſcere. Quare Muſis valere juſſus honeſto ſe dedit otio, ſibi dumtaxat & Deo vivens: dum demum, comparato rite ad ſupremam luctam animo, ex aſthmate, quod ſenſim coaluerat, religioſiſſime, & magno bonorum omnium luctu prope octogenarius deceſſit M. D. C. C. L. V. pridie Idus Februarias . . . . Indictæ equidem pro ejus valetudine fuerunt Veronenſi ab Urbe preces publicæ, multiſque Sacerdotes hoſtiis pro tanti ſalute Viri Deo litarunt. Verum evocare ad ſe Deus O. M. quam terris porro relinquere maluit maturum Cœlo caput . . . Enunciata per Urbem Viri optimi morte, decretæ ei a Senatu fuerunt exequiæ publicæ, aliique honores funebres; inter quos numerandum venit illuſtre admodum, honorificentiſſimumque Cenotaphium, & laudatio eidem atrato e ſuggeſtu habita . . . . . Poſuerat abſenti aliquando Academia Veronenſis buſtum marmoreum, cum hac epigraphe:

Mors, exequiæ, aliique hon. publici.

SCI-

(a) *Artis Criticæ Lapidariæ quæ extant* poſt iſtiuſmodi Elogium excuſa ſunt.

(b) Bernardus Lupis, & Manſuetus Martinelli. Vide Confirmationem reſponſionum datarum Anonymo p. 337. *Infra tutti i ſuoi ſtudj ſappiamo che il ſuo più accetto è quello della Teologia, come ha fatto conoſcere, riaucendo a molta evidenza queſtioni nobiliſſime contra i Sigg. Letterati Pfaff ec. . . . Qui, come il noſtro Ex-generale noto, il corpo ſi ritrova di dottrina, deſiderato per gran tempo, di S. Agoſtino ec.*

**SCIPIONI MAFFEIO VIVENTI
ACADEMIA PHILARMONICA
AERE, ET DECRETO PVBLICO.**

Reverſus e Gallia *Maffejus* juſſit id revelli, atque in locum abditum, atque reconditum deportari. Verum ab ejus obitu continuo priſtino repoſitum fuit loco. Imo Conſilium Veronenſe ſtatuam eidem decrevit marmoream, eamque publicam: Academia vero Philarmonica ſuo quondam membro, ac Præſidi cudi juſſit numiſma, opere elegantiſſimo....

XXVII. Nunc reliqua, quæ ad vitæ inſtitutum, mores, indolem, fortunamque ſpectant, ſtrictim quoque exequamur. Cœlibem ſemper vitam duxit *Maffejus*, aliamque, ut ipſe de ſe fatetur, (a) in terris voluptatem ſectatus non eſt, quam quæ ex litteris, Muſarumque commercio petitur. In Veronenſi Urbe *Ædilis*, ſeu, ut Itali vocant, * Proviſoris munus geſſit; rogatuſque ſæculo hoc ineunte non ſemel fuit, ut Viennam Auſtriæ ſe conferret, Eugeniique Principis res geſtas Cæſareis auſpiciis ſcriberet. Prætulit tamen tranquillum ſuum otium, illudque Aulico ſtrepitu potius habuit; gratiis actis ampliſſimis Legato Cæſareo, qui Imperatoris nomine hanc ei ſpartam obtulerat... Numiſmata, quæ domi ſepoſita habebat plurima, ſupremis tabulis inter amicos partitus eſt. Regi Sardiniæ erat a cubiculis, & inter Aulæ Bavaricæ Proceres *Clavis auratæ Eques*. Erat inſuper Socius Academiæ Berolinenſis, Pariſinæ, & Celebriorum in Italia; de quibus omnibus incertum erat pluſne illæ in *Maffeum*, an contra in illas *Maffejus* ſplendoris reffunderet. Linguam Italicam, Latinam, & Græcam callebat optime, Hebraicam mediocriter; & Gallicam ſibi reddiderat familiarem. In idiomate vernaculo præſtantiſſimis accenſebatur ſcriptoribus. Latini etiam ſpecimen non unum dedit in Epiſtolis, ac Prætationibus. Commercium literarium habebat cum tota fere Europa literata. Teſtantur id tum ſchedæ plurimæ ab obitu in ejus forulis repertæ, tum quoque ipſius ad alios, atque aliorum ad ipſum impreſſæ epiſtolæ. Quarum e numero quoque ſunt illæ, quas Eruditiſſimus ille, omniſque Antiquitatis ſcientiſſimus Eccleſiæ Alonenſis in Hiſpania Decanus *Emanuel Martinus* non ſemel ad ipſum exaravit; juriſque publici denuo fecit 1735. Miſit ille *Maffejo* 1724. centum, & ſexaginta ad Hiſpaniam pertinentia numiſmata, & quingenta quatuordecim antiqua Epigrammata, ſtudio ac labore ſuo collecta, eaque, ut ipſe de ſe fatetur, (b) partim ἀνέκδοτα, partim quæ Collectorum diligentiam fugerant. *Qui enim ego* (inquit ibidem Vir laudatus,) *morem non gererem Viro tam eximie de Republica Literaria merito?* Similia plura in aliorum legere eſt epiſtolis, ac libris. Cl. *Muratorius* erat pariter *Maffejo* amiciſſimus propter communia ſtudia, ideoque etiam meruit contra impactas ab Anonymo calumnias a *Maffejo* ſcripto defendi.... In Patria, totaque ditione Veneta quanti æſtimatus ſemper ſummus hic Vir fuerit, notum in vulgus eſt, ſatiſque colligitur ex ſupra enarratis. *Victor Amadeus* Sardiniæ Rex conſuluit ipſum de modo conſtituendi, adornandique Univerſitatem Taurinenſem. Senator quidam Venetus rogavit quoque ipſius ſententiam de reformanda, inſtaurandaque Patavina. Ipſe Romanus Pontifex *Benedictus* XIV. ſæpius juſſit meminiſſe Marchionem, contractam olim inter ambos ſeſe amicitiam jam eſſe ſexagenariam.

Vitæ ratio.

* Proveditore.

Scientia & Erudit. fama.

XXVIII. Indolem demum nactus erat excitatam, ac vividam. In diſputando acer erat, ac vehemens: rationi tamen, cum eluceſceret, dabat manus. Capiebatur facile oratione diſerta, & eleganti. Vaſti vir erat ingenii ac plane perſpicacis, judicii admodum limati, omnis capax literaturæ, atque ad ſumma quævis natus.... Cum novi quid in re literaria, aut detexerat ipſe, aut ab alio deprehenſum audiret, geſtiebat totus, omnibuſque incedebat lætitiis. Non tamen mirabatur quid facile, aut temere; indagabat omnia acriter, rimabatur, ſuiſque momentis expendebat ſingula, antequam ferret ſententiam. Rigidam proinde tam in veteres, quam recentiores criſin exercebat. Moribus erat comis, acceſſu facilis, ſui negligens, atque in omni vitæ ratione adeo jucundus, ac benevolus, ut hominis cujuſcumque animum, ſine negotio ſibi conciliaret, atque adjungeret. Amicus erat ſincerus, fuci omnis expers, nec lucri cupidus; plenus humanitatis atque officii, cujus quidem rei ſexcentos inter alios, & ego teſtis ſum, quippe quem nullis munitum commendatitiis, nullo facinore celebrem, natione exterum, atque virilem vix aſſecutum ætatem non modo omni honoris ſignificatione ſuis in ædibus proſecutus eſt; ſed & tricenis facile ex eo tempore literis, iiſque ſua ſemper manu extremo etiam in ſenio exaratis honorare gravatus non eſt.... Offenſam condonabat ultro, magnoque animo illud *D. Paulini* animo reputans apophthegma: *Vicem injuriæ reddere humana ultio eſt: At inimicos etiam diligere vindicta cæleſtis eſt:* Oſtendit cum ſæpe alias, tum maxime in placidiſſimis ad calumniatorem Anonymum reſponſionibus. Ædes ejus muſarum, ac Charitum vocari domicilium poterant, adeo frequentes ibidem habebantur Academiæ & congreſſus literatorum. Ad quotidianos cæterum ſermones adhibebat amicos, ut plurimum ſuos, eoſque e multis lectiſſimos. Exterorum, ac præcipue tranſalpinorum hominum pauci Verona tranſibant, quin viri hujus videndi tenerentur deſiderio. Mihi certe breve illud, quod cum ipſo Veronæ miſcui colloquium, tantæque

Indoles ac genius.

in

(a) Janſen. Nov. l. 1. c. 1. *Scipione Maffei è perſona, la qual altro diletto, che imparar, non prova; e ripone però tutta la ſua umana felicità nel paſſare quattro o cinque..... ore della mattina ſtudiando per non rimaner privo.... di tal diletto, ſenza del quale ogni gran fortuna a lui ſomma diſgrazia, e ſingolar noja parrebbe.*

(b) Epiſt. Part. II. Lib. VIII. Ep. XXIV. ad *Bern. Montfalconium Lutetiam*.

in illo eruditione ſimul ac virtutis admiratio non levi ſæpe incitamento fuit, ut vaſtum hoc *Hiſtoriæ* Dogmaticæ opus, nulla valetudinis, temporis, aliorumque negotiorum ratione habita, ad finem non ſine magno meo labore intra ſemeſtre perducerem.

Statura corp. XXIX. Vultu erat minime deformi; liberali potius, & explicato. Juſtæ ſtaturæ, magnarumque virium, quas vita moderata, ſobria, atque ordinata ſartas, tectaſque præſtabat. Matutinas paſſim horas ſtudiis, pomeridianas colloquio, eruditiſque dabat ſermonibus.

Fortuna. Fortunæ obtigerant quidem conditioni ſuæ pares, non tamen ampliſſimæ. Nihilominus cum aut literarum honos, aut egenorum ſalus, aut Principum Virorum exigeret dignitas, deſiderari nil patiebatur, quod ad decorem, ſplendoremque facere poſſe exiſtimaret. Eſt adhuc, eritque diu in omnium memoria, quo apparatu ac pompa hæreditarium Bavariæ Principem quondam exceperit, quomodo ei in Amphiteatro, in quo & ipſe dimicabat, *haſtam puram* (a) obtulerit; quanto impendio, ac ſumptu Illuſtriſſimo Nepoti ſuo adornarit nuptias. Huic quoque acceptum Verona refert egregium, ac regium vere ædificium, quod in foro viſitur, multumque a pulcro, concinnoque partium ordine Architectis placet.... In libros demum, numiſmata, membranas, manuſcripta, & quævis Veterum monumenta impenſas, ut diximus, fecit plurimas, omnibus teſtatum faciens, ſe non tam ſibi, quam literis, & Reipublicæ vivere, dignus proinde quam bonarum artium fautores, poſterique omnes ex lapidario hoc noſtro elogio cognoſcant, mirentur, & ament.

D . O . M

STA . VIATOR . ET . LEGE
PARVA . HEIC . VRNA . EST
AT
MAGNI . SCIPIONIS
EX . MARCHIONIBVS . MAFFEIS
CINERES . ET . OSSA . TEGIT
NATVS . EST . VERONAE . MDCLXXV . KAL . IVNIIS
IOANNIS . FRANCISCI . ET SILVIAE . PELLEGRINAE . F
MVSARVM . IN . GREMIO . EDVCATVS
ARTIVM . AC . SCIENTIARVM . CHORVM . VIDIT . AMAVIT . COMPLEXVS . EST
PRAETEXTA . POSITA . MARTEM . PRIMVM . TVM . PALLADEM . RVRSVS
TOGATAM . SEQVVTVS . PRORSA . VORSA . ORATIONE
CLARVS . EXTITIT
LVSTRAVIT . BIBLIOTHECAS . MVSEA . ET . ANTIQVORVM
LARARIA
OBLATOS . AB . AVGVSTO . HONORES . PVBLICOS
MAGNO . ANIMO . RECVSAVIT . MVLTOS . AB . ACADEMIA
INVITVS . TVLIT
EFFODIT . CIPPOS . VRNAS . SIMVLACRA
LATII . GRAECIAE . AEGYPTI
GRAECORVM . SIGLAS . COLLEGIT . EXPLICVIT . PRIMVS
COMPARAVIT . LAPIDES . AERE . SVO . PLVRIMOS
ANTIQVARIAE . REI . ET . HISTORIAE . DITANDAE . BONO
PVLCRO . ORDINE . COLLOCAVIT . DIGESSIT . DONAVIT
PRO . RELIGIONE
GESSIT . SCRIPSITQVE . PLVRIMA
GRAECE . LATINE . ITALICE
CAELEBS . VIXIT . ANNOS . LXXIX . M . VIII . D . XII .
DIEM . SVPREMVM . CLAVSIT
PATERNIS . IN . AEDIBVS
MDCCLV . PRID . EID . FEBR .
A
S . P . Q . V
STATVA . PVBLICA . MARMOREA
NVMISMATE . AC . BVSTO . POST . MORTEM
APOTHEOSIS . LOCO
CONDECORATVS
HAEC . TE . SCIRE . VOLVI . ABI . HOSPES . ET . PIIS . VIRI
OPTIMI . AC . CLARISSIMI . MANIBVS . BENE . PRECARE
MAFFEO
LITERARVM . AC . RELIGIONIS . VINDICI
VIRO . DE . PATRIA . ET . MVSIS . BENEMERENTISSIMO
R . P . LITERARIA
BENEF . ACCEP . MEMOR . CVM . LACRIMIS
P
HAVE . SCIPIO . AETERNVMQVE . VALE (*)

(a) *Haſta pura* dicitur, quæ ſine ferro eſt, & ſignum eſt pacis. Gallice vocatur la *Joûte*: donabantur ea milites, qui in bello fortiter feciſſent. Vid. Sueton. in *Claud.* cap. 28. Uſus earum etiam hodie eſt, quandoque in ludis Equeſtribus.

(*) Hujus Immortalis VIRI Elogia videſis etiam apud Burchardi & Frid. Ottonis Menckeniorum Patris & Filii *Biblioth. Virorum militia, aque ac ſcriptis Illuſtrium* p. 282. ſeqq. Bruckeri *Pinacothecam Scriptorum noſtra ætate Illuſtrium* Dec. II. Auguſtæ Vindelic. 1742. f. apud Lamium *Memorabilia Italorum eruditione præſtantium, quibus vertens Seculum gloriatur* T. I. p. 251. Florentiæ 1742. 8. ac in Ephem. Liter. Flor. an. 1755. col. 257. 276. 292. 311. 321. 361. 373. 396. in Epiſtola Seguierii in Diario Liter. quod inſcribitur: *Memorie del Valvenſe* Tom. V. Art. XII. pag. 49. & in opere, cui titulus: *Muſeum Mazzuchellianum*, ſeu *Numiſmata Virorum doctrina præſtantium, quæ apud Jo. Mariam Comitem Mazzuchellium Brixiæ ſervantur a Petro Ant. de Comitibus Gaetani* Brixiano Presbytero & Patric. *Rom. edita, atque illuſtrata. Accedit verſio Italica ſtudio Equitis Coſimi Mei elaborata* Tom. II. Tab. CXC. n. V. pag. 371. edit. Venet. 1743. f. cum fig. in *Hiſtor. Liter. Ital.* vol. XIV. Lib. II. Cap. III. pag. 236. 322. atque demum in *Hiſt. de l'Academie Royale des Inſcriptions, & belles Lettres Depuis ſon eſtabliſſement juſqs à préſent.*

CATA-

CATALOGVS

OPERVM

Ex ipſo REIFFEMBERGIO, *& ex Hiſt. Liter. Ital. ab* Artis Criticæ Lapidariæ *Editore concinnatus*.

I. PER *la naſcita del Principe di Piemonte Genetliaco*. Romæ 1699. 12.
Infra dies octo bis recuſum cum *Lud. Anſelm. Gualtherii* adnotationibus 12. Iterum Venetiis in tertia *Meropis* editione apud *Jac. Thomaſini*: dein ibidem *con Rime*, *e Proſe* ejuſdem Authoris 1719. 4. & demum Veronæ *nella Raccolta delle Poeſie*.
De eodem Vid. *Cinnellum Bibliotheca Volante* T. III. p. 231. *Quadrium* Vol. II. p. 253. Diar. Liter. Ital. Tom. XX. pag. 465.

II. *Il Sanſone Oratorio per Muſica*, Florentiæ 1699. 12. Extat etiam in Libro vulgo *delle Poeſie*, *e Proſe* ejuſdem Auth. Veronæ 1719. & in II. Vol. *delle Poeſie*, Veronæ 1752.

III. *Concluſioni d' Amore*, Veronæ 1702. 12. Iterum Venetiis *tra le Proſe* 1719. 4. Gallice etiam fuerunt verſæ, & editæ Bruxellis, vel potius Pariſiis 1755. in Libro, cui titulus: *Melange des maximes*, *des reflexions*, *& des caracteres par M. D.... D.... licentie en droit* 8. in quo e regione textus Italicus.

IV. *La prima radunanza della Colonia Arcadica Veroneſe*, Cerviæ 1705. 4. (1)

V. *Giudizio ſopra le Poeſie Liriche di Carlo Maria Maggi* in Epiſtola ad Comit. Ant. Garzadoro. Venetiis 1706. 8. (2)

VI. *Della Scienza chiamata Cavalleresca*, Romæ 1710. 4. Venetiis 1711. cum approbatione Academiæ vulgo *della Cruſca*, & peramplo Indice Neapoli 1718. cum Præfatione, & adnotationibus Sebaſt. Pauli Congregationis Matris Dei. Panormi 1720. & alibi (3).

VII. *Prefazione del Primo Tomo del Giornale de' Letterati d' Italia*. Venetiis 1710.

VIII. *Succinta notizia de' MSS. che ſi conſervano nella Real Libreria di Torino con alcuni anedoti da eſſa tratti*. *Lettera al Sig. Apoſtolo Zeno* ſub die 6. Junii 1711. in Diar. Liter. Ital. T. VI. edit. eodem anno (4).

IX. *De Fabula Equeſtris Ordinis Conſtantiniani*, Pariſiis (Tiguri nomine) 1712. 4. (5). Iſtiuſmodi editio concredita fuit Cl. Montfauconio (6).

X. *Lettera al Valiſnieri ſopra i fulmini* ſub die 10. Septembris 1713. Recuſa inter Proſas Auth. cum aliis epiſtolis 1747. Gallice verſa in Bibliotheca Italica T. IV. p. 193. ubi perperam dicitur ſcripta an. 1721.

XI. *Merope Tragedia*, Venetiis 1714. 8. Typis Jac. Thomaſini. (7)

XII. Epiſtola ad Cl. Bacchinium de nonnullis fragmentis ſub nomine S. Irenæi in Bibliotheca Regia Taurinenſi adſervatis, & a Pfaffio evulgatis, edita in Vol. XVI. Diar. Liter. Ital. p. 245. cuſo 1714. Altera Epiſtola de eodem argumento ad laud. *Bacchinium* extat inter opuſcula ad Calcem Hiſt. Theolog. p. 10.

XIII. Epiſtola III. *ſopra i frammenti Greci dati in luce nel Tom. XVI. del Giornale* recuſis apud Batavos ſub nomine *S. Irenæi*. Vid. cit. Diar. T. XXVI. p. 53. iterum edit. inter *Proſas*, & ad Calcem Hiſt. Theolog. p. 15. Sub die 3. Aprilis 1719. Altera Epiſtola ad Cl. *Bacchinium* de dictis Fragmentis edita inter opuſcula ad finem Hiſt. Theolog.

XIV. *Rime*, *e Proſe del Sig. Marcheſe Scipione Maffei parte raccolte da varj libri*, *e parte non più ſtampate*, *aggiunto anche un ſaggio di Poeſie latine dell' iſteſſo Autore*, *Venetiis* 1719. 4. Epiſtolam (quæ in hac collectione eſt de *Priſcis Vero-*

---

(1) In hoc opere ſola Oratio & Carmen Maffeji eſt, cætera ſunt aliorum.
(2) Cinelius Tom. III. p. 232.
(3) Vid. Diar. Lit. Ital. Tom. IV. 1. Acta Erud. Lipſ. Supplem. Tom. VI. pag. 265. Zenum in Not. ad Biblioth. Italicam *Fontanini* Tom. II. p. 360. ſeqq. Quinque hujus operis editiones extare ſcribit *Reiffembergius*, ſex vero Authores Biblioth. Italic. Tom. II. p. 309. pleraſque *Vinciolus* in Libro (*Obſervationes nonnulla cum literis variorum*) p. 145. & Author Ephem. Liter. Flor.
(4) Extat etiam inter Proſas, Authoris & inter Opuſcula ad calcem Hiſt. Theolog. in qua perperam adſeritur, dict. Epiſtolam evulgatam fuiſſe ſub die V. Maji 1712.
(5) Vid. Diar. Liter. Ital. Tom. XIV. p. 414. De hoc opere juſta cum laude mentio fit apud Act. Erud. Lipſ. an. 1727. pag. 537. Biblioth. Ital. Tom. IV. p. 285. & ab Anonymo in diſſert. Hiſtorica de ſingulari certamine, vulgo *Duelli*. Edit. Aſtelædami 1720.
(6) Vid. Card. Quirinii *Commentaria de reb. ſuis* Tom. I. Lib. II. Cap. X. p. 238. ſeqq.
(7) Sexcentæ hujus Tragœdiæ extant editiones: De nonnullis tantum mentionem faciam ex Hiſt. Liter. Ital. vol. XIV. Lib. II. Cap. III. p. 253. ſeqq. Secunda editio eſt Mutinæ una cum Præfatione March. Joſephi Urſi 1714. Typis *Ant. Capponii*. III. Venetiis 1715. a nonnullis mendis expurgata opera *Lud. Riccoboni*: In hac editione recuſum eſt memoratum Genetliacum. IV. iterum Venetiis 1715. Typis *Gabr. Hertz*. V. Romæ eodem anno 1715. in Typographia *Joh. Franciſci* Cracas. VI. Senis 1718. VII. Neapoli 1719. cum diſſertatione, & adnotationibus Sebaſt. Pauli Congr. Matris Dei. Vid. Diar. Lit. Ital. Tom. XXXIII. Part. II. p. 448. VIII. Londini 1721. ex edit. Neapoli curis *Nic. Franc. Haym*. IX. Neapoli 1721. Vid. cit. Diar. T. XXXIV. pag. 435. X. Venetiis 1722. XI. Veronæ 1722. ex Typographia *Petri Anton. Berno*. XII. Vindobonæ 1724. 8. XIII. Neapoli eodem anno. XIV. Veronæ cura *Julii Cæſaris Becelli* cum Comœdia vulgo *delle Cirimonie*, & Dragmate vulgo *de la Fida Ninfa*. XV. Meropis eſt optima Veronenſis editio 1745. 4. cum adnotationibus Auth. & reſponſione ad Epiſtolam *D. de Voltaire*, & verſione Gallica D. *Freret*, & Anglica *D. Ayre* cum confutatione critices ipſius Tragœdiæ. XVI. Venetiis 1747. cum nonnullis Opuſculis pro hac Tragœdia, & contra, collectis a *Vincentio Cavalluccio* Peruſino. XVII. Veronæ 1753. in Vol. II. inter Poeticas compoſitiones ejuſdem Authoris. Nonnullæ verſiones in exteras linguas extant hujus Tragœdiæ. Primum verſa eſt in idioma Hiſpanicum, vulgo *Caſtigliano*; II. Gallice ſoluta oratione a M. Al.... Pariſiis 1718. in qua e regione textus Italicus. Vid. Diar. Lit. Ital. Tom. XXXI. p. 369. Altera pariter ſoluta oratione a *D. Freret*, ut ſupra diximus. Tertia in verſus Gallicos a *D. de Voltaire*. Vid. *Ab. Ant. Conti* in Præfat. ad Tom. I. *Delle Proſe*, *e Poeſie* & *Quadrium* vol. VII. pag. 221. IV. Vindobonæ 1724. Germanice verſa, cujus meminit Diar. Ital. Tom. XXXVI. p. 307. In Nov. Drammaturgia *Allat*; Venetiis 1755. p. 526. mentio fit cujuſdam verſionis Germanicæ edit. Veronæ Typis *Petri Ant. Berno* 1722. V. Translata in verſus Anglicos edit. Londini 1740. a *D. Ayre*, & recuſa Veronæ 1745. ut ſupra diximus. VI. In idioma Ruthenicum verſa eſt a *D. de Albamakaf*. Vid. Pindemont. *Riſpoſta Univerſale* p. 87. Laudes hujus incomparabilis Tragœdiæ videſis apud Præfat. Becellii edit. 1730. & apud Pindemont. *Riſpoſta Univerſale* pag. 24. 25. 30. 31. 33. 34. 42. 55. 88. 90. & Act. Erudit. Lipſ. 1727. p. 537.

Veronæ Epiſcopis) habes etiam in *Italia Sacra* Ughelli ex edit. Coleti. *La lezione ſopra il vario guſto de' Poeti Italiani* recuſa eſt in opere Biſſi Soc. Jeſu in libro, qui inſcribitur: *Introduzione alla volgar Poeſia*, Lucæ 1755. & in Gallicam linguam verſa, adnotationibus aucta in Bibliot. Italica T. I. p. 223. & T. II. p. 276. in qua reperies etiam quidquid Maffejus elucubravit in cit. Diar. Liter. Ital. ſi excipias ejuſdem Authoris experimenta *ſpeculo uſtorio* facta, & compendium operis Bacchinii de *Eccleſiaſticæ Hierarchiæ originibus*, & alia etiam. Vid. Pindemont. *Riſpoſta &c.*

XV. *Dell' antica condizione di Verona ricerca Iſtorica*, Venetiis 1719. 8. (Vid. Diar. Lit. Ital. T. XXXIII. P. II. p. 524.) D. Abb. Sambuca iſtiuſmodi opus recuſit in libro, qui inſcribitur: *Raccolta delle coſe ſpettanti a Cenomani*. Brixiæ 1750.

XVI. *Traduttori Italiani, o ſia notizia de' volgarizzamenti di antichi Scrittori Latini, e Greci, che ſono in luce; aggiunto il volgarizzamento di alcune inſigni Iſcrizioni Greche, e la notizia del nuovo Muſeo d' Inſcrizioni*, Veronæ *col paragone fra le Iſcrizioni, e le medaglie, Venetiis* 1720. 8. (1)

XVII. *Epiſtola di S. Gio. Griſoſtomo a Ceſario rappreſentata come ſta nel codice Fiorentino*, Florentiæ 1721. 8. eodem anno bis edita fuit ibidem, iterum recuſa in Hiſtoria Diplomatica, & inter Opuſcula ad calcem Hiſt. Theolog. (2).

XVIII. *Caſſiodorii Complexiones in Epiſtolas, & Acta Apoſtolorum, Apocalypſim e vetuſtiſſimis Canonicorum Veronenſium membranis, nunc primum erutæ*, Florentiæ 1721. 8. Samuel Candlerus eodem anno recuſit Londini, & anno 1723. tertia editio Roterodami: ab Authore recuſæ ſunt etiam in fin. Hiſt. Theologicæ. (3)

XIX. *Teatro Italiano* Vol. I. II. *o ſia ſcelta di dodici Tragedie per uſo della ſcena, premeſſa un' Iſtoria del Teatro, o difeſa di eſſo*. Veronæ 1723. Vol. II. 8. *Del Teatro Italiano*. Vol. III. Veronæ 1725. Idem opus recuſum Veronæ 1728. iterum Venetiis.

XX. Literarum Græcarum poteſtas, & affectiones Veronæ 1726. 8. (4) *Iſtoria diplomatica, che ſerve d' introduzione all' Arte Critica in tal materia, con raccolta di documenti non ancora divulgati che rimangono in papiro Egizio, con ragionamento ſovra gl' Itali primitivi; per appendice l' Epiſtola* a Ceſario, *Atti de' SS. Fermo e Ruſtico, e vita di Zenone, Mantuæ* 1727. 4. (5). Circa hujus anni finem, & inſequentis initium iterum *Caſſiodorii* editionem molitus eſt. De qua nonnullas elucubrationes proemiales habes in Hiſtoria Theologica: ideſt Diſputationem, quæ inſcribitur *Caſſiodorii complexiones Catholicis dogmatibus egregie concinere*: Alteram, cui titulus: *de Romanorum nominibus, quæ de iis, quæ in Caſſiodorianæ editionis fronte immutanda ſunt, ratio redditur, & nobile argumentum fuſe, lateque illuſtratur, cum docta præfatione de Caſſiodorii Commentario in Pſalmos*: (Oſſervazioni Letterarie Tom. III.)

XXI. *Supplementum Acacianum monumenta nunquam edita continens, Venetiis* 1728. 8. Eodem anno recuſum in V. vol. Collectionis Conciliorum edit. Coleti: iterum inter opuſcula ad calcem *Hiſtoriæ Theologicæ*, & illuſtratum a Cl. P. *de Rubeis* in Diſſert. de *una ſententia Damnationis in Acacium*, Venetiis 1729.

XXII. *Commedia delle Cirimonie*, Bononiæ 1728. 8. iterum Venetiis eodem anno in 8. Recuſa etiam in Theatro ejuſdem Authoris Veronæ 1730. Dein ibidem Typis *Petri Antonii Berno* 1732. & anno 1752. *fra le Poeſie T. II.*

XXIII. *Degli Anfiteatri*, Veronæ 1728. 8. iterum in Opere qui inſcribitur: *Verona Illuſtrata* (6).

XXIV. *Teatro del Marcheſe Maffei, cioè la Merope, le Cirimonie, e la Fida Ninfa*. Veronæ 1730. 8. (7)

XXV. *Lettera ſopra il caſo di Ceſena*. Veronæ 1731. 8. iterum *trà le lettere de' Fulmini* 1747.

XXVI. *Verona Illuſtrata* 1732. in fol. T. II. & in 8. T. IV. (8)

XXVII. *Proſpectus* (a noſtro Authore Italice ſcriptus) *univerſalis Collectionis Latinarum Veterum, ac Græcarum Ethicarum, & Chriſtianarum Inſcriptionum, quem nova Veronenſis Societas totius Europæ Doctis, reique antiquariæ ſtudioſis hominibus exhibet, ac proponit*: Italice ab noſtro Auth. ſcriptus, hunc Becellus recuſit 1746. Veronæ in fine *Siglarum Græcarum* p. 121. Gallice verſum habes in Biblioth. Ital. T. XV. art. IV. pag. 84.

XXVIII. *Scipionis Maffeii Marchionis Epiſtola, in qua tres eximiæ, ac nunquam antea vulgatæ Inſcriptiones exhibentur, atque illuſtrantur*, Veronæ Typis Jacobi Vallarſii 1733. 4.

Iterum edita in Galliæ Antiquitatibus, & in Biblioth. Italica T. XIV. p. 212. & in Muſeo Veronenſi p. 322.

XXIX.

(1) Vid. Diar. Lit. Ital. Tom. XXXIII. Part. II. p. 526. & Acta Erud. Lipſ. 1723. p. 228.

(2) Vid. Cinellum Tom. III. p. 232. ſeqq. & Bollandiſtas Tom. IV. Menſ. Septembris in Vita S. Joannis Chriſoſt. n. 1308. ſeqq.

(3) Vid. Acta Erud. Lipſ. 1723. p. 21. ſeqq.

(4) Reiſſembergius ſcribit editum fuiſſe 1716. forſan errore Typographi.

(5) Vid. Acta Erudit. Lipſ. 1727. p. 520. *Baringium* Biblioth. Diplomat. Cap. IV. p. 17. edit. Annover. 1754. Joh. Georgius Lotterius de Ausburg latine vertit Opus Maffeji, qui inſcribitur: *Ragionamento degli Itali primitivi*, & edidit Lipſiæ 1731. 4. cui titulus; *Scipionis Maffeji origines Etruſcæ & Latinæ, ſive de priſcis, ac primis ante Urbem Conditam Italiæ incolis commentatio*. Idem *Lotterius* Auctarii titulo latine reddidit caput IV. Libri I. Hiſtoriæ Diplomaticæ. Vid. Acta Erudit. Lipſ. ann. 1731. Acta SS. Firmi, & Ruſtici recuſa fuere Veronæ 1731. inter *Acta ſincera Martyrum a Ruinartio edita*.

(6) Vid. Acta Erud. Lipſ. 1729. p. 298. Reiſſembergius ſcribit Opuſculum hoc verſum fuiſſe Anglice, & impreſſum Londini 1720. at in errorem lapſum eſſe, cenſet Author Hiſt. Lit. Ital. (vol. XIV. p. 259.) & verſionem latinam Alexandri Gordon Londini editam Anglicam credidiſſe, quam Cl. Polenus recuſit in V. Vol. *Supplementi* ad *Gravium*, & *Gronovium*. Vid. Biblioth. Ital. Tom. V. 14. VI. 57. XIII. 14.

(7) Iterum hujus operis mentionem facio, quia huic editioni accedit *una lettera dell' iſteſſo Maffei ſopra i rametti poſti ne' Frontiſpizi di queſto Volume, e per la Fida Ninfa*, Dragma quod nunc primum prodiit, & recuſum fuit a Jac. Vallarſio an. 1732. ac iterum 1752. in II. Vol. *delle Poeſie*. Vid. Præfat. *Becelli*, Diar. Litter. Ital. Tom. XXXV. 528. & XXXVI. 431. & Biblioth. Ital. T. VIII. 178.

(8) Vid. Acta Erud. Lipſ. 1739. p. 145. ad 154. Diarium *des Scavans* edit. Pariſiis menſe Jan. 1736. Biblioth. Ital. Tom. XV. 3. e XVI. 1. e XVII. 57.

XXIX. *Gallia Antiquitates*. Pariſiis 1733. 4. & Veronæ 1734. quibus accedunt duæ aliæ Epiſtolæ (1).

XXX. *La Religion de' Gentili nel morire*. Pariſiis 1736. 4. Extat in I. Vol. *Oſſervazioni Letterarie*.

XXXI. Eodem anno 1736. edidit Londini *Traduzione del primo libro dell' Iliade* 8. recuſa in I. vol. *delle Oſſervazioni Letterarie*, & in opere, cui titulus *Traduzioni Poetiche*.

XXXII. *Memorie del General Maffei*, Veronæ 1737. 12. Ex Italico gallice redditæ, & editæ Hagæ Comitum Typis Joh. Neaulme.

XXXIII. *Oſſervazioni Letterarie, che poſſono ſervir di continuazione al Giornal de' Letterati d' Italia*, Veronæ 1737. 12. T. I.

Oſſervazioni Letterarie Tom. II. & Tom. III. Veronæ 1738. 12.

Oſſervazioni Letterarie, T. IV. Veronæ 1739. 12. T. V. ibid.

Oſſervazioni Letterarie T. VI. Veronæ 1740. 12. (2)

XXXIV. *Diſſertazione ſopra le parole* Nama Sebeſio. Romæ 1741. in III. Vol. *Diſſertationum Academiæ Cortonenſis*.

XXXV. *Iſtoria Teologica delle Dottrine, e delle opinioni corſe ne' cinque primi ſecoli della Chieſa in propoſito della Divina Grazia, del libero arbitrio, e della Predeſtinazione*, Tridenti 1742. fol. (3)

Adcceſſerunt huic Hiſtoriæ varia ejuſdem Auctoris opuſcula Eccleſiaſtica partim edita, partim inedita, nimirum:

1. *Succinta notizia de' MSS. nella Real libreria di Torino*.
2. *Eſame di alcuni frammenti Greci uſciti dalla medeſima, e nuovamente venuti in luce col nome di S. Ireneo. Per occaſione di eſſi prove irrefragabili della Dottrina Cattolica in propoſito dell' Eucareſtia*.
3. *Nell' iſteſſo argomento. lettera II. e III.*
4. *L' Epiſtola a Ceſario rappreſentata come ſtà nel Codice Fiorentino, e illuſtrata con alcune conſiderazioni, che affatto diſtruggono quanto ſi è ſcritto dagli eterodoſſi in propoſito di eſſo*.
5. *Come da' MSS. antichiſſimi del Capitolo di Verona ſi può ſicuramente raccogliere, che il carattere chiamato Gotico, e Longobardo altro non è che il corſivo antico de' Romani, e molti ſaggi de' loro caratteri*.
6. *Bibliotheca Veronenſis MS. Pars prior Capitularium Codicum notitiam complectens. Codices Biblici, & Hieronymiani ... Codices*, in quibus Concilia & Canones continentur. *Codices*, monumenta nondum edita continentes. *Codices varii ... Codices* liturgici.... *Acta quædam vetera* ex Veronenſi Tabulario Capitulario.
7. *Caſſiodorii Complexiones* in Epiſtolas, & Acta Apoſtolorum, & Apocalypſin e vetuſtiſſimis Canonicorum Veronenſium membranis, nunc primum erutæ, & Præfationibus, atque adnotationibus illuſtratæ.
8. *Caſſiodorii Complexiones Catholicis dogmatibus egregie concinere* adverſus Cl. V. Samuelem Chandlerum.
9. *De nova Caſſiodorii* editione adornanda.
10. *De Romanorum nominibus* Diſſertatio, qua de iis, quæ in Caſſiodorianæ editionis fronte immutanda ſunt, ratio redditur, & nobile argumentum fuſe, lateque illuſtratur.
11. *De Caſſiodorii Commentario in Pſalmos*.
12. *In Veronenſem S. Hilarii editionem Præfatio*.
13. *Felicis* III. *Epiſtola*, qua percelebris, ſed involuta *Acacii* cauſa in optimo tandem lumine collocatur. Cum præfat. & adnotationibus.
14. *Felicis* III. & *Gelaſii Epiſtolæ* duæ.
15. *De Priſcis Veronæ Epiſcopis*.
16. *De' Verſi Ritmici, e dell' origine loro per occaſione de' due ritmi nell' antecedenti operette riferiti*.
17. *Frammento inſigne di Storia Eccleſiaſtica del IV. Secolo con documenti originali*. Eamdem Hiſtoriam Theologicam ex Italico latine reddidit Cl. Frid. Reiffembergius Soc. Jeſu, Francofurti ad Moenum, & Moguntiæ apud Franc. Varrentrapp. 1756. in fol. in qua edidit omnes apologias pro ipſa Hiſtoria, & rejecit omnia opuſcula, quæ ad Gratiæ diſputationem non pertinent.

XXXVI. *De Hæreſi Semipelagiana*, Roboreti 1743. 12. iterum edita inter opuſcula Calogeriana T. XXIX. & in latina verſione dictæ Hiſtoriæ Theologicæ extat alia editio.

XXXVII. *Dell' Impiego del Denaro*, Veronæ 1744. 4. iterum una cum Epiſtola ad Sum. Pontificem, & Enciclica *Benedicti* XIV. Romæ 1746. & Baſſani 1756. 4. (4)

XXXVIII. *Primo abozzo di Storia Univerſale Verona* 1745. 12. & Venetiis in collectione Calogeriana T. XXXII.

XXXIX. *Græcorum ſiglæ lapidariæ collectæ, atque explicatæ*, Veronæ 1746. 8. (5)

XL. *Traduzioni Poetiche, o ſia tentativi per ben tradurre in verſo eſemplificati col volgarizzamento del primo Libro dell' Iliade* (fatto dal *Maffei*) *del primo dell' Eneide* (fatto dal Sig. *Giuſeppe Torelli*, cujus eſt eruditiſſima Præfatio) *e di alcuni Cantici della Scrittura, e d' un Salmo* (dell' iſteſſo *Maffei*). Veronæ ex Typographia Seminarii. 1746. 8.

XLI. *Della formazione de' Fulmini, e degl' Inſetti rigenerantiſi, e de' peſci impietriti, e dell' elettricità*, Veronæ 1747. 4. (6)

XLII. *Il Raquet Commedia*, Veronæ, & Venetiis, Typis Coleti 1747. 8.

XLIII. *Tre Lettere, I. ſopra il primo tomo di Dione, II. ſopra le nuove ſcoperte d' Ercolano*, (7) *III. ſopra il principio dell' Iſcrizione Piacentina*, *Verona* 1748. 4.

XLIV.

---

(1) Epiſtolas duas ex hoc opere excertas habes in Tom. V. Supplementi Poleni ad Grævium, & Gronovium. Vid. Act. Erud. Lipſ. 1736. p. 298.

(2) Juvenalis de Carlencas in libro qui inſcribitur: *Saggio della Storia delle belle lettere, delle ſcienze, e dell' arti*. Tom. IV. p. 149. edit. Lugduni 1749. De his obſervationibus ita ſcribit: *La perdita degli Antichi Giornali d' Italia è vantaggioſamente riparata dalle Oſſervazioni Letterarie, che ſi ſtampano a Verona ſenza nome di Autore* dell' anno 1737.

(3) Conf. Diar. Liter. Flor. T. II. P. I. p. 153. 183. & Diar. Liter. Ital. Gallice verſum Auguſtæ Vindelicorum nomine *Amſteladami*.

(4) Vid. Diar. Liter. Flor. Tom. IV. P. I. p. 68. Nov. Act. Lipſ. 1746. p. 443.

(5) Vid. Diar. Liter. Flor. Tom. IV. P. III. p. 149. & Prolegomena Corſini ad Not. Græe.

(6) Vid. Diar. Flor. Tom. V. P. IV. p. 101.

(7) *Epiſtola, ſopra le nuove ſcoperte di Ercolano* latine translata extat in ſymbolis Gorianis edit. Romæ T. II. pag. 3.

XLIV. *Lettera ſopra le Feſte de' Gentili*, Piſauri 1748. 4.
XLV. *Arte Magica dileguata*, Veronæ 1749. 4. Iſtiuſmodi opuſculum Gallice verſum, & recuſum eſt una cum Diſſertatione P. Calmet.
XLVI. *Muſeum Veronenſe*, cui *Taurinenſe* adjungitur, & *Vindobonenſe*, Veronæ 1749. fol. cum fig.
XLVII. *I primi Canti dell' Iliade tradotti in verſi Italiani*, Veronæ 1749. 8.
XLVIII. *Arte Magica diſtrutta ſotto nome di Antonio Fiorio*, Tridenti 1750. 4.
XLIX. *Iſcrizione Greca eſaminata*, Veronæ 1750. 4.
L. *Riſpoſta all' Anonimo Impugnatore dell' Iſtoria Teologica*, Veronæ 1750. 12.
LI. *Replica all' Anonimo*, Veronæ 1750. 4.
LII. *Conferma delle Riſpoſte date all' Anonimo*, Veronæ 1751. 4.
LIII. *Lettera ſull' obeliſco ſcoperto in Roma* in commentario Cl. Bandinii de Obeliſco &c. Romæ 1750. & in Collectione Calogeriana T. XLV.
LIV. *Lettera ſopra il Rinoceronte*, Venetiis 1751. in cit. collectione Calogeriana T. XLV.
LV. *Leonis Sapientis Homilia*, Patavii 1751. 8.
LVI. *Gianſeniſmo nuovo dimoſtrato nelle conſeguenze il medeſimo, o anche peggiore del Vecchio* Venetiis. 1752. 4.
LVII. *De' Camini degli Antichi* Diſſertatio in collectione Calogeriana T. XLVII. edit. Venetiis, & in Vol. II. *delle Poeſie* Veronæ 1752. Typis *Antonii Andreoni* 8. (1)
LVIII. *De' Teatri antichi, e moderni*, Veronæ 1753. 4. (2)
LIX. *Arte magica annichilata, libri tre con un' appendice*. Veronæ 1754. 4.
LX. *Dittico Quiriniano*, Veronæ 1754. 4. (3)
LXI. *Lettere del Maffei* : I. in II. Vol. Operum *Gregorii Majanſi*, edit. Matriti 1735. II. in libro, cui titulus : *Obſervationes nonnullæ cum litteris Variorum ad ea, quæ ſcripta ſunt de Ab. Hyacintho ex Comitibus de Vinciolis* p. 148. III. In libro Comitis *Rainaldi Carli*, cui titulus : *Degl' Argonauti* p. 138. IV. & in opere, quod inſcribitur : *Raccolta di ſcritture concernenti la diminuzione delle Feſte* edit. a Cl. *Muratorio Lucæ* 1748. V. in Deſiderati Pindemontis *Riſpoſta univerſale alle oppoſizioni fatte all' opere del Sig. Marcheſe Maffei* edit. Veronæ 1754. p. 99. ſeqq. VI. & in libro demum cui titulus : *Memorie Iſtorico-Critiche intorno all' antico ſtato de' Cenomani*.

Opera Maffejo adſcripta.

I. *Una Traduzione di certa Relazione di Parnaſſo*, Abb. Artigny. Eſt D. Rolli.
II. Nonnullæ elucubrationes editæ Pariſiis a quodam Scriptore Ephemeridum rerum geſtarum vulgo *Foglietante* Maffeii nomine (4).
III. Editio operum *S. Paulini*, Veronæ 1736. eidem Maffejo adtribuitur ab *Advocat.*

Aliorum Opera, quibus Maffejus ſuam ſymbolam contulit.

I. Nella Raccolta di tutte le opere di *Gio: Giorgio Triſſino*. Veronæ 1729.
Vid. ejuſdem *Triſſini* vitam elucubratam a D. *Caſtello*, & Art. VI. Vol. II. *Oſſervazioni Letterarie* p. 88.
II. In nova Editione Operum S. Hilarii Epiſcopi, Veronæ 1730. vid. Opuſcula in fin. *Hiſt. Theologica*.
III. In eximia Editione Operum S. Hieronymi, *Dominici Vallarſii* cura prodiit Veronæ primum 1734.
IV. In Editione S. Zenonis cura *Fratrum Ballerinorum*, Veronæ 1739. Confer. Præfat. p. 5.

Opera promiſſa, & imperfecta relicta.

I. *Ars Critica Lapidaria* vid. *Oſſervazioni Letter.* Tom. I. p. 243. T. IV. p. 336. T. VI. p. 425. Becellum *in Siglis Græc.* p. 117. Hoc eximium opus habes heic editum.
II. *Raccolta univerſal d' Iſcrizioni* [*Oſſervazioni letterarie* T. I. p. 243.]
III. *Siglæ latinæ in Muſeo Veronenſi promiſſæ*.
IV. *De uſu, & præſtantia Inſcriptionum antiquarum* Becelli l. c. p. 118.
V. *Antichità figurata*. Becelli l. cit.
VI. *Monumenti Etruſchi*. Becelli l. cit.
VII. *Bibliotheca MS. Veronenſis* [*Oſſervazioni Letterarie* T. I. p. 57. T. VI. p. 409.]
VIII. *Della poeſia degl' Ebrei*. *Torelli prefazione alla verſione d' alcune poeſie della Sacra Scrittura* p. 153.
IX. *Una nuova Edizione dell' Opera del Paſtrengo* de originibus rerum, *o piuttoſto* de Viris Illuſtribus. *Ver. Illuſtr.* Part. II. ubi de *Guilielmo Paſtrengo*.

(1) In I. Vol. *Delle Poeſie* exſtat Epigramma Italicum vulgo *Sonetto* ejuſdem Maffeji ad D. *De la Condamine* olim editum in Tragœdia *Meropis* 1745. p. 12. & ab eodem D. *de la Condamine* Pariſiis 1751. in Diario *Itineris ad Æquatorem* p. 222. Apud *Quadrium* T. II. p. 537. editum eſt fragmentum *Græcæ Satyræ* veteris Poetæ latine translatum ab eodem *Maffejo apud Dionem Chryſoſtomum in Orat. ad Alexandrinos*.
(2) Vid. Diar. Lit. Flor. Tom. VI. Part. IV. p. 90.
(3) Vid. Vol. X. Hiſt. Lit. Ital.
(4) Vid. *Avviſo dello Stampatore nella Merope*, Veronæ 1745. pag. 358.

ARTIS

ARTIS CRITICÆ LAPIDARIÆ

LIBER PRIMUS.

EX miro prorſus, ac divinitus hominibus inſtillato literarum uſu duo monumentorum genera ad gentium univerſitatem erudiendam, inſtituendamque profluxere; volumina ſcilicet, atque inſcriptiones. Utrumque memorat genus vetuſtiſſimus Liber is, quem ante Moſis tempora perſcriptum, docti viri non defuere, qui opinarentur. *Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro? Stylo ferreo, & plumbi lamina*, hoc eſt, *& ſtylo ferreo in plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice?* (*a*) Ecce ab ævo remotiſſimo, atque incomperto promiſcue habitum ſcribendi morem, & literas incidendi: ecce duplicem ſenſus mentis, & conſilia poſteris tradendi modum, nempe aut in fragilibus, tenuibuſque tabulis pingendo verba, aut in metallis, lapidibuſque ſculpendo. De ſtylo, & lamina paraphraſis, quam addidi, apertiſſimum reddit locum, de quo tam multa, & varia prolata ſunt, ac proferuntur in dies. Cum Hebræus textus, tum tranſlationes Græca, Syriaca, Arabica perſpicue docent ferro, & plumbo optaſſe Jobum, ut ſermones ii ſculperentur, id autem non niſi ferreo ſtylo plumbeam laminam exarante præſtari poterat. Silicibus abſque cælo, ſive ſcalpro inſculpi nequit; quapropter *celte* addidit Vulgata verſio, quam vocem apud Latinos Scriptores non reperimus: ſed aliis quoque Vulgatus interpres uſus eſt quandoque ævi ſui, & popularis dialecti vocabulis. De voce illa in Gruteriano monumento reperta eruditi homines ſibi plauſere quam plures, quod propterea non ſine præconio memorari ſolet; ſed commentitia Inſcriptio eſt, & a quo artifice, quave ætate fabrefacta fuerit, patefiet ſuo loco.

Codicibus Inſcriptiones præiſſe, par eſt credere: quin quoſdam vetuſtiores temporis edacitate conſumptos ex Inſcriptionibus collectis libros coaluiſſe optimi Auctores docent. Cum vero æra, & marmora quam diutiſſime permaneant, ac perennent, factum eſt, ut literata quam plura pervetuſto olim ævo inſcripta ſuperent adhuc, & uſque in hanc diem ſpectandaſe nobis præbeant: libris quidem eo pretioſiora, quo certiora ſunt, & magis indubitata veteris hiſtoriæ teſtimonia, morumque antiquorum veſtigia. In libris profecto ex uno in alium toties traductis non illæ ſemper dictiones, & ſententiæ, quas Auctores concinnarunt, occurrunt nobis; ſed haud infrequenter quas indoctiſſimi cuderunt librarii, aut audaciores Critici marte ſuo ſubſtituerunt In Inſcriptionibus autem ipſis illas etiamnum intuemur literas, apices ipſos, quos Græca, aut Romana manus longinquis adeo ſeculis incidit, ac ſæpe publica auctoritate dictante exaravit.

Neque vero Romana tantum, ac Græca monumenta uſque in hanc diem ſupereſſe vidimus plurima, ſed veterrimarum quoque gentium, quæ poſt cataclyſmum ſupra cæteras innotuere, non deſunt. Ut illuſtriora ex iis, ac mirabiliora contemplemur, non eſt cur perardua ingredientes itinera ad orientales, & longe diſſitas plagas nos conteramus. Marmora in urbe Roma a ſummo ad imum perſculpta, & conſignata, *ſublimi feriunt Sidera vertice*, cum quibus, ſive antiquitatem ſpectes, ſive amplitudinem, nihil uſpiam terrarum eſt, quod conferri poſſit. De obeliſcis Ægyptiis loqui me, nemo eſt qui non intelligat. Ex Syenitico marmore *trabes fecere Reges quodam certamine, obeliſcos vocantes. Primus omnium id inſtituit Meſtres, qui in Solis urbe regnabat* (*b*). Idem videtur ac Manethonis *Mephres*, quem Jacobo Patriarchæ σύγχρονον ſunt qui ſtatuant (*c*): idem etiam fortaſſe ac Herodoti *Menes* (*d*), quem βασιλεῦσαι πρῶτον Αἰγύπτου ἀνθρώπων. *primum ex hominibus Ægypto imperitaſſe*, in eadem Solis urbe ajebant Sacerdotes Primus dicitur ab Herodoto Regum hominum Menes, ob traditionem, quæ in Ægypto obtinebat, ævo anteriori Deos, ſeu mavis Semideos, regionem tenuiſſe. Τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἄρχοντας (*e*). Eadem ac Herodotus audiit a Sacerdotibus Diodorus: μετὰ τοὺς θεοὺς πρῶτον βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτου Μῆνα; *poſt Deos primum in Ægypto regnaſſe Menen* (*f*). Idem prorſus tradidit Julius Africanus (*g*).

Quod tempus ſpectat, quidquam certi ab Herodoto eruere, aut colligere non ſinunt Ægyptiæ, quas refert, fabellæ. Sacerdotes ſiquidem

(*a*) Job. xix. 23.
(*b*) Plinius Lib. xxxvi. cap. 8.
(*c*) Man. ap. Joſ. con. Ap. Lib. I. num. 15.
(*d*) Her. Lib. II. init.
(*e*) Lib. II. num. 144.
(*f*) Diod. Lib. I.
(*g*) Ap. Syncell. pag. 54.

poſt Menen trecentos ac triginta recitabant Reges e libris ſuis (*a*), & a Libero ad Amaſin πεντακισχίλια καὶ μύρια, *annorum quindecim millia* ſupputabant (*b*). De Manethone quid dicam? quem *a veteri quadam Ægyptiorum chronographia* deceptum ridet Syncellus, ex qua dynaſtias Ægyptias ante diluvium recenſuerit, deque annorum millibus retulerit triginta ſex & ultra. Animadverto tamen, Joſephum in illis libris hæc nequaquam legiſſe; nam Menen in Manethonis Canone nec recenſet quidem, etiamſi tradat Syncellus (*c*), priorem in Ægypto Regem *Meſtraim* fuiſſe, quem *Menaium*, ſeu *Menen* Manetho appellaverit: τοῦ καὶ Μεναῖος λεγομένου παρὰ τῷ Μανεθῶ. In Meſtrais nomine quis Meſraim non videat Chami filium, a quo Ægyptiæ propagines, & a quo etiam regio aliquando denominata; in Iſaia ſcilicet, & in Jeremia pro Ægypto Hebraicus textus habet (*) *Miſraim*. Hoc ſi admittimus, longe anterior Meſtre Menes cenſendus eſſet, verumtamen promiſcuis nominibus, dialectorum varietate, corruptis, confuſiſque traditionibus, & quod caput eſt, vaniſſima antiquitatis affectatione ita apud gentes permixta, & infecta ſunt omnia, ut in fallaci omnino, minimeque ſolido ædificent ſolo, qui chronologica, atque hiſtorica ſyſtemata iis ſuperſtruere effatis conantur. Thebæorum regum quid memorem canonem ab Eratoſthene profectum, quem Syncellus ævo ſuo nequaquam, ut puto, extantem ab Apollodoro hauſit? primus in eo ſtatuebatur Menes.

Quod ad obeliſcos attinet, *poſtea & alii Regum* in ejuſmodi opera incubuere: Ramiſes, ſeu Rameſſes præcipue, *quo regnante, Ilium captum eſt*, ſi Plinium audimus (*d*). Verumtamen quatuor ferme ſeculis ante Trojanum excidium regnavit, ſi pro eo accipiamus, qui filios Iſrael opprimere incœpit, quemque ſub Pharaonis nomine Ægyptiis regibus apud Sacros Scriptores communi, liber Exodi memorat. Rameſſis nomine plures recenſentur Ægypti Reges (*e*): Africani ſeries percurratur: ſed hunc ipſum eſſe, ſub quo inſanis id genus molibus inſudatum ſit, ex eo indicari videtur mihi, quod Pharao, ut Hebræos vexaret, opera, & ædificia excitarit quam plura, & ad urbem etiam eos ædificandam adegerit, cui *Rameſſis* nomen ſit impoſitum (*f*). Ab Amenophi quoque rege Judæos *in lapidicinis ad orientalem Nili plagam conſtitutis* exercitos, tradidit Ægyptius Manetho: εἰς τὰς λιθοτομίας τὰς ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν μέρει τοῦ Νείλου (*g*). Syeniticæ regionis marmora ad ingentes obeliſcos adhibita in orientali Nili latere fodiebantur. Amenophis alter videtur Pharao in Arabico tandem ſinu demerſus. *Pro obelis* in horoſcopii uſum columnas a Moſe conſtitutas fuiſſe prædictus item memorat ſcriptor: ἀντὶ δὲ ὀβελῶν ἔστησε κίονας. Inter obeliſcorum auctores celeberrimum etiam Seſoſtrim numerat Plinius (*h*), quem Sethos, Sethoſis, Seſooſis, itemque Rhamſis, Rameſſis, Ægypti nominibus Auctores denotant. Ubi apud Syncellum (*i*) Ῥαμεσσῆς ὁ καὶ Αἰγύπτιος, legendum ὁ καὶ Αἴγυπτος, *qui & Ægyptus*. Ubi apud Joſephum (*k*) Σέθωσις καὶ Ῥαμεσσῆς, legendum ὁ καὶ Ῥαμεσσῆς, *qui & Rameſſes*: formula eſt antiquis lapidibus nota: ut habetur in editis, ſenſus invertitur: Hiſtoricas & chronologicas diſputationes minime ingrediar, ſed hoc extra omnem aleam eſt, nihil nobis ſupereſſe vetuſtius; qui Romæ ſi quidem obeliſci ſpectantur, ipſiſſima illa monumenta ſunt, quæ veterrimi Regum extruxere: cum Auguſtus Imperator, Conſtantinus item, aliique rerum domini magno auſu, & Romanorum potentia, Græcorumque ingeniis certe digno, *ſedibus ſuis avulſas*, ut Ammianus (*l*) loquitur, eas moles ab interiori Ægypto Romam advexerint, pulcherrima ſeligentes, & maxima. Unum ex his, quod nunc Lateranenſe appellamus, tantam antiquis etiam temporibus injiciebat admirationem, ut cum oppidum, in quo ſtabat, expugnaret Perſarum Rex Cambyſes, *ventumque eſſet incendio ad crepidines obeliſci, extingui ignem juberet molis reverentia, qui urbis nullam habuerat* (*m*). Sixtus V. aliique Pontifices Maximi, ea priſcæ ætatis miracula, poſtquam immani ſeculorum ſpatio jacuiſſent, immo quæ rerum humanarum viciſſitudo eſt, alta humo obruta delituiſſent, in dias luminis auras revocarunt rurſus, atque eduxerunt, magnoque animo erigere, atque in hominum conſpectum magnifice collocata proponere non dubitarunt.

Inſcriptiones, ſi hoc nomine libet appellare, tam peregrini generis, intelligi ne, atque explicari umquam poſſint, quæri ſolet; quod ego quidem ſtrenue pernego. Non defuere tamen qui feliciter interpretarentur; Hermapion præcipue inter veteres, Kircherius inter recentiores: verumtamen decepit Auguſtum Hermapion, ſe ipſum decepit Kircherius. Cum plures fuerint, & adhuc ſint inter literatos majorum gentium, qui aliter ſentiant, atque Hermapionis præſertim interpretamentis acquieſcendum, fidemque omnino adhibendam cenſeant, perfunctorie tractari locus non poteſt. Quod primum ſtatuo, id equidem eſt, ſculpta ejuſmodi marmora, pictaque alia eodem fere modo monimenta, ſcripturam nequaquam præſeferre, notaſque illas nullius generis eſſe literas. Ad ſententiam tuendam, quæ præjudicio adverſatur fere communi, plura præmittere oportet, atque altius repetenda res eſt. Ab

argu-

(*a*) Her. Lib. II. num. 100.
(*b*) Idem num. 145.
(*c*) Sync. pag. 53.
(*) מִצְרַיִם
(*d*) Plinius Lib. XXXVI. cap. 8.
(*e*) Apud Sync. pag 101.
(*f*) Exod. I. 11. *Præpoſuit itaque eis magiſtros operum &c. ædificaveruntque urbes &c. Phitom & Rameſſes.*
(*g*) Joſeph cont. Ap. Lib. II. num. 26.
(*h*) Lib. II. num. 2.
(*i*) Sync. pag. 160.
(*k*) Joſeph nov. ed. pag. 447.
(*l*) Am. Marc. Lib. XVII. cap. 4.
(*m*) Plinius Lib. XXXVI. cap. 9.

argumento tamen minime deflectimus; nam quæ hac occaſione perquirentur, ad artem Criticam Lapidariam pertinent ſingula, & opere procedente *plus vice ſimplici* haud parvi intererit ea noviſſe.

Quo primum tempore ſcribendi uſus inceperit, & quis literarum inventor fuerit, prorſus incompertum eſt. Adamo ſunt qui adſcribant non infimi ſubſellii viri, primumque hominum parentem, literarum etiam patrem velint; ſed aut infirmis omnino auctoritatibus nixi, aut quadam tantummodo ſuſpicione moti. Sic Suidas (*a*) τούτου τέχναι, κ̀ γράμματα. Thalmudiſtas, & Sabaitas Adami libros jactantes nequaquam moror. Setho Adami filio multi adſcribunt, aut ſaltem Sethi natis, ob percelebres columnas, quibus inſcriptam ab ipſis σοφίαν περὶ τὰ οὐράνια, *diſciplinam rerum cœleſtium* legimus apud Joſephum (*b*). Quod vero Adam duplicem rerum interitum prædixiſſet ab igne, & ab aquis, binas columnas docemur extructas fuiſſe, lateritiam unam, ut ignem evaderet, lapideam alteram, ut aquam eluderet. Mirum eſt quam multi his verbis abrepti fuerint, ex eo præcipue quod una ex iis columnis ævo ſuo adhuc ſuperfuiſſe affirmare videatur Joſephus. Mihi vero tam abſurda ea videtur narratio & incongrua, ut nedum falſam, ſed a Joſepho nequaquam emanatam putem; quin corruptum omnino locum, & verſus aliquos aliena manu ibi intruſos vehementer ſuſpicor. Quis enim credat, Hebræum Joſephum, gravem in primis auctorem, & circumſpectum, Adamo Græca mendacia imputaſſe, atque parentem primum in Stoicum philoſophum convertiſſe? Stoicum nempe erat dogma, fore ut *Mundus exigneſceret* aliquando, & *exaqueſceret*, ut Cenſorinus (*c*) loquitur. Tullius in Somnio: *propter eluviones, exuſtioneſque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt.* Julius Firmicus Libro tertio: *exuſtionem cataclyſmus ſequitur*. Fabulatur Seneca (*d*), Beroſum ex aſtrorum inſpectione *conflagrationi, atque diluvio* tempus etiam adſignaſſe. Præterea quis deſipientem adeo Joſephum putet, ut lateribus reſiſtendi flammis, lapideis columnis aquarum impetum eludendi vim tribueret, ac poteſtatem? Quis tam ſtultum velit, ut cum ignis immineret, & aqua, ſatis conſultum durationi crederet, ſi monumenta fuiſſent facta, non quæ ab hoſte utroque tuta eſſent, ſed quorum alterum flammas vinceret, alterum aquas? utrumque ſcilicet æque ab alterutro periiſſet. Interpolatum ergo ne dubitemus locum, quod manca etiam ſatis ibi connotat, atque interciſa ſententia: poſt illa enim ἵνα καὶ τῆς πλίνθου ἀφανισθείσης ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας, ἡ λιθίνη μείνασα παράσχῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα, reſpondens ſenſus ſequi de-

bebat, & *ſi lapideam ignis abſumeret, lateritia ſupereſſet*: at contra orationis contextus ſic abrumpitur: δηλῶσαι καὶ πλινθίνην δ' ὑπ' αὐτῶν ἀνατεθῆναι, *declarans, & lateritiam ab iiſdem collocatam fuiſſe*: quæ neque ſermonem continuant, neque quidquam idoneum dicunt. Ulterius animadvertamus, inſititii gloſſematis manifeſtum indicium ea præcipue verba facere, quæ ſequuntur: μένει δ' ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ τὴν Συριάδα, *permanet* marmoreus cippus *in Syria uſque in hanc diem*. Prætermitto, parum apte ea verba cum ſuperioribus connecti: at iſtudne monumentum memorare neglexiſſet Joſephus contra Apionem ſcribens, omnemque movens lapidem, ut gentis ſuæ ſummam vetuſtatem oſtenderet? inter tot argumenta, quæ congerit, hujuſne evidentiſſimæ demonſtrationis oblitus eſſet? Quis inſuper ſibi perſuaſerit, antiquitatum gentis ſuæ indagatorem ſolertiſſimum, ubi conſtitiſſet, antidiluviana ejuſdem monumenta ſive in ipſa Syria, ſive haud multo longius ſupereſſe, ad ea inſpicienda, tranſcribenda, indaganda nequaquam ſe contuliſſe? Penſitatis quidem omnibus, Sethi columnam tunc temporis exſtantem eximio Hiſtorico non imputabimus, & vetuſtiſſimam omnium, quæ fruſtra decantata eſt, Inſcriptionem valere jubebimus, cum pateat, nihil *ea fabula fabuloſius* dici (*e*).

Enochi Patriarchæ ævo ſcribendi uſum jam invaluiſſe, minime ambigunt quam plures, quod librum ejus nomine inſcriptum Judas Apoſtolus memorarit. D. Auguſtinus (*f*): *ſcripſiſſe quidem nonnulla divina Enoch, illum ſeptimum ab Adam, negare non poſſumus*. Verumtamen Enochi librum apocryphum & recentiorem fuiſſe, mendaciterque ſcriptum, certo certius conſtat: Librum autem aliquem ſcripſiſſe Enochum, nulla nos ſatis firma auctoritas docet. Denique ante ſubmerſionem terrarum literæ nullibi indicantur, neque ullam ea de re in Geneſis libro mentionem reperire eſt. Primæ civitatis ædificationem memorat Moyſes (*g*): illius, qui *cœpit invocare nomen Domini*, (*h*) factum recenſet. Agricolam fuiſſe Cain, ovium paſtorem Abel, non prætermittit (*i*). Artium ad vitæ uſum & commoda inſervientium initium oſtendit, tradens Jabel fuiſſe *patrem habitantium in tentoriis, atque paſtorum* (*k*). Illas, quæ in metallorum tractatione verſantur, ingenio Tubalcain percrebuiſſe docet, *qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris & ferri* (*l*). Muſicæ artis repertorem ab eodem diſcimus, ubi Jubal celebrat, patrem *cithara canentium, & organo* (*m*). At de literarum inventione, quæ ceterarum artium miracula longe ſupergreditur, cum divino afflatus ſpiritu videri poſſit, *qui ſonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminavit* (*n*),

(*a*) In Adam.
(*b*) Antiquit. L. I. c. 3.
(*c*) Cenſor. c. 18.
(*d*) Quæſt. Nat. L. III. c. 19.
(*e*) Apol.
(*f*) Civit. Dei L. XV. c. 23.
(*g*) Gen. IV. 17.
(*h*) V. 26.
(*i*) V. 2.
(*k*) V. 20.
(*l*) V. 22.
(*m*) V. 21.
(*n*) Cic. Tuſc.

nullum prorſus indicium eſt. Deſipuit ergo & ineptiit Beroſus (*a*), quem Polyhiſtor, & Abydenus tradidiſſe affirmabant, Noemum de diluvio præmonitum libros, & ſcripta ἐν Ἡλίου πόλει, tutiſque in locis recondidiſſe.

Neque poſtquam ſua reddita terris eſt facies, ſtatim ſcribendi artem repertam puto; nam Noemum, qui humani generis tunc pater, & magiſter erat, *virum agricolam* fuiſſe ſcimus, & *exercere terram* conſueviſſe (*b*). Calculum tamen neque illis adjicio, qui literas nimis retrahunt; non deſunt ſiquidem, qui a Moyſe excogitatas velint, cum Moyſes anteriores libros laudet, atque ex illo *Bellorum Domini* afferat verba (*c*). Illa ætate gemmæ quoque, & pretioſi lapides inſcribebantur, nam tribuum, & filiorum Iſrael nomina inventus eſt, qui *arte gemmaria* in onychinis lapidibus, aliiſque ejuſmodi ſculperet, quod Exodi liber docet (*d*). Joannes Chryſoſtomus (*e*) Abrahami tempore nondum ſcripturam innotuiſſe, pro certo habuit, nihilque illi externæ ſapientiæ acceſſiſſe, *quod literæ nondum repertæ eſſent*: οὐδὲ τῆς ἔξωθεν σοφίας ἔμπειρος ὢν πῶς γάρ, ὅπουγε, οὐδὲ γράμματα ἦν εὑρεθέντα πώποτε: Verumtamen obtulit Abraham pro agro CD. *argenti ſiclos probatæ monetæ publicæ* (*f*). Admodum veriſimile videtur, non ſine literis cudi, aut conflari multo ante ſiclos cœpiſſe. Plura quidem argumenta ſunt, quibus impellor ut credam, poſt linguarum diviſionem, diſperſionemque populorum characteribus efformandis, & promovendæ ſcripturæ operam ſtatim datam eſſe. At ubinam admirandum primo inventum emicuit, & quænam ante alias gens alphabetum effinxit? Plures quidem ſunt quæ ſibi eam tribuunt, tandem ac vindicent; verumtamen nulla ſatis firma ratio eſt, ob quam populo Hebræo eripi debeat aut poſſit. Somniis & fabulis ſi valedicimus, apud Hebræos multo ante quam apud alios quoſvis memorantur leges, tituli, volumina, hiſtoriæ. Quis etiam dubitet, quin præſtantiſſimum, & ad cultus, diſciplinæ, ac religionis uſus fere neceſſarium inventum populo ſuo prius quam cæteris Supremus rerum Arbiter largitus fuerit? Nam *Spiritu Dei impletus* (*g*) dicitur, qui ad tabernaculum conſtruendum, exornandumque, *opus excogitavit, & fecit in auro, argento, & ære* (*h*), *ſculptiſque lapidibus*. An non idem de eo credi poteſt, qui auſus eſt

Manſuram rudibus vocem ſignare figuris? (*i*)

Huic veritati fere omnes favent inter Gentiles quoque Auctores laudatiſſimi. Plinius Aſſyrias literas adeo priſcas reperiebat inquirendo, ut ſemper fuiſſe opinatus ſit; ſiderumque obſervationes tam ab antiquo apud Babylonios coctilibus laterculis inſcriptas fuiſſe legerat, ut inde æternum literarum uſum argueret. Percurrens, quæ cujuſque inventa ſint, *literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe* (*k*). Sub Aſſyrorum nomine Chaldæi etiam veniunt Aſſyris contermini; in terra autem Chaldæorum Abrahami progenitores ſteterunt a Sem Noemi filio initio facto; Eapropter potuerunt Hebræi e regione unde venerant Chaldæi, & lato modo Aſſyri nominari. Subdit de literis Plinius: *alii apud Ægyptios, alii apud Syros repertas volunt*. Pro Ægyptiis habiti ſunt aliquando Judæi, poſtquam Ægyptum reliquerunt, & eo magis pro Syris, quia Palæſtina Syriæ pars erat.

Scriptores alii quamplures a Phœniciis ad gentes ceteras literarum uſum emanaſſe affirmant. Prophanæ hiſtoriæ pater Herodotus (*l*) οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι ἄλλα τε πολλὰ οἰκίσαντες ταύτην τὴν χώρην ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὸ Ἕλλησι ὡς ἐμοὶ δοκέειν. *Phœnices hi, qui cum Cadmo advenerunt, cum in hac regione pedem fixiſſent, multas in Græciam introduxere doctrinas, & literas quoque, quas, ut mea fert ſententia, Græci antea nequaquam habebant*. Ex eo accidit, ut literis apud Jones, qui primi inter Græcos, utpote Phœnicibus proximi, illas arripuere, Phœniciarum nomen hæſerit, ut ibidem Hiſtoricus docet. Idem prorſus e Dionyſio, qui veteres fabulas, antiquis allatis carminibus, recenſuerat, Diodorus didicit (*m*). Idem ex Ephoro Clemens Alexandrinus (*n*): Κάδμος δὲ Φοῖνιξ ἦν ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετὴς ὥς φησιν Ἔφορος. *Cadmus, qui literarum apud Græcos inventor fuit, Phœnix erat, ut Ephorus docet*. Non defuere, qui Linum Apollinis filium literas Græcis dediſſe traderent, *e Phœnicia* tamen advectas. Suidas: λέγεται δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ Φοινίκης γράμματα εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. Quid Lucanum (*o*), ſexcentoſque alios memorem? Jam vero Phœnices inter Chananæos numerantur, hoc eſt inter incolas terræ, in quam venit Abraham, quamque poſtmodum *ſemini ſuo* dedit Deus (*p*). Quin facillime cum Phœniciis, qui Syriæ pariter accenſebantur, Hebræi confundi poterant, eoque magis quo Phœniciæ nomen latiſſime ſumebatur aliquando, ita ut Heliodorus domo Emeſſa, ſe Phœnicem dixerit: ἀνὴρ Φοῖνιξ Ἐμεσηνός. *Omnium primi Syri, & Phœnices literas excogitaſſe* dicebantur, Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους (*q*), quod Hebræorum cum quibuſvis gentibus commercium refugientium nomen nullo olim in pretio, immo pene ignotum eſſet. Cæterum Phœniciorum nomen Judæis tributum fuiſſe ab Herodoto (*r*) diſcere in promptu eſt, qui Phœnices vocat Palæſtinam tunc incolentes, qui e mari rubro venerunt.

Per-

(*a*) Chron. Euſeb. Lib. I. pag. 8.
(*b*) Gen. IX. 20.
(*c*) Num. XXI. 14.
(*d*) Exod. XXXIX. 6.
(*e*) In Rom. Hom. 26.
(*f*) Gen. XXIII. 16.
(*g*) Exod. XXXV. 31.
(*h*) V. 32. 33.
(*i*) Lucan. Lib. III.

(*k*) Plin. Lib. VII. cap. 56.
(*l*) Her. Lib. V. pag. 306.
(*m*) Diod. Lib. III. pag. 140.
(*n*) Strom. Lib. I.
(*o*) Luc. Lib. III. *Phœnices primi &c.*
(*p*) Gen. XII. 7.
(*q*) Clem. Strom. Lib. I.
(*r*) Her. L. VII. n. 89. ἔνθα δὲ Φοίνικες &c. Παλαιστίνη καλέεται.

Perbeati ergo haberemur, ſi quo alphabeto antiquiſſimis temporibus uterentur Judæi, perſpicere liceret nobis, ac ſine dubitatione cognoſcere. Thomas Novarienſis centum abhinc annis Inſcriptionis exemplar Romam detulit, quam in petra viderat ad montis Horeb radicem jacente. E regione ejus montis caſtra poſuerunt Iſraelitæ, qui in ea ſolitudine per integrum fere annum commorati ſunt. Inter Horeb ac Sinaim Petrus etiam a Valle inſculptas literis petras vidit, quin teſtis multo antiquior adeſt Coſma Indicopleuſtes, Sinais inſcriptiones pariter memorans. Novarienſis illam Kircherius edidit in Prodromo Copto, & in Oedipo Ægyptiaco: verumtamen male functus eſt fortaſſe officio ſuo typographus, implexos ductus ad nullam ſane ſcripturam accedentes repræſentans. Eorum nihilominus poteſtatem, quæ hominis felicitas fuit, editor, ſi fidem adhibes, aſſecutus eſt, mirificam etiam Inſcriptionis explicationem proferens. Sinais quidem mons Inſcriptionem tunc vidit, qua nulla auguſtior, nulla umquam magis venerabilis ac ſacroſancta, *tabulas* nempe *teſtimonii lapideas ſcriptas digito Dei* (*a*). Profecto quid ſanctius iis Tabulis, in quibus *ſcriptura Dei erat ſculpta?* (*b*)

Sed quoniam, quænam in iis forma literarum fuerit, cogitatione aſſequi nequimus, inter vetuſtiores, quæ nobis notæ ſint, literas, quaſnam ſtatuemus pro antiquiſſimis & primordialibus habendas? duo ſcilicet reperimus maxime diverſa apud Hebræos alphabeta, Samaritanum, & Chaldaicum, ut vocari ſolent. Doctiſſimorum quidem hominum conſenſus in eam videtur conſpirare ſententiam, ut hodiernas Hebræorum literas e captivitate reportatas judicent, poſtquam ſuarum, quarum uſus apud Samaritas tantummodo perititerit, Hebræi Babylone commorantes obliti fuiſſent, iiſque propterea Eſdras in patriam reverſis Sacra Biblia Aſſyrio, cui jam aſſueverant, charactere deſcripta dederit. Mihi quidem, ut fatear, quod ſentio, ægre probari hæc opinio poteſt; quæ in hac re mihi negotium faceſſunt, qua par eſt erga tot præclaros viros reverentia, ſummatim propono: id tantum afferam, quod præſenti propoſito conducit. Vetuſtiora inſpicientes quæcumque indubiam, ac remotiſſimam ætatem præſeferunt æreo, vel marmoreo conſignata ſcripto monumenta, literas reperimus aut Samaritanas, aut Phœnicias, aut Græcas, aut Pelaſgas, aut Etruſcas, aut Hiſpanicas. His omnino generibus quæ occurrere ſolent, ſingula contineri animadvertimus.

(*a*) Exod. xxxi. 18.
(*b*) xxxii. 16.
(*c*) Sync. pag. 82.

Samaritanæ in antiquioribus apparent ſiclis Hieruſalem, aut Simonis nomine, ut plurimum notatis. Quo argumento impelli poterant Iſraelitæ ad inimicæ, atque heterodoxæ gentis literas adoptandas, adhibendaſque in monumentis publicis, niſi id artifices præſtitiſſent antiquas imitantes, & per hoc eoſdem reſumentes typos, qui antea invaluerant? Batavus Nyemborg, qui literas in rupibus Sinai ſculptas exſcripſit, conſimiles aſſerit Phœniciis, quæ habentur in nummis. Si ita eſt, jam ab exitu ex Ægypto non quadratis, ſed Samariticis, ut vocamus, utebantur literis Hebræi. Pentateuchum quoque habemus eadem ſcriptura, quam utriſque olim communem, poſt Eſdræ tempora, & Chaldaicam invectam Samaritæ tantummodo retinuerunt. Ejus gentis exemplaria tamquam primæva commendavit Syncellus (*c*): τὸ Σαμαρειτῶν ἀρχαιότατον καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διαλλάττον ὃ καὶ ἀληθὲς εἶναι καὶ πρῶτον Ἑβραῖοι καθομολογοῦσι. *Vetuſtiſſimum Samaritanorum exemplar characteribus diverſis exaratum, verum eſſe, & primum fatentur Hebræi*. Hunc Pentateuchum in ipſa Samaritanorum regione primus perquiſivit, tandemque invenit Petrus a Valle (*d*), eas literas minime ambigens Aſſyriis, ſeu Chaldaicis antiquiores eſſe. Illas perſpicere & contemplari poſſumus in ejus Pentateuchi editione, quam Joannes Morinus adornavit, deinde iteravit Valtonius in Polyglottis. Apparebit ſtatim conferentibus inter ſe, Phœnicias, quæ in nummis ſuperſunt, Hiſpanicas, aliaſve, quæ Phœniciam originem produnt, Etruſcaſque, quas tot nobis Inſcriptiones oſtendunt, ad Samaritanas aliquo modo accedere. Idem dicendum de Græcis, præcipue vetuſtioribus, idem de Latinis, quas *in Latium attulerunt Pelaſgi* (*e*). Propterea *forma literis Latinis quæ veterrimis Græcorum* (*f*). Docet Diodorus, Cadmæas literas e Phœnicia allatas primum Phœnicias, deinde Pelaſgicas appellatas eſſe, quod Pelaſgi ante alios iis uſi fuerint.

Animadverti debet, ut plurimum literarum affinitas cum Samaritanis conſtet, invertendas eſſe; nam quæ a ſiniſtra procedebant ad dextram, Græcis & Latinis a dextra placuit, ut procederent ad ſiniſtram: quamvis primæva ætate utroque modo, ut ſcimus, promiſcue ſcriberent Græci. Una eſt ergo radix veterrimorum, quæ novimus alphabetorum. Jam vero his præmiſſis inſtructi ad obeliſcos Ægyptios nos referamus.

Cæteræ hujuſce libri Capita deſiderantur.

ARTIS

(*d*) Petr. a Valle Epiſt. 13.
(*e*) Plin. Lib. vii. cap. 56.
(*f*) Tac. Annal. Lib. xi. cap. 14.

ARTIS CRITICÆ LAPIDARIÆ

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Inſcriptionibus, quæ in Græcorum Libris referuntur.

ÆRI & Marmori inſculpendi literas, non iis tantummodo temporibus inolevit uſus, quorum ad hæc uſque ſæcula Romana, aut Græca monumenta devenere. Incepit plane cum ipſis literis, & a nobilioribus, magiſque decantatis gentibus multo ante quam Hiſtoricus ullus vetuſtarum nobis rerum memoriam conderet, eſt paſſim adhibitus. Ea propter quamvis Græcorum & Romanorum ævo antiquitatis amor ac ſtudium nequaquam, ſicut hodie accidit, efflorеſceret; ſelectiſſimi tamen inter Scriptores veteres puriorem anteriorum ætatum notitiam ab ejuſmodi monumentis repetentes, nedum eorum mentionem ingeſſerunt plurimam, ſed Inſcriptiones ipſas retulerunt quam frequentiſſime, iiſque lucubrationes ſuas, ac ſi gemmis diſtinguerent, ultro citroque illuſtrarunt. Quin & inter Auctores, quos nobis invidit edacitas temporum, ac ſubripuit, Sanchoniatonem præcipue memorant Euſebius (*a*), ac Porphyrius, Euhomerum Lactantius, Manethonem Syncellus, qui antiquam hiſtoriam ex plurimis id genus titulis eruerant, & non ſine magna laude digeſſerant. De literarum inventione ſententiam *monumentis adprobare* conatus erat Anticlides, ut Plinius docet (*b*). Strabo ab Ephori, & Eratoſthenis, Arrianus a Ptolemæi Regis, & ab Ariſtobuli ſcriptis deceptus Inſcriptiones attulere. Neque defuerunt antiquitus, qui iſtiuſmodi monumenta, non attente ſolum inſpicere, velut Cato, qui *ſepulcra* geſtiebat *legere*, teſtatur enim ipſe apud Tullium (*c*); verum etiam ſedulo perquirentes tranſcribere, eorumque collectionibus volumina omnino inſtruere ſtuderent, atque adornare. Atticæ regionis epigrammata collegerat Philocorus, ut ex Apollonii Scholiaſte. Polemon Ptolemæi Epiphanis ævo......

Hic quædam deſiderantur.

Verumtamen de titulis illis, quorum dictatum cum ipſiſmet evanuit marmoribus, ſermonem habere nequaquam attinet; ſed cum quampluſimos ex vetuſtiſſimis Græci ac Latini qui ſuperant, nobis Auctores recitent, videtur profecto, qui rei Lapidariæ ſerio navaturus eſt operam, ab eorum lectione, diligentique perquiſitione ſtudium hocce auſpicari debere. Ea quidem haud longæ indaginis, nec tam multi laboris obſervatio eſſet, fuiſſet modo, qui diſperſa in veterum ſcriptis ejus generis documenta colligendi, diſponendive ſumſiſſet operam: quod ſi præſtitiſſet quiſquam, haud minori profecto laude illius laborem donaremus ac curam, nec minori beneficio doctorum Rempublicam ejuſmodi opus afficeret, atque ornaret, quam illorum diligentia fecerit, qui Scriptorum fragmenta, qui oracula, qui Græcas leges, aliaſque antiquæ ætatis, ac ſapientiæ reliquias undequaque decerpentes congregarunt, obrueruntque. Hanc ſpartam Morhofium olim aggreſſum eſſe, Baelius tradidit (*d*), ſed nihil auditum ultra: obiiſſe vero, & conſummaſſe Reineſium, quod Gruteriano Supplemento ſuo ex Auctoribus aliquas miſcuerit, opinati ſunt quidam, ita ut Baudelotius (*e*) de Inſcriptione monuerit a Policeno relata, quæ Reineſium fugerit; ſed tam paucis paginis rem ſane haud expediet qui aggredietur, nec tam exiguo numero collectionem concludet ſuam. Ad XL. Athenæus recenſet, LX. ferme Pauſanias, quos Auctores Reineſius non attigit; ultra L. Plutarchus, ex quo unicam retulit. Cum olim de Inſcriptionum uſu ac præſtantia diſſerere incepiſſem, quam commentationem paulo progreſſus abrupi, libro primo quot & quibus locis id genus monumenta reperire ſit apud veteres, laborioſe expoſueram; quæ quidem apud LXX. fere Scriptores deprehendere contigerat. Illa vero ad præſens inſtitutum nequaquam recenſio pertinet, ſed cum eo collimet lucubratio hæc tota, ut genuinas a fictitiis Inſcriptionibus ſecernamus, utque in hoc propoſito ab errore nobis careamus omni, videndum ante alia, num & in illas, quæ in antiquis libris occurrunt, cadere ſuſpicio poſſit, & num earum quoque occaſione pericula quandoque circumſtent. Diſquiſitionem autem noſtram eo magis quadrat ab iis incipere, quo conſtat, vetuſtiſſimas omnium eſſe, & anteire multo quaſcumque a nobis in decurſu operis memorari continget. Addas velim, ad diſſertandum de extantibus, quicquam forſan luminis a prædictarum examine nobis jam affulgere poſſe. Equidem haud ignarus ſum, miraturos hic quam

multos

(*a*) Præp. Ev. L. x. c. 9.
(*b*) L. VII. c. 56.
(*c*) De Senect.
(*d*) Nouvel. de la Rep. des Lettr. an. 1685.
(*e*) Util. des Voyag. p. 37.

multos eſſe; qui fieri poſſit, ut illarum quoque Inſcriptionum auctoritas revocetur in dubium, ac fides, quas probatiſſimi, ſimulque antiquiſſimi nobis Scriptores recitent. Veruntamen quantum vetuſtis etiam ætatibus lubricus eſſet hic locus, & quam ſæpe acciderit, ut circa ejuſmodi monumenta Auctores maximi deciperentur, dabimus operam, ut exponamus: nec non eodem tempore multa in illis huc pertinentia loca perperam communiter accipi, declarabimus.

Cum vero Inſcriptiones veteres retroacta tempora ſpectent, rationem præmittam, qua ævum univerſum in quatuor periodos diſtribuere ſoleo. Primam quidem antediluviano tempori adſigno, quod Hebraicum quoque licet appellare, cum illius ætatis nihil conſtet, niſi quod de Judæorum gente divinus nobis Hiſtoricus tradidit. Secundum tractum, Varronem ſequentes, tempus obſcurum vocemus, ſive incertum mavis, quod fabulis ſcateat veritatem omnem involventibus, nec Scriptores habuerit, ſaltem qui ſuperſint, neque annorum computum, aut æram ſtabilem ullam noverit. Tertia ætas Hiſtorica dici poteſt, ſeu Græco-Romana, quæ ab Olympiadum inſtitutione initium ducit, & a Romanæ urbis exordio, quod haud longo intervallo ſubſecutum eſt; Græcorum autem, & Romanorum nomine perpetuo inſonuit. Quarta demum Chriſtiana ſit a Redemptoris ortu deſumta, quam item Romano-barbaram nuncupare, nec eſſet incongruum, cum prioribus ſeculis Romani Imperii amplificatione floruerit, deinde diverſarum gentium diſcurſu, ac novorum Regnorum exortu ſit occupata.

Hac temporum diſtributione poſita, ad recte judicandum de Inſcriptionibus, quæ in veterum libris legimus, illa nobis ante alias omnes regula tenenda eſt; commentitias procul dubio eſſe, quæcumque a priori temporis periodo repeterentur ..... *Hic ſermo abrumpitur, & multa deſiderantur.*

Ad ſecundam temporum periodum progredientes, id nobis inſidere debet, etiam quas veteres Auctores arceſſunt, pro ſuſpectis continuo Inſcriptiones habendas eſſe. Vanas certe, & fictitias eas omnes ſtatim eſſe ajo, quæ e Sepulcris Deorum acceptæ dicebantur, vel quæ ad eorum geſta pertinebant, & tamquam coævæ decantabantur. Jactabat Euhemerus Jovis, aliorumque Deorum Hiſtoriam *ex titulis & inſcriptionibus ſacris* conſarcinatam, quod ex Lactantio diſcimus (*a*); at monumenta illa tam genuina erant, & vera, quantum ipſa Numina. Euhemeri opus in latinum convertit Ennius, *Hiſtoriam Sacram* appellans, atque inde Jovis funereum titulum idem Lactantius retulit tamquam Gnoſi (Cretæ inſulæ oppidum fuit) exiſtentem. Dicit ergo, *in ſepulcro ejus* inſcriptum fuiſſe antiquis literis Ο Ζεὺς τοῦ Κρόνου. At Euhemerum redarguerunt, & antiquitus multi, ut docet Cicero (*b*), quod ab ipſo *mortes & ſepulturæ demonſtrarentur Deorum*. Callimachi Scholiaſtes ſepulcrum illud ad Jovem minime ſpectare tradit, neque ita inſcriptum fuiſſe, ſed Διὸς Τάφος, abraſis ac ſemeſis ob vetuſtatem prioribus literis, integram ſiquidem Inſcriptionem fuiſſe Μίνωος τοῦ Διὸς τάφος: *Sepulcrum Minois Jovis Filii*. Tam huic fidendum eſt quam illi: ex tanta diverſitate, nullam fuiſſe inſcriptionem, colligere poſſumus. Pro fabula id ſepulcrum habuit Lucianus (*c*), immo ob illud ipſum, & ob Inſcriptionem jactatam & confictam, mendacitatis nota videtur perpetuo adhæſiſſe Cretenſibus. Callimachi Hymnus in Jovem:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο,

Cretenſes ſemper mendaces, nam & ſepulcrum, o Rex, tuum ædificarunt.

Utrum vero huc reſpexerit multo ante Epimenides, eo verſu, quo hanc & alias pudendas notas Cretenſibus appinxit, quemve Apoſtolus laudat ad Titum ſcribens, affirmari nequit. Verſum autem illum Epimenidis eſſe, non Callimachi pro certo habeo, cum ex Paulo ita Cretenſes appellaverit τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, *quemdam ex ipſorummet prophetis*, Epimenides ergo Cretenſis, non Callimachus, quem ex Cyrene fuiſſe conſtat.

Deorum quoque minorum gentium, ſive Heroum ad divinitatem tranſlatorum monumenta deſpiciamus, quorum de ætate, generatione, ac gente incertiſſimus & varius ſemper vagavit rumor. Bacchi quidem hanc affert inſcriptionem Philoſtratus (*d*), tamquam argenteo diſco inſculptam, quod ab India ad Apollinis Pythii Templum donarium miſerit. Διόνυσος ὁ Σεμέλης καὶ Διὸς ἀπὸ Ἰνδῶν Ἀπόλλωνι Δελφῷ. Verum ſiluiſſent ne de tam eximio monumento illi omnes, qui Apollonium Scriptores præceſſerunt? Pauſanias, qui vetuſtates in Templis poſitas ſingulari diligentia ſcrutatus eſt, adeo rarum cimelium prætermiſiſſet? Tam igitur Apollonio eam Inſcriptionem tradenti credendum eſt, quam illam de elephanto, & alias, quas comminiſcitur. Luciano ejuſdem farinæ auctori ſi fidem adhibere volumus, vidit ipſe in quodam Oceani inſula æneæ columnæ inciſam, & quidem literis ἀμυδροῖς καὶ ἐκτετριμμένοις *attritis & exoletis* memoriam hanc: Ἄχρι τούτων Ἡρακλῆς, καὶ Διόνυσος ἀφίκοντο. *Huc uſque Hercules & Bacchus pervenerunt*: quæ tam vera Inſcriptio fuit, quam Poeticum iter illud. Docet gravis auctor in primis Strabo (*e*), quamvis vetuſti Heroes & debellatores Reges conſueviſſent aras & columnas in occupatis regionibus erigere, nullam tamen ex iis a longa jam ætate ſupereſſe, nec viſam eſſe; additque, Macedones in India neque Herculis, neque Bacchi cippos ullatenus vidiſſe, ut ferebat rumor, ſed loca tantummodo fuiſſe oſtenſa, quibus eos

cippos

(*a*) Lib. I. cap. II.
(*b*) De Nat. Deor. Lib. I. cap. 42.
(*c*) In Timon. τὰ ὑπὸ Κρητῶν &c.
(*d*) In Vit. Apoll. Lib. II. cap. 2.
(*e*) Lib. III.

cippos olim ſtetiſſe opinabantur. Quin decantatas Herculis columnas nihil aliud eſſe a ſanioribus putari, quam æneas illas, quæ Gadibus viſebantur in Herculis delubro; quibus non Herculis adventus, nec monumentum ullum, ſed inſcriptus erat ſumptus in eo Templo ædificando collatus.

Iſidis hunc titulum refert Diodorus (*a*): Ἐγὼ Ἶσίς εἰμι ἡ βασίλισσα πάσης χώρας, ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ, κ. τ. λ. *hunc vero Oſiridis*: Πατὴρ μέν ἐστί μοι Κρόνος, νεώτατος θεῶν ἁπάντων, εἰμὶ δὲ Ὄσιρις ὁ βασιλεύς, κ. τ. λ. quis ab eorum lingua in Græcum verterit, Diodorus non admonet; in quibus ne incongruentias adnotantes immoremur, quis non videat longa poſt ſecula ab illis commentas fuiſſe, atque confictas, quibus credi intererat, eorum ſepulcra Nyſæ, quæ Arabiæ civitas fuit, cuſtodiri, non vero Memphis, ubi communiter credebantur eſſe: nec deerant tamen, qui τὰ σώματα τῶν θεῶν τούτων in quadam Nili inſula ſervari vellent. Inſcriptionibus nequaquam fidere Diodorum ipſum ſatis apparet, qui etiam ex aliorum relatu pendere profitetur, quamvis ſalutarem clauſulam φασι Latinus interpres omiſerit.

Iſidis Templum in Ægypti regione Saitide epigraphem iſtam fuiſſe poſitam Plutarchus (*b*) narrat; Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονός, ϗ ὂν ϗ ἐσόμενον, ϗ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν. *Ego ſum omne quod fuit, & quod eſt, & quod erit: meum vero populum detexit nemo.* Quæ parum quidem cohærent, poſtrema verba Minervæ melius congruerent; Minervæ Saitidis mentionem facit Plato, & monet Plutarchus ibi ædem illam Minervæ dicatam fuiſſe, *quam Iſidem putant eſſe*, ἣν ϗ Ἶσιν νομίζουσι: at an Minervam res omnes complexam crederent? nonne a Chriſtianis mutuata videri poſſit doctrina? S. Joannes ita ferme de ſummo Deo loquutus eſt in Apocalypſi (*c*). De Oſiride Inſcriptionem aliam memorat Theo Smyrnæus, quam exſcripſit Reineſius, ac multa commentatione illuſtravit. At fictitiam fuiſſe, & Oſiridis ævo nequaquam proximam prima ſatis indicant verba Πρεσβύτατος βασιλεὺς πάντων Ὄσιρις. Siquidem non cogitavit, qui titulum condidit, antiquum non fuiſſe Oſiridem, cum vitam duceret.

Pro commentitiis item haberi oportet vetuſtiſſimorum Regum monumenta, quorum nedum facta, ſed nomina ipſa in ambiguo jacent, & in tenebris cubant. Ut ab Ægyptiis incipiamus, in Oſimandiæ, quem Diodorus multo ante Seſoſtrim locat, Sepulcro, hæc inſuper fuiſſe, idem Hiſtoricus (*d*) narrat. Εἰ δέ τις εἰδέναι βούλεται πηλίκος εἰμὶ ϗ ποῦ κεῖμαι, νικάτω τι τῶν ἐμῶν ἔργων. *Si quis quantus ſim noſcere avet, & ubi jaceam, geſtorum meorum aliquid exſuperet;* ubi tam incongruo effato, ſententiæque tam ineptæ, ac ſibimet nequaquam cohærenti quis fidem adhibeat, tanti Regis monumento in regione ſtudiis, literiſque addicta inſculptam fuiſſe? Tradit etiam Diodorus in Oſimandiæ monumento, quod decem ſtadia occuparet, Bibliothecam fuiſſe maximam cum hac Inſcriptione Ψυχῆς ἰατρεῖον. At Bibliothecas illa ætate quis audiit? Titulum illum ad Ptolemæi Philadelphi Bibliothecam poſt multa ſecula poſitum docet, nec propterea ab antiqua Oſimandiæ tranſcriptum fuiſſe admonuit, aut alius quiſquam fuit, qui memoraret. Herodotus (*e*) Inſcriptionem affert lateritiæ Pyramidi additam ab Aſychi Rege in hac ſententia Μή με κατονοσθῇς &c. *Ne me prælapideis Pyramidibus deſpicias &c.* Pariter ad Regis Sethoris ſtatuam (*f*), in qua mures memorantur, qui hoſtium arma corroſerint, ac contriverint: quos pueriles, atque inconditos ſenſus, quis pro ineptis, atque anilibus næniis non ſtatim agnoſcit? Neque Herodotus, neque Diodorus eas Inſcriptiones tamquam a ſe viſas adducunt, ſed verbo φασὶν adjecto, & ab Ægyptiorum Sacerdotibus enarratis, qui pleno ore mendacia profundebant; & annorum quoque pluſquam decem millium hiſtoriam texebant, proponebantque ob oculos, ut ab Herodoto diſcimus: ni tamen eos annos pro menſibus accipiebant, cum ſcribat Plinius (*g*): *Quidam Luna ſenio annum determinabant, ut Ægyptii: itaque apud eos aliqui & ſingula millia annorum vixiſſe produntur:* quo tamen loco de Hebræis loquutum eſſe Plinium ſuſpicor, quos Ægyptios crediderit, cum illi forte de prolixa Patriarcharum vita rumor ex ſacris Moyſis libris ortus confuſe perveniſſet ad aures, neque aliter intelligi poſſe autumavit Plinius plurium ſeculorum vita. Certe de Ægyptiis, qui tot ſecula vitam extendiſſe dicti ſint, nihil ab Herodoto, nihil a Diodoro, aut a deperditis per Joſephum memoratis Auctoribus auditum habemus. In edita Diodori verſione *ultra quater mille & ſeptingentos indigenas Reges Ægyptum gubernaſſe* legitur (*h*), at in textu totidem anni habentur, Reges vero ad CCCXXX. recenſebant ex Herodoto.

Ad Aſſyros nos conferamus. De Semiramide prolixam recitat Inſcriptionem Poliænus, tamquam ab ejus monumento decerptam: præmittit enim τῇ δὲ στήλῃ αὐτῆς ἐπιγέγραφθαι τάδε. Ad Hiſtoriæ lucem theſaurum in hoc epigrammate haberemus præclarum, ſiquidem ejus conſtaret fides: geſta enim memorat, & ſingularia facta: verum unde hauſit iſtuc monumenti Poliænus, ab omnibus, qui præceſſerunt, Scriptoribus ignoratum. Dionyſius Halicarnaſſenſis vetuſtarum rerum acutiſſimus perſcrutator, ubi de Aſſyriorum imperio agitur, nihil pene ſibi de iis rebus compertum eſſe profitetur, utpote in mythicum ævum incidentes: ἡ μὲν γὰρ Ἀσσυρίων ἀρχὴ παλαιά τις οὖσα, ϗ εἰς τοὺς μυθικοὺς ἀναγομένη χρόνους &c. *Nam Aſſyriorum imperium vetuſtiſſimum quidem, & in fabuloſa incidens tempora &c.* Ejus ergo monumenti auctoritas tanta haud quidem erit, ut quamvis cum vulgaribus de Semiramide rumoribus conſentiat, contra.

(*a*) Lib. I. cap. 3.
(*b*) Iſ. & Oſir.
(*c*) Cap. XLVII.
(*d*) Lib. II. Sect. 2.

(*e*) Lib. II.
(*f*) Idem Lib. II.
(*g*) Lib. VII. cap. 48.
(*h*) Lib. I. cap. 2.

contraria rejiciamus, quæ Auctores multo in hoc majoris ponderis tradidere. Beroſus Chaldæus loco & ætate proximior, non Semiramidem, ſed Nabuchodonoſor triplices Babylonis muros ædificaſſe docuit, portaſque ingentes, lapideas moles, atque hortum penſilem excitaſſe; Græcoſque ea omnia Semiramidi tribuentes deridebat; at a Joſepho Apionem confutante diſcimus, qui cum Beroſo Magaſthenem, & Phœnicum archiva conſenſiſſe affirmat. Aliud Semiramidis epigramma Herodotus attulit (*a*), deinde Plutarchus (*b*) tamquam ejus Mauſoleo inciſum: *illum ex ſucceſſoribus qui pecuniæ indigeret, ſepulcrum aperiret:* quo demum a Dario diffracto, ſcriptum inveniſſe: *niſi avaritia laborares, mortuorum equidem requiem minime interturbaſſes.* (*)

Nullum aliud epitaphium magis apud veteres Scriptores memoratur, quam Sardanapali illud poſtremi Aſſyriorum Regis: quod ita exhibent Strabo (*c*) Arrianus (*d*) Athenæus (*e*) Stephanus (*f*):

> Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
> Τερπνὰ πάθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Σαρδανάπαλος ὁ Κυνδαράξου παῖς Ἀγχιάλην, καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἐν ἡμέρᾳ μιῇ. Ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, ὡς τ' ἄλλα οὐκ ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος. Ita Stephanus. Primum diſtichon adlatum a Plutarcho (*g*), a Diodoro (*h*) & a Dione Chryſoſtomo (*i*) ita vertit Cicero (*k*):

> *Hæc habeo, quæ edi, quæque exſaturata libido*
> *Hauſerat; illa jacent multa & præclara relicta.*

Quod remanet, ita ſe habet: Sardanapalus Cyndaraxi filius Anchialam *& Tarſum uno die condidit. Ede, bibe, lude, nam reliqua tanti ſunt ac crepitantis digiti ſonum,* ἔσθιε, πῖνε, ἀφροδισίαζε: τ' ἄλλα δ' οὐδέν. In Plutarcho (*l*).

Quod heic pro certo habetur, illud eſt, quod apud omnes vulgare dictum, ac fere Moralis Philoſophiæ Aſiaticæ axioma erat hujuſmodi canon ab Epicureis receptus, quod incidit in voluptatum Scyllam cupiens ambitionis vitare Carybdin. Huic effato alludit illud Lucæ (*m*) qui habet φάγε, πίε, εὐφραίνου. Hoc autem dictum e Sardanapali ſepulcro proveniſſe, non ſatis conſtat, cum ipſi ob ejus notam ingluviem & luxuriam tributum cenſeri poſſit: Ac exinde etiam, quod nemo ex laudatis Scriptoribus non propria, ſed aliena fide hunc titulum exhibuerint: ideoque varia apud ipſos eſt lectio. Strabo ſex verſibus exprimit, & dicit ἔνιοι *dicunt aliqui* &c. poſtea *circumferuntur etiam* &c. Non eo tamen inficias, hujuſmodi Epicureorum ſententiam inſcribi potuiſſe Sardanapali ſepulcro; at verum integrum titulum uti ſupra adlatum rejicio. Siquidem non parum repugnat, & cum eo, quod ſequitur, non cohæret, una die Sardanapalum Anchialam & Tarſum condidiſſe: ac eo magis etiam quod ab ejus continua otioſa vita alienum videtur. Quapropter ad hujuſmodi monumenti veritatem aſſerendam non ſufficit τὸ *una die* pro aliquo ſpatio temporis accipere, ut contendit Gronovius (*n*). Athenodorus, qui fuit ex urbe Anchiale, majori fundamento docuit, Anchialen ejus patriam fuiſſe Κτίσμα Ἀγχιάλης τῆς Ἰαπετοῦ θυγατρὸς *opus Anchialæ Japeti Filiæ*, apud Stephanum in Ἀγχιάλη.

Heic mentio fieri poteſt noti epitaphii Midæ regis Phrygiæ ab Joh. Philopono (*o*) adlati ad exemplum illorum verſuum, qui appellari poſſunt *circulus*, in quibus nimirum δύναται τὸν αὐτὸν στίχον καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος ποιεῖσθαι, ex quacumque parte initium deſumatur, ſenſus efficitur. Hoc epitaphium in Anthologia (*p*) præſefert nomen Homeri, quod ex Homeri vita deducitur, ſcripta, ut fertur ab Herodoto; aſt eadem prorſus ratione ad Homerum ſpectat epigramma, ac ad Herodotum vita. Secundus verſus deſumptus eſt ab Odyſſea. Qua de cauſſa forſan hujuſmodi vitæ Author Homero tribuit epigramma; ſed ille verſus uſurpatur quaſi pro verſu, & in aliis epigrammatis, & alibi ad exprimendum poetice τὸ *in perpetuo*. Ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ. Et Laertius in Cleobulo Solonis ætate idem epigramma exhibet, docetque, ab aliquibus auctorem ejuſdem creditum fuiſſe Cleobulum. Minime tamen dubitandum, quin ſit cujuſdam Poetæ multo poſt tempore Midæ, (ſi vero fuit Midas) & unquam ejus ſepulcro inſcriptum. Plato illud affert in Phædro, & ait φασί τινες ἐπιγεγράφθαι &c., ac iiſdem verbis profert Dio Chryſoſt. (*q*): & *ajunt Midæ ſepulcro inſcriptum eſſe.*

Ad eamdem Claſſem referenda ſunt non pauca epigrammata a Veteribus exhibita, quæ Heroas, alioſque illuſtres viros mythici temporis reſpiciunt, ubi fabellæ ad eamdem ætatem ſpectantes exhibentur, quum ſequioribus ævis fuerint excogitata. Pauſanias licet rei antiquariæ peritus, qui unus fuit ex Antiquis tali amore ac ſtudio illectus, quod nunc maxime floret, non ſemel in errorem delapſus eſt. Eas Inſcriptiones omittam, quas ipſe, uti non amplius exiſtentes, meminit, quæque traditione tantum referebantur, utpote illæ thalami Alcmenæ (*r*), & ad Heſiodi (*s*) ſepulcrum, quas nemo non ſcit populares fabellas fuiſſe, quamvis titulis id tem-

B poris

(*a*) Herod. Lib. I.
(*b*) Plutarch. Apoph.
(*) *Hucuſque ex Maffejanis ſchedis Latinis; quæ ſequuntur Italica lingua in iiſdem exarata uſque ad Cap. I. Lib. IV. ab Editore latine reddita ſunt, adjectis quampluribus Inſcriptionibus, quæ a Cl. Maffejo dumtaxat indicabantur.*
(*c*) Strab. Lib. XIV. pag. 988.
(*d*) Exp. Alex. Lib. II. 10.
(*e*) Lib. XII. cap. 7.
(*f*) V. Ἀγχιάλη.
(*g*) Plut. fort. Athen.

(*h*) Lib. II. 110.
(*i*) Orat. 4. de Regno.
(*k*) Tuſcul. Quæſt. V.
(*l*) Vid. Plutarch. pag. 293. B.
(*m*) XII. 19.
(*n*) In Arrian.
(*o*) In prim. Poſter. Analytic.
(*p*) Lib. III.
(*q*) Orat. XXXVII.
(*r*) Pauſan. Bœotic. 558. 10. edit. Hanoviæ 1613.
(*s*) Idem 600. 40.

poris exiſtentibus fidem ipſis adſtruere ſtuduiſſent, Hiſtoriam Phytali (*a*), qui Cererem hoſpitio excepit, ejus epitaphio probare ſtudet; μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τῷ Φυτάλου τάφῳ: *Id epigramma teſtatur in Phytali ſepulchro incifum*, Ille vero non obſervavit, epigraphen non eſſe ſepulcralem, ſed potius ad honorem poſteritatis pertinere; necnon proculdubio ab aliquo poſitam fuiſſe, qui ex ea gente ſuam originem trahere gloriabatur, ut poſteris teſtaretur quemdam ex ſuis majoribus Cererem hoſpitio ſuſcepiſſe. Alibi (*b*) memorat Corœbi titulum ad ejus ſepulcrum in Megaris foro poſitum, adfirmatque, ſigna ibi adpoſita omnium, quæ in Græcia e lapide facta viderit, antiquiora fuiſſe. Verum nimis longam antiquitatem redolerent, ſi Corœbi temporibus exaratæ, qui Deucalionis coævus creditur; ac res utique miranda, ſi characteres ætatem Cadmi præcederent. At ſi hoc verum eſſet, undenam percrebuiſſet poſtea fama, Cadmum eos e Phœnicia in Græciam adtuliſſe? Nimis etiam videtur Pauſanias credidiſſe verſibus, quos Methapi imagini ſubeſſe teſtatur (*c*) remotiſſimas inde eruens hiſtorias; ſed magis mirandum, exiſtimaſſe ſinceram Hyppoliti epigraphen, qua ſuos equos Æſculapio ſacravit (*d*), Forſitan non meminit Pauſanias, cuique ex hiſce titulis addere illam ſapientem clauſulam, quam adpoſuit epigrammati (*), quod ferebatur fuiſſe ante columnam ligneam Oenomai inciſum in ænea tabella (*e*). Nec aliter fortaſſe habendum eſt ſexaſticon una cum ſimulacris, figuriſque ſcalptum in columna, ut ipſe ſcribit, ad Samiæ Sibyllæ Sepulcrum in Sminthei luco poſita (*f*); in quo riſum movet, tres priores verſus Dorica, ceteros communi lingua exaratos fuiſſe. At facile conjici poteſt, hujuſmodi cenotaphium una cum epigraphe in columna ſequiori ævo efformatum fuiſſe ab illius regionis incolis, pro tuenda fide, quod ibi Sibylla mortua ac ſepulta fuiſſet. Sed eo minus ſibimet fidere debebat Pauſanias, quo magis ratus ipſe fuit, eam ante Ilii excidium floruiſſe, In hanc claſſem referatur diſtichon, quod in *Gnoſo* oſtendebatur Diodori (*g*) Idomenei, ac Merionis temporibus, ac illud quoque a Dione Chryſoſtomo adlatum, quod oſtentabant Corinthii (*h*) de navi Argi Neptuno oblata, quam Jaſon conſtruxerat, Cippi etiam titulus inter Joniæ & Peloponneſi fines, ut fert Plutarchus (*i*) ab Theſeo poſitus, aut traditione tantum, aut voce habebatur; vel ſi profecto extabat, ad Theſei tempora non pertinebat, qui ex Arundellianorum Marmorum authoritate ante Trojanum bellum vixiſſe oſtenditur. Præterea non aliter ſentiendum eſt de priorum Poetarum titulis, qui ad nos ſola fama pervenerunt.

Alcidamas (*k*) Orator adducit ut teſtem Ulyſſem, ab Orpheo primum literas adinventas fuiſſe, ac probat epitaphio ad ejus ſepulcrum exarato; ὡς καὶ τὰ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ ἐπιγράμματα, atque tetraſtichon affert. Laertius (*l*) exhibet Orphei, Lini, & Muſæi titulos, ex quibus hiſtoriæ ſuæ, aut eorum vitis fundamentum præbet. Sed horum ſepulcrorum locus, quique verſus excripſerit, reticetur. Facile tamen erat ſcitu, hos perpoſitos, elegantesſque elegiacos verſus auctorem longe poſteriorem habuiſſe. Doctus Anonymus in *Opere de Græcorum Literis* ad calcem Paleographiæ Cl. Montfauconii (*m*) edito, rationes ex aliquo horum verſuum, Lini nimirum, ad ſuum argumentum deſumit, ubi ait; *quod aperte probat ejus epitaphium a Diogene Laertio adlatum:* At Linus a Cadmo cæſus creditur. Ecquis nobis ſuadebit illius adeo obſcuri temporis orthographiam, ac ſtylum hujuſmodi generis fuiſſe? Joſeph contra Apionem eos irridebat, qui monumenta Cadmi ſæculo facta extare credebant, atque in incerto verſari ajebat, an Græci tempore etiam Trojani belli ſcripturæ uſum habuerint.

Quamvis etiam tales epigraphes in marmore, vel ære ſcalptæ, illorum Scriptorum tempore, qui eas referunt, extitiſſent, non tamen falſitatis notam effugere poſſent; nam pulcherrimum Antiquitatis ſtudium ſemper, ut hodie etiam accidit, hunc ſcopulum habuit, impoſtorum nimirum, falſariorumque fraudem, quæ piuries populari fide fulcita communem opinionem parit, qua ſapientes homines etiam inviti ſæpe trahuntur. Nonne videmus, quod antiquitus in Græcia Lædæ ovum oſtendebatur? magis ridiculum Κωμίκλιον reperire poteris? Anne

ne

(*a*) Attic, 69. 10.

HIC CEREREM TECTIS PHYTALVS SVSCEPERAT HEROS,
CVI PRIMVM SACRI LARGITA EST SEMINA POMI,
QVAM MORTALE GENVS FICVM VOCAT: ILLIVS ERGO
MVNERIS AETERNO HIC PHYTALI GENS FLORET HONORE,

(*b*) Idem Attic. 82. 10.
(*c*) Pauſ. Meſſen. 217. 30.
(*d*) Idem Corinth. 135. 10. Ubi inquit: *ſeorſum eſt ab aliis antiqua pila; in ea inciſum, dicaſſe Æſculapio Hyppolitum equos XX.*

(*) VNA COLVMNA EX HIS HOSPES SVM RELICTA.
IN CELSIS STETERVNT QVAE AEDIBVS OENOMAI.
NVNC EXTO JOVIS IN TEMPLO CIRCVMDATA VINCLIS
NOBILIOR; NEC ME FLAMMA VORAVIT EDAX.

(*e*) Eliacor. Prior 326. 20. *Columnam* (ait Pauſ.) *eam fama pervulgavit, in Oenomai domo fuiſſe, ſolamque ſtetiſſe, cum domus reliqua fulmine conflagraſſent.*
(*f*) Phocic. 631. 10.
(*g*) Diodorus Lib. V. 345.
(*h*) Corinth. 37.
(*i*) In Theſ. inquit Plut. *Proinde cum Megaricam regionem Atticæ firmiter adjunxiſſet, ſtatuam vulgato ſermone celebrem illam in Iſthmo poſuit, inſcriptione addita, quæ regiones inter ſe divideret*, duobus trimetris verſibus: quorum *is, qui Orientem ſolem ſpectabat, erat talis:*

HAEC NON SVNT PELOPONNESVS, VERVM IONIA.

Qui ad Occid. ita habebat:

SVNT PELOPONNESVS ISTA, NON IONIA.

(*k*) Orat. in Palamed.
(*l*) In Prœœm.
(*m*) Pag. 559.

ne adhuc Herodoti ætate lapides, quos Dea in Perſas jecerat, monſtrabantur? Nonne etiam in Antiquitatis penu quædam arbores ſtultitia Populi admittebantur? Quare oſtendebatur platanus, quæ vireſcere, dum ſtabat Troja (*a*), dicebatur, ſalix, vel vimen, græce λύγος in Samiis, quercus Dodonis, olea Athenis, palma Deli, laurus in Syriis? Ac præterea inter epigraphes Pauſania (*b*) recenſet literas inciſas in torque Cervæ, quam Dominam nominabant Deæ ſacram, & jam ætate confectam, antequam captum fuerit Ilium. Nullo unquam tempore defuere, qui hiſce ineptiis fuerint delectati.

Attamen non omnia Antiquitatis cimelia ſunt reiicienda: nam merito reſpuere non poſſumus, exempli cauſſa, illa Seſoſtris, qui inter antiquos Ægyptiorum Reges celeberrimi triumphatoris nomen ſibi promeruit. Herodotus narrat Lib. II. ſe vidiſſe in Palæſtina adhuc exſtantes aliquas στήλας, id eſt, columnas, quas Seſoſtres ſolebat erigere in ſubactis Provinciis, quibuſque ſuum, Patriæque nomen, & devictæ Provinciæ memoriam inſcribebat. Ibique præterea addebat *virilia genitalia*, ſi ea Provincia ſtrenue obſtitiſſet: & *muliebria*, ſi ſecus. Qua in re non eſt reiicienda Herodoti fides, quia earum circumſtantias deſcribit, necnon ſe inſpexiſſe teſtatur: Ac eo magis, quod a Diodoro (*c*) confirmetur, qui ſimiliter hujuſmodi Seſoſtris cippos, figuraſque in illis ſculptas meminit, atque exponit, quod continent, hoc modo: στήλας κατεσκεύασεν ἐν πολλοῖς τόποις τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ καταχτηθέντων αὐταῖς δὲ τὴν ἐπιγραφὴν εἶχον Αἰγυπτίοις γράμμασιν τοῖς ἱεροῖς λεγομένοις. Τὴν δε τῇ χώραν ὅπλοις κατεστρέψατο τοῖς ἑαυτοῦ βασιλεὺς βασιλέων καὶ δεσπότης δεσποτῶν Σεσόωσις, Item docet Herodotus Lib. cit., duas in Jonia Seſoſtris ſtatuas adhuc exſtare, ac ibi ἐκ δὲ τοῦ ὤμου ἐς τὸν ἕτερον ὦμον διὰ τῶν στηθέων γράμματα ἱρὰ Αἰγύπτια διήκει ἐγκεκολαμμένα λέγοντα τάδε, Ἐγὼ τὴν δε τὴν χώρην ὤμοισι τοῖσι ἐμοῖσι ἐκτησάμην. Quæ inſcriptio quoque plura ſigna veritatis habet: Inquit enim Herodotus, adhuc ſua ætate exiſtere, characterum genus deſignat, ibique dicitur τὸ *humeris ad robur exprimendum*, quod redolet linguam Ægyptiorum figuris aſſuetam. Mos etiam oſtenditur ſcalpendi titulos in pectore ſimulacri, ut ibi viſitur, quod remotiſſimæ antiquitatis indicium eſt. Siquidem obſervari poteſt in hominum, aut animalium ſimulacris, figuriſque Etruſcis ex marmore, vel ex ære factis adhuc hodie exſtantibus, quibus nil vetuſtius in re antiquaria habemus, epitaphium non in baſi, ut apud Græcos, & Romanos uſus obtinuit, ſed in corpore ſtatuæ, aut in alia ipſius parte exaratum.

Ad fabuloſa tempora, facile credi poteſt, pertinere quoſdam obeliſcos undequaque inſcriptos, quos Strabo (*d*) prope Thebarum Urbem in Ægypto viderat juxta ſepulcra veterum Regum, quæ erant in ſpeluncis.

Ad idem quoque tempus referri poſſunt alia pretioſa Ægyptiorum monumenta, quæ non ſolum a pluribus Scriptoribus memorata fuere, ſed adhuc exſtantia Romæ ob omnium oculos poſita adſervantur. Nemo profecto erit, qui horum genuinam antiquitatem in dubium revocet. Vero ſimillimum tamen eſt, eos ad mythicum tempus pertinere. Plinius ait, duos ex dictis obeliſcis a Rameſſe fuiſſe conſtructos (*e*).

Satis probabile eſt, eo quoque revocari nonnullas ex epigraphis, monumentiſque Etruſcis, quæ in Italia adhuc adſervantur: Idque pluribus argumentis comprobari poſſet, quæ libenter prætereo; quia nimis a meo inſtituto diſcederem. Si vero hucuſque mythici temporis monumenta certa ex lapidibus, metalliſque ad nos pervenerint, & expungenda non ſunt, eo minus indiſcriminatim reiiciendæ non erunt epigraphes omnes poſt illam ætatem, quæ ab antiquis Scriptoribus exhibentur. Verum tamen eſt, quod cum illi rectam criticem non habuerint, ideoque autographa tunc extantium antiquitatum conferre neglexerint, ac inſcriptiones fere ſemper utpote communi fama ab ipſis acceptas ad nos tranſmiſerint; factum eſt, ut fabuloſis rebus plerumque decepti, iidem ſuos libros repleverint.

Signa veritatis habent celeberrimi Tripodes, quos Thebis in Bœotia vidit Herodotus (*f*) in Apollinis Iſmenii templo Cadmeis literis exaratos; atque inter Græca monumenta, quorum notitia exſtat, antiquiſſima ſunt reputanda: Ac minime obſervatum eſt, ut videtur, has inſcriptiones innotuiſſe etiam Ariſtotelis (*g*) ætate, qui ſcribit, quod repertos in Acarnania nonnullos titulos, quorum literæ ignotæ erant, Athenas fuiſſe tranſmiſſos, ubi inveniri poſſet, qui rei antiquariæ peritus illos interpretaretur. At Acarnani, a quibus aſportabantur, quum Thebas pertranſirent, admoniti ſunt ſimiles ibi extare titulos: qua de cauſſa introductis Acarnanis εἰς τὸ καλούμενον Ἰσμήνιον (en ipſum Templum) oſtenderunt ἀναθήματα ὁμοίους ἔχοντα τοὺς ῥυθμοὺς τῶν γραμμάτων: heic τὸ *rithmos* accipitur pro *figura*, ac ita prorſus loquitur Herodotus eodem loco, ubi dicit, Græcos immutaſſe ſubinde ἅμα τῇ φωνῇ καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων, id eſt ſonum, figuramque literarum Phœniciarum immutaſſe: licet in Latinis Verſionibus φωνή reddatur *modulus*. Quapropter earum Inſcriptionum, quæ notæ erant, ſubſidio illas Acarnanas interpretati ſunt. Ac exinde magis aſſeritur, eoſdem fuiſſe tripodas, quia perſpectum eſt, iiſdem prorſus literis fuiſſe inſcriptos, quibus exarati erant tituli ex Acarnania huc adlati. Ac in primo legitur Ἀμφιτρύων μ᾽ ἀνέθηκεν ἐὼν forſan ἰὼν ἀπὸ Τηλεβοάων. *Amphitryon veniens a Telebois poſuit me*, id eſt, *veniens* ab Acarnania: quamvis verſio, quæ occurrit in omnibus editioni-

(*a*) Pauſ. Arcadic. 490. 15.
(*b*) Idem loc. cit. 472. 36.
(*c*) Lib. I. ſect. 2.
(*d*) Lib. XVII. pag. 677. T. II. Edit. Lugdun. 1559. *Supra Memnonium ſunt Regum ſepulturæ in ſpeluncis quibuſdam in lapidem exciſæ circiter XL. mirum in modum ſtructæ, quæ aſpectum quemdam pulcherrimum præbeant. Juxta ipſa quoque ſepulchra in obeliſcis quibuſdam literæ ſunt, quæ Regum illorum divitias, ac potentiam declarant, atque imperium uſque in Scythiam, & Bactrianam, & Indiam, & quæ nunc Ionia dicitur, propagatum. Item tributorum magnitudinem, & exercitus circiter decies centena millia.*
(*e*) Plin. Lib. XXXVI. cap. 8.
(*f*) Lib. V.
(*g*) *Ariſt.* περὶ θαυμασίων ἀκουσμ.

tionibus, habeat *Amphitryon gentis Teleboarum*, unde videtur Theleboas Patriam, vel familiam fuiſſe. Obſervandum tamen eſt, quod in hujuſmodi antiquitatibus veteres Scriptores potuerint aliquando errare in earum epocha adſignanda. Agnovit etiam Herodotus, inſcriptionum, de quibus ſupra, ætatem omnino non poſſe determinari. Nam altera ex his ad Sceum Hippocoontis filium pertinere aſſerit, qui Oedipi ætate floruit, εἰ δὲ οὗτος ἐστὶ ὁ ἀναθεὶς ἢ μὴ ἄλλος ταὐτὸ ὄνομα ἔχων τῷ Ἱπποκόωντος. Similiter epigraphen Dejopis in Fano Cereris conſtruendo repertam, Muſci uxori, aut Triptolemi matri (ſic enim appellantur) immerito tribuebant, Tales inſcriptiones interdum ab aliis fortaſſe poſitæ eſſe poterant, ac longe ab illis temporibus. Unde Acarnanorum epigramma ſuperius memoratum, & heic ab Ariſtotele (*a*) relatum (licet ſit obſcurioris, & vitiatæ lectionis) ad Herculis ætatem referri facile non arbitror, nec exinde pro certo habendum, ibi eſſe locum, quo Geryones armenta duxerunt, ut Ariſtoteles conjicit, confirmatque etiam ex loco, qui vocabatur Ἐρύθεια monſtrans locum ita dictum non reperiri neque in Lybia, neque in Iberia. Siquidem magis veritati conſentaneum videtur, hujuſmodi nomen cuidam ex accolis occaſionem præbuiſſe talem Inſcriptionem pangendi: dum Erythia cenſetur eſſe inſula Maris Gaditani a Strabone (*b*) memorata. De hac re ſatis certum teſtimonium habemus ex Plutarco (*c*), quod ſcriptura nimis ab jam dicta differret, ſi ad Herculis tempora referri deberet. Nam tabula ærea Alcmenæ ſepulcro reperta ne unam quidem literam, vix fuit, qui interpretaretur. Quia characteres ibi ſcalpti penitus ſimiles erant Ægyptiis. Quare Ageſilaus ex Ægypto interpretem arceſſivit. Non aliter Ephorus ex duobus titulis, qui ſub Ætoli effigie Endymionis filii, & Oxyli Hemonis filii viſebantur (*d*), ſuum argumentum deducebat, ut ab ipſis Elidis fabricam fuiſſe factam ſtatueret. Verum majori opus erat lumine, ut ſyncronas, aut non procul ab eorum temporibus efformatas aſſereret: quum facile credi poſſit, Elæos ex tali fama ductos, eas Inſcriptiones poſuiſſe.

Veniamus tandem ad Hiſtorica tempora, quorum pene innumeras legitimas, optimiſque notitiis refertas epigraphes nobis exhibent Scriptores. Inde tamen non ſequitur, quod illis non ineſſe poſſit aliqua falſitatis ſuſpicio, & abſque rectæ critices canone ſint accipiendæ. Imprimis animadvertere omittam, quod priora Hiſtorica tempora non parum incertitudinis, obſcuritatiſque temporis mythici participant; Siquidem Herodotus, cujus Hiſtoria ceterarum antiquiſſima eſt, quæ ad nos pervenerunt, floruit medio quarto ſæculo poſt Olympiadas inſtitutas. Quamobrem de rebus trium præcedentium ſæculorum coævi Scriptores adhuc deſiderantur. Propterea difficile eſt plurimorum virorum epochas præfinire, ideoque ad quale tempus pertineant. Nam legimus in Plutarcho, Licurgum legiſlatorem fuiſſe ab aliquibus ante Olympiadas poſitum, ab aliis Iphiti ætate, uti ab Ariſtotele id aſſerente epigrammatis authoritate in Olympiaco diſco ſcalpti. Imovero Scriptores ipſi, qui hujuſmodi antiquos titulos referunt, ſæpius de eorum veritate ſuſpicari videntur. Sic Pauſanias (*e*) de Xenodami Antycyrenſis Inſcriptione loquens ſcribit, εἰ δὲ ἀληθὲς τὸ ἐπίγραμμα; ſi verum fatetur, agnoverat igitur, ex his quaſdam poſteriores, ac ſuppoſititias fuiſſe. Forſitan illi dubium movit inſpicere Olympiadis notam in epigraphe contra morem ſignatam, & ab Eliacis regeſtis memoratam non fuiſſe? Similiter ut dubiæ accipiendæ ſunt, quando Scriptores dubitanter referunt, adduntque ibi τὸ *ut dicitur*, ſicut Strabo (*f*) afferens epigramma cujuſdam Indi, qui ſe igne peremit, dicens ὥς φασί; quamvis hujus facti hiſtoria cum Indorum quidem hodierno more concordet. Quare fit, ut Plutarchus (*g*) ad reiiciendum Herodotum pro validiori argumento his verbis utatur: *mendacium Inſcriptionum pleni tripodes*, *plenæ aræ*. Vide quid reſpondeat Stephanus, qui Herodotum tuetur. Non adeo tamen erant omnes Antiqui critices, rectique judicii expertes, ut inter eos aliquis fuerit, qui veras epigraphes a falſis diſtinxerit. Belle heic Pauſaniæ (*h*) locus occurrit. Contendebatur, antiquum Philammonem Sacra quædam inſtituiſſe: At Pauſanias τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις, δῆλά ἐστι, οὐκ ὄντα ἀρχαῖα. Aſſerebatur epigraphen in corde ſcalptam τοῦ ὀρειχάλκου ad Philammonem

(*a*) Ariſt. περὶ θαυμ. ἀκουσ.
(*b*) Lib. III.
(*c*) Dæm. Socrat.
(*d*) Ap. Strab. L. x. p. 711.

Ad Ætoli ſtatuam inſculptum in baſi Epigramma.

HABITANDAE. TELLVRIS. AVTHOREM. AD ALPHEI. VERTICES.
EDVCATVM. OLYMPIO. VICINVM. STADIO.
ENDYMIONIS. AETOLVM. HOC. AVTEM. EREXERVNT.
AETOLI. VT. PROPRIAE. VIRTVTIS. MONVMENTVM. SPECTARETVR.

Alterum autem in Eleorum foro ad Oxyli ſtatuam inſcriptum eſt.

HANC. OLIM. AETOLVS, LINQVENS. AB. ORIGINE. GENTEM.
CVRETVM. TERRAS. HASTAE. SVDORE. PARAVIT.
IDEM. ANNIS. DECIMVS. STIRPIS. SATVS. EMONE. FORTI.
OXYLVS. HANC. VETEREM. CONSTRVXIT. MOENIBVS. VRBEM.

(*e*) Phoc. 682. 53.
(*f*) Lib xv. pag 1048.
(*g*) De Herod. malign.
(*h*) Pauſ. Corinth. 155. 36. En locus integer Pauſaniæ: *Initia Lernæorum Philamon inſtituiſſe dicitur. Myſteriorum effata, quod non ita priſca ſunt, perſpicua ſunt omnibus. At quæ in corde ex orichalco fabricato inſcripta audivi, ea ſane non ſunt Philammonis, quod Arriphon ortu Triconienſis ex Ætolia illa invenit. Nam quæ nunc exſtant, eorum author Lycion, vir ut qui maxime ſpectatus, & ad ea excogitanda ſolers, quæ nemo ante ipſum omnino novit. Ex eo id colligas, quod quæ tum verſu, tum ſoluta verſibus permixta oratione, omnia Dorica conſcripta ſunt lingua. Nam ante Herculis liberum in Peloponneſum reditum, eadem Argivi lingua, qua Athenienſes utebantur. Philammonis certe temporibus, ne Dorienſium quidem nomen, uti ego exiſtimo, fuit omnino Græcis omnibus notum.* Hæc igitur ille ſic edidit.

monem quoque pertinere, at ad eumdem non referri oſtendit quidam Aryphon, de quo dicitur: δισὲς ἐξιωρῖσι, ἅ μη τις πρότερον ἐλδεν: Hic animadvertit cum verſus, tum proſam inibi eſſe Dorica lingua ſcripta, ac in ea regione, illaque tempeſtate non Doricam linguam, ſed Athenienſem in uſu eſſe. Dum ad Argivos dumtaxat poſt Heraclidum adventum in Peloponneſum Dorica dialectus tranſivit. Similiter Hyparchus Κυρηναίων Θεωριῶν (*a*), inſcriptiones, utpote facto contrarias, reputabat falſas, quibus Heratoſthenes, ubi ſitum erat Ammonis fanum, ibi eſſe mare demonſtrabat. Nam Hyparchus ita loquebatur: Cyrenis ædificationis monumenta habentur ἐν χρονοῖς φέρεται μνημονευμένοις, & nemo loquitur ullum oraculum ad mare fuiſſe: verumtamen non videtur Strabo hoc in loco argumenti vim ſatis deprehendiſſe.

Scribit Pauſanias (*b*) ἐν τῷ προνάῳ τῷ ἐν Δελφοῖς γε γραμμένα ἐστιν ὠφελήματα ἀνθρώποις ἐς βίον, ἐγράφη δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν, οὓς γενέσθαι σοφοὺς λέγουσιν Ἕλληνες. *Præ Delphici templi foribus leguntur perutilia vitæ hominum documenta, ab iis hominibus conſcripta, quos Græci Sapientes & habuerunt, & appellarunt*. Et pergit Pauſ. *Hi ſane* (Sapientes) *Delphos profecti celebratas illas hominum ſermone ſententias Apollini dedicarunt*. At Plutarchus (*c*) docet non ſapientes, ſed Amphyctyonum Collegium multos poſt annos illa documenta inibi exarari curaſſe. Strabo, Arianus, Plutarchus, aliique inſcriptionem Cyri ſepulcro poſitam referunt: Verum in Strabone (*d*) legimus ab Ariſtobulo, & Oneſicrito diverſimode exhibitam. Magis recepta eſt ea inſcriptio, in qua deprecatio fit, ne Cyri ſepulcrum violaretur. Inde tamen ſuſpicandi occaſio oritur, eam fuiſſe poſitam, quando nimirum ex Alexandri adventu periculum violationis immineret. Ac exinde major fit ſuſpicionis cauſſa, ſi inſcriptio inciperet ab hac prophetia *Quiſquis es ..... nam venturum novi* &c. ut exhibet Plutarchus: unde ait, Alexandrum occidi juſſiſſe a ſuis eum, qui expilandi cauſſa violaverat ſepulcrum. Herodotus (*e*) narrat, Darium regno potitum ſibi equeſtrem ſtatuam feciſſe cum hac epigraphe: Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεος σύν τε τῷ ἵππῳ τῇ ἀρετῇ, καὶ Οἰβάρης τῷ ἱπποκόμῳ ἐκτήσατο τὴν Περσέων βασιληίην. Alludebat Inſcriptio Oebari calliditati, qua uſus eſt, ut equus hinnitum ederet. At crederemus, Darium ſtatim feciſſe palam, ſe regnum cum dolo aſſequutum fuiſſe, & monſtraſſe decepiſſe ſocios, qui erant præſentes, & ex magnatibus?

Ejuſdem Darii ſepulcro refert Athenæus (*f*) fuiſſe inſcriptum Ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολύν, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς, id eſt *potuiſſe multum bibere & vinum ferre commode*, quod non minus credibile eſt, quam ridiculum ad tantum Regem referri. Ridicula eſt etiam ea ab Oneſicrito apud Strabonem adlata, ubi agitur de rege, qui Babylonem occupaverat, ſpoliaverat Indos, bellumque ultimis Scythis intulerat. Majorem quidem veri ſpeciem habent ejuſdem Darii tituli, quorum Herodotus (*g*) meminit, quando in expeditionem contra Scythas profectus, Boſphoro trajecto, binos cippos erexerat, ubi Aſſyriis literis enumerationem ſui exercitus, ac Gentium, quibus conſtabat, inſcripſerat: innuens Hiſtoricus, quid de his cippis acciderit. Eamdem veri ſimilitudinem continet ſuperiori proxima ab ipſo Dario ad Theari amnem poſita, quodque in ea exponitur, tradit Herodotus: metrice ſcripta non eſt, ſicut antiquiores, quia ab Aſſyria, vel Perſica lingua tranſlata fuerat. Metro exarata eſt ea Mandocris Samii, qui pontem ſuper Boſphorum conſtruxerat, Βόσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας &c.

Loquamur demum de Græcis epigrammatis, quæ Hiſtorica dici poſſunt. Si ex una parte ipſa conſiderentur, non parva nobis ſuſpicio de omnibus antiquis oriri poterit. Et primum, quia non multum curæ, ſolertiæque ea tempeſtate incuſtodiendis, inveſtigandiſque Antiquitatis monumentis adhibebatur. Thucydides, ubi ſcribit res geſtas ante Peloponneſiacum bellum, utpote antiquas ſciri non poſſe, de iis intelligit, quæ ſuam ætatem præceſſerant. Nam Peloponneſiaco bello ipſe interfuit. Si ſcalpendi Inſcriptiones frequens tunc uſus invaluiſſet, ac pluribus ſæculis ſuperſtites fuiſſent, ad multarum rerum inveſtigationem via nobis aperiretur. A Tullio non parum diſcimus, quam brevem durationem Græca epigrammata habuerint, ex eo forſitan, quod Græcorum Scalptores non profunde quantum apud Romanos ſubinde fuit uſus, ſcalpebant, & ſepulcralia præſertim, licet *ſub dio* ut plurimum jacerent. Nam ipſe Tullius (*h*) ait, adeo detritas eſſe literas Archimedis Inſcriptionis, ut fere deſperatæ lectionis eſſet, quamvis tertio ſæculo ante Ær. Chr. vixerit. Huic rei non parum quoque obfuit literarum, ſcripturæque mutatio identidem facta. Monemur a Philoſtrato, reperiiſſe Apollonium in regione Ciſſia nonnullorum Erethriorum ſepulcra, quæ in Darii bello fuerunt ipſo anno Marathoniæ pugnæ a Perſis capta, & illuc tranſvecta. Illorum epigraphes talem figuram literarum habebant, ut Apollonius ſimiles nunquam viderit. Talibus igitur debuerant eſſe exaratæ omnes aliæ Inſcriptiones

(*a*) Strab. Lib. I. p. 85. p. 97.
(*b*) Phocic. 655. 24.
(*c*) De Garrul.
(*d*) Lib. XV. pag. 521. T. II. edit. Lugduni 1559.

O. HOMO . EGO . CYRVS . SVM . ASIÆ . REX . QUI . PERSIS
IMPERIVM . CONSTITVI . NE . [illegible] TVR
MIHI . SEPVLTVRAM . INVIDEAS .

Sic enim Ariſtobulus refert.
At *Oneſicritus ait* (ſcribit Strabo), *turrim X. tabulatis excelſam fuiſſe, & in ſuperiore tabulato Cyrum jacere, cum Græco Epigrammate Perſicis literis inſculpto:*

CYRVS . EGO . REX . OLIM . REGVM .
CONDITVS . HIC . SVM .

(*e*) Lib. III.
(*f*) Lib. X.
(*g*) Lib. IV.
(*h*) Tuſcul. L. V. *Ad adverſam baſim acceſſimus*, inquit Cicero, *apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus verſiculorum, dimidiatis fere; ita nobiliſſima Græciæ Civitas* (Syracuſanorum) *quondam vero etiam doctiſſima ſui civis unius acutiſſimi monumentum ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet*.

ptiones illorum temporum, quod ſane a nullo Scriptore animadvertitur. Attamen non ſunt rejiciendæ, utpote ſpuriæ, multæ ex iis, quas retulerunt Scriptores Perſarum prœliis coævi.

Quæramus nunc primum ſolerter frequentem uſum pangendi Inſcriptiones ante Perſarum bellum. Licurgus (*a*) inhibuit, defuncti nomen Sepulcris inſcribi præterquam viri, qui in bello obiiſſet, vel mortuæ mulieris Sacerdotis. Scriptores titulos ita exhibent, ut fidem merito expoſcant. Hujus generis eſt tetraſtichon, ex. gr., ab Herodoto (*b*) adlatum, quod Athenienſes in Chalcidenſium, Bœotiorumque dedicandis exuviis poſuerunt. Nam ænea quadriga, ubi illæ epigraphes ſcalptæ erant, Herodoti tempore adhuc adſervabatur, ejuſque locus, ac ſitus ab ipſo deſcribitur. Non ſecus judicandum de tribus Inſcriptionibus, quas refert ab Amphyctionibus poſitas ſepulcris occiſorum ad Thermopilas. Hæc ejus ætate, aut paulo ante acciderunt: & quarum unam confirmat Strabo (*c*) dicens; καὶ τοῦτο πολυάνδριον ἐκείνων ἐστὶ καὶ στῆλαι, καὶ ἡ θρυλλουμένη ἐπιγραφὴ τῇ Λακεδαιμονίων στήλῃ ἔχουσα οὕτως· Ω ξεῖν' &c. Reperitur etiam apud Diodorum, & Licurgum Oratorem. Quamplura alia epigrammata ad illud tempus pertinentia colligere poterat Herodotus, ſi Plutarcho credimus, qui ubi ejuſdem malignitatem demonſtrare nititur, ipſum uti mendacem, Græcorumque gloriæ detractorem accuſat, ac in hujus rei teſtimonium plures inſcriptiones affert; & prætereа tres alias in Ariſtide: ac Plutarcho adhæret Dion Chryſoſtomus (*d*), ubi vult Corynthios fuiſſe primos authores victoriæ apud Salaminam reportatæ, licet id ſileat Herodotus: dicens ipſe Dion, neſcio qua authoritate expunxerit a ſua Hiſtoria id omne, quod ſcripſerat de Corynthiis, ac de Adimante eorum Duce, quia nihil ei largiti fuerunt. Ad Corynthiorum geſta comprobanda Simonidis verſus, & diſtichon ipſius ad ſepulcrum Adimanti poſitum affert;

Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, οὗ διὰ βουλὰς
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

At non videntur hæc epigrammata tantam veri ſpeciem præſeferre, quantam illa Herodoti præſeferunt. Namque in tribus illis ullius nomen legitur, ut mos tunc erat, ac lex, cum Reipublicæ placeret, Patriæ tantum gloriam eſſe tribuendam, & ambitioni viam occludendam. Siquidem ab Æſchine in Cteſiphonte tria epigrammata accepimus......, qui ait, conceſſam fuiſſe licentiam incidendi, *lege data, ne ſua nomina inſcriberent*. Ego equilem arbitror eadem eſſe, quæ adducuntur a Plutarcho in Cimone in Athenienſium laudem abſque Cimonis nomine: In Græco ſic enim incipiunt: Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι &c. (*e*). Res notatu digna eſt, has omnes inſcriptiones ex perfectis, & bene diſpoſitis metris conſtare. Jure itaque Pauſanias miratur de quadam inſcriptione non ita compoſita, licet hemiſtichiis efformata.

Nunc eo magis legitimæ credi poterunt plures epigraphes ſubſequentis temporis, nimirum a bello Peloponneſiaco, ac ſequentium ætatum; quod inſuper verum eſt, quia illius ævi adeo remoti ad nos pervenerunt nonnulla fragmenta, ac inſcriptiones in marmore exaratæ. Cujus rei habentur exempla in iis, quas a Sponio (*f*) viſas Athenis, & a Baudelotio acquiſitas, illuſtravit CL. Montfauconius in ſua *Palæographia* (*g*). Quæ etiam magis inluſtrari, confirmarique poſſent duobus ſimillimis jam a Pauſania (*h*) inſpectis. Ubi quidem viſitur uſus erigendi columnas ad honorem eorum, qui pro Patria occubuerunt, ſignato loco mortis, & nomine Ducum, ſub quibus militavere. Sic affirmat Sponius, reperiiſſe prope Athenas non paucas ex antiquis pilis, quas monet Pauſanias (*i*) impoſitas eſſe tumulis, qui ſunt in via, quæ ad Academiam ducit, cum elogiis nomen cujuſcumque, & curiam teſtantibus. Aliæ quoque efformari debuerant majoris ſcripturæ capaces. Nam Plato (*k*) vetat apponi ſepulcris mar-

(*a*) Plut. in Lycurg. in fin. hæc habet: *Mortui nomen, niſi Vir in bello, aut mulier Sacerdos mortem obiiſſet, monumento inſcribi paſſus non eſt.*
(*b*) Lib. v.
(*c*) Lib. x. p. 841. *Prima quinque columnarum* (ait Strabo) *ad Thermophylas inſcriptum habet penes Polyandrum*, id eſt, *publicum ſepulchrum:*

QVOS. PRO. SE. IN. MEDOS. MORIENTES. GRAECIA. VIDIT.
VRBS. PIA. LOCRORVM. NVNC. MATER. OPVNTIA. CLAVDIT.

(*d*) Orat. xxxvii. Cor.
(*e*) *Conceſſumque eſt ei a populo*, (ait. Plut. in Cimon.) *uti lapideas Mercurii ſtatuas ipſe poneret, quarum primæ hæc eſt inſcriptio:*

HI QVOQVE ERANT FORTES, QVI PRIMI AD STRIMONIS VNDAS
FVDERVNT FORTI MEDICA SIGNA MANV,
ATQVE FAME OBSESSAS COEPERVNT EIONIS ARCES,
LAEDENDI AVTORES SCILICET HOSTIS ERANT.

Secunda hæc:

PRO TAM PRAECLARIS MERITIS LARGITVR HONOREM
HVNC POPVLVS PATRIIS CECROPIDVM DVCIBVS.

CERNENTEM HAEC ALIQVEM DE POSTERITATE IVVABIT
ARDVA PRO MAGNA LAVDE PERICLA SEQVI.

Tertia ita:

HAC OLIM BELLATORES EX VRBE MENESTHEVS
AD TROIAM ATRIDIS DVXIT IN AVXILIVM.
GNARVM PRAE RELIQVIS, QVEM CANTAT HOMERVS ACHIVIS
COMPOSITIS ACIES INSTRVERE ORDINIBVS.
ILLO CECROPIDAS IVSTVM EST SE NOMINE FERRE;
SE PVGNAE PRAEBENT, ORDINIBVSQVE DVCES.

(*f*) Spon. pag. 315.
(*g*) Pag. 240.
(*h*) Attic. p. 74.
(*i*) Attic. p. 54. 35. ubi ita ſcribit: οἱ δὲ ἄλλοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν ἐς Ἀκαδημίαν, καὶ σφίσιν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι, τὰ ὀνόματα, καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. *Alii autem ſunt in via, quæ ad Academiam ducit, ſepulti, ac pilæ tumulis impoſitæ, cum elogiis nomen cujuſque, & curiam teſtantibus.*
(*k*) Cic. de Leg. Lib. II. in fin. *Extrui autem vetat ſepulcrum* (Plato) *altius, quam quod quinque diebus abſolverint, nec e lapide excitari prius, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui inciſam; ne plus quatuor heroicis, verſibus, quos longos appellat Ennius.*

marmor, quod plus quam quatuor heroicos verſus reciperet. Et non tantum ſepulcrales, ſed honorificæ inſcriptiones ponebantur ludorum victoribus, atque ſub Artificum ſtatuis, aut operibus, uti tetraſtichon a Praxitele (qui Olymp. CIV, florebat) exaratum ſub Cupidinis ſtatua ab eodem facta.

Philoſtratus in Apollon., Suidas *in* Βραχμᾶνις, Cedrenus p. 125. afferunt epigraphen ab Alexandro in Bracmanorum regione poſitam: (Ita ſaltem Suidas) ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος Βασιλεὺς &c., cujus falſitas apparet ex fabulis, quæ eam ſequuntur; tum ex eo quod multum differat ab alia genuina ipſius Alexandri apud Arrianum (*a*) & Plutarchum, atque Athenæum, quando poſt reportatam victoriam ad Granicum miſit trecentas Matronas Perſicas, Minervæ dicandas cum hac epigraphe: Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου καὶ οἱ Ἕλληνες πλὴν Λακεδαιμονίων ἀπὸ τῶν Βαρβάρων τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων, quæ oſtendit Alexandri indignationem contra Spartanos, qui cum ab omnibus Græcis, præterquam ab illis, imperatorem fieri obtinuiſſet (*b*), idcirco facinorum illorum gloriæ noluit eos eſſe participes.

Ptolomæi tempore a Strabone, Luciano, Plinio (*c*) Euſebio *in Chronic.* laudatur inſcriptio Soſtrati Architecti collocata in turri in Promontorio Inſulæ Pharo, ſupra quam fax ponetetur, quæ nocturno nautarum curſui inſerviret ad prænuncianda vada, portuſque introitum (*d*). At ego æquivocam rem eſſe non dubito. Verba potius votivam oblationem pro navigantium ſalute Diis factam, quam ædificium demonſtrant: ac inde conſtaret, Soſtratum non fuiſſe Turris Architectum, ſed eum, qui impenſam fecerit. Σώστρατος Δεξιφάνου Κνίδιος θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων. Varias prætereo fabellas, quæ circa id ab Authoribus enarrantur, ac etiam omitto, quod Ammianus (*e*) has omnes traditiones improbet.

Ne igitur de ſingulis Inſcriptionibus loquar, quæ paſſim occurrunt penes varios Authores, regulam tradam, quæ omnium maxima eſt, ne ipſis nimiam fidem habentes, aliquando decipiamur. Non paucæ apud Scriptores reperiuntur, quæ revera non epigraphes, ſed *exercitamenta*, ac propterea elucubrationis quidem beneficio, non vero inſcriptionis authoritate gaudere poſſunt. Siquidem aut numquam fortaſſe ſcalptæ, vel ſaltem non ea occaſione, vel eo tempore; quia ad authoritatem faciendam debent eſſe contemporaneæ, aut proximæ. Hujus rei ſpecimen accipere poſſumus ex Anthologia, in cujus Lib. III. IV. V. & VI., & in magna parte Additamenti Henr. Stephani, quamvis videantur eſſe Inſcriptiones; attamen minime dubitandum, quod major earum pars non ſint mera exercitamenta ad inſtar veterum & ſincerarum efformata, illis Clariſſ. viris pro argumento deſumptis. Hæc collectio facta fuit a Maximo Planude, ſæc. XIV. ineunte. Videſne quam procul ſit ab illis antiquiſſimis temporibus? Hæc epigrammata geſtant in fronte Authorum nomina, quæ ex inſcriptionibus in marmoribus extantibus admodum raro deprehenduntur. Plures deinde epigraphes invenies uti poſitas ad idem ſepulcrum, cum tamen ipſi ſepulcro una tantum ſcalpta fuerit. Sub iconibus quidem, ac ſtatuis plures tituli ejuſdem, facile eſt, ut reperiantur; attamen neque hi profecto hiſtorica authoritate polleat, cum non ſint coævi perſonæ, ſed tantum iconis, quæ potuit quocumque tempore efformari: *illa, quæ ſimulacris ejus poetæ adſculpere ſolent*, ait Plutarchus de Alexandro. Quare igitur, cum hujuſmodi inſcriptiones ſint meræ elucubrationes uti Epiſtolæ, quæ circumferuntur ſub nomine Phalaridis, Bruti, Apollonii Pythagorici, & ſimilium, eamdem auctoritatem præbent Hiſtoriæ, ſicuti illæ. Tradito hoc canone, reiciendi ſunt plurimi tituli, quos refert Laertius: abundat enim ejus liber in omnem partem epigrammatis, elogiiſque in baſi ſtatuarum inciſis, inter quæ nonnulla forſitan fuerunt ex marmoribus exſcripta, in libros tranſlata, traditioneque tranſmiſſa; aſt eorum major pars abſque dubio Rhetorica exercitamenta ſunt ſequiorum ætatum, & longe diſſita a tempore, quo præſeferunt eſſe facta; ideoque tres, aut quatuor titulos refert noſter Scriptor pro Platonis ſepulcro. Sed ego veriſimiliter arbitror, eumdem Laertium multorum fuiſſe auctorem: nam ait Solone ſe condidiſſe epigramma περὶ πάντων τῶν τελευτησάντων ἐλλογίμων. En cauſa, cur ille probabiliter iiſdem adornarit ſuam Hiſtoriam, cum nullius vitam hujuſmodi ornamento privaverit. Agnoſcet igitur, qui diu incubuerit ſincerorum monumentorum obſervationibus, quæ veræ reputandæ ſint, & quæ falſæ, obſervata dialecto reſpective ad locum, ad tempus, ad perſonas, attentiſque formulis, quæ occurrunt in iis, quæ adhuc ſuperſunt, & frequenter habent χαῖρε & χρηστὲ (cujus formulæ perantiquum teſtimonium extat penes Ariſtotelem) ac nomen patris, & Populi, ſicut in aliquibus, quæ ex diſtichis conſtant, & adſervantur in noſtro Muſeo. Præterea, Inſcriptiones an ſint genuinæ, agnoſcetur a variis circumſtantiis, ut ſupra diximus, ſcilicet loci, temporis, ac ſtyli, tum etiam obſervando an epigraphe ſit ſimplex, vel artificioſa, & an contineat notitiam perſonarum, quod eſt finis hujuſmodi monumentorum. Pauſanias (*f*) inter alias hanc affert: Κάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀνέθηκεν. Charmus Athenienſium primum Amori dedicavit. Vide ſimplicitatem? Photius (*g*) ubi loquitur de Demoſthene, habet diſtichon, quod ait, famam eſſe ab ipſo Demoſthene poſitum ſub propria imagine; at veriſimile non eſt, diſtichon ita impudens, ac tanta laude refertum ſibimet feciſſe. E contra duo alia diſticha exhibet, ubi de Iſocra-

(*a*) De expedit. Alex. Lib. I.
(*b*) Idem Arrian. Lib. I. in princip.
(*c*) Lib. XXXVI. cap. 12. in fin.
(*d*) Vid. Plin. loc. cit.
(*e*) Lib. XXII. cap. 16.
(*f*) Pauſ. Attic. 57. 52.
(*g*) Biblioth.

crate loquitur, de quorum poſitione firmius aſſerit, quæque veritatis notam juxta eorum modum habent. Heic ſubiiciam, ut quiſque noſcat, quomodo perperam tranſlata fuerint, quod non raro in inſcriptionibus evenit.

> Τιμόθεος φιλίας τε χάριν συνουσίαν τε προτιμῶν
> Ἰσοκράτους εἰκὼ τήνδ᾽ ἀνέθηκε Θεαῖ,
> Κλεοχάρους ἔργον,

Ita redditus fuit: *Timotheus, honoris, amicitiæ, atque hoſpitalitatis Deabus imaginem Iſocratis dedicavit*; ubi inauditæ Deæ e nihilo creantur. Amicus, & ſocius, Iſocratis fuerat Timotheus, & idcirco ita reddenda: *Timotheus amicitiæ gratia, & in honorem convictus, quem cum Iſocrate habuit, hanc imaginem Deo dicavit. Opus Cleocharis.*

Altera imago Iſocrati poſita fuit a Filio ſuæ uxoris:

> Ἰσοκράτους Ἀφαρεὺς εἰκόνα τήνδ᾽ ἀνέθηκε
> Ζηνὶ, Θεούς τε σέβων, καὶ γονέων ἀρετήν.

Ita verſio: *Aphareus patris Iſocratis hanc ſtatuam honori Jovis, parentumque virtuti poſuit.* Sed melius: *Aphareus Iſocratis F. hanc imaginem Jovi conſecrat Deos ſimul honorans, & parentum virtutem.* Mihi venit in mentem inſcriptio Pyrri (*a*) Regis Epyri facta pro dedicandis clypeis poſt devictos Gallos, quæ mihi ſuſpecta eſt, quia languida, & abſque nomine Patris, aut ſigno cujus eſſet, & in qua legitur τὸ Θρασέων in dialecto Jonica, cum epigramma, & regio poſtularent in Dorica, quod eſſet Θρασέων.

Enimvero præſtari fides non ſolet veterum temporum inſcriptionibus ab authoribus ſequioris ævi, & Byzantinis relatis. Exemplum ſit epigraphe, Coloſſo Rhodi poſita, quam refert Conſtantinus Porphyrogenitus: Καθὼς μαρτυρεῖ τὸ ἐπίγραμμα τὸ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ποδὸς αὐτοῦ.

> Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
> Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Ubi eſt facile cognitu, hujuſmodi Inſcriptionem adeo antiquis temporibus fieri non potuiſſe, quum Chares, aut Laches Liſippi diſcipulus credatur; repugnat enim forma, & metrum illis ætatibus. Addatur etiam, quod non poterat incidi in Coloſſi baſe: nam hæc immanis ſtatua non fuit erecta, ſicut cæteræ aliæ, ſuper aliquam baſem, ſed pedibus extenſis ſuper portus ingreſſum, Et tunc enim in epigraphe legeretur ſolum τὸ *Coloſſus*, non vero *Coloſſus Rhodi*, dum quiſque videbat, ubi ſitus erat; ac tamdem inſcriptio, ſi ibi fuiſſet exarata, non latuiſſet uſque ad ætatem Conſtantini Porphyrogeniti. Quare tam vera eſt ea, quam id, quod ſubjungit, quod Mabias Arabicus Dux Mahometi V. vendiderit æs cuidam Hebræo in Syria, quod *impoſuit camelis triginta millibus octoginta* καμήλους λπ̄, niſi ex verſione proveniat. Anonimus de *Incredibilibus* inter Mythographos Græcos ait: *inter miranda apud Rhodios Coloſſus cubitorum* LXX. πηχῶν, *quem Chares Lydius erexerat*. Eamdem fidem meretur alia inſcriptio ab eodem Conſtantino adlata in teſtimonium De Themat. lib. 2. in fin. quam dicit fuiſſe *ex adverſo terræ Chryſopolis* ſub marmorea *juvenca* in memoriam uxoris, ſeu pellicis Charetis Athenienſium ducis contra Philippum, & reperitur in Anthologia Lib. III.

Similiter altera, licet inferioris ævi, quam narrat fuiſſe in mœnibus Lycandri urbis, quæque nihil concludit, ac tantam veritatem habuerit, quantam Juſtini fabella, quæ eam ſubſequitur. Non ita vero ſunt ceteræ ab ipſo adlatæ ad Provinciarum regimen ſequioribus ævis probandum, atque elegans epigramma ponti inſcriptum, quem Juſtinianus ſuper Sangarium fluvium conſtruxerat; cujus epigrammatis auctorem fuiſſe Agathiam, teſtatur Zonaras (*b*), ſicut etiam Hexaſtici (*) ædificiis a Juſtino fabricatis adpoſiti; ac præterea illius epigrammatis pro Narſetis victoria facti, quod pariter ab Agathia (*c*) refertur. Cum habeant hæc probabilitatem in Hiſtoria, ac optimam veritatis ſpeciem.

In hoc Cap. Maffejus referre cupiebat inſcriptiones ad Latinos pertinentes a Græcis ſcriptoribus memoratas, ſed ex ejus ſchedis MSS. nihil aliud expiſcatum eſt, niſi quod ſequitur.

Ad hanc claſſem referri poteſt Æneæ inſcriptio a Dion. Halicarnaſſeo (*d*) relata, qui narrat, Latinos, mortuo Ænea, ἡρῷον κατασκευάζουσι cum hac epigraphe: πατρὸς Θεοῦ Χθονίου, ὃς ποταμοῦ Νομικίου ῥεῦμα διέπει. *Monumentum Patris. Dei Indigetis, qui Numici amnis undas temperat.* Author *de Origine gentis Romanæ* = *Æneas invicem copias eduxit circa Numici fluminis ſtagnum .... nunquam deinde compa-*

(*a*) Plut. in Pyrrho. Tom. II. p. 26. n. 14. Edit. Francofurti ad Mœn. 1592. *Pyrrhus autem* (inquit Plut.) *in hoc rerum ſucceſſu maxime ad gloriam ſibi facere victoriam de Gallis judicans ſpolia de illis pulcherrima & ſplendidiſſima legit, inque templo Minervæ Itonidis ſuſpendit, hac inſcriptione:*

HOS. CLYPEOS. DONVM. TIBI. PALLAS. ITONI. MOLOSSVS
SVSPENDIT. PYRRHVS. DE. TRVCIBVS. GALATIS
DEVICTO. ANTIGONO. RES. NON. ITA. MIRA. FVERVNT
NVNC. BELLATORES. AEACIDAEQVE. MANENT

Pauſ. enim in Attic. 23. 10. inquit: *Prælii certe magnitudinem, & Pyrrhi victoriam, quanta fuerit, declarant Gallorum ſcuta in Itonia Palladis templo .... dicata cum epigrammate hujuſmodi:*

> Τοὺς θυρεοὺς ὁ Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ,
> Πύρρος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασε Γαλατᾶν.
> Πάντα τὸν Ἀντιγόνου καθελὼν στρατόν· οὐ μέγα θαῦμα.
> Αἰχμηταὶ καὶ νῦν, καὶ πάρος Αἰακίδας.

> *Hos ſibi Gallorum clypeos Rex donat, Itoni,*
> *Pyrrhus, ab audaci rapta trophæa acie,*
> *Viribus Antigoni fractis. Jam maxima in armis*
> *Quæ fuit Æacidum gloria, ſemper erit.*

(*b*) Annal. Tom. III.
(*) *Hexaſtica dicuntur epigrammata ſex verſibus conſtantia.*
(*c*) Lib. III.
(*d*) Lib. I.

comparuiſſe . . . . alii in fluvium decidiſſe . . . . alii vivum eum cælo abſumptum . . . . . itaque illi eo loco Templum conſecratum, appellarique placuit Patrem Indigetem. Sed Halicarnaſſei inſcriptio neque Templo, neque monumento convenit; ille pertinere vult ad monumentum ἡρῷον, ſed ipſemet hanc fidem evertit, ubi (*a*) paulo ante aſſerit, ſepulcra ad Æneam ſpectantia multis in locis videri, ac etiam extra Italiam, quo numquam fortaſſe venit. Dodonæ quoque fuiſſe æneos crateres cum titulis ab Ænea oblatos, narrat Halicarnaſſeus. Sed mirum, quod ipſi, aliiſque quampluribus cura non fuerit inviſendi tam pretioſum κειμήλιον, necnon verba, characteresque deſcripſerint.

CAPUT II.

De Inſcriptionibus, quæ in veterum Latinorum Libris referuntur.

QUamquam Romana lingua ſerius, & a paucioribus ſcriptoribus, quam Græca excoleretur, atque illuſtraretur, hi tamen, ac inſigniores præcipue, Græcos æmulati ſua volumina monumentis ex marmore, ac ære depromptis exornare non defuerunt. Verum ſæpe accidit, quod ea imperfecta, vel ſenſum duntaxat exprimentia, aut dimidiata retulerint. Perquiremus igitur celebriores Auctores, loca eorum indicando, initiumque erit ab antiquis verſibus Saturniis, de quibus plures loquuntur Grammatici, quique a Briſſonio in Formulis adlati ſunt. Erant hi verſus abſque ulla quantitatis lege, ac interdum ſine ſyllabarum menſura, diverſimode conditi ad popularium aurium ſonum, & ex quadam verborum deſinentia diſtinguebantur a proſa. Verſus *inconditi* frequenter appellantur a Livio, ubi loquitur de militibus, qui jam ab antiquiſſimis temporibus hujuſmodi verſus in triumphis canebant. Uſurpatum eſt etiam hoc genus carminum poſt Romana tempora: nam ſimilia nobis occurrunt in membranis, & marmoribus medii ævi. Hujus rei duo inſignia exempla ſunt ea monumenta Veronenſia in meis *Complexionibus Caſſiodorii*, quibus mea opera acceſſit Veronæ deſcriptio tempore Pipini Regis elaborata, ut apud Curtem, & Mabillonium extat. Sed profecto omne membrum diſtinguendum eſt in tres verſus, quia hoc pacto quiſque cognoſcet, quantum ejuſdem metrum reſpondeat illi ternario carmini, quod jocular iter cecinere milites currum proſequentes in Cæſaris triumpho, & a Suetonio relatum (*b*). Quod agnoſcetur, ſi in priori membro corrigatur error, legendo *Iſidorius*. Recte quidem hujuſmodi verſus appellati ſunt *Rhythmici*: Nam de antiquis ait Servius, pro verſibus incomptis Virgilium in Georgica intellexiſſe *carmina Saturnio metro compoſita, quæ vulgares homines ſolo Rhithmo componere conſueverunt*. Ad Rhythmum verſus componere cauſſa fuit apud Græcos inferioris ævi fieri illos, qui *politici*, hoc eſt, populares nuncupabantur. A Rhythmo derivata eſt apud nos *rima*, quæ vox perperam uſurpari in vulgaribus linguis Caſaubono ad Perſium, ac Salmaſio in Hiſtoria Auguſta viſa eſt; cum alteri Rhythmus, id quod in Muſices arte melodiam, italice *aria* vocamus, alteri vero, quod orationem politam, & harmonicam facit, ſignificaſſe videretur. Verum heic *Rhythmus* nil aliud eſt, quam ſimiliter cadens, repetituſque ſyllabarum concentus, non vero ut fit in Muſica, ſed in ſimplici elocutione, aut recitatione. Unde evenit, ut hujuſmodi verſus componentibus, ad retinendam harmoniam vitiare ſenſum, ac verba mutilare non diſplicuerit. Propterea in ſepulcrali marmore Pacifici Veronenſis in fine verſus legitur: *plura inveniet*, pro *invenit*. Cum ad aures magis demulcendas cœpiſſent quadam arte in fine verſuum copulari verba, quæ in duabus ultimis ſyllabis conſtarent ex iiſdem literis, loco illarum, quæ habebant eamdem temporis brevitatem, ex harum finalium deſinentiarum affinitate, quæ vel neſcio quid materialis habent, ac Poeſeos voluptatem ex phantaſia, & intellectu ad aures ferunt, evenit, ut proprie, ac fere naturaliter utrumque hujuſmodi genus verſuum appellaretur *Rhythmus*, unde hæc Italica vox *rima* derivata eſt. Uſurpata etiam fuerunt Rhythmica carmina in publicis monumentis. Docet Atilius Fortunatianus, Romanos Saturniis verſibus expreſſiſſe ſua egregia facinora in Tabulis, quas ante triumphum in Capitolio affigebant. Hujuſmodi metro exſcripta erat epigraphe Æmilii Regilli a Livio (*c*) memorata, ac poſita anno Urbis DLXXV. pro victoria contra claſſem Antiochi reportata. Sed ex MSS. ad nos adeo detrita pervenit, ut deſperatæ lectionis ſit: omnia veſtigia tamen verſum nobis oſtendunt, qui multum ad proſam accedit.

Veniam modo ad Ciceronem Romanæ eloquentiæ principem. Hic declamans in Verrem, ſtatuas deauratas bis meminit, in quarum baſi grandioribus literis ſcriptum erat, fuiſſe in ſuum honorem *a Communi Sicilia* (*d*) erectas, uti legitur in utroque loco in Editionibus Aldi, & Caroli Stephani: ſed legendum eſt a *Communi Siciliæ*; juxta Græcam formulam, quæ viſitur in nummis *a Communi Aſiæ, & Macedoniæ* cuſis. In ipſa quoque oratione utitur Inſcriptione ab aratoribus poſita, ac altera Syracuſis viſa, ubi Verres appellabatur Græce Σωτὴρ, id eſt, *qui ſalutem dedit*, & apud nos *Salvator*. Hanc vocem animad-

(*a*) Idem Dion. loc. cit.

(*b*) Vid. Suet. in Cæſ. c. 49. ubi ait: *Gallico denique triumpho milites ejus inter cætera carmina, qualia currum proſequentes joculariter canunt; etiam vulgatiſſimum illud pronuntiaverunt:*

Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem.
Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Cæſarem.

(*c*) Lib. XL.

(*d*) In Verr. IV.

animadvertit Cicero, tantam vim habere, ut latine unico verbo exprimi non poſſit. Refert etiam Cicero (*a*) id, quod continet epigraphe in baſi ſimulacri Dianæ ſcalpta, quod a Chartaginenſibus civitati Segellomeſſæ præreptum, Publius Scipio Africanus, Chartagine capta, ad ejus antiquum delubrum remiſerat. Et ſimiliter (*b*) quod Punicis literis inciſum erat in quibuſdam dentibus Elephantis immanis molis, cum Rex Maſſiniſſa religionis ergo ex Africa in Melitam ad illud antiquum Templum Junonis eos miſerat, à quo ejus Claſſis abſtulerat.

Adferuntur item a Tullio *Phil.* VI. tres Inſcriptiones L. Antonii: Quarum prima legitur in ejus equeſtri inaurata ſtatua his verbis: QVINQVE ET TRIGINTA TRIBVS PATRONO POPVLI ROM. Altera ab equitibus Romanis in equo Publico, qui item adſcribunt PATRONO: Tertia in illa ſtatua Palmæri, *de qua* (inquit Cicero) *ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere:* L. ANTONIO IANI MEDII PATRONO. In Epiſtola Caſſii (*c*) ad Ciceronem habetur elogium inſcriptum in Cæſaris ſtatua in Roſtris poſita hoc modo: PARENTI. OPTIME. MERITO. & in alia ad Atticum (*d*) legimus titulum præcipuæ dignitatis ſolum ſub illis Scipionis ſine ullo nomine inciſum.

In Operibus Philoſophicis bis repetitum habetur epitaphium Atilii Calatini (*e*) quod conſtabat ex verſibus Jambicis comicis, licet Cicero memoriter referens eos mutilet. Duobus verſibus comprehenditur a Scaligero in Catalectis: ſed certum non eſt, ita in authographo extare. Nec exiſtimandum eſt, totum ibi epitaphium retineri. Nam Tullius, adlata unica ipſius ſententia, ſermonem abrumpit, dicens: *notum eſt totum eius carmen inciſum in ſepulcro.* Exhibet quoque Tullius (*f*) ſepulcrale elogium, quod Ennius quatuor verſibus ſibi compoſuerat, atque diſtichon, cujus authorem facit Simonidem, Spartanorum monumento inſcriptum, in Thermopylis occiſorum (*g*). Si verſionem horum carminum a Tullio factam, Interpretes Herodoti, Licurgi Oratoris, Strabonis, ac Diodori obſervaſſent, quiſque eorum ſe liberare potuiſſet a labore ea latine vertendi, cum accuratior illius verſio haberi non poſſit. Item Cicero attulit Sardanapali epitaphium (*h*) a nobis jam ſupra adlatum, quod ipſe Rex incidi juſſit in buſto: item retulit initium tituli Scipionis Africani ab Ennio factum (*i*) cujus prioribus literis oſtendit antiquum morem Patriciorum Corneliæ Gentis, qui apud eos obtinuit, non cremandi, ſed ſepeliendi cadavera; Nam primus ex ea Gente fuit Sylla, qui igni voluit cremari, ne quis fortaſſe contra eum eadem inhumanitate ſæviret, quam ipſemet in Marium exercuit, exhumatis, ac diſperſis ejus cadaveris reliquiis.

Alibi monet (*k*) in Menſis argenteis (*), quæ in cunctis Syracuſarum delubris ſervabantur, more veteris Græciæ inſcriptum eſſe BONORVM DEORVM, uti indicaretur fuiſſe res ſacras; at Dionyſius Tyrannus uti ſe eorum bonitate velle dicebat, eaſque de omnibus templis auferri juſſit. Præterea ſcribit (*l*) „ Noſtris extra Portam Collinam ædem Honoris, & aram in eo loco fuiſſe, memoriæ proditum eſt, ad eam cum lamina eſſet inventa, & in ea ſcriptum MISERICORDIA HONORIS, ea cauſſa fuit ædis hujus dedicandæ, ſed cum multa in eo loco ſepulcra fuiſſent, exarata ſunt. „ Et quod eſt majoris momenti, legum fragmenta nobis adſervavit, ubi de ipſis legibus agit, & in Oratione pro Cluentio, & in Epiſtola ad Brutum, & in alia ad Atticum (*m*), miſſis duabus integris legibus ab eo excogitatis (*n*) compoſitiſque pro religione, & regimine, tum etiam aliis, in Libris Rethoricorum memoratis, ut inde quæſtionum judicialium exempla deſumeret. Similiter habentur contra Verrem (*o*) fragmenta ejus Edicti, quod erat utpote annua Lex in Prætura; aliorumque Edictorum verba in Philippica VI. & in Epiſtola ad Atticum, ubi de Scævola Jureconſulto, legendum eſt, *in quo libertatem cenſet Græcis datam:* ubi Editiones habent *ſibi cenſent Græci.* Sed longe ditiores ſunt hi libri Senatusconſultorum. Apparet in Epiſtola Cœlii (*p*) & præſertim in Philippicis (*q*), ubi novem integra & prolixiora Senatusconſulta, & omnia magni momenti recitat Cicero, ſic ea proponens, uti promulganda ſentiebat. Ex eo etiam municipalia haberemus, cum perorando (*r*) recitare feciſſet nonnulla Ameriæ, & Capuæ, niſi ea a Librariis prætermitterentur: particula Decreti Syracuſanorum extat in Oratione VI. contra Verrem.

Cornelius Nepos in vita Pauſaniæ attulit latine illam Inſcriptionem, quam jam indicavi in Thucydide (*s*), & alteram in vita Epaminondæ, jam a nobis adlatam in referendo Appianum: ubi obſervandum eſt, quod neuter exhibet ipſa verba, ſed ſolum ſententias, imo cum aliqua

(*a*) Verr. VI.
(*b*) Verr. VII.
(*c*) Cicer. Lib. XII. Epiſt. 3.
(*d*) Attic. Lib. VI.
(*e*) De Finib. Lib. III. & de Senect.
(*f*) Tuſc. Lib. I.

ASPICITE O CIVES SENIS ENNII IMAGINIS FORMAM:
HIC VESTRVM PANXIT MAXIMA FACTA PATRVM.
NEMO ME LACRYMIS DECORET. NEC FVNERA FLETV
FAXIT: CVR? VOLITO VIVVS PER ORA VIRVM.

(*g*) Lib. cit. Tuſc.

DIC HOSPES SPARTAE, NOS TE HIC VIDISSE IACENTES,
DVM SANCTIS PATRIAE LEGIBVS OBSEQVIMVR.

(*h*) Tuſc. Lib. V.
(*i*) De Legib. Lib. II. *Declarat etenim Ennius* (ait Cicero) *de Africano*, HIC EST ILLE SITVS VERE; *nam ſiti dicuntur ii, qui conditi ſunt.*
(*k*) De Nat. Deor. Lib. III.
(*) Quæ erant Tabulæ, vel Aræ.
(*l*) Cic. de Leg. Lib. II.
(*m*) Attic. Lib. III.
(*n*) De Leg. Lib. II. & III.
(*o*) Verr. III
(*p*) Cic. Epiſt. Fam. Lib. VIII.
(*q*) Phil. IV. V. VIII. X. XIV.
(*r*) Pro Roſcio. Pro Sextio.
(*s*) *Sed primum* (ait Cornelius Nepos) *in eo eſt reprehenſus, quod quum ex præda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, epigrammate ſcripto, in quo erat hæc ſententia:*

SVO DVCTV BARBAROS APVD PLATEAS ESSE DELETOS,
EIVSQVE VICTORIAE ERGO APOLLINI DONVM DEDISSE.

aliqua varietate. Vitruvius (*a*) loquens de quodam fonte etiam a Plinio (*b*) memorato ita ſcribit: *In Arcadia vero civitas eſt non ignota Clitori, in cujus agris eſt ſpelunca, profluens aqua, quam qui biberint, fiunt abſtemii;* & refert epigramma ad eum fontem in lapide decem verſibus Græcis inſcriptum, ac illius ſententiam latine reddit (*). Item exhibet duos alios titulos verſibus quoque Græcis inſcriptos, qui duobus aliis fontibus miræ virtutis adpoſiti erant (*c*). Idem Vitruvius ad calcem Operis affert epigraphen a Diogneto militari machinæ poſitam, qua in Rhodi obſidione uſus eſt Demetrius Poliorcetes, verum illa Diogneti arte inutilis reddita fuit inimico (*d*).

Veniam ad Livium Romanæ Hiſtoriæ patrem (*e*), qui affert elogium ſepulcrale poſitum Acarnanis cæſis in prælio contra Ætolos; atque ſententiam exhibet, quæ ſubſecuta eſt votum Prætoris Prænestinorum (quem veriſimile eſt fuiſſe M. Anicium, non vero Manicium, ut in editis libris). Item alibi meminit eas, quæ duas ſacras oblationes referunt, alteram Cereri, Herculi alteram factam. Præterea verba etiam Plebiſciti affert, ac inter monumenta a Latinis Scriptoribus adſervata pereximium eſt fœdus non paucis conditionibus, ac legibus cum Antiocho Siriæ Rege, & Populo Romano initum (*f*). Dignæ, quæ obſerventur, ſunt quoque triumphales tabulæ, quas idem Livius (*g*) profert: quas ita nomino, ut genus earum diſtinguam, atque ob Fortunatiani authoritatem, qui occaſione unius illarum affirmat, in more eſſe poſitum triumphantium in Capitolio hujuſmodi monumenta affigere. Videtur profecto ſub religionis, pietatiſque ſpecie perpetuari velle fama ob reportatas victorias, ſpolia erepta, ob hoſtium cæſorum, vel captorum numerum, atque propter omnes circumſtantias, quæ facinus conſpicuum reddere poterant. Harum prima ſuperimpoſita fuit foribus Templi Laribus Marinis erecti ex voto Æmilii Regilli, tempore prælii adverſus Antiochi claſſem. Lares Marinos Giraldus voluit eſſe Deos, qui navibus, ut domibus Communes Lares, præſunt. At hujuſmodi inſigne hiſtoricum monumentum adeo vitiatum eſt a librariis, ut minime reſtitui poſſet, niſi proprio marte illius magna pars ſuppleretur. Vox *Permarini* cum additione præpoſitionis eſt more Græcorum, quaſi διαθάλασσιοι. Scribi *Larium Permarinum* eſt juxta antiquum uſum Latinorum. Unde *Socium* pro *Sociorum* frequenter apud Livium. Laudatus Fortunatianus affirmat, hanc epigraphen conſtitiſſe ex verſibus Saturniis, licet hujuſmodi locus bis una cum ſupra memorato a Briſſonio (*h*), uti ex libris Artis Rhetoricæ deſumptus, in Editione imperfecta Pitei deſideretur. Attamen ego de hac inſcriptione, aliiſque a Donatiano (*i*) relatis ſubdubitarem, nec arbitror talem uſum fuiſſe communem, non ex eo tantum, quod heic nullum veſtigium appareat, verum etiam quia tali metro conſtare quidem non videmus alteram ſimilem tabulam ab Hiſtorico allatam, quæ non multo tempore diſtat a priore, & apud ipſum quaſi integra legitur: Poſita fuit in æde Matutæ Matris, ibique narratur expeditio Sempronii Gracchi adverſus Sardos.

Tom. I.

Valerius Maximus (*k*) affert epitaphium, quod Scipio Africanus ſenior extra Urbem mortuus ſepulcro ſuo inſcribi juſſit: Quod ita ſe habet: INGRATA. PATRIA. NE. OSSA. QVIDEM. MEA. HABES. Meminit (*l*) alibi tres Homeri verſus a Zeuxe inſcriptos ſub Helena a ſe depicta, egregiam ſententiam illorum continentes, qui ejus forma capti fuere:

> Οὐ Νέμεσις Τρῶας τε, ἢ υκ νήμιδας Ἀχαιὰς
> Τοι ῦδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν
> Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Aſconius Pædianus refert epigraphem trium Marcellorum ſtatuis inſcriptam, ubi legitur, novies eos fuiſſe conſules. Ex his ultimus, qui ſic eam poſuit, honorem Patris ſemel conſulatus munere functi quadam pia arte ampliavit, dum partici-

(*a*) Vitruv. Lib. VIII. cap. 3.
(*b*) Plin. Lib. XXXI. cap. 2.

(*) SI TE, SIQVE PECVS, MEDIO SITIS ORBE DIEI
AD FONTIS (PASTOR) CLITORII ANDRA PREMAT,
INDE TVAM RESTINGVE SITIM, QVIN ET PROPE NYMPHAS
NAIADAS, OMNE TVVM TV QVOQVE SISTE PECVS.
MEMBRA LAVANDA TAMEN CAVEAS COMMITTERE LYMPHAE,
NE NOCEAT VINCTIS EBRIETATE NOTVS.
VITIBVS INFESTAS FVGE AQVAS, VBI NEMPE MELAMPVS
LVSTRAVIT DIRA PROETIDAS A RABIE.
ARCANAM ABSTERGENS MACVLAM, ET SE PROTINVS ARGIS
AD TETRICAE MONTES CONTVLIT ARCADIAE.

(*c*) Id. Vitruv. l. cit. *Item eſt in Inſula Clio fons,* (inquit cit. A.) *e quo qui imprudenter biberint, fiunt inſipientes, & ibi eſt epigramma inſculptum:*

SVNT GELIDI FONTIS LATICES DVLCESQVE BIBENTI.
SAXEVS ATTAMEN HINC ILLICO SENSVS ERIT.

Suſis etiam ad fonticulum ita ſcriptum:

HOSPES AQVAM CARNIS METVENDAM, INNOXIA MEMBRIS
SVMERE MORTALES VNDAS LAVACRA QVEANT.
SIN IMVM IN VENTREM NITIDAM DEIECERIS VNDAM,
ADMOTIS TANTVM LABRA SVPREMA LICET,
PROTINVS IN TERRAM LABENTVR AB ORE MOLARES,
ET SEDES LINQVENT MANDIBVLAE VACVAS.

(*d*) Vitr. Lib. X. c. 22. pag. 442. Neapoli 1758. *Diognetus autem* (inquit Vitr.) *eam* (machinam) *Helepolim reduxit in urbem, & in publico collocavit, & inſcripſit:*

DIOGNETVS. E. MANVBIIS. ID
POPVLO. DEDIT. MVNVS

(*e*) Lib. II. XXIII. & XXVI.
(*f*) Lib. XXVIII.
(*g*) Lib. XL. & XLI.
(*h*) De Form. Lib. I.
(*i*) Lib. de Metris.
(*k*) Lib. V cap. 3.
(*l*) Lib. III. cap. 7.

ticipem eum fecit conſulatus ſui, ac avi, quo hic quintum, ille tertium functus erat.

Apud Senecam Rhetorem habentur plures leges in *Epitome*, ſeu *Excerptis controverſiarum*, ac præſertim in earum Fragmentis, quorum archetypa perierunt, ubi majorem earum partem ex Marmoribus, æneiſque Tabulis Græcarum Civitatum deſumptam videmus. Aliquot inſignes, ac parum aliunde notæ apud eumdem extant: Quæ ita ſe habent (*a*):

QVI COETVM ET CONCVRSVM FECERIT CAPITALE SIT.

Hujus meminit etiam Sulpicius Victor.

SACERDOS INTEGER SIT (*b*).

QVI FALSVM TESTIMONIVM DIXERIT, VINCIATVR APVD EVM IN QVEM DIXIT (*c*).

LICEAT ADVLTERIVM IN MATRE ET IN FILIO VINDICARE (*d*).

QVI SCIENS DAMNVM DEDERIT REDDAT QVADRVPLVM (*e*). QVI INSCIENS SIMPLUM.

MAIOR FRATER DIVIDAT PATRIMONIVM, MINOR ELIGAT (*f*).

QVI VIM IN IVDICIO FECERIT CAPITE PVNIATVR (*g*).

SACRILEGO PRAECIDANTVR MANVS (*h*).

QVI PATREM PVLSAVERIT, MANVS EI PRAECIDANTVR (*i*).

HOMICIDA INSEPVLTVS ABIICIATVR (*k*).

Aliquarum Legum heic magis diſtincta habetur notitia, quam in aliis Scriptoribus. Nam a Demoſthene, Theone, & Libanio diſcimus fortuitam, necnon involuntariam cædem exilio puniri; verum ex argumento duarum Senecæ Declamationum habetur, hujuſmodi exilium ad quinquennium ſolum extendi.

Docet Marcellinus ad Hermogenem, lege ſancitum fuiſſe, ut Sacerdotes virgines eſſent. Sed a Seneca diſcimus, etiam oportere natas eſſe, & educatas a caſtis (*l*).

Pulcrum apud Senecam Philoſophum (*m*) cujuſdam dictum: *Hoc habeo quodcumque dedi*, ad benefaciendi fructum exprimendum, ex Epicureo Sardanapali Titulo deſumptum, cujus verſio habebat *quodcumque edi*. Idem (*n*) in Epiſtolis affert verſum antiqui Epitaphii Doſſeni, quo probat uſum vocis *τὸ Sophia;* ibique habet ſententiam illius Statiliæ, quæ ætate Claudii vixit, uti ex Plinio (*o*): Ubi Clementiam exaltat, diſci poſſe videtur, quomodo verba OB CIVES SERVATOS coronis civicis inſcriberentur, atque exinde tranſierint in Numiſmata: nam monet, nullum ornamentum magis convenire Principi, quam coronam cum hac inſcriptione. Hujuſmodi coronas credi poſſet fuiſſe antiquitus ex quercu, poſtea ex pretioſo ære factas ad formam prioris querceæ, ſicut Imperatorum triumphales primitus ex lauro, & exinde ex auro ad figuram lauri conſtabant, quæ ſubinde in pecuniæ tributum, quod aurum coronarium (*p*) appellabatur, converſæ fuerunt. Idque eo magis viguit poſt tempora Craſſi Divitis, qui morem induxit faciendi coronas ad inſtar foliorum ex auro & argento (*q*). At Plinius teſtari videtur, honore tantùm, utpote auro nobiliori, illius meritum, qui civem ſervaſſet, compenſari continuatum fuiſſe. Ubi ludit ſupra mortem Claudii, refert duo ficta, & jocoſa Senatuſconſulta, alterum, ut inter Deos adnumeretur, alterum, ut ab illis expellatur.

Plinius (*r*) nobis adſervavit inſigne monumentum totius Antiquitatis, dum accurate exſcripſit, ac in ſuo magno Opere retulit celebrem Inſcriptionem Alpinarum Gentium ab Augusto devictarum. O quantum in minori Hiſtoriæ, ac pulcherrimarum rerum caligine verſaremur, ſi pleraque id genus monumenta ad nos tranſmiſerint Scriptores! De tali eximio Titulo loquendi locus erit alibi, ubi ſermo erit de ſimili Epigraphe, & majoris precii fortaſſe, nunquam lecta, aut obſervata, quæ integra in grandi Secuſii arcu viſitur.

Præclara eſt etiam votiva Tabula Pompeii Magni, Minervæ adpoſita in ejus Delubro, quam idem Plinius (*s*) dederat. Tum etiam celebris eſt

(*a*) In Excerpt. Lib. III. Controv. VIII. pag. 720. Venetiis apud Babam 1643.
(*b*) Lib. IV. Controv. II. pag. 728.
(*c*) Excerpt. Lib. V. Controv. IV. pag. 740.
(*d*) Controv. Lib. IV. pag. 365.
(*e*) Excerpt. Lib. V. Controv. V. pag. 741.
(*f*) Excerpt. Lib. VI. Controv. III. pag. 748.
(*g*) Excerpt. Lib. VI. Controv. V. pag. 751.
(*h*) Excerpt. Lib. VI. Controv. II. pag. 768.
(*i*) Excerpt. Controv. Declamat. IV. pag. 780.
(*k*) Excerpt. Lib. VIII. Controv. IV. pag. 780.
(*l*) *Sacerdos caſta e caſtis, pura e puris ſint*. Excerpt. Controv. Lib. I. Declamat. II. pag 691.
(*m*) Lib. VI. cap. 3. de Benefic.
(*n*) Epiſt. LXXVII. & LXXXIX.
(*o*) Lib. VII. cap. 48.
(*p*) Aurum coronarium erat illud, quod coronarum loco Imperatoribus dari ſolebat; ſeu ea pecunia, quam provinciales dabant Romanis Magiſtratibus prætextu coronæ inde faciendæ. Vid. Cic. de Leg. Agr. c. 22. Roſin. pag. 810. col. I.
(*q*) Lib. XXI. cap. 3.
(*r*) Lib. III. c. 20. *Non alienum* (inquit Plinius) *videtur hoc loco ſubjicere inſcriptionem e Trophæo Alpium, quæ talis eſt:*

IMPERATORI. CAESARI. DIVI. FIL.
AVG. PONTIFICI. MAXIMO. IMP.
XIIII. TRIBVNITIAE. POTESTATIS
S. P. Q. R. QVOD. EIVS. DVCTV. AVSPICISQVE
GENTES. ALPINAE. OMNES
QVAE. A. MARI. SVPERO. AD. INFERVM
PERTINEBANT, SVB. IMPERIVM
POP. ROMANI. SVNT. REDACTAE

(*s*) Lib. VII. cap. 26.

CN. POMPEIVS. MAGNVS. IMPER. BELLO. XXX.
ANNORVM. CONFECTO. FVSIS. FVGATIS
OCCISIS. IN. DEDITIONEM. ACCEPTIS. HOMINVM
VICIES. SEMEL. CENTENIS. LXXXIII. M.
DEPRESSIS. AVT. CAPTIS. NAVIBVS. DCCCXLVI.
OPPIDIS, CASTELLIS. M. D. XXXVIII. IN. FIDEM
RECEPTIS. TERRIS. A. MAEOTIS
LACV. AD. RVBRVM. MARE. SVBACTIS
VOTVM, MERITO, MINERVAE

eſt ejus Triumphi Præfatio (*a*), quæ in marmore aut ære in Capitolio quoque dedicata creditur. Hæ duæ epigraphes partim ſupplemento ſunt deperditis Livii voluminibus, ac nobis innuunt Romanorum victorias, Pompeii expeditiones annorum triginta ſpatio factas, devictorum hoſtium, Navium, & Urbium numerum, atque ſubactarum Nationum, Regnorum, Provinciarumque nomen.

Tria præcepta Delphis conſecranda aureis literis, quæ ſunt hæc: *Noſſe ſe quemque*: & *Nihil nimium cupere: Comitemque æris alieni, atque litis eſſe miſeriam*, Plinius monet (*b*) non ex Oraculo, ſed ex Chilone Lacedæmonio dimanaſſe. Græca autem apud eumdem Plinium exſtat inſcriptio Nauſicratis ex ænea Tabula excerpta, tum etiam temporis ob antiquitatem inſignis, quæ in publica Bibliotheca ſervabatur, & ex qua laudatus Author æſtimabilem hauſit notitiam, quod vetuſtiores Græcæ literæ vix fuerint a Latinis diſſimiles. Mitto Epitaphii ſententiam illius, qui propter Medicorum frequentiam obierat (*c*). Aſt non præteream nobile carmen fontibus calidis in Ciceronis villa eruptis inſcriptum, & a Laura Tullio, qui fuit unus e libertis ejus, compoſitum, quod Plinius exſcripſit, ac retulit (*d*) *dignum* (inquiens) *ubique, & non ibi tantum legi*. Idem præterea refert (*e*) dedicationem Ædis Concordiæ inciſam in tabella ærea, & ſcribit: *Eam Ædem* CIV. *annis poſt Capitolinam dedicatam*. Tres ſubinde titulos memorat (*f*) in ſtatua juxta roſtra Herculis tunicati, diverſis temporibus, & ob diverſas cauſas exaratos. Egregium monumentum eſt vetuſtum epigramma, quod viſebatur in pictura Ardeatis templi, antiquis literis latinis, teſte Plinio (*g*) ſcriptum; ex quo oſtenditur, ipſarum formam antiquitus fuiſſe aliquantum diverſam a noſtris. Aliquibus operibus præterea Cereris ædis inſcripti erant

(*a*) Plin. loc. cit. ait: *Triumphi vero quem duxit* ad III. Kal. Octob. M. Meſſala M. Piſone Coſſ. præfatio hæc fuit:

CVM. ORAM. MARITIMAM. A. PRAEDO
NIBVS. LIBERASSET. ET. IMPERIVM
MARIS. POPVLO. ROMANO. RESTITVIS
SET. EX. ASIA. PONTO. ARMENIA.
PAPHLAGONIA. CAPPADOCIA. CILICIA
SYRIA. SCYTHIS. IVDAEIS. ALBANIS
IBERIA. INSVLA CRETA. BASTERNIS
ET. SVPER. HAEC. DE. REGIBVS
MITRIDATE. ATQVE. TIGRANE
TRIVMPHAVIT

(*b*) Lib. VII. cap. 32.
(*c*) Lib. XXIX. cap. I.
(*d*) Lib. XXXI. cap. 2.

QVO TVA, ROMANAE VINDEX CLARISSIME LINGVAE,
SYLVA LOCO MELIVS SVRGERE IVSSA VIRET,
ATQVE ACADEMIAE CELEBRATAM NOMINE VILLAM
NVNC REPARAT CVLTV SVB POTIORE VETVS:
HEIC ETIAM APPARENT LYMPHAE NON ANTE REPERTAE,
LANGVIDA QVAE INFVSO LVMINA RORE LEVANT:
NIMIRVM LOCVS IPSE SVI CICERONIS HONORI
HOC DEDIT, HAC FONTES CVM PATEFECIT OPE.

verſus Græci, quibus ipſorum auctores indicabantur (*b*).

Animadvertendum eſt, Lipſium, & Dempterum, neſcirem qua ratione, uti epigraphen a Plinio relatam, afferre narrationis partem, quam Plinius habet de ſtrenuitate Lucii Dentati.

Meminit Paterculus Lib. II. inſcriptionis Dianæ fano poſitæ ad Tiphatam montem inter Capuam, & Nolam extenſum, ex qua apparebat, Syllam, ob partam ibi victoriam, ipſi Deæ omnes circumjacentes agros una cum ſalutiferis balneis, ac eo tempore illuſtribus, fuiſſe largitum. Heic obſervandum eſt, hujuſmodi æneum monumentum delubri januis affixum fuiſſe: quamvis conſtet, Lipſium in emendatione hujus depravati loci arbitratum eſſe, æneam tabulam intus cuſtodiri, ideoque ab Inſcriptione januæ poſitam differre.

Apud Tacitum reperitur epigramma a Germanico inſcriptum trophæo, quod poſt debellatas nationes Rhenum inter, & Albim erexerat (*i*). Apud eumdem habetur etiam id, quod ſcriptum erat in Pyramidibus, juxta interpretationem ab uno ex Ægyptiis Sacerdotibus ipſi Germanico factam: Ubi inquit: *Mox viſit* (Germanicus) *veterum Thebarum magna veſtigia, & manebant ſtructis molibus literæ Ægyptiæ, priorem opulentiam complexæ: juſſuſque e ſenioribus ſacerdotum, patrium ſermonem interpretari, referebat, habitaſſe quondam ſeptingenta millia ætate militari: atque eo cum exercitu regem Rhamſen* (alias Rhameſen) *Libya, Æthiopia, Mediſque & Perſis, & Bactriano, ac Scythia potitum, quaſque terras Suri, Armeniſque, & contigui Cappadoces colunt, inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuiſſe. Legebantur & indicta gentibus tributa, pondus argenti, & auri, numerus armorum, equorumque, & dona templis ebur atque odores, quaſque copias frumenti, & omnium utenſilium quæque natio*

VT, QVONIAM TOTVM LEGITVR SINE FINE PER ORBEM,
SINT PLVRES, OCVLIS QVAE MEDEANTVR AQVAE.

(*e*) Lib. XXXIII. cap. I.
(*f*) Lib. XXXIV. cap 8. *In hac* (ſtatua) *tres ſunt tituli* (inquit Plinius) *L. Luculli Imp. de manubiis: alter pupillum Luculli filium ex S. C. dedicaſſe: tertius, T. Septimum Sabinum Ædilem Curulem ex privato in publicum reſtituiſſe.*
(*g*) Lib. XXXV. cap. 10.

Dignis digna loca picturis condecoravit,
Reginæ Junonis ſupremæ conjugis templum,
M. Ludius Elotas Ætolia oriundus,
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc Ardea laudat.

(*b*) Vid. Plin. Lib. cit. cap. 12. ubi ita ſcribit: *Plaſtæ laudatiſſimi fuere Damophilus & Gorgaſus, iidemque pictores: qui Cereris ædem Romæ ad Circum Max. utroque genere artis ſuæ excoluerunt, verſibus inſcriptis græce, quibus ſignificaverunt, a dextera opera Damophili eſſe, a parte læva Gorgaſi.*
(*i*) Vide Tacitum Annal. Lib. II. pag. 118. Edit. Lugdun. apud Gryphium 1584. ubi legitur: *Laudatis pro concione victoribus, Cæſar congeriem armorum ſtruxit ſuperbo cum titulo:* DEBELLATIS INTER, RHENVM ALBIMQVE NATIONIBVS EXERCITVM TIBERII CAESARIS EA MONIMENTA MARTI ET IOVI ET AVGVSTO SACRAVISSE. *De ſe nihil addit metu invidiæ, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe.*

natio penderet, haud minus magnifica, quam nunc vi Parthorum, aut potentia Romana jubentur. Ex Tacito quoque habemus, ubi loquitur de honoribus Germanico poſt mortem decretis, quod ad ejus honorem *arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in Monte Syriæ Amano cum inſcriptione rerum geſtarum*, ac mortem ob Rempublicam obiiſſe. Extat etiam apud eumdem (*a*) Pontificum Decretum de libertate egrediendi ex Urbe, quam habebat Flamen Dialis, atque a Tiberio narratum. Ac alibi apud laudatum Hiſtoricum habentur ea, quæ a Senatu decreta ſunt adverſus Fautorum Hiſtrionum laſciviam. *De modo lucaris* (inquit idem) (*b*) *& adverſus laſciviam Fautorum multa decernuntur, ex quis maxime inſignia. Ne domos Pantomimorum Senatus introiret:* ne egredientis in publicum equites *Romani cingerent: aut alibi, quam in Theatro ſpectarentur, & ſpectantium immodeſtiam exilio multandi poteſtas prætoribus fieret*. Referuntur quoque a Tacito (*c*) verba Scevini pugioni inſcripta, quo ipſe Neronem occiſurus erat, quique poſtea, conjuratione detecta, apud Capitolium ſacratus fuit. Similiter ea, quæ Caii Caſſii imagini ſubſcripta erant, tum quæ ſacello, ac Jovis templo Domitianus exarari mandaverat (*d*). Præterea memorat noſter Hiſtoricus, famam eſſe, quod in Germania ad Rhenum ara fuerit reperta Ulixis Laertis filii nomine inſcripta. *Ceterum*, ait Tacitus (*e*), *& Ulixem quidam opinantur longo & illo fabuloſo errore in hunc Oceanum delatum adiiſſe Germaniæ terras, Aſciburgiumque, quod in ripa Rheni ſitum, hodieque incolitur, ab illo conſtitutum, nominatumque* ἀσκιπύργιον. *Aram quin etiam Ulixi conſecratam, adjecto Laertæ patris nomine, eodem loco olim repertam: monumentaque, & tumulos quoſdam Græcis literis inſcriptos in confinio Germaniæ, Rhætiæque adhuc exſtare. Quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo eſt: ingenio ſuo quiſque demat, vel addat fidem.*

Ex Suetonio (*f*) conſtat, fuiſſe legem apud Romanos, qua ab honorum petitione abſentes amovebantur, ac M. Claudium Marcellum Conſulem, qui eam tulerat, nequidem Cæſarem per oblivionem excepiſſe, ut inquit Suetonius l. cit. *Acciderat autem, ut is* (M. Claudius Marcellus Coſ.) *legem de Jure Magiſtratuum ferens eo capite, quo a petitione honorum abſentes ſubmovebat, ne Cæſarem quidem exciperet per oblivionem: ac mox lege jam in æs inciſa, & in ærarium condita, corrigere errorem*. Apud eumdem (*g*) fit mentio Edictorum Bibuli, *quibus proſcripſit collegam ſuum, Bithynicam reginam, eique regem antea fuiſſe cordi, nunc eſſe regnum*. Meminit etiam trium Edictorum Auguſti (*h*), alteriuſque Caligulæ (*). In libro Rhetorum illuſtrium habetur Senatuſconſultum, & Cenſorum edictum. Idem Hiſtoricus (*i*) ſatyricos titulos exhibet ab conjuratis ſubſcriptos L. Bruti ſtatuæ, itemque illos ſub ipſius Cæſaris ſtatua poſitos, & aliam epigraphen eidem jam mortuo a Plebe factam (*k*); eamque etiam a Nurſinis poſitam Mutinæ interemptis (*l*), ac alteram inſcriptionem refert Auguſti imagini ab ignoto Actore appoſitam.

Memorat præterea ex auctoritate Plinii Secundi in *Treviris vico Ambiatino ſupra Confluentes: aras ibi oſtendi inſcriptas ob Agrippinæ puerperium* (*m*). Itemque in Suetonio leguntur epigraphes contra Claudium factæ, & illæ in honorem L. Vitellii (*n*) pro Roſtris, ac aliæ Patri Veſpaſiani (*o*) poſitæ, ac ea tandem in quodam Domitiani arcu exarata (*p*). Neque prætermittenda ænea Tabula, quæ Suetonio ſincera inconſulto viſa eſt, ubi ait (in Cæſ. 81.): *Sed Cæſari futura cædes evidentibus prodigiis denuntiata eſt. Paucos ante menſes quum in coloniam Capuam deducti lege Julia coloni, ad extruendas villas ſepulchra vetuſtiſſima disjicerent, idque eo ſtudioſius facerent, quod aliquantum vaſculorum operis antiqui ſcrutantes reperiebant: tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys conditor Capuæ ſepultus, inventa eſt, conſcripta literis, verbiſque Græcis, hac ſententia:* Quando oſſa Capyis detecta eſſent, fore ut Julo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magniſque mox Italiæ cladibus vindicaretur. *Cujus rei, ne quis fabuloſam, aut commentitiam putet, auctor eſt Cornelius Balbus, familiariſſimus Cæſaris.*

T. Petronius Arbiter (*q*) Inſcriptionem fingit Trimalcioni poſitam in ferrato Roſtro navis Triclinii januis affixo, & ſepulcralem alteram a ſeipſo ſibimetipſi conditam: utraque veterum marmorum formulis, quæ remanſerunt, reſpondent

dent

(*a*) Annal. Lib. III.
(*b*) Lib. I. pag. 74 75.
(*c*) Annal. Lib. XV. pag. 488. ubi ait Tacit. *Tum decreta dona & grates Deis decernuntur &c. Ut Templum Salutis extrueretur, eo loci, ex quo Scevinus ferrum promſerat. Ipſe eum pugionem apud Capitolinum ſacravit, inſcripſitque:* IOVI VINDICI.
(*d*) Tacit. Hiſt. Lib. III. pag. 605. cit. edit. ubi de Domitiano, ſcribit: *Ac potiente rerum patre, disjecto aditui contubernio, modicum ſacellum* IOVI CONSERVATORI, *aramque poſuit caſuſque ſuos in marmore expreſſit. Mox imperium adeptus* IOVI CVSTODI *Templum ingens, ſeque in ſinu Dei ſacravit.*
(*e*) De Morib. Germ. pag. 798.
(*f*) In Cæſar. cap. 28.
(*g*) In Cæſar. cap. 49.
(*h*) In Aug. 28. 31. 45.
(*) In Calig. cap. 25.
(*i*) In Cæſar. 80. *Subſcripſere* (inquit Suetonius) *quidam L. Bruti Statuæ:* VTINAM VIVERES.
Item ipſius Cæſaris Statuæ:

BRVTVS QVIA REGES EIECIT COS. PRIMVS FACTVS EST.
HIC QVIA COSS. EIECIT REX POSTREMO FACTVS EST.

(*k*) (In Cæſar. 85.) *Plebs ſtatim a funere ad domum Bruti & Caſſii cum facibus tetendit &c. Poſtea ſolidam columnam prope XX. pedum lapidis Numidici in Foro ſtatuit: ſcripſitque* PARENTI PATRIAE. *Apud eam longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere, controverſias quaſdam, interpoſito per Cæſarem jurejurando, diſtrahere perſeveravit.*
(*l*) In Aug. 12. *Ex quo magis*, ait Suetonius, *pœnitentiam prioris ſectæ approbaret, Nurſinos grandi pecunia, & quam pendere nequirent, mulctatos, extorres egit oppido: quod Mutinenſi acie interemptorum civium tumulo publice extructo adſcripſerant*, PRO LIBERTATE EOS OCCVBVISSE.
(*m*) In C. Cæſ. Caligul. 8.
(*n*) In Vitell. 3. *Defunctum Senatus publico funere honoravit; item ſtatua pro Roſtris, cum hac inſcriptione:* PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM.
(*o*) In Veſp. I.
(*p*) In Domit. 13. *Janos, arcuſque cum quadrigis & inſignibus triumphorum per regiones Urbis tantos aut tot extruxit: ut* cuidam græce inſcriptum arcui ſit, AREAM, ET CALVITIVM.
(*q*) Cap. 30. & 72.

dent multo plus, quam illæ epigraphes, quæ apud Scriptores habentur. Erravit Reineſius cenſens, ſecundæ inſcriptionis clauſulam bonam ætatem non redolere, neque Petronium eſſe illius auctorem. At ego eam reperiri oſtendam in ſinceris tum Græcis, tum Latinis lapidibus. Ad rem noſtram non faciunt tituli pluries ab hoc lepido Scriptore allati, utpote nec in marmore, nec in ære inciſi. Quintilianus (*a*) aliquot leges attulit, & præſertim in Libro VII. (*b*), & nonnullarum ex his non fit alibi mentio.

E Sex. Julii Frontini commentario de Aquæductibus a V. Cl. Marchione Joh. Poleno nuper edito, ac ſumma eruditione, doctrinaque inluſtrato ſex Senatuſconſulta accepimus, quæ permagni facienda ſunt: itidem ex eo habemus caput Imperialis decreti, duas particulas legum, ac in fine integram legem a Conſule promulgatam, & a Populo latam, quæ inter præclara, quæ ſuperſunt monumenta, recenſeri poteſt.

Apud Plinium Juniorem in Epiſtolis (*c*) exſtat bis repetitum Virginii Rufi hiſtoricum epitaphium, qui Neronis tempore Julii Vindicis teſtamentum repreſſit: necnon bis (*d*) illud Pallantis epitaphium celebris Liberti Claudii Cæſaris.

Præterea apud eumdem (*e*) Senatusconſulti verba reperiuntur, quo prohibebatur, jurejurando interpoſito, Patronorum operam mercenariam eſſe, ac alterius Legis circa modum ferendi ſententiam in Senatu (*f*), non per ſuffragia, ſed per itionem eorum, qui ad unam, vel alteram partem tranſibant.

Capita Legis Pompeii, quæ poteſtatem dabat Bithyniis alios eorum civitate donandi, viſerentur ad calcem ejuſdem Epiſtolæ ad Trajanum, niſi veterum librariorum oſcitantia periiſſent. At profecto in alia Epiſtola (*g*) occurrit integrum edictum Nervæ, ac ejuſdem reſcriptum una cum duobus Reſcriptis Domitiani. Aul. Gellius (*h*) nobis adſervavit *trium Poetarum illuſtrium epigrammata CN. Nævii, Plauti, M. Pacuvii, quæ ipſi fecerunt: & incidenda ſuo ſepulcro reliquerunt:*

Naevii.

MORTALIS IMMORTALIS FLERE SI FORET FAS:
FLERENT DIVAE CAMOENAE NAEVIVM POETAM.
ITAQVE POSTQVAM EST ORCINO TRADITVS THESAVRO;
OBLITEI SVNT ROMAE LOQVIER LATINA LINGVA.

Plauti.

POSTQVAM MORTE DATV'ST PLAVTVS, COMOEDIA LVGET;
SCENA EST DESERTA. DEIN RISVS, LVDV', IOCVSQVE,
ET NVMERI INNVMERI SIMVL OMNES COLLACRVMARVNT.

Pacuvii.

ADOLESCENS, TAMEN ETSI PROPERAS, HOC TE SAXVM ROGAT,
VTEI AD SE ASPICIAS: DEINDE QVOD SCRIPTV'ST LEGAS.
HIC SVNT POETAE MARCEI PACVVIEI SITA
OSSA. HOC VOLEBAM NESCIVS NE ESSES. VALE.

Item aliud epigramma exhibet idem Gellius (*i*), *quod M. Varro in Lib. de Imaginibus primo, Homeri imagini appoſuit:* & omittens id, quod ſimulacris Fori Trajani ſubſcriptum erat, refert verſio-

(*a*) Lib. III. cap. 6.
(*b*) Cap. 1. 6. 7 8.
(*c*) Lib. VI. Epiſt 10. pag. 153. edit. Lugd. 1551. & Lib. IX. Epiſt. 19 pag. 238.

HIC SITVS EST RVFVS, PVLSO QVI VINDICE, QVONDAM
IMPERIVM ASSERVIT NON SIBI SED PATRIAE.

(*d*) Lib. VII. Epiſt. 28. pag. 197. edit. cit. & Lib. VIII. Epiſt. 6. pag. 204. *Eſt via Tiburtina intra primum lapidem* (inquit Plin.) *monumentum Pallantis ita inſcriptum:*

HVIC SENATVS OB FIDEM PIETATEMQVE ERGA PATRONOS. ORNAMENTA PRAETORIA DECREVIT. ET SESTERTIVM CENTIES QVINQVAGIES. CVIVS HONORE CONTENTVS FVIT.

(*e*) Lib. V. Epiſt. XXI.
(*f*) Lib. VIII. Epiſt. XIV.
(*g*) Lib. X. Epiſt. CXV.
(*h*) Lib. I. cap. XXIV. pag. 102. & ſeq. edit. Lugd. Batav. 1566.
(*i*) Lib. III. cap. II. pag. 244. cit. edit.

CAPELLA. HOMERI. CANDIDA. HAEC. TVMVLVM. INDICAT
QVOD. HAC. IETAE. MORTVO. FACIVNT. SACRA

verſionem a Tullio factam epigraphis ab Hectore prolatæ apud Homerum (*a*).

Præterea non paucæ leges apud hunc eruditum Scriptorem reperiuntur: una ſcilicet Numæ (*b*), nonnullæque xii. Tabularum (*c*), Senatuſconſultum ad indaganda prodigia factum M. Antonio A. Poſthumio Coſſ. (*d*), aliud adverſus Philoſophiæ, ac Rethorices Profeſſores, duo Tribunitia Pleb. decreta cum ipſis verbis relata, ex publicis Annalibus ſumpta (*e*): verba edictorum Ædilium, & Prætoris (*f*), quorum unum antiquiſſimum eſt, ac Cenſorum alterum A. V. C. dclxii. adverſus Latinos Rethores latum.

Apud Cenſorinum, ubi de antiqua diei ſupputatione, ac diviſione loquitur, Plebiſcitum extat a Marco Plectorio Tribuno latum, quo ſancitum eſt, ut Prætor Urbanus a duobus lictoribus ſtiparetur, ac jus redderet uſque ad Solis occaſum.

In Hiſtoria Auguſta Ælius Spartianus (*g*) nobis exhibet Epigrammatis Græci verſionem inſcripti ſimulacro Peſcennii Nigri ex Thebaico marmore facto, uti ex ultimi dyſtichi ſententia deprehenditur. In Jul. Capitolino (*h*) reperitur titulus Miſitheo Socero Gordiani III. a Senatu decretus una cum triumphali curru quatuor equis juncto, non vero ſex, aut decem, ut Salmaſius, & Gruterus ad hunc locum opinantur: dum is erat triumphorum mos, idque *quadrigæ* nomen importat (*i*).

Eſt in eadem vita Gordiani titulus (*k*), cujus marmor ſi adhuc extaret, auro pretioſius haberetur, dum *Græcis*, *Latinis*, *Perſicis*, *Judaicis*, *& Ægyptiacis literis exaratus erat, ut ab omnibus legeretur &c. Quem titulum,* (inquit Capitolinus) *evertiſſe Licinius dicitur eo tempore, quo eſt naſtus imperium, quum ſe vellet videri a Philippis originem trahere*.

Valeriani (*l*), Salonini (*m*), duorumque Victorinorum (*n*) titulos Trebellius Pollio nobis adſervavit. Salonini titulum non ſatis feliciter a Caſaubono, & Salmaſio emendatum arbitror, dum nihil in eo immutari opus eſſe videatur, & eo magis, ſi marmor a Panvinio, & Grutero relatum, genuinum ſit reputandum, ubi Imperator ille, uti in Trebellio Pollione, ita nominatur. Græcum epigramma ſepulcrale Aureoli Tyranni apud Gruterum (163. 2.) ex Alciati MS. affertur exſcriptum ex lapide uti tunc exiſtente in agro Mediolanenſi.

Pollio (*o*) illius Latinam verſionem affert a quodam

(*a*) Lib. xv. cap. 6.

HIC SITVS EST, VITAE IAMPRIDEM LVMINA LINQVENS,
QVI QVONDAM HECTOREO PERCVLSVS CONCIDIT ENSE.
FABITVR HOC ALIQVIS, MEA SEMPER GLORIA VIVET.

(*b*) Lib. iv. cap. 3.
(*c*) Lib. vi. cap. 7. Lib. xv. cap. 13.
(*d*) Lib. iv. cap. 6.
(*e*) Lib. vii. cap. 19.
(*f*) Vid. Lib. iii. c. 18. Lib. iv. c. 2. & Lib. x. c. 15. &c.
(*g*) Hiſt. Aug. T. i. pag. 679. Lugd. Batav. Ex Officina Hackiana 1671. En Græcum epigramma ex Caſauboni notis in Ælium Spartianum loc. cit.

Αἰγυπτίοις ἀίας ὁ Μέλας μέγα δεῖμα, πάρεστι,
Θηβαΐδος πρόμαχος, χρύσεα ἤθει θέλων:
Τὸν βασιλεῖς κ' ἔθνη φιλέουσι, καὶ χρυσῆ Ῥώμα,
Τὸν κ' Ἀντωνίνοις παγκρατέροις φίλον.
Οὔνομά οἱ Μέλας ἐστὶ λίθου μέλανος δὲ καὶ εἰκὼν
Ἣ δ' συνφδὲς ὅλη ὄφρα γένοιτο φυῇ.

Quod latine hanc habet ſententiam ex Spartiano:

Terror Ægyptiaci Niger aſtat militis ingens,
Thebaidos ſocius, aurea ſecla volens.
Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma:
Hunc Antoninis charus & imperio.
Nigrum nomen habet, Nigrum formavimus ipſi,
Ut conſentirent forma metalla tibi.

In primo verſu pro *Militis* legitur *limitis* cum Joh. Savarone. *Inveneritne Spartianus* (inquit Caſaub. l. c.) *Græcum hoc Epigramma in Latinum verſum, an ipſe verterit. ex ejus verbis cognoſci non poteſt.*

(*h*) Lib. i. T. ii. pag 122 in Vit. Gordiani III. Et titulus eſt hujuſmodi: MISITHEO EMINENTI VIRO, PARENTI PRINCIPVM. (*) PRAETORII PRAEFECTO ET TOTIVS VRBIS. TVTORI REIP. S. P. Q. R. VICEM REDDIDIT.

(*) *Prætorii Præfecto & totius Urbis* „ Puto ſcribendum ORBIS, „ quod etſi magnificentiſſimum eſt, non majus tamen „ quam quod ſequitur TVTORI REIP. „ Ita Caſaubonus in Not. cit. Edit. pag. 122 n. 5. Salmaſius vero ad hunc locum cit. pag. inquit: *Hæc non ſunt nauci, ſed nec* ORBIS *magis placet, quod ſubſtituunt viri Docti, niſi quis ita legendum contendat:* PARENTI PRINCIPVM. PR. PR. TOTIVS ORBIS. TVTORI. *Sed magis eſt ut reſtituendum putem.* MISITHEO EMINENTI VIRO. PARENTI PRINCIPVM. PRAETORII PRAEFECTO TVTORI REIP. *deletis illis*, ET TOTIVS VRBIS, *quæ nec agnovit vetus inſcriptio, quæ Romæ extat, quamque ad hunc locum produxit vir ſummus Caſaubonus: eam inſcriptionem puto eamdem eſſe quæ hic a Capitolino refertur. Nihil vero illi veteri lapidi deeſſe arbitror, niſi hæc duo verba.* VICEM REDDIDIT.

(*i*) Apud Ludovicum Debiel *Utilit. Rei Nummariæ Vet. Viennæ Auſtriæ* 1733. pag. 72. extat nummus Gordiani III. in cujus poſtica parte Gordianus curru triumphali quadrigæ Equorum juncto vehitur, ubi viſuntur quatuor equi, non ſex, aut decem.

(*k*) In Hiſt. Auguſt. loc. cit. pag. 135.

DIVO. GORDIANO. VICTORI. PERSARVM
VICTORI. GOTTHORVM. VICTORI. SARMATARVM
DEPVLSORI. ROMANARVM. SEDITIONVM
VICTORI. GERMANORVM. SED. NON. VICTORI
PHILIPPORVM.

Gordiano (ait Capitolinus l. cit.) *ſepulcrum milites apud Circæjum caſtrum fecerunt in finibus Perſidis, titulum de quo ſupra loquuti ſumus addentes.*

(*l*) Trebell. Pollio in Valeriani Junioris vita Hiſt. Aug. T. ii. pag. 184 cit. edit. hæc habet: *Et quoniam ſcio errare pleroſque, qui Valeriani Imperatoris titulum in ſepulcro legentes, illius Valeriani redditum putant corpus, qui a Perſis eſt captus: ne ullus error obrepat, mittendum in literas cenſui. hunc Valerianum circa Mediolanum ſepultum addito titulo Claudii juſſu* VALERIANVS IMPERATOR.

(*m*) Id. Hiſtoricus de Salonino Gallieno pag. 213. l. cit. ita ſcribit: *Fuit denique hactenus ſtatua in pede Montis Romulei, hoc eſt, ante Sacram viam, intra templum Fauſtinæ adveſte ad arcum Fabianum, quæ haberet inſcriptum,* GALLIENO MINORI, SALONINO *additum: ex quo ejus nomen intelligi poterit*. Confer notas ad hunc locum Caſauboni, & Salmaſii.

(*n*) Id. Trebell. ubi de Victorino Juniore pag. 267. loc. citat.; *Extant denique* (ait) *ſepulcra circa Agrippinam brevi marmore impreſſa humilia, in quibus unus eſt inſcriptus,* HIC DVO VICTORINI TYRANNI SITI SVNT.

Duobus ſepulcris, unum idemque fuiſſe inſcriptum epigramma videtur.

(*o*) Trebell. Pollio de Aureolo Hiſt. Aug. cit. edit. T. ii. pag. 279. & ſeq.

quodam Grammatico factam, exhibetque ultimum verſum Cenſorini (*a*) epigraphis prope Bononiam exiſtentis, ubi grandibus literis exprimebantur honores omnes, quibus eſt functus. Quare non defuit, qui eam integram finxerit fere uſque ad noſtra tempora adſervatam.

Fl. Vopiſcus (*b*) affert epitaphium Probi a militibus poſitum, ubi ait: *Poſtea tamen ingens ei ſepulcrum elatis aggeribus, omnes pariter milites fecerunt cum titulo hujuſmodi inciſo marmori:* HIC PROBVS IMPERATOR, ET VERE PROBVS SITVS EST, VICTOR OMNIVM GENTIVM BARBARARVM VICTOR ETIAM TYRANNORVM. Et Numeriani titulum exhibens ita ſcribit, Tom. cit. pag. 791. *Hujus oratio fertur ad Senatum miſſa tantum habuiſſe eloquentiæ, ut illi ſtatua non quaſi Cæſari, ſed quaſi rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Ulpia, cui ſubſcriptum eſt* NVMERIANO CAESARI ORATORI TEMPORIBVS SVIS POTENTISSIMO.

Notatu res digna eſt in Hiſtoria Auguſta (*c*) quod Aureliani Epiſtola ad Populum Romanum, poſt deletum Firmum Tyrannum, appellatur edictum, necnon edicti verba quoque nominantur fragmentum Epiſtolæ Macrini pro filio ſuo Antonino Diadumeno (*d*). Sed magis animadvertendum eſt, quod in Vitis Maximinorum, Gordianorum, Valerianorum, Piſonis Tyranni, Claudii Gothici, Aureliani, Taciti, & Probi undecim Senatuſconſulta reperiuntur, quæ nec antiquas formulas, neque ſolemnia verba habent, ſed ut plurimum meras adclamationes continent, utpote publicæ voluntatis indicia, aut ſententias in modum orationum potius, quam decretorum in Senatu prolatas. Non credam ſingula hæc monumenta in marmore, aut ære exarata fuiſſe.

(*a*) *Extat ejus ſepulcrum* (inquit Pollio, ubi de Cenſorino pag. 347. l. cit.) *in quo grandibus literis circa Bononiam inciſi ſunt omnes ejus honores, ultimo tamen verſu adſcripto:*

FELIX AD OMNIA,
INFELICISSIMVS IMPERATOR.

(*b*) Ubi de Probo pag. 682. Hiſt. Aug. T. II. cit. edit.

(*c*) Fl. Vopiſcus, ubi de Firmo T. II. pag. 714. & ſeq. hæc habet: „ Hic ergo (Firmus) contra Aurelianum ſumpſit „ imperium ad defendendas partes, quæ ſupererant Zenobiæ. Sed Aureliano de Carris redeunte ſuperatus eſt. „ Multi dicunt, laqueo vitam eum finiſſe: aliud edictis ſuis „ oſtendit Aurelianus. Namque quum eum viciſſet, tale edictum Romæ proponi juſſit „

AMANTISSIMO SVI POP. ROM. AVRELIANVS AVGVSTVS S. D. PACATO VNDIQVE GENTIVM TOTO QVA PATET ORBE TERRARVM, FIRMVM ETIAM LATRONEM AEGYPTIVM, BARBARICIS MOTIBVS AESTVANTEM, ET FOEMINEI PROPVDII RELIQVIAS COLLIGENTEM, NE PLVRIMVM LOQVAR, FVGAVIMVS, OBSEDIMVS, CRVCIAVIMVS, ET OCCIDIMVS. NIHIL EST, ROMVLEI QVIRITES, QVOD TIMERE POSSITIS. CANON AEGYPTI, QVI SVSPENSVS PER LATRONEM IMPROBVM FVERAT, INTEGER VENIRET SI VOBIS ESSET CVM SENATV CONCORDIA, CVM EQVESTRI ORDINE AMICITIA, CVM PRAETORIANIS AFFECTIO, EGO EFFICIAM, NE SIT ALIQVA SOLLICITVDO ROMANA. VACATE LVDIS, VACATE CIRCENSIBVS. NOS PVBLICAE NECESSITATES TENEANT: VOS OCCVPENT VOLVPTATES. QVARE SANCTISSIMI QVIRITES, Et reliqua.

(*d*) En verba Edicti (ubi Lampridius) de Ant. Diadumeno Tom. I. cit. *Hiſt. Auguſtæ* pag. 776.

VELLEM, QVIRITES, IAM PRAESENTES ESSEMVS. ANTONINVS VESTER VOBIS CONGIARIVM SVI NOMINIS DARET. DARET PRAETEREA ET PVEROS ANTONINIANOS, ET PVELLAS ANTONINIANAS, QVAE TAM GRATI NOMINIS GLORIAM PROPAGARENT, Et reliqua.

In Maffejanis authographis Adverſariis deficit heic integer Liber Tertius, qui, uti in Monito innuimus, Studii Lapidarii Hiſtoriam, & recentiörum Scriptorum, qui de antiquis Epigrammatis, egerunt, recenſionem, & Catalogum complecti debebat: Sed pene totus ſupereſt Quartus, maximique faciendus, cum in eo ad ſpurios, dubioſque Titulos dignoſcendos tradantur Canones, quem nos appellamus Tertium, cum in editione veniat poſt Secundum.

ARTIS CRITICÆ LAPIDARIÆ

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Canones traduntur ad fictitias Inſcriptiones græce loquentes dignoſcendas.

CANON I.

Inſcriptionum Græce loquentium commentitia pauca deprehenduntur.

JAM vero, quæ inſtitutum noſtrum proprie ſpectant, ad Inſcriptiones accedamus, vel in antiquis lapidibus etiamnum extantes, vel tribus hinc ſeculis in MSS. Codicibus collectas, & in publicum bonum emiſſas. Cum ſubſidio alio nullo magis hodie conſtet Hiſtoriæ fides, in eo primum ſummopere elaborandum eſt, quod ſaniorum literarum, eruditioniſque univerſæ intereſt maxime, nempe ut ſpurias a legitimis diſcernamus, ac quoſdam quaſi canones conemur tradere ad fallacias, deceptioneſque in hac re vitandas in poſterum. Quod cum circa Græcas nobis hoc libro præſtare conſtitutum ſit, id præ ceteris ſtatuendum puto; Inſcriptionum græce loquentium commentitias (ſi cum Latinis comparemus) deprehendi paucas: neque enim ullum omnino eſt in tanta debacchantium falſariorum libidine monumenti genus, in quod ii ſibi minus licere putaverint. Argumento eſt, pauciſſimas uſque in hanc diem ab eruditis viris, & in hoc literarum genere plurimum verſatis rejectas eſſe, falſique damnatas: quid vero? majorem etiam illorum partem immerito, & iniquis tabulis; quapropter vel alio titulo a genuinarum choro expungendæ ſunt, vel ei adſerendæ rurſus, ac vindicandæ; quod breviter percurramus.

Græcarum, quas inter ſpurias recenſet Gruteriana Collectio, potior pars e Polyphili Hypnerotomachia decerptæ ſunt: at illæ neque inter ſpurias computandæ erant, neque inter genuinas, cum eas minime Auctor retulerit velut antiquas, & e marmoribus excerptas, ſed ad heroticam fabellam exornandam, pro libito, & ad rem ſuam compoſitas quivis agnoſcat. Reliquarum (quæ fragmenta incondita ut plurimum, & res nihili) vix duæ ultra quatuor verba excurrunt: harum una in monte Atho reperta (*a*), Εἰς τὸ παρὸν μνημεῖον ὁ σοφὸς Ζώναρας κεῖται, cur explodenda ſit, non video; Monaſticis enim clauſtris mancipatum Zonaram in Athonianis Monaſteriis tumulatum, nihil prohibet credere, ipſaque loquutio ab ævo Zonaræ non eſt aliena.

Scaliger in *Emend. Temp.* (*b*) Athenienſem Inſcriptionem memorans, *diſtichon Iambicum infimæ vetuſtatis* appellat; quod idem eſt, ac ex antiquitatis Sacrario eliminare, ævoque poſteriori depictam dicere. Illam Cyriacus (*c*), & Sponius (*d*) ex ipſo marmore tranſcripſerunt, alterumque in una, alterum verſum in alia, ſive Arcus, ut primus vocat, ſive Portæ, ut ſecundus, facie inſcultum eſſe admonentes, ſic exhibent:


Αἵ δ' εἰσ' Ἀθῆναι Θησέως ἡ πρὶν πόλις.
Αἵ δ' εἰσ' Ἀδριανοῦ κ' οὐχὶ Θησέως πόλις.

Hæ ſunt Athenæ Theſei olim civitas.
Hæ ſunt Hadriani civitas, non Theſei.

Quidnam heic Scaliger reprehenderet, non conſtat. Hiſtoriæ quidem nihil magis conſentaneum, ipſo adnotante, *Dione & Euſebio auctoribus, Athenas pulcherrimis ædificiis exornaſſe* Hadrianum. Magnifica etiam ſpectacula ibidem ediſſe, & multa in Athenienſes beneficia contuliſſe; quin & Archontis nomen, ac officium non dedignatum eſſe, Spartianus docet; qui hujus etiam Inſcriptionis cauſam, & modum videtur explicare, cum habet: *multas civitates Hadrianopolis appellavit, ut ipſam Carthaginem, & Athenarum partem:* urbe ſcilicet velut diviſa, hunc Arcum ſtatuit, cujus duplici epigraphe veterem ab ea parte, quam novis ædificiis decoraverat, cuive ſuum præterea nomen indiderat, diſtingueret, ac deſignaret. Vetuſtam titulorum majeſtatem, ellipticaſque loquutiones illud quidem initium non videtur referre, Αἵ δ' εἰσί: ſed Inſcriptiones carminibus compactæ non ad Inſcriptionum, ſed ad carminum conſuetudinem, ac leges exigendæ ſunt. Eritne qui Hadriani nomine contra communis pronunciationis uſum correpto offendatur? Is in mentem revocet, Lucianum

(*a*) Gruter. Pag. XVII. 7.
(*b*) Lib. V.

(*c*) Cyr. pag. 11.
(*d*) Spon. Itin. Tom. II. 43.



Salvator de Franceſchi delin. *Io. de Franceſchi ſculp.*

num quoque ſuum ita protuliſſe in epigrammate Αὐνιανὸς τὰ δ' ἔγραψε. Quin, etiamſi ordinaria Jambicorum carminum lege pro tribracho accipiamus, potuit etiam eo loci anapæſtum collocari, cum iſtiuſmodi pede metrico ſecunda ſede Ariſtophanes uſus aliquando ſit. Id autem, ut Inſcriptionem Hadriani temporibus tribuam, maxime apud me vincit, quod Hadriano, poſtquam hoc Cœlo frui, vitalique aura veſci deſierat, neminem aſſentatum putem.

Græcorum omnium, quos Reineſius (*a*) ex alienis collectionibus titulos cumulat, nullum, quod meminerim, rejicit, niſi Neæræ Χαριστήριον. Monumento tamen illo nihil ſincerius. Marmor in Muſeo noſtro omnium oculis nunc patet: nihil videt in antiquitate, Muſiſque averſis has amœnitates conſectatur, qui ſtatim ac conſpexerit, indubiæ, atque incorruptæ vetuſtatis liquido non pronunciet: ipſius ſcilicet, quod profert, libertæ ſedentis ſimulacrum dubitationem omnem apud homines rei antiquariæ peritos reſcindit. Inſcriptio, quæ intra coronam iconi ſupponitur, ſic eſt proferenda: Ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ Νεμέσει Ῥαμνουντόθεν Νεαίρα Ἀθηναία χαριτοβλέφαρος ἀνέθηκεν. *Nemeſi Rhamnuſiæ in gratiarum actionem libertatis impetratæ Neæra Athenienſis pulchri palpebra dicavit.* Hic Reineſius. *Simulacrum hoc Neæræ una cum inſcriptione conſiuxere ad hiſtoriam, quam e Dyllo refert Athenæus* (*l.* XIII.)*: nimirum Demetrium Phalereum amaſiam ſuam Samiam, Lampeto, χαριτοβλέφαρον agnominaſſe.* Verumtamen, pace tanti viri, hiſtoria illa ad lapidem noſtrum nihil facit, nihilque pariter quod addit infra. Quin eodem titulo mulierem aliam apud Athenæum agnominatam quod repererit, nempe Lampetonem Samiam, hujus lapidis fidem ei teſtari debuerat: quod item dicendum, ſi id agnominis non mulieri, ſed ipſi Demetrio datum fuit, ut ſcribit Laertius (*b*). Tritum eſt, quam frequentes, ac felices in ejuſmodi verborum coagmentationibus Græci ſint. Affinis huic omnino eſt vox χαριτοπρόσωπος, quam, ni fallor, in iis video a Cl. Montfauconio in *Bibliotheca Coiſliniana* (*c*) recitatis: Νυ ἐχάριτο πρόσωπε: cum enim hæc nihil ſignificent, legendum puto Νυν χαριτοπρόσωπε. *mulier venuſta vultu.* Ipſa etiam dictio χαριτοβλέφαρος in alio marmore Athenienſi apparet apud Sponium (*d*), ubi puella quædam inter laudes ceteras fuiſſe dicitur:

Καὶ χαριτοβλέφαρος ὄμμασι λαμπομένη.

Alio ſenſu *Calliblepharum* cum apud Græcos, tum apud Latinos Scriptores: nempe pro fuco (minime autem pro medicamine oculorum, ut apud quoſdam Lexicographos) quo palpebræ ad venuſtatem tingebantur, quem morem etiamnum retinent in Græcia feminæ. Plinius (*e*) de Ampelite: *Medicamentis additur, præcipueque in Callibrepharis, & inficiendis capillis.* Varro apud Nonium (*f*) oculos laudabat, *Quos calliblepharo naturali palpebræ tinctæ, vallatos mobili ſepto tenent.* Ita legendus is locus, non *vallato mobilis ſeptos*, ut in editis.

Quod Nemeſis, Rhamnunte Atticæ pago, ſive oppido culta, egregioque ſimulacro celebrata, pro Rhamnuſia dicatur Ῥαμνουντόθεν (verbum neque in lapide, neque apud Pignorium, qui primus edidit, diducitur, ac diſtrahitur ut a Reineſiano typographo) id quidem inflexione in Atticis Δήμοις enunciandis ſæpe adhibita ſit, quod cum ex lapidibus conſtat, tum ex Scriptoribus. De Sophocle in argumento Oedipi Colonei: ἦν γὰρ Κολωνόθεν. Strepſiades apud Ariſtophanem ἐν Νεφέλαις erat Κικυννόθεν. Plutarchus Demonici, Ariſtodemi, Theanonis natale ſolum ſic indica — Ἀλωπεκῆθεν. Βατῆθεν, Ἀγραυλῆθεν: *ex Alopeca, ex Bata, ex Agraula.* Quod Neæra Rhamnuſiæ Nemeſi, cui pro libertate adipiſcenda preces fuderat, ea impetrata χαριστήρια dedicet, Græcum morem prodit, eo nomine tabulas vocandi, ſeu munera, quæ, poſtquam voti, ut ſibi videbantur, compotes facti fuiſſent, Diis exhibebant. Reineſius p. 167. n. CXXXIII. & alibi, Oxonien. p. CCLXXXVII. convertunt generatim *Donaria;* quo verbo non ſatis videtur explicari, quod in gratiarum actionem datur. In Marſiliano Muſeo Bononiæ exiguus lapis: Μέλανθος ἐπιτελῶν ἰατρευθεὶς Ἀσκληπίῳ χαριστήρια: *Melanthus, ſanitate recepta, gratiarum actionem Æſculapio perſolvit.* Sponiana (*g*) de Oneſimo: σωθεὶς ἀνέθηκα ἐκ μεγάλου κινδύνου μετὰ τῶν ἰδίων νίκης ἐυχαριστήριον. *In gratiarum actionem ob victoriam e magno periculo una cum meis ereptus dicavi:* perperam ibi transfertur, *poſt meorum victoriam.*

Quædam autem Græcæ Inſcriptiones ſunt, quas miror a doctis omnibus receptas fuiſſe, & ab omni parte probatas; ut enim traduntur, a ſuppoſitionis ſuſpicione vacare non debuerant, nec vacabunt, ubi attentius aliquando inſpiciantur: quod periculum avertam, re patefacta. Reineſius (*h*), Fleetvoodius (*i*), Fabrettus (*k*), Vandaleus (*l*) Euchariſterium recitant, in quo Sarapis, cum neſcio quibus aliis Diis, dedicatione importune iterata, conjungitur. Qui contextum excutiet, erroneum documentum deprehendiſſe ſibi videbitur; non enim reſpondent ultima primis: verum conſideret oportet, binas tabellas eſſe male in unam coalitas, quarum prima priore ἀνέθηκα clauditur, conſequentibus ad aliam ſpectantibus deformatam, hiulcam, male habitam: ego etiam ἀνέθηκεν hic reponendum arbitror ob adjunctum illud *præſtantiſſimi*: Κράτιστος Νεικέρος. Sic ex hortis Burgheſiis ſex diſticha tamquam epigramma unum affert Fabrettus (*m*), quorum, ut ea percurrenti conſtabit, priora duo ſejungenda ſunt, cum reliqua alterum conſtituant, etiamſi

(*a*) Pag. 164. num. CXXVI.
(*b*) In Demetr.
(*c*) Pag. 587.
(*d*) Miſcell. pag. 318.
(*e*) Lib. XXVIII. cap. 11. & Lib. XXXV. cap. 16.
(*f*) In *Palpebrum.*

(*g*) Pag. 345.
(*h*) Pag. 243. num. CCXC.
(*i*) Pag. 10.
(*k*) Pag. 493. num. 185.
(*l*) Pag. 302.
(*m*) Pag. 287. num. 215.

etiamſi ejuſdem argumenti. Sponius (*a*) ex iis primum tantum epigramma recenſuit: ambo Gruterus (*b*), ut in eodem quidem marmore inciſa, ſed ſeparatim.

Gruterus (*c*), Scaliger, Meurſius, Petitus, Prideaux (*d*), Vandalius (*e*) eamdem Inſcriptionem afferunt, ponderant, emandant, illuſtrant, nulla ipſis circa ejus continentiam difficultate ſuborta. Secus eveniet, ubi perpendat quiſquam recenſionem cujuſdam gymnaſii prorſa oratione conceptam, qua illius anni Præſides memoriæ mandantur, in eo documento primum recitari: deinde pro victoria in certamine lampadifero, quod ad palæſtram non pertinebat, ab Eutichide quodam reportata nuncupationem contineri binis carminibus exaratam. *Deſinit in piſcem mulier* (*f*). Attamen neque hic fraudis quicquam eſt, aut mendacii: illud tantum peccatur, quod diverſa conjunxerint, & diſparata male conſuerint. Hæc ipſa non ſine hæſitatione quadam meditabar; cum bono quodam Genio favente, in ipſum lapidem Venetiis incidi, avideque comparavi, qui ſecundam Inſcriptionem continet, nec recipere quidquam aliud potuit. Si Gruterum audimus, *Otigides Pantono Tichydæ filius* hic exhibetur: emendat Scaliger Ευτυχίδης Πάντων, quæ quid ſibi velint, non addidit. Oxonienſes in ſepulcralem convertunt: στήλαι ἔθηκεν Ὀτυγίδης Παντώνου Τυχίδου, *cippum poſuit Otigides filius Pantoni filii Tychidæ*: hoc amplectitur Vandalius, & probat, niſi quod Παντωνοτυχίδου conjunctim jubet legere, explicans *Pantonotychidæ filius*. Verumtamen hæc omnia Apolline minime dextro & tradita, & excogitata ſunt. Quæ in marmore habentur ſic lego:

Λαμπάδα νικήσας σὺν ἐφήβοις τῆνδ' ἀνέθηκα
Εὐτυχίδης παῖς ὢν Εὐτυχίδου Ἀθμονεύς.

Lampada cum ſociis dicat Eutychides hanc,
Vico Athmonenſis filius Eutychidis.

Quid hoc ludi eſſet, & quomodo perageretur, rem valde implexam, nec adhuc ſatis excuſſam, pertractabimus, Deo favente, in Muſei noſtri editione, ubi de Uſu ac Præſtantia Inſcriptionum mens eſt diſſerere; hanc enim opellam arti Criticæ unice devovere decrevimus.

Obiter adnoto: ut duas in unam aliquando compinxere, ita alias diſtraxere unam in duas: quod obſervare eſt non ſemel in editis Cyriaci, unde falſitatis ſuſpicio aucta eſt. Cum editores ut plurimum Inſcriptiones e MSS. hauſerint, & e variis ſchedis, his erroribus nihil facilius. Quin marmora ipſa fracta, & diſtracta aliquando ſunt. Secunda Gruterianæ paginæ CDXXV. 2. 3. & iterum ſecunda CDXCV. 1. 2. non binæ ſunt, ac diverſæ, ſed una, & conjunctim legenda. Montfauconius, (*g*) qui integram aliunde habuit, *media ſui parte mutilam* a Grutero exhiberi docuit, nimirum ſecunda longo intervallo diſſita, medietate non inſpecta: cujus initio E . . . . . IEPOΠOIΩN legendum videtur ἐπὶ ἱεροποιῶν, *ſuper ſacris*, ſeu *ſacris faciundis*: legit Montfauconius ἐπὶ τὸ ἱεροποιεῖν.

Quod autem in hac materia plurimum refert, cautiſſimi ſimus oportet, ne Græcas Inſcriptiones ſive vulgatas, ſive MSS. codicibus creditas ſuppoſitionis arguamus, eo quod vocabulorum monſtris ſcatentes aſpiciamus, nihilque fere ſignificationis elici ex iis aliquando poſſe videatur. Hoc enim ſæpiſſime eſt ex deformatione, & mendis, & tranſcriptorum ſive negligentia, ſive inſcitia. Magno documento Cyriaci collectio eſſe poteſt, quæ uno fere omnium ore exſibilata eſt ad hanc diem, ita ut qui præſtantiſſimi hujus ſtudii quodammodo pater, ac conditor dici meruerat, tamquam falſarius, & veterator immerito ab omnibus traducatur: oſtendimus autem libro primo, id ex eo eveniſſe, quia non niſi vitiatæ, laceræ, perturbatæ, uno verbo, ab idiotis amanuenſibus miſerum in modum corruptæ Inſcriptiones ad ipſa marmora ab eo exſcriptæ in manus noſtras devenerint. Græciam ipſum vere peragraſſe, & multos titulos exſcripſiſſe, indubitate diſcere e Sponio præſertim eſt, qui plures a Cyriaco jam recenſitas in iiſdem locis adhuc reperit, & rurſus decerpſit. Nihil illum mentitum eſſe, argui ex eo poteſt, quod nulla ex iis Inſcriptionibus vel Civitati cuipiam, vel familiæ aſſentetur, vel res inauditas, aut incredibiles proferat. Validius adhuc incorruptæ fidei argumentum, quod ex formulæ perpetuo interluceant, quas illo ævo ſimulare potis erat nemo; ſollemniſque Inſcriptionum ſtylus in monſtroſis etiam, corruptiſque reliquiis adeo deprehendatur, ut incognitis adhuc, & nondum ea ætate vulgatis hujuſmodi monumentis excogitari nullo modo potuiſſet, nec niſi ex ipſis lapidibus hauriri. Primam vero deformationis cauſam in Cyriacum ipſum, erroreſque ſuos eſſe referendam, ut nec ſatis Græcitate imbutum, nec iis ſubſidiis inſtructum, quæ ad hoc literarum genus requiruntur, minime inficior: *verum avia peragrabat loca, nullius ante trita ſolo* (*h*). Unam inter editas Cyriaci animadverti ſimulatam proculdubio, & compoſitam; Oraculum nempe illud pag. 41. Obſopæo non agnitum. Id vero Græcus quiſpiam luſerat, & vel marmori mandaverat, vel codici, quo Anconitanus deceptus: ipſius enim commentum non eſſe, vel ex eo patet, quod Græcos Poetas, eorumque dialectum multo magis lucubrator calleret, quam de Cyriaco credi poſſit.

Conſtare ex dictis puto, inter Græcas Inſcriptiones confictas reperiri paucas; quantumque ex hoc capite hujuſmodi monumentorum generi claritatis accedat, & pretii, quilibet agnoſcit, cum cæteras antiquitatis reliquias mentiantur frequentiſſime mangones iſti ſceleſtiſſimi, ac ſupponant in dies.

CANON

(*a*) Miſcell. pag. 46.
(*b*) Gruter. pag. MCXVIII. 9.
(*c*) Pag. CCCXVII. 1. Corrig. pag. CCCVIII.
(*d*) Oxonien. pag. LXXXV.
(*e*) Vand. 587.
(*f*) Horat. *de Art. Poetic. ad Piſon.* v. 4.
(*g*) Palæogr. pag. 159.
(*h*) Lucret. Lib. I.

CANON II.

Marmorum inſpectio admodum conducit ad eorumdem veritatem explorandam.

VErum enim vero quod in hac claſſe adulterinos titulos raro occurrere oſtenderim, id ita accipi nolim, ac ſi numquam occurrerent: neque enim, etiamſi major pars eorum, qui de Græcis Inſcriptionibus ſermonem habuere, nullam repudient, aut de ſuppoſitione ulla ſubdubitent, putandum propterea eſt, recentia hujus generis marmora non aliquando pro antiquis venditari. Ea ut dignoſcamus, ipſos lapides attente perluſtrare primum oportet; genuſque, & faciem, tum figuram, ſcripturam, & adjuncta ſingula ad trutinam revocare. Genuinarum marmor Græcum ſit oportet, vel e veteribus fodinis erutum: color non nativus ille, & priſtinus, ſed vetuſtate partus, ac ſuperinductus: moles non ita magna & ponderoſa, ut in Romanis frequenter, neque etiam tam exigua, ut tituli multi in Romanorum ſubterraneis monumentis reperti: figura non quadratæ baſis coronis ornatæ, ſeu pilæ cujuſdam ſtylobate quodammodo ex epiſtylio decoratæ, ut Latinarum Inſcriptionum mos eſt haud infrequens; ſed nudæ ut plurimum, ac ſimplicis tabulæ, nullo architectonico ornamento circumpoſito. Scriptura literis, ſi cum Romanis comparemus, exiguis peragitur: menda deprehunduntur fere nulla: compendia, & notæ perquam raræ. Verba in verſus inæquales diſpertita non apparent, nec venuſte diſpoſita, ita ut tantumdem ſpatii ab utroque latere relinquatur, quod Romanis ſollemne fere eſt; ſed quæ proliziores ſunt, a ſumma tabula incipiunt, continenterque ad imam procedunt, ſpatium omne complentes: quæ vero ad tabulam occupandam non ſufficiunt, conjunctis nihilominus dictionibus & continuatis inciduntur, nec, ut ſpatio aptentur, ampliari literæ ſolent. Servatur ea conſuetudo etiam in Inſcriptionibus metrice compactis; neque enim carmina in antiquis lapidibus a capite reſumuntur, ſed, ut de proſa oratione diximus, collocantur. Id etiam peculiare ut plurimum eſt Græcis Inſcriptionibus; nempe verba neque intervallis diſtineri, neque interpunctione ulla dirimi, ſed perpetua literarum ſerie, nec interrupta depingi: quod mirabatur vehementer Sponius (*a*) Græciam peragrans, quænamque moris hujus ratio eſſet, fluctuabat anceps: mirari deſiiſſet, ubi ad priſcos codices accedens, alio modo veteres non ſcriptitaſſe tum Græcos, cum Latinos didiciſſet: nec majoribus literis tantum, ſed & celeri ſcriptionis genere, quo inſuper colligabantur quandoque verba, ita ut poſtrema præcedentis, & prima ſubſequentis verbi literæ una viderentur; quod in Ægyptiacis Papyris meis obſervatur non ſemel, ut ante oculos, Deo dante, aliquando ponam in *Bibliotheca Veronenſi manuſcripta*, quam diu meditor. Æquius erat admirari, cur Romani lapides verba ut plurimum puncto diſtinguant, cum in antiquis, qui ſuperſunt, codicibus perpetua ſerie textus decurrat. Accentus, ſpiritus, apoſtrophi, ceteraque orthographiæ ſigna, & adjumenta exulant ſingula, & numquam apparent. Fidem præſertim faciunt anaglypha, quibus Græcæ tabellæ aliquando exornantur: qui enim epigraphen ſupponere voluerit, artis opera non adjiciet, quæ antiquorum artificum delineandi, ac effigiandi modum ægerrime mentiri poſſunt. His animadverſionibus utendum quidem, ſed prudenti quadam circumſpectione, & cum grano ſalis: neque enim indubitati canones ſunt, ita ut commentitiæ ſtati ii pronuntiandæ ſint, quæ ab aliquo ex iis Inſcriptiones deflectunt. Obſervandum monui, an marmor ſit Græcum: nec ſtatuendum tamen, aliquam extra Græciam populari regionis lapide inſculpi non potuiſſe. Quid inſolentius quam porphyretico marmori epigraphen tradi? in eo tamen Græcam prolixam, & pulcherrimam, hoc ipſo ad hunc finem inſtituto per Italiam excurſu, non multis aureis ante duos menſes emi, quæ extra omnem aleam eſt. Lapidis formam a Romanis diverſam eſſe debere, diximus: Corinthii tamen Medici titulus in Muſeo noſtro ſervatur, qui coronide, ſeu projectura illa ſuperne, & inferne exornatur; in Italia ſiquidem functo Italici marmorarii monumentum ſtruxere. Hæc ipſa eſt ratio, cur aliquando, contra regulam a nobis traditam, interſtitia quædam appareant, & puncta, verborumque disjunctio: quin & in Græcia ſic aliquando effingi potuerunt, nempe quod a Romanis hominibus. Sponius (*b*) in Iſthmo Corinthiaco præclaram Inſcriptionem reperiit, & vulgavit: ea nunc in Muſeo noſtro ſpectatur. Admirabar in ea, ubi primum aſpexi, intervalla plura, & in ipſa diſtributione, ac collocatione verborum quiddam Græcis titulis inſuetum. Mirari deſii, ubi ad Corinthiæ urbis hiſtoriam animum adverti. Exciderat eam L. Mummius poſt Diæum Achaici motus auctorem ad Iſthmon devictum; tunc enim, *omni Achaja in deditionem accepta, Corinthum ex S. C. diruit, quia ibi legati Romani violati erant* (*c*). Reſtituit aliquando Cæſar, qui τὴν Καρχηδόνα τήν τε Κόρινθον ἀνῴκισε; *Carthaginem & Corinthum inſtauravit* (*d*): quo autem modo? nempe ἀποικίας Ῥωμαίων, *Romanorum colonias* mittens, noviſque his incolis deſertam, & jacentem tam diutino temporis ſpatio civitatem iterum frequentans? Hinc Pauſanias (*e*): Κόρινθον δὲ οἰκοῦσι Κορινθίων μὲν οὐδεὶς ἔτι τῶν ἀρχαίων, ἔποικοι δὲ ἀποσταλέντες ὑπὸ Ῥωμαίων: *Corinthum modo nulli ex antiquis Corinthiis incolunt, ſed habitatores a Romanis miſſi*: quapropter mirum non eſt, Corinthiacum lapidarium noſtrum quidpiam ex uſu Romanorum retinuiſſe. Paucis characteribus depingi ſolere Græcos titulos, adnotavimus: at unus in Muſeo expoſitus eſt, qui duobus

(*a*) Itiner. Præf.
(*b*) Miſcell. pag. 363.
(*c*) Liv. Epit. Lib. LII.
(*d*) Dio. Lib. XLIII.
(*e*) In Corinth.

bus verbis magnum lapidem implet; nimirum publico cuidam ædificio olim ſuperpoſitum. Emendata eſſe priſca monumenta Græca, docuimus, & inculpate inciſa: peramplum illud Epictetæ contemplari eſt inter noſtra, nullo fere mendo in tam prolixa, tamque minuta ſcriptura recepto. Inſcriptionem tamen, de cujus auctoritate ambigere nefas eſſet, habemus unam, Eutychidis nempe, in paucis verbis quater aberrantem, alias videlicet pro aliis exhibentem literas. Nullam in Græcis lapidibus adhibitam interpunctionem, monuimus. Id verum adeo eſt, ut infimis etiam temporibus ea conſuetudo deprehendatur. P. Sebaſtianus de Paulis in Baſiliano Cœnobio prope Roſſanum paucis abhinc annis Græcam Inſcriptionem reperit quatuor Jambicis conſtantem, quæ, Rogerio regnante, anno MCXXXVII. fuit ſculpta. Cum autem illam, antequam doctæ de *Eccleſiæ Neritinæ ritu aquam exorcizandi in Epiphania* Diſſertationi inſereret, ac vulgaret (a), mecum, quæ ſua humanitas eſt, adamuſſim depictam communicaſſet, verſus continenter, velut proſam orationem, in eo lapide exaratos, nulliſque omnino punctis diſtinctos animadverti. Longa nihilominus Iſaacii epigraphe Ravennæ a D. Vitalis verbum quodvis puncto claudit, ut in Latinis conſpicere ſolemus. Rei novitatem non adnotavit Cl. Montfauconius, qui eam poſtquam Tacuinus anno MDXXV., deinde Spretus, Rubeus, poſtremo Gruterus edidiſſent ex marmorea ipſa non *urna* quidem, ſed arca exceptam, Diario Italico (b) recenſuit: ego tamen ab ipſo marmore didici. Nec medii tantum ævi quædam a regula recedere poteſt: unam Fabrettus (c) habuit ſyllabas quaſvis puncto concludentem: quin ex vetuſtiſſimis, quæ innotuerint, Baudelotiana in Palæographia (d) memorata tribus, Sherardiana, de qua mox acturi ſumus, duobus punctis verba concludunt. Unum etiam aliquando Latinorum more interſeri potuit, & quibuſdam locis inſpergi, cum lapides in Italia elaborarentur: in quo tamen fidendum illis non eſt, qui atramento recenter ſuperinducto nigras literas oculis repræſentant; nam ſæpe in iſtis puncta apparent, quæ non ab antiquo ſcalpro ſunt, ſed a recenti penicillo. Rurſus accentus, & ſpiritus a ſinceris marmoribus ignorari præmiſimus, quod neminem latet. Iſaacii tamen nuper memorata Ravennas Inſcriptio accentus, & ſpiritus perpetuo, & affabre delineatos, atque, ut hoc ipſo tempore appingi ſolent, continet, quod iterum in Diario Italico non animadvertitur. Hæc quidem medio ſeptimo Seculo fuit ſculpta: at octaſtichum Hippomedontum tumulo inſcriptum ſuperius ævum, & Paganitatem regnantem prodens, quoſdam tum accentus, tum ſpiritus præſeferre teſtatur Fabrettus (e): quod incredibile minime eſt, cum plura ejuſdem temporis Latina marmora accentibus ſignata ſuo loco oſtenſuri ſimus. Quid antiquis lapidibus magis perpetuum ac proprium, quam ſqualliditas, rimæ, corroſio, mutilatio? Ex adverſo quæ cum toreumatis veniunt, examine non indigere, aliquando arbitrabar: at ab his ipſis mihi cavere didici, ubi in ejuſmodi commentitiam incidi, de qua ſuo loco, cum & ipſam in Muſeum intulerim.

Nolim autem tamquam pugnantia loquens traduci, quod poſt argumenta ad antiquas epigraphes dijudicandas ſuggeſta, quaſi deſtruens, quæ ædificaveram, illorum fidem extenuare pergam. Tradidi quomodo ſe habeant Græca marmora ut plurimum: indicia congeſſi, quæ communiter ad veritatem explorandam conferunt: quod autem iis non omnino fidendum oſtenderim, ac quodlibet eorum labare quandoque; id documento nobis ſit, primum ne judicium præcipitemus unquam; ſecundo ne, uno tantum, vel altero ſuadente, ſententiam feramus, ſed tum e collectione omnium, tum ex eorumdem cum animadverſionibus reliquis collatione. Quidpiam etiam deferendum eſt verſatorum in his rebus hominum peritiæ, qui diutina Inſcriptionum inſpectione id aſſequuti ſint, ut illud *neſcio quid* in genuinis monumentis internoſcant, quod aliter exponere, ac declarare non valeant. Hanc quidem peritiam non niſi multa, atque in unum congeſta marmora identidem ſpectando comparabit ſibi quiſquam: quod eapropter continget paucis, cum Græca multa in Muſeo tantum noſtro, atque in Anglicano deprehendi poſſint.

Ad obſervationem tandem illam deveniendum eſt, qua huc uſque ad antiquitatem inſcriptorum marmorum aſſerendam, vel impoſturam detegendam unice eſt adhibita; ſcilicet circa literarum figuram, modum, atque uſum: hoc enim argumento, quanam temporis periodo ſculptæ Inſcriptiones fuerint, inveſtigare poſſumus, & an ævo ab iis, quæ continent, indicato reſpondeant. Univerſim priſcarum Græcarum ſcriptura polita eſt, in Græcia præcipue elaboratarum, characteribus recte delineatis, & pulchre inciſis. Epictetæ illa in octo columnas diſtincta ita eſt adamuſſim inciſa, ut eam diligentiam recens artifex ægerrime imitaturus ſit. De figura vero, ac poteſtate pro variis temporibus Græcarum literarum diſſertationem ingredi qui velit, librum conficiat oportet, nec illum quidem exiguum; adeo multa viri ſummi in hanc diſceptationem contulere, eaque controverſa omnia, ambigua, implexa. Ego, quod ad inſtitutum meum pertinet, e marmoribus, quæ hucuſque emerſere, indicia primum colligam, quibus argui ſumma ſcripturæ vetuſtas poſſit, ita ut monumenta ſic exarata inter antiquiora, quæ ad nos pervenerint, computanda conjicere non ſit abs re. Phœnicias, ceteroſque ejus tractus populos a dextra ad lævam ſcripſiſſe, nemo eſt qui neſciat: nemo itidem, qui ab iis regionibus ſcribendi uſum accepiſſe Græcos. Hi quidem procliviorem manus motum ſequentes, & quaſdam

notas

(a) Neapoli MDCCXIX.
(b) Pag. 98
(c) Fabr. pag. 376. num. 27.

(d) Fabret. pag. 134.
(e) Idem pag. 288. num. 216.

notas mutantes, quaſdam invertentes, a dextra ad lævam ſcriptionem inſtituere. Cum tamen neque omnes ſtatim ſimul, neque uno omnino tempore primævum ſcribendi genus abjeciſſe credendum ſit; procul dubio eſt, vetuſtiſſimis iis temporibus quædam a dextra ad lævam, quædam a læva ad dextram monumenta fuiſſe exarata, & rurſus alia permixtim, ita ut verba aliqua, verſuſque integri priori methodo, aliqua poſteriori deſcripta fuerint. Hujus rei veſtigia quædam extare videntur in numeralibus notis, quibus marmora ſignantur, & numiſmata: mos enim minores numeros majoribus anteponendi ex Orientali ſcribendi methodo forte eſt deductus; ſed nomina quoque Græcis literis in lævam excurrentibus Siculi præſertim apud Parutam nummi præſeferunt. At rem prorſus aperit notus Pauſaniæ locus (*a*), ubi Cypſeli arca deſcribitur: in ea quædam viſebantur epigrammata antiquis quidem literis, ſed uſitata progreſſione cælata; quædam autem partim dextrorſum, partim ſiniſtrorſum procedebant χήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων Βουςροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες. Τοῦτ᾽ ἐςι τοιόνδε. ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιςρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον: *alia ſpectatur ſcripturæ forma, quam Boviverſim Græci vocant: ea eſt hujuſmodi; ſecundus verſus a primi termino recurrit:* quo diſcimus inter receptas ſcribendi ſpecies vetuſto ævo & hanc fuiſſe; nam peculiari nomine indicabatur, ab arantis converſionibus ſumpto (*), unde forſitan *exarare* uſurpant Latini pro *ſcribere*. Conſtat ex his, Græca marmora dictiones in lævam converſas exhibentia, ſeu verſus alternantia in adverſum tendentes, ad ultimam antiquitatem revocari poſſe, velut ab ipſa Græcarum literarum origine minus diſſita, & illo ævo ſignata, quæ adhuc in ambiguo ſcriptio verſabatur, & præſens modus nondum erat univerſim receptus. Eadem ratio vetuſtiſſima ſuadet ea monumenta, quibus Græci characteres inſunt ſpecie non vulgari, ſed ad Phœnicia, vel Samaritica elementa quodammodo accedente.

Ad maximæ vetuſtatis aucupandam fidem faciet pariter, quod literæ aliquæ Latinarum facie appareant, velut L ϛ R D, tales enim antiquiſſimis temporibus Græci effigiabant. Parum conſtare documentum hoc cum antecedenti videri poſſit, certo certius tamen eſt. Remotiſſimis, ut puto, temporibus a Phœniciis recedentes in eas elementorum formas declinarunt, quæ & in Latium invectæ ſunt. Vetuſtiores Græcorum tabulas, quæ Romæ primo Chriſti Seculo ſpectarentur, ita effictas fuiſſe, par eſt credere; cum ex his Plinius (*b*), literas *veteres Græcas fuiſſe eaſdem pene cum Latinis*, tradiderit. Neque id miror: qui in Italiam, ſive in Latium venerunt, ab Orientalibus regionibus priſca illa ætate proceſſere, qua eæ literæ obtinebant: illinc allatas poſteri retinuerunt, cum ſubinde Græci variaſſent. Idem & in ipſa lingua evenit: nam multarum Latinarum vocum origines in uſitata Græcorum lingua fruſtra quæſierit quiſpiam, quas tamen optime deprehendet in Poetica, quæ non a Poetis in elegantiam fabrefacta, ut communiter putatur, ſed ſimplicia vocabula ſi ſpectemus, Homericæ ætatis, & vetuſtiorum Græcorum lingua eſt popularis, a quibus cum profecti eſſent Latini populi conditores, multa vocabula etiamſi paulum inflexa Latina lingua retinuit, quæ poſteriores Græci nova ſubſtituentes abjecere. Uſum quoque interpungendi in lapidibus, quem non oſtendunt communes Græci lapides, a veterrimis Hellonibus forte ſumpſerunt Latini; nam ex vetuſtiſſimis quidam interpungunt, ut mox referemus. Summæ item vetuſtatis indicia, cum Ε & Ο pro Η & Ω adhibentur, atque Η ſpiritus, ſive aſpirationis vice fungitur, non literæ; docet enim Marius Victorinus, *priuſquam Græcis vocales repertæ ſunt* Η *&* Ω, *vicem earum expleſſe* Ε *&* Ο: cum Ο pro ΟΥ ponitur; quod Alexandri tempore obtinuiſſe, indicat Auſonius (*c*), nam is negativum reſponſum Οὐ *non*, unica litera nempe, Ο ſignificatum a Spartanis tulit:

Una fuit quondam, qua reſpondere Lacones.
Litera . . . .

cum aſpiratorum & duplicium elementorum vel nullus, vel parcior uſus; in priori ſiquidem Græcorum alphabeto locum non habuere. Si Victorinum audimus, denſas *exprimebant juxta* Τ, *&* Π, *&* Κ *aſpirationis notam* Η *ponendo*; ſi Scaligerum (*d*) pro Ψ, ΠΣ, pro Ζ ſcribebant ΔΣ. Certe Dorici pro ζ utebantur σδ. Δ cum Zetæ ſono uſque in hanc diem efferunt Græci. Pro Ξ in Athenienſi Sponii, & in Baudelotiana, quæ tempore belli Peloponneſiaci exaratæ ſunt, ΧΣ ſcribitur. Inter maximæ vetuſtatis argumenta referri etiam debet, cum numerales notæ non vulgari methodo, ſed Atticorum more exhibentur; *qui ſolebant principalem nominis literam ponere, & ſignificare numerum* (*e*): quod Latini imitati ſunt, M pro milleſimo, C pro centeſimo &c. numero ponentes. Hac methodo, quæ anteceſſiſſe patet, cum ſit


(*a*) Eliac. I.
(*) Vid. Not. *Joſephi De Bimard la Baſtie* CL. *ad Marmor Scriptura Græca antiquiſſima, quæ* ΒΟΥΣΤΡΟΦΗΔΟΝ *vocabatur inſigne*. Apud N. Th. Veter. Inſcript. T. I. col. 35.

(*b*) Lib. VII. cap. 58. *De Litteris antiquis*. En integer textus Plinii: *Veteres Græcas fuiſſe eaſdem pene, q. nunc Latinæ inditio erit Delphica Tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in palatio dono Principum* MINERVAE *dicata in Bibliotheca cum inſcriptione tali:*

ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΤΙΣΑΜΕΝΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΑΝΕΘΗΧΕΝ.

(*c*) Paulino Epiſt. xxv.
(*d*) In Euſeb. pag. 122.
(*e*) Priſcian. de fig. numer.

ſit alia imperfectior, ac prolixior, numeros omnes conſignat Oxonienſe Epocharum marmor, quod non longo ab Alexandri obitu intervallo inſcriptum conjicitur. Nunc præſtantiora, quæ recitaverim, extremæ antiquitatis argumenta ob oculos proponam in eximio monumento.



(*)

Eximiæ autem vetuſtatis, etſi non extremæ illius ac primæ, fidem facere ſolent hæ literarum formæ conſtanter adhibitæ: Σ, Ω, Ξ, Γ, exulantibus C, ω, Z, Π. Item jotæ, qui nunc ſubſcribuntur, expanſi, & in linea cum ceteris literis poſiti, non in fine dictionum tantum, ſed & in medio. In noſtro Epictetæ marmore ΞΩΙΑ legitur, etiamſi apud Gruterum ΖΩΑ, hoc eſt ζῷα: hanc enim eſſe verbi hujus orthographiam teſtatur Laſcaris in *Grammatica Inſtitutione*. Unica fere eſt apud nos Claudii Phœbi Inſcriptio, quæ finales jotas non habeat. Figuræ pariter, ſeu notæ, ſi quando occurrunt in probatis marmoribus, quarum poteſtas ignoretur, antiquitatem indicant: occurrunt autem ejuſmodi binæ in Muſei noſtri lapide Corcyrenſi. Antiquam veritatem olent pariter illa: ΣΥΝΓΕΝΕΙΣ. ΕΝΓΙΣΤΑ. ΕΜΜΕΣΩ. ΤΟΜ ΒΩΜΟΝ. ΤΗΜ ΠΟΛΙΝ ΕΜΜΑΙΝΗΣΙΑ. Vice verſa pro fallaciæ ſigno ſingulariæ inuſitatæ accipiendæ ſunt, & compendia congruam nullam explicationem recipientia: recentes pariter, ſuppoſitaſque epigraphes arguit ſcriptura male compacta, diſtorta, inæqualis, ruditer inciſa, quæ priſcas literarum ſpecies cum aliis infimi temporis admiſceat, quæ demum illud *neſcio quid*, novitium opus redolens, peritis oculis ingerat, quod dignoſci quandoque poteſt, verbis exponi non poteſt.

Cum vero quidnam ex literarum forma, & ſcripturæ modo argui poſſit, hucuſque oſtendere conatus ſim, quod & ab aliis aliqua ex parte præſtitum; deinceps quid ex his argui non poſſit, perſequar, quod nemo adhuc præſtitit. Magnopere procul dubio rem literariam juvit attentior proximis temporibus doctorum quorumdam virorum obſervatio, qui diverſarum ætatum ſcripturas ſedulo inſpectantes, atque invicem comparantes, ad monumentorum ætatem eruendam in Criticæ artis ſubſidium certiſſimam, ut putatur, ſtraverunt viam. Verumtamen evenit, ut ſive ex eo quod præcepta iſta perperam vulgo intellecta ſint, & ad literam accepta, ſive etiam quod præceptores ipſi nimium quandoque urgerent hos canones, iiſque nimium tribuerent, errores plurimi, & perverſa judicia ex hoc ipſo diligentiori, optimoque ſtudio emerſerint, atque emergant in dies. Quod MSS. Codices attinet, cum in ipſum harum literarum veſtibulum ingredienti mihi ante annos aliquot hæc veritas illuxerit, libellum adumbravi, *Bibliotheca Veronenſi Manuſcripta*, D. O. M. favente, aliquando præmittendum: in præſentia de lapidibus Græcis, priſcaque Græcorum ſcriptione pauca ſunt delibanda. Scaligerum, Salmaſium, Voſſium, Edm. Bernardum, Ez. Spanhemium, Montfauconium, alioſque hujus celebritatis Auctores ſi percurrimus, quænam fuerit Phœniciarum literarum forma, quænam Cadmearum, quænam Jonicarum, quænam Atticarum, videmur nobis nullo negotio perdiſcere. Alphabetum Alexandri Magni, tum priorum Auguſtorum, tum Conſtantini ob oculos proponuntur. Hinc

(*) *Videſis hujus Inſcriptionis interpretationem in Monito Editoris.*

Hinc communis fere, & a me ſæpe audita ſententia, Græci monumenti ſcriptura inſpecta, intelligi probe, an ante Alexandrum, an poſt; an Roma libera, vel ſub Imperatoribus; an ſecundo Chriſti Seculo, vel tertio; an Juſtiniano imperante, vel ævo ſequiori marmor inſculptum fuerit. Mihi tamen multoties hæc perpendenti, ac monumenta varii generis perluſtranti, incertiſſima viſa ſunt omnia, fallacibuſque regulis plena. Indubitatum primo eſt, ſcribendi uſum eo ævo accepiſſe Græcos, quod Obſcurum, ſeu Mythicum appellavimus: cum autem ſingula, quæ illa temporis periodo contigerunt, vel prorſus incomperta, vel ſexcentis fabulis intermixta diximus, atque involuta, quis de characterum ſuſceptione, ac de primæva eorum forma tam definite, atque aſſervanter eloqui poſſit? Nihil in hoc propoſito magis receptum, atque univerſim conſtitutum, quam Græcis Phœnicium Cadmum literas primo adtuliſſe: at anonymus Auctor præclaræ Diſſertationis in calce Palæographiæ (*a*) contendit optimis tabulis (quamvis adverſante Herodoto) ut oſtendat, longe ante Cadmum, nec Deucalionis tantum, ſed & Phoronei ævo ſcripturam Pelaſgis jam innotuiſſe. Jonicæ literæ tamquam Græcarum antiquiſſimæ prædicari ſolent; at Demoſthenes (*b*) legem jam tum veterrimam memorans, ſervatam uſque ad eam diem columnam dicit *Atticis exeſis literis exaratam*: ἡ στήλη ἔτι ϰ̀ νῦν ἕστηκεν ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς; & *Atticas literas* idem valuiſſe ac priſcas, Harpocration docet. Diffuſas prædictorum rei literariæ procerum commentationes ubi perlegeris, plurimoſque veterum Scriptorum allatos erudite locos ubi contuleris, nihil certi, nihil determinati elici in ea re poſſe fateberis. At quoſcumque tamdem nomine primævas Græcorum literas vocaremus, dummodo liceret, quanam fuerint figura, cognoſcere: qui vero liceat, cum ejus ætatis monumentum ſuperſit nullum? ad Phœnicias primitus acceſſiſſe veriſimillimum videtur; at quales antiquæ Phœniciæ fuerint, quis nobis ratum facit? Eas quidem recenſuit Scaliger, & exhibuit, poſtque ipſum alii; at unde eruerint, non monent. In Samaritanis numiſmatis paucæ literæ, & parum conſtantes: de eorum autem ævo quis nos certiores facit? Punica etiam adhibentur; at quis norit, a Phœnicia forma Pœnos ſcribendo non deflexiſſe? Jonicum & Atticum alphabetum viri docti pariter nobis depingunt, ac proferunt; quo autem teſte? quibus tabulis? nam eas literas nominant quidem Auctores veteres, ſed non deſcribunt; ſcripturamque Atticæ, vel Jonicæ nomen præſeferentem in vetuſtis monumentis extantibus oſtendet nemo. Mirum propterea non eſt, principes in hoc genere literarum viros perpetuo in

his diffidere. Scaligerum & Salmaſium, qui tripodum ab Herodoto (*c*) memoratorum ſcripturam fingere non dubitarunt, ac ſi vidiſſent; & ob oculos ponere, affirmat recens Auctor (*d*), *Attica potius, quam Cadmæa exhibuiſſe*: mihi quidem tam hoc incertum eſt, quam illud. Qui vero ætatem quoque horum alphabetorum definire voluerunt, inconcinna prorſus, & abſona tradiderunt: quid enim potuit nedum a veritate, ſed ab auctoritate omni magis alienum, quam Jonica elementa mille & quingentis ante Chriſtum annis, Attica quingentis incœpiſſe? Quod tamen Eduardus Bernardus docere non eſt veritus; etiamſi Salmaſius (*e*), quo in hac re nemo melius, Attici nomine primævum alphabetum XVI. literarum, Jonici vero completum intelligi, præclare jam oſtendiſſet. Quin nec quo tempore poſterius, hoc eſt XXIIII. literarum alphabetum adhiberi cœperit, indicare poſſibile eſt; loci enim veterum Scriptorum in hanc rem adducti non de completi tempore, atque e variis additionibus compacti loquuntur, ſed ab Athenienſibus demum recepti: neque hoc ipſum ſatis tute determinabimus; nam Peloponneſiaco bello æſtuante, integrum alphabetum a Calliſtrato Samio Athenienſes accepiſſe, tradidit Ephorus, relatu inediti ad Homerum Scholiaſtæ penes Spanhemium (*f*): Si tamen Euripidis Scholiis fidendum eſt, ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλείδου μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων τοῖς βραχέσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο. *Sub Archonte Athenis Euclide vocalibus longis nondum inventis, brevibus adhuc utebantur pro longis*: Euclide autem poſteriori, quem hic intelligunt, Archonte Peloponneſiacum bellum jam deſierat: imo quædam etiam Praxitelis opera Atticis literis titulum præſeferebant (*g*); quo conſtat, quinquaginta circiter poſt Euclidem annis novas literas nondum univerſim receptas. Ex adverſo multo ante quam bellum illud inciperet, completo alphabeto uſos jam eſſe Athenienſes, oſtendit Athenæus (*h*); qui Calliæ Athenienſis poetæ Sophocli anterioris *Tragœdiam Grammaticam* memorans, in ejus Prologo XXIIII. elementa ſingulatim recenſita narrat. Spanhemiano autem Scholiaſte, ut vocatur, *antiquiſſimo*, non multum videtur ex recitatis ibidem verbis tribuendum auctoritatis; eum enim ipſum Homeri locum perperam prorſus accipit. Res eſt a præſenti tractatione minime aliena. Agitur de fortibus, quibus decernendum erat, quiſnam e Græcis Ducibus ſingulari certamine cum Hectore laceſſente congrederetur, dimicaret: exiit Ajacis teſſera; quam cum præco aliis Ducibus primum oſtenderet, ii non agnoſcebant (*i*). Tum Scholiaſtes: οὐχ οἱ αὐτοὶ γὰρ ἦσαν περὶ Πάριν τοῖς Ἕλλησι χαρακτῆρες: *neque enim iidem erant Græcis characteres ante Paridem*: ſic vertit Spanhemius; reponen-

dum.

(*a*) Lib. V.
(*b*) Adv. Nær.
(*c*) Lib. V.
(*d*) Palæogr. pag. 574.
(*e*) Ad Inſcr. Her. Att.

(*f*) Diſſ. II. pag. 85. ad Phœniſſ.
(*g*) Pauſ. in Attic.
(*h*) Lib. X. cap. 20.
(*i*) Iliad. H. v. 175.

dum, *ætate Paridis*. Quid Paridi cum literis, non video : ſed lepidum profecto eſt, in literarum mutationem plura poſt ſecula ſubſecutam referre Scholiaſtem, quod Græci proceres ſcripturam non intelligerent illa ipſa hora, & ab iis ipſis, ut putabat, exaratam. Error iſte ab alio fluxit, quo credidit, Heroum teſſeras vel nomine, vel alio verbo quovis inſcriptas fuiſſe . credidit cum eo Spanhemius *certis literarum notis ſignatam* Ajacis teſſeram, quæ tamen ſignata quidem notis fuit, ſed non literarum. Poeta : οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος. *illi vero ſortem ſignarunt ſinguli* ; hoc eſt, γραμμαῖς τισιν *lineis quibuſdam* inciderunt, vel depinxerunt, ut Didymus explicat, qui ex eo quod teſſeras non inſcripſerint Heroes, ſed tantum ſignarint, literas non calluiſſe conjicit : ἐξ οὗ δηλοῖ, ὅτι οὐ γράμματα ᾔδεισαν οἱ ἥρωες. Cum ergo Duces alienum ſigillum, ſive notam cernerent, minime agnoſcentes, ad ſe non ſpectare affirmabant, uſque dum ventum eſt ad Ajacem, qui ſtatim Γνῶ δὲ κλήρου σῆμα ἰδών, *agnovit teſſeræ ſignum videns*.

Nunc quod ad rem noſtram magis facit, ex priſcis Inſcriptionibus, quæ ſuperſunt, oſtendere conabimur, decretorias haſce regulas, & de monumentorum ſeculo ex ſola ſcriptura ſententias in lubrico valde eſſe, & errori obnoxias. Receptum fere eſt apud Eruditos, Græcæ antiquæ ſcripturæ nullum extare documentum præſtantius celebratis illis Farneſianis columnis in veterrimarum literarum ſpecimen a ſummis viris eapropter adſumptis (*a*). In illis R. D. L. Latino aſpectu ; quo mire deceptus Auctor *Hiſtoriæ*, ſeu *Memoriarum* Academiæ Inſcriptionum Pariſienſis (*b*) Scaligerum immerito arguens, epigramma non Græcis, ſed Latinis, literis inſculptum pronunciat : magno quoque Salmaſio (*c*) *character magis Romanus, quam Atticus* viſus ; num cum Plinii locum de *iiſdem pene cum Latinis* interpretaretur numero tantum, poſterioribus octo nondum additis, minime vero forma : at Tacitus (*d*) : *Forma literis Latinis, qua veterrimis Græcorum*. Sigma quoque in his marmoribus ad Latinum quodammodo accedit, Ϛ ſic depingitur, exulant vocales longæ, H nonniſi pro ſpiritu, pro OY ſemper O, duplices non apparent ; brevi ſupremæ vetuſtatis indicia nulliſi fere plura . Hinc de eo ſcribendi genere Montfauconius (*e*) : *nullum iſtius ſcripturæ veſtigium reperitur*, *niſi in marmoribus ante Alexandrum M. poſitis*. Inſcriptio ad Herodem Atticum ſpectat, cujus vitam ſcripſit Philoſtratus, quive anno Chr. CXLIII. Romæ Conſul proceſſit. Hunc nodum ut ſolvant, ait Scaliger (*f*) non ſine admiratione, *in Italia adhuc veterum Jonicarum literarum* [Atticas probat Salmaſius (*g*)] *uſum fuiſſe* tunc temporis ; Montfauconius (*h*) vero Herodem, *virum doctum & antiquitatis amantem curaſſe, ut hac Inſcriptio in villa ſua Triopia erecta priſcas Jonicas literas referret* : elige, utrum mavis, nihil oppugno. Illud animadverto, ſiquis e literarum forma, & ſcripturæ modo hujus monumenti ætatem, ut fieri ſolet, decernat, quingentis ad minus annis aberraturum . Hoc documento nihil afferri poteſt ad id, quod ago, demonſtrandum præclarius ; rem tamen partite perſequamur. Principio multiplices literarum figuras collegere viri Docti, & ordinatim recenſuere. Falluntur tamen, qui ſpecies omnes in vetuſtis marmoribus viſas in iis tabellis repræſentari putant. ΓΝ, quas in Sherardiana paulo ante ſpectavimus, exhibuit nemo : nemo ↑ Ρ, quæ in Corcyrenſi Muſei noſtri : nemo ⊏, quæ paſſim apud Gualterium. Quis ꟾꟾ , Ω, Ξ, quæ in noſtris, & aliis multis ; quis Ϛ, quæ in marmore Ravennate, de quo alibi, & in Athletica Palatii Farneſiani ; quis Ψ, & ⊘ pro h, quæ apud Fabrettum (*i*), in his Alphabetis oſtendat? Plures prætermitto, quas exſcriptas ſervo . In Baudelotiana ſecunda pro Γ ſemper deſcribi Λ. Montfauconius affirmat (*k*) : apud *vetuſtiſſimos Græcorum* N ita duci conſueviſſe L, docet Priſcianus (*l*). Quis tamen de hac earum poteſtate in propoſitis tabellis admonuit? Viceverſa quædam in iis aliquando notæ figurantur, quas an in priſcis monumentis quiſpiam umquam ſpectaverit, valde ambigo . Poſt varias cujuſcumque elementi propoſitas formas, ad earumdem ætatem diſtinguendam proceditur ; quibus præceptis nolim nimis fidamus. Compendia illa literas implicantia, ſeu inventum conglutinantia, ſequioris ævi, ſunt, qui exiſtiment ; eas notas *non niſi illi ætati* (infimæ nimirum) *ſuetas* tradit Gualterius (*m*) : at optimi Seculi apud nos eſt marmor ea ſcriptione utens : ΗΜΗΤΗΡ, ἡ μήτηρ. Qui Reineſio (*n*) hanc inſcriptionem dedit, articulum perperam omiſit. Quænam ex his regulis magis tuta, & comprobata videri poſſit, quam infimo ævo lapidem adjudicandi, in quo non una, ſed plures minori forma literæ conſpiciantur ? attamen λ, μ, & ω hac ipſa facie ſpectantur in noſtro Licinii marmore, Romana tribu inſignito, & Iſtmicorum ludorum tempore elaborato. Apparet hinc, quantum ponderis habeat Sponii (*o*) argumentum, Nicomedem quemdam *circa Gallieni tempora* vixiſſe putantis *ob literas rotundas* C, Є, ω. in ejus epitaphio adhibitas. Ortum quidem τῶ C alii ab Imperii Romani initio, alii a Domitiano, alii ab Antoninis arceſſunt. Montfauconius (*p*) cautior tres has formas *primis Auguſtorum ſæculis* in Occidente primum conſpectas docet, in Oriente tardius admiſſas. Ex Oriente tamen advectum eſt memoratum ſupra Eutychidis marmor, in quo ſpectan-

(*a*) Gruter. pag. XXVII. I.
(*b*) Tom. III. pag. 305.
(*c*) Pag. 55.
(*d*) Annal. Lib. II.
(*e*) Palæograph. pag. 140.
(*f*) Ad Euſeb. pag. 110.
(*g*) Ad Inſcr. Her. Att.
(*h*) Pag. 141. in cit. Palæograph.

(*i*) Pag. 390. num. 249.
(*k*) Palæograph. pag. 237.
(*l*) De fig. numer. De num. literar.
(*m*) Pag. 80.
(*n*) Pag. 668. num. LVIII.
(*o*) Miſcell. pag. 132.
(*p*) Palæograph. pag. 173.

ſpectantur omnes, cujus vetuſtatem Atticus Populus nomini adjectus, & Lampadiferum certamen comprobant. Ex oppoſito plures remotiſſimis ſeculis adſignatas elementorum figurationes in ſequioris ævi lapidibus quandoque reperire eſt. Quid vetuſtius videatur quam ⊟ pro Θ, quæ Phœnicia, vel Samaritica credi poſſit? Ea tamen in Ticinenſi quinti a Chriſto ſeculi marmore viſitur, quod in Muſei noſtri *Appendice* proferemus. Hujus ipſius literæ occaſione, Montfauconius (*a*) *hæ quadræ literæ apud veteres ſummopere frequentabantur*; tum alio loco ex ejuſmodi indicio vetuſtatem conjicit (*b*), quod *formæ quadratæ in marmoribus remotiſſimæ antiquitatis non infrequenter occurrant*. In eodem tamen Ticinenſi lapide Leone IV. & Probiano Coſſ. inciſo, quatuor literæ quadrata forma comparent, atque inter eas □ pro O, quam in veterrimis Amyntæ Macedonis nummis viri docti animadverterunt. Chriſtianæ Veronenſis, quam primo Carotus edidit, fragmentum ſupereſt, in quo ſpectatur ꟷ etiamſi ſequiori ætate: quin, & Juſtiniano imperante, exarata Inſcriptio apud nos ſervatur, in qua ſigma ſemper hac facie eſt Ꮯ, & ꟿ ſemel pro Ω; quin & ꟼ pro P in alia oſtendam, quam proximi ævi judico. Neque enim, cum in lapidem incidimus temporis nota præditum, ſtatuendum nobis eſt, vel omnes iis temporibus eadem ſcriptura uti debuiſſe, vel non potuiſſe, & in valde diſſita ætate eodem modo ſcribi. In Baudelotianis ejuſdem Peloponneſiaci belli tempore inſculptis habemus e Montfauconio (*c*), *formas literarum in quibuſdam ſimiles, in quibuſdam diſſimiles eſſe*. R a Latina non diverſa, ut in iis effingitur, apparet, & in noſtro Etæmæ lapide ævi longe inferioris: Ξ, quæ in iiſdem, eſt in noſtris duobus mediocris vetuſtatis. L pro Λ. E pro H, Arithmeticæ in lævam notæ, monumentis ſpectantur longo intervallo ab ea periodo temporis ſejunctis, cui talis ſcriptio adſignatur: nimirum nummi, æra, marmora vetuſtatis veſtigia, veluti ſollemnes quaſdam formulas, diu retinuerunt.

At quod in hac re præſertim cavendum puto, ſcriptiones variæ, de quibus agitur, non ita ſegregatim concipiendæ ſunt, ac rerum genera numquam commixta. Quin hæc indicia numquam fere coeunt. Aſpiratæ poſt Palamedem uſitatæ prædicantur; duplices poſt Simonidem: at lapides videbis X adhibentes, non Φ, alios Θ non reliquis, alio Z, non Ψ, vel Ξ. Qui hæc argumenta nimis urgent, quomodo ſe expedient, cum in eodem marmore formas oſtendero, quas ipſi ſummam antiquitatem teſtari docent, alias, quas mediam? Siculam Inſcriptionem vulgabo in *Appendice* Muſei Veronenſis, quæ O ſic depicto ◇ conſtanter utitur loco τοῦ Ω, & C pro Σ ſæpe. Juxta traditos canones ſi primum reſpicis, ſcriptura Simonidem antecedit, qui plus quingentis ante Chriſtum annis Ω protulit; ſi ſecundum, poſt Domitianum, vel poſt Antoninum exarata eſt. Nec raro accidit, ut ejuſdem lapidis ſcripturam variam deprehendamus. Monumentum Epictetæ columna VIII. particulam Ꮖ (*aut*) quater continet: bis ita effingit H, bis autem ita EI. Baudelotiana prima pro ἐν τῷ primum ENTOI, deinde ENTO: C & Σ in eodem marmore obſervavi pluries. Unum addere, antequam tractationem hanc dimittam, ſubit. Characterum indicationem ad ætatem monumenti eruendam unice omnes pertraxerunt: at liquet mihi, locum ſæpe, quo elaboratum fuit, magis eam prodere, quam tempus. In Ancyranis tabulis Palæographiæ *pag.* 158. optime depictis, idem videas compendii genus. Patinus (*d*) ex ſingulari quarumdam literarum delineatione lapides ſuos *maxima antiquitate* præditos arbitrabatur. Verum conſiderare facillime poterat, maxime antiquas Græcas Inſcriptiones certe non eſſe, quæ Romana nomina præferrent: cumque e Smyrna allatæ fuiſſent, ſatius erat ſuſpicari, an inter ejus Inſulæ marmorarios ejuſmodi ſcriptio aliquando obtineret. Teſtes Venetiis appellare poſſum, cum Græcus lapis ad me afferretur, qui nunc in Muſeo ſpectatur, ſtatim ac eaſdem formas vidi ¥ΕΣΙ Smyrnenſem credi poſſe iis, qui aderant, me dixiſſe, quod ita eſſe, inquirendo deprehenſum eſt. Primam hanc τοῦ Ypſilon figuram *in vetuſtioribus marmoribus nonnumquam deprehendi*, docet Palæographia (*e*); ego tamen non in vetuſtioribus, ſed in Smyrnenſibus utique animadverti. O pro Ω, C pro Σ, ◇ pro O, ◈ pro Θ tamquam temporis notæ univerſim deſignantur: mihi Siculas Inſcriptiones ſæpius ſignificant. Obſervabis priores duas in nummis Soluntinis apud Parutam (*f*); rhomboicas in marmore Siculo adhuc inedito, de quo alibi, tertiam & quartam pluries apud Gualterium: ex his ipſis allatum a Sicilia pro certo habeo Aureliorum cippum, quem in Grimanorum cimeliis exſcriptum emittam.

Quo vero collimat oratio hæc tota, quidve ex animadverſionibus iſtis colligi velim? ſcripturæ ne indicium ad Græcarum Inſcriptionum ſinceritatem, vel fraudem detegendam nullum omnino eſſe, & literarum diſcuſſionem velut arti Criticæ inutilem a præſenti ſtudio ablegandam? Minime profecto; neque huc ſpectant, quæ ex multa lapidum perluſtratione, atque, ut ita dicam, contrectatione congeſſi. Cur conjecturam excludam, qua veteres quoque, etiamſi Criticæ minus deditos, video aliquando uſos eſſe? Panætius enim apud Plutarchum (*g*) ex alphabeto poſteriori, quo Ariſtidis inſcriptio in tripode expreſſa videbatur, eam non pertinere colligebat, ſed ad χρόνῳ πολλῷ νεώτερον *multo recentiorem*; ὡς ἐλέγχει τὰ γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην οὖσα γραμματικῆς, *ut literæ arguunt poſt Euclidem* (Archontem) *adhibitæ*: ubi tamen non literarum forma, ſed numerus,

(*a*) Palæograph. pag. 129.
(*b*) In Præfat. pag. IX.
(*c*) Palæograph. pag. 140.
(*d*) Pag. 231.
(*e*) Palæograph. pag. 162.
(*f*) Pag. 110.
(*g*) In Ariſtid.

rus, ſive poſteriorum adjectio deſignatur, ut & conſimiles ſolent veterum loci. Id tantummodo ſuadere mens fuit, atque evincere: primo quidem multa in hac re animadvertenda, quæ a ſummis viris horum ſtudiorum Dictatoribus nondum tradita fuerant, vel animadverſa; deinde ſcripturæ indicium numquam urgendum nimis, neque ad determinati cujuſdam temporis ſignificationem pertrahendum: tertio characterum ſculpturam docere aliquando de monumentorum vetuſtate, vel novitate, at non ſemper; inſunt enim quandoque manifeſta quædam inſignia, ſed ſæpe non inſunt: poſtremo numquam eo argumento ſolo judicium ferendum, ſed cum ceteris collato, aliiſque animadverſionibus omnibus ſimul adſumptis. Me autem eam quoque conſiderationem non aſpernari patebit ex ſequenti Inſcriptione, quam vulgare operæ pretium puto: epigramma ſcilicet tum ab elegantia, tum ab antiquis moribus minime abhorrens, ex ſcripturæ potiſſimum modo recenter inſculptum, mendacique vetuſtatis ſimulatione exaratum judico. Unde & quomodo habuerim, præmittam. Reſciſſum in medio a ſummo ad imum in præclaro Grimanorum Muſeo Venetiis exſcripſeram aliquando lapidem, rejectum ferme, & veluti mutilationis ſuo pudore quodam abditum, ac latentem, cum verſiculos nonniſi dimidiatos haberet. Poſt tres circiter annos cum in veſtibulo Bibliothecæ S. Marci præſtantiſſima cimelia luſtrarem, rimarerque, lapidis fruſtum animadverto occultatum poſt ſtatuæ baſim: ut extrahatur, facio, & dimidiate epigraphe inſculptum video. Cum in adverſaria referrem, vix ad verſum tertium perveneram, ſuccurrit mihi excepta olim illa, complementumque hujus eſſe, pro certo habui: ubi domum rediiſſem, ſimul contuli, integrumque epigramma non ſine gaudio percepi. Sepulcrale eſt mulieris in puerperio extinctæ, & dialogiſmo peragitur ut alia quædam in Anthologia:

Φράζε τινος γονέος, σέο οὔνομα, καὶ πόσιν αὐτῆς,
Καὶ χρόνον εἶπε γύναι, καὶ πολέως ὅθεν εἶ.
Νείκανδρος γενέτωρ πατρὶς Πάρος, οὔνομα δ' ἦν μοι
Σωκράτεια, φθιμένην Παρμένιων δ' ἔθετο
Σύλλεκτρος τύμβῳ με. χάριν δέ μοι ὤπασε τήνδε
Ἐνδείξω ζωᾶς μνῆμα καὶ ἐσσομένοις.
Καί με πικρὰν ὠδῖνα βρέφους ἀφύλακτος Ἐριννὺς
Αἱμορύτοιο νόσου τερπνὸν ἔλυσε βίον.
Οὐδ' ὑπ' ἐμαῖς ὠδῖσι τὸ νήπιον ἐς φάος ἦγον.
Ἀλλ' ὑπὸ γαστρὶ. φίλᾳ κεύθεται ἐν φθιμένοις.
Τρισσὰς ἐκ δικάδας δὲ πρὸς ἓξ ἐτέων χρόνον ἦλθον
Ἀνδρὶ λιποῦσα τέκνον ἀρσενόπαιδα γονὰν
Δισσὰ δὲ πατρὶ λιποῦσα καὶ ἱμερτῷ συνομεύνῳ
Αὐτὰ ὑπὸ τριτάτῳ τόνδε λέλογχα τόπον.
Ἀλλὰ σὺ παμβασίλεια θεὰ πολυώνυμε Κούρα
Τήνδ' ἄγ' ἐπ' εὐσεβέων χῶρον ἔχουσα χερός.
Τοῖς δὲ παρερχομένοισι θεὸς τ' εὐχὴν τινα δοίη
Εἰ πᾶσι χαίρειν Σωκρατείαν κατὰ γῆς.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΑΓΝΗΣ ΠΟΙΗΤΗΣ ΕΓΡΑΨΕΝ.

Dic mulier, quiſnam genitor? quod nomen? & ipſum
Conjugem, & ætatem; quave eſt in urbe ſata?
Nicander genitor, patria eſt Paros, & mihi nomen
Socratea: extinctam Parmenio tumulat
Me conſors; hujus monumenti munus ab illo eſt,
Quod decus æternum poſteritatis erit.
Me tenerum infantem pariture ſanguinolenti
Vis morbi dulcem hunc abſtulit atra diem.
Me vero languente, in lucem haud prodiit infans,
Urna infelici venter at ipſe fuit.
Sex ac ter denos vixi annos: maſcula proles
A me jucundo eſt pulcra relicta viro;
Duplex illa quidem, dilecto cara marito:
Tertia, quem cernis, cui dedit ipſa locum.
Aſt tu hanc Perſephone, vario quæ nomine culta es,
Excipe, eamque piis inſere, Diva, choris.
Tum Deus inſpiret votum iſtud prætereunti:
Sotratea omnino gaudeat, & valeat.

DIONYSIUS MAGNESIUS POETA SCRIPSIT.

Si quis lucubratum ab aliquo decimiquinti forte ſeculi literato viro ad antiqua epigrammata æmulanda ſuſpicaretur, ego quidem, quo refellerem, non haberem: in id tamen totus propendeo, ut antiquum credam, & in ms. quopiam codice, vel etiam in lapide ob vetuſtatem brevi interituro, ab eo inventum, qui, ut huic lapidi conſignaretur, curavit. Verum antiquam Inſcriptionem non appel-

appellamus, quæ antiquam lucubrationem continet; nam hoc modo Inſcriptiones in promptu eſſet innumeras parare, veterum Scriptorum monumenta lapidibus mandando; ſed quæ venuſto ævo, & vere ob occaſionem, quam indicat, inciſa fuit. Hujuſmodi autem noſtram hanc non eſſe, præcipue colligo e peſſima ſcribendi, cælandive ratione, diſtortis literis, implexis, peritoque oculo Gentilium tempora minime repræſentantibus, etiamſi earum figura ab iis ut plurimum, & quidem melioribus repetita ſit: quod argumentum tamen cum ceteris connecto; nam perſpectius adhuc novitatis indicium eſt, quod carmina a lineæ capite reſumantur, pentametris etiam inæqualiter adjectis; priſcum enim, & indubium lapidem carmina non junctim exhibentem unum tantum medii ævi me vidiſſe memini, nempe Iſaacii Ravennatem anterius memoratum, in quo tamen duo quavis linea verſus continuantur, quem uſum uſque ad decimumquartum ſeculum, & in MSS. Italicis conſpicimus. Accedit marmoris genus, in quo recentes alias quaſdam Venetiis inſpexi, & pro ſcripti quantitate tabulæ exilitas: accedit mirandum illud, nullam fere in tanta confractione literam periiſſe, quo indicium ſuboritur artificioſe, & ad vetuſtatis fidem aucupandam confractum lapidem antequam ſcriberetur. Adde menda; redundantem jotam in prima dictione, τύμβρῳ pro τύμβῳ, πικρὰν, pro πικρὰ, deinde φυη, δον verſu penultimo, tum illa nuſquam viſa ΔΕΗΝ, ΔΕΕΘΕΤΟ, pro δ' ἦν, δ' ἔθετο, ubi lapides perpetuo ΔΗΝ, ΔΕΘΕΤΟ. Denique quis umquam vidit, inſculptis carminibus Poetæ nomen adjungi? Improprie quoque verbum ἔγραψεν de Poetica lucubratione; vel in MS. additamentum iſtud a manu fuerat minus antiqua, vel incompertus hic Poeta ex Poetico prodiit ſculpturam jubentis commento. Apparet autem, vel recentes in hac lingua lapides non inutiliter exſcribi; epigramma ſiquidem ſatis elegans, atque, ut puto, veteris Poetæ, novitio huic marmori unice debemus.

CANON III.

Inſcriptionum verba, ac continentia examinanda.

Huc uſque ad veteres Inſcriptiones a novitiis diſcernendas animadverſiones ſuggeſſimus materiales, ut ita dicam, & ab oculari inſpectione petitas. Nunc de verbis ipſis, ac continentia examinanda diſſeramus; a vulgatis, communibuſque criticæ regulis abſtinentes, inque iis tantum immorantes, quæ ad monumenta hujus generis præcognoſcenda conducunt. Suppoſititios primum eos lapides ut plurimum monet, qui pro funebri, aut honoraria, aut hiſtorica, aut alius noti generis epigraphe, Græcum aliquod effatum nobis exhibent, ſive antiqui Scriptoris ſermonem, vel hemiſtichum, vel deciſæ orationis fruſta. Venetiis penes Nob. Vir. Joan. Bapt. Recanatum lapideam tabulam conſpexi, in qua ad normam Inſcriptionum veterum congeries illa definitionum Mulieris inſculpta eſt, quæ Secundo Philoſopho (de quo Philoſtratus in Sophiſtarum Vitis) communiter tribuitur. Ex Antonii Florilegio, quod *Meliſſam* nuncupavit, deſumptæ ſunt: diſcimus tamen ex commentitio hoc marmore, incerto patre eas quiſquilias prognatas eſſe; nam in eo ad Socratem referuntur; initium eſt: Σωκράτης ὁ σοφὸς ἐρωτηθεὶς τί ἐστι γυνή, εἶπεν. ἀνδρὸς ναυάγιον &c. *Sapiens ille Socrates interrogatus, quid eſt Mulier, dixit: Viri naufragium &c.* Recitantur etiam in *Opuſculis Mythologicis* a Thoma Gale collectis. Fabrettus (*a*) *ſub imagine Hermapollinis* ſequentem epigraphem legit, attulitque: Ἄλυπον ἔζης τὸν βίον χωρὶς γάμου. quod monoſtichum inter ſententias κατὰ στοιχεῖον variorum Poetarum ab Aldo cum Theognide, aliiſque anno MCDXCV. vulgatas recenſentur: ita vertit Stephanus in conſimili collectione: *Quæ vita calebs & moleſtiis caret.* Occurrunt ſæpe Hermæ iſti, ſeu capita quadrato, nec ſculpto lapidi impoſita: in eo autem, quæ poſſedit Fabrettus, a recenti manu Jambicum illud inciſum, valde credibile eſt. Sic antiqua in urnarum uſum vaſa videas, & capſulas anaglyphis exornatas, in quibus tabella illa media ad excipiendum defuncti nomen deſignata, vacua quandoque, & alba conſpicitur; ſive quod urnulæ numquam adhibitæ, & a marmorario nondum venditæ, ſive quod in contemptores inciderint memoriæ, & famæ. Quibuſdam autem hujuſmodi tabellis fuere, qui novitias epigraphes inderent: inter quas γνώμην computo, quam in Florentino Muſeo pulcherrimis ceteroquin literis vas ornatiſſimum præfert: Τῶν ἀγαθῶν ἡ μνήμη ἀειθαλής. *bonorum memoria ſemper floret.* In eadem urbe ad ornatiſſimum Marchionis Ricchardii atrium hæc lapidea tabella: ὁ πανσίλυπος οἶκος οὗτος ἐστὶν ἀσφαλὴς ἐστὶ δὲ καὶ σιγῆν ἀκίνδυνον γέρας. *dolorem ſedat hæc domus, firmiter eſt etiam ſilentium res tuta*: in qua nec quæ continet placent, nec forma τοῦ Α in Latinis hujus ſoli indigenis ſæpe adhibita. Marmorea tabula inter Veronenſes viſitur ſedentis feminæ ſtanti alteri manum porrigentis icone cælata; inclinati ævi opus, & ſculptoris imperiti, ut arbitror, ad Græcorum monumentorum exemplum elaborata: ridicule autem inſcribitur, primo deſuper ſic: ΗΚVΓΡΙΔ(Σ)ΗΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΣ, hoc eſt ἢ Κυπρίδος, ἢ Στρατονίκης, *aut Veneris, aut Stratonica*: quæ pars eſt Syneſii monoſtichi in Anthologiam ex ejuſdem Epiſtola ad Nicandrum perlati (*b*): ea ſic incipit. Τοὐπίγραμμα σου (l. μου) τὸ κλεινὸν (πῶς γὰρ οὐ κλεινόν, ὅπερ ὁ μέγας ἐπῄνεσε Νίκανδρος;) Τῆς χρυσῆς εἰκὼν ἢ Κύπριδος, ἢ Στρατονίκης, ἐπίστασαι πάντως, ὅτι ἐς τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν ἐποιήθη παρ' ἐμοῦ τότε. *Meum illud eximium epigramma [qui enim eximium non ſit, quod magnus Nicander laudavit?] Tam pulchræ mulieris imago aut Veneris eſt, aut Stratonica; omnino ſcias in ſororem meam tunc a me compoſitum eſſe.* Importunius adhuc eſt, & magis abs re, quod ſubter imagines, nempe:

ΤΟΝΝΟΥΔΙΔΑΣΚΟΝ

ΑΙΘΕΡΕΙΚΑΞΙΝΠΑΑΤ(Ω)

Le-

(*a*) Pag. 634.

(*b*) Lib. IV.

Legendum : τὸν νοῦν διδάσκων αἰθεριμβατεῖν Πλάτων, *mentem per æthera ſpatiari docens Plato*. Prior verſus eſt diſtichi ſub Platonis effigie in Antologiæ Lib. IV. relati. Αἰθεριμβατεῖν cum in bonam partem pro *in ſublime ferri*, tum in malam pro *inſanire* accipi poteſt. Ad irriſionem detorſit, qui primus id verbum cudit Ariſtophanes in Nobulis, ubi Strepſiadi quid ageret interpellanti reſpondet Socrates : Ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, *Aerem peragro, & Solem deſpecto*. Lapis in literis quater peccat, Στρατονικις, νῦ, διδασκων, Πλατον ; quod in Græcis legitimis non deprehenditur. Bocchius (*a*) in Symbolicis, Malvaſia (*b*) in Felſineis ex *aheneo ſigillo* Bononiæ, ut ajunt, invento Inſcriptionem recitant : Οἱ οἰκέται ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ τοῖς δεσπόταις, cujus ut fallacia conſtet, quidnam intercedat analogiæ inter Fortunæ ſimulacrum effictum in ſigillo, & Divi Petri Epiſtolam I. ſatis, ſuperque eſt conſiderare : verſiculus enim eſt XVIII. capitis II. *Servi ſubditi eſtote in omni timore Dominis &c.* Gruterus *pag.* MCXXXVII. e Pighio, ac Smetio epigraphen protulit, quam inter ſpurias reiicere ſatius fuerat, etiamſi ut ingenuam Fletvood (*c*) ſelegerit, ac iterum emiſerit. Commentitiam eſſe, & e nupero lapide acceptam, ſatis in aperto erit perpendentibus, non niſi cantilenam continere moralis documenti de ſapientia magnifacienda, divitiiſque aſpernandis, oratione inepta, involuta, inquinata.

Cavendum eſt ab epigrammatis notis jampridem, & præcipue in Anthologia recenſitis, quum lapidibus impreſſa ſpectantur. Apianus (*d*) diſtichum de Homero ab Heſiodo victo, tripodi olim inſcriptum recenſet, quo evincebat Varro, coævos fuiſſe, ut eſt apud Gellium (*e*). Urſatus & Sponius Diogenis epitaphium ΕΙΠΙΚΤΟΝ ex marmore arreptum ſuis collectionibus inſeruerunt, quod habetur Florilegii Libro III. *Antiquis marmoribus inciſum* Venetiis exſcripſiſſe ſe Sponius (*f*) opinabatur, & *ab antiquiſſimo iſto lapide* epigramma *in Anthologiam traductum* fuiſſe putavit Urſatus (*g*). Lapis autem in Muſeo noſtro jam oculis proſtat : & ex aſpectu ipſo ac figura tabulæ, ex ipſa characterum ſculptura, & ex carminum a lineæ capite reſumptorum diſtributione patentiſſime conſtat heſternum opus. Canem quidem ſupra lapidem effinxerant, ut Sponius monet ; ſed ad Diogenis tumulum prope Corinthum olim conſtitutum perfecte repræſentandum teres inſuper cippus elaborandus erat. Laertius (*h*) ἐπέστησαν τε αὐτῷ Κίονα, καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα. *erexerunt ſuper illius tumulum Columnam, & canem deſuper ex lapide Pario*. Idem Sponius in Itinerario (*i*) exceptum ex marmore Hexaſtichum affert, inter Theocriti epigrammata jamdudum editum, quod cum Anacreontis imagini ſuppoſitum fuiſſe appareat, lapideæ tabellæ a Sponio, ut accepi, vix parum quadrabat. Quin locus ipſe, quo utramque Inſcriptionem vidit, mihi pro novitatis teſtimonio eſt ; nimirum *ad piſcinam S. Moyſis in domo quæ erat Erizzorum* ; nam eam domum Græcis lapidibus recenter ſcriptis refertam fuiſſe, iterata experientia didici, cum quinas ejuſmodi farinæ illinc egreſſas deprehenderim : quarum duæ epigrammata continent ex Anthologiæ Lib. IV. ſub Herculis effigie collocanda, viſunturque modo in Recanatorum ædibus. Alterum ex his cum inter Inſcriptiones ſuas Sponius (*k*) exhiberet, admonuit, ex marmoribus *plura olim in libros tranſcripta* : marmori autem, quod exſcribebat, ea minime laus congruebat ; quamvis enim ſine interſtitiis, priſciſque aliquot literarum formis exaratum ſit, ſicut ibidem alia bina ; aliquanto tamen in re antiquaria exercitatis novitia ſculptura, & ſingulorum ab eadem manu, ex ipſa inſpectione ſtatim elucet. Gruteriana etiam quædam ſub judice revocari poſſent, quamvis judicium tuto ferri nequeat, præcipue marmore nec inſpecto. Quæ *pag.* CCCCIX. adducuntur, non intelligo, quomodo *Terminis* eſſent duobus inſcripta, quorum alteri *Menandri caput impoſitum*, cum epigrammata tria ſint, & in Homerum ſingula (*l*). Primum ex iis Antipatri eſt, poſtremo immutato verſu, ut de ſepulcrali encomiaſticum effingerent, & iconi aptandum. Diſtichum illud *pag* MXXXIX. Ἑρμῆν τὸν κλέπτην τίς ὑφείλετο; &c. *Mercurium furem quis furatus eſt &c.* lapidi antiquitus creditum, nulla quidem ratio ſuadebit umquam.

Genus aliud Inſcriptionum eſt, in quo fucus facillime nobis fieri poteſt, nimirum cum nomina ſub antiquis iconibus legimus Multas quidem ex his ſubſcriptionibus genuinas eſſe, inficietur nemo ; at multas etiam a recenti manu tum marmoribus, tum monumentis varii generis deprehendiſſe mihi viſus ſum, eo difficiliores cognitu, quo in antiquo ſolo ædificantur. In porticu regiæ Aulæ M. Etruriæ Ducis Hercules ſtat marmoreus ingenti mole, arte mira, quo viſo *exclamaſſet* Statius (*m*),

> . . . . *hoc pectore preſſus*
> *Vaſtator Nemees, hæc exitiale ferebant*
> *Robur, & Argoos frangebant brachia remos.*

Fulcimento, in quod incumbit, inciſum legitur :

ΛΥΣΙΠΠΟΥ · ΕΡΓΟΝ · *Opus Lyſippi* :

quam epigraphen minime vetuſtam eſſe, pro certo habeo, etiamſi antequam Florentiam adveheretur, imo antequam venditum a repertore, ſimulatum, adjectam fuiſſe, conſtet a Flaminio Vacca

(*a*) Bocch. pag. 136.
(*b*) Malv. pag. 48.
(*c*) Pag. 262.
(*d*) Pag. 495.
(*e*) Lib. III. cap. II.
(*f*) Miſcell. pag. 125.
(*g*) Mon. Pat. pag. 128.
(*h*) In Dioge.
(*i*) Tom. III. pag. 64.
(*k*) Miſcell. pag. 51.
(*l*) Anthol. Lib. III.
(*m*) Silv. Lib. IV.

Vacca (*a*) : Ipſa primum officit nominis celebritas, literæ parum cavatæ, verba puncto diſtincta, & etiam ad extremitates incluſa, quod novitatem ſæpe & in Latinis olere, ſuo loco obſervabimus. Formula non ab antiquo uſu : Γλύκων Ἀθηναῖος ἐποίει, *Glycon Athenienſis faciebat*, præfert Farneſius ille Hercules ſpectatiſſimus, a quo Mediceus cum poſitu, tum operis præſtantia parum diſtat : ἐποίει, non ἔργον aliæ multæ. Denique Lyſippum ſtatuarium, non ſculptorem fuiſſe conſtat, hoc eſt, non inter eos claruiſſe,

Qui facerent docta mollia ſaxa manu (*b*),

ſed qui ex metallo ſimulacra ducerent, effingerentque *ſpirantia mollius æra* (*c*). Tot pene teſtimonia producere poſſem, quot veterum loci ſunt, in quibus memoratur Lyſippus. Ter in Anthologia πλάστης Σικυώνιος, *plaſtes*, ſeu *fictor Sicyonius* appellatur. Edixerat Alexander, *ne quis ipſum alius, quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles ſculperet, quam Lyſippus ex ære duceret* (*d*): Ænea Lyſippi ſimulacra pluries recenſet Pauſanias. Herculem triſti ac ſollicito aſpectu ut exprimeret, (*e*) χαλκῷ δ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην, *æri dolorem miſcuit* : equus ab ipſo mire elaboratus laudabatur χαλκοδαιδάλῳ τέχνῃ *ob artem æridoctam* (*f*). Hinc patet ſpuriarum ergaſtulo & Reineſianam illam damnandam, quam a Piccarto acceperat (*g*) : Σέλευκος Βασιλεὺς Λύσιππος ἐπόιει, *Seleucus Rex. Liſippus faciebat*. Vice verſa Malvaſia (*h*), & Bocchius (*i*) e ſculptore cælatorem faciunt, cum æreum ſigillum an. MDXLVIII. repertum tradunt Fortunæ imagine, & hac inſcriptione : ΒΟΥΠΑΛΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΣ ΤΥΧΗΣ ΠΡΩΤΟΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ. Bupalum e Mala ſculptore oriundum, & in eadem ſcientia clariſſimum memorat Plinius (*k*), at verba ipſa ſimulatæ Inſcriptionis e Pauſania (*l*) decerpta, ac detruncata ſunt. Βούπαλος Σμυρναίοις ἄγαλμα ἐργαζόμενος Τύχης, πρῶτος ἐποίησεν, ὧν ἴσμεν, πόλον τε ἔχουσαν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. *Bupalus .... Fortunæ ſimulacrum Smyrneis faciem, primus (eorum quos novimus) illam finxit habentem ſupra caput Polum*. Celeberrimæ Veneri Mediceæ ſubſcriptum eſt :

ΚΛΕΟΜΕΝΗΣ ⅁ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΩΕΣΕΝ

Cleomenes Apollodori filius Athenienſis fecit. Sed Græcum, priſcumque morem non referunt ſeparatio illa verborum, O pro Θ, ἐπώησεν pro ἐπόιησεν. una eſt apud Sponium (*m*), quæ cum ob verba, tum ob locum, ubi ſervabatur, credi poſſit hanc peperiſſe; poſteriori certe manu additam, cum marmor ipſum, quo reſidet, addititium ſit; anguſtum enim, cui ſimulacrum innitebatur, ſolum ad majorem ſoliditatem marmoris faſcia agglutinata dilatatum eſt. Nec artificum tanta nomina, ſed & eorum, qui repræſentantur, imponere nobis poſſunt : imo hoc illud eſt Inſcriptionum genus, quod & antiquitus fallebat quandoque, ſive ex ignorantia inſcribentium, quo nomine ridet Cicero (*n*) Metelli ἀνιστορησίαν, cum in turma inauratarum equeſtrium, quas ille in Capitolio ob avos ſuos honorandos poſuerat, *Serapionis ſubſcriptione Africani imaginem* animadvertiſſet; ſive quod, *dum familia ad ſe quaque famam rerum geſtarum, honorumque traheret*, dignitatum præcipue nomina domeſticis imaginibus falſo adjicerentur, ut Livius (*lib.* 4. *&* 8.) ac Plinius Meſſalarum occaſione monent.

Contingebat etiam aliquando, quod & modo ſæpius occurrit, ut unius iconi alterius nomen poſteriori manu ſubjiceretur : memorat enim Pauſanias (*o*) Oreſtis ſtatuam in Euboea, quæ Auguſti nomine tunc apparebat inſcripta; & Miltiadis, ac Themiſtoclis priori abolita epigraphe aliis adtributas (*p*). Hujus generis qui a Græcæ antiquitatis naufragio marmorei tituli enatarunt, Philoſophorum, Poetarum, illuſtrium virorum nomina capitibus, vel protomis ſubſcripta exhibere ſolent : plures autem addititios, & a recenti manu reperiri opinor. Quadratis quidem quibuſdam literis depingi ſolent, ſed id ipſum quandoque ſuſpicionem iniicit. Ejuſmodi Scaliger in Euſebium, Menagius in Laertio Eſchinis, Iſocratis, Heracliti imagines & nomina, ut apud M. Etruriæ Ducem extantia, proferunt, quorum modo Florentiæ notitia nulla : occurrit ſolummodo in Muſeo ΣΟΛΩΝΟΝΟΜΟΘΕΤΗΣ, *Solon Legiſlator*, de cujus fide multum ambigitur. Plura id genus Sponius (*q*); inter quæ fruſtra anceps fluctuat, an ΠΥΘΟΔΩΡΙΣ *Orator, Poeta, vel Dux* fuerit, cum feminam nomen teſtetur : contra ΑΥΣΙΣ maſculis aptari ſolet (*r*): forte in ſubſequenti verbo ΜΙΛΗΣΙΑ peccatum eſt, ſicut infra in πελοποννήσιος (*s*), ut ſuppletur, patriam ſiquidem *generico nomine* ſic indigitari nuſquam vidi. Illa apud eumdem mihi ſuſpecta, Μαξίμῳ Τιάνῳ φιλοσόφῳ (*t*) : honorariæ enim hujuſmodi tertio caſu apud Latinos, ſed apud Græcos quarto enunciantur, & Τιάνῳ &c. Omnium autem in hoc genere celeberrima Gruteriana (*u*) eſt ab Urſino accepta, in qua ſub Menandri effigie non nomen tantum, ut mos eſt, ſed Athenienſis Archon, ſub quo natus, illeque, ſub quo deceſſit, annuſque regni Ptolemæi Lagidæ inſcribuntur. *Luculentum ſane monumentum*, ut jure merito appellat Scaliger (*x*) : multa de iſto illuſtratores Gruteri : mihi vero quid de hujus tituli fide ſtatuam,

(*a*) Diar. Ital. pag. 180.
(*b*) Ovid. Faſt. III.
(*c*) Virg. Aen. 6.
(*d*) Plin. Lib. VII. cap. 37.
(*e*) Anthol. Lib. IV.
(*f*) Ibidem.
(*g*) Pag. 327.
(*h*) Pag. 48.
(*i*) Pag. 136.
(*k*) Lib. XVI. cap. 5.
(*l*) In Meſſen.

(*m*) Miſcell. pag. 124.
(*n*) Ad Attic. Lib. VI. I.
(*o*) Corinth. cap. XVII.
(*p*) In Attic.
(*q*) Miſcellan. pag. 137.
(*r*) Pag. 138.
(*s*) Pag. 38.
(*t*) Pag. 127.
(*u*) Gruter. pag. CMXVIII. & MXXVII.
(*x*) Ad Euſeb. pag. 131. Corrig. pag. 349.

tuam, non liquet: in quolibet enim fere Antiquitatum genere præter genuinas, & commentitias, dubias etiam, & de quibus aſſeveranter judicium ferri nequeat, reperio. Quo minus reiiciam, Inſcriptionis continentia facit, ad quam concinnandam homo aliquanto doctior requirebatur; ipſæ illæ iteratæ Chronologicæ notæ cauſæ ſunt, cujuſmodi in antiquo alio documento nemo deprehenderit. Menandri ſepulcrum, & in Theatro ſimulacrum memorat Pauſanias (*a*) inſueto titulo nullo. Novum etiam videri poſſit Athenienſis Poetæ mortem Ægyptii Regis anno conſignari. Nodum Chronologicum magnam partem, verbo ΜΗΝΩΝ addito, vel ſubſtituto, reſciſſum non attingo, marmore minime inſpecto, quod valde miror, docto eo ſeculo Romam non accerſitum, & in Muſeo quopiam beatiore dedicatum. Suſpicionem auget inconſtantia, cum Gruterus a ſe ipſo, & Urſini aliena fide exhibentis editio ab ejuſmodi ſchedis Gudio viſis diſſentiant.

Verum inter commentitias audacter reputa, quæ inepte nugantur, quæ inſueta prorſus proferunt, vel mirabilia quam maxime vel hiſtoriæ fidei, ac temporibus repugnantia, novis formulis, occaſione inaudita, ſtilo in his minime uſitato, verbis nuſquam receptis, neceſſariis omiſſis, incongruis intruſis. Agmen inter has ducat prolixa, quæ apud Bandurium (*b*) in *Imperio Orientali*, tamquam Conſtantini M. ſepulcro indita legitur, vulgari pene dialecto. Æneum, ſed ab officina minime veteri, candelabrum inter Medicea cimelia quatuor præfert epigraphes, quarum prima: ΜΑΓΡΙΠΠΑ. ΟΤΠΑΤΟϹΤΡΙ ΤΟΝΚΟΙΝΟΝΜΑΚΕ ΔΟΝΟϹ. *M. Agrippa Conſul III. Commune Macedoniæ*: oſtendit illud mihi in commentorum exemplum ejuſdem gazæ cuſtos, & Antiquarius optimus Sebaſtianus de Blanchis. Ferrariæ apud Cl. V. Hier. Baruffaldium marmoreum anaglyphum vidi his literis, etiamſi partim abraſis, ΤΩΤΗΣΙΠΠΟΔΑΜΙΑΣ ΔΑΚΡΤωΔΑΙΜΟΝΙ. *Hippodamiæ Genio flebili*: is lapis, quem multi veterem crediderint, jocus eſt de joco: figuræ ſcilicet, mutatione minima, e ficta Apiani lamina, *pag.* 385. ab eo prolata, exemplatæ ſunt nugatorio titulo adjecto. Æque inſula, quæ in *Antiquitatum Veronenſium* Auctario intruſa eſt (*c*). Nihilo fere melior Gruteriana (*d*) e Pighio, & Smetio, quam Fleetvood (*e*) iteravit. Narrat Reineſius *pag.* 819. *Venetiis in Gazophylacio cujuſdam Senatoris ſervari ſepulcrum Ariſtotelis e Pario marmore*: mirum profecto cimelium. Sed qui epigraphen vidit, Κάλλιςον Τῶν Φιλοσόφων, *præſtantiſſimum philoſophorum* appellans, non conſideravit, maximis iis præconiis Ariſtotelem antiquitus perraro donatum fuiſſe, ceteriſque philoſophis inferiori tantum & barbaro ævo perlatum. Apianus *pag.* 511. tamquam in Alexandriæ columna: Δημοκράτης Περικλύτου Αρχιτεκτός (ſic) με ὄρθωσε δὶ Ἀλεξάνδρε Μακεδόνος (*f*). *Democrates Periclyti F. me erexit propter Alexandrum Macedonem*: quam recitaſſe redarguiſſe eſt. Ejiciendæ item ſunt quædam Gruterianæ e Busbequio arreptæ, ac præcipue *pag.* MLXXIII. propoſitæ. In eadem hac Inſcriptionum claſſe reponas velim Chyndonactis illam, Gallis literatis, Caſaubono inter alios, olim plaudentibus exceptam (*g*), quamve peritiſſimus harum rerum *Salmaſius*, *omni exceptione major*, *& quidem oculatus non ſemel teſtis veluti ſinceram*, *ac legitimam ſuis in Epictetum*, *& Simplicium notis laudavit*, ut docet Salmaſii Vita in Palæographia relata. *Commentum nobile* Montfauconius (*h*) demum agnovit, & ab ipſo celebratore Guenebaldo elaboratum putat. Rem patefacere poterat vel ipſa Inſcriptionis peregrina facies, cum non in cippo, vel lapidea tabula, ſed *in ima ſuperficie* ſculpta diceretur; in exteriori vero hæ tantum literæ: XV. pro Χωδόναξ inuſitato & erroneo compendio.

Nuperis documentis monitum addendum perquam opportunum. Ubi de Græcis Inſcriptionibus in unum tamdem cogendis verba fecimus, de ordine ac methodo, qua diſponi, & ſecerni poſſent, diſſeruimus, horum monumentorum diverſa velut genera, claſſeſque varias indicavimus, quas ita ſejunctas inſpicere ad ſanum etiam judicium in his rebus proferendum, fraudeſque præcavendas multum conferret: quædam enim ſunt veluti formulæ, ac ſolemnia verba, quæ tum in Votivis, tum in Honorificis, tum in Legalibus, tum in Funerariis recurrunt identidem, præcipuumque fallaciæ argumentum eſt, cum quæ uni competunt Inſcriptionum generi, recitantur in altero. Exempla quædam animadverti poſſunt in nitidis præſertim Boiſſardi libris, a quibus magnopere cavendum nobis eſt, ubi de Græcis Inſcriptionibus rem agunt. *Tom.* III. Lyciorum oblatio, ſeu χαριςήριον ponitur, quod Gutentenius, Gruterus (*i*), Scaliger, Sirmondus, Gudius probant. Verumtamen Latine & Græce loqui dicitur, quod in genuinis ejus generis non obſervatur: Latina verba vix ad ſignificationem aliquam perduci poſſunt: donaria Διὶ Καπιτωλίῳ καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ρωμαίων. *Jovi Capitolino*, *& Populo Romano* ſimul dedicari non audivimus: cum vero τὴν Ῥώμην *Dea Roma* ſtatua dedicetur, ridicula eſt, & votivæ Inſcriptioni omnino incongrua ea formula ἀρετῆς ἕνεκεν &c., quæ Honorificarum ſollemnis eſt, & ſub iconibus hominum perſcribi ſolet. Sub ſtatua viri togati hanc epigraphen inveniſſe, idem Auctor (*k*) aſſerit: ΚΑΛΩϹ ΤΕΛΩΝΗϹΑΝΤΙΑΝ. At Suetonii (*l*) de T. Flavio Sabino locus, e quo eam effinxit, *manebantque imagines a civitatibus ei poſita ſub hoc titulo* καλῶς τελωνήσαντι non adjicit Ἀνδριαν, quæ loquutio huic Inſcriptionum generi minime quadrat. *Tom.* III. *pag.* 60. Gr. MXXIV. Ἀρχὶ

(*a*) In Attic.
(*b*) Tom. I.
(*c*) Pag. 234.
(*d*) Gruter. pag. MCXXXVII.
(*e*) Fleetv. pag. 262.
(*f*) Gruter. pag. CLXXXVI. & MXX.

(*g*) Gruter. pag. MCLIX.
(*h*) In Præf. pag. 10.
(*i*) V. Gruter. pag. MIX.
(*k*) Tom. III. pag. 51. Gruter. CCXXXIX.
(*l*) In Veſpaſian.

Ἀρχίλαος, qui monumentum ponit, nec patris nomen profitetur, nec quid ſibi cognationis, aut affectionis cum Demetrio intercederet, contra ac fieri ſoleat. *Tom.* IV. *pag.* 116. Gr. LIX. 1. Veneris attributa, nec alibi viſa, nec recte prolata: Σωτῖρι pro Σωτείρᾳ, Εὐέργέτῃ pro Εὐεργέτιδι. *Tom. eod. pag.* 58. Gr. DLVIII. 8. Προύσιον τῦ τῶν Κόσσων ὕπαρχ... ϛρατηγικὸς ἐπάρχ.... Quiſnam Pruſias iſte Præfectus Romano nomine nullo, & ἀπάτωρ? in quibuſvis ſiquidem titulis nominum uſus & modus attendendus eſt. Quiſnam Coſſi iſti? e Coſſa, vel Coſa Etruriæ civitate? nimium nobis propinqui: e regione Medis, & Parthis contermina? nimium remoti, ut Græce loquerentur; Coſſæi etiam, non Coſſi: Strabo (*a*) Κοσσαίων λῃστρικῶν ἀνθρώπων, *Coſſæorum latrociniis agentium*. Eodem tomo *pag.* 63. Gr. XLVIII. 6. Ηρακλῆ τῶ Μουσαγέτῃ Μνήφιλος. novum hunc & fictitium Herculem Muſarum Ducem, [quo titulo Apollinem tantum memorant Strabo (*b*), & Pauſanias (*c*)] nova etiam forma cudit, dicantis nudo, atque unico nomine ſine patris additione prolato, quod Boiſſardo ſollemne fere eſt. Γλύκων & Ἡμέρα exhibet in alia, *Tom.* III. *pag.* 126. Gr. XCVIII 6. quam in honorem Deorum Manium fabricavit, anaglyphis adjectis, quæ nihil prorſus ad rem, & Latina dictione EX VOTO importune ſociata: inconditum nomen ſimili modo *Tom.* VI. *pag.* 103. Gruter. MXXXV.

Duo vero eadem officina inter ſpecioſiora votiva marmora computari ſolent (*d*), & in poſtrema Gruteri editione (*e*) nitent quam maxime, quibus nihilominus inter Poetica figmenta ſedes eſt adſignanda. Mendacium cælatarum imaginum alibi pateſeci: quidnam ſolidi habere poſſint epigrammata in fallaci ſolo ædificata? utriuſque initium ſummæ tabulæ appingitur, & a reliquo contextu ſeparatur, quæ diſtractio in antiquis hujus generis Inſcriptionibus non ſolet occurrere: harum altera Θεοῖς ἀδέλφοις συνθρόνοις τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Θεοῖς, *Diis fratribus eodem ac Ægyptii Dei throno ſedentibus* ſacratur, quam cognationem, ſediſque, ſive Templi communicationem nemo audierat umquam, nec quid intercedat neceſſitudinis inter Tyndaridos & Ægyptum, levi negotio quiſquam prodiderit. Sarapis, Iſis, Anubis, Harpocrates conjunguntur quidem in Muſei noſtri marmore, cum Dii eſſent σωτῆρες, ſed Caſtor & Pollux in eum chorum numquam admiſſi. Deos etiam συμβώμους invenias, συνθρόνους haud ſcio. Altera in Priapi gratiam conflata magnificentior eſt, a Fleetvood (*f*) quoque ſelecta, laudata a Cupero (*g*), a Vandalio (*h*) iterata: Τρύφων Τρύφων Ἰθυφάλλῳ Κορυνηφόρῳ Κηποφύλακι Κλεπτομάστιγι εὐεργεσίας, & εὐνοίας χάριν Λαμψακηνῶν Κοινωνία. *Tryphon Tithyphallo clavam gerenti, hortorum cuſtodi, furum flagello, ob beneficentiam & benignitatem Commune Lampſacenorum*. Formulam vides εὐεργεσίας χάριν (deformata etiam dictione) Honorificis titulis, & in beneficii alicujus viri memoriam ſignari ſolitam, minime vero ubi Numinibus donaria ſacrantur. Commentum etiam produnt Poeticæ, argutæque dictiones illæ, & conficta nomina, quæ publico Voto, ubi ſerio agitur, non conveniunt. Ὀρθάνης, Κονίσαλος, Τύχων nuncupari aptius poterat; Atticorum Deorum Priapo ſimilium appellationes, ut docet Strabo (*i*). Nomen *Trypho* cum ceteris non connectitur, nec quo referatur, apparet: εὐνοία, conſecratum a Septuaginta Interpretibus vocabulum, quid huc faciat, non video: Λαμψακηνῶν: κοινωνία pro Republica nemo viderat, ſed τὸ κοινὸν, pro Republica excepit quidem & Reineſius (*k*); ſed hanc tantum Inſcriptionem, cui miſere fidet, ad hanc illius verbi ſignificationem firmandam laudavit. In ea vero, quam præ manibus tum habebat, κοινωνίας mutat in κοινὸν Ἀσίας: ſcribitur ibi; πρῶτος ἀνθρώπων κοινωνίας ἐν Περγάμῳ. vertendum potius, *Primus ſodalitatis hominum, quæ Pergami eſt*, quam *Commune Pergami virorum*, ut ibi. Non inficior tamen, dictionem illam nec mihi heic probari. A Priapo Ἰθυφάλλῳ. & Κορυνηφόρῳ ſejungas nolim Herculem Θαλλοφόρῳ. & ἱερῷ, & Εὐάκοῳ, quem Gruterus (*l*) protulit Smetii fide; cognatum numen, ut arbitror, & σύμβωμον, atque ab eodem cœlo deductum. Ubinam terrarum Εὐάκοος hic eſt auditus? quinam Dei novus titulus *Herculi Sacro*? Sed & enuntiandi modus Εὐχὴ Ἡρακλῆ omnino inſuetus; nec ſyntaxim conſtituunt εὐχὴ, & ἀνέθηκεν. Lemnius (patriam magis ſonat, quam nomen) *libertus* nec prænomen patroni aſſumit, nec familiam profitetur: cur vero Græce & Latine hoc epigramma ſculpſiſſent, nulla apparet ratio? Nulla ſimiliter, cur Græca & Latina miſcuiſſent in Smetiano ſomnio (*m*) ΑΠΙΠΑΤΡΙΟΙ ΕΧ ORACVLO. Reineſiana nunc ſuccurrit Inſcriptio (*n*): Θεᾶι Μαγαρσίδι Τι. Γένλιος ἀνέθηκεν. quam ob ænigmatice dictam, & perperam inflexam... Tzetzis (*o*) Μαγαρσίαν Ἀθηνᾶν repudiemus oportet, tum ob accuſandi caſum, quo laudati homines lapidibus conſignari ſolent, verbo *honorat* tacite intellecto, non autem Dii, quibus vota exhibeantur.

Opus modo indicabo docti quidem, & minime contemnendi Scriptoris, in quo cum plura afferantur monumenta Græca, pauciſſima ſunt, quæ ſuſpicione vacent. Jul. Cæſ. Capacii Neapolitana Hiſtoria ea eſt. Cum eruditis viris, ſtudiiſque omnibus floruerit ſemper Urbs illa Regalis, fuit, puto, ſuperiori ævo, qui ſive Græci ſtyli exercendi cauſa, ſive ad Antiquarios tentandos, atque experiendos, ſive alia quapiam ratione inductus eas Inſcriptiones compoſuit, quas deinde Capacius cum Summontio, imo cum eruditorum choro amplecti non dubitavit. Illas

(*a*) Lib. XI.
(*b*) Lib. X.
(*c*) In Attic.
(*d*) Tom. IV. 68. Tom. VI. 36.
(*e*) Grut. XCV. 5. & MLXXIII.
(*f*) Fleetvood. pag. 48.
(*g*) Cuperus Hom. Ap. pag. 299.
(*h*) Vandalius pag. 496.
(*i*) Lib. XIII.
(*k*) Pag. 368.
(*l*) Pag. XLIX. n. 2.
(*m*) Gruter. pag. XXI. n. 12.
(*n*) Rein. pag. 166. n. CXXIX.
(*o*) Ad Lycophr. v. 442.

Illas primum memorabo, quas Gruterus antea vulgaverat. Duo videas Senatus Conſulta *pag.* CDXXVIII. n. II. & MXXVII. n. 5. Ad hæc id primum noto, quod generatim, & contra ſingulas dictum velim. Neapolis Græca civitas a primordiis ſuis proculdubio fuit, & Græca lingua remotiſſimis ſeculis uſam eſſe, non eſt cur controvertatur. At id ne perſuaderi patiamur nobis, ſub Romanis Imperatoribus, & aliquot etiam a Chriſto ſeculis, Græcam linguam Neapoli popularem adhuc fuiſſe? ego quidem ægre crediderim, imo nullo pacto crediderim. Vetuſtiſſimo ævo Campani in eam urbem recepti ſunt, qui Græce non loquebantur, & Neapolitanam dialectum transformare jam inceperunt, Strabone teſte (*a*). Anno ab Urbe condita CDXXIX. Neapolim victores gentium Romanos jam ingreſſos, ſcimus: fœderatam deinde civitatem a Livio novimus: Annibale ingruente, tenebat Romanus Præfectus: Romanorum Coloniam, & Municipium lapides, & Scriptores probant: tam frequentatam Romanis, ut jure merito Capacius (*b*), *Romanorum fere domicilium eam urbem fuiſſe*, dixerit: qui ergo credi poſſit Latio inſuper fere conterminam Latinæ linguæ, priſtina obliterata, multo ante Redemptoris adventum omnino non adhæſiſſe? Ita eveniſſe, eximiæ demonſtrant, maximo quidem numero, priſcæ Neapolitanæ Inſcriptiones Latina lingua, & Romano more, ut in reliqua Italia, conceptæ; inter quas cur decem, aut quindecim Græce proferri debuiſſent, profecto non video. *Ordinem*, *Populumque Neapolitanum*, *Duumviros*, *Decuriones* in antiquis, & indubitatis lapidibus cernimus; valeant ergo Archontes, Phrontiſtæ, Diætetæ, Chalcologi; valeant Tribules Artemiſii, Ariſtæi, Oeneonæi, Eumelidæ, quos Reineſius quoque & Vandalius celebrant, nedum admittunt. Græcos eodem tempore, Latinoſque Magiſtratus eam civitatem aliquando habuiſſe, ut Capacius (*c*) putat, quis ſibi perſuadeat? Idem prorſus de Puteolis dicendum, unde tot pariter habemus Latina epigrammata: Græca ſcilicet & illa civitas ab origine, ſed Romanorum colonia jam a medio Urbis ſeculo ſexto illuc deducta, adeo Græcitatis oblita eſt, ut Græcum quoque nomen *Dicæarchiam* abjiceret, & ævo Annibalis latinum aſſumeret, ut memorat Strabo (*d*). Nihil tamen magis hanc ſententiam firmat, quam illud ipſum, quod ad eam proſtrandam affertur: Varronis (*e*) primum locus; *fratres Arvales dicti ſunt, quia Fratria dixerunt: Fratria eſt Græcum vocabulum partis hominum, ut Neapoli etiam nunc*: deinde Strabonis; πλεῖστα δ' ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε, καὶ ἐφηβεῖα, καὶ φρατρίαι. *multa Græcanicæ inſtitutionis veſtigia Neapoli ſervantur; gymnaſia & ephebeorum ſodalitates, & fratria*: quis enim, ut rem quamdam notabilem memoraret, mores Græcos aliquos, & Græca quædam vocabula conſpici, & audiri in urbe, quæ etiamnum Græca eſſet, & Græce loqueretur? *Veſtigia* vocantur, quia rei jamdudum præteritæ, & obliteratæ: explicat ibidem Strabo ipſe; ὀνόματα Ἑλληνικὰ καὶ περὶ ὄντα Ῥωμαίων, admirans quodam modo *a Romanis hominibus Græca hæc nomina retineri*: computes inter illa *Demarchi* munus, quod fuiſſe Neapoli e Spartiano (*f*) diſcimus. Lingua Græcos fuiſſe Neapolitanos, arguit Capacius (*g*) e Philoſtrati verbis τὰς σπουδὰς τῶν λόγων Ἑλληνικὰς εἶναι; quæ nihil aliud ſonant, quam eos *Græca ſtudia amaſſe*; quod & de Romanis dictum: Juvenalis (*h*): *omnia Græce*. Superioribus quoque temporibus; nam M. Catonis ſenis de concivibus ſuis jocus perhibetur (*i*): *ut quiſque optime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimum*.

Alia inſuper ratio eſt, qua omnes fere labant Capacii Inſcriptiones Helleniſticæ. Græciſſaſſe Neapolim, concedi poteſt; Atticiſſaſſe, non poteſt. Magna Græcia omnis, cum reliqua Italia Græca, Attica, vel communi dialecto non utebatur, ſed Dorica. Sunt, qui Æolice loquutam putent, quod ob cognationem maximam in idem fere recideret. Fragmenta, quæ ſuperſunt multa præſertim apud Stobæum, Philoſophorum e ſecta Italica harum regionum loquutionem ſatis oſtendunt; oſtendit & Timæi Locrenſis ſatis pervagata diſputatio περὶ ψυχᾶς τῶ κόσμω. Hoc non attendit qui Neapolitanas Inſcriptiones elucubravit; iis enim Doricæ linguæ ne particulam quidem aſperſit: cum ceteroquin populari regionis linguæ multo frequentius marmora inhæſerint, quam Scriptores: innumera reſtantur e Peloponneſo, Creta, Sicilia, Corcyra. Myſteriorum effata quædam, quod Dorice proferrentur (quæ dialectus in Peloponneſo ante Heraclidarum adventum ignota erat) non adeo vetuſta eſſe, ut ferebatur, fuit apud Pauſaniam (*k*) qui argueret. Colligas viceverſa, priſca non eſſe hæc monumenta, quod Dorice non proferantur, cum antiqua ætate non niſi Dorice Græcia Italica loqueretur.

Ad Senatus Conſulta redeamus, quæ magis diſconveniret, Senatus lingua enuntiata non eſſe: acta, & decreta non pauca ſuperant Dorienſium civitatum Dorica omnia. Verum Neapolitanæ Curiæ bina recenſet genuina Senatus Conſulta Briſſonius ſub finem Libri II. non Dorice quidem, neque Attice, ſed Latine ac diſerte: nude ſatis patet, qua lingua in ea civitate acta perſcriberentur. Gruteriani a Pighio, & Gutenſtenio accepti fallaciam ipſa per compendia, & decurtata verba ſcribendi ratio in Græcorum lapidum pertractatione aliquanto verſatis abunde teſtatur. Γραφ. Παρω. (quod in corrigendis Gruter. (*l*) explicant χειροτονουμένου) Νεαπολ. Αρχ. Κυδ. Μιμοδ. Λιβ. Παραμυθ. Αναγέγραφ. e quo poſtremo

(*a*) Lib. V.
(*b*) Pag. 23.
(*c*) Pag. 54.
(*d*) Lib. V.
(*e*) De L. L. Lib. IV.
(*f*) In Hadrian.
(*g*) Pag. 15.
(*h*) Satyr. VI.
(*i*) De Orator. Lib. III.
(*k*) Corinth. pag. 199.
(*l*) Pag. CCX.

ſtremo verbo *peculiarem Magiſtratum* diſcere ſibi viſi ſunt Inſcriptionum Illuſtratores (*a*); ſed frequens iſtiuſmodi dictionum mutilatio ab antiquo Græcorum more prorſus aliena eſt: ita ut eo etiam titulo proſcribenda ſit Boiſſardiana (*b*), Φύσις Πανσίολος πατρ. μητ. Quid etiam ſibi velint eo loco Νεαπολίτης Πύλχερ? quid Προκλητο? quid Latina appendix in documento Græco? quid præſertim in Legali publica Inſcriptione, ſepulcralis & privata clauſula?

Conſimile decretum idem Gutenſtenius dedit, confirmavit Gudius, illuſtravit Reineſius (*c*) in *Variis*, laudaverunt Scaliger & Caſaubonus. Initium autem Ὀκλάνιος Καπράριος Ὀκταουίῳ (*d*) Epiſtolæ magis quadrat, quam Inſcriptioni: cur Romana nomina cognominibus decorantur, prænominibus ſingula deſtituuntur? *Caprarius* nec Græcis auribus nomen, nec Latinis cognomen ſonat: maxime vero mirifica eſt in eadem civitate, & in eodem decreto *Archontum*, & *Decurionum* copulatio, ac poſt Græcum τῆς βουλῆς ψήφισμα Latina formula L. D. D.D. Capræ caput cogitationi ſubit e Leonis dorſo in Hetruſca Florentini Muſei Chimera erumpens.

Decretum aliud videas Sodalitatis Ariſtæorum Neapoli ſervatum, minime quidem rejiciendum, etiamſi pluribus erroribus ſcateat. Παιδιῶν (*e*) menſis in eo memoratur, quem nemo novit, ut arbitror, ſed pro Παιδεῶνος, vel Ποσειδεῶνος legamus, qui ad Athenienſes, vel Πανήμου, qui ad Macedones pertinuit. Cur vero ad Neapolitanos documentum hoc referatur, nulla omnino ratio eſt; neque enim quæ Florentiæ, vel Veronæ Græca monumenta ſpectantur, ab earumdem urbium civibus olim exarata, pugnabit quiſquam. Recenſitam *pag.* XXXVI. n. 5 ab Apiano Gruterus decerpſit, multumque compſit Reineſius in *Variis* (*f*): Ἥβωνι Ἐπιφανεστάτῳ Θεῷ Γ. Ἰούνιος Ἀκύλας Νεώτερος Στρατευσάμενος Ἐπιτροπεύσας Δημαρχήσας Λαυκελαρχήσας. *Heboni Deo præſentiſſimo C. Junius Aquila junior, Militis, Procuratoris, Tribuni, Laucelarchi munere functus*. Confirmat hanc Inſcriptionem, argenteis plurimis, æreiſque nummis Capacius, Deum Indigetem, & ἐπιχώριον oſtentat. Mihi valida ſuſpicio ſuboritur, e Macrobii loco (*g*) effictam eſſe, quo Liberum patrem eum ipſum eſſe Deum, quem Solem contendens, Liberi ſimulacra *barbata ſpecie* aliquando repræſentari narrat, uti Græci ejus fingunt, *quem Briſea appellant, & ut in Campania Neapolitani celebrant Hebona cognominantes*. Deum hunc *partim puerilem, partim juvenilem*, ac ſenilem quoque, barbatamque ſpeciem ſub humana figura geſſiſſe, hicce ipſe locus declarat: nihil ergo ad illum Neapolitanum nummi, qui barbam non homini, ſed tauro appingunt. Cum pro Minotauro Goltzius (*h*) agnoſceret, Hebonem ipſi quoque in mentem veniſſe miror; nempe hæc eadem Inſcriptio tranſverſum egit: miror quoque, ex hoc ſymbolo Athenienſem potiùs, quam Cretenſem originem Neapolitanis affingi. Νεώτερος nota diſtinguebant Græci filium a patre cognomine; ſed ceſſabat ea cauſa, ubi tria nomina exprimerentur. Inter dignitates geſtas nove ponitur στρατευσάμενος, *qui militavit*; nimirum στρατηγὸν cogitabat concinnator, στρατηγήσας, ſeu στρατηγησάμενος enuntiare neſciens. Procuratoris munus cum ceteris parum apte hic conjungitur: λαυκελαρχήσας multo minus; inaudita dictio, ſiniſtris avibus cuſa, & nulla prorſus ſignificatione prædita. Inauditi pariter, & inauſpicati Θεοὶ Φρήτριοι, quos ut Neapolitas Gruterus (*i*) a Pighio ſumit, & injuria conſecrat. Eam epigraphen Vandalius *inſignem* appellat: ſic profertur: Θεοῖς Σεβ. καὶ Φρητρίοις ΘΕΩΤΑΔΑΙ, ſic illuſtratur. *Qui tamen Augusti, etiamſi ipſorum nomen non exprimatur, eo tempore videntur imperium tenuiſſe: ut quibus iſtud monumentum, cui hæc dedicatio inſculpta eſt, a Neapolitanis ſacrata fuit*. Progrediamur: a Pighio (*k*) rurſus & Smetio bilinguem Gruterus (*l*) arripuit Titi Auguſti, a Laſena iterum allatam, (*m*) quam Τιμητοῦ *Cenſoris* titulus omnino proſcribit, cum id muneris Titum ſuſcepiſſe, nemo audierit umquam, Tribunitiæ Poteſtatis ſignatur TOI. quod eſt X. cum is in ea epigraphe Titus Romanorum Imperator Ἀγωνοθετήσας τὸ Γ, & Γυμνασιαρχήσας etiam dicitur. Præſediſſe Athletis Hadrianum pro Agonotheta, nec tamen tribus vicibus novum quiddam memoravit Spartianus; at Gymnaſiarchi munus Romano Cæſari imponere, idem profecto eſt, ac Delphinum ſilvis appingere; qui enim id officii ſuſciperet, ἐπιμελείαν τῶντε ἐφήβων. καὶ νεωτέρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀποδυομένων εἰς τὸ γυμνάσιον, *curam agebat adoleſcentium & juniorum, aliorumque in gymnaſio ſe exercentium*, ut lapis loquitur, quem in Muſei Veronenſis Appendice (*) protuleram. Aliud enim erat, ludis die, qua edebantur, præſidere, & ſpectaculorum expenſas ſuppeditare; aliud annuum magiſterium, vel ad minimum menſtruum ſuſcipere, & juvenum exercitationibus adeſſe. Confundi hæc ab omnibus fere ſcio, ſed refellendorum non eſt hic locus. *Agonotheta & Gymnaſiarchæ munera pluries in uno, eodemque homine convenere*, docuit Vandalius (*n*): Sed ea concurrebant perraro, & cum fragmentum informe, tum hæc eadem Inſcriptio, quam attulit, eum decepit; cum vel ipſa Græcæ Inſcriptionis in eodem marmore Latina verſio in ſuſpicionem adducere debuiſſet. Διηνεκὴς Ἀγωνοθέτης, *Agonotheta perpetuus* Herodes quoque populo plaudente fuit appellatus, cum agonem Olympicum reſtituiſſet χρημάτων προσόδους καταστήσας, *pecuniarum reddituſ conſtituens*, tum ad ſacrificia iis ludis ſueta peragenda, tum ad reliquum apparatum. Viris in municipiis præſtantibus Gymnaſiarchi munus interdum

(*a*) Pag. CCCX.
(*b*) Gruter. pag. XXVI. n. 7.
(*c*) Reineſ. Var. Lect. Lib. III. cap. 16.
(*d*) Gruter. pag. MXXVII. n. 5.
(*e*) Gruter. pag CXXV. n. I.
(*f*) Variar. Lection. Lib. III. cap. 16.
(*g*) Saturnal. Lib. I. cap. 18.
(*h*) Goltz. Sicil. pag. 209.
(*i*) Gruter. pag. CXXV. n. I.
(*k*) Gruter. pag. CXII. n. 8.
(*l*) Gruter. pag. CLXXIII. n. 8.
(*m*) Gymn. Neapol. pag. 69.
(*) Edit. Veronæ MDCCXLIX.
(*n*) Vandal. pag. DXXXII.

datum non abnuo; privatam ſortem excedentibus, nego. Capacius (*a*) tres habet breviuſculas, quas qui coagmentavit, ut aliquid ſignificarent, nihil penſi habuit. Quantum vero huic Hiſtorico igno-ſci debeat, quamve arduum in hoc monumento-rum genere judicium ſit, intelligi abunde pote-rit, ubi Criticum virum, his ſtudiis ſingulariter deditum, & in hac Literatorum claſſe præcipuum, ſimul cum ipſo ſæpe deceptum oſtendero. Rei-neſium loquor, qui *pag.* CCLXXXIII. tres junctim Inſcriptiones a Capacio mutuatas recenſet, at-que illuſtrat, quas præſtabat omiſiſſe: en prio-rem:

ΠΡΟΑΣΤΕΙΑ · ΛΙΜΗΝΤΕ · ΠΡΟΣ · ΠΟ
ΛΙΤΗΙΟΝ · ΚΑΙ · ΝΑΥΤΙΛΟΙΟΝ · ΕΠΙ
ΤΗΔΕΙΟΤΗΝ · ΒΟΥΛΕΥΤΑΙ · CΤΑΒΙΟΙ
Σ· Σ· ΔΙΦΙΛΟC ΚΑΙ ΤΟΙ ΒΡΑΔΥΣ · ΑΡΧΙ
ΤΕΚΤΩΝ · ΠΡΟC · ΠΡΟCΤΑΓΜΑ · ΟΜΩΝ
ΤΑΧΥC · ΕΡΓΑ · ΟΛΥΜΠΙΑΔΕ · Α.

Latine ſic redditur. *Suburbia, portumque ad ci-vium & nautarum commoditatem Senatores Sta-bienſes conſtrui curarunt. Diphilus quamvis tar-dus architectus, ad juſſum tamen celer, quinquen-nio abſolvit.* Ita ergo legunt. Προάςεια, λιμένατε πρὸς (vel διὰ) πολιτῶν, ϗ ναυτῶν ἐπιτηδειότητα βουλευταὶ Σταβιοι Σ. Σ. Δίφιλος καίτοι βραδὺς ἀρχιτέκτων, πρὸς πρόσταγμα ὅμως ταχὺς εἰργάζετο ὀλυμπιάδι μιᾷ. Attulerat Ca-pacius (*b*) ut de Stabiarum in Campania ſitu controverſiam dirimeret: Reineſius πολιτίων dicit, & ναυτίλων pro πολιτῶν, & ναυτίλων *veteris Attici-ſmi Scripturas* eſſe ante repertam ω. at ω infe-rius bis apparet, & πολιτῶν legeretur, non πολι-τίων, & ad quid diminutivum illud *nauticolarum?* quid ſibi hic velint λίμην, επιτηδιότην, ὅμων ἔργα? explicant ἔργασι pro ἐποίησε, neſcio an ſatis habi-ta Grammaticæ ratione. Fraudem etiam pro-dunt ſingulariæ illæ non interpretabiles Σ. Σ. De iis Reineſius: *reformandas eſſe exiſtimo in* Σ. C. *ſolent enim in ſaxis Græcis admiſcere Latinas literas, & interpretor Senatus Conſulto.* Mira quidem excogitatio: hoc enim Latinam linguam, & novo quidem modo, admiſcere appello, non tantum literas. Quam ridicula etiam Architecti acceſſio illa, *quamvis tardus, ad juſſum tamen celer?* quam incredibile Architecti nomen ubi Curator operis, vel jubentis Senatus princeps ſuum non inſcribunt? *Olympiade* autem *una* pro quinquennii, vel quadrienni ſpatio eſt ne qui in antiquo documento umquam viderit? Epi-gramma, quod ſubſequitur, non exſcribam, cum lacerum & hiulcum appareat: ſed ὕπατος, ſive ἀνθύπατος, & δημαρχήσας, quæ prima verba ſunt, Neapolitano lapidi parum quadrant: δημαρχήσας ipſi aliquando non placuit Reineſio; ſubſtituit enim in *Variis Lectionibus* ναυχηλαρχήσας. Sequitur in noſtra: ἀγῶνας πίους: *Agones Piales, Puteola-norum proprios* explicat, & alibi quoque cele-brat; ego vero Εὐσέβεια vidi, Πίους numquam: ab Antonino Pio denominati dicuntur; ſed vel Ἀντωνίνεια vocarentur, ut Ἀδριάνεια, Κομόδεια, vel Πίνεια, non Πία, vel Πίος. Quomodo deinde huc per-tineat Ῥωμαϊκῶν δημίων, quænamve ex his ſenten-tia elici poſſit, paucis ſyllabis adjectis, non vi-deo. Ἀποκαταςήσας τὸ βαλανεῖον ἀνέθηκεν. *Balneum cum inſtauraſſet, dedicavit*: dedicabat qui ædificaſſet, non qui reſarciret. Architecti nomine clauditur; at conſtat, architectis antiquitus vetitum, publicis ædificiis nomen inſcribere: quo minus creden-dum eamdem Inſcriptionem & Proconſulis, ut Reineſius (*c*) legit, & Architecti nominibus per-petuandis conſtitutam eſſe. Tertia epigraphe ſic proponitur:

ΤΗΙ ΕΛΛΑΔΙ
ΤΟ ΤΡΟΠΑΙΟΝ ΕΣΤΑΘΗ
ΚΑΤΑ· ΝΙΚΗΘΕΝΤΩΝ
ΤΩΝ ΚΑΡΥΑΤΩΝ

Τῇ Ἑλλάδι τὸ τρόπαιον ἐςάθη καταναικηθέντων (ita enim legas) τῶν Καρυάτων. *Græciæ tropæum erectum eſt Caryatis devictis.* Vitruvius (*d*): *Caryas civitas Peloponneſi cum Perſis hoſtibus contra Græciam con-ſentit; poſtea Græci per victoriam glorioſe bello liberati communi conſilio Caryatibus bellum indi-xerunt: itaque oppido capto, viris interfectis, civi-tate deleta, matronas eorum in ſervitutem abduxe-runt.* Reineſius: *hujus rei memoria marmor noſtrum.* At illius oppidi exciſio (quam unde hauſerit Vi-truvius non conſtat) punitio potius, & ſuppli-cium fuerit, quam victoria tropæis celebranda: tropæa fugatos hoſtes indicabant potius, quam exciſos, ac deletos: Inſcriptio antiquis tropæis vel nulla, vel in ſcutis, lignis, aliaque parum diu-turna materia ut plurimum deſignata, unde eſt, hujus generis titulum ab antiquitatum ſcrutato-ribus nullum umquam repertum eſſe: Græciæ vero nec tropæum, nec aliud quidpiam dicatum me legere memini.

Duas rurſus recitat *pag.* CCIII. itemque in *Variis* (*e*), quas dum, qua pollet, eruditionis ſuppellecti-le ornare nititur, maurum dealbat. Dehoneſtatur utraque voce ναυτιλαρχήσας, quam ut ad aliquid ſi-gnificandum perducat, mutat in ναυκληραρχήσας, no-vam Neapoli rei nauticæ Præfecti, ſeu Prætoris claſſis dignitatem creans: at ναυτίλοι *naviculæ*, unde arceſſit, vocabulum eſt ſequioris, ac deterio-

ris

(*a*) Pag. CCXXXVIII. CCCXXVI. & CCCXXVII.
(*b*) Pag. CCCCC.
(*c*) Pag. CCLXXXIV.

(*d*) Lib. I. cap. I.
(*e*) Variat. Lection. Lib. III. cap. XVI.

-ris ævi, nec antiquis, ethniciſque temporibus agnitum. Quatuorviri Quinquennales, Cenſoris munera Græcæ civitati non quadrarent, nec Græce loquenti: clauſula ἀρετῆς ἕνεκεν inconcinne prorſus inter nomen ac dignitates intruditur, quo loco in veteri nullo ac legitimo lapide deprehendetur: hanc epigraphen Vandalius (*a*) bis oſtentat. Sub finem ſecundæ duo verba videas, Α'φροδίτης Εὐνοίας, quibus ſententia omnis interciditur, & conſueta formula intempeſtivo, futilique additamento vitiatur. Multo melius concinnata eſt, quam affert *pag.* 411. & Vandalius 738. At Creperlia nova gens: ὕπατος, ſi Neapoli ponitur, nova dignitas; ſi Romæ, Faſtis ignotum nomen: ἀνθύπατος Campaniæ non adaptatur, neque in Italiæ regionis adminiſtrationem recipitur. Fruſtra Ælianum alio loco, & Plinium advocat, ut fragmentum tueatur (*b*), & Antoniam Druſi ſignum Panis & Sybari (deleta pluribus ante Antoniam ſeculis civitate) Neapolim tranſtuliſſe doceat: fragmenti verba nullo adjumento ad ſanam orationis inſtructionem deduces. Ignotum poſtremo, & nullis umquam aris cultum ponamus numen in medio. Εὔμηλον Θεὸν Πατρῷον Φρίτορσι Εὐμηλιδῶν Τ. Φλάβιος Πῖος Φροντιστὴς ἀνέθηκεν σὺν Τ. Φλαβίῳ τέκνῳ. *Eumelum Deum Patrium Tribulibus Eumelidarum T. Flavius Pius Curator dicavit cum T. Flavio filio.* Reineſius (*c*) & Sponius (*d*) Eumelum Theſſaliæ Regem, ac mythicæ Parthenopes patrem percelebrantes. Mirabar primum Dei nomen, cui, ut mos eſt, dedicationem fieri autumabam, accuſandi caſu enunciatum: ſed major inceſſit admiratio, cum Deum ipſum dedicari cognovi, & minime quidem alteri Deo, ut contingebat quandoque, cum unius numinis ſignum in alterius templo collocabatur, ſed chimericæ ejus Fratriæ hominibus, qui idcirco potiori loco habentur, quam ipſorum Deus. Iſtiuſmodi nuncupatio nemini, ut puto, in antiquis lapidibus occurrit. Φρίτορσιν non moror, neque *Curatoris* officium eo loco, neque in Græco homine Pii cognomentum. Iteravit hanc Inſcriptionem Vandalius (*e*).

Aliam rurſus Inſcriptionem recitavit Capacius (*f*), quæ Reineſii, & Cuperi meditationibus, commentationibuſque illuſtrata eſt: at non niſi falſi eruditionis canones mendacis monumenti occaſione prodire poterant. Incipit: ΚΟΜΙΝΙΑΙ ΠΛΟΥΤΟΓΕΝΙΑΙ. Eruit Reineſius (*g*) ex nomine, huic feminæ *Cominium maritum* fuiſſe; erroneo quidem argumento: nam gentilitio mariti nomine rarius uxores utebantur, patris ut plurimum. Legi etiam jubet ΠΛΟΥΤΟΓΕΝΕΙΑΣ, quam emendationem probat Cuperus, *Cominiam* intelligens *Plutogeniæ filiam*: at in vetuſto lapide quis maternum nomen paterni loco adjici comperit? Emendationibus aliis exagitandis, & ſibi adverſante Reineſiano ſtemmate expendendo ſuperſedeo; fruſtra enim eſſet in ſuppoſititia Inſcriptione: ſuppoſititiam pace tantorum virorum demonſtro, primo ex dativo caſu Κομινίᾳ in ea principante accuſativi loco; votivis ſiquidem monumentis eam convenire formulam, non honorificis doli fabricator ignoravit, cum in illis *dicavit* lateat, in his *honorat*: ſecundo ex inſolita deſcendentium recitatione, qua narratur, cujus mater Cominia fuerit, & cujus avia: tertio ob filium ex gente Paccia, nepotem ex Caſtricia: quarto, quod ex Patre Paccio *Caledo*, filius Paccius *Caledianus* veniat, quæ inflexio non naturalis filios, ſed adoptivos, & ex aliena familia connotat: quinto, quod ſi legimus Πλουτογενίᾳ dictio θυγατρὶ, cui nitatur, non habet; ſi Πλουτογενίας, intempeſtive recitatur mater, ubi pater ſupprimitur: ſexto, quod cum honorificæ hujuſmodi Inſcriptiones viventibus ſtatui ſolerent, ad Neſtoreos annos acceſſiſſe oporteret Cominiam, ſtatuentis Caſtricii *proaviam* προμάμμην: ſeptimo ob vocem Δημαρχήσας, quæ in legitimo (quod ſciam) monumento nullo, *Tribunus* enim inter Magiſtratus municipales non reperitur: octavo ob vocem Α'ρχοντικοῦ, quam Reineſius, & Cuperus interpretantur *Duumviralis*; at vetuſto malleo percuſſam non opinor, nec a probatis Scriptoribus; nedum lapidibus adhibitam, ſed ab hominibus ſequioris ævi, quibus idem valet, ac *nobili genere*. Satin argumentorum?

Sunt & aliæ, quæ ſuſpicionem moveant (neque enim omnes ſingulatim perſequi vacat) quod interpolatione laborent. At ſuccurrunt tres majori morbo affectæ, quas vir doctus Philippus Pigafetta e Cretenſi quopiam, ut videtur, acceperat (*h*). *Oecumenius Doſitheus Aſclepiodotus* eas ſtatuit: uni homini tria Græca nomina? dicitur is Λαμπρότατος Υ'πατικὸς τῆς Κρήτης Ε'παρχίας. *Conſularem Provinciæ Cretæ* nondum audieram: Græcum autem hominem, nullo Romano nomine utentem, quo indicio Romana civitate neutiquam donatus agnoſcitur, Provinciis Imperii præfici, audierat nemo: illa etiam haud libenter in eodem domicilio commorari vocabula opinor; nam obſoleverant Provinciarum *Conſulares*, cum Provinciæ *Eparchiæ* denominari cœperunt; quam vocem ea ſignificatione quarto Chriſti ſeculo, cui hæ adſignandæ Inſcriptiones eſſent, ut mox innuam, imo ante Juſtiniani Novellas, auditam eſſe non conſtat: δόγματα autem τοῦ κοινοῦ, & δόγματα τῆς βουλῆς, quæ hic memorantur, cum Ε'παρχίας nomen Provinciis adhæſit, Græcorum civitates nec reminiſcebantur. Primo ex his monumentis Aſclepiodotus Cretæ Ε'παρχον honorat: at Romano ſtante Imperio, Ε'παρχοι appellabantur Urbi & Prætorio Præfecti, non Rectores Provinciarum; qui autem fieri poterat, ut eodem tempore, & a *Clariſſimo Præfecto*, & a *Clariſſimo Conſulari* Creta adminiſtraretur? Qui honoratur, Agorius Prætextatus eſt, Urbis & Prætorii Præfecturis ſub Valentiniano ſeniore nobilitatus, Sym-

(*a*) Vandalius pag. 428. 737.
(*b*) Pag. 137.
(*c*) Reineſius pag. CLXXIX.
(*d*) Sponius pag. CVIII.
(*e*) Pag. 737.
(*f*) Lib. I. pag. 215.
(*g*) Pag. CCCLVIII.
(*h*) Gruterus pag. MX. & MLXXXIV.

Symmachi, & S. Hieronymi Epiſtolis, nec non lapidibus pluribus notus (*a*): *illuſtriſſimus* inter Præfectos apte appellari poterat; minime vero Præfectus τῆς βασιλίσσης τῶν νήσων. *Reginæ Inſularum*, quæ duo verba (proprium loci nomen contra quam ſoleat, ſupprimitur) fictionis cauſam patefaciunt. Altera ex his Inſcriptionibus Proconſuli Campaniæ dicatur, cum qua ſomniali, Italicisque Regionibus incomperta dignitate, quæ neceſſitudo Cretenſibus intercederet, nemo doceat.

Viris doctis pluribus argumentum dedit, atque etiamnum perquiſitionis & meditationis præbet Inſcriptio in ornatiſſimo Muſei Florentini veſtibulo:

ΔΙΟΝΥΣΟΥ
ΣΚΙΑΝΘΙ
ΚΑΤΑΠΡΟΣΤΑΓΜΑ
ΜΑΡΚΟΣ ΠΙΝΑΡΙΟΣ
ΠΡΟΚΛΟΣΚΑΙ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ

Bacchi Sciantbii ex juſſu M. Pinarius Proclus, & Ariſtobulus Ariſtobuli F. Edidere, & illuſtravere Reineſius *pag.* CLI. Comes Montanius in Veneto Literatorum Diario (*b*): novamque in hunc lapidem diſſertationem meditari ſe, ſignificavit mihi nuper eximius Piſani Lycei anteceſſor. Difficultatem ingerit vox Σκίανθι, nec uſpiam viſa, nec levi negotio interpretabilis: de ea primum quid ſentiam, expono. Bacchi agnomen iſtud vel a loco, vel ab homine, vel ab habitu deſumptum ſit, oportet. Pro loco præſto ſunt Ἄνθεια civitas ab Antha conditore dicta, & a Pauſania (*c*) memorata. Σκίαθος inſula apud Herodotum, Strabonem, Plutarchum, Heſychium: Σκιάδις mons apud Pauſaniam (*d*): Σκιὰς ædificium in Laconum urbe, Theodoro Samio architecto: Σκιὰς Arcadiæ ager apud eumdem (*e*), & Stephanum. A poſſidente pariter (*f*), vel dedicante Deorum ſimulacra quandoque nuncupata, lapides docent. Hercules Paternianus, Pluto Nervianus, Diana Valeriana, Juno Claudia, Juno Aufidena, Jupiter Trajanus indigitantur a Fabretto (*g*) de Columna Trajana: nihil autem prohibet a Sciantho quodam Bacchum noſtrum appellatum eſſe: *C. Calpurnii Sciatbi* monumentum extat in Fabretti Collectione (*h*). A ſimulacri forma, a Symbolis, a ſolemni feſto, a caſu quopiam, vel divulgata fabula Diis nomina ſæpe apud Græcos indita, novit optime quicumque Pauſaniam (*i*) norit. Junonis Ἀνθείας ædem, Bacchi Ἀνθίου *Floridi* aram is memorat: item Dianæ Σκιαδίτιδος, & Bacchi delubrum, ad quod Σκηρίαν ἑορτὴν anniverſariis ſacris celebrabant: præterea Σκιὰς tabernaculum (*k*) quoddam vocabatur e vite arbuſtis maritata in fornicis, & concameratæ teſtitudinis modum adornatum, ſub quo Bacchus ſedens eo umbraculo tectus ſpectabatur, quod tradit Heſychius: potuit ergo & ex floribus umbellam alicubi conficientibus Σκιάνθιος Deus ipſe appellari. Si quis vero, quid ex his omnibus, his mihi magis eligendum videatur, requirat, candide fatear, nihil ſatis placere; & in id propendere me, ut fictum lapidem ſuſpicer, & ad exercenda ingenia prolatum. Suadet primum inſpectio marmoris: exigua tabula, forma Græcis titulis parum ſueta, in qua verba non Græco more junctim & continuata ſerie, ſed Latina venuſtate diſpoſita, & diſtributa ſunt. Suadet deinde quod legitur. Vox Σκίανθι (derivemus undecumque placet) nihil hic ſignificat, niſi ω adjungamus: at ejuſmodi in agnomine detruncatio Latinis lapidibus, nedum Græcis extranea eſſet, & inuſitata, inque iſto ea elegantia exarato minime veriſimilis. Subſtituit Reineſius Σκιαδεῖ, ut dictionem compleret, & ἀπὸ σκιάδος acceſſeret; at reluctatur lapis. Montanio punctum conſpici viſum eſt, quo compendium indicetur: Sed neque punctum adeſt, neque punctis compendia notant lapides Græci. Mihi vero Διονύσου etiam diſplicet; cum nullum vidiſſe Græce loquens votivum marmor meminerim, quod numinis nomen gignendi caſu proferat: ἀνέθηκαν ſcilicet in iis monumentis vel ponitur, vel intelligitur, quo fit ut tamquam ſollemniter tertio utantur caſu. Occurrit huic difficultati Reineſius, Διονύσιω legere jubens, quod pro Διονυσίῳ *ſecundum antiquam ſcripturam*; at id ne ſibi perſuaderi potuit, ante ω receptam lapidem inſcriptum, in quo Μάρκος Πινάριος legitur? neque Criticis Dictatoribus idem juris in marmora, ac in Codices, quod Reineſii ſollemne peccatum eſt. Secundi caſus ratio, eo tantum modo conſtabit, ſi intelligamus κατὰ πρόςαγμα Διονύσου. at duo illi Græci lapides, qui formulam *ex juſſu* item præferunt, duriori hac compoſitione minime utuntur (*l*), ſed habent: ἐξ ἐπιτάγματος θεοῦ: κατὰ κέλευσιν θεοῦ. Nec tamen diſſimulem, ambiguarum libentius, quam ſpuriarum claſſi hanc Inſcriptionem me accenſere; valida enim ſunt quidem ſuſpicionis argumenta, ſed quæ dubitationem omnem non abrumpant, nec rem in perpetuo collocent.

Inſcriptio occurrit apud Sponium (*m*) Μητρὶ Θεῶν ΑΓΓΙΣΤΕΙ &c. quam pariter vocem, & qualitercumque explicent, in Ἀγδίστει transformant: ſed marmor ad Grimanorum impluvium non ſemel a me obſervatum ΑΓΓΙΣΤΕΙ pulchre, ac perſpicue loquitur; neque in tam brevi & nitida epigraphe mendum ſuſpicor. Cur autem cauſa cognominis, quod e peculiari, obſcuraque occaſione derivari potuit, ignorare non liceat?

Ἀγγίστ

(*a*) Gruterus pag. MCII. & Sponius Miſcell. Eruditæ Antiquitatis pag. 149.
(*b*) Tom. XXXII.
(*c*) In Corinth.
(*d*) Arcad. cap. XIV.
(*e*) Lacon. cap. XII.
(*f*) Arcad. cap. XXXV.
(*g*) Cap. VIII.
(*h*) Pag. 256.
(*i*) Attic. & Corinth.
(*k*) Arc. cap. XXIII.
(*l*) Reineſius pag. CLXXXXIX. Gruterus pag. XXI.
(*m*) Miſcellan. Eruditæ Antiquitatis pag. 97.

Α'γιῶι quidem *ſanćta*, vel *conſecrata* nec ſignificatione, nec deſinentia diſplicet, ut Σχιαδι. Non deerunt, qui ambigant de Inſcriptionis fide, ubi novam ejus, inſolitamque formam videant, de qua minime admonent Editores. Patentem quodammodo refert portulam, ſeu pronaum exiguum, binis inſulatis columnis, & in epiſtylio circumquaque literæ. Incertarum ordini duas item Florentinas libenter accenſeam, quæ in Gaddiorum horto viſuntur. Unam legere eſt apud Reineſium (*a*), verſibus ſecundo & tertio corruptis, ſanius apud Sponium (*b*), ſeptimo tamen omiſſo; alteram apud Reineſium tantum. Lapides iſtos dum inſpicis, ad fidem adjungendam impelleris; ſcripturam ſiquidem eamdem vides, quæ apparet in genuinis pluribus: nullæ interpunćtiones, interſtitia nulla, formæ literarum incertæ: Attalidis tabella pro H perpetuo Ͱ fingit, ut in Veronenſi Coſmiæ obſervatur (*c*). Turbant aliquantum tamen in hac carmina a lineæ capite reſumpta, & ſigna quædam in calce importune poſita; in illa jacentis hominis imperite, & præter antiquum modum figura adumbrata: ſub finem etiam Ξ novo hoc aſpećtu effingitur Ƶ, & paulo ante A prætermittitur. Magis vero turbant mira quædam ratio, incondita verba, abſtruſa interdum ſententia, vel nulla. Γίμων Scriptorem Græcum in Petavii Uranologio vidimus, Γίμωι pro virili nomine audierat nemo. Neque initium conſimile, neque finem (annorum enunciatione omiſſa) levi negotio quiſpiam oſtendat: poſt hexametrum hemiſtichia incompoſita coacervantur: ſi conſideremus ſingula, laborat contextus, & gluten, quo ſenſus conjungantur, ægre reperimus: quis autem explicet ΝΕΚΗΖΟΝΟΤΤΑΧΤ in ſecundo verſu, & ΗCΚΙ in tertio? Inſcriptio Attalidis tres habet verſus uno pede ampliores, ac redundantes, quæ anomalia in Latinis lapidibus frequens, in Græcis numquam fere, aut perraro deprehendatur. Primo diſticho ΔΟΑΙΑ & ΗCΕ. ΛΧΕΠΙCΟΙΒΑΙΑΝΟΝ (ſic lapis) nullam ſignificationem, ni fallor, continent. Sententiæ involutæ, & præterquam diſtichi tertii inuſitata locutio: λωμοῦσιν nuſquam viſum, ut opinor: denique hæc monumenta in ancipitum claſſe reponentes, præclare cum iis agimus & perhumaniter.

Commentitia Inſcriptione claudamus, in qua cum eadem jam pertraćtata ſuppoſitionis argumenta deprehendas, aliaque in Criticis diſquiſitionibus communiter diſcuſſa, tum ſollemnem illam, ac fere præcipuam apocryphorum, mendaciumque documentorum notam; orationem nimirum, ſententiamque involutam, & inconnexam, ſenſuſque, quos ſi invicem contuleris, atque univerſe expenderis, nec ſatis ſibi conſtant, nec determinatum quidem conſtituunt (*d*). A Pighio acceptam protulit Gruterus: Holthenius & Scriverius emendationibus poliunt: celebrat Petrus Laſena (*e*) in *Gymnaſio Neapolitano*, libroque peculiari eam ſe illuſtraturum promittit: in hoc præcipue lapide Reineſius (*f*) nititur, ut Neapolis, & Puteolorum Duumviros *nomine* Α'ρχόντων *in inſtrumentis Græcis deſignatos* oſtendat: in hoc Spanhemius (*g*), ut a Tyro *dedućtas nobiles illas Colonias* comprobet: laudat *longam* hanc *Epiſtolam* Card. Noriſius (*h*) meus tamquam *in vetuſto lapide ſculptam*, locumque ex ea profert in Epochis Syro-Macedonum: laudat præmiſſi juramenti occaſione commentator Oxonienſis (*i*). Falſam tamen & omnino confićtam fatebitur ut puto, quicumque mecum aliquanto attentius conſiderarit. Eam primum nondum tranſlatam, nec communibus literis exhibitam propono, ut par eſt legi, verſione adjećta.

Ε'πιςολὴ γραφεῖσα τῇ πόλει Τυρίων τῆς ἱερᾶς ϗ ἀσύλȣ ϗ αὐτονόμȣ μητροπόλεως Φοινίκης ϗ ἄλλων πόλεων καὶ ναυαρχίδος ἄρχȣσι βȣλῇ δήμῳ ϗ τῆς Τυρίας παΐρίδος οἱ ἐν Ποτιόλοις κατοικῶντες

Χαῖρι. (l. Χαίρειν.)

Δ Ιὰ τοὺς θεȣ̃ς ϗ τὴν τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν Α'υτοκράτορος τύχην. Εἰ καί τις ἄλλη Σΐατίων ἐςὶν ἐν Ποτιόλοις ωσοι.οί (l. ὡς οἱ) πλείους ὑμῶν ἴσασαι. (l. ἴσασι) ϗ ἡμετέρα ἐςί. ϗ κόσμῳ ϗ μεγέθει τῶν ἄλλων διαφέρȣσα. Ταύτης πάλαι μὲν ἐπεμελȣ̃ντο οἱ ἐν Ποτιόλοις κατοικȣ̃ντες, νȣ̃ δὲ ὀλίγȣς ἡμᾶς περιέςητο ἀριθμὸν (l. ἀριθμὸς) ϗ ἀναλίσκοντες εἰς θυσίας ϗ θρισκείας τῶν παΐρίων ἡμῶν Θεῶν ἐνθάδε ϗ ἀφωσιωμένων ἐν ναοῖς. ȣ̓κ εὐθηνȣ̃μεν τὸν μισθὸν τῆς Στατίωνος παρέχειν καθ' ἔτος CKN. μάλιςα ϗ τὰ ἀναλώματα εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐν Ποτιόλοις τῆς βȣθυσίας ἡμῖν προσετέθη. δεόμεθα ȣ̓ν προνοῆσαι ὑμᾶς τȣ̃ διαμένειν ἀεὶ τὴν Στατίωνα. διαμενεῖ δὲ, ἐὰν πρόνοιαν τῶν κατ' ἔΐος διδομένων εἰς τὴν μίσθωσιν ποιήσασθε CKN. τὰ γὰρ ἔργα, ἀναλώματα, ϗ τὰ γενόμενα εἰς ἐπισκευὴν τῆς Στατίωνος ἱερᾶς ἡμέρας τȣ̃ κυρίȣ Α'υτοκράΐορος, συμπεισθέντες ἑαυτοῖς ἐλογισάμεθα. ἵνα μὴ τὴν πόλιν βαρῶμεν. ὑπομιμνήσκομεν δὲ ὑμᾶς ὅτι ȣ̓δεμία πρόσοδος γίνεΐαι, ȣ̓τε παρὰ ναυκλήρων, ȣ̓τε παρὰ ἐμπόρων τῆς ἐνθάδε Στατίωνος, ὡς ἐν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ. παρακαλȣ̃μεν ȣ̓ν ϗ δεόμεθα ὑμῶν τῆς τυχης φροντίσασθαι τȣ̃ πράγματος. Ε'πάφη (l. ἐγράφη) ἐν Ποτιόλοις πρὸ ῑ Καλανδῶν Αὐγȣ́ςων, Γαλλίῳ καὶ Φλάκκῳ Κορνηλιανῷ ὑπάτοις.

Α'πολλίωι τȣ̃ λυσαχθείσης δὶ ȣ̓ ἔτȣς τῶν ἐφεμέροντος Γ. Ο'υαλερίȣ προέδρȣ.

Α'νεγνώσθη ἐπιςολὴ Τυρίων Σΐαΐιωναρίων ἀναδοθεῖσα ὑπὸ Λάχητος ἑνὸς αὐτῶν ἐν ΗΗ..... (f. ἐν ᾗ ἐδήλȣ ut inferius) πρόνοιαν ποιήσασθαι αὐτοῖς ὥςε θυσίας ϗ θρησκείας τῶν παΐρίων ἡμῶν Θεῶν ἐκεῖ ἀφοσιωμένων ἐν ναοῖς. ϗ μὴ εὐπορεῖν τὸν μισθὸν τῆς Στατίωνος παρέχειν, καὶ τὰ ἀναλώματα εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐν Ποτιόλοις τῆς βȣθυσίας αὐτοῖς προςετέθησαν. τῶν γὰρ ἔργων ἀναλωμάτων γενομένων εἰς ἐπισκευὴν ἑαυτοῖς ἐλογίσαντο, ἵνα μὴ τὴν πόλιν βαρῶσιν. ϗ ὑπέμνησκε, ὅτι ȣ̓δεμία πρόσοδος γίνεται αὐτοῖς, ȣ̓τε παρὰ ναυκλήρων, ȣ̓τε παρὰ ἐμπόρων τῆς Στατίωνος ὡς ἐν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ.

Μεθ' ȣ̓ν ἀνάγνωσιν Φιλοκλῆς Διοδώρȣ εἶπεν. οἱ ἐν Ρώμῃ Στατιωνάριοι ἔθος εἶχον ἀείποτε ἐξ ὧν αὐτοὶ λαμβάνȣσι παρέχειν τοῖς ἐν Ποτιόλοις KCN. ἀξιȣ̃σι ϗ νȣ̃ οἱ ἐν Ποτιόλοις Στατιωνάριοι αὐτὰ ταῦτα τηρεῖσθαι αὐτοῖς. ἢ εἰ μὴ θέλȣσιν οἱ ἐν Ρώμῃ αὐτοῖς παρέχειν, αὐτοὶ ἀναδέχονται δύο Στατίωνας ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἱρέσει. Ε'πιφωνήσας, καλῶς εἶπε Φιλοκλῆς, δίκαια ἀξιȣ̃σι οἱ ἐν Ποτιόλοις, ἀεὶ ȣ̓τως ἐγένετο, ϗ νȣ̃ ȣ̓τω γενέσθω, τȣ̃το πόλει συμφέρει, φυλαχθήτω ἡ συνήθεια. Α'π-

(*a*) Reineſius pag. DCCCLXIII.
(*b*) Sponius pag. 357.
(*c*) Diar. Italic. pag. 439.
(*d*) Gruterus pag. MCV. In Corrigend. & Addend. pag. CCCLVI.
(*e*) Cap. III.

(*f*) Reineſius pag. CCCXXX. Variar. Lećtion. Lib. III. cap. XVI.
(*g*) Diſſertat. IX. pag. 558.
(*h*) Diſſertat. IV. cap. III.
(*i*) Oxonienſ. pag. XLIII.

Ἀνεγνώσθη πιττάκιον δοθὲν ὑπὸ Λάχητος Πριμογενείας καὶ Ἀγαθόποδος υἱοῦ αὐτοῦ Τυρίοι Στατιωναρίων Στατίωνος Τυριακῆς συνοδωνίας ἐβλάθη (f. κολωνίας σεβαστῆς) ἐν ᾧ ἐδήλουν τοῖς ἐν Ποτιόλοις παρέχειν τὴν ἡμετέραν πατρίδα . . . . .

Epiſtola ad Tyriorum civitatem data. Magiſtratibus, Conſilio, Populo Metropolis Phœniciæ, & aliarum civitatum, Sacræ, Aſyli jure, ac ſuis legibus utentis, & Navarchidis, Tyrii Puteolis commorantes felicitatem.

Per Deos & Domini noſtri Imperatoris fortunam. Si qua Puteolis Statio eſt, noſtra quidem, ut multis veſtrum conſtat, & magnitudine, & ornatu antecellit omnes. Hujus olim, qui Puteolim incolunt, curam gerebant; nunc vero ad exiguum numerum redacti ſumus, & in ſacrificia, atque patriorum Deorum his Templis conſecratorum ſollemnia erogantes ad annuum . . . . . . ſtipendium Stationi præbendum non ſufficimus; præcipue cum expenſa quoque Agonis, qui ſacrificio boum Puteolis peragitur, nobis injuncta ſint. Precamur ergo, ut de Statione perpetuo conſervanda cogitetis: conſervabitur autem, ubi eorum . . . . . quæ in ſingulis annis pro mercede præbentur, curam geratis; opera enim, & expenſas ad ſacram Domini Imperatoris diem celebrandam, in nos recepimus, ne civitatem gravemus. Monemus etiam, nullum ſive a navigantibus, ſive ab hujus Stationis mercatoribus proventum advenire, ſicut in Urbe Domina. Hortamur ergo, & oramus, ut negotium iſtud vobis cordi ſit. Datum Puteolis X. Kal. Auguſtas, Gallo & Flacco Corneliano Coſſ.

. . . . C. Valerio illius diei Præſide.

Lecta eſt Tyriorum Stationariorum Epiſtola, a Lachete uno ex his tradita, qua ſignificant, pro ſacrificiis, & patriorum Deorum in iis Templis conſecratorum ſollemnibus providendum ipſis eſſe; & Stationis ſtipendium erogare non poſſe: impenſas etiam pro agone Puteolano Sacrificiis boum additas ipſis fuiſſe; ſibi enim opera, & in apparatum expenſas impoſuiſſe, ne civitatem gravent: monere quoque, nullum ipſis ſive a nautis, ſive a mercatoribus proventum advenire, ſicut in Urbe Domina.

Poſtquam lectionem Philocles Diodori F. dixit: conſueverunt ſemper Stationarii, qui Romæ, iis, qui Puteolis ſunt, erogare . . . . Rogant modo Stationarii Puteolani, morem hunc ſervari; aut ſi renuant qui Romæ degunt, ipſi eodem conſilio Stationes duas ſubibunt. Acclamatum eſt: bene loquutus eſt Philocles; æqua petunt, qui Puteolis ſunt; ita perpetuo agatur, & nunc ita fiat: hoc civitati conducit, conſuetudo ſervetur.

Lectum eſt Pittacium Tyriorum Stationariorum Stationis Tyriæ, Coloniæ Auguſtæ, a Lachete Primigenii F. & ab Agathopede filio ejuſdem redditum, quo ſignificarunt iis, qui Puteolis degunt, præbere patriam noſtram . . . . . .

Subſcribitur Græcæ editioni Gruterianæ: *Pighius qui habuit a Cardin. Bernardino Maffejo:* at in Maffejorum Cimeliarchio tam frequentato neminem ſpectaſſe, nullique alteri Cardinalem, literatis viris eximie faventem communicaſſe; ac iis cimeliis ad Sereniſſimos Farneſianos delatis, mirum eſſet, ingens hoc & ſingulare marmor prorſus evanuiſſe. Si quæcumque in hac Inſcriptione abſona, & inconcinna ſunt, ſigillatim, perſequi velim, charta, & calamus me deficiant. Quiſnam primo *Stationes* has Tyriorum nobis explicet, & quiddam ſimile in antiquorum monumentis indigitet? Nihil non incongruum excogitari poteſt, quod ad rem declarandam faciat. Locus eſt Strabonis (*a*) ἡ δὲ πόλις ἐμπόριον γεγένηται μέγιστον χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους. *Puteolorum civitas emporium facta eſt maximum, artefactos habens ſinus,* ſeu *navium ſtationes*: huic ſi reſpexit, ut arbitror, qui has nænias cudit, importune prorſus *Stationarios* admiſcuit, & *Stationis mercedem*, & conſimiles Romæ Stationes: importune quoque Tyrios *Stationarios*, militare præſidiariorum nomen, Romæ, & Puteolis collocavit: mercatorios cœtus forte intelligi voluit, priſcam Phœniciorum mercatorum celebritatem, ac frequentiam cogitans, & anno Chriſti CLXXIV. Flacco & Gallo Coſſ. adhuc floruiſſe, & duraſſe putans. Stylus autem quandoque pene vulgaris, alias inconditus, & nihil ſignificans, minime ad ætatem accomodatus. Quo exemplo loquutiones illæ, καὶ τῆς Τυρίας πατρίδος οἱ &c. ὐχ ἰυτοῦμεν παρέχειν, ἔργα ἀναλώματα, τῆς τύχης τῦ πράγματος, πιττάκιον &c. Quis explicet Ἀπολλίου τῦ λασαχθείσης δι' ὃ ἔτους τῶν? quis CKN, vel KCN? an κίσσου? ſed non cohæret: quis συνοδωνίας? ſi κολωνίας legis, quid ei cum Statione? Turbant & alia. Singulis documentis lemma præfigitur: Ἐπιστολὴ γραφεῖσα &c. Ἀπολλίου &c. nihil tale in lapidibus. Adriani, & Antonini (*b*) Reſcripta Farneſianis marmoribus inciſa ſpectantur, ſed titulo præfixo nullo. Quam lepidum præcipue initium illud, *Per Deos & Imperatoris fortunam*! ex formula juramenti eſt. Marmor Oxonienſe *pag.* II. Ὀμνύω Δία &c. καὶ τὴν τῦ βασιλέως Σελεύκου τύχην. *Per Jovem juro, & Seleuci Regis Genium.* At in hac Epiſtola juramentum eſt nullum. Laſenæ (*c*) ſummopere placuit ἀγὼν ille τῆς βυθυσίας, quem propterea Romanos a Puteolanis accepiſſe arbitratur, *Buthyſia apparatum* memorante Suetonio (*d*): verum Buthyſiæ, quæ boum ſacrificium ſonat, minime competit agonis nomen, certaminibus tantum cujuſcumque generis datum. Ταυροκαθάψια in Oxonienſi (*e*) toreumate exhibita, & ibidem docte illuſtrata, agon quidem dici poterant, cum in eis *feros Tauros per ſpatia Circi* equites *agerent* (*f*), defeſſoſque tandem inſilirent, & ad terram cornibus, & intorta cervice detractos necarent; at ubi, taurinis mactatis hoſtiis, res ſacra perageretur, nihil id ad agones ſpectabat. Placuere Noriſio, & Spanhemio Diſſ. IX. Tyriæ urbis tituli bis ab eo allati, illeque præſertim *Metropolis Phœniciæ & aliarum civitatum*; quo loquendi

(*a*) Lib. V.
(*b*) Gruterus pag. CCCXV. & CCCXVI.
(*c*) Gymn. Neapol. cap. III.
(*d*) Suetonius in Nerone.
(*e*) Pag. CCLXVII.
(*f*) Suetonius in Claudio.

quendi modo ea Provincia inter civitates computata videri poſſit. Verum ſi Metropolim pro matrice hic accipimus, Metropolis Phœniciæ improprie dicitur, cum eo ſenſu civitas non niſi civitatum, ad quas ædificandas colonias miſit, Metropolis appelletur. Si urbem primariam intelligimus, erronea eſſe adjectio illa, *& aliarum civitatum*, cum extra Provinciam ſuam minime præemineret, nec ſatis in ipſa, Sidone æqualiter florente, & primas affectante: Strabo (*a*) ὁπότεραν δὲ ἄντις εἴποι Μητρόπολιν φοινίκων, ἔρις ἐν ἀμφοτέραις ἐστί. *utram earum* (de Sidone & Tyro) *Phœnicum Metropolin dicas, pugnant invicem utraque*. Nihil tamen magis vanitatem hujus documenti patefacit, quam ſi contextum ipſum excutiamus, inanemque ſermonem ſpectemus. Factum eſt iis involucris, ut Reineſius *ad Puteolanos magiſtratus* datam crediderit priorem Epiſtolam, quam tamen *ad Tyriorum civitatem* miſſam patet. Exponunt in ea Stationarii, *ad annuam mercedem Stationi prabendam jam non ſufficere;* quapropter ut conſervetur Statio, Tyriam civitatem rogant, *ut ejus pecunia, quæ pro annua mercede præbetur, curam gerant:* quis hæc conglutinet? Sequitur, *Lecta eſt &c.* ubi, a quibus, & quo tempore, monet nemo: refert Philocles Stationarios, qui Puteolis ſunt, ea Epiſtola querimoniam habere de Stationariis, qui Romæ, a quibus niſi tandem præſtetur, quod debet, velle ſe duas Stationes ſubire: at de his ne jota quidem in Epiſtola; qua contra Puteolani Stationarii exiguum numerum ſuum, & alia cauſantur, cur id, ad quod ipſi tenentur, erogare non amplius valeant. Quo autem refertur novum verbum ὑπέμνησαι? Quo inferius ἐπιφωνήσας? quid deinde reliquum erat iterato illo Ἀνεγνώσθη? quis ibi *quatuor dictiones* excogitet, quibus incepta rurſus relatio compleri poſſit? dicit enim Gruterus: *quatuor dictiones deſunt, quæ abſumpta erant vetuſtate in extremo marmore*. Non eſt cur diutius in hac Inſcriptione immoremur. His autem omnibus ſatis conſtare arbitror, in hujuſmodi quoque monumentorum genere cautelam adhibendam eſſe; nec Græca marmora ſtatim, ut moris eſt, & ſine examinatione amplectenda: quin ex propoſitis obſervationibus, ac monitis lucis non minimum ad commenta dijudicanda affulgere, & ad Græcorum lapidum explorandam fidem ſatis præſidii contineri reor.

CANON IV.

Inſcriptiones recte deſcribendæ, cum ex literarum omiſſione, vel permutatione errores non pauci oriantur.

NActus ubi demum fueris ingenuum, ac vetuſtum lapidem Græce loquentem, primus ſit labor, adamuſſim exſcribere, ſive, ut magis proprie loquar, accurate depingere, atque uti ſe habet, nihil prorſus immutando repræſenta-

re. Præſtiterunt hoc quam pauciſſimi: quo factum eſt, ut quibus ipſa marmora inſpicere non eſt datum, quomodo vere ſe habeant, diſcere non potuerint, multiſque ad ea dijudicanda, recteque intelligenda luminibus deſtituti, fraudatique ſint. Vandalius ut plurimum peſſime verſus turbat, & Inſcriptiones ab aliis exacte, ut in marmoribus habentur, deſcriptas ingenio ſuo in longiores, ac breviores verſiculos diſtribuit, ita ut peritis harum rerum, falſitatis ſuſpicionem primo intuitu ingerant. Ut plurimum ſcilicet Inſcriptiones Græcæ disjunctis verbis, ſuoque intervallo diſtinctis, ſæpe etiam punctis cuique dictioni adpoſitis edi ſolent: in quo præterea, dies me deficiat, ſi quotieſcumque vel perperam diſtrahendo, vel importune copulando peccatum eſt, memorare velim. Carminibus compactas eodem modo, ac communi oratione conceptas ſculpi antiquitus conſueviſſe, ex editis titulis, hodierno more diducentibus, ac reſumentibus, cognoſci non poteſt.

Quod ad literarum formas pertinet, quam doctiores eſſemus, ſi anteactis temporibus monumenta vulgantes ea cura ſollicitaſſet! Verum quidem eſt, numquam in hoc fieri ſatis poſſe, nullaque quemquam diligentia conſequi, ut qui ipſorum lapidum ſcripturam viderit, diverſum quiddam a typographicis exemplis ut plurimum non videat. At ſingulares ſaltem, inſolitaſque elementorum notas aut ob oculos ponere, aut de iis admonere, aut certe non transformare oportet, ne extraneas tenebras Inſcriptionibus quandoque offundamus. Lacunæ, ſi quæ ſunt, exacte deſignandæ, ut, quot elementa deſiderentur in lapide, intelligatur. Lineola ſuperpoſita, ſi qua umquam eſt, non prætereunda; nam admonet de compendio. Tres cum neglexerit Sponius *pag.* CCCLXV. Latinam verſionem blictrica dictione *Pyem* contaminavit, quod recurret alio loco.

Si quod forte verbum antiquitus eraſum appareat, monere ne prætermittamus; intereſſe enim hiſtoriæ poteſt. In Septimiis & filiorum lapide nomen Getæ deletum viſitur, nec ita tamen ut literarum veſtigia quædam non agnoſcantur. Reineſius (*b*) & Sponius (*c*) ΓΕΤΑ ſcribunt, ut dictiones reliquas. Cavendum præſertim, ne litera omittatur ulla. Quid ea ſignificant apud Reineſium (*d*) *Hujus enim cardo cinis eſt meus?* nimirum ΟΤΦΗ legit, cum legendum eſſet, ΚΟΤΦΗ, *levis* cinis. Pighius (*e*) apud Gruterum ΕΠΙΕΡΕΟΣ idem eſſe ac ἀρχιερέως docet: at ea vox nihili; marmor enim in Muſeum Philarmonicum a me illatum ΕΠΙΙΕΡΕΩΣ præfert: *ſub Sacerdote*. In eadem epigraphe apud Gruterum ΑΝΤΙΧΕΤΤΣ emendant, Ἀντιοχεύς; marmor Ἀντιοχεύς. Nec leve periculum haberi debet vel jotæ unius prætermiſſio iis locis, quibus nunc ſubſcribitur, olim ſerie eadem præcipue in lapidibus adſcribebatur. Uxori Satriæ monumentum Terentius ſtruxit; quod minime intelliges in Gru-

(*a*) Strabo Lib. XVI.
(*b*) Reineſius CL. III. n. XXXVI. pag. 313.
(*c*) Sponius pag. CCCLXIX.

(*d*) Reineſius Append. Omiſſor. n. XLIII. pag. 1030.
(*e*) Pighius apud Gruter. pag. LXXXIV. n. 3. in Not.

tero (*a*) legens CATPIA TYXH. at erat in lapide, ut opinor, CATPIAI TYXHI, & infra ZHCACHI. Patinus ad Smyrnæas Juliæ Inſcriptionem interpretans (*b*), reddit *Julia Electa Fecit*, cum vice verſa *Electæ* ipſi vita functæ a filio, & conjuge titulus ſit factus: in quem errorem haud impegiſſet, dum in Grutero (*c*), qui a Sirmundo acceperat, non IOYΛIA EKΛEKTH, ſed IOYΛIAI EKΛEKTHI vidiſſet: in eadem Ψυχῇ Ἀγαθῇ legendum, & αἰωνίας, non αἰώνας. Sponius (*d*) in Licinii marmore, nunc juris noſtri, ante τοῖς προσκοσμήμασι omiſit CYN, quo ſententia involvitur. Oxonienſes *pag.* 11. καὶ τοὺς ἄλλους Θεοὺς πάντας, omittunt καὶ πάσας: *e gli altri Dei tutti, e tutte*, Deos, Deaſque omnes. Homerus: πάντες τε Θεοὶ, πᾶσαί τε Θέαιναι. Demoſthenes: εὔχομαι Θεοῖς πᾶσι τε καὶ πάσαις.

Quin nedum literas, ſyllabas, verba, ſed quam facillimum eſt in prolixa, ac minuta Inſcriptione verſus integros tranſilire. In Veronenſi Epicteræ marmore (*e*) Latina verſio columna prima lineam præterit. Evenire hoc præſertim ſolet, cum verbum quodpiam in ſuperiori ac inferiori verſu iteratur; tunc enim oculos priore exſcripto ad lapidem referentes, in proclivi eſt incidere in poſterius, & quæ conſequuntur, deſcribere. Apud Reineſium *pag.* 313. *verſ.* 10. ob repetitionem verbi Ἀρχηγοὺς verſus elabitur, quem apud Sponium videas (*f*). Quam lubricus ſit hic locus, Latini interpretes experti ſunt. Grutero (*g*) in Epicteta integræ duæ lineæ cum dimidia effugerunt, intra iteratam dictionem περιόντων comprehenſæ: Oxonienſi nihil minus in Smyrnæorum fœdere; quæ enim a voce γεγραμμένα ad γεγραμμένον recitantur (*h*), verſionem adhuc expectant. Verum ut demere non oportet, ita nec adjungere. Gruterus *pag.* CCXIX. mutat ΔEKA *decem* in ΔEKAI, quo ſenſus tollitur. Qui Inſcriptiones a Schedis hauriunt, caveant, ne verba a primo exceptore quandoque ſubjuncta, eadem majoris literæ majeſtate proferant, ita ut ad epigramma pertinere videantur. Epigraphen videas in *Diario Italico* (*i*), quæ ſic clauditur, KAI TAA. καὶ τὰ λοιπά. aliam in *Miſcellaneis* (*k*) contextui intrudentem KAITAEΞHΣ. primi ſiquidem exſcriptores progredi nolentes, adnotaverant, *& reliqua*, *& quæ ſequuntur*. Cyriacus addiderat poſt Inſcriptionem: *ſubtus viſitur Triton Neptuni tubicen*, quæ nomina Græce quoque ſubjunxerat. Editor Græcam, Latinamque epigraphen ex iis conflavit, ut in ipſa collectionis fronte vulgatam de Cyriaci mendaciis opinionem immerito confirmaret.

Quicumque huic literarum generi animum non adverterunt, nihil facilius opinantur, quam Inſcriptionem tranſcribere, & quod in lapide videas, in chartas referre, periculis tamen ea res non vacat. Nam inter Græcas majori forma literas, quibus lapidibus ſignantur, plures ſunt, quæ adſimilantur invicem, & tam leviter diſcriminantur, ut, breviſſima addita lineola, vel dempta, depreſſa etiam paululum, vel inflexa, elementum transfiguretur, alteriuſque faciem ſtatim induat, & pro altero accipiatur. Cum autem in exeſis, ſcabriſque lapidibus literarum ductus ancipiti aſpectu frequentiſſime occurrant, qui probe non intelligit quod excipit, magnum quid præſtabit a ſphalmatis temperans. Literæ, quæ facillime commutantur, hæc præſertim ſunt: A, & Δ, & Λ. item ΛΛ cum M, Є cum C; deinde E cum Ξ, & etiam Σ. Σ cum Ξ. pariter O & Θ. Ξ & Z. Rurſus Π, & Γ, & T, nec non P cum Γ, & Π. In Philarmonico Licinii Friſci ΓΓ perpetuo ſic ducitur, ΓΓ ideoque pro Π habebat quidam. Neque moleſte quiſpiam ferat, in minutis hiſce commentationibus moram agi, aut arti Criticæ inſultet, velut apicum captatrici, & literarum aucupi, atque in jejuna quadam ſyllabarum concertatione verſanti. Nihil eſt in eruditione, inque gravioribus ſtudiis tam maximum, quod ex minimis hiſce aliquando non pendeat: variata litera dictionem variat; dictio ſententiam; ſententia rem. Jam periculis aliorum diſcamus. Novam gentem Romanorum faſtis intulit Sponius; (*l*) cum a Chiorum populo *L. Demilium* honorari dixit; nimirum ΔEMIΛION ſcripſerat pro ΛEMIΛION. Inaudita item urbe Geographiam auxit, cum Julii Bonnati Inſcriptionem transferens, *Pontificem Triſapoleon* appellavit (*m*): nec quid ſit TPIΣAΠOΛEΩN, leve erit exponere: at TPIΣΔ. ubi ſcripſeris, Pontificem habes ſummum tredecim civitatum, quas Tiberius terræmotu proſtratas reſtituit. Quis intelligat apud Gruterum (*n*) προδιδηλωμένῳ, cum ſit in lapide προδεδηλωμένῳ (*), ut paulo ante KAI, non KPI. Vacat tamen his erroribus Gruteriana editio prior. Salmaſius (*o*) in Regillæ Inſcriptione ΘYOCKOΛIPA, quæ cum ſint ἀπροσδιόνυσα, mutat in Θυοσκόον Ἱρά, ſed violenter. Exſcriptor Λ tantum in A converterat; ΘYOCKOAIPA. *quæ ad Sacrificium pertinent*.

Horum characterum ſimilitudo effecit aliquando, ut eorum alter omitteretur, quaſi fruſtra repetitus. Sponius *pag.* 374. EΠIKAEΩ pro EΠIKΛAEΩ. Fabrettus *pag.* 288. ECAIAN loco ECAAIAN *ad ſiniſtram*: in eodem epigrammate ΠOC. lege TOC, vel TΩC Dorice. Leo Imperator *Aſontis* nomine prodit apud Capacium (*p*), AΣONTOΣ pro ΛEONTOΣ. Eximiæ Inſcriptionis exemplar miſit ad me præclarus Hiſtoriæ Siculæ Auctor Abbas Caruſius, doctorum ejus regni virorum illuſtrationibus additis, quam qui primus exſcripſerat AEIA pro

AΞIA

(*a*) Gruter. pag. DCCCXXV. n. 4.
(*b*) Idem Gruter. CCCCLXII.
(*c*) Idem pag. MCXLII n. 6.
(*d*) Sponius pag. CCCLXIII.
(*e*) Gruter. pag. CCXVII.
(*f*) Sponius CCCLXXIX. & Muſ. Veron. pag. XIV.
(*g*) Pag. cit. CCXVII.
(*h*) Pag. VII.
(*i*) Pag. 426.
(*k*) Spon. Miſcellan. Erud. Antiq. pag. XLIX.
(*l*) Idem pag. CCCXL.
(*m*) Pag. 356.
(*n*) Gruter. pag. cit. CCXVII.
(*) Vid. Muſ. Veroneſ. cit. pag. XIV. in Teſtamento Epictetæ. v. 30.
(*o*) Salmaſius pag. 37.
(*p*) Capacius pag. 113.

ΑΞΙΑ, ΕΕΑΝΗΝΟΥ pro ΕΞΑΜΗΝΟΥ depinxerat. Statia ΕΚΡΕΙΡΩΝΙΑ affertur a Gualterio (*a*), quæ mihi ΕΚΡΕΙΒΩΝΙΑ eſt. Scaliger, Gruterus, Bucherius in Paſchali S. Hyppoliti Canone ΕΖΟΔΟϹ iterato efferunt pro ΕΞΟΔΟϹ. quod ſuccurrit mihi, cum in Muſeo binos lapides dedicarem τὸ ζῆτα tranſverſa linea ſic augentes Ƶ, quæ ſummos viros decepit. In Grutero (*b*) ΑΡΖΑ...ΤΑ lege ΑΡΞΑΝΤΑ. In *Tabulis Siculis* Chriſtiani monumenti Jambicum redditur: *& ſtationem ſortiatur inquiſitionis* (*c*), quod reddendum erat: *& ſtationem ſortiatur dexteram*: καὶ στασίος τύχοιτο τῆς ΔΕΞΙΤΕΡΑϹ. nimirum legit interpres δι ζητήσεως, quia Ƶ credibile eſt ſculptum fuiſſe: ΔΙΑΝΕΥΜΕΝΩΝ ἀνδρῶν apud Sponium (*d*) nihil ſignificat: lineolam demas, ΑΙΑΝΕΥΜΕΝΩΝ habes, *hominem valde benevolentem*. Idem ſub finem *pag.* 329. ΟΕΙΔΟΤΩ vertit *Oedoto*, ita & Cuperus (*e*) in Harpocrate, ſed vel Θεοδότῳ fuerat, vel Θεοδότου. *Pag.* 48. ἢ ΥΑ Αχλκιμαχλια. quæ propterea non intellexit: reponas ἢ ΥΛΑ ἄλκιμα κλία, *& Hylæ decora inclita* Patinus pro *artium amore*, reddidit *amorem filiorum* (*f*): nimirum φιλοτεκνίας pro φιλοτεχνίας. In Gruterianis (*g*) Editione 1. inter ludicra certamina recenſebantur ΒΑΒΒΙΛΔΗΑ. Verum nomen ΒΑΡΒΙΛΛΗΑ. additur in ſecundæ editionis notis, forte Βαρβίλλεια. at Valeſiana Dionis Excerpta a *Barbillio* quodam denominata docent, in cujus gratiam Agonem iſtum Epheſiis Veſpaſianus indulſit: quem locum docte indicavit Prideaux in Oxonienſibus (*h*). Quoſnam ludos memorat Latina verſio penes Gruterum (*i*) *Podonalia?* nempe ΠΟΔΟΝΑΛΕΙΑ, ubi marmor, ut poſtea deprehenſum eſt, ΡΟΔΟΝΑΛΕΙΑ, *Rhodi Halia* bis vicit. Gualterius *pag.* 15. ΠΕΛΕΟΡΟΝ. lego ΠΛΕΘΡΟΝ *jugerum*. Ipſi quandoque (raro tamen) in his deflexerunt & marmorarii: noſtra Eutychidis ΑΝϹΟΗΚΑ pro ΑΝΕΘΗΚΑ. Epictetæ ΔΙΑΛΟΙΓΟΥ, in Gruteriana verſione (*k*) *moriente*: indicat ſententia ΔΙΑ ΛΟΙΠΟΥ legendum, *deinceps*. Tenebricoſam apud Reineſium Inſcriptionem faciunt verba ΑΛΤΕΙΝΟΝ, & ΗΡΙΤΕΝΕΙΗΣ. ubi Τ in Γ converteris, lucem omnem reddideris. ΠΑΙ bis in Sponiano Itinerario (*l*) quid ſibi velit non aſſequeris, niſi loco ΓΑΙ, hoc eſt Γαΐος ſtare cognoſcas. In Oxonienſibus (*m*), F Ἀ'ουίδιος Νίγερ. Seldenus F transfert, nihil addens ultra (*n*): Reineſius Æolicum digamma pronuntiat, & *Gnæi prænomen*

Tom. I.

ſignare docet: at qui Gnæum ſignet digamma, quo vel aſpiratio, vel V conſonans antiquitus ſignificabatur? Nullus dubito habuiſſe lapidem Γ, hoc eſt Γαΐος. Arringhius (*o*) ΕΓΟΙΗΣΑΝ pro ΕΠΟΙΗΣΑΝ. Reineſius (*p*) Κολλυδεὺς *ex Attico Populo Chollidenſi*, quem Χολλείδης ſcribendum, ut Stephanus facit, ne cum altero confundatur, cujus Popularis Κολλυτεὺς, memorante Luciano (*q*) Τίμωνα τὸν Κολυττέα. In Grutero (*r*) ΑΜΑ ΠΑΡΕΡΠΟΝ ΕΙΠΩΝ ΑΡΑΤΕΙΩ ΓΑΙΑΝ ΕΧΟΙΣ ΕΛΑΦΡΑΝ, reponendum eſt ΑΛΛΑ, & ΕΙΠΟΝ. *qui præterit autem*

Dicat, Arateo ſit tibi terra levis.

Fabrettus (*s*) ΑΛΗϹΙΤΕ pro ΜΗϹΙΤΕ; emendavit Montfauconius (*t*); at non emendavit in eadem Inſcriptione ΑΙΝΟΤΟΚΩΝ ΕΩΝ, quin ipſe quoque bis ſic enuntiat, cum ſcribi debuerit ΓΟΝΕΩΝ. Idem Fabrettus (*u*) ΠΕΡΙΚΑΜΕΟΣΗΣ ΕΓΙΙΓΙΕΙΩΝ. Quod epitaphium ſic legas.

Τύμβος ὅδε κρύπτει κυρῆς σεμνῆς, ἢ ἀμέμπτε
Σῶμα κατοικομένης ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΟΣ, ΗΣ ΕΠΙΓΕΙΩΝ
Παρθενικὴν ζώνην οὔτις ἔλυσε βροτῶν.

Contegit hic tumulus caſtæ, inſontiſque puellæ
Perpulchræ corpus functæ, cui nemo hominum
umquam
Eſt auſus zonam ſolvere virgineam.

Capacius (*x*) ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ pro ΕΠΙΣΤΑΔΑΙ. vidit Reineſius (*y*); ſed verſionem, *hanc aſpico, ſcio*, non attigit; ſic repaſtinemus.

Stans hoſpes cippo Cleopatram cerne ſub iſto.

At emendatio non ita eſt in promptu, ubi hujus generis peccata multiplicentur. Quis veram lectionem eruat Gruteriano (*z*) illo verſu ΩΣ ΙΔΟΥΛΑΤΟΥ. Ι. ΚΛΑΡΟΥ? niſi Gualterius (*a*) opitulatum veniat, qui ſic exhibet: ΩΣΤΑΟΡΓΑΤΟΥ Ζ. ΚΛΑΡΟΥ. (*) *ſicut termini ſortis* (hoc eſt portionis) *ſeptimæ*. In ea Inſcriptione uterque πόδεσιν ἑξάποδον reddit *acceſſum planum*, cum ſit *ſex pedum*, & ἐλαιοκόμιον *olivetum*, cum ſit locus, ubi oleum elaboratur. Præclaram Inſcriptionem Cyriacus recenſuerat, quæ in recenti ejus editione ſic exhibetur: Η πόλις Γ. Ρούβριον ΒΙΑΝΟΡΑΣΕΡΑ ἀλείπτην τῆς τε περὶ τὸ Λακωνικὸν ἔθος σεμνότητος ἢ τῆς ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀρετῆς χάριν. Gruterus (*b*) eamdem afferens, ſcribit ΒΙΑΝΟΡΑ. ΣΕΡΑ. ΑΛΕΙΠΤΗΝ. Cogitabam, an Serapionis nomen lateret; ſed poſt *Bianorem* Græcum nomen alterum minime arridebat: cum Salvinio meo locum indicaſſem,

G 2 is

(*a*) Gualter. pag. XIII.
(*b*) Gruter. pag. CCCCX. n. 3. V. 4.
(*c*) Pag. LXXXI.
(*d*) Sponius pag. 343. Verſ. 30.
(*e*) Cuper. pag. 153.
(*f*) Pag. 460.
(*g*) Gruter. pag. CCCXIV. n. 1. V. 3. a later. marmor.
(*h*) Oxonienſ. pag. LXXIV.
(*i*) Gruter. pag. CCCXIV. cit. n. 1. V. 4. & 5.
(*k*) Pag. CCXIX.
(*l*) Spon. Itiner. Tom. III. pag. 161.
(*m*) Oxonienſ. pag. CCLXV.
(*n*) Selden. pag. 113.
(*o*) Arringh. Tom. II. pag. 262.
(*p*) Reineſ. pag. 289.
(*q*) Lucian. in Tim.
(*r*) Gruter. pag. MCXXX. n. 9.

(*s*) Fabret. pag. 731. n. 449. V. ult.
(*t*) Montfauc. Diar. Italic. pag. 273.
(*u*) Fabret. pag. 144. n. XXX.
(*x*) Capac. pag. 44.
(*y*) Reineſ. Cl. XVII. pag. 824. n. XXXVI. V. 1.
(*z*) Gruter. pag. CCX. V. 34.
(*a*) Gualter. pag. XXX.
(*) Hoc eximium Alæſæ Marmor, non vero ænea lamina (ut opinatus eſt Cl. Corſinius in Not Græc. §. II. pag. XX.) de agrorum terminatione mendis expurgatum editum fuit a V. Cl. D. Gabr. Lancelloto Caſtello Principe Turriſmutiæ in Libro, cui titulus: *Storia di Aleſa antica Città di Sicilia. In Palermo* 1753. ad pag. 154. Tab. VII. Et ſuperiori anno ex iiſdem typis opera & ſtudio ejuſdem Cl. A. prodiit alterum vol. ut vocant in fol. quod inſcribitur: *Le Antiche Inſcrizioni di Palermo &c.* utrumque eſt omnigena eruditione refertum.
(*b*) Gruter. pag. MXC. n. 9.

is ſtatim, ac primo fere intuitu Ξηραλείπτην *unctorem in ſicco* legendum eſſe pronunciavit: tam enim ξηρὸς dicitur, quam ξηρὸς, & ξηραλοιφεῖν valet *ungere citra lavationem*. Conjecturam optimam comprobat, & extra omnem aleam ponit *Laconici* mentio, quæ ſubſequitur; ſic enim appellabatur cella ſudori abſque balneis provocando deputata. Celſus (*a*) duobus modis ſudorem elici monens, *aut ſicco calore, aut balneo*, ſiccum calorem effici docet arena calida, clibano, & *Laconico*. Siccos hos unctores nec Mercurialis novit, nec Faber de Aliptis agentes. Inſcriptionem ergo ſic redderem. *Gajum Rubrium Bianorem unctorem in ſicco ob moris honeſtatem in Laconico, & ob virtutem in Gymnaſii exhibitam Civitas honorat*.

Inſcriptionem attulit P. Montfauconius in Palæographia (*b*), quæ ita concluditur: Ὑπάτῳ Φλαβίῳ Ἀππίωνος τῷ λαμπροτάτῳ ΙΝΔ Β, interpretatur: *Conſule Flavio Appione ſplendidiſſimo illuſtri* 2. notam rurſus explicat: *poſt Conſulatum ejus anno* 2. Putat ſcilicet, etiamſi Flavius Appio ſemel tantum Conſulares tabulas ſignet ad annum DXXXIX. annum tamen ſecundum poſt Conſulatum ejus, nempe DXLI. in hoc epigrammate ſignificari; *mira enim*, inquit, *tunc erat circa Conſulatum numerandi varietas*. At formula *poſt Conſulatum* iis tantum annis eſt adhibita, qui Conſule vacaverunt; neque igitur anno DXL. quo Fl. Juſtinus, neque DXLI. quo Fl. Baſilius Conſules proceſſerunt, adhiberi potuit. Ubi ea formula Græce eſſet proferenda, numquam per notam numeralem tantum deſignaretur, ita ut elementum B convertendum ſit *poſt Conſulatum ejus anno II.* Præterea intempeſtive ſubjungeretur *inluſtri* poſt λαμπροτάτου, quæ vox *illuſtriſſimum* ſonat. Mihi ergo pro certo eſt, eam clauſulam ſic ſcribendam, ΙΝΔ Β, locoque ἰλλουστρίῳ legendum ἰνδικτιῶνος, *Conſule Flavio Appione Viro Clariſſimo, Indictione II.* Poſt conſulem Indictio ex Juſtiniani Novella 47. Ejuſdem Palæographiæ *pag.* 167. laudat Inſcriptio Imperatorum ἐπίτροπον quemdam ἐπὶ ΑΘΥΛΩΝ. qua voce *quid ſignificetur, ignoramus*, vir doctus ſubdit: an erat ἐπὶ ΑΣΥΛΩΝ? non enim incongruum videtur, eam procurationem alicui demandatam fuiſſe, ut quænam loca aſyli jure potiri deberent, & quouſque, eſſet qui decerneret. Eximius idem Auctor mutilatam recitat in Diario Italico (*c*) præmittens: *qua præſtantior altera vix uſpiam haberetur, ſi quidem integra ad noſtram uſque ætatem perveniſſet*. Obſtitit ea laus immodica, quo minus, ut vehementer cupiebam, ad Muſeum augendum quacumque conditione fragmentum iſtud adipiſcerer: pretium tamen ab errore partum, quo exiſtimatum eſt, in eo lapide decretum contineri *ad communem Græcorum ludum, ſive pugnam, ejuſque ritum ordinandum*, cum nihil hujuſmodi. Votis meis dimidia offecit lineola; lectum enim eſt, ΕΠΡΑΧΘΗ ΕΝ ΙΕΡΑ ΠΥΓΝΗ, explicatumque, *Datum fuit decretum in ſacra Pugna*, cum nulla ibi pugna vel ſacra, vel profana, legendumque ſit ΕΠΡΑΧΘΗ ΕΝ ΙΕΡΑΠΥΤΝΗ, *Datum*, ſeu *Actum Hierapytnæ*, cujus civitatis Strabo, Plinius, Dio, Stephanus mentionem faciunt. Cretenſis civitas fuit, e qua Inſula & alia proxima in iiſdem ædibus Allatienſis Inſcriptio (*d*). Nullus heic, ut puto, controverſiæ locus. In documentis poſt *Datum*, ſive *Actum*, ludorum, qui tunc agerentur, mentio ſequi non ſolet, ſed loci. *Pugnam Sacram* inter veteres non eſt qui memoret: Πυγμὴ Græca vox non eſt, & eo loco iotis adſcriptis augeretur, ἐν ΙΕΡΑΙ. ΠΥΓΝΗΙ. Quæ deinceps afferuntur ad monumenti interpretationem de prandio in ludis, & de ejecto quodam e Senatu, fundamento ſublato, concidant neceſſe eſt. In eo monumento, modo integrum ſupereſſet, legatum haberemus, aut donationem Communi factam ad ſodalitatem quamdam inſtituendam, feſtumque diem celebrandum, ſimiliter prorſus ac in aliis, & præcipue in Epictete noſtro. In hoc ſiquidem honori defunctorum quorumdam locus conſtruitur, qui eorum ἀνδριάντας, Muſarumque etiam imagines contineret, & in qua τὸ κοινὸν τῶν συγγενῶν cogeretur quotannis ad rem ſacram peragendam, conviviumque τὸ δεῖπνον celebrandum: de vino convivis miniſtrando ſpecialis fit mentio; nam præberi debebat exquiſitum: videtur & de pompa quiddam innui: ſi quis ſecundum præſcripta non ageret, pecuniaria pœna tenebatur, nec particeps conventus erat amplius, donec perſolviſſet: conventus ipſe ἄνδρα τὸν ἐγγραφέντα eligebat, penes quem acta cuſtodirentur: *legi* minimum quidem adverſari, cuiquam licebat. Ex his Cretenſis fragmenti ſenſus omnis in aperto eſt. Memorantur in eo οἱ Ἀπαντῶντες, quibus forte convenire indictum erat: memoratur τὸ δεῖπνον ab iis celebrandum: memoratur οἴνου τριετοῦς κεράμιον, *vini triennis teſtula*, quam is, cui incumbebat δοῦναι τῷ κοινῷ *conventui* præbere debebat: vides ἀνδριάντα, & εἰκόνας ἀγρίας, *qua quorſum ſpectarent, expiſcari* Montfauconius *non potuit*: pompa (τὴν πομπὴν) ducenda erat incedentibus in binos ordines diſtributis, κοινῶν ἐν μέρει τὰ δύο τάγματα. qui delinqueret, admittendus non erat μέχρι ὃ ἂν ἀποδῷ, *uſque dum ſolveret*. Legem infringere fas erat nemini, μηδεὶ ἐξέστω τῷ κοινῷ τοῦτο ὑπεναντί... Scriba bis nominatur. Hujus autem documenti fragmen non eſt ab ipſo teſtamento, ſive donatione ipſa deciſum, ſed a Senatus conſulto, quo acceptatur, & rata habetur; propterea τῆς Ἱερωσύνης repetita mentio, ut τῆς βουλῆς in ſecunda parte Corcyrenſis ab hoc item non abſimilis (*e*). Confirmantes, atque acceptantes legantis, ſive inſtituentis actum per extenſum referebant. Clauditur nominibus eorum, qui γραμματεῖς παρῆσαν ſcribundis adfuerunt. Ejuſdem Hierapytnæ liberæ adhuc, ut videtur, & nondum a Romanis occupatæ monumenta videas longe præclariora apud Gruterum *pag.* DV. & in Pricæi notis ad Apuleium (*f*), exinde apud Oxonienſes.

Clau-

(*a*) Celſ. Lib. II. cap. XVI.
(*b*) Palæograph. pag. 174.
(*c*) Diar. Italic. pag. 74.

(*d*) Vid. Diar. Italic. pag 72.
(*e*) Diar. Italic. pag. 414.
(*f*) Apul. pag. 121.

Claudamus exercitationem hanc monentes, multa ſæpe, quæ omnino ænigmatica in editis Inſcriptionibus videantur, aſſequuturum eſſe, qui hac conſideratione literas in adfines, & conſimiles ſibi ſenſim commutet; oriri enim & paulatim emergere ex non ſignificantibus ſignificantia, & ex non verbis verba mirabitur. Numquam autem magis regula hac & circumſpectione utendum, quam cum in lapides incidimus, quorum ſcriptura recenti, nigroque penicillo deſignata fuerit. Invaluit in dies pluribus locis ea conſuetudo, ut in adjumentum legentium ſculptæ literæ atramento inducto conſpicuæ fiant: laudanda quidem bona mens, diligentia laudanda: Sed qui mihi fidem præſtabit aliquam, numquam hoc in antiquis marmoribus fieri patietur. Reliquiis veterum omnibus numquam melius conſulitur, quam cum omnino intactas relinquimus, manuſque, etſi leves, atque etiam pias abſtinemus. Scrutatores antiquitatis minime amant priſcas literas, recenti ea larva obtectas intueri, ſed genuino cultu, & minime fucato; ſecus enim non judicio ſuo legunt, ſed ejus qui depinxit; & ſi ambigua quædam occurrant, obductis ab atramento antiqui cæli veſtigiis, vera lectio indagari nequit. Mirum autem eſt, quibus tenebris infecta eo modo marmora, præcipue Græca, ſæpe involvantur. In ornatiſſimo regii Muſei veſtibulo quaſdam epigraphes Florentiæ feliciter exſcripſeram. Cum poſt menſes aliquot illuc redirem, eaſdem percurrens, non intelligebam amplius, nec quid ſibi quædam vellent, aſſequi poteram: nimirum atramento depictæ de novo fuerant, & o in α, ϰ in Ν, ΛΑΥΡ· in ΜΥΡ· ΓΙΟΥΑ in ΕΓΟΥΑ transferant. Quæ tamen apprime emendabit doctus Cimeliarcha, quo abſente, ac ruſticante, ii lapides ſunt conſcripti.

CANON V.

Inſcriptiones ſumma diligentia reſolvendæ.

GRæcos lapides poſtquam pictorio, ut ita loquar, ſtylo exſcriptos, ita, uti ſe habent, protulerimus, in quarumcumque literarum bonum, & ut illi quoque, qui rei antiquariæ non navarunt operam, uti iiſdem poſſint, communi ſcriptura iteremus, vulgaribuſque literis rurſus exhibeamus, neceſſe eſt. Nimietas diligentiæ viſa hæc Sponio eſt (*a*) de Anglicorum marmorum editoribus loquenti; at ſummam laudem & eo nomine ſibi comparavit ille, ut & Falconerius, ſummiſque præconiis donandus Salmaſius, qui primus Herodis & Regillæ monumenta tum majori, tum deinde minori litera edidit. Qui, ubi de prolixis epigraphis agitur, id non prætiterit, neque ad earum intellectum viam ſatis tutam ſternet, neque de ambiguis in lectione locis ſententiam ſatis aperiet ſuam. Dum autem, ut legenda ſunt, epigrammata ob oculos ponimus, ab illis cavendum nobis, quibus verba diſperſa quodammodo, & disjuncta ornamenti gratia quandoque collocantur: ne ſcilicet dictiones, aut ſententiam tranſponendo intercidamus: ut qui illa Sponii (*b*) Πάρθικον Μέγιστον Πατέρα &c. in duas columnas diſpertita, ita ut exhibentur, afferret: cum legendum ſit Πάρθικον Μέγιστον Γερμάνικον Μέγιστον, Πατέρα Πατρίδος.

Perraro tamen accidet, ut eo titulo hærendum nobis ſit in antiquis; at in recentioribus peccatum aliquando eſt. Andreas Marmora in Corcyrenſi Hiſtoria Italice perſcripta (*c*): ΕΜΜΑΝΟΥΗΛ·ΚΟΜΝΗΝΟΥ·ΗΝΩ. Græci Imperatoris Emmanuelis Comneni diſtractum cognomentum noſtis. Inſcriptio illi poſita ob ereptam, Venetis juvantibus, Guillielmo Siciliæ Regi civitatem & Inſulam, quam Rogerius ejus pater, Rogerii Comitis filius occupaverat. Lepidius tamen in hac re exemplum afferri poteſt nullum, quam duorum epigrammatum ab Ughellio recitatorum Italiæ Sacræ Tom. I. (*d*), Varini Camertis, qui XV. ſeculo literis Græcis excelluit, monumento dicuntur inſcripta. Eorum alteri nomen τοῦ Λασκαρίως, quod præmittendum erat, inter hexametrum, & pentametrum intruditur, ac ſi contextum ingrederetur; quo factum eſt, ut interpres Varinum *a Laſcare Grammatica excultum* indicari crediderit. Inſcriptio altera ſic proponitur, & transfertur:

> Βίβλον ὁ Γραμματικῆς ἐργώδεα τὴν
> δ' ἐπανύσας Σκιπίωνος μήσει φρο-
> νέων ἶσα Βαρῖνος ἴδω καρτερομάχυ:

Libro Grammatices difficillimo perfecto, Scipionis bellicoſiſſimi famam Varinus adæquavit. Mira quidem inter Varinum Grammaticum, & Scipionem Africanum comparatio. At Scipio Piſtorienſis hic indigitatur ex familia *Fortiguerria*, cujus nomen gentilitium Græce enunciatur, quive id epigramma in Varini, ejuſque Lexici laudem luſit, ſic exponendum:

> Σκιπίωνος τοῦ Καρτερομάχου
> Βίβλον ὁ γραμματικῆς ἐργώδεα τήνδε ποιήσας
> Ἕλλησιν φρονέων ἶσα Βαρῖνος ἴδω.

> *Scipionis Fortiguerræ*
> *Librum Grammaticæ difficilem hunc qui elaboravit,*
> *Græcis ipſi non minor Varinus fuit.*

Cum Inſcriptiones reſolvimus, ſeu communi ſcriptura exhibemus, accentus, ſpiritus, interpunctionis notas quam diligenter adjicere debemus; neque enim intelliget quiſpiam, cur prætermittens ea omnia Fleetvoodius tam informem ſcripturam obtulerit. Carmina disjunctim afferenda, & reſumenda a lineæ capite; perperam enim, exempli gratia, in Busbequiana apud Gruterum (*e*) Jambica tamquam communis

(*a*) Itiner. Præf.
(*b*) Itiner. Tom. III. pag. 116.
(*c*) Lib. IV.
(*d*) Pag. 1072. nov. edit.
(*e*) Gruter. pag. MCLXI. 3.

nis oratio continuantur. Jotæ, qui majuſculis formis adſcribuntur, uſitato loco ſupponantur, quod cum præſtitum non fuerit in eximia Hierapytnenſi, de ſignificatione pluries ambigamus, neceſſe eſt: nam Ἀγαθᾶι Τύχαι (*a*) exempli cauſa a ſingulari numero ad pluralem, a dandi caſu in nominandi tranſmigrat. Legitur in præſtantiſſima Corcyrenſi δόντω προστάται πρυτανίων (*b*), quæ vertuntur, *tradant procuratores principum Senatus*. Oſtendi in opuſculo Italice exarato (*c*), ſententiam omnem hic inverti, nec conſtare poſſe niſi eo modo, ut *Procuratores pecuniam Senatus principi*, ſeu Præſidi, *traderent*: cum ergo eſſet in lapide ΠΡΟΣΤΑΤΑΙ, qui in ſchedas retulit προστάται ſcripſit, cum προστάτᾳ ſcribendum eſſet, Doricum ſiquidem monumentum eſt. Viceverſa ejuſdem Inſcriptionis initio, δίδωτι τᾷ πόλει τῶι Κορκυραίων εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν τῷ Διονύσῳ. *dat urbi & Baccho in mercedem operariorum*, ſuſpicari poſſumus Dionyſi nomini jotam ab exceptore gratis ſuppoſitum, cum genitivus Doricus eo loco videatur ut in Theocrito:

Ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω,

intelligendumque de τῶ Διονύσου τεχνίτας, ac explicandum, *dat civitati ob mercedem ſcenicorum artificum*: hiſtrionum ſcilicet, quos & Pollux Διονυσιακοὺς τεχνίτας vocat, docetque Gellius (*d*) τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας communiter a Græcis dictos, ex eo forte, quod in Bacchi celebritatibus præcipue adhiberentur: memoratur in Tabulis Siculis (*e*) τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτᾶν.

Hanc vero titulos a majori forma in communem ſcripturam convertendi diligentiam, exilem curam, ac leve negotium non ſit qui reputet; periculi enim & aleæ plenum opus: nam cum Græca marmora dictiones nullo pacto diſcriminare ſoleant, neque accentus, neque ſpiritus, neque apoſtrophos, neque interpunctionis notas præſeferant, vel admittant, ut antea diximus; centum patent mendi in præceps viæ: exulant ſcilicet veræ lectionis normæ, ac tutiora ſignificationis indicia. Epigramma recenſetur apud Gruterum (*f*) incipiens ΜΝΗΜΑ. ΡΕΤΗC, de quo Scaliger in Corr. *pag* 312. *primus verſus ineptiſſimus eſt, nec ullam efficit ſententiam*; at efficit, ubi reſolveris Μνῆμ' ἀρετῆς, μοίρης τέλος φίλον ὄνομα, Χρηστή. *Virtutis monumentum, fati terminus, Chreſte, dulce nomen &c.* In Cyriaci editione *pag.* 13. ΑΝΔΡΙΑΝ. ΓΟΠΟΙΟΣ. & ΤΗΜΗ. ΠΑΝΤΕΣ. ubi legi debet ἀνδριαντοποιὸς, & τιμήσαντες. In Smyrnæorum & Magneſiorum Fœdere jusjurandum recitatur, quo Dii pactionum ſervandarum teſtes advocantur: at inter appellatos Deos, ubi minoribus literis documentum iteratur, & transfertur, evanuit Jupiter, qui in lapide, ut par eſt, agmen ducit: redditur enim, *juro per Terram, Solem &c.* (*g*), cum reddendum eſſet, *juro per Jovem, Terram &c.* hoc autem ex eo quod ΔΙΑ ita vir doctus reſolverit διὰ, cum eſſet Δία; neque enim, ut Latini, ſic jurandi verbo præpoſitionem adjungunt Græci. In documento (*b*) perſimili: ὀμνύω τὰν Ἑστίαν, καὶ τὸν Ζῆνα. Elucent ſæpe hallucinationes hujuſmodi ex ipſis verſionibus. Gruteriana Epictetæ *col.* 2. *nona quidem, & decima*, cum non bini dies, ſed unus ſignificetur, nempe decimus nonus: ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΑ ſiquidem non in ἐννέα καὶ δεκάτα, ſed ἐννεακαιδεκάτᾳ reſolvere oportet. *Col.* 3. ΟΙΣΩΤΕΛΟΥΣ redditur *Oeſotelis*; at enunciandum ſuſpicor οἱ Σωτέλους *Sotelis filii*, ut paulo ante οἱ Ἀγαθοδωράτου. *Pag.* 314. ΠΑΧΩΝΙΑ vertitur *Pachonia*, cum ſit Παχὼν ια *menſis Pachon die* XI. ut viderunt Scaliger, & Seldenus. Sponius *pag.* 329. ΕΝΝΕΑ γενόμ. interpretatur *novem annos natus*, quod valet *cum adoleſcens eſſet*, ἐν νέᾳ, non ἐννέα. Patinus (*i*) in Commentario ad Smyrnæas Inſcriptionem affert a Mercuriali (*k*), deinde a Boiſſardo & Grutero (*l*) vulgatam. Monumentum eſt τὸ Ἡρῷον, quod Menecrati Medico, ἰδίας λογικῆς ΕΝΑΡΓΟΥΣ ἰατρικῆς κτιστῇ ἐν βιβλίοις ρνς' ΔΙΩΝ ἐτειμήθη ὑπὸ τῶν ἐνλογίμων πόλεων ἐν τέλεσι, *propria, Rationalis, Evidentis Medicinæ libris* CLVI. *conditori, propter quos ab eximiis civitatibus honoratus eſt magiſtratuum muneribus*, Familiares fecerunt, nimirum τῷ ἑαυτῶν Αἱρεσιάρχῃ *eorum ſectæ Auctori*. At Patinus mirificum quiddam ex hac epigraphe exſculpſit, Argorum civitatem in eam invehens, & neſcio quem Dionem creans: pro ἐναργοὺς ſiquidem legit ἐν Ἄργει, & pro δι᾽ ὧν legit Δίων. Vocem etiam ψηφίσματα perperam intruſit, ut verteret *Senatusconſulto*: at τέλεσι ſubſtantivum nomen eſt a τέλος, non adjectivum a τέλειος *perfectus*, unde exiret τελείοις, non τέλεσι. In Allarienſis Senatuſconſulti (*m*) Latina interpretatione hæc leguntur: *decretum eſt ab Allariotarum magiſtratu, & civitate, ut laudetur quidem populus Pariorum &c.* deinde: *Quod ſiquidem inter Allariotas & Parios mutuum jus civitatis reperiatur, & Allariota in Paro ſit communicatio divinorum & humanorum &c.* Quo loco ſubabſurdum videtur, ignoraſſe Allariotas, an inter ipſos & Parios mutuum jus civitatis intercederet, ita ut decretum ſcriberent ſub conditione. Græca ſic habent. Δεδόχθαι Ἀλλαριωτᾶν τοῖς Κόσμοις καὶ τᾷ πόλει, ἐπαινέσαι μὲν τὸν δᾶμον τῶν Παρίων &c. ΕΙΜΕΝ δὲ Ἀλλαριώταις καὶ Παρίοις ΙΣΟΠΟΛΙΤΕΙΑΝ ΜΕΤΕΧΟΥΣΙΝ τοί τε Ἀλλαριῶται ἐμ Πάρῳ καὶ θείων καὶ Ἀλλαρία μετέχωσι. &c. Legit interpres εἰ μὲν, deinde ἰσοπολιτείαν μετέχουσι connectit; in quo reclamat ſyntaxis; præcedentia ſiquidem Ἀλλαριώταις καὶ Παρίοις redundarent, nec haberent quo referrentur. Legas ergo εἶμεν, quod ea dialecto ſtat pro εἶναι, prioribus ἐπαινέσαι, & ὑπάρχειν, ut par eſt, reſpon-

(*a*) Oxonienſ. pag. CLVII.
(*b*) Diar. Italic. pag. 419.
(*c*) Tradutt. Ital. pag. 130.
(*d*) Lib. II. cap. III.
(*e*) Inſc. CCCLXII.
(*f*) Gruter. pag. DCCLXIX. 4.

(*g*) Oxonienſ. pag. XI.
(*b*) Reineſ. pag. 501.
(*i*) Patin. pag. 454.
(*k*) Merc. Var. Lect. Lib. I.
(*l*) Gruter. pag. DLXXXI.
(*m*) Diar. Italic. pag. 73.

reſpondente. Eodem modo Hierapytniorum & Prianſiorum Homonæa (*a*) : ἔδοξε παρ' ἀλλάλοις ἰσοπολιτείαν. *placuit* ſiquidem non ſolum ut Parii laudarentur, & mutua ſervaretur benevolentia, ſed etiam ut reciprocorum jus civitatis inter Allariotas & Parios inſtitueretur : quæ ſententia verbo clauditur ἰσοπολιτείαν. Μετέχωσιν propterea ſequitur τοί τε Ἀλλαριῶται &c. *Participes ſint Allariotæ in Paro humanarum ac divinarum rerum, ut & Parii in Allariæ civitate ſunt* : τοὶ ſiquidem hic non eſt τῷ, ſed τοὶ, & ut infra τοὶ Πάριοι, *Parii*, non *Pario cuique* : Creto-doricæ ejus dialecti peculiaris modus.

In eodem Diario (*b*) e Veneta Lipſanotheca Jambica recitantur, Cruci adpoſita, quam ex Sanctiſſimæ Crucis ligno confectam Irene Auguſta dedicavit, Servatorem noſtrum ſic alloquens: *divinum hoc tibi donarium exhibeo, lignum ſcilicet vitæ*, Ἐν ᾧ τὸ πνεῦμα ΤΩΤΕΧΟΝΤΙ παρῆκε. Reſolvit interpres τῷ τ' ἔχοντι, redditque : *in quo ſpiritum tuum habenti ipſum commendaſti* : at quid ſibi vult *habenti ipſum?* legendum τῷ τέκοντι: *in quo ſpiritum tuum Patri commendaſti*; illud enim reſpicitur (*c*) Πάτερ εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. In eodem epigrammate :

> Πορφυρίδος χρήνασα τὴν ἐπωμίδα
> Μελαμβάφον ἔχουσα, ὡς δέδοκτό σοι.

Transfertur : *Poſtquam purpureum amictum proſcripſi, ac depoſui, unam ſepulturæ gerens curam, ut tibi complacuit*. At ſepulturæ mentio hic ad rem non facit; nec μελαμβάφον legerem, ſed μελαμβαφῆ, *nigras veſtes*, Monaſticas ſcilicet, quas induerat. Habetur hæc dictio in Græcorum Ὀκτωήχῳ, Hymnos continente, quos die Sabbati modulantur, a Damaſceno, ut putatur, majorem partem concinnatos. Ἥλιος δ' αὖ ἐ. Γμάτιον μελαμβαφὲς ὁ ἥλιος περιβάλλεται. *veſtem ſol induit atram*. Interpretemur ergo : *Purpureo amictu rejecto, nigrum accipiens, ut tibi viſum eſt*.

In Tabulis Siculis (*d*) : τὸ κοινὸν τῶν τεχνιτᾶν ΑΙΝΗΣΟΥΝ Νικίωνος. Sententia eſt, *Commune Artificum Æneſum Niconis filium honorare* : at interpres : *omnibus artificibus Æneas igitur Niconis filius*; ac ſi in honorem ſcenicorum artificum imago illa, ſeu titulus conſtitueretur : nimirum Αἰνεσοῦν nomen ita diſtrahens, Αἰνης οὖν, ab accuſandi caſu ad nominandi traduxit, adverbio *igitur* intempeſtive emergente. In opuſculo *Traduttori Italiani* hunc locum memorans, cum errorem agnoſcerem, cauſam nondum intelligerem, plura ineptivi, quæ nunc ut pro abolitis habeantur, deprecor (*e*). In iiſdem Tabulis Gruteriana affertur (*f*), in qua παραπρόσα τᾶς ἁλιαίας ſignificatione nulla : Vandalius (*g*) emendationes tentat, quibus Grammatica repugnat. Forte erat παρὰ προστάτας ἁλιαίας, aut παρὰ προστάτας τᾶς ἁλιαίας, *apud Senatus Præſides*, altera ex ſyllabis τας ob repetitionem ab exſcriptore prætermiſſa. Conjecturam firmat Sicula alia, in Appendice *Muſei* proferenda, quæ Senatus Præſidem eodem loco recitat, & eodem προστάτας nomine.

Oxonienſes *pag.* 276. ἰδίωσα. μν. lege ἰδιωσάμην. *Pag.* 301. κατὰ τὴν γεγονῖαν ἐκχώρησιν τῆς ἐπιγραφῆς. Ἀντίγραφον &c. *ſecundum conceſſionem ſcripto factam. Scripti exemplar reponatur in archivis*. Interpunctionem retrahe ad ἐκχώρησιν, & *ſcripto* dele : *ſecundum factam conceſſionem. Inſcriptionis exemplar in tabulario reponatur*. Ibidem *pag.* 291 Διδέχθαι τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι Μενδίκαιον: ita Reineſius (*h*) connectit : *honorare Mendicæum* : legendum ſuſpicor μὲν Δίκαιον, cum deinde, εἶναι δὲ &c. Fabrettus *pag.* 287. τίς ΜΟΥΤΗΝ γλυκερὴν ἥρπασ' ἀηδονίδα; hoc eſt: *quis rapuit dulcem luſciniolam meam?* cum loco μοῦ τὴν legeret Μούτην, reddidit, *quis rapuit Muten*. Falconerius *pag.* 149.

> Τοιόν τοι Παιὰν Ἀσκληπιὲ ΣΕΙΟΒΟΗΘΟΣ
> Χειρὸς ἄγαλμ' ἀγαθῆς τεῦξεν ἑαῖς πραπίσιν.

Reſolvit Σειοβοηθὸς, & transfert : *Talem tibi Paan Æſculapie, Seioboethus opus doctæ manus ſua induſtria fecit*. Novam verſionem adornavit Sponius (*i*), *Seioboethum* tamen non deferens, quem Cuperus (*k*) quoque in Harpocrate ſtatuarium putat, etiamſi nuſquam fuerit. Enunciandum: σεῖο Βοηθὸς, *manus ſuæ Boethus &c*. Sic Anthologiæ lib. iv. in buculam Myronis Σεῖο Μύρων &c. Plinius (*l*) : *Proximi ab eo* (Mentore) *in admiratione Acragas & Boethus* : rurſus (*m*) Boethi, *quamquam argento melioris, infans eximie anſerem ſtrangulat*.

Sponius (*n*) ΔΑΜΑ nomen reddidit *ſimul*, ac ſi eſſet δ' ἅμα: idem nomen transformarunt Oxonienſes (*o*) in *Damaparadoxum*, cum agnomine conglutinantes a Theatralibus acclamationibus parto: cur item elongaverit P. Bandurius non intelligo in Saloninæ numiſmate epigraphen ΕΠΙϹΜΑΥΡΔΑΜΑ explicans, (*p*) *ſub Prætore M. Aurelio Damaſia*. At idem nominis invenerunt, ni fallor, ubi non erat, duo literarum, & Italiæ lumina, amiciſſimum mihi pro ſumma eorum humanitate par, e quorum familiaritate, ac jucundiſſimis colloquiis multa didiciſſe libentiſſime profiteri ſoleo, Salvinius & Bonarotius. Nam in *Vitrorum Veterum* præclara illuſtratione (*q*), ut conſtet uſitatum olim fuiſſe nomen *Damas*, Inſcriptio recitatur de novo reperta, in qua hæc habentur:

> Ἐκ ῥεθέων ΔΑΜΑϹΤΕΙΧΩΝ σεμνὸν ἴδε Διὸς ἶκον
> Αὐτοῖσιν καὶ Μούσαις βωμὸν ὃν' ἱερὸν τεῦξας
> Εὐπατὴρ ΔΑΜΑϹΚΛΗΠΙΑΔΗϹ μακάρων τρίβον ἦει.

E mem-

(*a*) Oxonienſ. pag. cxviii.
(*b*) Pag. 53.
(*c*) S. Luc. xxiii. cap. xlvi.
(*d*) Pag. liv.
(*e*) Guali. pag. lxiii.
(*f*) Gruter. pag. cccci.
(*g*) Vand. pag. 764.
(*h*) Reineſ. pag. 500.

(*i*) Spon. pag. cxxxiii.
(*k*) Cuper. pag. 79.
(*l*) Plin. Lib. xxxiii. cap. 12.
(*m*) Lib. xxxvi. cap. 8.
(*n*) Sponius pag. ccclxi.
(*o*) Oxonienſ. pag. cccxcix.
(*p*) Tom. 1. pag. 248.
(*q*) Pag. 137.

E membris Dama exiens magnificam ſubivit
Jovis domum,
Latonio, & Muſis aram ſub dio molitus,
Medicus Dama Aſclepiades ad beatorum ſe-
mitam ivit.

Additur in notis Δαμα στίχων pro Δαμᾶς στίχων, & Δαμ' Ασκληπιάδης pro Δαμάς Α'σκληπιάδης, eſſe pronuntiationis potius, quam ſcripturæ vitia, ut *Idolatria* pro *Idololatria*; quæ ſcribendi conſuetudo, eamdem ſcilicet aut literam, aut ſyllabam minime geminandi, in Pandectis Florentinis conſtantiſſime retineatur. Retinetur & in aliis pluribus Latinis codicibus; at perraro deprehendatur in lapidibus: a quorum ullo an Græcum nomen ſyllaba ita plectatur, non memini. Venetus a me diligenter inſpectus: Α'ντίγραφος ΔΑΜΑ Αςύνομος, A geminata. Magnus Noriſius (*a*) ΙΕΡΑΣΥΛΟΥ in numiſmate pro ἱερᾶς ἀσύλου ita accepit, ut ſi poſtrema ſyllaba prioris vocis inſequentis etiam primam componeret; at mihi ΙΕΡ compendium eſt, ut ΣΕΒ ΜΕΓ & alia multa in nummis uſitata. Infrequenter etiam occurret Græcus homo duobus utens Græcis nominibus; & parum venuſte in allatis carminibus repetitio nominis evidenter eo loco adhibita: brevi ſuſpicor, ſcribendum eſſe, Ε'κ ῥεθέων δ' ἅμα στείχων, tum δ'ἅμ' Ασκληπιάδης; *e membris vero ſimul exiens*, deinde, *ſimul Aſclepiades:* ut Iliadis H. v. 2. Τῷ δ'ἅμ' Α'λέξανδρος, & in Pſalmorum metaphraſi ab Apollinario elucubrata:

Ι'θυνόοις δ'ἅμα πᾶσιν ἀέξεται ἄινος ἀπείρων.

Rectis vero una omnibus ſuccreſcet laus immenſa.

Multiplici cæteroquin aſpectu apud Scriptores id nomen prodit; nam Δάμις quoque occurrit apud Lucianum in *Joſue Tragœdo*, & apud Philoſtratum, qui peregrinationis Appollonius ſocium Δάμιν quemdam conſtituit.

Accidit aliquando, ut vel e ſolis majuſculis notis, quibus libri Inſcriptiones proferunt, hi lapſus detegantur; cum enim verba ſæpe diſtinguant, ipſa perperam enuntiata diſtinctio perverſam intelligentiam declarat. In Reineſio (*b*): CΠΑΡΓΑΝ ΑΜ ΑΥΤΟC, ac ſi haberetur pro ἅμα, cum verſus ſit:

Καὶ μ' ἀπέλυσε λύθρου κ' εἰς σπάργανα μ' αὐτὸς ἔδειχεν.

Et me purgavit a ſordibus, & faſciis me ipſe involvit.

Sponius (*c*) Λύτρωσιν εὗρε ΔΙΟΝΗ Κωςαντίνου, quo Jambico δι' ὃν ἡ enunciandum, vertendumque: *per quem Conſtantinopolis liberata eſt*. Sic apud Gruterum (*d*) ΟΝΑΝΟΙ eſt ὃν ἂν οἱ. & ΟΜΥΡΙΕΤΗC. ΔΟΥ ΜΑΡΑΝΕΙΣΕ. eſt ὁ μυριετὴς δ'οὐ μαρανεῖσε (*e*). *Pag.* 210. *v.* 19. habet, ΤΟΥ ΔΟΡΤΟ ἐκ τᾶς κράνας, vel nulla, vel contraria ſignificatione; transfertur, *quatuor fines a fonte*: ſcribendum erat ΤΟ ΥΔΟΡ ΤΟ &c. *aqua quæ de fonte*. Pag. 79. ΣΥΝ ΤΥΧΗ. Κάρπου Χρεςὲ χαῖρε. redditur: *Bonum factum. Fruere. Chreſte ave*: ex Apiano accepta dicitur: at ſi hæc emendatio eſt, ubinam deprehenderetur error? ſcribendum ΣΥΝΤΥΧΗ. quo nomine occurrit mulier

Syntbyche Carpi filia optima vale:

quæ ſequuntur deformata ſunt.

CANON VI.

Inſcriptiones ſumma circumſpectione emendandæ, vel ſupplendæ.

INſcriptiones typis vulgatas exacte perlegere non eſt ſatis; oportet enim legere interdum, & quod in iis non apparet, ſeu diverſimode ac appareat: errorum ſcilicet ſcopulos caute vitando, & ſphalmatis, non minutis illis tantummodo, cum literula ob ſimilitudinem transformatur una, de quibus antea tractavimus, ſed etiam aliquanto craſſioribus emendatione occurrendo. Hac induſtria perraro opus erit nobis Græcos ipſos lapides perluſtrantibus, cum pauciſſima illis menda ſculptores inſſerint: Secus vero ubi exempla percurramus, ſeu ſcripta, ſeu cuſa; magna enim harum rerum difficultate factum eſt, ut perſæpe aberratum ſit. De omnino depravatis, ac monſtroſis epigrammatis haud loquor; ſed ipſa etiam, quæ ſtudiis melioribus maximo uſui ſunt, nævis ſuis perſæpe non carent, quos niſi expungamus, periculo quandoque exponitur, ex purioribus ipſis Hiſtoriæ, atque eruditionis fontibus mendacia hauriendi, fallaceſque doctrinas. Accidere item poteſt, ut genuina monumenta commentitia, & nullius frugi videantur, niſi, mendorum lacuna detracta, veram eorum, ſinceramque faciem inſpiciamus.

Alacriter quidem ac ſecure reſtituere Inſcriptiones poſſumus, cum non ex ingenio, ſed ex marmore fide emendamus (*f*). Batonis monumento verſ. 17. pro ἐνταξίαν, quod nihil dicit, lege εὐταξίαν, deinde καθίκοντα, & πρεσύσαμ, ut ſollemne eſt lapidibus, cum labiales ſequuntur, & εἰς λεύκωμα καταχωρίσαι *in Album referre*, ubi Gruterus εἰς λευχώματα χωρῖσαι: *v.* 12. ab eodem καταχωρίζω *colloco* habetur καταχεχώρηκεν, male tranſlatum *conceſſit*, ac ſi eſſet καταχώρηκε a χωρέω. In Allariotarum placito (*g*) *v.* 3. marmor ΓΡΑΜΜΑΤ.... nempe Γραμματέως erat, non Γράμματος. *v.* 14. lapis διεφύλαξεν, deinde Εὐθυμάχῳ, & ΔΙΟΤΙ, & ubi *Diarium* ὑπάρχει τοῖς Παρίοις, ſcribe ὑπάρχειν κ' Παρίοις, paulo poſt σωντελέντι, Σ omiſſo. Decem abhinc annis vir Cl. Ludovicus Andruccius ex Cypro in Bononienſi

(*a*) Epoch. pag. 137.
(*b*) Reineſ. pag. 694.
(*c*) Sponius pag. CCCXXXII.
(*d*) Gruter. pag. CCCCXXVIII.
(*e*) Pag. MXCIX.
(*f*) Gruter. pag. CCXXXVII.
(*g*) Diar. Ital. pag. 72.

nonienſi Gymnaſio Græcarum literarum profeſſor Muſei Marſiliani Inſcriptionem lectu perdifficilem edidit, & illuſtravit. Loco τῦ ΕΜΟΙ habetur in lapide ΕΙΜΙ. Οὐκ ἤμην, ἐγενόμην. ἤμην οὐκ εἰμί. *non eram, ſum factus, fui, non ſum:* conſimilis ſententia in Nicomedis titulo apud Falconerium (*a*), & in Latinis quibuſdam. Exinde in Bononienſi ΧΑΙΡΕ δίκαιος ὤν, *gaude juſtitiam colens:* Jambicorum autem initium non eſt ΟΠΛΙΦΥΛΑΧΣΟΥ, redditum *armis cuſtodiaris*, ſed ΩΠΑΙΦΥΛΑΣΣΟΥ, *cave o fili:* poſtremus verſus ΟΙΑΝΔΕΑΛΛΑΥΤΗ *unam tantum &c.* in marmore ΟΤΑΝΔΕΑΜΑΡΤΗ πολλὰ προσβάλλει κακά, *Cum lingua peccat, plurima infligit mala.*

Cum autem marmora ipſa contrectare raro liceat, Criticæ utendum ſubſidio. In Hierapytniorum juramento: ὀμνύω τὰν Ἑςίαν καὶ τὸν ΑΟΡΑΤΡΙΟΝ ΚΑΛΕΝΙ Δικταῖον (*b*), quibus ſenſus conficitur nullus: ſcribendum forte, καὶ τὸν ΖΗΝΑ ΦΡΑΤΡΙΟΝ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΝ. *juro per Veſtam & Jovem Tribulem Victorem Dictæum:* neque enim inter Deos Cretenſes fas erat Jovem prætermitti, qui Cretam perreptavit puer, & Κρηταγενὴς dicitur in Titi nummo apud Triſtanum.

(*c*) *Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto.*

Gruteriano (*d*) Capitonis Epitaphio, ubi primum affertur, nec metri ratio, nec ſententiæ conſtat: at verſus primus, & in aliis uſurpatus, ex Antipatro eſt (*e*): tertius, & quartus non *ex centonibus Homericis*, ut tradit Scaliger (*f*) *in Corrigendis*, ſed ex Homero (*g*) ipſo decerpti ſunt. De Ulyſſe Jupiter loquitur:

Ὃς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν. περὶ δ᾽ ἱρὰ θεοῖσιν
Ἀθανάτοισιν ἔδωκε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Qui cunctis hominum præſtabat mente, Diiſque,
Qui Cœli ſpatia ampla tenent, ſacra multa ferebat.

transfertur apud Gruterum: *ultra mentem habuit mortales, ultra ſacra Diis immortalibus &c.* Inter privilegia Herenniæ conceſſa numeratur (*h*) ἀτέλεια χρημάτων πάντων ὧν ἂν εἰσάγωσι καὶ ἐξάγωσι ΕΠΙΚΤΗΣΕΙ. interpretatur Vandalius (*i*) *immunitas omnium rerum, quas invehere, aut evehere poſſidendi gratia voluerit:* ſubſtituendum eſt ΕΠΙΧΡΗΣΕΙ. *pro uſu;* neque enim quotquot pro libito, & mercaturæ gratia in civitatem inferendi exemptio concedi ſolet: *jus poſſidendi* immobilia reſpicit bona, & proxime ſic exprimitur, καὶ ἐγγαίων ἔγκτησιν. in eodem monumento ἐκγόνοις pro ἐγγόνοις, minus feliciter Vandalius ἐκγονίοις. Cum emendare non poſſumus, de mendo ſaltem admoneamus. Idem Vandalius (*k*) Gruterianas affert

(*a*) Falconer. pag. 135.
(*b*) Gruter. pag. DV. 2.
(*c*) Virgil. Æn. III. V. 83.
(*d*) Gruter. pag. MXLIII. n. 2. *melius* MCXXIX. n. 11.
(*e*) Anthol. Lib. III.
(*f*) Scalig. pag. CCCXV.
(*g*) Odyſſ. A. v. 65. & 66.
(*h*) Gruter. pag. CCCCXIX. 2.

tamquam incorruptas, quæ ſub finem ex nominibus labant. Protocoſmus forte adſcribebatur. Θρασύβουλος, vel Ἀναξίβουλος. poſtremo nomine diminuta eſt, quæ in Grutero (*l*) antecedit.

In Diario Italico (*m*) Inſcriptio proponitur incipiens; ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΒΟΥΜΙΟΥ, & deſinens Ἀνέθηκε ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΤΕΟΣ Δάμωνος τῦ Ἀρισέα. quæ vertuntur: *Hadriani Bumii:* deinde, *epigramma repoſuit anno Damonis filii Ariſteæ.* At cum Hadrianus *Bumius* nullis omnino tabulis agnoſcatur, binaque illa verba cum reliqua epigraphe conglutinari nequeant, delenda procul dubio ſunt: neque enim in lapide fuiſſe puto, ſed in ſchedis, quas qui ſibi deſcripſerat, lemma, ut opinor, huic Inſcriptioni Hadriano *Divi* Trajani F. olim dedicatæ præfixerat, Ἀδριανοῦ βωμός *Hadriani ara.* Sub finem vero nec *annus*, nec epigramma memorantur, ſed intempeſtivo E projecto, ſcribendum Ἐπὶ Γραμματέως, vertendumque *ſub ſcriba Damone Ariſteæ filio;* fruſtra enim in adnotationibus: *memorari* aſſeritur *epigramma in honorem Hadriani ab Abeatibus inſculptum, quod excidit.* Cur ἔτεος pro ἔτους in epigraphe nec Jonica, nec Poetica? cur *anno Damonis*, cum Eponymus, ſeu qui anno nomen dabat, ſine dignitatis adjectione neutiquam ſcriberetur? ἐν τῷ ἐπὶ Ζήνωνος Ἄρχοντος ἐνιαυτῷ (*n*). Viſum eſt fortaſſe Cl. Interpreti non aliter verbi ἀνέθηκε rationem haberi poſſe: at vel ſenſus eſt: *Civitas Imperatorem honorat*, deinde: Inſcriptionem, ſive honorificum hoc monumentum *dedicavit ſub Damone:* vel ſenſus eſt, *Imperatorem poſuit, ſtatuit, dedicavit, collocavit, ſub &c.* qua formula utebantur aliquando, cum ſimulacra in alicujus honorem erigerent. Oxon. *pag.* 276. ὁ δῆμος ἀνέθηκεν Γερεντίδην Θεοδώρου.

In eodem volumine ΠΝΕΥΣΑΣ redditur *annuit:* ſcribendum Πρυτανεύσας *ſummo magiſtratu functus*, cum ſequatur καὶ οἱ συνάρχοι, *& conlegæ:* nomina etiam luxata ſunt: qui Diis commendatur, accuſandi caſu enunciari debet: Latina, ut jacent, ſententiam non implent, nec ſignificationem habent. In eximio documento Corcyrenſi nullo pacto explicentur ea (*o*): εἰ μή τι δὲ ἀπὸ ἀδύνατον γένοιτο. reſtituenda ex eodem διὰ πόλεμον ἀδύνατον γένοιτο (*p*). *niſi ſi quid bello ingruente perfici nequeat;* quæ verba *pag.* etiam 417. haberentur, niſi vox ἀδύνατον excidiſſet (*q*). Alio loco, τῷ μὲν Ἀριςομένη παραδόντω τοῖς αἱρεθεῖσι, ubi ſyntaxis nullo modo conſtat; redditur: *in menſe Euclio ab Ariſtomene tradatur pecunia &c.* quæ ſententia nec Græca verba reddit, nec contextui quadrat; præmiſſa pariter, *exigant & ſummam pecuniæ, & uſuram*, rem involvunt. Interpunctionem præcedentem mutare, & μὲν in μετὰ convertere oportet: Ἀνπράξαντες τό τε κεφάλαιον, καὶ τὸν τόκον ἐν τῷ Εὐκλείῳ μηνί, τῷ μετὰ Ἀριςομένη (ut pau-

(*i*) Vandalius pag. 745.
(*k*) Idem pag. 752.
(*l*) Gruter. pag. MLXXXIV.
(*m*) Diar. Italic. pag. 426.
(*n*) Oxonienſ. pag. CCLXX.
(*o*) Diar. Ital. pag. 412.
(*p*) Pag. 420.
(*q*) Pag. 415.

lo ante ἐμμῆνι Εὐκλείῳ τῷ μετὰ πρύτανιν Ἀριστομένη poſt Ariſtomenem Prytanin) παραδόντω τοῖς αἱρεθεῖσι &c. *Qui ſortem & fœnus exegerint Eucleo menſe, Magiſtratum Ariſtomenis ſubſequente, tradant electis &c. Pag.* 419. quid ea ſibi velint in ejuſdem Inſcriptionis verſione, & qui cohæreant : *Decretum defenſores Senatus immutatum deſcribant. Et cum deſcripſerint argentum pro ſingulis prave admiſſis ſtatutum, & deſignatum tradant procuratores Principum Senatus : atque purum argentum hujuſmodi, tricenas ſcilicet minas, ad tribunalia deferant.* Legendum eſt non ἐπιγράψαντες. ſed ἀναπράξαντες, vel εἰσπράξαντες (ut paulo poſt οἱ χρηματισθέντες εἰσπράξαντες) deinde non οἱ δὲ φερέτω, ſed ὁ, & non δικαμῶν ἢ τριακοσαί, ſed ἢ καμῶν ἢ τριακοσάς, ut in eadem epigraphe μὴ μῆον ἢ ἁμέρας πέντε, & κα Dorica particula pluries, vertendumque : *cum Procuratores Conſilii ratam ſententiam ſcripſerint, & pecuniam cuivis culpa irrogatam exegerint, tradant Senatorum Præſidi : is vero ad tribunalia deferat haud minus triginta minis* (*a*). In adnotationibus *patronymicorum ſingularis ratio* obſervatur, cum Ἀριστολαΐδαλεὺς initio documenti *Ariſtolaïdaleus* reddatur, ſed ſcribendum arbitror Ἀριστολαΐδα υἱός, vel υἱεύς, Ariſtomenes *Ariſtolaida filius*, & ita in ſubſequenti nomine.

Elegantis apud Gruterum (*b*) epitaphii verſionem tentaverat nemo : deterrebat enim, ut opinor, ΑΜΠΑΛΑ, & ΕΦΗΒΕΙ, quæ quid ſibi in eo vellent, aſſequi non erat obvium. Accidit autem, ut cum Florentiam adveniſſem, Gruterianum exemplar, & lapidarias collectiones alias percurrere aventi Salvinio meo commodarem ; quæ volumina cum poſt dies aliquot reciperem, Epigrammatis, pluribus minime tranſlatis, interpretationem amici manu ad margines adjectam reperi. Cum vero ædificia in alieno ſolo extructa ſolo cedant, nihil vereor, earum verſionum quampiam, tamquam mei juris factam, in uſum meum convertere. Reſtitutum ergo emendationibus epigramma, ſimul cum verſione, qua quid in hoc genere fieri exquiſitius poſſit, ignoro, accipe humane Lector : tertio carmine lampadiferum certamen innuitur, quod alibi memoravimus :

Ἕβδομον εἰς δέκατον τε ζόω λυκάβαντα περῶντα
  Μοῖρά με πρὸς θαλάμους ἥρπασε Περσεφόνας.
Λαμπάδα γὰρ ζωᾶς με δραμεῖν μόνον ἤθελε δαίμων,
  Τὸν δὲ μακρὸν γήρως οὐκ ἔτιθει δολιχόν.
Ἄρτι δ' ἐφηβείαις θάλλων Διόνυσος ἀκμαῖς
  Καὶ σελίσι Μουσῶν ἤλυθον εἰς Ἀΐδαν.
Ἀλλὰ πάτηρ, μάτηρ τε προλείπετε πικρὸν ὀδυρμόν,
  Τέρμα γὰρ εἰς με βίω μοῖρ' ἐπέχραε τόδε.

Dum vita excurrit decimus mihi ſeptimus annus,
  Me Parca abripuit Perſephonæ in thalamos.
Lampada enim tantum vitæ mihi tradere Dæmon,
  Haud ſenii longum currere fecit iter.
Nuper ephebeis florens Dionyſius annis,
  Muſarum & chartis, Ditis ad ima feror.
At fletum materque, paterque relinquit amarum;
  Nam finem vivendi hunc mihi ſors ſtatuit.

Ut certis & manifeſtis emendationibus uti licet, ita ab incertis, & paulo audacioribus abſtinendum, nec niſi circumſpectione ſumma, & firmiſſimis argumentis inferendæ ſunt Inſcriptionibus manus ; nullus enim magis lubricus in his literis locus.

Prænobilem Theophili Epigraphen olim a Petro Bembo primum editam, Giſbertus Cuperus, cujus plures ad me datas humaniſſimas Epiſtolas ſervo, erudito commentario illuſtravit (*c*). In ea neque ΕΛΑΥΣΙΝ probat, ut Gruterus ſcripſit (*d*), neque ΕΚΑΥΣΙΝ, ut Urſatus : *utrumque male ; legendum enim* καὶ τήν τε καῦσιν τῶν θυρῶν. at nonne portarum combuſtionem ea lectio inferret? marmor in Muſeo proſtat, habetque ΤΗΝΕ ΚΑΥΣΙΝ. cum vero Ε ad verſus extremitatem jaceat, ubi mutilationis quiddam paſſus eſt lapis, credi poteſt, fuiſſe ΕΓΚΑΥΣΙΝ, ut Pignorius legit, ſive ΕΚΚΑΙΣΥΝ, hoc eſt, *picturam encauſticam*, qua Templi portas exornari curaverat Theophilus.

Apud Gruterum (*e*) certamina memorantur Εὐρύκλεια ἐν Λακεδαίμονι. καὶ ΔΙΑΝΤΙΝΙΑΝ. vertitur *Eurycleia Lacedæmone, & Diantinian*. In Adnotationibus Antinoi, ſacra latere ſine dubio ſub ea voce, traditur. Aſſentitur Faber in Agoniſtico, qui propterea Ἀντινόεια, & Seldenus (*f*), qui *certiſſimum eſſe* Μαντίνεια *legi oportere* docent (*g*). At ludos in Antinoi honorem Mantineæ inſtitutos neutra ex illis vocibus nobis declarat. Ἀντινόεια ἐν Μαντινείᾳ vocantur illi in præclara, & inedita Muſei noſtri Inſcriptione : ita legamus oportet in Gruteriana, modo eos ludos in ea deſignatos velimus : proclivius tamen eſt legere Εὐρύκλεια ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Μαντίνεια, *certamina ab Eurycle Lacedæmone, & Mantineæ inſtituta*, de quo Eurycle homine prædivite verba faciunt Strabo (*h*), & Plutarchus (*i*).

Reineſius (*k*) ἀπὸ Καταλύσεως in Athletica reficit in ἀπό, ſibique fingit Athletas ἀπὸ Καταλύσεως fuiſſe ut gladiatores ſine miſſione : ſed dicebatur ea Synodus *ab Hoſpitio*, denominatione, ut opinor, a peculiari, & fortuito loci nomine accepta, ne cum aliis confunderetur. Indicari Contubernium, quo una coirent, putat Vandalius (*l*); at coibant & ſodalitates ceteræ, nec propterea *ab Hoſpitio* vocabantur. Idem Reineſio fidit, & prætermiſiſſe Sponium *Inſcriptionis caput* monet, cum caput illud apud Reineſium ex alterius cauda formatum ſit. Falconerium conſule (*m*), qui eas ante utrumque ad ipſos lapides exſcriptas vulgavit.

In

(*a*) Pag. 429.
(*b*) Gruter. pag. MXXXVI. n. 9.
(*c*) In Harpocr. pag. 126.
(*d*) Gruter. pag. LXXXIV. n. 3.
(*e*) Pag. CCCXIV n. 1.
(*f*) Seldenus Lib. III. cap. 27.
(*g*) Oxonienſ. pag. LXXVI.
(*h*) Strab. Lib. VIII.
(*i*) Plutarch. Apoph. Rom.
(*k*) Reineſius CL. V. n. XLIII. pag. 380.
(*l*) Vandal. pag. 651.
(*m*) Falconer. pag. 60.

In decreto Agrigentinorum apud Gualterium (*a*) ἔδοξε ΤΑΙΑΛΙ. emendatur apud Gruterum ΑΝΑΙ, nulla perinde ſignificatione. Lego ΤΑΙΑΛΙΑΙ, *placuit Conſilio*, *viſum eſt populo*: ἔδοξε τᾷ ἀλίᾳ in alio Siculo marmore exhibetur, quod in Muſei appendice vulgabo.

Scaliger in Gruteriana (*b*) ΠΛΟΥΗΣΤΗΝ reficit, ſubſtituens Πολιτιστήν. ſubſtitui debuerat ΠΛΟΥΤΙΣΤΗΝ *ditatorem*, *qui divitem tribum fecerat*. In alia Μυστάρχης τελεστῶν (*c*) *Miniſter ſacrificiorum*; legi vult τελέσας *cum eſſet*, ſupervacanea mutatione. Ad eamdem verſum

Τῷ πάσῃ καιροῖς θεμερώτερα πάντα φύοντι

optima correctione reſtitutum a Scaligero affirmat Vandalius (*d*), verbo θερμερώτερα repoſito: at neque a Scaligero hoc præſtitum apparet, neque ſine metri corruptione a quoquam præſtari poteſt. Ἐπίτροπον ΠΡΕΙΟΥΑΤΗΣ διὰ Φλαμινίας memorat honorifica (*e*) Inſcriptio: repaſtinat Lindebrogius ΠΡΗΤΑΤΗΣ injuria; nam *Procurator rei privatæ per Flaminiam* immerita contumelia afficitur. Begerus (*f*) in *Spicilegio Antiquit.* Boiſſardum arguit, quod ΚΗΣΟΡΗΙΝΑ ſcripſerit loco τῦ Κενσωρίνα, cum *Cenſorina notiſſimum nomen ſit*, *Ceſorina nullibi legatur*. Fieri non poteſt, ut de lapidum ſcriptura ſanum judicium ferat, qui multos lapides non contrectavit. Literam N ante conſonantem aliam Romanis nominibus Græci tituli multoties ſurripiunt: Πούδης, Ορτήσιος: ſcriptores quoque: Plutarchus in Mario τῆς Μαλίας: in Latinis etiam marmoribus aliquando, *Libes votum ſolvit*; nempe ex populari pronuntiatione. Doctus Auctor *Hiſtoriæ Criticæ* tom. IX. ΛΕΝΤΑΟΝ exſcriptoris mendum autumat: at Romana quoque monumenta PROCLVM, FELICLAM non ita infrequenter exhibent.

Votiva apud Reineſium (*g*) Inſcriptio ſic definit: ἀνέθηκεν ΕΠΑΓΑΘΩ. Emendat ille ἐπ' ἀγαθῷ, ceteroquin vel *deeſſe quædam* affirmat, vel *non cohærere cum antecedentibus*. At longe melius procedit textus nihil mutando: *dedicavit pietatis cauſa*, *bona mente feliciter*, *in bonum finem*. Eadem formula clauditur & alia apud Sponium, (*h*), etiamſi in Cuperi verſione omittatur (*i*). Ariſtophanes in Pluto: Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθαδί ἑστὼς εἶναι. *non enim hic ſtatis ullius boni cauſa*, *in bonum finem ullum*. Idem nomen ἱερέως Κρισφονίου mutat (*k*) in Κρισφόντιν. at Κρισφόνιος vocari is poterat, ut Τρυφώνιος quidam apud Lucianum: ita & Scholiaſtes Argonauticæ, quem Sophoclem vocat Reineſius in Præfatione, Σοφόκλειος dicitur in editione prima, quæ apud me eſt, textu majoribus literis exarato. *Pag.* 633. in Ligoriana e Spanhemio: Γορδιανῷ ΤΕ. καὶ Πομπηιανῷ Κονσ. Κοσ. *Gordiano & Pompejano Civica Conſulibus*, particulam ad elegantiam additam refingit in TP. explicans Τρίτου; ſiquidem, ut ait ipſe, *iſte Gordianorum tertius fuit*: verum nec τρίτος, nec δεύτερος ea ſignificatione viſuntur in antiquis lapidibus. Addit inſuper: *teſtimonio hujus lapidis irrefragabili errorem Panvinii convinci*, *qui Gordiano Aug. II. Conſuli M. Aur. Claudium Pompejanum Collegam junxit in Faſtis*: quibus verbis non amplius *Gordianum Tertium*, ſed *Gordianum tertiùm Conſulem* videtur intelligere; in quo novus error; optime enim Panvinius docuit, ut Capitolinus teſtatur in Gordiano III. (*l*) *Gordiano iterum & Pompejano Conſulibus*: marmor item Gruterianum, & hoc ipſum, de quo agimus (*m*), dummodo parcamus innocuo, nec immerentem violemus. Evenit etiam non ſemel, ut importune numerales Conſulatuum, vel Tribunitiæ poteſtatis notæ reformarentur ab iis, quibus non bene inter ſe convenire videbantur. Ita Seldenus in Hadriani epigraphe (*n*) Δημαρχικῆς ἐξουσίας ΤΟΙ *Tribunitia poteſtatis* X, putavit *legendum procul dubio* ΤΟΓ, nempe III. *nam tertio Imperii anno Conſul erat tertio*: neutiquam reputans, poſtremum Conſulatum ſequentibus annis omnibus memorari conſueviſſe, cum Imperatorum dignitates recitabantur: neque enim intelligendum eſt, anno Tribunitiæ poteſtatis X. tertiùm Conſulem fuiſſe, ſed ad eam uſque diem Tribunitias poteſtates decem, tres Conſulatus geſſiſſe.

Eadem ratio eſt corrigendarum Inſcriptionum, & ſupplendarum; ut enim parce, & caute corrigendæ aliquando, ita & ſupplendæ: imo ipſi lapides, quibus emendationes perraro adhibendæ, ſupplementis perſæpe juvandi ſunt, ut literas, ſyllabas, dictiones ab edacitate temporum iis violenter ereptas, quibuſque injuria diminuti mœrent, juris æquitate, & publico bono ſuadente, reſtituamus. Noſtrum Epictetæ monumentum quibuſdam lacunis dehoneſtatur. Col. 2. ΕΜΜΕ....... ſupple ΑΔΙΝΑΙΣ (*o*) ἐν Μελδίναις, ut legitur columna ſequente, ubi perperam vertitur apud Gruterum (*p*) *iis qui curam habent*, ac eſſet μελεδῶσι, cum ſignificet *in Meldinis*, loci nomen. Ibidem ΚΑΤΑ....... in marmore ΚΑΙΤΑ (*q*), addendum ΛΟΙΠΑ ΤΩΝ, quod e contextu patet: *verſ.* 9. ἀνδρεῖα ἀγάγοχα non cohærent; ſed quarumdam literarum corroſio interjacet, qua intelligitur, ὁ συναγάγοχα ſculptum fuiſſe, vel ὁ Attice, ut paulo poſt col. 3. συνγενῶν ὧν συναγάγοχα. Col. 5. ΠΙΠΤΟ....ΟΔΟΝ. (*r*) lege πίπτειν πρόσοδον, qua additione aperitur ſententia tota. In eadem columna ΟΨΑΡΙΑΤΑ, ubi lapidis lacuna neutiquam deſignatur, ſcribendum ΟΨΑΡΙΑ....Α. ſupplendumque ΤΙΝ, vel

(*a*) Gualter. pag. LXII.
(*b*) Gruter. pag. CDXC. Corr. pag. CCCX.
(*c*) Pag. XXVIII. Corr. pag. CCCIV.
(*d*) Vandal. pag. 30.
(*e*) Gruter. CDXCVIII.
(*f*) Begerus pag. 84.
(*g*) Reineſ. pag. 200.
(*h*) Spon. pag. CCCXXIX.
(*i*) Harp. pag. 153.
(*k*) Pag. 387.
(*l*) Cap. 23.
(*m*) Gruter. pag. XXIX. 13.
(*n*) Oxonien. pag. CCXCIII.
(*o*) Gruter. pag. CCXVI.
(*p*) V. 6.
(*q*) Col. 2. V. 5.
(*r*) V. 2.

vel ΤΑΛΑ. ἰψάφια τινὰ, vel τ' ἄλλα, ut ſub finem primæ Oxonienſis, καὶ τὰ ψάφια τ' ἄλλα. Par autem error, de defectu minime admonere cum adſit, ac indicare ubi non adeſt. In *Diario Italico* (*a*) ὡς κα εὐχᾷ καὶ ἀλίᾳ, deinde poſt hiatum deſignatum ſatis amplum, καθὼς ἔχωντι. quo loco nihil deeſſe ſenſus patefacit, ſcribendumque βωλᾷ καὶ ἀλίᾳ καλῶς ἔχειν, cum repetatur hic quod initio documenti habetur (*b*), καθὼς κα δοκῇ βωλᾷ καλῶς ἔχειν. fiat, *ſicut videbitur Conſilio recte ſe habere*: enitendum enim maxime nobis eſt, ut emendationes, & ſupplementa ex eodem ipſo monumento eruamus, quod corrigimus ac ſupplemus.

Nihil autem ad Inſcriptiones integrandas magis conferet, quam linguæ, ut ita dicam, ab iis adhibitæ, & ſollemnium verborum, ac conſuetorum ſenſuum notitia. Hoc adjumento admirationem Panagioti meo aliquando excitabam, cum quaſdam feliciter legerem, quas deploratas indicaverat, verbaque diſcernere viderer, quæ is acutiſſimo viſu ſuo neutiquam perſpiciebat, ex A, exempli gratia, & poſt longam abraſionem Ω initio marmoris, ΑΠΟΛΙΣΑΤΩΝ nihil hæſitans arguebam, & deinde tenuibus etiam veſtigiis comprobabam. Apud Gruterum ſuppoſititiam putes epigraphen illam (*c*) Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραιανοῦ παρθικοῦ θεοῦ Νέρβαι Τραιανὸν Ἀδριανὸν, quæ nihil videntur exprimere. Componuntur omnia, ubi ex conſimilibus pluribus υἱὸν, & υἱωνὸν addideris: *Divi Trajani Parthici filium, Divi Nervæ nepotem Trajanum Hadrianum*. Sine hac inſpectione monumenta reſtituenti minus feliciter res cedat, neceſſe eſt. Pſephiſma recenſetur in Oxonienſibus (*d*), quo Delii largiuntur benemerenti, ΚΑΙ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΚΑΙ......ΑΝ. Lacunam implet Vandalius (*e*) verbo ΠΑΤΡΙΑΝ, ſubditque: *ita namque ſuppleri debet, ut cuivis facile patet*; deinde per eam dictionem *tribum* hic denotari contendit: at nemini quidem eorum patet, qui in plurimis ejuſdem generis pſephiſmatis inter immunitates, honores, ac privilegia, quæ a Civitatibus concedebantur, πατρίαν hanc numquam enumerari animadverterit: contra quicumque ſimul cum ἀτέλεια irrogari conſueviſſe viderit προεδρίαν, aut προξενίαν, aut πολιτείαν, nihil ambiget harum dictionum unam in marmore olim ſteteiſſe. Idem Auctor Gruterianum hiatum (*f*), εὔνοιαν ΔΙΑΤΕΛΕΙ... nullo adjecto participio obturat, velut ἀποδεικνύμενος, aut quopiam tali: *perſtat ſeſe benevolum exhibens*; (*g*) ut in Deliorum decreto: διατελεῖ παρεχόμενος *perſeverat ſuppeditare*.

Dialectus item regionis reſpicienda: Corcyrenſis Germanici in Diario Italico (*h*) incipit Η πόλις: reponatur Α, quæ in acephalo lapide, nunc juris noſtri, deſideratur. Diligenter inſuper, & circino adhibito, lacunæ ſpatium metiri debemus, ut, quotæ deſint literæ, intelligamus: quod ſi præſtitiſſet Gruterianus (*i*) ad Epictetæ lapidem reſtitutor, abraſiunculam ante ΡΩΝ non meditaſſet quinque iis literis ΤΕΣΣΑ, quibus transformatur ſententia, & corrumpitur: neque enim tantumdem loci habetur in marmore, quod ultra duas literas ibi non admittit. Reponas ergo ΠΥ, legas πυρῶν, cum præmiſſa repetantur, ἐκ πυρῶν χοινίκων, expliceſque, non *ellytas quinque ex Quatuor chœnicibus*, ſed *placentas ex quinque ſextariis tritici*.

Difficultatem Græcas ſupplendi epigraphes augent etiam articuli, & explentes particulæ, quibus interdum fit, ut ob unius & alterius verbi defectum, quid integri verſus loquantur, divinare nemo poſſit; non enim, ut in Latinis, aliquid ſignificant dictiones omnes: αἱ τὰς τῶν, οἱ τὸν τοῦ nihil dicunt. Gruteriana exemplo ſit: (*k*) ἐστὶ κατὰ τόντε τὸν ἐν τῷ; deinde ὧν τῶν τε ἱερῶντε τῶν περὶ τά, ubi tam longo ſcripto nullam prorſus ſignificantiam tenes: Siculæ dialecti idiotiſmos puto. Mihi vero primam in his rebus legem dixi, ne umquam marmorum ellipſes ſuppleam, niſi cum ipſa eadem abſciſſa verba refricandi certus ſum: nam quæ utcumque adaptari poſſint, levi negotio excogitantur quidem, ſed ſacroſancta vetuſtatis monumenta ſpuriis, alieniſque verbis inficiendi periculum exhorreo. Patet hinc, proinxà me ſupplementa improbare omnia; arbitraria ſiquidem & ambigua eſſe neceſſe eſt.

Peccarunt in hoc non uno quidem loco eruditi marmorei Chronici Illuſtratores: quod ſatis apparet ex concertationibus, quibus ex repattinationes locum præbuerunt: ſupplementum exempli gratia eſt ex integro compoſitum, (*l*) Λακεδαιμονίοις ὁ Τυρταῖος συνεμάχησεν. ad Epocham XXXIII. ſupplet Seldenus ἦρξεν ὁ Ἄρχων, Palmerius ἦρξεν ὁ Κρίων. Ad VIII. conveniunt utrique reponentes (*m*) Ἀγυπίδας Φοῖνιξ; at rejiciunt Marshamus, Lydiatus, & Prideaux ſubſtituentes Εὐρύκας καὶ Λακεδαίμων Λακωνικῆς. Ad ſequentem Prideaux: *penes Lectorem ſit, aut mea, aut Palmerii uti conjectura, aut utriſque invenire meliora*: conjecturas quidem licet promere; at ipſi Inſcriptionis textui eas minime licebat inſerere, ut factum eſt, ubi Epochæ minoribus literis deſcribuntur. Integros verſus aliquando ex ingenio ſupplet Palmerius in *Exercitationibus* ad Auctores Græcos (*n*); reclamat explanator poſterior, & inſulſa vocat (*o*), atque *argumentis confirmata plane frigidis* additamenta. Non ergo quidlibet, ſed quam minimum audendi poteſtas eſt nobis, & longe cautiores, ac circumſpectiores ſimus in lapidibus, quam in codicibus ſupplendis, oportet. Neque in pluribus tantum verbis periculum eſt, ſed vel in ſyllaba aliquando, & literula una; fieri enim poteſt, ut ſupplemento tam exiguo Hiſtoriæ, Chronolo-

gix

(*a*) Diar. Italic. pag. 420.
(*b*) Pag. 412.
(*c*) Gruter. pag. MLXXXIV. 8.
(*d*) Oxonienſ. pag. CCXC.
(*e*) Vandal. pag. 802.
(*f*) Pag. 744.
(*g*) Oxonienſ. pag. CCXCI

(*h*) Diar. Italic. pag. 426.
(*i*) Gruter. pag. CDXXVIII. col. 6. V. 6.
(*k*) Gruter. pa . CCXI.
(*l*) Oxonienſ. pag. CXCVI.
(*m*) Pag. 156.
(*n*) Pag. 681.
(*o*) Oxonienſ. pag. CXVII.

giæ, Geographiæ, ipſius religionis canones, integritaſque lædantur. Hæ dictiones in Palæographia (*a*) ΠΡΕΣΒ ΣΕΒΑ.. ΤΗ.. ΣΤΡΑ, ex Inſcriptione Ancyrana Fulvii Æmiliani honori deputata, augentur tribus literis ΝΩΝ. legitur Πρεσβέα Σεβαστηνῶν Στρατηγὸν, vertitur *Legatum Sebaſtenorum* (Ancyranorum intelligit) *Prætorem*; deinde illuſtratio adjicitur ex eo, quod *Ancyra, ut multæ aliæ urbes*, Σεβαστὴ, *ſive Auguſta cognominabatur*. Verum turbatur hic primum Imperii regendi methodus, & adminiſtrandarum Provinciarum ordo, qui Romanæ Hiſtoriæ medulla quædam dici poteſt, & pars utiliſſima: Provinciis ſiquidem, non Urbibus Legati præficiebantur, ita ut neque Ancyræ, neque civitatis cujuslibet Legatus auditus ſit umquam, ſed Cappadociæ, & Galatiæ Legati Auguſtorum Proprætoribus monumentis pluribus conſignentur, quibus cum Ancyra, tum urbes earum Provinciarum reliquæ parebant. Nec Legatum heic pro civitatis Oratore Romam miſſo accipere poſſumus, quo titulo Muſei noſtri lapis Timocratem laudat πρεσβεύσαντα ὑπέρτε τῆς πατρίδος, καὶ τῶν Ἑλλήνων πρός τε τὴν Σύγκλητον, καὶ πρὸς βασιλέας, *Legationes pro Patria, & pro Græcis ad Senatum, & ad Imperatores obierat*; non enim de Græco homine, ſed de Fulvio Æmiliano res eſt inter primores Urbis, & anno Ch. CCVI. Quirinali trabea, faſcibuſque Conſularibus ornato & aucto. Peccatur iterum, cum ad ſuppletam ſyllabam tuendam, Ancyra, & multæ aliæ urbes Σεβαστῆς titulo traduntur uſæ; nullam enim memini Græcarum, atque Aſiaticarum civitatum id cognominis oſtentaſſe: affluunt numiſmata & lapides, quibus Πρώτη, Ἱερὰ, Λαμπροτάτη, Μητρόπολις, Νεωκόρος, Ἄσυλος, Αὐτόνομος, Φλαουΐα, Ἀρχίοση inſcribuntur; Σεβαστὴ inter hos titulos locum inveniſſe, haud ſuccurrit. Damaſci nummum ex Medicea gaza profert Noriſius, in quo CEBACMIA. id verbum cum transferatur *Auguſta*, ſuſpicionem excitare poteſt ad urbem referri: at redderetur aptius *Auguſtalia*, ea nempe certamina indicantur. Plures quidem urbes Sebaſtæ, hoc eſt, Auguſtæ appellatæ ſunt, ut & Ceſareæ, in Imperatorum honorem; at cognomina hæc non erant, ſed nomina, ita ut vel de novo conditæ, vel a ſolo inſtauratæ nullo alio nomine vulgariter vocarentur; anterius enim abrogabatur: legitur in Epochis Syromaced. *pag.* 447. *Samaria, quæ Neapolis* (Stephani errore) *cognominata eſt*; unde duplici nomine civitates uſæ credi poſſit; at μετονομασθεῖσα *poſtea nominata* transferri debet, non *cognominata*. Ancyra vero tum Inſcriptionis hujus ævo, tum poſteriori Ancyræ nomen neutiquam dimiſit. Σεβαστῆς titulum videtur eidem manifeſto aſſerere Inſcriptio alia ibidem recitata, in qua: ἡ Μητρόπολις τῆς Γαλατίας Σεβαστὴ Τεκτοσάγων Ἄγκυρα: verum liceat in plena compendiis epigraphe hallucinationem aliquam ſuſpicari exſcriptoris; nam cum ſingularis tituli novitas turbat, tum quod duæ hic ejuſdem Provinciæ urbes videntur confundi, Ancyra, & Sebaſte. Plinius Cappadociam deſcribens, cujus uberrimæ parti Galatiæ nomen indiderunt Galli Tectoſages eam occupantes, inter *oppida Tectoſagum* Ancyram, & Sebaſtenos non tamquam unam & eamdem, ſed tamquam duas civitates recenſet (*b*). Gruterus Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Σεβαστηνῶν Τεκτοσάγων. Sebaſte autem, ut ab homonymis aliis diſtingueretur, Σεβαστὴ Τεκτοσάγων *Sebaſte Tectoſagum* neceſſario inſcribenda erat, ut illa ab Herode condita ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ CΥΡ. *Sebaſtenorum Syriæ* nuncupata videmus in nummis. Illud etiam non omittendum; etiamſi Σεβαστὴ cognominata fuiſſet Ancyra, non propterea ejus cives *Sebaſtenos* dici potuiſſe, ita ut πρεσβεία Σεβαστηνῶν Legatum ſignificaret Ancyranorum; nam ea denominatione cum Sebaſtenis proprie nuncupatis, qui ſcilicet Sebaſten incolebant, permixti fuiſſent: nec quod Smyrna, exempli gratia, Πρώτη, & Νεωκόρος inſcriberetur, *Protinorum*, vel *Neocoritarum* nomine Smyrnenſes ſignificari poterant. Neutiquam ergo Σεβαστηνῶν in ſupradicta Inſcriptione, in qua H non fuerit in lapide, ſed legendum πρεσβευτὴν Σεβαστοῦ, vel Σεβαστῶν Ἀντιστράτηγον, *Legatum Auguſti*, vel *Auguſtorum, Proprætore*, ut in aliis pluribus: Memoratur apud Gruterum (*c*) L. Fabius Cilo *Legatus Auguſtorum Proprætore Provinciæ Galatiæ*: cui honorificum monumentum ponens Ancyra (*d*) Ἡ Μητρόπολις τῆς Γαλατίας Ἄγκυρα dicitur, alterius civitatis nomine Σεβαστὴ Τεκτοσάγων minime interpoſito, ut importune in nuper memorata epigraphe.

Claudamus tractationem hanc monentes, etiamſi unius interdum ſyllabæ ſupplementum tot creet pericula, plurium alias dictionum acceſſionem impune, ac feliciter procurari: nimirum cum ex conſimilibus titulis arripi ſupplementa poſſunt, ut in monumento Aſclepiadis athletæ, non a Spanhemio (*e*), ut Sponius tradit, ſed a Falconerio præſtitum eſt; cum enim ille fragmenta diligenter compoſuiſſet, atque exſcripſiſſet, hic alterius de eodem Aſclepiade Inſcriptionis ope auxit, ac ſupplevit. Feliciores tamen, quibus ex ipſis lapidibus vulgata Epigrammata integrare contingit. Noſtro illi, quod in *Iſthmo Corinthiaco* Sponius olim exſcripſit, addeas verſu 8. CΥΝ. 20. bis ΤΗC, & ad calcem: Ὑπόχεσις Πουβλίου Λικιννίου Πρίσκου. Ἐάν μοι πωλήσητε τῆς λεγομένης Ῥήγλης ..... *Promiſſio P. Licinii Priſci. Si mihi vendideritis ejus, quæ Reglia dicitur...* In eadem Inſcriptione V. 9. legas Ἐπεγείρειν & V. 16. Δήμητρος.

CANON VII.

Græcorum Epigrammatum verſio ardua, ideoque ſæpiſſime in eorumdem tranſlatione peccatum.

AGE porro cum Græcas Inſcriptiones ope artis Criticæ a commentitiis ſegregatas, inculpate exſcriptas, ſane & probe lectas, ac vulgari

(*a*) Palæograph. pag. 158. 3.
(*b*) Lib. V. cap. 32.
(*c*) Gruter. pag. CDVII. 2.
(*d*) Pag. CDVI. 10.
(*e*) Pag. 362.

vulgari ſcriptura redditas, emendatas item, qua licet, ac ſuppletas ob oculos habeamus, nihil jam reſtat, niſi ut transferantur, & in commune rei literariæ bonum Latina interpretatione donentur. Græcis quidem Scriptoribus, præterquam Scholiaſtis, Romana civitas fere omnibus data eſt, Inſcriptionibus non item; plurimæ enim habentur ab Editoribus minime verſæ: paucis apud Gruterum interpretatio adjicitur, paucioribus apud Reineſium: recentior marmorum illuſtrator Vandalius Græca epigrammata congerit magno numero, nec tamen, ſex aut ſeptem exceptis, Latine explicat. Videntur, quicquid hoc laboris eſt, deſpexiſſe, tamquam puerilem curam, & nulla difficultate implicitum, aut doctrina indigens opus; verumtamen aberraſſe eis toto cœlo, & perquam difficile negotium eſſe, ſatis ſuperque conſtabit, ubi viros doctos, quicumque fere id aggreſſi ſint, ſæpiſſime lapſos oſtendero, & poſt eruditionis pelagus feliciter emenſum, his lapidibus, tamquam lethalibus ſcopulis alliſiſſe. Pervulgatum eſt, quam ardua ſit Græcorum Scriptorum in Latinam linguam ſincera, & ab omni parte laudanda tranſlatio; innumeri certe ſunt in celebrioribus etiam verſionibus loci, quibus decipimur, & a vero Auctorum ſenſu avertimur: at in Inſcriptionibus multæ inſuper nos circumſtant peculiares difficultates, quas ego hic potiſſimum perſequar: neque enim quæ Sponius, Patinus, aliique ob minus integram linguæ Græcæ, Poeticæ præſertim, notitiam in titulis explicandis ſæpiuſcule peccarunt, perquiram, nec cum, exempli gratia, ἐπ' ἠιόνι transfertur *ad Eionem*, λιτὸς *publicum* (a), ἄναυδον *ſine cruore*, ἐπὶ κρατὸς *admodum*, ἀγορανομίαν *fori u-ſtitatem*, ψιλὸν *longum*, κλεπτομάστιγι *occulte verberanti*, ἀνδρὶ τοῦ ἡμετέρου τάγματος, *noſtri exercitus ductori*, ἐπεσκεύασε *curam habuit*, alibi *ædificari* curavit; pro *ad ripam*, *exiguum*, *ſine voce*, *ſuper caput*, *Ædilitatem*, *vacuum*, *fures verberanti*, *noſtri ordinis viro*, *inſtauravit*, vel hujuſmodi ſexcenta alia ſcrutabor: ſed quibus præterea periculis Inſcriptionum interpretatio ſpeciatim laboret, ut accurate exponam, ac recenſeam, operam dabo.

I. Nihil in hoc monumentorum genere frequentius, & copioſius occurrit, quam propria hominum, & mulierum nomina: cum vero hæc apud Græcos infinita ſint, & multoties extraordinaria, & inſolita, ac miris etiam modis inflexa, perfacile eſt, ut hallucinemur, aut aliena ſignificatione pura nomina reddentes, aut quæ vere nomina ſunt, communes dictiones putantes. Apud Gruterum (b): Τιβέριος Ἰούλιος Ταρσὸς Διοσκόροις καὶ τῇ Πόλει τὸν ναὸν καὶ τὰ ἐν τῷ ναῷ ΠΕΛΑΓΩΝ Σεβαστοῦ ἀπελεύθερος καὶ ἐπίτροπος συντελέσας ἐκ τῶν ἰδίων καθιέρωσεν. ſic vertitur: *Tib. Julius Tarſus Auguſti Libertus, & Procurator Caſtori & Polluci, Civitatiſque ædiculam, & in ea* ***MARIS IMAGINEM*** *de ſuo abſolvit, dedicavitque*. Quam verſionem purgare aggreſſus Capacius (c), reddidit, *in Templo Marium, ſeu Pelagorum:* at quamvis ſyrtis hic latuerit, in quam interpretes impingerent, pelagus tamen nullum; duos enim memorat lapis; Tarſum, qui Dioſcuris, & Patriæ Templum excitavit, & Pelagonem, qui pecunia ſua perficiens, conſecravit. In antiqua MS. Collectione Feliciani Veronenſis ea Inſcriptio ſic transfertur: (d) *Tiberius Julius Tarſus Caſtori Pollucique, ac Civitati Templum, & quæ in Templo. Pelagon Auguſti Libertus & Procurator cum conſummaſſet ex propriis, dedicavit.* Nomen illud, & fortaſſe ipſe ille Pelago occurrit in Taciti Annalibus; facillime enim idem credi poteſt, quo uſus eſt Nero, cum Plautum interfici juſſit (e); hunc ſiquidem *centurio trucidavit coram Pelagone Spadone, quem Nero centurioni, & manipulo quaſi ſatellitibus miniſtrum regium præpoſuerat*. Idem nomen, etſi diverſimode inflexum, Pelagio fuit, orthodoxis dogmatibus tamdiu infeſto; & Pelagonio, Γνωστικῶν Scriptori.

Vehementem mihi quidam excitaverat Inſcriptionis cupiditatem, quæ in Cephalenia inſula maximo marmore ad Guiſcardi Monaſterium conſpicitur, cum aſſererent, de Olympiadum Epocha abroganda decretum ſingulare in ea contineri. Literas eo nomine ad Andream Piſanum Venetorum Imperatorem dederam, qui pro mira, qua pollebat, humanitate, Muſeum noſtrum illo ingenti lapide ſe aliquando aucturum ſpopondit: at fatale infortunium illud, quo ſpes Reipublicæ in tanto viro collocata concidit, gazæ etiam literariæ noſtræ incrementum abripuit. Ejus epigraphes ad ipſum lapidem exſcriptæ exemplum conſequutus tandem ſum; non ſine riſu ad Olympiades detortum fuiſſe intuens, mulieris, Olympiadis nomine, monumentum. Τίτος Φλάβιος Διονύσιος ἐνορκίζομαί σοι τὸν σεβάσμιον ὅρκον, μηδενὶ ἐξὸν εἶναι ἀνοῖξαι (ſic deinde exſcriptor vulgari dialecto) ἰδῶ ἔσαι συνμένα τρία γράμματα, *hic deletæ ſunt tres literæ:* nempe τὴν σορὴν ΟΛΥΜΠΙΑΔΕϹ. *T. Flavius Dionyſius venerabili ſacramento te obteſtor, ne liceat ulli Olympiadis arcam aperire.* Vulgavit hanc Inſcriptionem P. Montfauconius (f) inter acceptas a Cl. Cæſaris Hiſtorico & Poeta Apoſtolo Zeno, legens ὄρον, & transferens, *adjuro per mortem, quod venerandum ſacramentum eſt:* at illa adjurationis formula ad calcem S. Irenæi, Euſebiani Chronici, aliorumque librorum deprehenditur, nulla mortis mentione admixta.

Sponius (g) Τ Ἀντώνιον Ἀλφῆνον Ἀρίγνωτον interpretatur *illuſtrem*; at Græcum nomen eſt, ut Polygnotus, cognominis vicem hic ſupplens; quapropter *Arignotum* ſcribere oportet; neque enim nomina per eorumdem grammaticam ſignificationem ſunt transformanda. In votivo *Philonis* epigrammate quis Neptuni ſimulacrum dicaverit, non apparet (h), quia Σκῖνα φίλων redditur,

(a) Spon. Miſcell.
(b) Gruter. pag. XCVIII.
(c) Hiſt. Neapol. Lib. 5.
(d) Pag. 101.
(e) Annal. Lib. XIV.
(f) Diar. Ital. pag. 424.
(g) Itin. Tom. III. pag. 118. Miſcell. pag. 112.
(h) Pag. 332.

ditur, *collocavit Libens*. Τὸ Ἐπιτυχάνοντος intelligit, *qui comparavit* (*a*), cum ſit *Epitynchanon*, Latinis Lapidibus inſcriptum multoties nomen: agnovit Oxonienſis interpres (*b*) χαριτὶν in eadem recto caſu, an pro χαρίτις, ut διλφὶς dicitur & διλφὶς ἡ τέχνη Λύδα vertitur, *Thecne Lyda* (*c*), at poſitio verbi, & conſequentia γυνὰ δὲ Χρυσίππου, patris nomen eſſe docent: *Techne Lydæ Filia*, *uxor autem Chryſippi*. In Trypheræ Epitaphio: Ἣν τέκεν Εὐτυχίδη σθεναρῷ Κίλισσα Χαρίτοπις (*d*), interpretatur *Quam peperit Eutychidæ Sthenaro Ciliciſſa Charitopis*; multo quidem melius quam in Itinerario (*e*), ubi *Ciliciæ Eutychidis filiæ* monumentum fieri autumavit: ſcribendum tamen erat: *quam peperit robuſto Eutychidi Charitopis e Cilicia* (*f*). Ἀνθεστήριον ἐκ Μυῤῥινούττης *Antheſterium ex Myrinutte*, Attico Populo, a Gruteriano interprete pro homine habitum eſſe improbavit: (*g*) contra Μαξίμου τοῦ Πάτρωνος conceſſionem memorante liberto, hominem multiplicavit, transferens *Maximo Patronis filio* (*h*).

Begerus in *Spicilegio* (*i*) *Antiquitatis* Gruterianum monumentum (*k*) ΕΛΠΙΔΙ ΕΩΣ καὶ Κηνσωρῖνα τιμιωτάτη ἀπελευθέρα ἀνέθηκαν, explicat, *Elpidi Eoi filiæ, & Cenſorinæ honoratiſſimæ Liberta poſuit*: quæ vetuſtatem non ſaperent, & ἀνέθηκαν a pluribus poſitum indicat. ΕΩΣ nomen erat ab exſcriptore corruptum: *Elpidi Eous* (ut aliquid ponamus) *& Cenſorina Libertæ præſtantiſſimæ poſuerunt*. In Sponiana (*l*) Τὴν καλουμένην Ἄριστον, Spanhemius vertit, *cognominatam Ariſton*: melius *dictam Ariſtium*, *optimulam*, ut *Glycerium*. In Seldeniana Τάτιον Ἀσκληπιάδου; Reineſius (*m*) *nutricem vel alumnam* intelligi jubet ἀπὸ τοῦ τίτθη: fallitur; mulieris nomen eſt ὑποκοριστικῶς, ſeu diminutive enunciatum, Latine *Tatium*, ut Melanium, & alia apud Plautum. Τατία habetur in alio marmore (*n*). Recte hic Oxonienſes, ſed *Aſclepiadis filia* pro *Aſclepiade* reponendum, & *vivens conjugi* (*o*), pro *dum vixit contubernali*. Idem Reineſius (*p*) Στατίῳ Σιραπίωνος *Statium* explicat *Serapionis filium*; qui *Statius* erat ex libertate obtenta, & *Serapion* a natalibus, ut ibidem alter *Caſſius Apollonius*, non Apollonii filius. In Oxonienſibus (*q*) Θεοδώρῳ τῷ ἐμῷ γνησίῳ ἐκγόνῳ, καὶ Πνευματικῷ υἱῷ redditur, *Theodoro meo legitimo nepoti, & Pneumatico filio*; at idem Theodorus nepos erat ex natura, & πνευματικὸς υἱὸς filius ex amore, ſive *filius ſpiritualis*, qua appellatione utuntur hodieque Græci Sacerdotes erga ſeculares. Eodem volumine (*r*), ſibi & uxori αἰδίᾳ Ἐπικτήσει vertitur, *in perpetuam poſſeſſionem*. Scribendum Αἰλίᾳ Ἐπικτήσῃ, vertendumque *Æliæ Epicteſi*. Junia Epicteſis mater, & Aurelia Epicteſis filia memorantur in Romana (*s*). Lapis elegans in Grimanorum Cimeliarchio: Ἐπικτήσις Ὀνάσου Κυθηρίου Θυγατήρ. *Epicteſis Onaſi Cytherii Filia*. Patinus (*t*) Θεὸς Θεοδώρου ἰατροῦ ΞΑΝΘΟΥ. pro depoſitione Theodori Medici *Xanthi* filii, exhibuit nobis *Sepulchrum Theodori Medici rufi*. Adoptati utrumque patrem profitebantur: Epictetæ monumentum: *Antiſtenes Iſoclis*, κατὰ δὲ νομοθεσίαν Γρίννου, *legis vero conſtitutione filius Grinni*: hinc minus proprie in Palæographia, Μητρόδωρος Μενεμάχου φύσει Διρυλάου redditur, *Metrodorus* (*u*) *Menemachi natione Dirylai*, vel *Dorylai*: nam φύσει pro γένει ad patriam indicandam non adhibetur; Phrygiæ etiam civitas Δορύλαιον eſt, cujus τὸ ἐθνικὸν, ut e Stephano Δορυλαιεὺς, unde fieret Δορυλαιέως. Intelligendum igitur de Metrodoro adoptivo Menemachi filio, natura vero filio Dirylai. Cum accideret, ut, præter impoſitum a genitoribus nomen, aliud etiam populariter adhæreret, utrumque recitabatur ſub ea formula, *Felix, qui & Clemens*; Græce (*x*) Ἀσκληπιάδης ὁ καὶ Ἑρμόδωρος, Ἀφροδίσιος ὁ καὶ Ἐπαφρᾶς, quod non ſuccurrit interpretanti (*y*) Σιμπλίκια ἡ καὶ Καλώνυμος, *Simplicia jure tale nomen ſortita* (*z*), ac ſi *Simplex* Græce ſignificaret: intelligo: *Simplicia quæ & Calonymos*: femina apud Fabrettum (*a*) appellatur *Rhanos*. In eodem Opere Ἀχιλλεὺς Ἐπαφρᾶ *Achilles Epaphra* (*b*), ſcribendum *Epaphræ filius*: ubi *in feſtis Dionyſii*, enunciandum *Dionyſi*, qui Bacchus eſt, Dionyſius ſcilicet hominis nomen: ubi *Legati Phanius, & Dorco*, legendum grammatice *Phanis & Dorcus*, a Φάνις nempe, & Δόρκος. ſequitur: *quos miſiſtis*, πρεσβεύσαντες περὶ τοῦ Συλλωποτάμου, *ut de veſtris rebus nobiſcum agerent*; ubi reddendum videtur potius, *ut de Syllopotamo referrent*; loci nomen, ex quo prima legationis cauſa. Inter Athonis montis Monaſteria habetur hodie Ξηροπόταμος, ac ſi diceretur *ad fluvium ſiccum*.

II. Ellipticis formulis, verbo præcipue ſuppreſſo, paſſim & ſollemniter Græcæ Inſcriptiones utuntur, quas qui non callet, vel non declarat, mancas, vel erroneas verſiones exhibeat, neceſſe eſt. Honorariæ nominandi, & accuſandi caſu expediri ſolent; qui nihil ſupplet, ſenſum non aperit. In Palæographia (*c*) Γάϊον Ἰούλιον = Ἀλέξανδρος τὸν ἑαυτοῦ εὐεργέτην. *Gajum Julium = Alexander benefactorem ſuum*. Cuperus (*d*) in Harpocrate: *Sacra Synodus = M. Aurelium propter pietatem*: quæ Latinis auribus nihil ſignificant; nam vel dativo

(*a*) Pag. 315.
(*b*) Oxonienſ. pag. CCCI.
(*c*) Pag. 337.
(*d*) Pag. 318.
(*e*) Tom. III. pag. 39.
(*f*) Gruter. pag. CDV.
(*g*) Itiner. pag. 168.
(*h*) Pag. 356.
(*i*) Pag. 84.
(*k*) Gruter. pag. CMLXXIII.
(*l*) Tom. I. pag. 574.
(*m*) Pag. 725.
(*n*) Oxonienſ. pag. CCCI.
(*o*) Oxonienſ. pag. CCLXXIII.
(*p*) Pag. 290.
(*q*) Oxonienſ. pag. CXLVI.
(*r*) Pag. 146.
(*s*) Gruter. pag. DXCVIII.
(*t*) Patin. in Inſcript. pag. 449.
(*u*) Pag. 154.
(*x*) Gruter. pag. CCCXIII.
(*y*) Reineſ. pag. 569.
(*z*) Diar. Ital. pag. 353.
(*a*) Pag. 203.
(*b*) Pag. 39.
(*c*) Pag. 159.
(*d*) Pag. 287.

tivo caſu honoratum efferre oportet, *Synodus M. Aurelio;* vel adjungere *honorat*, *veneratur*, aut quidpiam hujuſmodi, quod aliquando & Græce exprimitur : in Aeolica apud Gruterum (*a*) : Ο' Δᾶμος ἐτείμασεν Α'ὐρ Α'ρτεμίδωρον. in Palæographia (*b*) : ἐ ίμησεν Μάρκον Κοκκήιον. Qui ergo viderit, exempli gratia, apud Cyriacum, (*c*) ὁ Δῆμος Γάϊον Καίσαρα Σεβαστοῦ υἱὸν νέον Α'ρη, interpretetur, *Populus Cajo Cæſari*, vel *Cajum Cæſarem*, *Auguſti filium*, *novum Martem veneratur*.

Alia item formula honorarii lapides inſcribuntur, quæ perperam transferri ſolet. In Muſeo : Ἁ πόλις Γερμάνικον Καίσαρα = Θεοῖς. Diarium Italicum (*d*) : *Urbs Germanicum Cæſarem Diis*. Rurſus : Ἰουλίαν Θεοδώραν ἀρετῆς ἕνεκεν Θεοῖς. *Juliam Theodoram virtutis cauſa Diis* (*e*). Apparet, Latina verba nullam ſententiam efficere. Cuperus, qui apud Sponium utramque legit, ſic vertendas docuit (*f*) : *Urbs ſtatuam Germanici = Diis conſecravit : Statua Julia Theodora propter virtutem ejus Diis poſita eſt :* ita & Patinus (*g*), & Vandalius (*h*), qui ex his ſtatuas Diis ſacrari potuiſſe, *nullo eorum exſerte nominato*, diſcere ſibi viſus eſt. Verumtamen Diis generatim quidquam offerri non vidimus, & ſunt apud nos iſtiuſmodi lapides ea figura, ac forma, ut nulli imagini baſin, vel hypobaſin præſtare potuerint. Precationes ergo ſunt publico nomine in alicujus honorem pro ejuſdem ſalute Diis exhibitæ, ac ita explicandæ : *Civitas Germanicum Diis commendat*. Commendabantur etiam aliquando præſtantes, ac benefici viri Diis aliquibus nominatim, præcipue qui eo loco colerentur. Sponiana (*i*), quæ, ac ſi tribus locis deficeret, perperam in Diario (*k*) repræſentatur, nec propterea vertitur Α'πόλις Μάρκον Καλη .... Γαΐου υἱὸν Βύβλον τὸν Πάτρωνα, καὶ Εὐεργέτα Ερμῆι Ηρακλεῖ, Cuperus (*l*) ſic exponit : *Urbs Marcum Cale ..... Mercurio Hercule honoravit :* ſive : *ejus in honorem erexit ſtatuam, quam vocant Hermeraclem :* additque, majori apud veteres honori fuiſſe, *Dei ſtatuam in honorem viri de Republica bene meriti erigere :* vide quam tranſverſos quandoque viros doctos agat Inſcriptionum idiotiſmus non intellectus. Vertendum erat : *Civitas Marcum Calenum C. F. Byblum patronum, & benefactorem ſuum Mercurio & Herculi commendat*. Copulativam particulam in antiquis monumentis omitti, recte hic obſervat idem Cuperus. Omittitur & in ſequenti : Μάρκον συγγενῆ Βασιλέως = Αὐλος καὶ Γάϊος Ιλίδαι = Α'πόλλωνι Α'ρτέμιδι. at quid ſibi velit, & qua ſyntaxi cohæreat Oxonienſis verſio (*m*) : *Marco cognato Regis = Apollini, Dianæ?* Mentem ſuam declarat interpres, ſubdens, hoc marmor ſtatuæ baſin fuiſſe, quam Marco Ptolemæi cognato in inſula Delo Pedii poſuere : Deorum autem monumentum eſſe ex ultimis verbis Α'πόλλωνι Α'ρτέμιδι *maniſeſte indicari*, tradit, quod ſtatuæ ibidem collocatæ, aut alterutri, aut utriſque inſcriberentur. At hæc numina multis locis colebantur, & plura ex Delo monumenta novimus, quibus minime gentium memorentur (*n*); neque *Marcum* noſtrum ſimulacro decoratum, ſed Apollini & Dianæ commendatum, Inſcriptio docet. Ita & *pag.* 271. *Alexandro = Apollini*, reponas *Alexandrum*, qui Apollinis tutelæ committitur.

Multoties quidem honorariæ Inſcriptiones ſimulacrum comitabantur. Apud Sponium (*o*) Senatus C. Valerium ἐτείμησεν ἀνδριάντος ἀναστάσει, *honoravit ſtatua erectione :* apud Gruterum (*p*) προτομῇ μαρμαρίνῃ *marmorea protome :* item apud Sponium (*q*) εἰκόνι χαλκῇ, non *ænea ſtatua*, ut ibidem, ſed *imagine lapidea :* qua honoris ſignificatione mulier decorata viſitur in eleganti marmore Muſei noſtri, anaglyptica ejuſdem imagine ſpectando, cum epigraphe Ο' δῆμος Δημοῦν Διονυσίου Εὐξένου δὲ γυναῖκα. *Populus Demum Dionyſii filiam Euxeni conjugem honorat*. Primum verbum intra coronam continetur : eodem modo plures in lapidibus aliis coronæ figurantur, unde ſunt qui ſuſpicentur, coronis donatos indicari, qui honorantur. Statuæ vero erectionem Inſcriptionis verbum tacite connotare ſolet, exempli gratia, τὸ ἀνέστησε. Grut. *pag.* CDLXIV. 7. ἡ βουλὴ Φῆστον ἀνέστησε. Oxon. *pag.* CXLVIII. ἀνέστησεν Φλ. Πατερνιανὸν vertenda, *Senatus Feſto*, vel *Paterniano ſtatuam erexit*. Comprobatur e Sponiana (*r*), qua Pariorum civitas Aureliam Liten ἀνέστησεν ἐν ἀνδριάντι μαρμαρίνῳ : hoc eſt, *marmoreum ſimulacrum Aureliæ ſtatuit*. Statuam pariter indicat verbum ἀνέθηκαν. Apparet (*s*) ex Inſcriptione, qua Delii Cajum Billienum Α'νέθηκαν; nam artificis nomen ſubſequitur : eapropter perperam Sponius (*t*) Herodis Attici memoriam, quem ἡ Α'ντιοχὶς φυλὴ ἀνέθηκεν, interpretatur, *Antiochis Tribus Diis commendat*, *& conſecrat*, cum ſignificetur *Herodis ſtatuam collocat*. Aliquando tamen & abſque ſtatua id verbum profertur : in Laodicenſi Nicoſtratus Veſpaſiano, & Populo Romano (*u*) τοῦτο τὸν λίθον ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν, *lapidem hunc ſua pecunia poſuit*, ubi patet, inſcriptum tantummodo marmor intelligi. Perpetua ſtatuæ cogitatio effecit, ut Prideaux verbum ἀνέθηκα videre, ſibi viſus ſit, ubi certe fuiſſe non credo; legit enim, Θεόφραστον = τῆς πρὸς τοὺς Θεοὺς εὐσεβείας ἀνέθηκαν Α'πόλλωνι (*x*) : *Theophraſto &c.* ſed nullus dubito fuiſſe in marmore εὐσεβείας ἕνεκα, explicandumque, *Theophraſtum Heracliti F. Acharnenſem, qui*

(*a*) Gruter. pag. MXCI. n. 4.
(*b*) Palæograph. pag. 166.
(*c*) Pag. 18.
(*d*) Diar. Ital. pag. 426.
(*e*) Pag. 422.
(*f*) Hom. Apoth. pag. 281.
(*g*) Patin. ad Smyrn. pag. 461.
(*h*) Vandal. pag. 405.
(*i*) Itin. Tom. III. pag. 84.
(*k*) Diar. pag. 425.
(*l*) Hom. Ap. pag. 280.
(*m*) Oxonienſ. pag. CL.
(*n*) Spon. Miſcell. pag. 121.
(*o*) Spon. Pag. 339.
(*p*) Gruter. pag. CCCXLV. n. 2.
(*q*) Spon. pag. 334.
(*r*) Spon. pag. 335.
(*s*) Idem pag. 121.
(*t*) Idem pag. 321.
(*u*) Itiner. Tom. III. pag. 143.
(*x*) Oxonienſ. pag. CCCII.

qui Deli Curator fuit = ob ejus erga Deos pietatem Apollinis tutelæ commendant. Alias plures in Græcis lapidibus ellipſes, ac ſyntaxes reperias, quibus verſiones deformari poſſint. Lipſius apud Gruterum (*a*), exinde Falconerius (*b*): *Epidaurum Æſculapia, Olympia Pergamum, Smyrnam v.* interpretatione indiget interpretatio; cum enim certaminum locum quarto caſu enunciare ſoleant, opus eſt reddere, *Epidauri Æſculapia vicit, Pergami Olympia, Smyrnæ vicit quinquies*: Seldenus (*c*) & Reineſius (*d*) recte in conſimili: *Romæ Adrianalia II.* at cur deinde, *Puteolos II. Neapolim III.?* iiſdem enim ludis ſuperaſſe indigitatur Septimius *Romæ bis, Puteoli bis, Neapoli ter*. Eodem pacto qui ea velit interpretari (*e*) Ῥώμην Τραγῳδοὺς, Νικομήδειαν Κιθαρῳδοὺς, Σμύρναν Τραγῳδῶν, Πέργαμον διὰ πάντων, explicet oportet, *Romæ Tragœdos vicit, Nicomediæ Cytharedos, Smyrnæ Tragœdorum victor, Pergami victor fuit in omni certamine*: obſcurior ibidem ſecunda, Κύτικον κοινὸν Κωμῳδῶν. lego Κύζικον, Cyzici (in Propontide) *communem Comœdorum ludum vicit*. Interdum nomen tantum certaminis in corona depingitur (*f*): Σεβήρεια. Κομόδεια. Τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα τρίς. hoc eſt, vicit *Severalia, Comodalia, Argi in avulſione clypei ter*. In Oxonienſibus (*g*), *Athenæus Ephebis Herculem*: Latine ſenſus non conſtat; *Herculis imaginem Ephebis dat*, vel *in Ephebeo poſuit*. Cum εὐχὴν videmus, latere ſolet, *ſolvit*; cum τὴν ςήλην, *poſuit*; cum τὸ μνημεῖον *paravit*. Ineditam Venetiis exſcripſi, quæ ſic clauditur: Μηνοίτιος τοῖς γλυκυτάτοις συγγενέσι μνήμης χάριν Ἥρωας. *Menætius affines dulciſſimos & Heroes memoriæ gratia*, addendum, *hoc monumento donat*: melius tamen; *Menætius affinibus &c. memoriæ gratia*. Sponius (*h*) funerariam Διόδωρα χρήστη χαῖρε, καὶ ΣΥΓΕ, transfert, *Diodora bona, vale, & tace*: intelligendum puto, *Optima Diodora vale, & tu quoque viator*, vel *qui legis* (*i*): in Latina, *bene valeas qui legis*. Gualterius (*k*) Μινύραν Ἀρτέμωνος probe reddidit, *Minyram Artemonis filiam*: anceps eſt Cuperus (*l*) an reponi debeat *uxorem*, vel legi Ἀρτεμίδος, ſed fruſtra: Diodotus Minyram Sacerdotio functam, ſororem ex matre, Veneri Cœleſti commendat. Idem Cuperus Sponianam verſionem emendare aggreſſus, eamdem demum iterat (*m*), duobus tantum ſub finem verbis mutatis: at quidnam ſignificationis eruendum nobis ſit ex hac ſyntaxi: *Severi Alexandri, & Juliæ Mammeæ, Deo Soli, Aurelius Heron, Charite miniſtra conſecravit*. Verbum ἀνέθηκεν ab Aurelio Herone pendet: Ἱεροδουλείᾳ melius pro *ſacro miniſterio* ut Sponius, quam pro Ἱεροδούλῃ: forte erat in marmore ἱεροδουλείας χάριν, unde Sponius, *ſacri miniſterii cauſa*: ſententia certe eſt, Heronem Serapidi, vel Severi & Juliæ ſimulacra in Templo, cui præſidebat, dedicaſſe, vel votum pro eorum ſalute obtuliſſe, ita ut intelligendum ſit ὑπὲρ Σεουήρου, ut in alia ὑπὲρ ἑαυτοῦ εὐχὴν (*n*).

III. Augetur ſæpe mirum in modum Græcorum lapidum interpretandorum difficultas, quod verba in iis occurrant, aut a Scriptoribus minime adhibita, & Lexicis incomperta, aut ad novum quemdam, obſcurumve ſenſum detorta, itemque loquutiones novæ, & ſignificatione omnino ambigua phraſeologiæ. Pulcherrima inter Hierapytnios, & Prianſios, Cretæ populos, civitatis, & jurium omnium communicatio ita lecta eſt a Johanne Pricæo, Reineſio, & Prideaux (*o*) exinde adprobantibus: Θεὸς ἀγαθός, Ἀγαθῇ τύχῃ καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ. ἐπὶ κοσμούντων ἐν Ἱεραπύτνῃ τῶν συνεπιπαντὶ τῷ Ἑρμαίῳ.... Vertitur ab eodem *Bonus Genius: Cum bona fortuna & ſalute. Coſmi magiſtratum cum Populo in Hierapytna gerentibus Hermæo....* Ego quidem legerem; καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ Ἐπικοσμούντων: neque enim poſt primam precationis formulam alteram a contextu pariter ſeparatam ſubſequi puto; nec poſt ἐπὶ iterum ἐπὶ, nec σωτηρία cujuſnam non adpoſito: Ἐπικόσμοι, ut infra Κόσμοι: *cum bona fortuna* (ut ad literam exprimamus) *& ſalute Rectorum*. Prior formula reſpondet hodiernæ noſtræ, *in nomine Domini*; poſterior Romanæ illi ex hac Græca, ut opinor, *Salvis Dominis noſtris*, quam videre eſt in lapide Gruteriano (*p*). Sic initium Corcyrenſis Ἐπὶ σωτηρίᾳ Πρυτανεύοντος Ἀριστομένεος redderem, *Salvo Ariſtomeno regente* (*q*). Majorem creavit interpreti difficultatem inuſitata, quæ ſubſequitur, vox Ἐπίπας, quam propoſitioni copulans, *compoſitum* deinde *alibi nuſquam lectitatum* admiratus eſt, vertitque *cum Populo*, quod ibidem *ſtatum Democraticum innui*, pro rato haberet. At legendum erat σὺν Ἐπιπάντι, in ea ſiquidem civitate qui regimini præſiderent, ſic appellatos eſſe docet Gruteriana (*r*), in qua memorantur οἱ Ἐπίπαντες Ἱεραπύτνιοι: qui vero inter illos præeminebat, Eponymus erat, ut ex noſtra diſcimus, & vere Ἐπίπας, quem Italice redderemus egregie, *il Sopratutti*; quapropter ea formula ſic eſt transferenda: *quod proſpere & feliciter cedat Epicoſmis Hierapytnæ Hermæo Superſtanti, & collegis*. Reineſius (*s*) Ἐπίπας *Univerſitatem* ſignificare docuit pari errore: ſic οἱ Ἐπίδαμοι ibidem male utrique interpretantur *cives*, cum indicentur *qui civibus præſunt* (*t*): Eodem pacto & infra: πεποιήσθων τὰς διεξαγωγὰς οἱ σὺν Ἐπιπαντὶ Καινέων Κόσμοι. perperam transfertur ab utriſque, *Compenſanto ea cum populo communitatum Coſmi*: interpretor, *rem diſcutiant Coſmi Cæneon Superſtans, & collegæ*. Eadem pror-

(*a*) Gruter. pag. CCCXIV. n. I.
(*b*) Falconer. pag. 104.
(*c*) Oxonienſ. pag. LXX.
(*d*) Reineſ. Claſſ. V. n. XX. pag. 366.
(*e*) Gruter. pag. MXC. n. 4. 6. 7. 8.
(*f*) Gruter. pag. CCCXVI. n. 2. & CCCXVII. n. I.
(*g*) Oxonienſ. pag. LXXXIII.
(*h*) Sponius pag. 337.
(*i*) Gruter. pag. DCLXXXIV. 2. v. 8.
(*k*) Gualter. pag. XLIX.
(*l*) In Harp. pag. 127.
(*m*) Cuperus pag. 153.
(*n*) Sponius pag. 340.
(*o*) Oxonienſ. pag. CXVI.
(*p*) Pag. CCLXXXVI. 7.
(*q*) Diar. Italic. pag. 411.
(*r*) Gruter. pag. DV. 2.
(*s*) Reineſius Claſſ. VII. in not. ad Inſcript. XX. pag. 498. lin. 36.
(*t*) Oxonienſ. pag. CXX.

prorſus formula in Epictetæ lapide noſtro : Ἐπὶ Ἐφόρων τῶν σὺν Φιλοτέλει, *Sub Ephoris Phœbotele, & collegis*. Eodem fere in Reineſiana, Δι' Ἐφόρων τῶν περὶ Μ. Αὐρήλιον, ubi pugnat vir doctus, explicandum, *Ephoro M. Aurelio curante*, ſed caſtigatius, *Ephoris curantibus M. Aurelio & collegis*. Occurrit in Athleticis hæc loquutio : Σύνοδος τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα : (*a*) reddi ſolet, *qui circa Herculem, ad Herculem habitantium, qui ad Herculis ædem habitant, qui ſunt apud Herculem* : aptius redderetur, *Synodus Athletarum Herculeorum*, ſive *ſectatorum Herculis* : ita οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται, (*b*) *Bacchici*, ſive *ſcenici Artifices*, non *qui circa Bacchum*. Hiſtriones ſunt Baccho dicati, & in ejuſdem feſtis adhibiti. In præclaro Cretenſi monumento (*c*). Ἐπικοσμιόντων, vel Ἐπὶ Κοσμῶν τῶν περὶ Φιλόμβροτον τὸν Εὐθυμάχω ἀγαθᾷ τύχᾳ δέδοχθαι. interpres : *Philombroto Eutymachi filio magiſtratum gerente. Quod &c.* redderem : *Sub Coſmis Philombroto Eutymachi filio, & collegis, quod bene vertat, decretum eſt*.

Difficultatem interpretandorum lapidum nullum magis ex Græcis monumentis omnibus teſtatur, ac comprobat, quam Epictetæ noſtrum; præter nova verba Ἀρτυτήρ, Ἐπίσπορος, Πάρμαια, loca in eo ſunt, quæ ſatis extricare vix liceat. Gruteriana (*d*) verſio ſæpe deflectit. Col. I. τᾶς θυγατρὸς Ἐπιτελείας τᾶς Φοίνικος, *filia Epitecta Phœnicis* : eo loco valent, *Epitelia filia ſua, & Phœnicis*. *Heroïa* Latine vix intelligitur : *Heroum monumenta*. Καταθέμεν, *aliquid reponere* : eſt *depoſito dare*. Καὶ ἐς ἄλλα χωρία ἐξουσίαν ἐχόντων. διδόντες ἀσφαλεῖς τὰς ὑποθήκας, *dent tales, qui & ipſi in alia prædia poteſtatem habeant, aut ſufficientes hypothecas* : reponit Scaliger (*e*) in Corrigendis; *licet prædiis ſatis ſubſignatis* : ego vero, *& in alia prædia poteſtatem habeant ratas hypothecas exhibentes*. Ubi *cohabitantes bis feminæ*, dicerem, *conjugio junctas*. Ubi, *confluere omnes a cœna ad primum acceſſum, & Muſarum & Phœnicis*, ſubſtitue, *& primo poculo libare omnes in convivio Muſis & Phœnici* : quod illuſtratur præclare e conſuetudine etiamnum vigente apud Græcos Sinopenſes in conviviis funebribus; quiſpiam ſcilicet e conſanguineis antequam primo bibat, vini guttas aliquot affundit terræ, velut in defuncti ſuffragium quoddam, ut narrabat mihi optimus Panagiotes meus, Sinopenſis. Οἶνον ξενικὸν *vinum hoſpitale*; forte intelligendum de *peregrino*, regione illa minus probatum ferente. Initio columnæ quintæ nimium aberratur : redderem : *his autem annis qui Artyterum aget, redditum univerſitati provenientem adminiſtrans, conventui exhibeat, ac pro illo fidejuſſorem recipiat ab electis ſub idoneis agrorum hypothecis* : in eadem pro iis, *ejus tamen loco nihilominus ſit, cui eo menſe ſacrificium facere conveniebat, mactetque debitam pro ſe hoſtiam. Ipſe vero Structor quandocumque ei, quem ſors eo menſe &c.* ſubſtituerem : *Miniſter ipſe ſuſcipiat omnino, & ſacrificium peragat ad ſe pertinens : Artyterus autem Miniſtro, cui non erogavit, drachmas debebit* CL. *&c.* Extrema verba, *per modum interdicti*, quid ſibi velint? Græca, δι' ἀπολόγω. *rationes reddens* : eodem ſenſu ἀπολογισμός apud Heſychium. In Agrigentina ἀποδόμεν τὰς ἐξόδους διὰ τῶν ἀπολόγων. Vandalius (*f*) : *reddant ſummam per Rationarios*, apparet ex præcedentibus intelligendum eſſe, *expenſas in rationario ſignent, mettano a uſcita* : in Corcyrenſi (*g*), τὸ δὲ γεγραμμένον ἀνάλωμα ταμίᾳ δόμεν, *expenſa computationem Quæſtori tradere*; ibi *penuario damnum* at ſanciunt, ut ab aliis detur, & Dorice infinitivi eſt modi. Plura non perſequar, cum in *Muſeo Veronenſi* novam ex integro verſionem propoſiturus ſim : nec tamen a Grutero allata, & Venetiis primum volanti pagellæ credita, ita eſt improbanda, ut cum Scaligero *una litura* abrogandam putem (*h*) : multa ſatis implexa feliciter ab illo, quicumque fuerit, interprete enodata ſunt; multamque promeruit laudem, qui tam lubricum, & anceps vadum tentavit primus, & decurrit. Scaligero autem quam impropere ceſſura res fuerit novam translationem aggredienti, emendationes teſtantur ab eo in *Corrigendis* propoſitæ (*i*). Cavetur ab Epicteta, ne quis Muſeum alienare poſſit τρόπῳ μηδενί, μήτε παρευρέσει μηδεμιᾷ. recte interpres, *ullo modo, aut quacumque adinventione*; τέχνῃ οὐδὲ μηχανῇ οὐδὲ μιᾷ, ut loquitur Demoſthenes (*k*), *arte, aut machinatione nulla* : corrigit Scaliger, *malo peculatu, dolo malo*, cum peculatus nihil hic ad rem; eſt enim pecuniæ publicæ ſurreptio : συναγέσθω ἐν τῷ Μουσείῳ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐν μηνὶ Δελφινίῳ ἁμέρας τρεῖς ἀποδείξας ἐπιμηνίους ἐξ αὐτῶν. Scaliger; *cogatur in Muſeo menſe Delphinio triduum = creatis ex eorum corpore menſtruis miniſtris* : imo vero, *cogatur in Muſeo quotannis menſe Delphinio = trium dierum ſacrificulos ea pecunia conſtituens* : & ipſe ſiquidem fallitur nihil minus ac vetus interpres, qui ἐπιμηνίους vertit, *qui menſtruatim*, & ἐπιμήνια menſtrua *ſollemnitas*, & ἐπιμηνιεύσῃ *menſe ſuo miniſtraverit*, cum nulla in his habeatur menſis ſignificatio; annua enim erat inſtituta ſollemnitas, diſciturque ex lapide, hæc vocabula ſacrorum antiſtites generatim, & ſacras epulas, ac ſacrificia etiam, quæ menſtrua non eſſent, interdum ſignificare, ut optime annotavit Seldenus (*l*). Italicam ejuſdem monumenti verſionem duobus abhinc annis edidimus libello inſertam *Traduttori Italiani* : ea quoque nunc diſplicet in uno loco. *Pag.* XCIII. εἰ καὶ μή τις, *benchè &c.* ita & anterior verſio, *etiamſi*; at ſententia in contrarium abducitur; reddendum *niſi quis*. Ubi, *miniſtri per lui*,

(*a*) Gruter. pag. CCCIV. n. 9. Falconer. pag. 78. Sponius pag. 361. Laſena pag. 100.
(*b*) Cup. Harp. pag. 287.
(*c*) Diar. Ital. pag. 72.
(*d*) Gruter. pag. CCXVI.
(*e*) Scaliger pag. CCCVII.
(*f*) Vandal. pag. 764.
(*g*) Diar. Ital. pag. 421.
(*h*) Gruter. Corrig. pag. CCCVII.
(*i*) Pag. CCCVII.
(*k*) In Neæram.
(*l*) Oxonienſ. pag. XXXII.

lui, corrige (*a*), *miniſterium ex ſe peragat*; deinde : *e nelle proceſſioni cammini il primo* : ita tranſtuli, quod in ſcabro marmore πρώδων legi mihi videretur. Pomparum modum apud Ethnicos Plutarchus in Arato pulchre deſcribit, & Sponianum marmor in Itinerario (*b*) : adde ejuſdem omnino generis fragmentum Venetum, in quo quid inſtituta cognatorum ſodalitas ΕΠΙ ΤΗΝ ΠΟΜΠΗΝ deferre deberet (*c*), & quomodo *in duos ordines diviſi* procedere qui aderant, præſcribebatur ποιείτω ἐν μέρει τὰ δύο τάγματα: verumtamen cum lapidem denuo, & alia lucis refractione inſpexerim, deprehendi Π..ΘΟΔΩΝ. lego ergo, κ' κομισάσθω ἀπὸ τῶν ποθόδων (Dorice pro προσόδων) πρᾶτος, & verſioni meæ antiquam, *ſumatque de proventibus primus*, antepono. In eodem libello de inſignis documenti verſione me pluribus locis ſubdubitare monui, quorum aliquot hic indicabo; Italicam autem verſionem conſulere ne pigeat. Ἑκαςάκις τὰς ἐνιαυτῶ. *ſingulis vicibus in anno* (*d*) : verterem, *quotannis* : Heſychius & Suidas eadem ſignificatione ἑκάστοτε. Ὡς δὲ καὶ γίνωνται τοκιζόμεναι μναῖ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, *uſque ad uſuram dentur* : imo, *cum vero ab uſuris reddita fuerint*, CLXXX. *minæ*. In Fabrettiano lapide (*e*) relinquuntur Reipublicæ HS XII. ut ad XL. *uſuris perducerentur*. Ἀποστελλέτω ἁ πόλις ἐπὶ τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν, *mittat urbs ad ſolvendam operariorum mercedem*, quod iterum recurrit *pag.* 416. meam quoque interpretationem, *mandi per la mercede degli operatori*, hic repelle : vertendum erat, *mittat ad ſcenicos artifices pretio conducendos*; exinde ἀφ' ὧ, *a quo tempore*, intelligendum, a qua conductione, *dal che* : ſic *pag.* 417. μισθώσω δὲ τὰς τεχνίτας, ἀφ' ὧ κ' ἀρχὰ γίνηται τῶ ἑτέρω ἐνιαυτῶ, intelligendum non eſt, *alterius, ac ſubſequentis anni initium ducatur*, ſed quod & ſubſequentibus annis ἀπὸ τῶ μισθῶ τὰς τεχνίτας *a ſcenicis artificibus* (non operis) *conducendis*, aut eam ſollemnitatem exordiri deberent: Καὶ μὴ ἀποστέλλῃ ἁ πόλις ἐπὶ τὰς τεχνίτας (*f*), *neque urbs, qua conſueta ſunt, miſerit ad operarios*: ſententia eſt, *neque civitas ad hiſtriones arceſſendos mittat*. Μὴ μισθώσαιτο, *mercedem non ſolvat* : imo *mercede non conducat*. Ἢ εἰς ἄλλο τι καταχρήσαιτο τὸ ἀργύριον (*g*). *neque in alios uſus argentum hujuſmodi deputetur* : aliquanto propius, *vel ad alios uſus* civitas *pecunia abutatur*; negans enim particula eo loco ſenſum invertit (*h*). Ubi de præconibus, *dies quinque ad currus ſtabunt*, prædicationem quinque vicibus faciendam in loco, qui a Curribus denominaretur, innui puto; in Fabrettiano marmore (*i*), *ad Quadrigam fori vinarii*. *Pag.* 416. Δυνατοὶ ἐόντες, *cum re familiari valeant*, redde, *cum poſſent*, quod non ab eorum re familiari pendebat, ſed ne διὰ πόλεμον, aut alio impedimento ἀδυνάτων fieret, ut antea excipitur. Εἰ δὲ ἐνδανείσαντες μὴ ἂν πρᾶξωντι τὸ κεφάλαιον, κ) τὸν τόκον, *quod ſi ii, qui pacto fœnore argentum acceperunt*, *ſummam pecuniæ, & uſuram ejuſdem non confecerint* : multum quidem hoc loco diverſus abit interpres : transfer, *at ſi poſtquam fœneraverint, fœnus, & ſortem non exigent*. Ἐπεὶ δὲ κα γίνωνται τοκιζόμεναι μναῖ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, *cum autem revoluto tempore prædicta centum octoginta minæ annuum fœnus produxerint* : immane quantum diſcrepat! in Senatus conſulto, quo acceptatur donatio, de CLXXX. minis nondum mentio habita erat, ſed de oblatarum CXX. forte; nec ſenſus eſt, *cum minæ* CLXXX. *fœnus pepererint*, ſed, *cum a minarum* CXX. *fœnore ſumma minarum* CLXXX. *conficietur*; ſimplex autem tranſlatio: *poſtquam minæ* CLXXX. *ex uſura provenerint* : ſequi debet, *illa quoque*, non *aliæque*. Ἀποστελλέτω οἱ Ἄρχοντες, *Adminiſtratores* : non hic tres illi veniunt ad pecuniæ adminiſtrationem electi, ſed publici Archontes. Alia alibi attigimus, vel Italico libello perſequuti ſumus. In conteſſo eſſe oportet, nullum omnino in hac lingua genus monumentorum magis obſcurum, & ad interpretandum operoſius eſſe priſcis Actis, & documentis, quorum aliquot unice e lapidibus adhuc eruere nobis licet; cum ob idiotiſmos locorum, tum ob ſcribarum implexas formulas, & interciſas, ut his etiam temporibus videmus, ſententias.

IV. At quarumcumque fere Inſcriptionum Græcarum quam arduum ſit mentem prorſus aſſequi, & apta verſione explicare, id præcipue comprobat, quod ſi qui recentiori ætate verſiones priores emendare ſunt aggreſſi, vel novas procudere, multo magis ſæpe deviarunt, & multo minus laudabiles protulerunt. Poſtremi, qui data opera in hoc eruditionis genus incubuerit, quædam exempla ſubjiciam. Melitenſium decretum ex ænea tabula Maffejana Gruterus (*k*) vulgavit, cui lemma quodammodo ſic præfigitur : Ὑπὲρ Προξενίας κ) Εὐεργεσίας Δημητρίῳ. vertitur *De hoſpitio, ac beneficentia Demetrio* : Gualterius (*l*), *& benevolentia* : obſcure uterque, nec ſatis apte : at Vandalius tertium transferens (*m*) *Super hoſpitali amicitia acquiſita, & ob benefacta Demetrio*. Quid hæc ſignificant, qui cohærent inter ſe, & quid arguet Lector in ſubjecto Senatus conſulto contineri? Dictionem εὐεργεσίας nemo hic recte explicabit, qui latentem ellipſin probe non intelligat. Convertere oportet : *De Hoſpitio publico, & Beneficentiæ præconio*, ſeu *Beneficorum jure, Demetrio conceſſo* : apparet infra, ubi a Senatu Populoque decernitur, Πρόξενον εἶναι, κ) Εὐεργέτην τῶ Δάμου τῶν Μελιταίων, ut Demetrius ſit *Hoſpes publicus, & inter publicos Benefactores recenſeatur*. In eadem : *quoniam Demetrius* ἴσως ὑπάρχων τοῖς δὲ δημοσίοις ἡμῶν πράγμασιν κ) ἐνὶ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν παρεὶ τις ἀγαθῶ πολλῶν γεγένηται : verſiones veteres, *benevolus extitit publicis negotiis noſtris, & civium cuique auctor commodi ſæpe numero fuit* : Vandalius : *etiam in Curia civium noſtrorum ſæpius, ut illis bene eſſet, cauſa extitis* : quam implexius, &

(*a*) Oxon. pag. XCVIII.
(*b*) Tom. 1. pag. 283.
(*c*) Diar. Ital. pag. 74.
(*d*) Diar. Ital. pag. 412.
(*e*) Pag. 614.
(*f*) Pag. 413.
(*g*) Pag. 414.
(*h*) Pag. 415.
(*i*) Pag. 731.
(*k*) Gruter. pag. CCCC. n. 8.
(*l*) Gualter. pag. 63.
(*m*) Vandal. pag. 768.

quam intempeſtive advocata Curia! Conſimilem formulam alibi vertens adjecit de ſuo *circa fœdus*, cum de fœdere nemo hiſceret (*a*); & ουδὲν ὧδε ἐπιλείπων ἐν πᾶσι τοῖς ἀξιουμένοις, interpretatus eſt, *nihil circa cunctos*, qui digni *eſſent*, *omittens*, cum ſonent potius, *circa ſingula*, *quæ rogaretur*, *ſtudium non prætermittens*. In Melitenſi etiam expletiva κα pro κε videtur admirari, cum Doricos quoſque lapides frequenter inſideat. Agrigentinæ conſociæ poſt Gruterum & Gualterium tertiam pariter verſionem conflavit (*b*); at *Philonis filio* in ipſo ingreſſu deſideratur: ἔδοξε τᾷ Ἁλίᾳ, *placuit Heliaco conſeſſui*; repone, *placuit Populo*, ut in anterioribus; Ἁλίασμα *Heliaci conſeſſus decretum*, repone, *Concilii*; Ἁλίας enim nomine populi conventum Siculi indigitabant, ut ex hac ipſa; ἔδοξε τᾷ Ἁλίᾳ, καὶ τᾷ Συγκλήτῳ, *Senatui & populo*: ita & apud Byzantios, ut ex Demoſthene *de Corona*; ἐν τᾷ Ἁλίᾳ ἔλεξεν: idem ſonat ac Ἐκκλησία, ut Heſychius docet: Ἐκκλησίαν vero male alibi pro Senatu accipit (*c*). Sub finem τοῦ Συνεδρίου παντὸς, optime anteriores, *omnes qui in Concilio erant*, non ipſe optime, *omnes Synedri*. Novam item verſionem Porphyreticæ Inſcriptionis noſtræ adornans (*d*) τούς τε τῷ Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ τεθειμένους ὑπὲρ τοῦ Βασιλέως γυμνικοὺς ἀγῶνας, reddidit, *& certamina Mercurio & Baccho in Regis honorem*. Quo tantum diverſus abis? Gruteriano (*e*) ſiquidem præeunte interprete, *gymnici ludi* ibi memorantur *pro Imperatoris ſalute Mercurio, & Herculi dicati*. Ὑπὲρ τοῦ τόπου reddit *in loco iſto*, cum pertineat ad ſuperiorem ſententiam; *erga hunc locum*: ubi priſcus interpres *in Album referre*, corrumpit ipſe Latinam loquutionem ſubrogans, *deponi in album*. Ibidem Προσαξιοῦσαι δὲ αὐτὸν καὶ εἰς τὸ ΘΚ L ἔτι γυμνασιαρχῆσαι, διότι τοῦτο πράξας ἔσται πᾶσι τοῖς Ἀλειφομένοις κεχαρισμένος, Latine ſic profert: *honorarique illum amplius Gymnaſiarchæ munere in annum* XXIX. *quoniam ſi id fecerit, omnibus unctis gratus & acceptus erit*: cum ſententia ſit: *ipſum vero ut & anno* XXIX. *præeſſe Gymnaſio velit*, rogare; *quandoquidem id præſtans Aliptis omnibus gratificabitur*. Sponianam alibi tranſlationem repaſtinans (*f*) διαμονὴν, hoc eſt *incolumitatem*, interpretatur *proſperitatem*, propius accedente Sponii *perennitate*: ponit *ipſius domus*, ubi ſcribendum *domus eorum*: ad illa καὶ ὡς χρηματίζω (ſic lapis) Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος, quæ reddit Sponius, *& veluti oraculi reſponſum dans*, (*g*) Vandalius in ancipiti eſt: mihi is locus ſic explicatur: *& ut vocor*, *Philoſophus Alexandrinus*. Diodorus Libro I. Πτολεμαῖος ὁ νέος Διόνυσος χρηματίζων, *Ptolemæus novus Bacchus nuncupatus*. Rurſus Ἀρχιερεὺς τοῦ Καθηγεμόνος Διονύσου διὰ βίου, *Pontifex Bacchi Ductoris ad vitam*; potius, *Pontifex perpetuus Bacchi Præceptoris*: Deinde: παντελάμενος τὸν Διόνυσον διακοσμῆσαι, Sponius (*h*), *exorſus Bacchum honorat*; Vandalius magis devius; *exorſus Bacchum ornare cantu*: legitur in ipſo lapide Florentini Cimeliarchi veſtibulum exornante ἐπαγγειλάμενος, *pollicitus*; ſequentem phraſin accipiunt utrique, & cum ipſis Reineſius (*i*) quoque, de ſcenicis ludis in Bacchi honorem editis: mihi veriſimilius videtur, intelligi de Bacchi templo inſtaurato: tribus rationibus, ut ſic opiner, inducor: quod διακοσμῆσαι magis ad renovandi, & reficiendi ſignificationem videatur accedere, quam ad honorandi, vel celebrandi: quod ſubſequatur paulo poſt, ἐτέλεσα δὲ ὡς ἐπηγγειλάμην τὸν Διόνυσον, ubi ἐποιησάμην non additur; durum autem nimis eſſet, ac novum, ut etiam ἐτέλεσα τὸν Διόνυσον *Bacchum perfeci*, explicandum eſſet, *Bacchi ludos edidi*: quod ejuſmodi reticentia, ubi de ludis agitur, non ſit uſitata, familiaris autem ubi de Templis; nam & apud Romanos *ad Bacchi*, *ad Herculis*, ſonat *ad ædem Bacchi*, *ad Templum Herculis*; noſtra etiam lingua *S. Pietro*, *S. Giovanni* his dicatas Eccleſias ſignificant. Vertendum ergo *pollicitus Bacchi Templum reficere*, deinde, *Bacchi ædem perfeci ſicut promiſeram*: videtur autem id Templum ad ſcenicorum Artificum Synodum ſpectaſſe, cujus Trypho noſter Sacerdos eſſet, ut ipſa docet Inſcriptio: quapropter de Collegiorum, ac Sodalitatum more Præſides ejus temporis, nempe Ἄρχων, Γραμματεὺς, & Νομοδείκτης recitantur; neque enim cum Vandalio de *Archonte eorum ludorum* intelligo, cum Archon feſti alicujus nuſpiam auditus ſit, ſed de Archonte ejus Synodi. Involuta etiam multum eſt, & quibuſdam autographi verbis præteritis, alterius Sponianæ verſionis emendatio, quamvis cauſas ſubdat (*k*), ob quas *ita vertere ſuſtinuit*: illa pariter τῶν ἐν Λυδίᾳ Σαρδιανῶν, quæ recte Sponius *Sardibus in Lydia*, mirifica transformatione ſubvertit (*l*), *in Lydia*, *quæ ad Sardianos ſpectabat*: Εὐφροσύνου ἱερασαμένου Πολυεύχου Β. Sponius, ſtatuam *dedicante* Euphroſyno *Polyncho ſecundum* explicat ipſe de *Sacerdote Dei tutelaris*, quod minus placet: ſed ad alia progrediendum.

V. Sicuti ad antiquos Scriptores intelligendos, interpretandoſque linguæ & Grammaticæ peritia neutiquam ſufficit, ſed rerum, hiſtoriarum, veterumque inſtitutorum notitia inſuper requiritur, ita & multo magis in Inſcriptionibus explicandis accidit, quæ paucis & conciſis verbis multa ſæpe indicant, ac præclara. Ea propter labare perpetuo, & ceſpirandi periculo exponi neceſſe eſt, quicumque, Græcis antiquitatibus, Atticis præſertim, non apprime excuſſis, Inſcriptiones Græcas transferendas ſuſcipit: exemplis aliquot rem comprobabo. Quod antiquarum nationum politicum regimen, intimamque notitiam perquirenti confeſtim occurrit, diviſio eſt populi univerſi in partes, quas Romani Tribus dixere; Græci φυλάς. Athenienſis Reſpublica quatuor primitus, exinde decem Tribubus componebatur; duæ poſtea additæ, & Hadria-

(*a*) Vandal. pag. 744.
(*b*) Idem pag. 764.
(*c*) Idem pag. 483.
(*d*) Idem pag. 502.
(*e*) Gruter. pag. CCCLXVII.
(*f*) Spon. pag. 261.

(*g*) Sect. II. in princip.
(*h*) Miſcellan. Erudit. Antiquit. pag. 370.
(*i*) Claſſ. III. pag. 314.
(*k*) Pag. 628.
(*l*) Pag. 243.

Hadriani tempore decima tertia. Attica ergo tota cum ipſa urbe in regiones duodecim, poſtremo tredecim partita erat; at hoc peculiare habuit floridiſſima, quamvis arctis concluſa finibus, Provincia, ut cum Tribus quævis, ſeu quævis extra urbem regio plura contineret oppida, vel inſignes pagos, & quævis intra urbem plures civium multitudine refertos vicos, oppidula iſta, & vici novam quædam ſeorſim Communia conſtituerent, quorum ſingula ad univerſæ Reipublicæ adminiſtrationem homines conferebant, appellabanturque Δῆμοι *Populi*. Hinc ut Romani cives Tribum profiteri ſolebant, ſic Athenienſes Populum, ut non in lapidibus tantum, ſed & apud Scriptores paſſim obſervare eſt: at imprime apud Athenienſes diſtabant, & primum tamquam pars a toto, Tribus & Populi, cum plures Populos quælibet Tribus complecteretur; deinde tamquam Hiſtoricum, & mere Politicum nomen a Geographico, vel Topographico, cum adjectus Populus velut peculiarem civis cujuſque patriam, & natale ſolum, ſive ipſum domicilii locum indicaret. Confuſa hæc tamen ut plurimum, & permixta a viris doctis reperias, non quod rem ignorarent, ſed quod ad animum, ut puto, non revocaverint. Montfauconius in Palæographia laudat (*a*) Sponii *recenſionem* CLXXIV. *Tribuum Atticarum*, cum Tribus Atticæ a tam immodico numero nimium quantum abeſſent. Vandalius ad Eutychidis marmor, nunc juris noſtri, docet (*b*) *Athmorum Tribum Atticam fuiſſe*, cum Δῆμος fuerit τῆς Κεκροπίδος φυλῆς, *Cecropidis Tribus Populus*, ut tradit Stephanus: alio loco Populus Oeneum & Myrinuſium reddit (*c*) *Thinaum*, & *ex Merimutta*. Reineſius ad Indicis caput XII. Tribus Romanas, & Græcorum φυλὰς promittens, XI. Atticæ Populos recenſet. Pag. 290. lin. 3. & 4 Κολλιδεῖς, Στειριεὺς, Ἐλευσίνιος, Κηφισιεὺς *adpellationes a Tribubus* dicit eſſe, cum ſint Populorum nomina. Alibi commentitiam illuſtrare pergens (*d*), *Tribubus* Atticis, & *Sodalitiis*, *in qua nobiliſſimi quinque civium lecti*, accuſet Ἀνθεμίδας, Χυμαρίδας, Κονίδας, quæ nec Tribus erant, nec Populi, ſed familiæ ac gentes. Cum vero tam magno numero ſint Populorum nomina, callere oportet ſingula, vel ſaltem cum lapides percurrimus, a loco, & a poſitu ignotæ dictionis ſuſpicari, & perquirere: Σεραπίωνος Κολλιδεὺς vertit Seldenus (*e*) *Serapione Collida filio*, nec poſteriores emendant; verti debuerat, Statio *Serapionis filio Chollidenſi*, in tribu Leontide [Ægeidi adſignat Sponius (*f*)] Populus, ſi Stephano fides. Idem ad alium lapidem, vocem φλυεὺς *Populum* connotantem, quid ſibi vellet, non intellexit: nec ideo tamen deterrima illa verba ſubjungi debuerant a neſcio quo: *cum Seldenus* (*g*) *ſe neſcire dicat, quid ſit* φλυιά, *ignorantiam ſuam hic etiam, ut ſolet ſæpe, in re maniſeſtiſſima confitetur*: hæccine de illo, qui anteriori, & pene eadem pagina *magnus Seldenus* (*h*)? Nomen Κεραμεικοὶ Patinus ad Smyrnæas *de publico ſepulchro* accepit, & δύο Κεραμεικοὺς *duo ſepulcbra* tranſtulit, cum duo intelligendi eſſent eo nomine Populi Attici. Sponius ipſe, quæ poſt Sigonium, & Meurſium tanto majori laude in Atticis Populis eruendis, atque intruſis deturbandis verſatus eſt, quanto eum decebat, qui non Scriptorum tantum, ſed & veterum lapidum ſubſidio inſtructus eam provinciam ſuſciperet, rem videtur non animadvertiſſe ab hoc ſtudio præcipue hauriendum; nam cum Anticlea quædam in Athenienſi marmore Θηβαία dicatur (*i*), Populum profiteri, & non a Thebe aliqua externa, & celebriori, ſed ab Attica Stephano tantum memorata eam denominationem deſumere opinantur. At ſicuti apud Romanos feminis numquam Tribus adjicitur, ita Atticis mulieribus numquam Populus: me talem in genuina, & minime deformata Inſcriptione id reperire non memini. Sunt quidem mulierum monumenta Populum memorantia, quibus forte Sponius deceptus; at in patrem referas, vel maritum, ita ut exempli cauſa (*k*), Μελίτη Ἡλιοδώρου ἐκ Γαργηττίων non ſit intelligendum tamquam de ipſius Melites Populo, ſed de Heliodori: in Muſeo Ἐταίμη Κυδήνορος ἐκ Βερενικιδῶν, intellige, *Etæma filia Cydenoris, qui ex Populo Berenicidarum*. Patet ex plurimis diſerte explicantibus: (*l*) Ἀριστονίκη Ἐλπίστου Ἀναγυρασίου θυγάτηρ, *Ariſtonica Helpiſti Anagyrenſis filia*. Μυῤῥίνη Θεοδώρου ἐκ Κεραμέων θυγάτηρ Πολυκράτου ἐκ Κεραμέων γυνή. *Myrrbina Theodori Ceramenſis filia, Polycrati Ceramenſis uxor* (*m*). Grut. *pag.* CV. Μεγίστη τῆς Ἀσκληπιάδου Ἁλαιέως θυγατρός, ſub *Megiſte* (nomen enim eſt, ut *Maxima* apud Romanos) *Aſclepiadis Halaenſis filia*. Cuperus (*n*) verba transferens, Ἁλαιέως non reddidit, & Græce in Ἁλαιῶς mutavit, non recogitans, duos Halearum nomine Atticos Populos a Stephano deſcribi.

Quod Gentilium Theologiam non aſſequerentur, & rem eorum ſacram minus callerent, hallucinati ſunt plurimi Græcos lapides interpretantes. Ἀρχιερεία τῆς Ἀσίας ναῶν pulcherrimæ quædam Inſcriptiones memorant. Quicumque eas attigerunt, Sacerdotem totius Provinciæ Aſiæ intelligunt: Sponius (*o*) *Pontife d' Aſie mineure*; totidem verbis Vandalius (*p*): Spanhemius (*q*) Ἀρχιέρειαν Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Ἐφέσῳ accipit ac ſi ea mulier Sacerdos fuerit *communis Aſiæ Templi Dianæ Epheſiæ*. Ego nihilominus nullus dubito, Aſiæ nomine non locum, ubi Sacerdotio iſti fungerentur, ſed numen, cui miniſtrarent, in iis monumen-

(*a*) Pag. 149.
(*b*) Vandal. pag. 589.
(*c*) Pag. 484.
(*d*) Claſſ. 1. pag. 180. lin. 3.
(*e*) Oxonienſ. pag. LXXXIV.
(*f*) Itiner. Tom. III. pag. 218.
(*g*) Oxonienſ. pag. CCLXXI.
(*h*) Pag. CCXIV.

(*i*) Itiner. Tom. III. pag. 134.
(*k*) Itiner. Tom. III. pag. 104.
(*l*) Ibid. pag. 91.
(*m*) Cyriac. pag. 14.
(*n*) Cuper. Harp. pag. 138.
(*o*) Itiner. Tom. III. pag. 115.
(*p*) Pag. 235.
(*q*) Tom. I. pag. 574.

mentis ſignificari, ita ut reddi debeat, *Templorum Deæ Aſiæ Pontificem*. Patet primo, quod cum hæc Templa memorantur, niſi Aſia Dea ſit, nullius Dei nomen appareat, nec, cuinam ſacra eſſent, declaratur: quis autem in antiquitate tota *Sacerdotem Templorum* oſtendat, quorumnam Templorum, & cui numini dicatorum, neutiquam indicante monumento? neque enim Sacerdotes vagos, & cuivis ex Diis, ac in quovis Templo ſacra peragentes noverunt veteres. Quis pariter ſibi perſuaderi patiatur, Ἀσίας ναὸν *Dianæ Epheſiæ Templum* explicandum eſſe? Patet rurſus, quod cum hi Sacerdotes memorantur, Urbs aliqua ſemper adponatur, in qua Deæ Aſiæ Templa procurarent: *Templorum Aſiæ* τῶν ἐν Περγάμῳ, τῶν ἐν Λυδίᾳ Σαρδιανῶν, τῷ ἐν Ἐφέσῳ, *quæ Pergami ſunt*, *quæ Sardibus in Lydia*, *quod Epheſi eſt*: valde autem abſonum eſſet, ut qui in Aſia tota Pontificali poteſtate præditus eſſet, quod Vandalius urget acriter, unius tantum civitatis Templis præeſſet: ridicule pugnant hæc inter ſe; ea enim haberetur verborum ſententia: *Pontifex Templorum omnium*, *quæ in Aſia Minore*, *hoc eſt*, *in civitate Pergami*. Nihil ergo clarius quam Deæ Aſiæ Templa in iis marmoribus ſignificari, quod mirari minime debemus, cum Urbium, & Provinciarum apotheoſis aliis etiam monumentis conſtet. *Romæ & Auguſto* aræ plurimæ: Zenonem ἱερία Θεᾶς Ῥώμης *Sacerdotem Deæ Romæ* reperies apud Cyriacum (*a*), & Gruterum (*b*). HISTRIAE FANVM a Varo inchoatum, a Macrino perfectum, dedicatumque in *Monumentis Patavinis* legere eſt (*c*). Cur autem Aſia eo loco haberi non potuerit, quo anguſta Provincia Hiſtria habitam conſtat? Cur igitur aliqua dupliciter chimærica nomina, ex commentitiis Inſcriptionibus hauſta, ab Elenchis Deorum Gruteriano, Reineſiano, aliiſque detrahenda oſtenderim, Deam Aſiam ex genuinis depromptam libenti animo largior, ut ſubrogetur: quin cum plura ſint, quæ in Antiquariorum Cœlo in hoc Opere nomina deturbantur, plura quoque, ut eidem de novo inſerantur, excitare par eſt: quod ex ipſis, quibus nunc immoramur, Inſcriptionibus prætereo; ea ſcilicet, Καὶ ἱέρειαν τῆς Μασσαλίας non interpretor ego cum Spanhemio (*d*), Sponio, Vandalio, *in urbe Maſſilia*; quomodo enim ea mulier Epheſi, & Maſſiliæ rei ſacræ vacare poterat? Cuperus (*e*) quid ea vox ſibi velit, neſcire ait, *niſi fuerit ſacerdos in urbe Maſſilia*: interpretor *Sacerdotem Deæ Maſſiliæ*, & comprobo a perpetuo uſu priſcorum lapidum poſt ἱερεὺς numen ſubjungendi, cui miniſtrabat, non locum; quod non in Græcis tantum, ſed & in Latinis marmoribus obſervare eſt; nam *Sacerdos Romæ* non ſignificat *in Urbe Roma*, ſed *Deæ Romæ*, in Gruteriano (*f*), *Sacerdos Romæ & Salutis*: Maſſilienſis quiſpiam Patriæ ſuæ Templum Epheſi forte excitaverat, in quo Flavia ſacerdotis munere fungebatur. Rurſus in altera ſupra memorata (*g*), Καὶ Ἀρχιερία τῆς Πατρίδος mihi pariter non explicantur, ac ſi in patria civitate ſacerdotium obierit, ſed quod etiam *Deæ Patriæ* fuerit ſacerdos major. In marmore (*) Muſei noſtri: Θεοῖς Πατρίοις καὶ τῇ Πατρίδι. Apud Gruterum (*h*): ἱερασάμενος τῇ Πατρίδι, non ἐν Πατρίδι.

Ad eamdem Inſcriptionem mera monſtra loquuti ſunt interpretes, quod diverſis, ſummiſque ſacerdotiis eodem tempore fungi non licuiſſe, niſi ex indulto, ignorarent: ſatius eſt ipſam præmittere. Ἡ Πατρὶς Μ. Αὐρ. Διάδοχον Ἱππικὸν, τὸν Ἀρχιερέα τῆς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Περγάμῳ, καὶ Ἀρχιερέα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τῆς Πατρίδος καὶ διὰ βίου Βουλαρχον, τιμηθέντα ὑπὸ τοῦ θειοτάτου Αὐτοκράτορος Μ. Αὐρ. Σευήρου Ἀντωνίνου Σεβαστοῦ συνάψαι τὰς Ἀρχιερωσύνας, τοῖς ὅλοισι ἐν ἑκατέραις ταῖς πόλεσι φιλοτιμησάμενον ἐνδόξως καὶ μεγαλοφρόνως, ἄνδρα ἐπὶ ἤθεσι καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὴν Πατρίδα εὐνοίᾳ διαπρέποντα. Præclari hujus monumenti medium ſic transfert Sponius: (*i*) *honoré des charges du Pontificat*, *qu'il a données dans l'une & l'autre ville à des perſonnes intelligentes*, *qui s'en acquittent avec honneur & éclat*. Vandalii (*k*) verſionem integram accipe. *Patria honori M. Aurelii Diadochi Pontificis Aſiæ* (minoris) *Templorum*, *quæ nunc Pergami*, *& Pontificis eodem tempore Patriæ ſuæ*, *& ad vitam primi Conſiliarii*, *honorati a digniſſimo Imperatore M. Aurelio Severo Antonino Auguſto*, *quodglorioſe ac magnifice ſtuduerit injungere Archierosynas in ambabus civitatibus acutis*, *viri moribus*, *æquitate*, *ac bona in patriam voluntate eximie excellentis*. Explicationem addit, honores Diadochum conſequutum fuiſſe, quod Thyatiræ & Pergami ſacerdotes crearit eo munere dignos; ita ut quem in primo Inſcriptionis membro *Archiereum*, in ſecundo *Archiereorum* creatorem faciat. Nihil quidem ab Inſcriptionis ſententia remotius; quæ poſtquam duorum eodem tempore numinum primo ſacerdotio contra inſtitutum, & receptum morem functum eſſe Diadochum, præmiſiſſet, ſubdit, honorem & privilegium hocce, ut duo Sacerdotia ſimul adminiſtraret, ab Imperatore, hoc eſt, a Pontifice Maximo conſequutum eſſe. Ita ergo verti poteſt. *Patria honori M. Aurelii Diadochi*, *Equeſtris Ordinis*, *Sacerdotis primi Templorum Deæ Aſiæ*, *quæ Pergami ſunt*, *& eodem tempore Sacerdotis primi Deæ Patriæ*, *& perpetui Senatus Præſidis*, *qui a Sacratiſſimo Imperatore M. Aurelio Severo Antonino Auguſto id honoris obtinuit*, *ut duo prima Sacerdotia ſimul conjungeret*, *& glorioſe*, *ac magnifice in utraque civitate muneribus fungi ſtuduit*

(*a*) Cyriac. Anconit. pag. x. Hoc anno 1763. editi ſunt Piſauri *Commentariorum Cyriaci Anconitani Nova Fragmenta* opera Ampliſs. ac Eruditiſs. Præſulis POMPEJI COMPAGNONII Epiſcopi Auxim. & Cingul. ab eoque dicata Clariſs. & Ampliſſ. VIRIS Academ. Etruſc Cortonenſium, optimeque illuſtrata ab Equit. Hannib. de Abatiibus Oliverio VIRO Doctiſs.
(*b*) Gruter. pag. CV. n. 9.
(*c*) Lib. 1. Sect. VI.
(*d*) Spanhem. de Uſu Numiſm. Tom. 1. pag. 574.
(*e*) Cuper. Harp. pag. 287.
(*f*) Gruter. pag. CCCXIX. n. 11.
(*g*) Itiner. Tom. III. pag. 114. Vandal. pag. 235.
(*) Editum in Muſeo Veron. a Clariſs. noſtro A. Veronæ 1749. pag. XXXIX.
(*h*) Gruter. CDLVII. n. 1.
(*i*) Spon. Itiner. Tom. III. pag. 119.
(*k*) Vandal. pag. 235.

duit, viri tum moribus, tum æquitate, & amore erga patriam eximii. Τοῖς ἔξισα purum putum mendum eſſe, meo judicio prorſus patet: ſententia eo loco habetur in honorariis Inſcriptionibus frequens, πολιτευσάμενον φιλοτιμότατα, ut in Muſeo noſtro, ἀρχὰς φιλοτίμως τετελεκότα, ut apud Sponium (*a*): forte erat in marmore ταῖς ἐπιδόσεσι φιλοτιμησάμενον *largitionibus ſtudioſe deditum*, vel quiddam ſimile; neque enim quidnam verbi lateat, divinare ſcio, ſed id probe ſcio, quicquid lateat, cum conſequentibus ſenſum conſtituere, non cum antecedentibus, ut viſum eſt prioribus interpretibus. Ἱππικὸν (Sponius Hippici) Vandalius caute tranſiliit. Cum Libertus hic primitivo nomine Διάδοχος appellaretur, nec plus uno nomine Græci uti ſoleant, ni mendum ſubſit heic quoque, honoris cauſa Ἱππικὸν addi puto, hoc eſt, in Equeſtrem Ordinem adſcito: in alia ἱππεὺς Ῥωμαῖος (*b*). Nec inficior tamen, agnominis etiam loco haberi poſſe.

Binæ apud Sponium (*c*) Inſcriptiones hanc formulam præferunt μυηθεὶς ἀφ' ἑστίας: quam ab eodem minime intellectam docti viri Cuperus, Spanhemius, Vandalius explicare, atque illuſtrare aggreſſi ſunt, an feliciter admodum, haud ſcio. Caſtigatior inter hos Cuperus (*d*); at Suidæ auctoritatem ſtatim protulit, non animadvertens, ea verba Suidæ non eſſe, ſed Iſæi Oratoris quamvis nominatim non compellati, ut Lexicographo ſollemne eſt: deſiit autem concludens *clare patere*, ἀφ' ἑστίας *ſignificare tempus, vel aliud, a quo res quapiam incipiatur*; quæ definitio nec rem aperit, nec ſatis veritati conſonat. Spanhemius (*e*) perobſcuris, implexiſque periodis ad Porphyrium, & ad Themiſtium ſe transfert: loquutiones autem μυηθέντα, & μυήσαντας ἀφ' ἑστίας Δημητρὶ καὶ Κόρῃ ἀνέθηκαν, interpretatur, *filium ac filiam, tamquam a Veſta, ſeu a domo initiatas Deabus Eleuſiniis conſecrant*; additque interius, intelligendum de conſecratione *ad miniſterium*, exemplo pueri illius Myſteriis traditi, & a Porphyrio memorati. Ubi peccatur primo, quod nulla ibi conſecratio ad miniſterium; non enim Nicoſtratum Senatus & Populus, nec Polycritum parentes, ſed eorum ſtatuas in Dearum Templo dedicant, ut ſatis conſtare arbitror ex iis, quæ de hac formula ſupra diſſerui: deinde quod *a Veſta, ſeu a domo* alternentur, ac ſi idem fere ea verba dicerent, cum tamen nihil diſparatum magis: poſtremo quod Latina Græcis obſcuriora ſint; nam *initiatus a Veſta*, & *initiatus a domo*, vel nullam prorſus, vel nimis ambiguam ſignificationem habent; neque enim Dea Veſta, vel domus quælibet, ſed homines initiabant: & qui Diis conſecrarentur, *Cereri*, exempli gratia, initiati dicebantur, non *a Cerere*, qua formula, qui Deorum ædes procurabant, efferebantur: locus item initiationis communi uſu loquendi indicabatur, *Romæ*, non *a Roma*. Adde, neque in Inſcriptionibus, neque in allatis a Spanhemio locis Deæ Veſtæ locum ullum eſſe, ita ut Iſæi, Porphyrii, Themiſtii, quas ſubdit verſiones, vel innuit, æque erroneæ ſint; nullus enim ibi *a Veſta initiatus*, neque *a Veſta puer*. Vandalius (*f*) hoc loco *a Veſta* recipit, & confirmat; non recipit eadem alacritate *puer*, quod & ſervi eo nomine veniant, & Poetæ, Philoſophi, Medici, nimirum τῶν ποιητῶν παῖδες &c. mirifico quidem acumine. Expoſitionem ſuam ab eodem ipſe quoque erroneo documento auſpicatur, nempe ἀφ' ἑστίας μυηθέντας *Veſtæ Sacerdotis* fuiſſe, nec felicius hunc loquendi modum cum illis confert, οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων, οἱ ἀπὸ περιπάτου, nec quod a Veſta, & a Concordia dicerentur Æditui, ad initiatos formulam recte traducit. Ego quidem eam ſic transferrem; *initiatum domi*. Plurimi ſunt Scriptorum loci, quibus ea loquutio nihil aliud inferre conſtet, quam propriam domum, & tranſlate ſemetipſum, vel patrium ſolum. Suidas ſine ambagibus uno verbo rem declarat, ſed quod eruditi locum adferentes præterierunt. Ἀφ' ἑστίας, ἀπὸ τῆς οἰκίας, ita ut ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, quod habet Plato in Euryphrone in principio, nihil ſit aliud, quam *a domo* ſua incipere: ubi autem de initiatis ſermo eſt, non reddo *a domo*, ſed *domi*, ad ambiguitatem vitandam. Adultos in Templis inaugurari conſueviſſe, par eſt credere: ſed cum invenirentur inter Athenienſes, qui filios ſuos ab infantia Diis addicere geſtirent, tunc ſacra inchoatio domi peragebatur; quamobrem ad deſignandum, qui ab ea jam ætate ſacris addictus fuerat, *domi initiatum* enuntiabant. Iſti exinde pueri erant, quorum in re ſacra non unus uſus: docet Porphyrius quomodo in Eleuſiniis myſteriis numina placaret pro cunctis ὁ ἀφ' ἑστίας λεγόμενος παῖς, *Puer, quem domi initiatum vocamus*, vel *cui a domo denominatio eſt*. Speciale autem Athenenſium privilegium ejuſmodi initiationem fuiſſe, Iſæus docet apud Harpocrationem, & Suidam.

Montfauconius in *Diario* (*g*): Ἀρχιθεωρὸς τε ἀριθεὶς καὶ μετὰ τὸ ὑιοῦ καὶ (ſic in marmore, non υἱοῦ τε καὶ) τῶν ἄλλων συνθεωρῶν πάντα καλῶς καὶ πρέποντως βραβεύσας, interpretatur: *& poſtquam ſpectaculorum quoque præfectus electus eſt, cum filio, cæteriſque collegis probe, & pro merito præmia diſtribuit*: quæ interpretatio magnopere aberrat; nulla enim hic præmiorum diſtributio, nulla ludorum præfectura. Mos erat ut ad ſollemnes ludos ex regionibus pluribus ſollemniter, & publice mitterentur qui ſpectarent, quæ miſſio obſequium, vel benevolentiam teſtabatur; miſſi vocabantur Θεωροί. Harpocratio: Θεωροὶ μὲν τοι λέγονται οὐ μόνοι οἱ θέαται, ἀλλὰ καὶ οἱ εἰς Θεοὺς πεμπόμενοι: *Theori dicuntur non ad ſpectandum tantum, ſed & ad Deos miſſi*. Dionyſius Halicarnaſſ. Ἔπεμψε γὰρ θεωροὺς εἰς τὴν Πανήγυριν ὁ Διονύσιος: *miſit enim Theoros Dionyſius ad ſollemnitatem*. Athenienſes, qui magno numero in Delo commorabantur, ut alio loco memorabimus, Theoros ſuos Athenas mitte-

(*a*) Spon. pag. 356.
(*b*) Reineſ. Claſſ. V. pag. 357. n. VII.
(*c*) Spon. Itiner. Tom. III. pag. 104. & 193.
(*d*) Cuper. Hom. Ap. pag. 297.

(*e*) Apud Vandalium pag. 401.
(*f*) Vandalius pag. 407.
(*g*) Montfaucon. pag. 45.

mittebant ad ſollemnia Panathenæa : hoc autem decreto Eubulum corona donant, cum quod publica munera optime geſſerit, tum præcipue quod *Architheones electus, ſimul cum filio, & cum Theoris ceteris omnia præclare, ac, ut par erat, perageret*, & effecerit, ut ſodalitium Athenienſium, qui in Delo erant, corona in Panathenæis honoraretur.

De Regilla Herodis Attici conjuge hæc habet percelebris Inſcriptio :

Θεαὶ δέ μιν οὐρανιῶναι
Τίουσι, Δηώ τε νέη, Δηώ τε παλαιή.

ſic vertit Salmaſius (*a*) :

. . . . *dilecta Deabus*
Cælicolis, magnæ Cereri, Cererique minori.

Adnotat : *duæ Cereres hic nobis proponuntur, nova & antiqua : pronum eſt intelligere Cererem & Proſerpinam*. Veruntamen nec Cererem hic proponi puto, nec Proſerpinam, ſed Regillam *novæ Cereris*, & antiquæ, hoc eſt, *veræ Cereris* nomine donari. Novæ Veneris, Novi Bacchi, Novi Martis appellationibus aſſentatorum ingenio conflatis affluunt monumenta & Scriptores ; honorari etiam a Cælitibus Herodis conjugem tamquam veram Venerem, luſit Poeta, quod minime incongruum, & in Auguſtis feminis familiare : incongruum autem magnopere fuiſſet, Proſerpinam, Plutonis conjugem, Cœlicolam appellari. Cuperus in Harpocrate (*b*) Διὶ Ἡλίῳ vertit *Deo Soli* : præſtabat forte vertere *Jovi Soli*, ut vox Διὶ ſonat ; nam apud Aſſyrios *eumdem Jovem, Solemque eſſe*, Macrobius (*c*) docet. Montfauconius in Diario (*d*) :

Παστοφόρος τε Θεᾶς Νειλωτίδος Εἴσιδος ἁγνῆς

vertit, *Et thalamifera Deæ Niliacæ Iſidis caſtæ* ; ubi vertendum erat *Sacerdos*, vel *Paſtophora* ; diſcimus enim ex Apulejo Lib. x. & xi. Paſtophoros Sacerdotes Iſidis fuiſſe, & diſcimus ex hoc lapide etiam feminis id Sacerdotii genus patuiſſe. Sic Δαδουχήσαντα Δημητρὶ καὶ Κόρῃ δὶς, qui *Daduchi munere*, inter ſacros Cæſaris miniſtros præcipuo, bis erat functus, minus apte vertit Sponius (*e*) : *portant les flambeaux*.

In iis, quæ pertinent ad notationem temporis, non ita obvium aliquando eſt rectam tranſlationem conficere. Oxonienſium Epocharum marmor captam Trojam docet (*f*) μηνὸς Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος : vertitur : *menſis Thargelionis die ſeptimo ante finem* ; inculpatim, ſed minus proprie ; perdoctus concivis meus Franciſcus Blanchinius (*g*), Summi Pontificis a cubiculo, eam Inſcriptionem Italice exhibens, explicationem addidit, *cioè nel dì 27. del meſe* : at cum Græci antiquitus menſes haberent tricenarios, tertiamque menſis partem numerarent retroverſus, incluſis terminis, ut in Kalendis Romanorum, cadentis ſeptimus in menſe pleno vigeſimus quartus dies eſt, in cavo, hoc eſt, qui diebus xxix. conſtabat, vigeſimus tertius. Dionyſius Halicar. Lib. I. captam dicit ejuſdem menſis ὀγδόῃ φθίνοντος *die octava deſinentis*, hoc eſt, xxiii. vel xxii. Apud Ariſtophanem in *Nubibus* obæratus ille dies computans : πέμπτη, τετρὰς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα : ubi perperam interpres, quinta, quarta, tertia, ſecunda ; ſignificant enim xxvi. xxvii. Latine vi. Kalendas, vii. viii. &c., & ſic deinceps. Scholiaſtes numeraſſe ait Athenienſes οὐ προστιθέντες, ἀλλ' ἀφαιροῦντες *non addentes, ſed detrahentes*, velut imitarentur τὰ τῆς Σελήνης φῶτα οὕτω μειούμενα, *Lunæ lumen pari modo deficiens*.

Reineſius (*b*) novam, & miram Epocham Meſſeniis attribuit a Romanorum dominatu, quæ anno Urbis inceperit dcvii., ob Inſcriptionem in Meſſeniæ arce, ut dicitur, repertam, in qua Ἐπὶ ἱερέως Κρεσφόντου ἔτους ΡΝΖ (*i*). *Sub Creſphonio Sacerdote anno* clvii. At dormitabat Vir doctus, cum antiquatam illo ævo a Peloponneſi urbe Olympiadum epocham credidit, & in ipſo ſervitutis exordio conſummatæ aſſentationis ingenio Meſſenios uſos. Aſiæ quidem civitatibus ſingulares, ac multiplices æras adhæſiſſe ſcimus, Græciæ non item : illæ etiam vel a Regum initiis, vel a libertate parta, vel a civitate inſtaurata deduci ſolebant ; ab ingreſſu, & dominatione Romanorum perraro : id præſtitiſſe Samoſatenos ad Veſpaſianum ſibi demerendum, oſtendit immortalis Syriacarum Epocharum detector & illuſtrator (*k*), conſimile exemplum ante Imperatores, & Republica ſtante, proferetur nullum. Iſtæ peculiares Epochæ non niſi præmiſſo civitatis nomine conſignari ſolebant, ut ex nummis conſtat, quod hic omittitur. Quid vero ſibi velit Reineſiani lapidis ſupputatio, operæ pretium non eſt excutere, cum informe fragmentum ſit, quamvis ut abſoluta Inſcriptio afferatur, & ex ſchedis deſumptum, quapropter alicujus literæ permutatione, vel adjectione perquam faciliime laborare poſſit : illud pro certo habeatur, nullam ibi publicam Epocham denotatam fuiſſe, ſed privatam quamdam, veluti a Synodo, aut Gymnaſio, aut Sacerdotio inſtituto : mirum autem eſt, crediſſe Reineſium, annuo Sacerdote enunciato, tempus in eo lapide deſignari, velut Athenis ab Archonte, deinde aliam Epocham ſuperaddi.

Exiguum marmor Venetiis cuſtoditur in Grimanorum Cimeliarchio, in quo legitur ἐν τῷ ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Λυκίσκον Ἄρχοντος ἐνιαυτῷ : Gruteri (*l*) ſeu Velſeri interpretatio ; *eo qui fuit Dionyſio poſt Lyciſcum Principe anno* : melius ; *anno Archontis Dionyſii, qui poſt Lyciſcum* : ad Archontes

(*a*) Salmaſius pag. 92. n. 1.
(*b*) Cuperus pag. 153.
(*c*) Lib. 1. cap. xxiii.
(*d*) Montfauc. in Diar. pag. 361.
(*e*) Spon. Itiner. Tom. iii. pag. 100.
(*f*) Oxonienſ. pag. clxv.

(*g*) *Storia univerſale con monumenti, e figurata con ſimboli degl' Antichi. In Roma* per Antonio de' Roſſi 1694. in 4.
(*h*) Reineſ. Claſſ. v. pag. 387.
(*i*) Idem Claſſ. cit. pag. 388. n. xii.
(*k*) Pag. 118.
(*l*) Gruter. pag. cccxix. n. 2.

tes ſiquidem homonymos diſtinguendos anterioris nomen adjungebatur. Decreti Agrigentinorum tres proſtant verſiones: ea tamen verba Ἁλίασμα ἐκ τᾶς Διμήνου Καρνείου ἐξηκότος πάντα, nemo adhuc intellexit. Gruterianus interpres (*a*), *decretum die ſexto vetere bimeſtris Apollonii exeuntis*: Scaliger ad Indicis caput IV. Δίμηνον inter menſium nomina recenſet; addit, ἤτοι ἐμβόλιμον, *hoc eſt, intercalarem*, nova, nec minori hallucinatione, deinde, Συρακουσίων, cum Inſcriptio ad Agrigentinos ſpectet. Gualterius (*b*), *decretum die bimeſtris Carnei exeuntis omnino*. Vandalius (*c*) demum, *factum ſexta bimeſtris Carnei jam exeuntis*; & in *Commentario pro embolimo* habet, vel pro menſe ſecundo. Falluntur una omnes. Græcarum civitatum regimen a Tribubus ſibi invicem ſuccedentibus adminiſtrabatur, quæ cum vel menſis unius ſpatio, vel duorum, vel plurium gubernarent, in totidem temporis periodos, in publicis decretis enuntiandas annus dividebatur. Diſcitur ex hoc Marmore, ſingulis bimenſibus mutari conſueviſſe Prytanes Agrigentinos; quamobrem allata verba ſignificant, *Decretum Bimenſis Sexti*, *Carneo exeunte*, vel *Carnei menſis die extrema*; præſidente, ut ibidem, Tribu Hylleorum, & *præeunte*, ſeu *verba faciente* (non *Prætore*) Diocle. Gelæ, pariter in Sicilia, decretum ſuo loco emittam continens Ἁλίασμα τᾶς δευτέρας Ἑξαμήνου Καρνείου τριακάδι, *Decretum Semenſis ſecundi, die Carnei menſis trigeſima*.

Smyrnenſes in Oxonienſi profitentur (*d*), aſſenſiſſe Syriæ Regem Seleucum τὸ ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης ἄσυλον εἶναι, καὶ τὴν πόλιν ἱερὰν καὶ ἄσυλον. vertitur: *Fanum Veneris Stratonicidis inſpoliatum fore*, & eorum *item urbem ſacram*, & *inſpoliatam*: ubi *Aſylum* utrobique ſubſtituas, quo jure fruens locus, fiebat τιμιῶν τοὺς ἱκέτας *ſupplices tuens*, ut Suidas loquitur, & *inviolatos præſtabat omnes*; ut Livius (*e*) de Deli Templo, & Inſula. Hermiæ Antiocheno, poſteriſque ejus publico Senatus conſulto immunitates, & privilegia irrogantur multa; inter cetera, ut Senatum, & populi Concilium ingrediantur, πρῶτοι μετὰ τὰ ἱερά. transfert Vandalius (*f*) *primi poſt ſacrificia facta*: transferendum videtur, *primi poſt rem ſacram adminiſtrantes*. Significationem mutant vocabula pro argumento: ἐφήβευεν Ἀντώνιος redditur apud Gruterum (*g*), *pubeſcebat Antonius*, apud Oxonienſes (*h*), *Ephebus factus erat*, apud Vandalium (*i*), *erat inter Ephebos*; at cum de Gymnaſio agatur, reddendum *Ephebis præſidebat*. Aliptes intelligi ſolet qui palæſtritas ungit: Cicero Epiſtola ad Lentulum Alipten dicit Magiſtrum ludi: in Sponiana ἀλείψαντα λαμπρῶς, καὶ πολυδαπάνως, ubi videtur accipi pro Agonotheta (*k*) *Aliptis munere ſplendide*, & *magnifice functum*. Vocem Ἀλείψαντα Sponius

Tom. I.

in verſione ſua prætermittit. Vandalius *pag.* 717. reddit *unctorem egit*; deinde explicat, quod ſuo ſumptu oleum ſuppeditarit, *minime avare, aut ſordide, ſed ſplendide, ac ſumptuoſe, atque incomparabili modo unctionem curans*. At eo loco ſignificari puto munerarium, qui palæſtræ ſpectaculum edidit; neque enim diceretur ἀλείψαντα λαμπρῶς, καὶ πολυδαπάνως de eo, qui oleum tantummodo ſuppeditaſſet. Conſimilis eſt phraſis, cum dicimus, *non c' è chi apparecchi meglio*, ad ſignificandum, *non c' è chi faccia miglior tavola*, a præparatione ſcilicet rem indicantes. τῶν Διπλῶν apud eumdem Sponium redditur *duplicium*, ubi melius *Diplomatum*. Idem (*l*) Μινύαι Ὀρχομένιοι, ut legendum videtur εἷλε τὰν πόλιν, explicat: *Minyam Orchomenum cepit civitatem*; explicarem *Minyarum Orchomeniorum*, hoc eſt, Thebem, a duobus Regibus ita dictam. In eadem τὰν πόλιν οἰκίζει, transfert *habitavit*, ubi potius *condidit*: credibile eſt haberi in marmore ᾤκισε, ut antea ἐνίκησε.

Minime prætereundum, ad Græcas Inſcriptiones interpretandas non Attica tantum antiquitate opus eſſe, ſed & Romana; de Romanis enim hominibus, Magiſtratibus, inſtitutis agunt ſæpiſſime. Patinus *Tiberii Claudii Quirina inſcriptionem* vocat, quæ Ti. Claudium Κουρίνα, hoc eſt, e Quirina tribu [non *Cyrena*, ut vertitur apud Gruterum (*m*)] memorat; & ad illam Τι. Κλαύδιον Τι. υἱὸν Κυρίνα adnotat (*n*), *Quid ni hic Quirina prænomen Tiberii acceperit a ſuo patrono?* ubi pariter cognomen putat, & putat libertum, quem, ni mea me fallit obſervatio, patris adjectum nomen, libertum non eſſe, indicat; & Græcos libertos nomen patroni ex adulatione ſumpſiſſe arbitratur, cum in manumiſſione libertis quibuſcumque Romanum nomen per dominum imponeretur apud Cenſores. Montfauconius in Palæographia (*o*) ἡγέμονα Λεγίωνος α. Ἀθηνᾶς interpretatur: *Legionis primæ Athenienſis*; at cum inter Legiones Romanas *Athenienſis* fuerit nulla, transferre oportet *Legionis I. Minerviæ*, cujus plures lapides, & Spartianus mentionem faciunt. Coi apud Sponium (*p*) honorant Victorem τὸν κράτιστον Ἔπαρχον, Βεικελῶν ἡγέμονα, καὶ Δουκηνάριον Σαρματίας τῆς ἐπὶ πάσαις θαλάσσαις ἡγεμονεύσαντα μετ' ἐξουσίας σιδήρου. Latine ſic transfert: *potentiſſimum Præpoſitum Viculorum Ducem, & Ducem Saraoniæ ſuper univerſo mari, cum poteſtate ferri*. Transferendum: *optimum Præſidem, vehiculorum, ſeu curſus publici, Præpoſitum Ducenarium*.......... *qui præfuit cum poteſtate gladii*. De Ducenariis alibi verba faciemus. Plura explicatu difficilia in illa etiam Sponiana (*q*) ubi Ἐπίτροποι τοῦ Σεβαστοῦ ἀρκῆς Λιβιανῆς: interpretatur, *Procuratorem Auguſti arcæ Livianæ*, ſuſpicans Liviæ Auguſti conjugis theſaurum intelligi: mirum quidem, cum in ea

K Inſcri-

(*a*) Gruter. pag. CDI.
(*b*) Gualter. pag. 62.
(*c*) Vandal. pag. 764.
(*d*) Oxonienſ. pag. VI.
(*e*) T. Livius Lib. XLIV.
(*f*) Vandal. pag. 745.
(*g*) Gruter. pag. CCCXVII. n. 3. lin. 7.
(*h*) Oxenienſ. pag. LXXXV.

(*i*) Vandal. pag. 587.
(*k*) Pag. 142.
(*l*) Pag. 47.
(*m*) Gruter. pag. MXCIV. n. 5.
(*n*) Ad Smyrn. pag. 454.
(*o*) Palæograph. pag. 162.
(*p*) Spon. pag. 337.
(*q*) Pag. 112.

Inſcriptione alarum Flaviarum, & Divi Antonini mentio habeatur. Qui vocem ἄρκης recipiat Latino vocabulo (*Quæſtor arcæ publicæ* apud Gruterum) *Procuratorem Fiſci Africani* interpretari poſſit, ut Fiſci Aſiatici habetur in aliis. Getulorum & Numidarum alis hic idem præfuit (*a*). Qui malit legere ἀρχῆς, *Procuratorem Auguſti in Provincia Lybia* intelligat; Præfectus Libyæ, & Libyæ Proconſul in Gruteriana (*b*), ſed carminibus compacta, Militaria nomina ſequuntur, quibus ambigue Romanorum alæ, cohortes, turmæ, & illarum præfecti ſignificantur: mendis res magis involvitur; ſed de hac Inſcriptione alio loco: illorum felicitatem invideo, qui ab his nodis ne minimum quidem turbantur; ſed hujuſmodi inſcriptionibus libros ſuos magnifice decorantes, quid ſibi velint, & quomodo transferendæ ſint, nihil memorant, ac ſi in aperto eſſent, & hominibus etiam de trivio paterent: ſic hanc ipſam affert Vandalius (*c*), & allata, progreditur.

VI. Eniti etiam debemus, ut Græca Inſcriptionum verba aptioribus, quam fieri poſſit, vocabulis repræſentemus. Κτίσται multoties appellantur, qui civitates beneficiis affecerunt, & honorariis monumentis coluntur: reddi ſolet *conditor*, quo videtur ſignificari qui a ſolo fecit. *Conditorem Ancyræ* Gajanum vocat Montfauconius (*d*), qui certe haud condiderat. Κτίστης τῆς οἰκουμένης dicitur Trajanus in Gruterianis (*e*): non converterem *conditor orbis terrarum*, ſed *Reſtitutor orbis*, ut in Latino Valeriani numiſmate (*f*). Uno quidem in lapide, nec tamen inculpato, & ab interpolationis ſuſpicione immuni, *Aquileienſium reſtitutor, & conditor*: ſed ut ut ſit, laudabilius erit nobis, minime ancipiti vocabulo uti. Boni ominis formula ἀγαθῇ τύχῃ, (*g*) non *bonæ fortunæ*, ut aliquando redditur (*h*), ſed *feliciter*, *quod felix fauſtum*, *bona fortuna ſit*, ut Donatus ad Terentium; Chriſtiani, *in Dei nomine*: eum qui *bonum factum* apud Gruterum vertit, Suetonius tueri videtur in Vitellio; ſed minus arridet. Σύμβιος redditur ut plurimum *contubernalis*, in *Corrigendis* Scaligerianis, *compar*; cum ſit conjux. Oxon. *pag.* CCLXXIII. ζῶσα κατεσκεύασεν ἑαυτῇ καὶ τῷ συμβίῳ, *dum vixit, præparavit ſibi ut contubernali ſuo*; melius, *vivens conſtruxit ſibi & marito*. Sollemne verbum χαῖρε in ſepulcralibus ſæpe exprimunt *Salve*: ita Montfauconius ut plurimum. Virgilius (*i*):

.....Salve æternum mihi, maxime Palla,
Æternumque vale . . . .

hoc ultimum adhibendum: Xiphilinus (*k*) τῷ ἰδίῳ προσφθέγματι Χαῖρε, Suetonius (*l*), *mane ſalvere, veſperi valere*. Servius ad Æneid. VI. *Ter clamitabant qui requiem defunctis deprecabantur, vale vale vale*. Σορὸν, *ſepulchrum*, vel *monumentum* verti non debet, ſed *loculus*, quorum multi in monumento uno (*m*): ἐφ' ᾧ οὐδεὶς ἕτερος τεθῆναι εἰς τὸ μνημεῖον, ἀλλὰ σορὸν ἑαυτῇ ἐνθήσεται μόνη, *ſi velit in monumento condi, arca ſibi poſita condatur ſola*. Oxon. *pag.* CCCVI. σορὸν Προκοννησίαν vertitur, *ſepulcrum loricatum*; vertendum, *arcam Proconneſio marmore*: contra *pag.* CXXX. τὸ θωράκιον, *deinde* τὴν καμάραν, *Thoracem, & camaram*; aptius, *hunc loricatum locum, & fornicem*. Activa præteriti temporis participia, quibus carent Latini, participiis non exprimuntur fideliter: ἀγωνοθετήσαντα Gruterianus interpres (*n*), *agonalium principatum exercentem*, loco, *qui ludis præfuit*: ἀποχαρισάμενον Patinus *donatus Senatui*, loco *qui dedit* (*o*): Sponius Στρατηγὸν *militiæ Ducem* facit etiam, ubi civilis Prætor eſt. Ἀδριανεῖον Gruterus (*p*), & Gualterius (*q*) *Adrianeum*, pro *fanum Adriani*: hallucinatur Samuel Pitiſcus in *Lexico Antiquitatum Romanarum* explicans *ſepulcrum Adriani*. Προεδρίαν Vandalius (*r*) *jus præſidentiæ*, pro *prærogativa loci*. Ἐπιφανεστάτῳ Καίσαρι Oxonienſes *illuſtriſſimo*, Romana formula *Nobiliſſimo Cæſari*. Magiſtratuum nomina ut plurimum retinenda; nam ſi Latine transformantur, vix agnoſcuntur. Cornelius Nepos, Spartianus, Cicero ipſe de Fato *Archontis* vocabulo uſi ſunt. Ὑπάτοις in Diario Italico (*s*) *Conſulibus*; ſunt quibus videatur cum Romanis confundi: Dionyſius Hal. (*t*) ὕπατον vocari apud Græcos quicquid præcellens, & ſummum eſt, docet. Πρεσβεύσαντα παρὰ Θεὸν Ἀντωνῖνον, in Palæographia (*u*) *functum Legati munere ſub Deo Antonino*; melius *Legatione geſta ad Divum Antoninum*: in eadem Inſcriptione τοῦ κοινοῦ τῶν Γαλατῶν, *communis Galatarum cœtus*; aptius, *Commune Galatarum*, ut loquitur Cicero. Eruenda ſcilicet, ubicumque locus datur, ex ipſis antiquis Scriptoribus interpretatio. M. Tullius, exempli gratia, Philippica IX. Senatus Conſultum integrum recitat, ubi ſollemnia verba decerpi poſſunt: contra Verrem de translatione vocabuli Σωτὴρ agit, & Latina voce reddi non poſſe affirmat, ea vis eſt aſſentatorio nomini. Στεφανηφόρος quomodo reddi debeat, Dionyſius Halicarnaſſenſis docet (*x*): τοῖς καλουμένοις ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων Φλάμινσι: *iis, quos Græci Stephanephoros, Romani Flamines vocant*. *Munerarium* pro Ἀγωνοθέτην *Auguſtus primus dixit*, ut e Quintiliano (*y*).

VII.

(*a*) Gruter. pag. DLXXV. n. 5.
(*b*) Idem pag. CCCLXI. n. 3.
(*c*) Vandal. pag. 305.
(*d*) Palæogr. pag. 161.
(*e*) Gruter. pag. MLXXXIV. n. 9. lin. 8.
(*f*) Apud Spanhem. de Præſt. & Uſu Numiſm. Tom. II. pag. 626.
(*g*) Oxonienſ. pag. XLVII.
(*h*) Gruter. pag. CCCXV. n. 9. & 10.
(*i*) Virgil. Æneid. Lib. XI. V. 97.
(*k*) In Hadr.
(*l*) In Galba.
(*m*) Oxonienſ. pag. XXII.
(*n*) Apud Gruter. pag. MXCI. n. 4.
(*o*) Pag. CDLII
(*p*) Gruter. pag. CCX. n. 57 & 58.
(*q*) Gualter. pag 28.
(*r*) Pag. 745. Antonius Vand-Dale *Diſſertationes IX.* edidit *Antiquitatibus, quin & marmoribus cum Romanis, tum potiſſimum Græcis illuſtrandis inſervientes cum figuris. Amſtelodami* apud Salomonem Schouten 1743. in 4. ut vocant.
(*s*) Diar. Italic. pag 75
(*t*) Dionyſius Halicarnaſſ. Lib. IV.
(*u*) Montfauc. Palæograph. Græca. Pariſiis 1708. in fol. fig.
(*x*) Dionyſius Halicarnaſſ. Lib. II.
(*y*) Lib. VIII. cap. III.

VII. Cum non deſuerint qui Græcas Inſcriptiones vel adnotationibus adjectis, vel Diſſertationibus inſtitutis augerent, exponerent, illuſtrarent, manca quodammodo, & imperfecta videri poſſit Ars Critica noſtra, niſi & de his ſermonem habeat: breviſſimum tamen; nam multa, quæ huc referri poſſent, tradidimus jam, vel ſaltem adumbravimus, cum de verſionibus ageremus: ut plurimum ſcilicet ideo quis exponendo peccat, & in erroneos commentarios diffunditur, ac fallaces moles ſuperſtruit, quia dictionum, aut ſententiæ vim non ſit aſſequutus, quod e tranſlatione jam elucet; ita ut ubi de Græcis monumentis agitur, optimum quandoque illuſtrationis genus ſit optima, & inculpata verſio.

Qui inſcriptos lapides illuſtrandos, & commentariis exornandos ſuſcipit, onus ſibi imponit, & omnia detegendi, atque indicandi, quæ, velut in nucleo, in iis continentur, ac ferme occultantur ad religionem veterum, Reſpublicas, leges, mores, ritus eruendos, atque intime pernoſcendos. At contigit aliquando, ut præclariora expoſitoribus effugiant, qui obvia tantummodo perſequentes ac trita, difficillimos nodos declinant. Putes aliquando id ſolum a quibuſdam ſibi propoſitum fuiſſe, ut quam plurimos Auctorum locos congererent, etiamſi non omnino ad rem. Alii ſunt, qui Inſcriptionum farragine adnotationes impleant, vel Diſſertationes ſuas, inutili quidem pompa, & levi negotio, cum e libris ubicumque expoſitis tranſcribantur: Gruterianas, & Sponianas Patinus, & Vandalius multoties turmatim, integraſque recitant, & cumulant utilitate perquam exigua, neceſſitate nulla. Diverſi etiam generis lucubrationibus ſunt qui prolixas, vulgataſque Inſcriptiones, occaſione leviter arrepta, ſæpe intermiſcere geſtiant, cum duobus ex illis, vel tribus deſumptis verbis propoſito ſuo ſatisfacere abunde poſſent: quos tamen hujuſmodi monumentorum pretium, & gratia vel commendat, vel excuſat. Methodum præcipue, & perſpicuitatem niti debent ut conſequantur res hujuſmodi pertractantes; nam qui iis virtutibus carent, hiſce amœnitatibus venuſtatem omnem, ac dulcedinem detrahunt, ita ut præ obſcuritate, ac multarum rerum commixtione faſtidiant lectores ſæpe ſæpius, & rejiciant, quæ cæteroquin ſumma cum voluptate perlegerent. Prolixos excurſus frequenter videas, e quibus ad propoſitum vix ſe recipiant, id demum minime extricantes; nam ab una re in illam, & ab illa in aliam, antequam quicquam ſtatuerint, declinant, adeoque involvunt ſeſe, ut multo difficilius ſit, quid de obſcuris locis ipſi ſenſerint, quam illos ipſos intelligere.

Præſto ne ſint apud viros doctos Vandalium, Spanhemium, Cuperum, hujuſmodi exempla, alii judicent: judicent etiam, num apud eoſdem, &

(a) Sponius pag. 345.

(b) In verb. Ὀλυμπ. in Theſ. Græc. Linguæ excuſo ab Henrico Stephano Anno 1582. in IV. Volum. in fol.

(*) Ὀλυμπίειον .... *locus eſt apud Delum, quem, quum Athenienſes Adriani ſumptibus ædificaſſent, novas Athenas Adrianas appellarunt.*

Reineſium, alioſve quoſdam externos Scriptores augeatur aliquando obſcuritas ex peculiari quodam linguæ Latinæ uſu, quo hyperbatis, ſyntaxi, loquutionibus ex alienis linguis petitis interdum utentes, quid ſignificare velint, non ita in promptu eſt pernoſcere.

Ponderandum eſt quicquid traditur, & multoties ad incudem revocandum; facillime enim hallucinari poſſumus, & in perardua antiquitatis inveſtigatione decipi, doctrinamque fallacem emittere. Putavit Sponius, antiquam Geographiam civitate auxiſſe ea verba Deliacæ Inſcriptionis τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ſic illuſtrans (a): *Populus Athenienſium, qui hic memoratur, non eſt Athenarum Atticarum, ſed oppidi in Delo, cui Athenæ novæ nomen erat; quod incognitum fuiſſe miror Jo. Harduino*. Hujus oppidi *teſtes* citat *præter lapides Stephanum* (b) Ὀλυμπίειον τόπος ἐν Δήλῳ ὃ κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ, Νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν (*). Multo fortius hoc Stephani loco videtur idem docere Gruterianum Decretum (c) (*) τῶν Ἀθηναίων τῶν ἐν Δήλῳ, in quo (**) δεδόχθαι τῇ βουλῇ, & a Senatu (***) εἰς τὸν δῆμον referri debebat. Nihilominus poſt rem longa perquiſitione diſcuſſam, nullam hoc nomine civitatem in Delo inſula extitiſſe, mihi conſtitutum eſt. Stephani verba, ædificium ab Athenienſibus Adriani pecunia ibi excitatum *Olympicum* fuiſſe, declarant, quo nomine ludis, ac certaminibus locus aptus ſignificari potius videtur, quam civitas: eum quoque τόπον vocat ἐν Δήλῳ, qua appellatione civitates is Auctor non indicat: ſibi tamen parum conſtare, & civitatem innuere videri poſſit, cum ſubdit; τὸ ἐθνικὸν Ὀλυμπιεύς; at Stephano Stephanum oppono, qui civitates Athenarum nomine, ubicumque fuerint, multo ſtudio perquirens, octo numero recenſet, hiſque χωρίον *oppidulum*, ſeu pagum ſuperaddit in ponto Euxino: quo loco Deliacas Athenas accuratus Scriptor minime prætermiſiſſet. Sponiana Inſcriptio nihil ad hoc confert; Decretum enim eſt *Synodi*, ſeu τοῦ κοινοῦ τῶν Τυρίων ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων *mercatorum & nautarum ex Tyro* Deli commorantium; quo coronatur Patro ob legationem *ad Senatum Populumque Athenienſem* ſuſceptam, navigatione ære ſuo peracta, ut quidquam obtineret in ſodalium commodum: quo ſatis patet, ad Athenas Atticas miſſum fuiſſe eo tempore, quo in Athenienſium ditione Delos erat. Gruteriana (d), quæ in veſtibulo Venetæ Bibliothecæ integerrima cuſtoditur, Decretum continet Communis, ſive Synodi Athenienſium in eadem inſula vel mercimonii cauſa, ut Tyrii ſupraſcripti, vel ob celebris Templi cuſtodiam, vel alia de cauſa degentium: quibus maxima habitatorum pars continebatur, ut diſcimus e Pauſania: Hæ vero ſodalitates Reipublicæ more, & ad Patriæ ſuæ imaginem regebantur, ut etiamnum fieri ſolet: quapropter coibant

(c) Gruter. pag. CCCCV.

(*) V. 12.

(**) V. 23. & 24.

(***) V. 30.

(d) Apud Gruter. pag. CDV. de qua ſupra.

bant rite, ſacerdotes ſibi præficiebant, propria ſacra, & ſui juris Templa curabant, præſides ſibi deligebant, & varia officia pro tempore, Senatumque βουλὴν definitum adminiſtrantium collegium appellabant, omnium autem conventum, τὸν δῆμον: hinc ad calcem hujus Plebiſciti pompa quadam Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος: quamvis de civitate minime intelligi pateat, ex eo quod, ut Decretum ratum ſit, Athenas pro confirmatione oporteat mittere, quod nec a coloniis, nec a ſubditis civitatibus erga Metropoles præſtabatur: patetque adhuc magis, quod quibuſcumque in eo Decreto memorantur, Populus Atticus adjicitur, quo evidenter appareant Athenienſes in Attica, non in Delo nati. Confirmant hanc ſententiam Oxonienſes lapides, quos ſiſtunt Ἀθηναίων καὶ Ῥωμαίων καὶ τῶν ἄλλων ξένων οἱ κατοικοῦντες καὶ παρεπιδημοῦντες ἐν Δήλῳ, (*a*) *Athenienſes & Romani, & advenæ ceteri degentes in Delo, vel advenientes*: καὶ Ῥωμαίων pariter legendum vix ambigo in illo Ἀθηναίων κ.. .... οἱ κατοικοῦντες ἐν Δήλῳ, καὶ οἱ ἔμποροι καὶ ναύκληροι. (*b*) quamvis Δηλίων manifeſto errore ſuppleant, nec adeo melius Σαμίων Reineſius (*c*). Tam hi Athenienſes ex Athenis Deliacis, quam Romani ex Deliaca Roma. Vandalius Diſſ. VI. Athenienſes Delios vocatos hircocervum ſtatuit.

Cum Inſcriptiones explanantur; & hiſtorica ab iis lumina mutuamur, caveamus oportet, ne a nominibus decipiamur; plurimos enim invexit errores homonymia, ut etiam admonuerunt Hiſtorici, Herodotus Lib. V., Plutarchus in Ariſtide, aliique. Veterum Scriptorum, & monumentorum lectione exercitus conjicit quidem non ſolum inſcriptorum lapidum ætatem, & aliunde notas oſtendet, qui in iis occurrunt; verumtamen ſunt, qui meras conjecturas tamquam certiſſimos Hiſtoriæ canones haberi velint, & ita ex nomine arguant, ac ſi idem nominis innumeris hominibus non fuiſſet. Alcmanum in lapide cum quidam legeret, celebris Poetæ monumentum ſtatim arbitratus eſt. Aphroditam Begerus (*d*) videt, eamdem ſtatim putat ac Gruterianam (*); in Dionyſium quemdam incidit Sponius, pro Siculo rege haberi poſſe judicat (*e*). Minus incongrue L. Egnatium Victorem Lollianum τὸν ῥήτορα, qui honoratur ἀντὶ τῆς κοσμητείας τῶν Ἀθηνῶν, *ob Athenarum curam*, quam geſſerat, pro Lolliano Sophiſta habere poterat, cujus vitam ſcribit Philoſtratus; perperam certe interpretatur *Orateur des Atheniens* (*f*). At nemo Reineſio felicior, qui ab hominis, vel mulieris nomine, quo patre geniti, qua educati patria, quibus avis illuſtres, qua arte clari, confeſtim recitat, nihil ambigens, nihil hæſitans. Κλαυδία Νικήτη inter multa nomina forte occurrit: commentatur iſte (*g*), *Nicetæ Rhetoris Smyrnæi ſive conjugem, ſive filiam* eſſe; ac ſi nullum alium Smyrna Nicetam tulerit, & quamvis in ancipiti ſit, num marmor ad Smyrnam ſpectet. Ad Claudii Agathemeri Medici, uxoriſque Myrtales monumentum (*h*): *Agathemerus is ipſe eſt, quem Probus in vita Perſii ſecundum editores vocat Agathemerum, Medicum Lacedæmonium, Cornuti philoſophi Stoici auditorem.* Ad *C. Julii Laconis* Εὐρυκλέους *filii* Inſcriptionem, hiſtoriam Euryclis Lacedæmoniorum Principis pertexit (*i*), nihil ambigens illum ipſum deſignare. E Smyrna marmor adveniſſe colligit e Claudii Rufini Cartoriani nomine, inter Quæſtoris collegas recenſiti, quod is innotuerit nobis e Severi numiſmate, in quo Κλαύδιος Ῥουφῖνος Σοφιστὴς Σμυρναίων Στρατηγός, diverſitatem cognominis nihil morans; Σοφιστὴς enim pro cognomine accipio. Explicari in ea Inſcriptione mallem vocem Σαγαρίτης; nam Sagarim fluvium novimus, Sagarim urbem non novimus: nomen ne eſt patris pro νέῳ præpoſito υἱῷ, ſicut infra intelligendum videtur Κλ. Ῥουφῖνος Καρτεριανὸς Ἑρμογένης Ζωσίμου *Zoſimi filius?* νέῳ certe aliquid inſueti præfert; non enim νέος, ſed νεώτερος addi ſolet, cum a ſeniori homonymo diſtinguitur. Nominibus ergo ne plus juſto fidamus.

Caute etiam pronunciandum de lapidum ætate: Græca plebiſcita, ſive Senatusconſulta ante Romanorum imperium putantur ſculpta, incerto ſæpe judicio; nam & ſub Romanis eadem Reipublicæ facies in quam pluribus Græcorum civitatibus perſtitit. Gruterianum (*k*), exempli gratia, antea memoratum liberam Græciam videtur ab omni parte indicare, niſi ſacrificia ὑπὲρ Ῥωμαίων in tranſcurſu memorarentur. Quod ſpectat nomina, miratus etiam ſum non ſemel, de Romanis nominibus Græcis ſæpe ſæpius impoſitis neminem rationem habuiſſe, vel Tractatum inſtituiſſe; docendi enim videbamur, unde ſit, quod cognomen quoque Romanum deprehendamus haud infrequenter, nullo Græcitatis indicio adpoſito.

Patinus ad Smyrnæas *L. Murdium Heraclam* fuiſſe docet (*l*) *ex Heraclidarum genere*: ibidem alios plures Romano nomine, ac prænomine, cognomine autem Græco memorans, Romanos putat, & e Murdiorum gente, quamobrem tradit *Murdios variis nobilitatos cognominibus* fuiſſe: cum omnibus pateat, Murdiorum ſervos libertate donatos ibi deſignari, & ea cognomina a Murdiis numquam adhibita. Quæ tamen etiamſi omnino abſurda, tolerabiliora ſunt iis, quæ ad illam Arringhii de Gordiano Galliæ nuncio commentatur Reineſius, ad Galli Cæſaris Eunuchum mirifice Inſcriptionem transferens. De fundis militaribus, agris limitaneis, & vetuſtiſſima Feudorum natura Oxonienſis explanator (*m*) verba facit ob κλήρων ἱππικῶν in Magneſiorum fœdere memora-

(*a*) Oxonienſ. pag. CCCI.
(*b*) Pag. CCLXX. & Reineſ. Claſſ. I. n. LV.
(*c*) Reineſ. pag. 104. in princip.
(*d*) *Spicileg. Antiquitatis, ſive variarum ex Antiquitate Elegantiarum* Coloniæ Brandeburgicæ 1692. in fol. ad pag. 114. n. XXXVI.
(*) Pag. DCCLVI. n. 6.
(*e*) Itiner. Tom. III. pag. 88.
(*f*) Idem Tom. cit. pag. 18.
(*g*) Reineſ. in Not. ad Inſcript. LXIIX. Cl. II. pag. 288. in princip.
(*h*) Idem CL. XI. n. VI. pag. 610.
(*i*) Idem CL. VI. n. CXX. pag. 457.
(*k*) Gruter. pag. CCCCV.
(*l*) Patinus pag. 232.
(*m*) Oxonien. pag. XL.

moratum; at falli opinor: non enim militibus, ſed quibuſcumque ceteris Magneſiæ incolis agri portio adſignanda erat; nec iis temporibus, aut regionibus allata Codicis, & Scriptorum loca adaptari poſſunt. Illorum ergo verborum explicationem a Plutarcho peto, & pro terræ quantitate ac menſura ἱππικὸν accipio; ita enim in Solone: ἱππικὸν διάστημα τεσσάρων ἦν σταδίων, *prædium equeſtre quatuor ſtadiorum erat.*

Nullam quidem antiquitatis partem tanto ſtudio, ac contentione excuſſerunt, atque exornarunt, qui in antiquis monumentis verſati ſunt, ac rem ſacram, & religionem gentium: teſtantur magno numero, & ingenti mole volumina, & lucubrationes, huic, vel illi in hac materia nodo explicando, adornatæ. Cum tamen de Diis agant ut plurimum, & quomodo ſub diverſis ſæpe nominibus lateant, inveſtigent, eorumque notitiam prodant: id videtur mihi peccari ſolere, quod eorum genealogiam, hiſtoriam, cultum aſſeveranter, & indubie proponant, ac ſi Theologia mythica, velut apud Chriſtianos Catholica, una fuiſſet, & conſtans, atque ab eodem auctoritatis principio ita præfinita, ut tamquam ſolidum quid, & determinatum pertractari poſſit. Oſtendam autem in Muſeo Veronenſi, arbitrariam fuiſſe, atque errabundam, adeo ut quod heterodoxorum ſectis videmus eveniſſe, pro regionibus, temporibus, hominumque ingeniis diverſimode habitam, ac multiformiter traditam conſtet, perpetuiſque mutationibus, ac ſibi invicem contrariis fabulatoribus involutam. At vellem ego minus multa de Diis diſputata fuiſſent ab Eruditis Viris, aliquanto autem plura de Sacerdotum initiatione, conditionibus: quæ tractationes ad præclariſſimas inveſtigationes multum conducerent, & origines remotiſſimas magno cum eruditionis, tum veræ religionis emolumento nobis detegerent. Horum quædam ſpeciatim attigit Vandalius, & e Græcis Inſcriptionibus eruere profeſſus eſt: veruntamen aberravit non ſemel mirum in modum, quod ut a crimine uno diſcantur omnes, curſim oſtendam ab iis, quæ de Pontificatu Maximo, & de Provinciarum primis Sacerdotibus fuſe tradit, ac docet: quo etiam conſtet, non ſemper lapidarios Criticos minutis, levibuſque diſputationibus concluſos, atque illigatos eſſe.

Auctor ille ſecunda & tertia Diſſertatione, quæ ſunt de Pontifice Maximo, & de Ἀρχιερέων Provinciarum, duo præcipue ſtatuit: unum, Summos apud Chriſtianos Pontifices ſequioribus ſeculis injuria & perperam eam dignitatem Imperatoribus ademiſſe; diſtraxiſſe ſiquidem, quæ in Chriſtiana quoque religione ſeparari minime debeant, ſicuti apud Gentiles ut plurimum erant conjuncta: alterum, habuiſſe veteres Metropolitanos Pontifices, qui totius Provinciæ ſacris præeſſent, nomine a Provincia ſumpto, *Aſiarcha*, *Lyciarcha*, *Bithynarcha &c.* Chriſtianoſque Epiſcopos Metropolitanos originem ab iis traxiſſe. Primum quidem difficile dictu, magis ne falſum, an ridiculum ſit: nam ex hac doctrina cum Cæſarem videamus in nummis, & marmoribus, ac Imperatores alios velatos, atque Pontifices ſacrificia Diis peragentes, Chriſtianos quoque Imperatores ſacerdotales veſtes ut induant, ad altare accedant, & rem ſacram conficiant, hortari debebimus. Quod ſi reponant heterodoxi, Miſſam ſuſtuliſſe, & deformitate quadam Gentilium cæcitatem excedente religionem ſine ſacrificio inſtituiſſe; incumbent Imperatoribus ſaltem ſacræ Scripturæ explicatio, duorum, quæ recipiant, Sacramentorum adminiſtratio, & quæcumque ab eorum miniſtris peragi ſolent; quæ enim per vicarios agent, & ipſis agere pulcrum erit. Non animadvertit autem Vandalius, quomodo cum ea ſententia altera pugnet de Gentilium Pontificibus Provincialibus: cur enim in Provinciis omnibus ſacrorum cura, & Sacerdotum præfectura non Prætori, Proconſuli, Præſidi demandabatur, ſed ſacerdotali dignitate inſignitis, ita ut in ea quoque religione a civili imperio ſacrorum adminiſtratio disjungeretur? Cum autem hac doctrina, & allato Gentilium exemplo fateatur Vandalius, quamvis incogitans, Pontifice Maximo Chriſtianam quoque religionem opus habere; docens deinde, ſoli Imperatori, ſeu ſæculari Principi id muneris convenire, quemnam dicet Chriſtianorum Pontificem Maximum fuiſſe, antequam Conſtantinus fidem amplecteretur? Nihil agit, cum priſco ævo quædam curata ab Imperatoribus dicit, quæ exinde Summi Pontifices præſtiterunt: nam ſic exigebant iis temporibus nondum adultæ Chriſtianæ religionis oppugnationes variæ, & multiplices calamitates: nihil autem hoc cum Sacerdotio, & Pontificatu aſſumpto. Nugas agit pariter, cum lapides profert, quibus Pontificatum Chriſtianos etiam Imperatores geſſiſſe contendit: quid enim ad hanc quæſtionem facit, quod antiquæ formulæ in Imperatorum etiamſi novæ religioni addictorum Inſcriptionibus aliquo tempore ſint retentæ? etiam D. M. in Chriſtianis monumentis quandoque inſcriptum fuiſſe oſtendam ſuo loco, a minime recogitantibus. Deos Manes conſueviſſe iis ſiglis ſignificari. Audeant ne dicere, ut antea Pontifices Gentilium, ſic, Baptiſmo accepto, Pontifices Chriſtianorum eo compendio indicatos? at, ut ita eſſet, oportuiſſet nullum alium eo tempore Summum Pontificem Chriſtianorum habitum eſſe, ut nullus erat Pontifex Maximus Gentilium, cum eo munere Cæſares cumularentur. Oſtendere ergo Vandalio incumbit, interruptam Gratiani, & reliquorum, tempore Chriſtianorum Pontificum, ſeriem, ob aſſumptam ab Imperatoribus ſacram dignitatem. At cum hoc fieri nequeat, & Pontificalis ſedes perpetua Sacerdotum ſucceſſione fuerit impleta, quid attinet unum & alterum monumentum oſtendere, in quibus ex antiqua formula cum Tribunitia poteſtate etiam Pontificatus Cæſaribus adnotetur? Adde quod, qui eas Inſcriptiones dictabant, ſeu concipiebant, facillimum eſt ethnicos fuiſſe; quænam ergo ex his probatio ad Chriſtianorum regimen deſignandum? mirum quidem eſt quam tranſverſos & eruditos viros agat partium ſtudium, & deterioris

cauſæ

cauſæ patrocinium ſuſceptum. Ponderent, obſecro, doctiſſimi inter heterodoxos in quam abſona, abſurda, incondita conjiciantur ex erroneis principiis, & quam indigna doctis hominibus propugnare oporteat, qui Catholica principia convellere ſtatuit.

Cum vero Sponianam Inſcriptionem explanans Eccleſiaſticos Primates ab ethnicis Provinciarum Ἀρχιερεῦσι *originem traxiſſe*, attingit (*a*), & Metropolitas Chriſtianorum *eodem pene modo apud Gentiles obtinuiſſe* (*b*), Eccleſiaſticæ quidem Hierarchiæ mirificam, & inauditam nobis normam & originem prodit. Viros doctiſſimos ea maxime quæſtio exercuit: fuere qui primas ſedes, ubi majori numero Hebræi confluebant, qui, ubi eorum Synedria erant conſtituta, qui in urbibus frequentioribus populo & opulentis, qui demum in Metropolibus civilibus conſtitutas crederent; at a Gentilium hierarchia normam arreptam, nemo certe fuerat qui cogitaſſet. Quid vero magis incongruum, ac monſtruoſum excogitari poterat, quam Apoſtolos, vel Apoſtolicos viros ab Ethnicorum ſedibus normam accepiſſe? quibuſnam autem? nimirum quæ nuſquam erant: nam quamvis hos Provinciarum Pontifices recipiant eruditi Valeſius, Harduinus, Spanhemius, Noriſius, alii, nullos nihilominus fuiſſe, primis ſaltem Chriſtianæ religionis temporibus, mihi pro certo eſt. Memorari videntur quidem in Aſiæ regionibus; at ubi ethnicæ religionis ordo id poſtulaſſet, memorarentur & in Græcia, Italia, ceteriſque antiqui orbis Provinciis. Sacerdotes Coloniarum, quos e lapidibus Vandalius citat, publicis civitatum ſacris præſides deſignant, non Provinciæ ſacerdotiorum fontes & coryphæos. Tantum autem abeſt, ut nec in iis regionibus, in quibus videntur memorari, ea ætate fuerint, qua primæ ſedes fundatæ ſunt, ut non niſi declinante Gentilitate, & Chriſtiana fide ampliſſime jam diffuſa, Archiſacerdotes iſti integræ Provinciæ in re ſacra præfecti reperiantur (*c*). Juliani Epiſtola Urſacium quemdam ita alloquitur, ut, in Galatia ſacerdotibus omnibus præfuiſſe, & rem ſacram in tota Provincia adminiſtraſſe, appareat: at indubitatum eſt, hanc methodum a Chriſtianis mutuaſſe Julianum ipſum, cum in ea ipſa Epiſtola, ut probe Vandalius adnotat, plura eidem ſuggerat ad Ethnicorum religionem ſervandam, & amplificandam, quæ a Chriſtianorum diſciplina, & a Conciliorum canonibus manifeſto didicerat, & arripuerat. Verum quidnam ſimile adducetur ex anterioribus ſeculis? Ἀρχιερεὺς appellabatur quidem, qui cuilibet ſacerdotum collegio præeſſet, ita ut multi in quacumque civitate Archiſacerdotes reperirentur. Ἀρχιερεὺς τοῦ κοινοῦ in Provincia aliqua nihil refert, niſi ſacrificiis præfuiſſe, quæ communibus expenſis, & communi nomine peragebantur. Quod vero eruditis viris impoſuit, ea fuerunt nomina, Aſiarcha, Lyciarcha, Bithynarcha, & ſimilia, quibus Provinciales Pontifices ſignificari, omnes conſenſerunt: cum tamen proprie ſollemnium ludorum Præfecti iis nominibus indicentur, qui Provinciæ alicujus, vel civitatis nomine edebantur, quod muneris a rerum ſacrarum extra ludos arbitrio, & a juriſdictione in ſacerdotes omnes Provinciales diſtabat quam maxime, atque eo modo, ut Romæ Pontifex Maximus ab Ædili. Verum quidem eſt, quod cum ludi in Deorum honorem haberentur, cumque in iis regionibus, ſacrificiis in ludorum Communi Aſiæ, exempli gratia, nomine editorum ſollemnitate peragendis Aſiarcha præſideret, inter ſacerdotes maximo quidem honore habebatur, & ſacerdotii ornamentis decorabatur; at nulla ei præterquam in ſpectaculis auctoritas & jus. Qui antiquitus id nominis in Latinum converterunt, ſatis hoc evincunt; nam Ἀσιάρχης apud Euſebium Rufinus (*d*) *Munerarium* vertit: evincit Codex Theodoſianus, ubi *Syriarchas Agonothetas* memorat (*e*), quo loco Syriarchæ vocabulum notiori vocabulo Agonothetæ explicatur. Ubi quæ hic prætiterint, memorantur, perpetuo reſtitutos ludos, vel inſtitutos videas. Cur vero expenſis ſuis ut plurimum ludos ederent, opulentiores, & primores civitatum eligebantur: atque hinc eſt, quod τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν in Apoſtolorum Actis (*f*) Vulgatus interpres reddidit *quidam autem, & de Aſiæ Principibus*. Hinc etiam pro civilibus Præfectis accipi videntur aliquando, ut in Digeſtis non ſemel: & Machabeorum Lib. I. cap. XV. V. I. ſcribit Antiochus Simoni ἱερεῖ μεγάλῳ καὶ Ἐθνάρχῃ priori titulo ſacrorum adminiſtratione, ſecundo civili deſignata. Hinc Strabo (*g*) οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσι. *primarii in Provincia, quos Aſiarchas vocant*: ubi perperam emendatur ἱεράρχας idem pariter de Lyciarcha, ἐπ' ἄλλαι ἀρχαὶ τοῦ συστήματος, δικαστήριά τε ἀποδέδεικνυνται κοινῇ. *deinde dignitates cætera regiminis; tribunalia vero a Communi &c.* ubi nihil ſacri. Neque ſic nominati ludorum primatum in Provincia ſemper ferunt, ſed interdum in civitate tantum: ſic Alytarcha Caracalla imperante creatus in urbe tantum Antiochia ludos procurabat, unde in Cod. Theod. (*h*) plantandi plures cupreſſos facultas tribuitur *Alytarchæ urbis Antiochenæ*; qui cum Olympicos ludos in ea civitate reſtituit, ut a Jo. Malela diſcimus. Quî autem ſecum ipſe convenit Vandalius? (*i*) *Aſiarcha totius Aſiæ Proconſularis ratione ludorum — communium moderator erat*: deinde: *videmus in nummis plures ac diverſos diverſarum civitatum Aſiarchas*. Eodem modo Templis Aſiaticis omnibus Ἀρχιερέα præpoſitum opinatus eſt; ut alibi innuimus; cum eamdem dignitatem Pergami, Sardis, Epheſi in iiſdem marmoribus conſpiceret.

CAPUT

(*a*) Pag. 235.
(*b*) Pag. 210.
(*c*) Apud Vandalium pag. [illegible]
(*d*) Lib. IV. cap. XIV.
(*e*) De Exp. Lud.
(*f*) Act. Apoſt. cap. XIX. v. 31.
(*g*) Strabo Lib. XIV.
(*h*) Lib. XII.
(*i*) Vandalius pag. 277.

CAPUT II.

Canones traduntur ad fictitias Inſcriptiones Latine loquentes internoſcendas.

ETiamſi difficillimam videar hujus operis partem emenſus, quæ implicatiſſima Græcorum lapidum tractatione continebatur; non eſt profecto, cur mihi ipſe plaudam, & gratuler, ac ſi minus ardua, minuſque involuta, quæ de Latinis diſceptatio ſupereſt, futura ſit. Paucioribus quidem ad Romanas Inſcriptiones me conferens diſquiſitionis capitibus, errorumque fontibus exercebar, cum nulla in his vertendis circumſtent pericula, legendi, ſcribendive fere nulla: at quæ ex hac parte difficultas removetur, ſuppletur aliunde; immo, ſi recte perpendamus, amplificatur mirum in modum. Cum enim primarium Criticæ Artis munus genuinorum a ſpuriis, ac recentibus titulis ſecretione conſtet; ea quidem in Latinis epigrammatis perveſtigatio tam obſcura, & ardua, tamque ambiguum, & implexum ſæpe numero judicium eſt, ut ceteræ omnes in hoc negotio difficultates ab hac una facile vincantur: neque enim hic vel a priſco recedens figurandi modus, vel multiplicia ſtaturæ indicia, vel alienæ a certis illis, pauciſque formulis epigraphæ de dolo admonent, ut in numiſmatis uſuvenire ſolet, ſed in infinito pene, ac multiplici pelago verſamur, in quo varia ſemper, & nova, atque inſueta occurrere poſſunt, nullis ut plurimum ocularibus notis examen juvantibus, ſolemnibuſque, quæ admiſceri ſolent, verbis, deciſiſque a legitimis, veriſque Inſcriptionibus fruſtis ita rem involventibus, ut major ſane perſpicacia, acumen acrius, ampliorque rerum, ac verborum notitia ad quodcumque alterius generis judicium non requirantur. Rem comprobant ludificata ſæpiſſime magna ingenia, & communi fere, ac quodammodo fatali infortunio, ubi de hujuſmodi monumentis agitur, ſummi viri decepti, & lapſi. Acerrimas propterea audivimus quandoque diſputationes, in quibus irrito utrinque conatu de chimera confligebatur: integra vidimus volumina, quorum machinatio in lubrico ejuſmodi, ac fallaci ſolo conſtructa ruat omnis, & dejiciatur præceps, neceſſe eſt. Plurimum ſæpe (quod in *Corrigendis Gruterianis* non ſemel aſpicimus) ingenii & laboris in enodandis, vel repaſtinandis Inſcriptionibus fruſtra inſumitur, in quibus luditur opera, cum fictitiæ ſint. Neque enim in hæc pericula raro incidimus, & ambigua, vel fictitio calamo, aut ſcalpro ſimulata epigrammata infrequenter occurrunt.

Ubi primum tribus ab hinc, aut ultra ſeculis reviviſcere præſtantiora ſtudia cœperunt, Latinæque, & Græcæ literæ celebrari, quo loco habendæ eſſent facundæ ejuſmodi antiquitatis reliquiæ, quantumve in iis ad quodvis ferme literarum genus præſidii contineretur, agnitum ſtatim, & intellectum eſt. Non defuerunt propterea, qui vetuſtos lapides conquirere inciperent, & numerata etiam pecunia comparare; quodde quacumque re fiat, falſariis ſtatim, & mangonibus ingenium acuit, & anſam præbet. Sed multo plura in hoc genere ab iis prodierunt, qui vel patriæ mentionem antiquitus habitam, vel alicui civitati, coloniæ, aut municipio jura affingere voluerunt, ſive etiam ſententiam tueti aliquando ſuam, & eruditam controverſiam quampiam dirimere. Plures quoque libido quædam impulit, ut res præclaras, & a ſummis viris magno in pretio habitas poſſidere viderentur. Rurſus cum his vetuſtatis ſpoliis jam a decimoſexto ineunte ſeculo, atria, horti, villæ in Italia exornari cœpiſſent, videreturque non omnibus elegantiæ & magnificentiæ numeris ſatisfeciſſe, qui iſtiuſmodi cimeliis careret, fuere, qui cum ſincera non eſſent ad manus, eorum imitatione ſpuria confingi paterentur, vel ſaltem ad loculos omnes venuſte complendos, fictitia cum legitimis admiſceri.

Denique pravum illud hominum genus ut omittam, qui nulla magis voluptate capiuntur, quam mentiendi, adulterandi, corrumpendi omnia, Inſcriptionum novitiis marmoribus vetuſta ſpecie affictarum plurimas elaborarunt ii, qui rerum antiquarum notitiam profitentibus illudere ſtuduerunt, atque ut doctrinam, Latinitatem, antiquitatis peritiam amicis oſtentarent, veterum monumenta ſic æmulabantur: hinc factum eſt, ut in civitatibus, ubi eruditionis ſtudia viguerunt magis, plures quam in aliis locis id genus fictiones aliquando deprehendantur. Illas autem longe quidem majori numero, quæ lapidibus numquam inſculptæ ſunt, ſed in libris tantum ſpectantur, partim eædem, quas recenſuimus, cauſæ protulerunt, partim etiam libros ornandi, augendi, ſplendideque decorandi amor, & ſtudium, cupiditaſque novum quiddam, & mirificum in publicum proferendi. Quantum autem interſit genuina a commentitiis in hoc monumentorum genere diſcerni, atque internoſci, quiſcumque vel primoribus labiis ſaniores literas attigit, abunde videt: cum enim puriorem, ac præclariorem rerum, & temporum notitiam expiſcari e lapidibus ſoleamus; cum adverſus librorum inconſtantiam, menda, reconcinnationes ad Inſcriptiones, tamquam ad incorruptos judices, provocare ſolemne ſit; quo recidet Hiſtoriæ fides, quænam erit in eruditione dignitas, in ſtudiis noſtris utilitas, ubi fictitia monumenta pro legitimis, genuina pro ſuppoſitis habeantur? Nonne in errorem, ac mendacium ipſa eadem nos aget via, quam ad veritatem certiſſimam ducere arbitrabamur? In Grammaticis itidem, & in Rethoricis, ut minora quoque attingamus, qui titulis acquieſcet omnibus, fallacias hauriet quamplures: hinc verba videas tamquam Latina, & priſca a Lexicis etiam quandoque recenſita, quæ Romana frui civitate minime poſſunt, quippe qua iniquis tabulis, hoc eſt, captione Inſcriptionis fide adſcita. Succurrit de Franciſco Pola J. C. Veronenſi, qui cum Inſcriptionum eleganter pangendarum eximius artifex haberetur, plures pro re nata lucubravit, quæ in civitate noſtra inſignibus locis etiamnum viſuntur. Cum quædam ſpeciatim

ciatim circumferretur a celebri Poeta, familia ólim Veronenſi, Baptiſta Guarinio inter Academicos Philarmonicos adſcripto, tamquam ineptis floſculis reſperſa, & priſca gravitate recedens, notata eſt. Cenſuram repulit J. C. noſter vernaculo Dialogo *Epitaphium* inſcripto: & quidni triumphaſſe ſibi viſus ſit, cum a conſimilibus Epigrammatis Gruterianis eas ſententias, & formulas pene decerptas oſtenderit? at labanti parieti incumbebat; a novitiis ſiquidem titulis vetuſtatis perſonam gerentibus deceptus fuerat. Cum ergo *primus Sapientiæ gradus ſit falſa intelligere*, (*a*) ab hac tractatione exordiemur, animadverſiones congerendo, quibus in lubrico hoc negotio uti poſſimus, & maxima probabilitate judicium ferre. Cum autem duplicis generis indicia enumeranda ſint, altera *practica*, ut vocant, & ab ipſa monumentorum inſpectione petita, interiora altera, & ab iis, quæ continentur, deſumpta, initium ab illis utpote primum occurentibus capiemus.

I. Puræ putæ antiquitatis indubitatum ferme argumentum eſt, cum Inſcriptiones in æneis tabulis inciſæ repræſentantur. In deſuetudinem abiit, poſtquam res Romana labefactata concidit, artificium illud in cupreis laminis perſcribendi aptiſſima literarum figuratione, latoque & profundo veſtigio. Hujus ſcriptionis inſtrumentum deſignari ſuſpicor, ubi Vitellii patruum, ut mortem ſibi conſciſceret, *Scalpro librario* venas ſibi incidiſſe, tradit Suetonius (*b*): illud enim, quo ceratas tabellas, vel pugillares exarabant, Stylus (*c*) dici ſolebat. Leges, & Acta præſertim publica ſic exarari conſueviſſe, & ſic exarata cuſtodiri, cum pauculæ, quæ ſuperſunt, reliquiæ nos docent, tum Scriptores ſæpius; præcipueque is Suetonii locus, ubi Veſpaſianus *arearum tabularum tria millia*, quæ in Capitolio deflagraverant, reſtituens, *inſtrumentum Imperii pulcherrimum, ac vetuſtiſſimum confeciſſe* dicitur, *quo continebantur pene ab exordio Urbis Senatuſconſulta, Plebiſcita* de Societate, & *fœdere, ac privilegio cuicumque conceſſis*. Aliquando in una, & ampla lamina documentum omne ante oculos proponebatur, aliquando pluribus, & exiguis veluti libellus quidam conficiebatur: Honeſtæ militum miſſiones, quarum binas e vetuſtatis naufragio emerſas, & feliciter ſuperſtites Florentiæ vidi, duabus æreis tabellis utrimque inſcriptis, item ligamine conjunctis, ac in libri morem complicatis tradebantur (*). His certe temporibus ægerrime, vel nullo modo hujuſmodi monumenta ita ſimulari poſſent, ut dolus ſe primo intuitu non proderet. Unam quidem, & alteram in Inſcriptionum collectionibus, videas, ut apud Scardeonium (*d*) & Gruterum (*e*) eſt, falſi damnandas, quæ tamen tamquam ab æneis tabulis decerptæ afferuntur; at nullus dubites, ab aliis editores deceptos, nugaſque illas metallicas numquam, ſed chartaceas tantum fuiſſe. Mihi profecto ex Inſcriptionibus, quas in ea materia Romæ, Florentiæ, Venetiis, Veronæ huculque cernere licuit, quaſve gemmis quibuſlibet anteponendas cenſeo, nulla umquam fuit, quæ vel minimam ſuſpicionem ingereret. Injuria ergo fecere,

(*a*) Lactant.

(*b*) Suet. cap. 2. in Vitel.

(*c*) *Stylus* igitur erat inſtrumentum ſcriptorium ex ferro, vel ex ære, aut etiam ex oſſe, quo in ceratis tabellis ſcribebant veteres, ab una parte acuminatum ad literas efformandas, ab altera vero obtuſum & planum ad delendum, & ceram rurſus complanandam; appellatur etiam *graphium*. Unde canit Ovid. Metamorph. Lib. IX. v. 520. & ſeqq.

Et meditata manu componit verba trementi.
Dextra tenet ferrum: vacuam tenet altera ceram.
Incipit, & dubitat; ſcribit, damnatque tabellas:
Et notat, & delet: mutat, culpatque, probatque:
Inque vicem ſumtas ponit, poſitaſque reſumit.
Quid velit, ignorat: quidquid factura videtur,
Diſplicet: in vultu eſt audacia miſta pudori.
Scripta ſoror fuerat: viſum eſt delere ſororem,
Verbaque correctis incidere talia ceris.

Horat. I. Serm. Satyr. X.

Sæpe ſtylum vertas, iterum, quæ digna legi ſint,
Scripturus . . . .

Sympoſius in ænig. de Stylo:

De ſummo planus, ſed non ego planus in imo:
Verſor utrimque manu, diverſo & munere fungor:
Altera pars revocat, quidquid pars altera fecit.

Styli ferrei meminit Job. cap. XIX. 24. *Quis mihi det, ut exarentur ſermones mei in libro ſtylo ferreo &c.* At etiam ex ære, & oſſe efformabantur, ut ſupra diximus, & ex Barthio diſcimus Adverſ. Lib. IV. cap. 21. *Veteres, cum calamorum uſus non eſſet, ſcribere ſolebant oſſibus præparatis, iiſque etiam uſi vice ſtylorum.* Varo apud Caniſium: *oſſe ſcribebant.* Et Titinius: *Velim ego oſſe arare campum cereum.* Hujuſmodi *graphiis*, ſeu *ſtylis*, qui a Plinio adpellantur *Cultelli Scriptorii*, ad feriendum utebantur antiqui. Suet. in Cæſ. cap. 82. *Caſſii brachium graphio trajecit.* Prudent. Περὶ Στεφάνων Hymn. in S. Caſſian.

Innumeri circum pueri, miſerabile viſu,
Confoſſa parvis membra figebant ſtylis,
Unde pugillares ſoliti percurrere ceras.

De his inſtrumentis Scriptoriis fuſius egi in Libro, qui inſcribitur: *De' Dittici degli Antichi Profani e Sacri* edit. Lucæ 1753. *in* 4. cum fig.

(*) Has Honeſtas militum miſſiones ad fidem archetypi vulgavit Cl. N. A. anno 1727. *Hiſt. Diplomatica*; iterum in Muſ. Veronenſi pag. XCVII. & ſeqq. ubi inquit „ Præclarum monumentum Florentiæ ante quinque annos exſcripſeram „ ex Abb. Andreinii Muſeo. Accidit poſt annos duos, ut „ eamdem Honeſtam Miſſionem, iiſdem a Galba militibus, & conſimilibus æneis tabulis datam ex Urbe æterna L. Venetorum aureorum pretio mihi mitteretur, „ quam in Academiæ noſtræ veſtibulo ſtatim publicavi. „ Indubia utraque & ſincera vetuſtate pollent. Nec mirum bina reperiri ejuſdem miſſionis authographa; cum „ enim de more VII. fuerit militibus conceſſa, credibile „ eſt, plures ex ipſis penes ſe honorificum diploma ſervare voluiſſe. Edidit hanc eodem anno Cl. Gorius, „ & iterum Cl. Muratorius; ſed liceat dicere, qui æs „ originale non vident, non aliter poſſe harum Inſcriptionum diverſam a monumentis omnibus formam intelligere, niſi eodem modo, & eadem facie exhibeantur, „ quo conſtructa ſunt. Id ego curavi tunc ut fieret, quamvis libri compactores, duarum paginarum cæteris multo minorum rationem non intelligentes, conſilium „ meum ut plurimum fruſtrati ſint. Binæ ſunt æneæ „ laminæ . . . . æneo filo forulos circumplicante, conjunctæ, ita ut libellus videatur emergere paginarum „ duarum. Liber *ſcriptus intus & foris*, & tabulæ ſcriptæ *ex utraque parte*, ſi ſacra ea verba memorare hic „ liceat (Ezech. XXXII. 5 Apoc. I. 6. Exod. II. 9.) Diptychorum videtur ab horum monumentorum deſumptum „ fuiſſe quodammodo exemplum „ Aliaque ad illuſtrationem hujus eximii Κειμηλίου videſis in Muſ. Veron. loco, de quo ſupra diximus.

(*d*) Scard. Hiſt. Pat.

(*e*) Gruter. pag. CCCCXCIX. n. 12.

cere, qui monumentum illud præclariſſimum Capitolinum, legis Regiæ nomine agnitum, cui paucæ admodum ex tota antiquitate reliquiæ comparari poſſunt, inſimularent falſi: vindicavit Gravina, Fabretti & Blanchinii calculis poſt diligentem tabulæ inſpectionem adjectis, in Libro de Origine Juris primo. Qui tam eximii decreti fragmentum ingens, quo traditam a Senatu Auguſto, Tiberio, Claudio, & Veſpaſiano ſummam in Republica ex pluribus, & potentioribus Magiſtratibus collectam poteſtatem unicè docemur, in ampla æris tabula inciſum ſpectari audiet, is profecto, & ſine oculari inſpectione de ejuſdem vetuſtate, & fide haud omnino temere pronunciare poterat. Nec abſimile judicium ferendum eſt, ubi alia lingua æneæ Inſcriptiones occurrant. Græca Reipublicæ Syracuſanæ decreta duo metallicis laminis exarata in Muſeo Maffejano Romæ olim oſtendebantur, ut e Grutero (*a*) diſcimus; quorum illud de Nymphodoro ſervari etiamnum Parmæ in Principali Bibliotheca ab amico Viro, qui tria priora verba tranſmiſit, nuper accepi: quamvis autem ipſe id non viderim, de perrari ac præſtantiſſimi cimelii ſinceritatè minime ambigo. Quid dicemus de Etruſcis, nulli forte ubique terrarum ſuperſtiti monumento vetuſtate, & præſtantia concedentibus tabulis, quæ Eugubii ſeptem multa ſcriptura refertæ ad hanc diem ſuperſunt, quarum duæ Etruſcorum quidem, ſive Umbrorum lingua, ſed Latinis litteris inciſæ ſunt, opiſtographæ autem præter unam ſingulæ? Toto cœlo aberrant, qui apocryphas ſuſpicantur. Fruſtra a multis tamdiu exoptatæ, eadem omnino facie, ipſiſſimaque litterarum forma edentur tandem propediem in præclara Etruſcarum Antiquitatum collectione, quæ Florentiæ adornatur, præſide, & duce Philippo Bonarrotio Senatorii ordinis viro, & Antiquariorum hujus ævi facile principe (*).

II. Ad lapidearum vero Inſcriptionum explorandam fidem, marmoris genus, faciem coloremque inſpiciamus, oportet; nam & marmoribus longa ſeculorum ſerie quiddam adjici ſolet, quod eruditis oculis aliquoties indicio ſit. Obſervanda inſcripti marmoris figura & modus; ſuus enim ut plurimum uſus erat regionibus ſingulis, qui, ubicumque multa reperiantur, non aliunde advecta monumenta, intelligitur ſtatim. Tutior dabitur conjecturæ locus, ubi parerga, & anaglyptica comitantur opera, vel imagines ſint, vel ſculptoria ornamenta, atque artificum ſive myſteria, ſive luſus: veterum enim in his rebus morem, & cælaturas ſcimus: cavendum tamen, ne cælaturæ antiqui cujuſdam lapidis exemplo adamuſſim effictæ nos quandoque decipiant; cum enim multo ab hinc tempore elaborata ut plurimum ejuſmodi mendacia fuerint, obſcuro aſpectu, & concretione quadam ex diuturnitate, pluvia, pulvere, ventiſque adjecta fallere perquam facile poſſunt. Inter veritatis argumenta, id præcipue computo, cum ingentibus lapidibus inſculptæ occurrunt epigraphæ, animadverti ſcilicet, noluiſſe ut plurimum epigrammatum adulteratores multo impendio nænias ſuas proferre: difficilius etiam, ubi multæ molis ſaxa fuiſſent incidenda clam, & in abdito opus peragi potuiſſet: eapropter ſumptuoſas arcas & magnas iſtas, quadrataſque baſes priſcas, & genuinas deprehendi fere ſemper. De Inſcriptionibus in Templorum, Arcuum, & veterum quorumcumque ædificiorum fronte perampla littera præfixis loqui non attinet, cum earum auctoritatem & fidem, quiſquis ſano ingenio fruitur, profecto agnoſcat. Ex adverſo exiles tabulæ ſuſpicione multoties non carent, niſi ex iis titulis ſint, qui in ſubterraneis Romanorum monumentis apud ollas cinerarias figi ſolebant: nam honorariæ, exempli gratia, Inſcriptiones, vel in ſtatuarum baſibus exarabantur, vel in Foris, Baſilicis, aliiſque celeberrimis locis ſtatuebantur, quo conſtat, minutis characteribus, arctoque lapillo eas proponere, minime congruum fuiſſe. Diſplicent etiam quandoque mihi ampliores lapideæ tabulæ, ſed graciles, & in laminarum morem extenſæ; ſtandum enim erat, & conſiſtendum ut plurimum veteribus iis monumentis; quapropter craſſitudine pollebant, & veluti ſtylobate quodam, & corona, aliiſque ad ſummitatem ornamentis in ædificioli ſpeciem haud infrequenter decorabantur. Hinc eſt, quod cum ea muris infigimus, indicia etiam aliqui quandoque occulimus, ex circumſpiciendi facultate ſublata plenioris conſiderationis facultatem adimimus, quod mihi collectionem meam ita dedicanti in mentem veniebat non ſemel; at nullus alius modus eſt, quo conſervare, & a variis vicibus, atque injuriis hæc tutari cimelia poſſimus. Ab illis quoque, etiamſi ceteroquin aſpectu probo, interdum cavendum, quæ in fruſta ita olim comminuta vidimus fuiſſe, ac deinde connexa, ut nihil perierit tamen, nihilque deſit; fuere ſiquidem qui ad vetuſtatem ſimulandam marmora artificioſè confregerint, deinde elaborarint, atque inſcripſerint. In ſuſpicionem item adduci ſoleo, cum in viridario, vel nitenti atrio, aut nobili alio loco binas video Inſcriptiones magnitudine, conformatione, parergis affabre perſimiles; nam unam ſaltem ex iis, loci ornandi gratia, atque ut ſibi invicem reſponderent, confictam & fabrefactam, vehementer, nec ſine experientia duce, pertimeſco.

Quid dicendum ubi priſcorum lapidum collectiones pulchre, ornateque collocatæ, & pictoria quadam concinnitate diſpoſitæ, atque infixæ niteant? Mirum profecto erit, ni recentia quædam, & ſimulata, ut loculi complerentur omnes, atque ut partes ſibi venuſte reſponderent ſingulæ, cum vetuſtis fuerint admixta. Animadverſionem addam ex multa lapidum perquiſitione mihi ſubortam: cum inter multas aliquam deprehendis epigraphem indubie commentitiam, & quam

(*a*) Gruter. pag. cccc. n 8.

(*) Jampridem editæ fuerunt. Vid. Dempſterum Etruria Regal. Tom. I. pag. 91. edit. Florentiæ 1723., Grut. pag. CXLII. & Muſeum Etruſcum. Ipſarum mentionem faciunt plures Scriptores. Confer Antonium Concioli *Diſſertazione ostica di Gubbio prefiſſa alle ſue Annotazioni allo Statuto di queſta Città*, Saggi di Diſſertazioni dell' Academia Etruſca &c. Tom. II. pag. 33. e ſeqq. in Roma 1742., & ipſum Maffejum *Oſſerv.* Lett. T. III. & V. pag. 330.

& quam decipiendi animo excogitatam agnoſcas, reliquas attentius excute; ſæpius enim accidit, ut ejus farinæ lapides gregatim jaceant, & non unum tantum, ſed plura, ubi recepti ſunt, artis ſuæ veſtigia falſarii reliquerint.

III. Ad ſcripturæ obſervationem, atque judicium literarum tranſeundum eſt, quod non adeo breviter ut ceteræ, nec tam paucis expedire potero; autumatur enim communiter, veteri ne, an noſtro ævo ſculpta quæcumque Inſcriptio fuerit, hoc argumento comperiri proculdubio poſſe, neque illud tantum, ſed qua etiam peculiariter ætate; quod ſi ita eſt, ut dicitur, nullo alio Ars Critica ſubſidio, adjumento alio nullo eget, ut ſine periculo de litteratis lapidibus judicet. Reperi inquirendo, Smetium ante alios, quod lapides ſpectat, fidenter hos canones tradidiſſe; nam in ejus Præfatione habetur, *ex ipſa literarum forma tempus, ſeu ætatem, qua quæque res ſcripta eſt, cognoſci fere poſſe:* habetur, Romanos *ante Cæſares literis uſos eſſe informibus; ab Auguſto ad Antoninos formoſiſſimis, quadratis, atque omni ex parte optime dimenſis;* docet etiam characteres cum ipſo imperio declinantes *primo obliquiores, deinde oblongiores* fuiſſe. Horum canonum fide vir clarus apud Malvaſiam in Felſineis ſex ſcripturæ claſſes in marmoribus ſtatuit, ex quibus tempora decernuntur. In Gruteriano Theſauro recentis editionis ex Gudii præcipue effatis hujuſmodi adnotationes ſubiiciuntur (a) aliquando: *Litera eſt ſecundi ævi: literis rudibus tertii ſeculi* (b)*: litera medii ævi circa, aut poſt Antoninos* (c)*: circa Commodi tempora* (d) *litera qualis erat ab Honorii ſeculo ad Juſtinianum.*

Fabrettus (e) ex forma literarum epigraphen quamdam *circa III. poſt Imperium ſeculum inciſam ſe prodere*, adnotat, quæ tamen longe modeſtior, & caſtigatior locutio eſt; at cum in epigrammata incidebat, non eadem ubique literarum conformatione exarata, ſed poſterioribus verſibus ſtrictius, & informiter inſculptis (f): *poſteriori manu*, vel *poſteriori tempore addita* fuiſſe; communi præjudicio abductus ſtatim arguebat (g). Uno verbo; nihil eſt tam univerſim receptum, & apud omnes fere inconcuſſum, quam quod ex ſcripturæ facie, & figura literarum, monumentorum ætas ejuſmodi ſtudii peritis omnino conſtet.

Liceat tamen antequam de iſtiuſmodi indicio ſtatuo, ſalva, ut par eſt, erga tot doctiſſimos viros reverentia, dicere, hanc opinionem invaluiſſe perperam, erroribuſque plurimis viam ſtraviſſe: nam quicumque e characterum forma ipſam lapidum ætatem ſtatim elucere arbitrantur, plura pro veris & certiſſimis habeant, oportet, quæ ſunt proculdubio falſiſſima; primum evenire non potuiſſe, ut nedum diverſa ætate, ſed diſſitis valde ſeculis, qui eadem Latinorum elementorum figura, eodemque artificio marmora ſculperent, invenirentur; deinde quadratarios, qui uno tempore vivunt, eadem literarum delineatione univerſos uti, ac velut uno exemplo ſcribere; inſuper quavis temporis periodo, & e variorum fere Auguſtorum ſucceſſione ſcripturam, quaſi edicto propoſito, ubique, & apud omnes immutatam; poſtremo fieri non potuiſſe, ut anteriori tempore quidam inter tot artifices reperirentur minus periti, & quædam aliquando negligentius, vel properanter ſaxa inſcriberentur; atque ut ſubſequenti, quidam florerent doctiores ceteris, multoque ſtudio, ac diligentia non numquam epigraphæ inciderentur. Illud quoque, nihil referre ad eas ſcalpturas varie inflectendas quorumdam lapidum ſcabritiem, aut fragilitatem, nihil areæ anguſtiam, aut amplitudinem, nihil quod in urbibus, aut in pagis, ex ruſticis locis elaborarentur, nihil quod privati eſſent tituli, vel publico nomine propoſitæ Inſcriptiones, quarum tamen orthographia quoque caſtigatior eſſe ſolet. Hæc omnia rectæ ratiocinationi adverſantur, ſed experientiæ quoque, monumentiſque adverſari, pateret quidem omnibus, ubi Inſcriptionum editores ſua ſingulas, vel ſaltem multas ſcriptionis conformatione effinxiſſent. Præſtiturus hoc erat Smetius, ipſomet profitente; nam, ut erant, exſcripſerat; at ejus ſchedæ, antequam ederentur, miſere deflagrarunt: Laudandus profecto magnopere, etiamſi fructus, qui ex ea diligentia fuiſſet perceptus, longe aliorſum, quam putabat ille, nos adduxiſſet, putabat enim, ut & alii ſolent, fore, ut tunc doceremur, Inſcriptionum ætatem e literis dignoſcere; cum contra optime ex eo fuiſſemus edocti, e literis tantum dignoſci ſæpe numero haud poſſe: nimirum ætate anteriores deformi quandoque, & inconcinna litera, poſteriores ſpecioſa, & quadrata; tempore multum diſſitas eadem pene facie, iiſdem diebus cælatas aliquando diverſiſſima: quin ſpectaremus ſæpe Inſcriptionem eamdem duplici ſcripturæ aſpectu, literarumque multiplici conformatione exaratam. Inficiabitur autem nemo, multo melius quam ex quibuſcumque typis characterum doctrinam ex ipſis marmoribus, eum, qui hujuſmodi ſtudio flagrat, hauſurum eſſe; præcipue ubi multa & varia, quorum ætas aliquo argumento conſtet, in eodem loco congeſta identidem ſpectet, atque invicem comparet. Qui Veronam forte advenerit, & ad Collectionem a me adornatam pedem ferre operæ pretium duxerit, ingentem orbicularem lapidem attente inſpiciat, quem Sex. Atilius Saranus, ut inter Ateſtinos, & Vicentinos fines, terminoſque deſignaret, collocari, atque inſcribi juſſit. Mira videbor proferre, ſi, nullam forte vetuſtiorem oſtendi hodie poſſe Latinam in lapide Inſcriptionem, dixero; id tamen ex alibi afferendis conſtabit. Eam quidem anno V. C. Capitolino DCXVIII., quo Saranus regionem Transpadanam Proconſulari imperio adminiſtravit, ante Chriſtum natum CXXXV. intelligimus poſitam: forma autem literarum ipſa eadem eſt ac ſubſecutorum temporum, nec ſcripturæ facies invenuſta, quantum patitur fuſcum duriſſimi ſaxi genus,

(a) Gruter. pag DCCCXXXIII. n. 13.
(b) Idem pag. CCCVII. n. 7.
(c) Idem pag. DCCLXXXVI. n. 5.
(d) Idem DCXIX. n. 12.
(e) Fabret. Inſcript. Antiq. cap. III. pag. 163. circa fin. 2. col.
(f) Pag. 528.
(g) Pag. 721.

genus, & ſcalptura orbicularis: corruit ergo prima regula *de informibus ante Cæſares literis*. Immanis inter ceteros lapis eſt e Dalmatia advectus, qui, cubitalibus literis concinne prorſus, & affabre effictis *Imp. Cæſar. Divi F. Aug.* verſu primo exhibentibus, oculos in ſe convertit. Qui primo conſpiciunt, ævi Auguſtei magnificentiam mirari, & elegantiam ſtatim celebrare ſolent; at patet ex iis, quæ conſequuntur, non niſi longo poſt Auguſtum ævo lapidem inſcriptum, hoc eſt, non antequam turres, quas Auguſtus ædificaverat, *vetuſtate conſumptas* T. Julius Optatus reſtituiſſet. Auguſti Tribunitiam poteſtatem XIII. agentis tabulam, quæ ibidem viſitur, cum milliari Trajani Decii lapide qui conferet, concinnius, & elegantioribus literis Decianam columnam inciſam mirabitur. Binos habemus e Regione collocatos milliares cippos, alterum quidem decora, uſitata, quadrata litera; alterum oblonga, arctata, & a majori forma recedente: plura inter utroſque effluxiſſe ſecula, ex communi præjudicata opinione quilibet illico decerneret; verumtamen ad eumdem Diocletianum utrique pertinent. Polita item ſtat columella duabus Inſcriptionibus ſibi adverſis ab utraque extremitate prædita, quarum una charactere optimo, & adamuſſim effcto; deformi altera, & diſtorto; pauculum nihilominus ab una ad alteram temporis interceſſit, cum hæc Criſpum, & Conſtantinum Juniorem nobiliſſimos Cæſares laudet; Imperatorem Auguſtum Maxentium venuſtior illa. Satis profecto colligi jam poſſe arbitror, quam fallax, & ambigua ſcripturæ conjectura ſit; dies enim me deficeret, ubi ſingula, quæ in hanc rem animadverti, proferre vellem. Evenire quidem interdum poteſt, ut, ejuſdem ætatis Inſcriptiones eſſe, e litera arguere liceat, ſed fortuita notatione; nempe cum ab eodem loco advectæ eumdem artificem ob ſingulares quoſdam ſculpendi modos produnt: quod in tribus e noſtris apparet, de quibus mox incidet mentio, & in Africanis a Falconerio editis poſt Athleticas, ac veſtibulum cimeliarchii Florentini modo decorantibus, in quibus L inſolita hac facie depingitur L. Tiberii numiſma mediæ formæ objacet mihi modo ante oculos, in quo *Trib.* POTESTATE habetur; miſceri vides Quadrata Rotundis, etiamſi inferiori ævo rotundatio affingatur, quadratura anteriori. Ita in medii ævi nummis ejuſdem, verbi gratia, Ludovici Pii quoſdam apud Blancium pulcherrimis literis videas, quoſdam peſſimis. Labentis ævi ſunt qui tabulas putent, quæ pro punctis interſerunt dictionibus recurvas lineolas, vel aliud quippiam: at ejuſmodi in Muſeo binas habemus, quarum hæc Theodoſium loquitur, Auguſtum illa. Cogitaveram, an, ſingulares ſaltem cum adſunt literarum formæ, ætatem ſuam certius loquerentur; ſed hoc quoque inane, & nullum eſſe argumentum reperi; nam ubi primum Veronæ in aliquot incidi numiſmata capite, & navi inſignita, in quibus ROMA, vel ROMA viſitur, eamdemque literæ A figurationem in vetuſtiſſima apud Fabrettum (a) lamina, & inter *Sepulcra Romana, & Etruſca* in monumento Furiorum animadverti; pro certo habui, remotiſſimum ævum ea forma ſignificari: quæ maxime roborari conjectatio videbatur, quod ad Samaritanam N accederet, & eadem prorſus eſſet, ubi lineam demas, & ab oppoſito aſpicias. Verumtamen cum Florentiam veniſſem, ubi plures titulorum ſepulcralium e Roma advectorum collectiones viſuntur, eam literam prius in mediocris vetuſtatis memoriis deprehendi, quarum unam ab Imperatoris M. Aurelii liberto poſitam acquiſivi, deinde in pluribus labentis ætatis tabulis animadverti, adeoque ſequioribus ſeculis uſitatam, ut duas iſtas ejus literæ conformationes, quas hodie adhibemus, altera cum ſcribimus manu, altera cum typis utimur, ab illa fluxiſſe cognoverim. Mirifica loqui videar iis, qui literarum ſtemma, ut ita dicam, & ſucceſſiones non ſunt ſcrutati; at quæ in aliquibus lapideis tabellis ad hunc modum effingitur A, vel A, in aliis ſic apparet A, vel A. Deinde in aliis, ut ſub icone marmorea in M. Ducis cimeliarchio, ſic A, vel A, ut in Strozziano lapide, quas formas apud Bonarrotium, quo in his rebus nemo umquam melius, in Præfationis ad Antiqua Vaſa Vitrea pag. XXI. conſpicies: utraque in antiquis codicibus occurrit ſæpiſſime; primam autem ipſiſſimam eſſe, quam ſcribentes etiamnum effingimus, ſecundam haſta, ut depreſſior fieret, inflexa a librariis primum, deinde a typographis arreptam patere arbitror. Infirmum ergo in literarum exaratione argumentum eſt ad ætatem lapidum eruendam; eoque magis, quo pugnant ſæpe in eadem Inſcriptione partim uno, partim alio Scripturæ genere depicta ejuſmodi canones.

Jam firmiter tamen in Antiquariorum pectore contraria ſedet ſententia, ut cum Fabrettus epigraphen videret, quorum duo verſus ultimi diverſis, & malis characteribus inciſi fuerant, non ab artifice laborem minuere volente, & citius ſe expedire, vel ex areæ anguſtia, & deficientis ſpatii neceſſitate eam diverſitatem ſubortam crederet, ſed quod *poſteriori tempore* pars extrema fuiſſet inſculpta (b): qua quidem imaginatione mirabilius nihil; deſinit enim ſcriptura melior C. SEPTIMI, incipit pejor O. GEMELLO, itaut uno ſeculo prænomen, & partem nominis, altero quod erat reliquum, cum cognomine ſcriptum fuiſſe, ex ea opinione conſequatur. Quid dicendum erit de illa Fratrum Arvalium tabula; in qua prima, & poſtrema pars aliquanto ruditer & inconcinne, media autem affabre, & pulchre ſignata viſitur? medium ne antiqua manu, poſteriora, & anteriora quoque, recenti inciſa? minime quidem gentium; ſed cum inter Acta ejus Collegii, ſeu peracta ab eo Sacrificia, & vota nuncupata, diverſum quiddam, & Fratribus maxime jucundum de acceptis publice in Amphitheatro lo-

(a) Fabrett. cap. I. pag. 27. & 28. n. LV. & LVI.

(b) Fabrett. cap. X. pag. 721. n. CCCCXXIV. cap. III. pag. 150. n. CCIV.

cis inſerendum, & lapideæ tabulæ mandandum veniret, majori charactere, & quod conſequi ſolet, politiori, & quadrato, marmorarius inſculpſit. Alterius ex iis tabulis quod aliquanto deformior ſcriptura ſit, inde factum conjecit perdoctus olim, & ſuavi mihi amicitia junctus Philippus a Turre (*a*), quod *ſcribendi modus centum annorum ſpatio aliquantulum deflnxiſſet*. At præterquam quod ea monumenta, etiamſi diverſorum temporum acta continentia, eodem tamen tempore in iis tabulis redacta fuiſſe, & collecta, pluribus indiciis vehementer ſuſpicor; ex Conſulum nominibus, quæ illi ipſi tabulæ quadratis, pulchriſque omnino literis præponuntur, diſci facile poterat, meliorem ſcriptionem iis temporibus minime obſoletam, & eadem norma, libuiſſet modo, effigiare cetera artificem potuiſſe. Accentus ipſos, ſive apices dicamus, in lapidibus cum videris, cave labentis ævi ne ſtatim judices; in pluribus enim Auguſtei ævi monumentis eos oſtendit Fabrettus. Telephi Seviri epitaphium Muſeum noſtrum eleganti tetraſtico nobilitat, in quo tranſverſæ ejuſmodi lineolæ ſpectantur.

Ne tamen præſtigiis, vel faſcino quodam doctiſſimos viros detentos putemus, ut in re tam manifeſta perpetuo cæcutirent, Fabretto ipſi, quo nemo umquam plures, vel ſæpius veteres lapides inſpexerit, quamvis, ut vidimus, a communi præjudicio ceteroquin abrepto, veritatem tamen hanc aliquando illuxiſſe oſtendam: nam *pag.* 363. ad ætatem Claudii Cæſaris Inſcriptionem revocat, *quamvis corrupta literarum forma Sæculum inferius arguat;* certiſſimo quidem argumento, cum a Claudii liberto monumentum ſit poſitum: ſubjungit autem: *hinc itaque potius colligemus, incertum & fallax eſſe probationis genus, ex characterum conformatione tempora diſtinguere:* advertitque, eam Claudiani ævi tabulam mala litera ſignari, optima vero in Ponte Ceſtio illam ſub Valentiniano, & Gratiano exaratam. Eodem loco diphthongi AI uſum Claudiana tempora ſubindicare, Fabrettus tradit: at plures in Muſeo noſtro Lapides ab ætate Claudii diſſitos videas, eam diphthongum, in Veronenſibus titulis frequentem, prætereuntes. Unus eſt, in quo CASSIAI Q. F. MAXIMAI, deinde SECVNDAE AVIAE legitur: Disjunctiſne temporibus & hunc unum lapidem adſignabimus? Colligi poteſt, Eduardi Bernardi Latinum Alphabetum anno ante Chriſtum DCCXIV. uſitatum, tum Chriſti I. & CCCVI. & CD., apud Spanhemium depingentis, quam ſomnialia ſint, ut & ſimilia aliorum compluriurn documenta. Poſt hæc autem omnia a me in hanc rem allata non deerunt, qui Inſcriptionum Seculum e literis nullo modo dignoſci poſſe fateantur quidem, autument tamen, quod in re Critica caput eſt, num ad vetuſtum generatim ſpectent, vel ad novitium ævum, eo indicio probe diſcerni. At quam in lubrico ea ipſa conjectatio verſetur, ſatis, opere procedente, patebit: plurimas enim ſimulatas agnoſcamus epigraphas, de quarum ſcriptura nemo hactenus dubitavit, quin antiqua eſſet, utpote diligenti priſcorum lapidum imitatione repræſentata. In Gruterianis adnotationibus *litera ævi Trajani* Julii Fauſti monumentum inſculptum dicitur, quod recens & fictitium eſſe (*b*); item *litera circa Antoninos* Sempronii Firmi titulus (*c*), quem a nupero, & mendaci ſcalpro profectum, ſuo loco oſtendemus. Qui acriter pugnant, ut audivi plurimos, lapidum ætatem e Scriptura patere, id minime cogitarunt, ſi ita eſſet, literatos viros a commentitiis, hoc eſt, novitiis lapidibus numquam potuiſſe falli; quod tamen ſæpiſſime contigiſſe, nemo ſanus inficias iverit. Nihil tamen in hoc negotio præſtitimus, niſi & errorem alium univerſim pariter receptum conemur diſpellere, quo putatur communiter, uſque eo characterem nos provehere, ut ejus ductu, num a Romanis, vel a Gothis, vel a Longobardis, aut quibus ex iſtis Italiam tenentibus inſcripti lapides fuerint, dijudicare poſſimus: exiſtimantur enim ſuas literas, & peculiarem cum in codicibus, tum in marmoribus ſcribendi modum exteræ nationes habuiſſe: quapropter Smetius (*d*), declinante Imperio Romanorum, lapidum ſcripturam *literis Gothicis quam ſimillimam factam* eſſe ait, & Mabillonius (*e*), Apoſtolorum nomina, quæ Ravennæ vidit, *vetuſtis literis Gothicis inſculpta:* ſunt etiam qui inferiorum temporum Gothicam ſcripturam agnoſcant, initio docti, recentiſque voluminis lapis quidam *in Gothicam ſeculi duodecimi ſcripturam inclinare* dicitur (*f*). Cum ad tres conſequenter Inſcriptiones in Theſauro Gruteriano adpoſitum eſſet, *literis incompoſitis & rudibus*, emendavit Gudius (*g*), *imo Longobardicis*. Reineſius (*h*) in Florentina Lindebrogii OLYPVS reficit in *Olympus*, vel *Alypus;* optime: Olypus enim Græcum nomen haud ſonat, & vere OLYMPVS præfert lapis in ornatiſſimo Marchionis Ricardii atrio: at cum ſubdit, *A & O in ſcriptura Longobardica prorſus eaſdem figurari*, dupliciter aberrat; nam in iis, quos Longobardicos putat, ſcribendi modis, *a* & *o* minime aſſimilantur, ſed crebro *a*, & *u*. Fabrettus (*i*) de Nepeſino marmore, *character iſtius Inſcriptionis Longobardicus eſt:* quæ quidem magnopere Artem Criticam juvaret cognitio, temporiſque, & gentis diſtinctio, modo legitima eſſet, ac ſolido fundamento nixa; veruntamen nihil inanius eſſe, levi negotio me aliquando patefacturum ſpero. (Bibliothecam modo Veronenſem manuſcriptam reſumere, ac perficere mihi aliquando liceat:) Gothicaſque & Longobardas literas pro Sphingibus habendas in hominum tantummodo ingenio

(*a*) Mon. Vet. Antiq. pag. 384.
(*b*) Gruter. pag. MCLVI n. 1.
(*c*) Idem pag. DCCLXXVII. n. 5.
(*d*) Smet. in Præfatione.
(*e*) Mabillon. Itiner. Italic. pag. 40.
(*f*) *Marmi Eruditi* Part. II.
(*g*) Gruter. pag. MXC. n. 14. 15. 16.
(*h*) Reineſ. Claſſ. XI. pag. 622. n. XXXVIII.
(*i*) Fabret. cap. II. pag. 111. in not. ad Inſcript. ſub n. 275. col. 1. prope fin.

nio natis, & cum Hippocentauris computandas. In præſentia, quæ ad codices, & manuſcripta documenta pertinent, prætermittamus, de lapidum exaratione, quod hujus præciſe argumenti eſt, pauca perſequentes.

Mirifica profecto videtur mihi, quæ de Barbarorum temporibus infixa eſt omnibus, imaginatio; non enim ſcripta tantum, ſed quæcumque prorſus poſt eorum invaſionem conſtructa, & elaborata ſuperſint monumenta, ſive murorum reliquiæ ſint, ſive ædificia varia, ſive ſcalptoriæ, aut ſuſoriæ artis opera, ad Gothos, vel ad Longobardos referre ſtatim ſolemus: quæ non aliter conſtare ſententia poteſt, quam ſi Italos omnes ſub ipſum Barbarorum adventum, velut conſpecta Gorgone, diriguiſſe velimus, aut manus ſaltem univerſis exaruiſſe; ita ut quæcumque in poſterum in Italia confecta ſunt, non ab infinitis pene indigenis ut antea præſtita, ſed ab aliquot illis advenarum millibus intelligamus. Ego vero ab hac opinione tam longe abſum, ut nedum omnia. Sed nulla omnino elegantiorum artium opera ab invaſoribus illis confecta putem: non enim librarii, non ſculptores, non architecti nobis advenerunt, ſed errones, prædones, armigeri, & qui præter artificia quotidiano victui, ac veſtitui, bellique uſibus neceſſaria, illam unice doctrinam profiterentur, *omnia fortium virorum eſſe* (a). Animadverti non ſemel, & in ſequiorum ætatum monumentis, ubi opificum nomina forte appareant, non Gothica legi, vel Longobardica, ſed Latina. Binas in Muſeum Veronenſe Inſcriptiones intuli de ædificato in S. Georgii Templo apud Aruſnates *Ciborio*, ſeculo octavo ſub *Lioprando Rege*. Ibi *Gaſtaldius* quidem *Reſol* eſt, & unus e Presbyteris *Tancol*, ſed artifices *Urſus mageſter cum diſcepolis ſuis Juvintino & Juviano*. Non eſt ergo, cur ad earum nationum, vel quæ iis ſucceſſere Francicæ, & Alamannicæ, ſolertiam in fabricando commendandam tam multi convertantur, cum veterum quarumdam ſequioris ævi Baſilicarum muros inſpiciunt tam firmiter, tam magnifice, tam ſcite & affabre compactos, atque compoſitos: nullæ enim in iis rebus externis hominibus partes fuerunt, & antiquam in ædificando ſoliditatem, atque in coagmentando elegantiam, quamvis ornatu amiſſo, & architectonicis rationibus corruptis, diutiſſime, & uſque ad propiora ſecula Itali retinuerunt. Nullas vero reperiri poſſe in marmoribus Gothicas literas, aut Longobardicas, id ſtatim evincit, quod artem hanc ſculpendorum marmorum, & Inſcriptionum pangendarum uſum gentes iſtæ minime habuerint: nulla etenim viſa uſquam eſt iis linguis propoſita Inſcriptio, & peculiaris Græcorum, & Romanorum is ſemper mos fuit. Quid autem de iis copiis dicendum, quæ in Italiam irruperunt? exercitus hominum, qui ſedes mutarent pluries, & qua data porta, vi & armis omnia ſibi comparantes, ruebant, iis ne lapidea inſcribendi monumenta curam adhæſiſſe, & civilia hæc, ac pacifica ſtudia perdiſcendi? Satis autem conſtat, nullos lapides ab iis, qui primo advenerunt, inſcriptos, cum ne verbum quidem unum Gothicum, vel Longobardicum in lapidibus noſtris deprehenſum umquam ſit: neque enim Latinam tam cito linguam edidiciſſe, neque eos alienam pro ſua perpetuo in monumentis adhibituros fuiſſe, quiſquam credet.

Reſponderi mihi ſolet, credibile quidem non eſſe, ab iis ipſis, qui primo huc contenderunt, militibus Inſcriptiones ullas exaratas; verum ab eorum filiis, nepotibuſque, quibus jam lingua noſtra, & artes communes erant: quod ſi ita eſt, ego jam cauſam obtinui: nam qui in hoc ſolo nati, & alti Longobardi, & Gothi literas noſtras effingere, & ſcalpro incidere ab Italicis magiſtris didiciſſent, nihil profecto, quod mere Italicum non eſſet, in hoc artificio haurire, & repræſentare potuerunt. Illa removenda eſt, & diſcutienda difficultas, quæ hunc errorem unice invexit, & propagavit; Inſcriptionum ſcilicet deteriorum temporum deformitas, & a priſca concinnitate diſcrepantia: cum enim multorum veterum opificiorum pulchritudo, & elegantia nobiliſſima nobis ſpecie obverſetur, cumque Romani nominis amplitudo & majeſtas maxima quadam opinione nos obruat, fieri pene non poteſt, ut, cum informes literas, impolitamque ac turpem ſcalpturam videmus, eam infamiam quaſi a Romanis removentes, in Barbaros, quos ſequioribus ſeculis Italiam occupaſſe ſcimus, ſtatim non derivemus. Fallimur tamen prorſus, & a præconcepta phantaſiæ noſtræ repræſentatione decipimur: nihil enim facilius, quam in eadem gente artes corrumpi, & volventibus annis, noviſque ingruentibus rebus, ipſaque etiam humanæ conditionis quadam viciſſitudine, aut miſere labi, aut prorſus exoleſcere. Eadem eſt de Architectura ratio; nam, cum medii ævi columnas cernimus ſymmetria nulla, & ridicula altitudinis, craſſitudiniſque comparatione, monſtroſa item capitula, nugiſque miris referta, Gothicæ, & barbaricæ architecturæ portenta dicimus; etiamſi nihil prorſus in eam rem de ſuo conferre Barbari potuerint, quibus magnifica illa ædificiorum ornamenta minime comperta eſſent, eaque elaborare nec recte ſcirent, nec prave. Multum autem ante externorum dominatum rationes architectonicas, & ſculptoriam artem cum ceteris melioribus jacuiſſe proſtratas, quarti, & quinti ſeculi, quæ ſuperſunt, fabricarum reliquiæ, vel iconum marmorearum, & numiſmata præcipue inferioris ævi ſatis teſtantur; imo vero ante Conſtantinum magnopere jam inclinatas nemo eſt qui ignoret, cujus quidem corruptionis prima, & præcipua cauſa novitatis amor fuit, & inventionis affectatio; tædium ſiquidem artifices cepit, volutas ſemper, & cauliculos, & folia, & triglyphos, & guttas eadem facie, eademque commenſuratione effingendi; quamobrem Doricis, Jonicis, Corinthiiſque rationibus ablegatis, cum ſuo quiſque ingenio indulgere cœpiſſet, nullaque norma quotidie nova proferre,

ferre,

(a) Liv. Lib. v.

ſtire, factum eſt, ut, Seculis procedentibus, in ea demum deliria prolaberentur. Hinc eſt, quod ſi quinquaginta videas in medii ævi fabrica columnas, totidem ut plurimum videbis capitulorum conſtructiones diverſas, & diverſimode figuratas; in ea enim varietate, ac multiplici inventione artis laudem collocabant: quæ profecto ipſiſſima ratio eſt, cur noſtro, & patrum ævo Architectura apud plurimos iterum conciderit, nimirum imitationis ſatietate correpti artifices, & naturæ quodammodo, ac veteris artis operum pertæſi, arbitrio ſuo rurſus quidlibet permiſerunt, rectiſque lineis omnino proſcriptis, ita diſtorta, incurva, implexa, undulata effingere non dubitant omnia, ut vel in magnificas ſcalas incidere accidat, quas conſulto, & dedita opera, ut præcipites agamur in caput, elaboratas putes.

Rem noſtram proſequentes, ut ceteras, ita & artem literas cælandi in marmore, etiam ſine ulla alienæ, extraneæque ſcripturæ admixtione, apud Latinos homines depravatam aliquando eſſe, ambigi non poteſt: ſicut & apud Græcos accidit, cum in Provinciis, tum in ipſa Imperii Metropoli, quamvis eo loco nullæ barbaræ nationes inſederint. Nec inficior quidem, inſcribendi lapides depravationem auxiſſe Barbaros, verum non quod ex eorum literis, quas, in lapidibus ſaltem, exarabant nullas, quicquam arriperent artifices noſtri, ſed primum quod libertate, imperio, dignitatibus ereptis, Inſcriptionum occaſio, & priſtina ejus artis exercendæ frequentia hominibus noſtris adimerentur; deinde quod terrore undequaque effuſo, ſtudia & artes id temporis maxime haberentur infeſtæ. Cæterum nihil in monumenta noſtra ex barbarica ſcriptura translatum, id etiam probat, quod ſequioris ætatis ruditer inciſas Inſcriptiones ipſa ut plurimum Roma dederit, ubi minus quam in regionibus aliis Barbari conſederant: innumeræ ejuſmodi e Romanis certe cœmeteriis ſunt erutæ; ita ut Chriſtianorum potius, quam externarum rudis, atque informis literarum ſcalptura indicium præbeat; nimirum eas artes averſabatur Chriſtiana religio tam fidas, & diutinas Idololatriæ, & intemperantiæ comites, & adminiſtras. Animadverti pariter velim, poſteriorum lapidum ſcripturam non ita ab optima diverſam eſſe, ut in unum quoddam, vel in duo determinata, & ſibi conſtantia ſcribendi genera propendeat, quæ propterea Gothorum fuiſſe, aut Longobardorum credi poſſint; ſed ita depravata, ut ubique diverſo aſpectu prodeat, & quot ſunt deformiores ceteris tituli, tot ſæpe appareant literas figurandi, & exhibendi epigraphas modi. Ex eo fit, ut eorumdem lapidum ſcripturam variis nominibus appellari audiamus: quam Scardeonius Longobardicam dixerat, Muratorius in præclara *Antiquitatum Eſtenſium* Collectione Gothicam vocat; ubi tamen viro doctiſſimo hæ ſuboluiſſe errationes videntur; addit enim (*a*), *ut cum vulgo loquar*.

Verumtamen quid operam perdo varia argumenta congerens, cum in re tam manifeſta unum illud ſatis ſuperque ſit meminiſſe; diſtortiones illas elementorum, & ſcriptionis turpitudinem, quæ barbaris nominibus indigitari ſolent, in multis lapidibus ante Barbarorum dominatum inciſis ſpectari? quam plures ſunt ante ſextum ſeculum inſcripti ex iis, quos Boſius, Aringhius congeſſere, id genus figurationes præſeferentes. Nulla fere eſt informium literarum, nulla diſtortæ, inæqualis, tremulæ, oblongæ, confuſæ, connexæ ſcripturæ facies, cujus ſpecimen vel in milliari cippo, vel in funereis Paganorum tabellis aliquando non viderim. Qui Muſeum Veronenſe ingredietur, Sexti Vinii Damæ, & Aurelii Epicteti Auguſtorum liberti titulos, item Imperatorum Conſtantini & Magni Maximi cum Flavio Victore cippos præſertim obſervet, precor. Illas ipſas literas, quas, ut antea vidimus, (*b*) ſpeciatim Longobardicas Gudius docet, erit ne qui Longobardorum temporibus adſignet, cum Sex. Ælii Tertii, & Sexti Ælii Victoris Quæſtorii ſcribæ, & L. Ælii Perpetui legatione functi memoriam contineant? Ex Barbarorum ſcriptura derivati præcipue putantur in marmora literarum nexus, & compendia; verum præter Septimii Severi, quæ apud Gruterum (*c*) eſt, priſcaſque Inſcriptiones alias, tres in Muſeo pulcherrimos lapides dedicavi paucis ab hinc annis Piſcheriæ ad Benaci fauces alte terra egeſta, erutos. Romanorum proculdubio temporibus inſcriptos, quorum qui prægrandis eſt, ex legata Collegio pecunia *roſas quotannis* ad monumentum *deduci*, *& cibos imperat poni*: literæ autem ſingulorum pulcherrimæ ſunt, ſed his perpetuo nexibus, & monogrammatis implicatæ. DDVCNTvR. PONENDM. SCvS. Sunt qui Barbaris imputent diphthongum Æ conglutinatam (*): at FORTVNÆ Antiates ſic viſuntur inſcriptæ in Gentis Ruſtiæ numiſmate. Quis præſertim a Romanis lapides non abjudicet, in quibus literæ admiſceantur a majori forma recedentes, & in aliud ſcripturæ genus declinantes? attamen in lapidibus plurimis, a Romanis multo ante Gothos exaratis, modo has, modo illas minoris formæ literas videas. Id adeo verum eſt,

(*a*) Murat. Antiquit. Eſtenſ. pag. 403.
(*b*) Gruter. pag. MXC. n. 14. 15. & 16. ſup. cit.
(*c*) Idem pag. CLXIX. n. 1.
(*) Chriſtoph. Cellarius *Orthograph. Latin. ex vetuſt. monumentis* &c pag. 16. in edit. Patav. 1724. ultimis Senenſibus emendatiori reicit diphthongum Æ nexam ab omni Antiquitate, ubi ait: *eliminanda* (eſt) *figura Æ*, *tanquam ignota antiquitati*. Sed quum eam inſpexerit in quibuſdam Romanorum numis, in quibus ÆBVTIVS, CÆCINA, CÆSIUS, CÆSAR, LÆCA, addit pag. 17. & 18. *Eſt antiqua* (illa connexio), *ſed rariſſima*, *& nummorum fere propria*, *quibus ſpatii anguſtia varias literas, non tantum Æ connectit … quæ omnia* (idest, aliarum literarum nexus) *luculente oſtendunt*, *anguſtum ſpatium in parvis nummis fuiſſe in cauſſa*, *ut literas quaſdam artifices contraherent*, *& ligarent: quod ſecus ſe in lapidibus, ac æneis tabulis habet*, *ubi omnia plerumque ſunt plene, diſtinctéque expreſſa*. At quantum a vero eat, non paucis veterum epigrammatis ex autographis fideliter exſcriptis probari poſſet, quorum nonnulla exempla proferam, in quibus nexus Æ clare apparet.

1 DOMITIVS A. F. QVIR. HIMERÆVS &c.

Pa-

eſt, ut propterea non defuerint qui demum adverterent (*a*), *aliqua celeris ſcriptionis veſtigia* cum in lapidibus deprehendi, tum in nummis (*b*); quæ tamen animadverſio minus proprie, ſi meæ ſententiæ ſtandum eſt, proponitur: ego ſiquidem a vulgato, quod hactenus obtinuit, ſiſtemate prorſus recedens tres reperio, & ſtatuo priſcæ latinorum ſcripturæ formas; Majuſculam, quæ antiquiſſima, atque, ut ita dicam, legitima; deinde Minuſculam & Properatam: quæ ex his duabus interdum in marmora irrepſit, Minuſcula forma eſt; apparet ea præſertim ſub opere Atticiani Statuarii in Muſeo Florentino: ταχυγραφία (*c*) vero in monumentis vel cælatis, vel flatis obſervari haud ſolet, ſed in notariorum actis papyro præſertim Ægyptiaca deſcriptis, & in Documentis aliis per quam vetuſtis. Id autem ſcripturæ genus pro loco, in quo iſtiuſmodi documenta reperta ſunt, vel pro varietate quadam, quæ inter celeriter ſcribentes neceſſario exoritur, modo Gothicum, modo Longobardicum, modo Saxonicum, modo Francogallicum appellatum eſt, in quæ genera, præter Romanum, antiquam ſcripturam partiti ſunt percelebres harum literarum dictatores.

Sed ut tractationem hanc aliquando claudamus, unum pro cunctis adhuc afferre liceat. Qui Inſcriptiones a Romana majeſtate & elegantia deflectentes, aliaque quam majori forma literas præferentes, Gothica, ſeu Longobardica ſcriptura exaratas, vel ſaltem infectas putat; is lapideum Gaudentiæ Titulum apud Antiſtitem Doctiſſimum Franciſcum Blanchinium popularem meum, vel ejus Typum exacte repræſentatum in Præfatione ad *Antiqua Vitrea Vaſa* intueatur. Poſt tres majori charactere verſus decem in eo verba minori omnino forma exarata inſpiciet, & adeo quidem, ut literæ *fili* in dictione *filia* (quod alibi in lapidibus non vidi) celeri ſcriptionis genere, eo ſcilicet quod peculiariter Gothicum, & Longobardum putant, efficta ſint. At is lapis Conſtantini fere tempore, Urſo & Polemio Conſulibus, inſcriptus eſt, antequam Italiam Theodoricus irrumperet, qui Gothorum regnum primus in hac Provincia fundavit, annos ultra C. & L.

Singularis etiam eſt, & quæ barbarica videri poſſit, in poſtrema parte Tabulæ Arvalis, M. Aurelio IV. Conſule, inciſæ pravitas, & deformitas. Quid pro vulgata opinione reponi poſſit, non video. Nolim autem e memoria excidat poſt exterarum etiam nationum invaſionem, & ſub earum imperio Inſcriptiones aliquando proba litera, & pulchre elaboratas, præcipue cum in grandi marmore, & publica impenſa ſculperentur. Lapidem, Theodoſio, & Honorio imperantibus, poſitum, *literis formoſis* inſcriptum eſſe monuit Gruterus (*d*). Optimas exhibet notas arca, quam Ravennæ inſpectavi, marmorea, in qua requieſcit *Seda Ignucus, & Cubicularius Regis Theodorici*, Baſilio Juniore Conſule, *depoſitus;* Inſcriptionem nondum compertam in Muſei Veronenſis Appendice proferam. Epigramma in Narſetis laudem poſt victoriam Gothicam ponti Salario adpoſitum, ſcriptura laudabili cernere eſt. Gothorum in Italia Regum probis & uſitatis characteribus occurrunt nummi. Cuniberti Longobardorum Regis epitaphium *affabre & Romanis literis* inſculptum ſpectavit Ticini Cl. Muratorius (*e*). Exaratam, *Berengario imperante*, in Muſeo noſtro epigraphen videas polito ſcribendi genere. Valeant ergo demum larvæ, & vana nomina, Gothicæ, ac Longobardæ in lapidibus literæ, quæ inani terriculamento Rempublicam literariam ad hanc uſque diem perturbarunt, & injuria doctorum hominum linguis & calamis tamdiu inſederunt: hominibuſque res ex veritate ipſa, non ex præjudicata opinione æſtimantibus, iis uti amplius nominibus haud liceat, niſi ut vulgariter ſolet, & Καταχρηστικῶς, ad inconcinna, & incon-

---

Panormi in Muſ. Salnitr. ex Lib. Antic. Iſcriz. di Palermo *Celſiſſ. Princip. Turriſmutiæ* p. 38. n. LXX.

2 IVLIAE FLORENTINÆ &c.

Ex Aldo Manut. Ortograph. Rat. pag. 231. *n.*33. *Edit. Venet.* 1566.

3 P. FLORIVS
OPTATVS
VIVS . SIBI . ET
RVFRIAE . PRIMÆ

In S. Maria Belmontis Diœceſeos Firmanæ. In Diar. Liter. qui inſcribitur: Memorie per la Storia Letter. d' Italia per l' anno 1756. nel Meſe di Maggio pag. 16.

4 IMP. ÇESARI DI
NERVÆ . FIL. NERVÆ
TRAIANO . OPTIMO &c.
Et V. 7. PATRIÆ &c.

Ex MS. Cod. Stoſchiana apud me.

5 HALICIO &c.
ET . TIOPHILMÆ . MATRI

Ex Eodem. Has duas epigraphes exſcripſit Romæ Cl. olim Baro Philip. de Stoſch, & per epiſtolam miſi ad Celſiſs. Principis Turriſmutiæ, qui eas integre edidit in Lib. cit. pag. 326. & ego iterum prodam in Supplem. Murat.

6 VALERIÆ . CRISPI
NÆ . ANIMÆ . INNOC
ENTISSIMÆ . QVÆ . VIXIT
ANN. XXXIIII. M. V. D. VII. OR. X
L. POSTVMIVS . VRSIANVS
COIVGI . FRVGALISSIMÆ &c.

Ex Hiſt. Lit. Ital. Vol VI. Lib. III. cap. 3.

7 C. CAESÆ .

In Muſ. Paſſer. Tom. II. Tab. XXXIII.

Vid. eruditiſs. adnotat. in cit. Lib. *Antic. Iſcriz. di Palermo* ad Inſcript. ſub n. LXX.

(*a*) Montfauc Palæograph. pag. 175.
(*b*) Buonarotti *Vetri Antichi* Prefaz. pag. XVI.
(*c*) V. *Ant. Vetr. Præf.* pag. XXI.
(*d*) Gruter. pag. DCLXXXVI. n. 3.
(*e*) Antiq. Eſt. pag. 73.

conſonante Claudii ætatem enuntiat, cum ab eo Latinis literis additum in ejus tantum gratiam, raro tamen, ſit adhibitum (*a*).

Inter proximiora tempora ſcribendi genus quoddam eſt, quo ſeculum XIV., vel anni contermini ſignificantur: illud eſt autem, quod, cum de Inſcriptionibus agitur, Gothicum peculiariter appellatur, & craſſioribus lineis **C** pro C, **E** pro E, **F** pro F, **T** pro T nobis repræſentat. A nomine ſuo nimis quibuſdam videbitur tempus abſcedere, quod huic ſcripturæ adſigno; at ea forma nondum contigit mihi lapidem inſpicere, qui ante inclinatum XIII. ſeculum inſcriptus fuerit. Architectura quoque pro Gothica peculiariter indigitata, pyramidatis undique, & multiplicatis ornamentis, columniſque maxime gracilibus, ad eamdem præcipue ætatem pertinet. Literam A excipio, quæ capitata, & cacumine minime acuminato præſertim in Juliæ Paullæ & Magniæ Urbicæ (*) nummis, imo & in aliquibus Veſpaſiani, & filiorum jam viſitur. Iſtiuſmodi autem ſcriptio obtinuit eo ſeculo ob novitatis, majoriſque elegantiæ cupiditatem, quæ marmorarios invaſit; nullam enim artificii laudem viſum eſt ineſſe in literis ſimpliciter, atque ut anteriores fecerant, inſculpendis: quapropter lineolis quibuſdam augere, atque, ut ſibi videbantur, exornare cœperunt, ut in lapidibus ejus generis prioribus animadverti: quæ cum magis & magis inſania excreſceret, literas brevi transformarunt, novumque ſcribendi genus in lapidibus condiderunt, quod ante XV. ſeculi medium exolevit. Alia occurrit forma ob ſummam literarum ſimilitudinem omnium aliquando difficillimam lectu, quam cum pharmacopolæ arripuerint, vaſculiſque ſuis illinere conſueverint, pharmaceuticam appellare liceat; ea in monumentis inciſa, vel muris inſcripta XV. ſeculum indicare ſolet.

IV. Jam vero ab examine, quod oculorum opera peragitur, ad illud, quod mentis ac doctrinæ ſubſidio inſtruitur, tranſeundum eſt: evenire enim poteſt, ut quamvis monumentorum inſpectio in nullam nos ſuſpicionem adduxerit, nihilominus quæ in iis leguntur, de fraude manifeſto admoneant: quin non alio ſæpiſſime diſcuſſionis genere ad Inſcriptionum fidem inveſtigandam uti datur, cum eas ut plurimum non aliter quam exſcriptas, & non alibi quam in libris, vel in ſchedis intueri facultas ſit. Quamvis autem hæc conſideratio infinite amplior anteriori ſit, & non ut illa anguſtis quibuſdam cancellis coerceatur, ſed per omnes ſtudiorum, atque eruditionis tramites late evagetur; perbrevem tamen me in ea pertractanda præſtabo: cum enim in Inſcriptionibus expendendis temporis, hominum, morum, & latinæ linguæ ratio diligenter haberi debeat; cumque Hiſtoriæ univerſæ, religionum, adminiſtrationum, locorum, rituum, doctrinarum, veterum, ac diſciplinarum notitia huc ſpectare poſſint; nolim equidem, vel quæ ad libros quoque, & ad quæcumque univerſim monumenta dijudicanda æqualiter pertinent, hic congerere, vel quæ a quam multis aliis idemtidem, & doctiſſime agitata ſunt, oſtentare. Communibus ergo documentis omiſſis, quæ Inſcriptiones peculiariter ſpectant, dabo operam, ut appareant.

Primum & ſæpe maximum falſitatis argumentum præbet vetuſtas nimia, ſeu vetuſtatis quoſdam limites excedentis ſimulatio, nimirum cum longinqua nimis, & obſcura tempora Inſcriptiones loquuntur. Latina ejuſmodi remotioris ætatis monumenta præripuere nobis tempus edax, hominum negligentia, rerum viciſſitudo. Genuinorum, quæ ad hanc diem emerſerint, antiquiſſima generatim eſſe reperio fragmenta Legum, & Senatus, Populique Romani effata a Sigonio præcipue, & Urſino ex æneis Tabulis eruta, & vulgata (*b*): illa vero ſeculum ab Urbe condita ſeptimum non antecedunt. Fruſtum Serviliæ legis (*c*), Thoriæ duo (*d*), Sententia in controverſia finium inter Veturios & Genuates lata (*e*), Lex, qua Thermeſſes majores in Piſidia liberi, & immunes facti ſunt (*f*), Senatuſconſultum in trium Græcorum gratiam, qui bene de Romanis meriti fue-

(*a*) Suet. in Claudio cap. 41.

(*) Litera A capitata viſitur etiam in rariſſimo numo ær. minimi moduli olim apud Eruditiſſ. Philip. Baron. de Stoſch, in quo IMP CARINVS AVG & caput Carini galeatum, & laureatum; P. A. MAGNIA VRBICA AVG atque caput Magniæ Urbicæ ornatum, ut in aliis ejuſdem Auguſtæ numis. Hunc numum ſingulari Epiſtola ad nobilem Academiam Hetruſcam Italice ſcripta, & edita Florentiæ 1755. illuſtravit idem Stoſchius, & litem diremit diu inter Antiquarios (1) agitatam, oſtendens hoc monumento, ad quem Auguſtum Magnia Urbica ſpectaret.

(*b*) Vide Adolph. Occon. *Numiſm. a Pompeo M. ad Heraclium* pag. 343. Auguſtæ 1601, Angelonium *Hiſt. Aug.* 197. Triſtanum *Commentair. Hiſtoriq. contenans l'Hiſtoire Generale des Empereurs* pag. 462. a Paris 1644., Carolum Patinum *Impp. Romm. Numiſm. pag.* 457. Argentinæ 1671. Franc. Mediobarbum Biragum *Impp. Romm. Numiſm.* pag. 451. Genevrier *Diſſertation. ſub Magnia Urbica* Paris 1724.

(*c*) Gruter. pag. DVI. Fragmentum ex ære apud Fulv. Urſinum e Bibliotheca Bembi, quod ſupplevit Sigonius Lib. II. cap. XXVII. *de Judiciis*.

(*d*) Gruter. pag. CCII. ubi *Agrariæ Legis* fragmentum ex ære apud Fulv. Urſinum Romæ: *prius habuit in Bibliotheca P. Bembus*, inquit Sigonius Lib. II. cap. II. *De Antiq. Jur. Italiæ*, ubi ſuppletur iſtud, ac ſequens relat. a Grut. pag. CCIII. quod eſt alterum fragmentum agrarium Patavii in Bibliotheca ejuſdem Bembi.

(*e*) Gruter. pag. CCIV. refert hujuſmodi decretum Arbitrum finium regundorum inter Genuates, & Veturios in ænea Tabula ad Apennini radices in Liguria effoſſa an. 1507. in valle Porcifera: hodie Genuæ adſervatur in ædibus Patrum Communis. Hanc edidit Pinellus, Georgius Fabricius in Antiquit. Monument. Lib. I. Jacobus Bracelleus in ſuis Lucubrationibus ab Job. Badio Aſcenſio an. 1520. edit. pag. 70. Hubert. Folietta in Latina Genuæ Hiſtoria Lib. I. p. 11. Auguſtinus Juſtinianus Ann. Gen. Lib. I. p. 23. Hortelius, Antonius Terraſſon ad calcem *Hiſtoire de la Juriſprud. Rom.* a Paris 1750. p. 61. & 62. §. III. n. LXXVI. & Zacharia Excurſ. Litter. per Ital. cap. III. n. VII. Tab. IV. p. 27.

Coſmus I. Hetruriæ Dux, ut hanc Tabulam repertam accepit, exemplum in ære ejuſdem magnitudinis inſculpi curavit. Id paucis ante annis cum adinventum fuiſſet Florentiæ in Palatina Imperiali Bibliotheca a Cl. Duvallio petiit Gorius, ut ipſum ſibi liceret evulgare.

Ex hoc exemplari protulit Zacharia. Nuper iterum publici juris fecit Cl. P. D. Joh. Stephanus Remondini ad calcem Libri, cui titulus: *Diſſertazioni ſopra una ſingolare Iſcrizione Oſca* p. 67. & ſeqq. in Genova 1760. At omnes non ſine variantibus ab Archetypo. Qua de cauſſa iterum proferam in Supplemento Muratoriano ex Exemplari fideliter exſcripto ab authographo ſumma diligentia a docto Viro Ampliſſ. Præſule Joh. Ant. *della Berretta* Mediolanenſi.

(*f*) Apud Gruter. pag. D. & DI. *Tabula ænea domo Capranica literis rudibus, & obſoletis, ſcriptura vara, Orthographiaque varia ſæpe mala;* & apud Terraſſonium Hiſtor. citat. ubi de veter. *Juriſprudent. Rom. Monument.* §. I. n. XIX. pag. 14. qui in not. p. 15. inquit: *Hoc Plebiſcitum deſcriptum eſt a Carolo Sigonio, Fulvio Urſino & aliis, ex ære in Muſeo*

rant (a), cujuſque non Græcam verſionem tantum, ſed authentici Latini præcipua verba Romæ ære fixa Briſſonii ætate extaſſe, vir ipſe Doctiſſimus docet, (b) ſeculi ſeptimi ſolemnes & manifeſtas præſeferunt notas. Fragmenta judiciaria ex Urſino (c), Decretum (d) de viatoribus ex Sigonio, reliquias alias perſimiles quicumque expenderit, iiſdem temporibus adſignandas nequaquam ambiget. Seculi ſexti aliam me noviſſe genuinam Inſcriptionem non memini, præter Senatusconſultum de Bacchanalibus, quod Auguſtinus Scilla Meſſanenſis ex ærea Tabula exſcripſit. Monumentum, cui neſcio an inter omnes antiquitatis exuvias comparari ullum poſſit, attulit Fabbretus (e) velut agens, & Παρμενίωνος loco. Tradit Livius, negotium datum eſſe Q. Marcio, & Sp. Poſtumio anni ab V. C. 568. Conſulibus, *ut omnia Bacchanalia Romæ primum, deinde per totam Italiam diruerent* : exinde *Senatus Conſulto cautum eſſe*, *dicit*, *ne qua Bacchanalia eſſent : ſi quis tale ſacrum ſollemne, & neceſſarium duceret, nec ſine religione & piaculo id omittere poſſe, apud Prætorem Urbanum profiteretur : Prætor Senatum conſuleret : Si ei permiſſum eſſet, eum in Senatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret, dum ne plus quinque ſacrificio intereſſent, neu qua pecunia communis, neu quis magiſter ſacrorum, aut Sacerdos eſſet*. Ipſiſſimum autem, quod hic Livius memorat, Senatuſconſultum illa nobis ærea Tabella ſervavit : in ea enim legitur*: Nei quis eorum Bacanal habuiſe velet. ſei quei eſent, quei ſibei dicerent neceſus eſſe Bacanal habere, eeis utei ad pr. urbanum Romam venirent* : Deinde *ne minus Senatoribus C adeſſe quom ea res conſoleretur*, itemque ſtatutum, *ſacerdos ne quis vir eſet, magiſter neque vir neque mulier quiſquam eſet, neve pecuniam quiſquam eorum comoinem habuiſe velet.* Huic Inſcriptioni duas tantum anteriores ineptias (aperte confictas non moror) ab eruditis viris celebrari video ; C. Duilii columnam (*), & L. Scipionis monumentum, de quibus peculiariter ſuo loco verba faciam : utraque autem non ante extremos quinti ſeculi annos fuiſſet poſita. Conſtare ex dictis puto, quid nobis credibile, quid incredibile univerſim videri poſſit, cum de antiquioribus titulis agitur. Mirum eſt quam raro hujuſmodi monumenta occurrant, quæ Auguſti, & Cæſaris tempora antecedant.

Cum Inſcriptiones temere, & quandocumque Romani effingere non ſolerent, ſed in uſos certos, & ex iiſdem ut plurimum cauſis collocare ; inde fit, ut Inſcriptionum quædam veluti definita genera oriantur : vel enim Votivæ ſunt, & rei ſacræ addictæ, vel Juridicæ, & legales, vel Honorariæ, vel Publicis operibus præfixæ, vel Funebres, & ſupremis officiis devotæ. A ſuſpicione propterea non vacant, quæ tam novo argumento ſunt, tamque inſueta continentia, ut neque in iſtarum ulla, neque in alia quapiam uſitata veteribus claſſe cenſeri poſſint. Habuerunt etiam cujuſvis fere generis Inſcriptiones formulas ſuas, ſolemnes modos, & ſtata verba, quibus ut plurimum conciperentur : quapropter valde apud me laborat illarum fides, quæ aut iis minime utuntur, aut utuntur quidem, ſed præpoſtere, itaut ordines perturbentur, & quæ Votivas ſpectant, Honorariis formulæ tribuantur, & quæ Honorarias, Funebribus. Caveat ſibi quiſque a titulis, quorum implexa verba, inconnexa oratio, & nequaquam concluſa, involuta ſententia, vel fere nulla, orthographia, & Latinitas minime lapidariæ : caveat ab iis, qui rhetoriſſant, ſive argutiis ineptiunt, periodos integras proferendo, in quibus res, vel notitia nulla. Qui magiſtratus memorant tempori, vel loco non congruentes ; qui gentilitia nomina Romanis, & Græcis auribus abſona ; qui ſiglas aggerunt nuſquam viſas, & appoſite nequaquam interpretabiles, multis tabulis, magniſque patronis egeant, ut nobis probentur. In proclivi eſt de Inſcriptionibus ſubdubitare, quæ in cujuſdam civitatis, vel populi gratiam fabrefactæ videantur, vel etiam hauſtæ ab Hiſtoria, aut ex alicujus Scriptoris loco, ut parata defenſio eſſet, efficta : idem dicas de mirificis nimis, & quæ celebriora facta, ac magis decantata belli, vel pacis artibus nobis nomina repræſentant ; mirandum ſcilicet quam maxime eſſet, in vaſtiſſimo antiquitatis naufragio ea ſpeciatim monumenta ſupernataſſe. Rerum etiam geſtarum ſeriem enarrantes, *flantes magnas glorias* (f), cum ad Hiſtoriæ potius, quam ad honorifici tituli modum incipiunt, rejicere ſæpe ſoleo : unum equidem, florente Republica, iſtiuſmodi Inſcriptionum genus fuit, nempe quibus reduces a profligatis hoſtibus Duces nuncupata ante profectionem vota ſolvebant : ea religionis facie prætexebant, ni fallor, jactantiam ſuam, laudiſque immenſam cupiditatem : licuit enim Tiberio Gracchо in id genus tabellis, agentis Jovi gratias ſpecie, Sardiniam a ſe ſubactam conſignare, *& in ea provincia hoſtium cæſa, aut capta ſupra LXXX millia* (g), & poſt plura feliciſſime geſta, *exercitum ſalvum, atque incolumem pleniſſimum præda domum reportatum :* licuit Pompejo Magno in delubro Minervæ, *bello triginta annorum confecto*, perſcribere, quot ab eo centena

ſeo Ædium Farneſianarum Alexandri Cardinalis, Romæ. Et hoc Plebiſcito Thermenſes majores Piſidæ bello Mithridatico ſocii Populi Rom. liberi, immuneſque facti ſunt. At Clariſſ. Hiſtoricus non vidit Muratorium, qui in Nov. Theſ. pag. DLXXXII. hoc venerandæ Antiquitatis Κιμήλιον iterum evulgavit, & ſuæ integritati ex Schedis Ambroſianæ Biblioth. reſtituit : nam a Grutero loc. cit. edita fuit cum lacunis.

(a) Gruter. pag. DIII.

(b) Briſſon. *Form. Lib. II.*

(c) Gruter. pag. DVIII. & ſeqq. *Fragmentum Judiciarium apud Fulvium Urſinum.*

(d) Gruter. pag. DCXXIX. *Romæ in Palatio Crepanicenſi, haud procul a Rotunda ; Tabula ænea partem Legis de augendo numero viatorum, præconumque continens, literis variis, & vix ſatis bene formatis.* Edidit etiam Tetraſſonius, ubi de Legib. & S C. ad fin. *Hiſt.* cit. pag. 6 & 7. n. V. & VI & inquit : *Hæc Lex deſcripta eſt Romæ, ex ære in Muſæo Ædium Farneſianarum Alexandri Cardinalis a Carolo Sigonio, qui illam refert* Lib. II. *de Antiquo Jur. Civium Roman. cap.* 9.

(e) Fabrettus pag. CCCCXXVII.

(*) De qua vid. Plin. L. XXXIV. c. V Quinctil. L. I. 7. Serv. ad Georg. Virg. L. III. 29. & Petr. Ciaccon. edit. Rom. 1608. & ap. Græv. Antiq. Rom. T. IV.

(f) Gell.

(g) Livius Lib. XLI. in fin.

tena hominum millia (*a*) *fuſa*, *fugata*, *occiſa*, *in deditionem accepta* fuiſſent, quot depreſſæ, aut captæ naves, quot oppida in fidem recepta, *terras* denique *a Mæotidis lacu ad rubrum mare ſubactas*. Verumtamen nulla, quod ſciamus, ex votivis iis tabulis ad nos pervenit: neque in illis acta omnia cujuſquam, & quæ pacis etiam artibus egerat, recitabantur, ſed tantummodo quæ in expeditione illa, & bello ſuo confecerat. Non defuturos puto qui mirentur, cum dixero ſuſpectas me quam maxime epigraphas omnes habere, quæ ænigmata continent. Componebantur quidem apud Veteres captioſe ejuſmodi quæſtiones, ſed lapidibus non cudebantur, neque, cur cuderentur, ratio erat ulla. Græci appellabant Gryphos, de quibus fuſe Atheneus lib. X. plurimos recitans, & multos Auctores laudans, qui de iis ſcripſerant, vel compingendis operam dederant: at nulla uſquam mentio eſt de quoquam marmori inſculpto. Sollemnem eorum uſum in conviviis habitum eſſe apparet (neque abludunt Convivales Plutarchi Quæſtiones) ad exhilarandum præmio, & ludicra pœna propoſita conventum; quamobrem πρόβλημα παιστικὸν *quæſtionem jocoſam* definivit ænigma Clearchus Solenſis (*b*): non erat ergo, cur marmorarii adhiberentur, & lapidearum Inſcriptionum in publicis, magniſque rebus adhibitarum ſeveritas ad oblectamenta, & jocos revocaretur. Gryphum ternarii numeri haber Auſonius; ſcrupos, vel ſcirpos a Latinis veteribus appellatos Gellius (*c*) docet, unumque affert e Varronis libris, quem inenarratum relinquit, & pro Termino Muretus expiicat: verum in conviviis, & Romæ adhibitos, mihi Sympoſii Ænigmata, quæ circumferuntur, ſubindicant; nomen enim, quod homini minus competit, ab ipſa re ad Auctorem ſignificandum fuiſſe detortum, opinor.

Quod Inſcriptionum judicium ſpectat, unum haud prætermittam. In quocumque monumentorum genere illud ſubleitæ fidei primum ſæpiſſime indicium eſſe reperi, quod autographum nemo viderit, & monumentum ipſum minime appareat. Periiſſe quam plura, non eſt qui inficietur; multos literatos lapides ædificiis addictos, multos in calcem converſos, multos pluvia, ventiſque diſſolutos, ignorat nemo: nihilominus non tam immenſo ſunt numero, qui poſtremis hiſce ſeculis evanuerint, quot eſſe oporteret, ut quorumdam Collectorum fides conſtaret. Ego certe cum plures in libris præteriti, vel anterioris ſeculi Inſcriptiones video, quæ nuſquam exſtant, ſtatim ſuſpicari incipio: quæ in illis augetur ſuſpicio, quas a diverſis diverſimode recitari invenio; amplificatur autem ſummopere, cum a ſuſpectis fontibus primum emanaſſe deprehendo. Id profecto diligenter in titulis animadverti debet, quorum lapides non appareant; unde, & a quibus venerint. Ego, cum a Provinciis quibuſdam proficiſcuntur, vel ambigua quorumdam hominum fide, de quibus ſuo loco ſermonem ſatis habui, prolata fuiſſe intelligo, colligo me ſtatim, hæreo, ambigo, perſcrutor, & cum mendacibus ægre ipſa veritas credi ſoleat, undequaque circumſpicio, *omnia tuta timens* (*d*). Nihil autem magis ad diſcernendas Inſcriptiones conferet, quam attenta cum genuinis, & omnino indubitatis ejuſdem præcipue generis collatio; id tantum prævacendo, ne a fruſtis decipiamur ab antiquis deciſis, & in commentitias aliquando inſertis. Illud ne nobis excidat, quod, cum in Græcis verſaremur, monuimus; in omni veterum reliquiarum genere legitimas occurrere, fictitias, & ancipites: occurrere & Inſcriptiones poſſunt, de quibus liquido pronuntiare nemo poſſit; erunt enim quandoque in utramque partem argumenta ſatis probanda. Quid de interpolationibus dicam? quanto nobis ſtudio ab ea fraude proſpiciendum eſt, qua legitimæ quidem, ſed verſu, verbo, numero intruſo, dempto, vitiato, productæ ſunt Inſcriptiones haud infrequenter!

Nihil profecto minus, quam ne falſa amplectamur pro veris, elaborandum nobis eſt, ne vera monumenta explodamus tamquam falſa: idem periculum, æque pernicioſus error. Inſigne inter ceteræ hujus peccati nobis exemplum præbuerunt Gruterus & Scaliger, cum Piſana de honoribus Caii & Lucii Cæſarum Decreta ita rejecerunt, ut ille a Theſauro ſuo prorſus exulare juſſerit; iſte *hodie, aut heri nata pronuntiarit*, & ab Italo conficta, qui *Tranſalpinos nullum naſum habere putaret* (*e*). Nihil tamen purius, nihil ſincerius, elegantius nihil. Quid dixiſſent illi, ubi magno, & pereruditio volumine præclariſſimas eas Inſcriptiones, veterum parentalia, pluraque Romanæ antiquitatis arcana diſerte tradentes, a Cardinali Noriſio non ſine ſingulari Reipublicæ literariæ univerſæ acclamatione illuſtratas, celebrataſque vidiſſent? (*)

(*a*) En integer textus Plinii ex Lib. VII. cap. 26. *Cn. Pompejus Magnus Imp. bello XXX. annorum confecto, fuſis, fugatis, occiſis, in deditionem acceptis hominum centies viciës ſemel ac ſexaginta tribus millibus, depreſſis, aut captis navibus* DCCCXLVI *oppidis caſtellis*. M. *quingentis* XXXVIII. *in fidem receptis*. *Terris a Mæotis lacu ad rubrum mare ſubactis votum merito* MINERVAE.

(*b*) Athen. ibi.

(*c*) A. Gellius Lib. XII. cap. VI. inquit „ quod Græci dicunt „ ænigmata, hoc genus quidem e noſtris veteribus Sirpos „ appellaverunt: quale eſt, quod nuper invenimus per hercle antiquum, perque lepidum, tribus verſibus ſenariis „ compoſitum ænigma: quod reliquimus inenarratum, ut „ legentium conjecturas inquirendo acueremus. Verſus „ tres hi ſunt: „

Semel minuſne, an bis minus, non ſat ſcio:
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Jovi ipſi regi noluit concedere.

In not. autem hæc: *Scirpus*, vel *Sirpus* ænigma hic denotat, & nomen accepit non a Sirpo junco enodi, ſed a naſſa piſcatoria ex ſcirpis contexta. Poteſt autem per *Sirpum* intelligi omne πλέγμα ex junctis viminibus contextum. Crinitus Lib. IX. c. ult. legebat *Scrupos*, ut Maffeius, ſed hic locum habere non poteſt, cum *Scrupus*, & *Scrupulus* proprie lapillus denotet, qui pedem offendit; metaphorice quicquid animo moleſtum eſt, quibus omnibus ænigmatis vox non reſpondet.

(*d*) Virgilius.

(*e*) Epiſt. ad Gruter. 429.

(*) Duas marmoreas Tabulas a Cardinali Noriſio *Cenotaphia Pi-*

Recentiſſimi nota expulit Scaliger (*a*) epigramma aliud, de quo cur ambigatur, nihil prorſus eſt. Recenſuit & Marcanova, in cujus Codice vox *Iter* non apparet, (forte *Item* erat in lapide) & *Lutius* ſcribitur, non *Luctius*.

Summe cauti, circumſpecti maxime in hoc judicii genere, quo difficilius nullum, oportet ſimus: nonnulla ſunt haud proba equidem generatim indicia, ſed ex quibus tamen ſolis repudiare Inſcriptiones non oporteat. Si qua nobis in editis, vel exſcriptis titulis diſplicent, excutiendum primo eſt, utrum quæ diſplicent, a librariorum, vel exſcriptorum inſcitia, & ſphalmatis eſſe non poſſint: ob erroneas Conſulatuum, vel Tribuniciæ Poteſtatis numerales notas Inſcriptiones numquam rejiciendæ, quarum marmoreum, vel æreum exemplar non inſpexerimus; nihil enim facilius, quam ob monumentorum corruptionem, & vetuſtatem in iis deſcribendis peccare. Nihil facilius etiam, quam verba aliqua perverſe excipi, vel in alia converti ab illis, qui his ſacris non ſunt initiati. Exſibilata diu eſt votiva (*b*), quam Rubeus inter Brixianas vulgavit, tabula a Nonio Macrino *Dis Conſervatoribus* poſita *pro ſalute* ANIMAE *ſuae*: cum lapidem multum perquiſitum in Muſeum tandem intuliſſem, præſeferre vidi ARRIAE *ſuae*.

Inſpiciendum quoque, ne qui parum ſibi in libris conſtare lapides videantur, & res diſparatas continere, duo fuerint vel plures, importune conſuti, & in unum a compilatoribus conflati. Subdubitare viſus eſt P. Bandurius de Imperatorio titulo, quem a Grutero (*c*) acceptum, Juliani numiſmatis ſubjecit: qui non in dubium revocandus, ſed omnino ablegandus foret, ſi ut apud Gruterum, & Bandurium ſcriptus, ita & in marmore ſculptus eſſet; neque enim Juliani Auguſti III. Conſulis cum Theodoſii Imperatoris honores conjungere potuiſſet Venetiæ, & Hiſtriæ Conſularis Palladius: at duplices Inſcriptiones ſunt

Piſana appellata, in quibus decreta inferiarum inciſa ſunt in honorem LVCI & CAI Cæſarum, evulgarunt Curt. Pichena, & producit ad *I. Ann. Tac.* Boldonius *Epigraphic.* Lib. II. n. VII. pag. 57. 58. & 59. edit. Auguſtæ Peruſiæ 1660. qui monet horum *exempla ſumma fide deſcripta, &, quoad fieri potuit, integritati reſtituta ab Franciſ. M. Ceſinato Patr. Flor. Juris Interprete in almo Gymnaſio Piſano, Commentario etiam doctiſſimo illuſtrata fuiſſe;* Dein Enric. Noriſius ſingulari atque eruditiſſimo Commentario ea illuſtravit edit. Venet. 1681. Reineſius *Syntagm. Inſcript. Antiq.* 12. 13. VII. Lipſiæ 1682. Martinius *Theatr. Baſilica Piſanæ* cap. XVIII. p. 117. Romæ 1728. Gorius *Inſcript. Antiq. Etr.* Part. II Tab. I. & II. poſt pag. 10. Florent. 1734. At Paulus Troncius C. P. plus omnibus his præſtitit, qui hæc pretioſa Κειμήλια ab imminenti interitu vindicavit; nam aliis Piſanorum privatis uſibus addicta, fabrorum etiam temeritate effracta in Cœmeterio Piſano repoſuit, & inciſis ſubter argumentis decoravit. Ego iterum in meo ſyntagmate exhibebo accurate exſcripta ex Archetypis, quia laudati celebratiſſ. Scriptores non ſatis recte ea prodiderunt.

(*a*) Iterum hoc Gruterianum epigramma pag. CLXXII. 3. referam, ut Maffejanæ correctiones clarius appareant:

(*ſic*)

C. LVCTIVS . L. F. AVLIAN. Q. * PLAVSVRIVS . C. F. VARVS

L. †VENTILIVS . L. F. BASSVS C. OCTAVIVS . C. F. GRAECHIN (*ſic*)

IIII. VIR.

PORTICVS P. CCLX. ET . EXSEDRAM . ET . PRONAON . ITER

ET . PORTICVM . PONE . SCAENAM . LONG. P. CXL.

S. C. F. C.

In repet. Edition. in not. * PLASSARIVS DLXXI. 9. †VENTIDIVS. leg. Reineſ. Maffej. lin. I. LVTIVS. l. 4. ITEM. (*forte*) Vid. Scaliger. *Corrig.* pag. & num. in cit. Gruter. ait Epigramma *eſt recentiſſimum*, ſed qua ratione id afferat, non indicat.

(*b*) Rubeus *Mem. Breſc.* pag. 233. n. 3. Vinac. pag. 234. n. 20. contra fidem marmoris habent ANIMAE SVAE; at ego ex *Muſ. Veron.* XCI. n. 7. & ex MS. D. Abb. Gnocchi pag. 190. n. 2. genuinæ lectioni reſtitui Epigraphen M. Nonii ad Claſſ. I. ubi de *Diis Antiquar.* & cum Maffejo a Cenſorum riſu eripui.

(*c*) En Inſcriptio ex Gruter. pag. CCLXXXV. 2. ut is locus facilius a Tyronibus percipiatur:

IMP. CAESARI

DN. FL. CL. IVLIANO

P. F. VICTORI . AC . TRIVMF

SEMP. AVG. P. M. IMP

VII. CONSS. III. BONO . R. P

NATO . PATRI . PATRIAE

PROCONSS

HORTANTE . BEATITVDINE

TEMPORVM . D. D. D. N. N. N

GRATIANI . VALENTINIANI

ET . THEODOSI . AVGGG

STATVAM . IN . CAPITOLIO

DIV. IACENTEM . IN

CELEBERRIMO . FORI

LOCO . CONSTITVI

IVSSIT . VAL. PALLADIVS

IV. C. CONS. VENET. ET. HIST

ſunt (*a*), quarum primam columna ſervat, alteram quadratus in Muſeo noſtro lapis. Qui Grutero crediderit, tria illa pag. LXXXIV. 6. 7. 8. monumenta ab *uno lapide Iadera* in *Dalmatia* extante exſcripta fuiſſe, de eorum veritate valde anceps erit; neque enim *Q. Aſiſieni* honorarius titulus *Iſidis*, & *Serapidis* votum, & ob *murum*, & *turris Coloniæ* datas, & reſtitutas Auguſti, atque Optati memoria, complicata antiquitus in lapide uno fuiſſent: at præclaras eas Inſcriptiones Muſeum noſtrum jam oſtentat (*b*), non uno, ſed tribus, & quidem grandibus marmoribus conſignatas. Quatuor iterum Brixianas epigraphas Gruterus recenſet, perinde ac eſſent *in ſaxo quadrato omnibus lateribus literis exarato*, quod ex Apiano hauſit: quibus Auctoribus qui fidem habeat, Inſcriptionibus demat, neceſſe eſt: nam una votiva eſt, publico operi præfingenda altera, ſepulcrales duæ: proſtat quidem in Muſeo vetus lapis quadrangulus ab omni parte inſcriptus, ſed idem ubique negotium agitur, & ad eoſdem quævis Inſcriptio refertur: legitimæ ſunt Brixianæ quoque, ſed lapidibus diverſis.

Quod obſcuræ, nec intellectæ aliquando Inſcriptiones afferantur, non continuo contemnendæ; multa enim in antiquitate ſunt, quæ minime noſcimus; multa vetera monumenta, in quorum pertractatione ea nos protegere, & excuſare cogamur lege (*c*): *non omnium, quæ a majoribus noſtris conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt*. Interdum vero ex quadratariorum erroribus, vel ex popularis cujuſdam idiotiſmi, quorum & in lapidibus exempla abundant, admiſtione, omnis pendet obſcuritas. Requiſitus aliquando fui, quid in lapide ante Servatoris ortum inſcripto, Sulpicio nempe, & Valgio Conſulibus (aut antiqua, aut novitia, aut mendaci manu) conſignato, hæc ſibi velle verba opinarer: HOC MANSVM VENI. Reſpondi, *manſum* apud Scriptores medii ævi latifundium, ſive, ut Juriſconſulti loquebantur, σύγκτησιν eſſe, cujus extenſionem, menſuramque ipſam patefeciſſet nuper e pluribus documentis collatis Cl. Muratorius: verum in tam antiquo monumento eam vocem reperiri, vix credibile eſſe: accedere, quo minus crederetur, eorum verborum diſſidium: ut enim ſententia conſtaret *Hoc Manſum Veniet*, ſeu *Venit*, dicendum fuiſſe: quibus rationibus confirmati viri docti plures, eam Inſcriptionem tamquam ſpuriam & confictam excludere perſtiterunt. Cum autem tum ea ſingularitas, tum enuntiati Conſules novum aliquod Faſtis lumen, ut alias oſtendam, afferentes multo me deſiderio incendiſſent, lapidem ipſum numquam vulgatum, & in perobſcuro, atque agreſti latibulo jacentem conſulere volui, quem etiam mox in Muſei Veronenſis acceſſionem avide comparavi. Ingenuum, & extra omnem aleam eſſe, ipſa me ſtatim inſpectio docuit: ſic autem loquitur:

V. TI. LATINIVS. TI. L. DORI....
Θ AGRASIA. T. L. RVFA
HOC. MANSVM. VENI. IIII. K. SEPT
P. SVLPICIO. C. VALGIO RVFO.
CONSVLIBVS (*)

Tenebras litera offundit una, *o* ſcilicet pro *u* ex populari pronuntiatione, & ex frequentiſſima in cujuſvis generis, & cujuſvis ævi monumentis permutatione adhibitum: lego enim *Huc manſum* (hoc eſt ad manendum) *veni*: ut in Capuana (*d*) *Inferri Hoc non licet*, pro *huc*. Agraſia, quam lethale præfixum theta defunctam indicat, loquitur, & annum ac diem, quo tumulata fuit, docet; in funebribus ſiquidem tabulis cum dies & Conſul adponuntur, non venditionis, ſed funerationis tempus perpetuo deſignatur. Antequam claudo, lepidum, qui aliquando in re lapidaria uſuvenit, errorem noto. Lege Cornelia de falſis plures injuria condemnari Inſcriptiones videas, quæ priſcæ quidem non ſunt, ſed nec pro priſcis haberi quiſquam voluit. Prolixam Gruteri (*e*) paginam Sergii, e Pola Iſtriæ civitate Hiſtrionis, epitaphium implet. Pro antiquo exceperunt multi, & ob ea verba *malleolo*, & *celte literatus ſilex* in graviſſima de verſiculo Job legendo, atque explicando quæſtione attulerunt: utitur eo teſtimonio Voſſius (*f*) quoque in Grammaticis, nec de auctoritate quidquam ambigit: contra explodunt alii tamquam commentitium, quibus Antonius Auguſtinius olim ſe ducem præbuit. At lepida illa inſcriptio nec inter antiquas, nec inter ſpurias recenſeri debet: compoſita enim, & inciſa fuit XV. ſeculo, Veneti Præfecti, feſtivo ingenio viri, juſſu, neque Deorum Manium præmiſſo nomine, neque clauſula ulla adjecta, quæ vetuſta tempora mentiretur. Rem didici a Feliciano Veronenſi, qui in MS. Collectione, de qua ſuo loco verba feci, eam Inſcriptionem in lapide vidiſſe, nar-

(*a*) Vid. ad meam Claſſ. VI. illas iterum editas ex *Muſ. Veron.* pag. CV. n. 4 5.
(*b*) Edit. in *Muſ. Veron.* pag. LXXXIV. 3. XCV. 2. CXV. 1.
(*c*) L. Non omnium D. de Legib.
(*) Hanc mendoſe in lucem protulit inter Gudianas Cl. Heſſelius pag. CCCLVIII. 7. at emendatam ex Gorio in *Nov. Theſ. Mur.* pag. CCXCVII. 2. ubi exiſtentem *Florentiæ apud Nobiles Gallos*: Gorius autem ipſe *Inſcr. Antiq. Etr.* Par. III. pag. 114. n. 107. edit. Flor. 1743. & Cl. N. A. hic & in *Muſ. Veron.* pag. CVIII. n. 2. ad fidem Lapidis, quamvis ante ejuſdem acquiſitionem vitiatam in *Obſervat. Liter.* exhibuerit. Confer ad hujuſmodi Marmor horum Clariſſ. VV. doctiſſimas adnotationes.
(*d*) Gruter. pag. DCCCLXXIV. n. 5.
(*e*) Gruter. pag. CCCXXIX. *ex Fabricio, Manutio, aliiſque* adfert hanc Inſcriptionem *jocoſam* & *ludicram* adpellatam a Baldonio *Epigraphic. Lib.* VI. *Monit.* IV. pag. 659. & ſeq. quam *fabuloſam*, & *ridiculam* eſſe ait Ant. Auguſt. *Dialog.* XI. ut bene advertit etiam Cl. Maffej.
(*f*) Lib. I. cap. XXIV. & in *Append. de vitiis ſerm.* p. 812. §. ult.

narrat, quam *Jacobus Baduarius Sergio Polenſi paraſito, & hiſtrioni poſuit*. Pro fictitia recepta in Italia eſt Inſcriptio illa in *Diario Italico* (*a*) recenſita. ANIA L. *INGRATIVS HOMINE NVLLVM EST*. Si enim legamus *Anniæ Liberta* ut in Diario docemur, neque antiquæ ullius formulæ veſtigium habetur, neque latinæ loquutionis ratio conſtat. At qui ea verba in ſublimi loco effingi voluit, de veteri imitando titulo nequaquam anxius fuit, ſed de morali tantum effato proponendo, ANIMAL *ingratius homine nullum eſt*. Sub Tetraſticho Gruteriano (*b*) hæc viſitur nota: *recentioris Poetæ figmentum*: deinde in *Corrigendis* Scaliger (*c*): *hujuſmodi multa ab illis hominibus nuper conficta*. Quibus verbis Itali Poetæ de quorumdam externorum hallucinationibus pœnas pendunt, & pro elegantiæ laude imposturæ contumeliam reportant: nam quæ Scaliger conficta vocat, ornamenta fuerunt quandoque novarum fabricarum, quæ qui marmori curabat mandari, de lapideis Romanorum monumentis ſimulandis ne cogitabat quidem, quamvis ab externis hominibus carminis venuſtate deceptis tamquam antiqua exinde deſcripta fuerint. Memoratum epigramma noſtrati petræ inciſum vidi ego multis ab hinc annis ſub Veneris Cupidinem verberantis ſimulacro in amœniſſima Brenzoniorum villa S. Vigilii ad crepidinem Benaci lacus, nec Dis Manibus præfixis, nec Rufilla ulla, ut perperam in Grutero, & hac præterea diverſitate:

CVR NATVM CAEDIT VENVS? ARCVM PERDIDIT: ARCVM
NVNC QVIS HABET? VENETO FLAVIA NATA SINV.
FLAVIA CVR RAPVIT? DEDIT HIC, NAM LVMINE FORMAE
DECEPTVS, MATRI SE DARE CREDIDERAT.

Nullus dubito, quin ab Auguſtino Brenzonio, viro Urbis noſtræ nobili & eleganti, qui XVI. ſeculo floruit, compoſitum epigramma fuerit; is forenſibus cauſis, & juris civilis exercitationi præcipue deditus Venetiis multum egit, & villam illam ſplendide conſtruxit, multis elegantiorum artium operibus, & epigrammatum conſperſis lautitiis decoratam, quorum cum ego eum locum inviſi, hoc quoque ſupererat:

Dum rides, mihi baſium negaſti;
Dum ploras, mihi baſium dediſti.
Nata eſt de lacrimis mihi voluptas,
De riſu dolor: o miſelli amantes,
Sperate ſimul omnia, & timete.

CAPUT III.

Exquiruntur quæ in lapidibus fictitiæ Inſcriptiones extant, & in judicium adducuntur.

HAbent id commune inter ſe quæcumque ſtudiorum genera, eaque continetur ratione cujuſcumque artis doctrina, & explicatio, ut ſine rerum demonſtratione regularum expoſitio parum utilis, & ab exemplis ſejuncta *jejuna, atque arida*, ut Quintilianus (*d*) loquitur, *præceptorum traditio* ab omnibus exiſtimetur. Ut ergo ad praxim, quæ hucuſque tradidimus, monita revocentur, eorumque momentum pateat, atque oſtendatur uſus, Inſcriptiones ab eruditorum ferme conſenſu ad hanc diem receptæ, & commentitiæ tamen, ſedulo perquirendæ, inque redintegratum judicium novis tabulis, noviſque teſtibus adhibitis pertrahendæ ſunt. Cum autem duplex indiciorum genus ſuggeſſerim, alterum ex lapidum inſpectione, alterum ex verborum conſideratione petitum, de iis primo Inſcriptionibus agam, ad quarum examen utraque indagatione uti poſſumus, cum non in libris tantum excuſæ, ſed & in marmoribus ſculptæ ſpectentur. Univerſas quidem, quæ ubique terrarum habeantur, homini uni perquirere & intueri haud licet; quapropter operam dedi, ut in iis maxime civitatibus, quæ ſupra ceteras antiquis lapidibus affluunt, diligentiam meam collocarem, anguloſque omnes excuterem: ex qua perquiſitione tot huc affero fictitios lapides, quot ad Artem Criticam hauriendam, & ad quoſcumque alios dijudicandos ſufficere abunde poſſint: vix enim puto, falſis quibuſcumque titulis quiddam exprobrari poſſe, quod hic non memoretur.

Initium a Veronenſibus, imo a mei ipſius Muſei monumentis mendacibus capiam, quæ (tantum abeſt ut parcam) induſtria excutiam ſingulari; cum quia majori commodo facere potui, tum ut morem illum teterrimum aliquando, ſi fieri umquam poteſt, eradicem, ac profligem, quo de rebus non ex rebus ipſis, ſed alienis prorſus cogitationibus judicari ſolet; ita ut cum expen-

(*a*) Diar. Italic. pag. 111.
(*b*) Gruter. pag. DCCCCXII. n. 1.
(*c*) En integra animadverſio Scaligeri, ubi pag. cit. ait: *Eſt fœtus recentioris Poetæ, elegans quidem, ſed affectatæ venuſtatis. Hujuſmodi multa ab illis hominibus nuper conficta: ut Menandri Anechomenos ex Apuleio, Cornelii Galli Elegia ineptiſſima ab Aldo ſuperioribus annis edita, & alia, quorum piget, pudetque* (in Gruter. pag. cit. n. 10.)

• • • • • • • • • • •

BALNEA . VINA . VENVS . CORRVMPVNT
CORPORA . NOSTRA
SED . VITAM . FACIVNT &c.

• • • • • • • • • •

Exſtant item Romæ iidem verſus, quos alibi producimus, deſumptos autem ex Græco.

(*d*) Lib. III. Cap. I.

expendendum aliquid venit, vel quæſtio agitanda proponitur, non quid verum, vel veriſimilius ſit, ſed quid magis ad rem ſuam faciat, quid ad patriam, gentem, opinionem ſuam magis conferat, quiſque ſtatim ſibi reſpiciendum putet. Verum claſſica jam exaudire mihi videor, & inſtructam aciem, pugnamque fortiter depoſcentem intueri; quapropter quod cum infinito pene hoſtilium lapidum numerò gerendum mihi bellum ſuſcepi, ineundum intrepide, & nervis omnibus contendendum, ut disjecta, attritaque ubique gentium fictitia marmora jaceant, informibuſque, & vulgaribus ſaxis, ut antequam inſcriberentur, rurſus tandem accenſeantur.

1 . C . SERVIL .
. CAEPIONI . CON .
. CEN . ET . TRIVM
PHALI . PATRIAE .
. LIBER . DECVR .
. VERONEN . OB .
. IVD . RESTITVTA .
M C

Inſcriptionem hanc Gruterus (*a*) afferens, non una vice aberrat. Ediderant ante Gruterum Apianus, Saraina, Smetius, Manutius, alii: illuſtrarunt, vel in antiquitate illuſtranda adhibuerunt, Scaliger, qui in Indice Hiſtorico *Judicia Veronenſibus reſtituta* hinc deducit, Panvinius in Faſtorum Commentariis, Rupertus in Epiſtolis, (*b*) Streinius in Familiis, Freinshemius in Supplemento Liviano, Gruteri illuſtratores in *Corrigendis*, Almelovenius in Faſtis, Antonius Auguſtinius (*c*), qui critico acumine Inſcriptiones expendere profeſſus eſt; hac noſtra tamquam incontaminatæ fidei bis utitur Reineſius, qui tam frequenter criticam oſtentat facem, fuſe admodum, ac prolixe in epiſtola (*d*) ad Rupertum eamdem celebrat, & explanat. Tot attamen, tantique nominis patroni, literæ quoque apte delineatæ, & vetuſtatis larva quædam marmori ſcite impoſita, ſubſidio miſeræ nequaquam fuere, quo minus ego a legitimarum conſortio ejicerem, & in oppoſita parte Septemtrionalibus ventis damnarem. Quod autem ne unus quidem in conferto Doctiſſimorum hominum choro ſit inventus, qui de illa ſubdubitarit, in ipſo hujus inquiſitionis limine documento ſit, quam lubricum, periculoſum, atque, ut ita dicam, viris etiam Celebratiſſimis fatale quodammodo in hoc eruditionis genere judicium eſſe poſſit. Puncta, quæ ab initio verſuum & ad finem vides; CON pro COS ad *Conſuli* ea ætate ſignificandum; LIBER. pro *Liberatori*, IVD. pro *Judicia*, quæ inuſitata compendia ſunt, vehementem jam ſuſpicionem ingerunt. Singulariæ M C, quas *Monumentum Condiderunt* explicare liceat, ſpuriæ ſunt, & in honorario præcipue titulo ridiculæ adjectæ. Auguſtinius S ſubſtituit, explicans *Monumentum Statuerunt*, quod æque importunum eſt. Jam ad penetralia.

De Servilio Cæpione, cui Juliam filiam Cæſar deſponderat, ſed, eo aſſentiente, Pompejus repente duxit, ut Plutarchus tradit, in Pompejo & in Cæſare, nequaquam heic agitur. Ex Serviliis Cæpionibus, qui Romana in Hiſtoria collucent, & Faſtis Conſularibus nomen dederunt, Inſcriptio noſtra, ut a veriſimili minus recedat, ad recentiorem pertineat, qui anno Urbis DCXLVIII. Conſulatum iniit: quin eumdem iſtum cogitaſſe, qui Inſcriptionem compoſuit, apparet ex mentione Judiciorum, & Triumphi; is enim eſt, de quo Valerius Maximus (*e*) *Triumphi claritatem* celebrat, & de quo ſcripſit Julius Obſequens (*f*): *per Cæpionem Conſulem Senatorum, & Equitum Judicia communicata*. At quam diverſa iis temporibus orthographiæ ratio obtineret, Sexti Atilii Sarani cippus noſter, & Sigoniana æra abunde teſtantur. Ab ejus ætatis locutione abhorret pariter dictio *Triumphalis* nude pro viro, qui triumpharit, poſita; nam ante Suetonium & Plinium ſic adhibitam fuiſſe, non ſuccurrit. Hunc Cæpionem Cenſorem fuiſſe, ut hic dicitur, nullæ nos docent tabulæ. Caii etiam prænomen Scriptor ei tribuit nullus. In anguſto autem admodum tempus fuit, quo Cæpioni honorificum monumentum ſtatui potuiſſet; is namque, proconſulari imperio poſt Conſulatum prorogato, una cum Gn. Mallio Conſule Cimbros poſt aliquot menſes infauſtis avibus laceſſens, maximæ Romanis cladis auctor fuit: ex qua calamitate ipſius *Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt*, ut ex Liviana Epitome (*g*); ſed plura docemur a Valerio Maximo (*h*) hæc de Q. Cæpione memorante: *Is præturæ ſplendore, triumphi claritate, Conſulatus decore, maximi Pontificatus ſacerdotio, ut Senatus patronus diceretur, aſſecutus, in publicis vinculis ſpiritum depoſuit, corpuſque ejus funeſti carnificis manibus laceratum, in ſcalis Gemoniis jacens, magno cum horrore totius fori Romani conſpectum eſt*. Quo conſtat, etſi honorifica Inſcriptio noſtra inſolito in monumentis publicis, & cujus in Cæpione cauſa non apparet, *Liberatoris Patriæ* titulo fuiſſet poſita, permanſuram tamen non fuiſſe, ſed ignominiæ nota ſuperveniente abolitam. Nihil autem in hac Inſcriptione tam mirificum eſt, quam Decurionum Veronenſium mentio ea ætate, qua Verona nedum civium Romanorum, ſed Latinæ Coloniæ jure nondum erat nobilitata; eam enim, Cæpione jam vita functo, anno tantum V. C. DCLXIIII. Gneus Strabo deduxit: norunt autem & qui nondum ære lavantur, Decurionum nomen Colonias Romanas in

(*a*) Vid. pag. CCCCLXVIII. 5. Edita fuit in Muſ. Veron. pag CLXXV.
(*b*) Epiſt. pag. 124.
(*c*) Dial. 2. & in Fam. Servil.
(*d*) Epiſt. XXVII.

(*e*) Lib. VI. cap. 18.
(*f*) Prod. cap. 101.
(*g*) Lib. LXVII.
(*h*) Lib. VI. cap. 9.

in civitates attuliſſe. Quid hic Reineſius (*a*) reponeret, qui, *Veronenſium forte patronum fuiſſe Servilium, ſi non & civem*, ſuſpicabatur? Quid Auguſtinius, qui ad Cæpionem alium noſtro adhuc vetuſtiorem ſpectare epigraphen credidit? Quod etiamſi jus Coloniæ tum temporis Veronenſes jam obtinuiſſent, ineptum nihilominus eſſet eos credere ob *judicia reſtituta* Cæpionem coluiſſe: quæ enim Romæ judiciorum cauſa inter Senatorium Ordinem, & Equeſtrem identidem diſſidia efferbuerunt, intrinſeca fuere Reipublicæ mala, & inteſtinæ contentiones, quæ ad externos nihil omnino pertinerent. Judicia primum penes Senatores erant; lex Sempronia C. Gracchi a Senatoribus ad Equeſtrem Ordinem tranſtulit; lex Servilia Q. Cæpionis noſtri triumque ordinem ex Obſequentis, & Caſſiodori verbis videtur admiſiſſe: quid hoc ad Veronenſes? Alternarunt hæc ſubſecutis etiam annis non una vice, uſque dum Sylla Dictator, Equitibus rejectis, Senatoribus judicia reddidit, fluctuante tamen ſemper ex acerrima ea contentione Republica, ita ut Cicero in Verrem agens, illum ſæpe locum urgeat, meminerint judices, ſi apud ordinem Senatorium manere judicia vellent, integros ſe in ea cauſa, incorruptoſque præſtandos; populum enim Romanorum veterem judiciorum vim, gravitatemque requirere, & ex eorum levitate, & infamia Ordinem alium ad res judicandas jam poſtulari: paululum ſane temporis interceſſit, cum ex Prætoris L. Cottæ lege non Equites tantum rurſus, ſed ex plebe quoque aliqui in judicum decurias recepti ſunt. Verumtamen Urbes alias, & præſertim a Roma magno locorum intervallo ſejunctas, eæ viciſſitudines vel nullo modo ſpectabant, vel certe non ita, ut illarum auctores publicis & honorificis monumentis externæ gentes proſequerentur. Hanc Inſcriptionem aliquanto fuſius diſcuſſi ob reverentiam erga communem eruditorum conſenſum, quo ſe tuebatur.

Sequentem, quam habui ex eodem loco, & elaboratam olim ab eadem manu conſimilis patriæ caritas, & Triumphalis pariter ſtylus indicant, vulgavit nemo, quia nemo vidit: erat enim ſummo nobilis domus muro exigua tabula ſub ipſum tectum infixa.

2 . . . .

. . . CNA . VALLARI . TRIVMP. . . .

. . . RICO . THEATRVM . CONDENT . . . .

. . . ORIS . CAVSA . TRANS . ATH . . . .

P A T R O N O (*)

Nullam noſtrates præcipue Hiſtorici arripuiſſent alacrius ob mentionem, quam continet Theatri noſtri, cujus Conditorem hoc titulo antiquitus celebratum mentiri ſtuduit, qui effinxit; ac ſi ad id ædificium aſſerendum magnificæ, quæ ſuperſunt in colle, quamvis nunc partim ſubterraneæ, partim habitaculis commixtæ reliquiæ haud ſufficerent. Verum Theatris, & Amphitheatris præfixos titulos, vel eorum, qui condiderint lapidea monumenta, hactenus non eſt, qui viderit: ubi apparerent, non anguſtis tabellis, ſed maximis & literis, & marmoribus ſpectarentur: quo modo apte ſuppleas decurtatam data opera ab omni parte epigraphen, ita ut non verba tantum, ſed ſententia, & contextus conſtent, non invenies: fruſtra ex RICO T. Flavium Noricum Veronenſi ædificio alteri *incredibilis altitudinis, & majeſtatis*, ut Sculterus apud Gruterum (*b*) loquitur, præfixum cogitari, ut puto, voluit veterator. *Coronam Vallarem, & Triumphalem* eidem homini obtigiſſe, *difficile ad fidem eſt*, ut Liviano utar verbo (*c*); nam Triumphalis Imperatoribus ad triumphum properantibus mittebatur; Vallarem is conſequebatur, qui primus hoſtium vallum, & caſtra irrupiſſet, quæ gregariorum militum, vel minorum Officiorum laus eſt. *Theatrum Condenti* neque lapidaria, neque eo loco Latina eſt loquutio: *Decoris Cauſa* ex recentium Inſcriptionum formulis nihil agentibus una eſt.

3 . S A L V S .

ÆTER. R. P. PoP. ROM

L. FLACCVS . PRÆF. V. (*d*)

Brevis eſt lapillus, in quo tria vides ad extrema verſuum, & ipſo initio puncta male collocata. De L. Flacco Urbis Præfecto non eſt qui doceat: is modus *Reipublicæ Populi Romani* non ſolet occurrere: *Salus æterna L. Flaccus* non connectuntur; votiva marmora vel *Saluti* præſeferunt, vel *pro Salute*. Commodi etiam nummus, quem forte reſpexit, qui Inſcriptionem cudit: *Vota ſoluta pro Salute Populi Romani*

4 D I S S

P A R E N T I B

V S L M

M C E N S O R

T E N E T (*e*)

In Auctario *Antiquitatum Veronenſium* exhibetur. Lapidem qui aſpiciet, antiquum non eſſe, mihi

(*a*) Epiſt. pag 101.

(*) In Muſeo Veron. pag. CLXXVII. n. 1. & in MS. *Art. Crit.* TRIVMPHAL.

(*b*) Pag. CLXXXVII. n. 1. ubi legitur: *Verona ad portam Leoninam, fuit aliquando arcus totus marmoreus, artificio ſingulari: portis geminis* &c. *Hujus arcus reliquiæ, magna ex parte, contiguis privatorum ædificiis deformantur .... incredibilis tamen altitudo, & majeſtas etiam hodie oculos in ſtuporem convertit.* „ Inſcriptio tamen ſic adhuc diſtincte legitur.

TI. FLAVIVS. P. F. NORICVS. IIIIVIR. I. D.

Eadem in *Muſ. Veron.* pag. CXCIII. cum arcu affabre delineato.

(*c*) Livius Lib. III.

(*d*) Edita eſt in Muſ. Veron. pag. CLXXVII. 2.

(*e*) In Muſ. Veron. pag. cit. n. 7.

mihi vix credet ; ea facies, is color, ea corroſio : at *Tenet* cognominis loco mendacium prodit ; compendio detruncatum ſi dixeris, compendiis cognomina non obſcurantur : *Cenſor* demus pro *Cenſorius* eſſe : DISS quis uſquam viderat ? puncta ad imum literæ, non ad medium : S C ridicule in dextro lapidis latere : præterea una & altera literarum in ipſis ſaxi cavis ſculptæ fuere contra priſcorum artificum morem, qui ejuſmodi lapidum defectus tranſiliebant, ut præſertim in milliaribus Muſei lapidibus duobus cognoſcitur : idem fuit & librariis uſus, cum in membranis labes, ſeu vitium aliquod occurrebat.

Satis apte efficta baſi, quam Panvinius in *Veronenſibus*, in *Miſcellaneis* Sponius (*) magnis literis: GENIO IVCVNDITATIS MVSIS FLORAEQVE S. quis dedicaverit, obliti ſunt memorare : nec Muſis, nec Floræ genuinum videre inſcriptum titulum memini : horum Numinum conjunctio omnino nova : *Genius* autem *Jucunditatis* non ex veterum Deorum turma, ſed ex Italicæ loquutionis genio petitus. Communiori acceptione Genius *eſt Deus, cujus in tutela, ut quiſque natus eſt, vivit* (*a*): Collectionibus etiam hominum, vel locis ipſis ejuſmodi tutela tribuebatur : hinc civitatis, coloniæ, domus, fontis, Theatri, horrei, curiæ, Collegii, conventus, exercitus, centuriæ, cohortis, Familiæ, Cæſarum Genii ſæpe honorantur, numquam vero jucunditatis, aut triſtitiæ. *Genios inſolitos* recitat Sponius, ut hunc tueatur, ſed hujus generis nullum. Jucunditatem etiamſi pro Dea recipiamus, Genius ipſi non competet ; neque enim Reineſii (*b*) doctrinæ ſubſcribo, Genios *cuique Numini, ejuſque ſimulacro perinde ac cuilibet homini* deputatos tradentis ; quod unde hauſerit, vel conjecerit, nequaquam indicat. Plato certe, Plutarchus, Cenſorinus, Apulejus, qui de Geniis multa, hujuſmodi nihil. Genius a gignendo dicitur, quia cum gignimur, imponi ſtatim nobis putabant, Dii autem ἀγέννητοι. Quem Latini Genium, Græci Δαίμονα, quibus idem erat ac Fortuna, Genius civitatis in Græcis nummis τύχη τῆς πόλεως : Diis autem fortunam ſuam nemo adſignavit. Votivam ergo, quam ibi Reineſius tabulam illuſtrat, GENIO MARTIS poſitam, ſchedis reddat, a quibus accepit, ni mendum quoddam in voce MARTIS ſubſit ; ut ſubeſſe plane dicendum in mutila Gruteriana (*c*), quæ tamquam GENIO PLVTonis dicata recenſetur in *Indice* ; alioquin pro ſpuria habebimus.

Non omittendus inter noſtros ſummo olim ſtudio elaboratus lapis, funebria ſimulans carmina, ſed tot ex effectata abraſione lacunis interciſus, ut quatuor conjunctim verba hæc tantum, quæ male ſonant, expiſcari liceat, *Mihi Danti Cerea Prata*. Supplementa reperias nulla, quibus disjuncta, quæ hinc & hinc apparent, apte ſarcire verba & conglutinare poſſis. Magnificentiæ Pedum LXX. *in fronte* non bene reſpondent XIV. in agro : ob ſpurias M T C ſingularias, quæ ſummo lapide ſpectantur, non deerant qui ad M. Tullium Ciceronem monumentum referrent.

Ad aliam vetuſtorum lapidum Collectionem accedamus, quæ in Comitum Juſtorum Hortis, qui civitati noſtræ præcipuo ornamento ſunt, undequaque diſperſa, & concinne propoſita viſitur. Quæ inter Inſcriptiones illas ſuſpicionem moveant, Gombertum Comitem nequaquam latet, antiquarum rerum eximie peritum, & præſtantem, quam ipſe comparavit, veterum Numiſmatum gazam erudite augentem in dies. Advenarum oculos hæc in ſe præcipue convertit, in *Auctario Antiq. Veron.* edita, & a viro docto apud Malvaſiam (*d*) impenſe celebrata :

D M
IPSITHILLAE
DVLCISSIMAE
C. VALERIVS CATVLLVS
LEPORIBVS SVIS
MOERENS P

Stylobates ad priſcorum lapidum normam pulchre conſtructus, elegantibuſque omnino literis exaratus. Poetæ noſtri tam præclarum & diſertum nobis monumentum tot revoluta ſæcula non invidiſſe, maximæ profecto admirationi eſſet ; at unde, & quando tanti pretii cimelium exſiluit ? nulli enim ex Scriptoribus noſtris innotuit, adeo ut Polycarpus Palermus, cujus lapides poſt ejus obitum huc tranſlati ſunt, anno 1608. quo librum ſuum vulgavit, hujus Inſcriptionis non meminerit. Conficta eſt ex iis verſibus :

Amabo, mea dulcis Hypſithilla
Meæ deliciæ, mei lepores : (*e*)

at leporem omnem amittit vox huc tranſlata, & *Ipſithilla* his literis ſcripta ſe ipſam non agnoſceret : fuit enim *Hypſiclea* ὑποκοριστικῶς *Hypſithilla*, ut *Bathyllum* dixere a primitivo *Bathycles*.

Multo anterius in rubeo marmore artificioſe confracto elaborata eſt, quæ ad Plinium pertinet, quippe quam Apianus jam vulgavit. Utitur ea non ſine multo quidem clamore Palermus *de Plinii patria* ; quem deceptum opinor, cum recenſitam a Feliciano aſſeverat ; meus enim Feliciani codex nequaquam exhibet, nec Feliciani tempore extare puto : rejecta eſt a Saraina, Panvinio, aliiſque noſtris, ſed accepta a Reineſio (*f*), quod valde miror ; nullum enim ferme in eo marmore verbum eſt, quod mendacium non oleat. Ex contextu, ad quid antiquitus fuiſſet poſita, non eſt eruere, neque in ullo veterum Inſcriptionum genere cenſere eam poſſis. Inſolita

(*) Spon. *Miſcellan. Erudit. Antiq.* Sect. III. & vol. IV. col. 849. C. *in Utriuſque Theſ. Antiquit Roman & Græc. Nova Supplementa congeſta ab Joan. Poleno edit. Venet.* 1737.

(*a*) Cenſor. cap. I.

(*b*) Rein. in not. ad Inſcript. 85. I. pag. 122. lin. 12.

(*c*) Gruter. Ex *Pighianis* pag. MLXXIII. 8.

Romæ in via Latina
GENIO. PLVT. 6
&c.

(*d*) Marm. Felſ. pag. 503.

(*e*) Cat. Carm. 28. pag. 18. edict. Lugdun. 1607.

(*f*) Inſcriptionem Plinianam ob oculos ponam uti relatam a Rei-

lita patriæ profeſſio fictionis cauſam patefacit, ac ſi veritatem manifeſtiſſimam mendacio tueri oportuiſſet. Non eadem objicere poſſumus Pliniano alteri in iiſdem Hortis detrito monumento, quod Gruterus integrum, ſeu ſuppletum protulit (*a*). Me tantum & de ipſo aliquantulum ambigere non diffitear. Primus omnium edidit Joannes Antonius Pantheus in Dialogis de *Balneis Calderianis;* Felicianus non recenſuit, qui Panthei ætatem attigit. Videtur alio in marmore hæc olim Inſcriptio ſpectata eſſe; eam enim laudat Panvinius (*b*) ab *elegantiſſimis literis, ita ut ab horum temporum lapicida effingi non potuerint,* quod de hodierna dicturum fuiſſe non puto: in qua etiam *Orcivia Marcella* nomen una tantum & altera mutilatum litera cernitur, quod Pantheus nequaquam recitat. Carotus integram vulgavit, ac ſi nihil deeſſet. Literarum omnium veſtigium tantum ultimum cernitur, quaſi lapidis ſuperficiem æqualiter abſtuliſſet edacitas temporis, qui corroſionis modus inſolitus eſt. Sibi ne prænuncupato teſtamento in patria ſepulcrum ſtatui juſſerit Plinius, quem vitæ ratio quam longiſſime a patria deceſſurum eſſe admonebat? verum juſſerit; qui fieri potuit, ut voluntas ejus fuerit impleta, corpore a Veſuvii eructationibus abrepto, exuſto, abſumpto? Reſponderi poteſt, *Sibi* in lapide non apparere, & a ſarcinatoribus eſſe, teſtamento juſſos ingredi tamen id verbum ſolet: denique ad hanc diem mihi de ea non liquet.

Binas alias non prætermittam: *L. Redonius Q. F. Planta. Flamen. Vovit. MANISNAVIVS Poſuit.* deinde: *P. Valerius. P. F. Montanus Flam. MANNISNAVIVS Dedit.* Prima tantum innotuit eruditis, a Thomaſino adhibita (*c*). Non placuit Reineſio (*d*) *Redonia* gens, & *Renodiam* ſubſtituit, nec *Manis*, & in *Manius* convertit; *Navium* ſegregans, forte ut cognatione aliqua Attium Navium augurem attingeret, qui miro prodigio cotem novacula ſecuiſſe dicitur (*e*). Fabrettus ex eo lapide Renodia gente Romanos Faſtos auxit (*f*), & in Adnotationibus *Maniſnavius* non pro prænomine, & nomine recipit, ut Reineſius, ſed pro ſacerdotio quodam incorrecte expreſſo. Ego utramque Inſcriptionem ſpuriam opinor: rubeo & levigato marmore exhibetur utraque, ut Pliniana prima; puſillo quoque, & recentis aſpectus: utraque Numen oblita eſt profiteri, cui ſacrabatur: *Maniſnavius* modo ſimplici, modo duplici N diſerte legitur, quæ vox nec Romanum nomen ſonat, nec Sacerdotium: ignoti alicujus Numinis deſignaretur Flamen, non ita enunciatus fuiſſet; habemus enim Diales Flamines, & Concordiales, & Martiales, non *Martiavios*, aut *Diavios*.

In Comitum Moſcardiorum Muſeo, a Tranſalpinorum Itinerariis maxime decantato, arcto lapillo *Trucidati Cimbri* proteruntur. Ærario ſuo *Senatus Populuſque Romanus* numquam conſuluit magis quam cum C. Mario tam minimo impendio hanc *memoriam* poſuit. Novas hinc haurire ſiglas licet: R R pro *Republica Reſtituta*, I N F. I T A. A. V. pro *in faucibus Italiæ agri Veronenſis*. Tam puerilis ineptiæ non meminiſſem, niſi ea Inſcriptio una ex duabus eſſet, quas P. Mabillonius (*g*) ex hoc Muſeo vulgandas ſelegit; tanto enim nomine quidvis ſe quodammodo tueri poterat. Conficta eſt ad C. Marii Cimbricam pugnam Veronenſibus campis aſſerendam: quamobrem recentior Veronenſis Hiſtoria (*h*) hoc lapide in ea controverſia pugnat, quam paucis verſibus, & ſine fallaci ſubſidio ullo in vernaculo opuſculo de *Antiqua Verona Conditione* adverſus viros doctiſſimos Cluverium & Cellarium, ni fallor, diremi. Alias eodem loco lapideas tabellas videas fragmenta vetera incondite mentientes: *P. Rouino Ædili Plebis: Thermarum Reſtitutioni: Laribus Imp. Cæſaris Parthici: Bono Evento: Ad Dominam Felices, & Totum Populum:* quarum nullam Antiquariorum filii amplectentur. Poſtrema non in hujuſce Muſei ſolum volumine edita eſt cum ceteris, ſed apud Fabrettum (*i*) quoque, & in Gruteriano Theſauro bis, nugali etiam alia, tamquam ad latus ejuſdem lapidis haberetur, perperam adjecta: quam autem ſignificantiam iis verbis appingerent, quidnam excogitari poſſit præceſſiſſe, quod viderint veterum titulorum genus eo modo concludi, admonuit nemo. Habetur etiam in eodem Muſeo hoc fragmen a Fabretto vulgatum (*k*):

6 . . . HIS PRAEDI . . .
. . . ALERI IANVARI HC . . . .
. . . ID MESOLAEVM FA . . . .

Verum quid frugi? *Meſolaeum* nec latina vox videtur, nec Græca: *Mauſoleum* dicimus, nec per *ae* ſcribimus; non enim eſt ab αι, ſed ab ει, quæ in *e* verti ſolent, ut ab Αἰνείας *Æneas*: regulam prætergredimur in Darii regis nomine, ſed valde antiquus Q. Curtii Mediceus Codex *Da-*

Reineſio II. XI. ut quiſque pro ſuo ingenio ejus falſitatem videat.

C. PLINI . . . . . VERONENSIS
. . . . HISTORIARVM
H. L . . . . OMNIVM
. . . MEMORIAM DEDIT
. . . . NEC NON . . . T. . . . . C.
. . XXXV. . . . . CONSS. . . . MACER.

(*a*) Gruter. pag. CCCCLIV. 6.

(*b*) Ant. Ver. pag. 148.
(*c*) De Donar. cap. XXXIII.
(*d*) Rein. 17. v. pag. 364.
(*e*) Cic. de Divin.
(*f*) Fabrett. pag. 642. n. 360.
(*g*) Mabill. Itiner. Italic.
(*h*) Lib. I.
(*i*) Fabret. pag. 696. n. 172.
(*k*) Fabret. pag. 712. n. 340. ita refert:

IN HIS PRAED
VALERI . IANVARI . HOC
ID MESOLAEVM . FA
Veronæ ex Blanchino.



. . XXXV. . . . CONSS.

(a) Gruter. pag. CCCCLIV. 6.

Veronæ ex Blanchino.

Dareus perpetuo exhibet. Cuiquam forte cordi fuit, ut Veronenſibus etiam prædiis ſepulchra immodica defuiſſe ne viderentur, *Aëre nec vacuo pendentia Mauſolea*. Ancipitem me diu habuit inter genuinas, quæ impluvium, & viridarium ornant, Gruteriana illa (*a*), quam Fabrettus (*b*) iterat, ut de *Quarti* cognomine ſibi plaudat (*c*): amplus enim lapis eſt, nec imprudenter exaratus. Ad fabellas poſtremo latam, ſed gracilem contra funebrium noſtrarum morem tabulam amandavi, ob Cominium libertum alio quam patronus prænomine, ob minus propria cognomina *Attius* & *Tertius*, ob *Quarti* prænomen, de quo multum ambigo, ob ſpatioſam affectatæ abraſionis faſciam, quæ Inſcriptionem modo inſolito poſt quartum nomen ſecat, ob quinque diverſarum gentium nomina, quæ cum idem monumentum acciperet, nulla apparet ratio, ſed præcipue ob clauſulam *Vſtrinae Commune*, quæ ridicula eſt, & nihil dicit, ineptèque arrepta eſt ab ea, quæ in editis pluribus occurrit: *Huic monumento uſtrinum applicare non licet* (*d*).

Mirari non paucos puto, cur inter Veronenſes ſpurias Inſcriptiones illius nondum meminerim, quæ ſub arcu Gaviorum viſitur duplex, & a noſtris etiam paulo doctioribus exſibilari communiter ſolet:

7 L VITRVVIVS L L CERDO
ARCHITECTVS (*e*)

Mirabuntur magis, cum me in id propendere aſſeverabo, ut eam ſaltem, quæ ingredientibus occurrit dextra, genuinam, & antiquam judicem. Literæ certe, puncta, poſitus quod diſpliceat, non habent; & a Feliciano recenſetur, qui in hujus ſtudii exordio floruit, & apud quem nulla ex commentitiis omnibus, quas memoravi, reperitur. Repudiant plurimi propter legem de nomine non inſcribendo, quæ Architectis impoſita vulgariter dicitur, & quod in Arcus ornamentis appareant quædam, a Vitruvio in libris de Architectura improbata, Legem quod attinet, Scriptores nullam memorant. Digeſtorum illa adduci poſſet: *Inſcribi nomen Operi publico alterius quam Principis, aut ejus, cujus pecunia id opus factum ſit, non licet* (*f*): quamvis præcipuam legis mentionem paulo ante præmiſſa verba declarent; *ne ejus nomine, cujus liberalitate opus extructum eſt, eraſo, aliorum nomina inſcribantur:* ubi etiam diſcitur, minus recte in hanc rem Lacones Architectos (*g*) ex Plinio (*h*) afferri, quibus, quamvis Templum Octaviæ ſua impenſa conſtruxiſſent, permiſſa Inſcriptio non fuerit: lex enim ædificium ſuo impendio extruenti Inſcriptionem dabat; quamobrem alia de cauſa Laconibus illis uſitatam opinor, veluti quod externi eſſent, nec Romana civitate donati: ſi tamen huic Hiſtoriolæ fidendum eſt, eam ſcilicet minime aſſeverat Plinius, ſed ita *quoſdam putaſſe*, refert. Verumtamen vel ſine lege architectonicis fabris id permiſſum non fuiſſe, ex ipſa inhoneſtate rei facile intelligi poteſt: nam & his temporibus, etiamſi nulla vetet lex, Architectorum nomina publicis Operibus præfixa minime videas. Quædam tamen & præter conſuetudinem fieri contingit: itaque Proclum Architectum, qui Theodoſii juſſu Κίονα τετράπλευρον *Obeliſcum quadrilaterum* humi jacentem Conſtantinopoli erexit, Græca Inſcriptio baſi conſignata profitetur (*i*): & inter recentes Falconetti Veronenſis, quem in Veneta omni, & finitimis provinciis extinctas a Romanorum ævo præclaræ ejus artis rationes primum fulciſſe, docet Vaſarius, ad duas Patavii portas nomen intueri eſt. Quid autem magis inſuetum, quam Architecti nomen in eodem marmore, & eadem literarum magnitudine, qua Præfectorum, & ipſius Principis inſpicere? id tamen honoris eximio, & cum paucis cujuſcumque regionis comparando *Sanmichaelio*, ut vocant, præſtitum mirabitur quicumque Veronæ ad interiorem Portæ Novæ proſpectum, ſub feneſtra exeunti ſiniſtra, hanc a nemine ex Scriptoribus noſtris animadverſam Inſcriptionem leget: *Andrea Griti Principe, M. Antonius Cornelius Prætor, & Ludovicus Faletro Eques Præfectus*

(*a*) Gruter. pag. MXLII. 3.
(*b*) Fabret. pag. 24. n. 107.
(*c*) Idem *loc. cit.* inquit. Item Quarti (prænomen) *ex eodem Grutero, quamvis id non agnoverit Scaliger, qui in ultimo Indice Viror. & Mulier. prænomen Cominii inter nomina centuriavit, & Manilii nomen ſimul ac prænomen præmiſit.*
(*d*) Majoris intelligentiæ cauſſa Maffejani textus exhibetur cit. Inſcript. Gruter. & Fabret.

M. CATIVS . M. F. TERTIVS
M. TVLLIVS . M. L. ATTIVS
M. COMINIVS . C. L. FELIX
C. CLODIVS . C. L. PARATVS

QVARTVS . MANILIVS
VSTRINAE . COMMVNE
IN. FRON. . . . . . .

(*e*) Editæ in Muſ. Veron. pag. CXCV. cum delineatione faciei Septentrionali & Meridionali arcus, ubi ſub porta ad dext. ſac. ſept. leg.

GAVIAE.
M. F

Et ſub altera ſac. Merid. ad ſiniſtr.

C. GAVIO . C. F
STRABONI

(*f*) De Leg. 3. D. de Oper. publ.
(*g*) V. Mon. Veir. Ant. p. 119.
(*h*) Plin. Lib. XXXVI. cap. V. prope fin.
(*i*) Gruter. pag. CLXXXV. 6.

feſtus Curavere. Hermolao Lombardo Publicarum Fabricarum Proviſore, Michaele Michaelio Veronenſi Architecto MDXXXV. Vitruvium autem noſtrum id præcipue tuetur, quod non in Arcus fronte, neque in facie alterutra inſcriptus viſitur, ſed ſub fornice, ad latus, & exiguis literis, qua modeſtia occultatum potius, quam oſtentatum videri quodammodo nomen poſſit. Sic & Puteolis Architecti L. Cocceii nomen *in latere ſiniſtro Templi* ſculptum fuiſſe, docemur in Gruterianis (*a*). Recentes quoque, quos vidimus, Falconettus, & Michaelius ſummis Operibus, & conſpicuo in primis loco non præfiguntur. Quod Architecturæ ratio non ſit omnino Vitruviana, nihil obſtat; neque enim Vitruvius noſter celebris ille de Architectura Auctor eſt: ille *Pollio*, hic *Cerdo*; ingenuus ille, hic libertus: falli hinc conſtat ſuſpicantes ad eximium nobis vindicandum Scriptorem Inſcriptionem confictam; neque enim alio prænomine, & cognomine, diverſoque hominis ſtatu prolatus fuiſſet.

Antequam Veronam, agrumque Veronenſem deſero, quæ Bardolini ad Benaci ripam in horto Parochi jacet, ab Eroticas fabellas amantibus proferre epigraphen expoſcor. *Pardali Puella Tenerrima Auletis Regis Filia Benacenſes.* Fruſtra eſſet, qui *Pardalidis* nomen in ſubſidium e Grutero (*b*) advocaret, & Etruſcam e Lydia profectam ſomniaret gentem (*c*), ubi *Lydiæ lacus unda* perſonant, quod Plutarchus urbem Sardas everſam pene dicat *ob inimicitias Pardali, & Tyrrheni*, τὴν Παρδάλου πρὸς Τυῤῥηνὸν ἔχθραν. Oppoſita Riparienſis regio plures habet veteres lapides, plures Triumpilinæ valles, & Sabienſes, & Camnorum, nec non in planitie poſitus Brixianorum ager, multoſque urbs ipſa; attamen luſtranti mihi commentitii in hac Provincia non occurrerunt, & qui a Rubeo in Brixianis ejus farinæ afferuntur, inter extantia monumenta fruſtra exquiſivi.

Vicetiæ in Comitum Gualdiorum horto Collectio viſitur marmorum, quæ ſive ad exercendos, ſive ad eludendos antiquarum rerum ſtudio deditos conſulto elaborata opinor fere omnia. Fragmina primo ſimulantur mirifica: quid *Africam Receptam* memorem, quid *Catonem Vticenſem*, quid *Anthigoniam* (ſic) *Priami Regis Uxorem?* Sex hinc arrepta monumenta recenſuit Urſatus (*d*) in Patavinis, quorum fides apud me pariter labat. Quæ in ea pagina quarta eſt, non reperitur amplius; rejicio tamen nihilo minus: quid enim ſibi vult *Miſſus Ex PR. Speculator?* Reineſius, qui rurſus edidit, (*e*) & in Indice *ex Pratorio* explicat, rem miram nos docuit, & novum ſpeculatorum genus excudit. Minus etiam proprie Numen, cui votum ſolvi fingitur, in calcem conjicitur; ſiquidem A A non *apud agrum*, vel *aurum, argentum*, ut Urſatus in adnotationibus, ſed *Aquis Aponi* intelligendum eſſet. Jam quæ Aquilejam Coloniam deductam ſpectat, & integra apud Gruterum (*f*) quoque recitatur, detritis, ut mentitur, ceteris, poſtrema tantum ſic exhibet: AE COLONIAE DEDVCVNDAE. Qui integram ſcripſerunt, *L. Manlius L. F. Acidinus* TRIV. VIR *Aquilejae Coloniae Deducondae*, fallaciam facilius dignoſcere potuerunt: quid enim hac Inſcriptione peragitur, & cuinam generi adſignemus? TRIV. VIR inficete ponitur pro IIIVIR. vetuſtas etiam nimia, & aliam ortographiæ rationem requirens, quandoquidem anno V. C. DLXXII. Triumviri P. Cornelius, C. Flaminius, L. Manlius Aquilejam Coloniam Latinam deduxerint. Celebritate autem inter iſtas accipe, ut jacet:

8 D. M.
T. CAPELI. T. F.
VINDICIS
IN. F. P. XXXVI.
A. T. COX. S. P. XXII
INTRA COX. P. XXXVII

Scardeonius (*g*) protulit, exinde Gruterus (*h*), Urſatus, Fabrettus: quorum recentiores duo ob *Coxae* mentionem multum illuſtrarunt. Contendit Urſatus *Marm. Erud.* P. I. Siculo Flacco nixus, *Coxam* aggerem fuiſſe, quo monumentum circumdaretur: quem refellit Fabrettus (*i*) ex eodem Flacco, Coxamque *in agris angulum internum ſignare* aſſeverans, ſchemmate propoſito, quomodo in area monumenti ſine ullo aggere *Coxa* & *Tergum Coxae* intelligi debeant, exponit. Sed operam perdidere viri docti; commentationes enim ſuas in fallaci ædificarunt ſolo. Ea tabula puſilla eſt, cujuſmodi funebres hic loci non occurrunt, niſi e ſubterraneis Romæ monumentis arceſſitæ ſint, quas e tam longinquo in has regiones ante me nemo merces advexit: petræ color, & facies vetuſtum ævum non redolent: puncta ad imum literarum, non ad medium. Singularia S in quinto verſu importune poſita quid ſibi velit, nemo dixit. T pro *tergo* in lapide quis viderat? Sed falſitas præcipue patet ex inauditis ipſis dimenſionibus *Intra Coxam*


(*a*) Gruter. pag. CCXXVII. 2.

L. COCEIVS.
C. POSTVMI. L
AVCTVS. ARCHIT

De hoc Architecto Vid. Strab. L. v. fol. 196 & Capac. L. 2. cap. 2. pag. 384.

(*b*) Idem pag. DCXCIX. 14.
(*c*) Catull.
(*d*) Sertor. Urſat. *Monumenta Patavina* pag. 227. Edict. Patavii 1652. in fol. fig.
(*e*) Reineſ. 28 v II. pag. 517.
(*f*) Gruter. pag. CCCCXXXIII. 8.
(*g*) Scard. pag. 76.
(*h*) Gruter. pag. DCCCCV. II.
(*i*) Fabret. pag. 180. num. 377.

TAB. III.



DIPTYCHON COMPENDIENSE

Coxam, & *a Tergo Coxa*. Id cogitavit qui confinxit; ubi formulam numquam viſam minime intelligere faterentur omnes, proditurum ipſum, & Siculi (Siculii, vel Seculii enuntiandum opinor) Auctoris, parum triti loco, ut arbitror, unico in medium producto, non ſine populi acclamatione explicaturum. At *coxam* Siculius dixit, *intra coxam*, & *a tergo coxa* non dixit. Is de agrorum terminis ſermonem habens, *omnibus angulis*, *coxiſque* poſitos eſſe debere monet: Fabrettus coxam *in agris angulum internum ſignare* tradit, & ea ſimilitudine externum angulum vocari *cubitum* notat. Ego, quid interni & externi anguli ſint, ubi de agris agitur, vix intelligo; multo minus quid anguli tergum. Externum angulum Mathematici vocant, quem trianguli latus efficit, ſi producatur: conſtat ex Euclidis Prop. XXXII. Libri primi, qua docet omnis trianguli μιᾶς τῶν πλευρῶν προσεκβληθείσης *uno laterum producto*, τὴν ἐκτὸς γωνίαν *externum angulum*, hoc eſt, qui extra triangulum fit, duobus internis æqualem eſſe: at in re limitanea qui extra agrum anguli concipi poſſunt, nemo conſiderat, & internos ab externis diſtinguit nemo. *Coxa* flexus, ſeu flexura eſt, cum ſcilicet campus rectis lineis non circumſcribitur, ſed flexuoſis: tunc enim neceſſe eſt, non extremos angulos tantum, ſed locos etiam, ubi inflectitur fundus, & procurrit, terminis deſignare: *verſuras* itidem Flaccus appellat, & ubi habet *in flexis verſuris*, putavit Rigaltius (nulla tamen neceſſitate) *in coxis* legendum eſſe; *nam*, inquit, *in arte iſta menſoria*, *Coxa dicuntur flexus*, *& verſura terminorum*. Poterat ea propter & in ſepulcri area, ac religioſo loco coxa fortaſſe memorari; at vocabuli vim non intellexit, qui Pedes *intra coxam*, & *a tergo coxa* commentus eſt. Eradatur ergo fictitius hic titulus ab eximia, quæ paucis abhinc annis adornata Patavii eſt, Latini Lexici editione, ſimul cum doctrina de voce *Coxa* angulum agrorum *internum* ſignificante. Antequam ex hoc viridario pedem efferimus, genuinas etiam unam & alteram in eo ſervari Inſcriptiones admoneo, quarum præcipua *Q. Clodii Medici ocularii* eſt, rotundo lapide (ingentis columnæ fruſtum credas) inciſa; primus vulgavit Trinagius, exinde Reineſius (*a*), cui nuntiatum perperam eſt, *in vaſe* ſpectari.

Patavium doctam urbem & magnificam ingrediamur. In Alverſiorum domo prope Theatinos, Gruterianam vidi *P. Manlii Suri* (*b*), quam Scaliger, Gudius, Reineſius, chorusque reliquus plaudentes excipiunt: liceat tamen dicere, nihil ineptius. Oratio quibuſdam fruſtis ex veteribus monumentis deciſis contexitur, ſed importune adhibitis, & recentibus loquutionibus intermixtis. Lapidea tabula ſpatioſa eſt, ſed gracilis; ſcriptura non ex veterum more diſtributa. Initium ab editoribus omiſſum. D. M. punctis tergeminis: prænomen patris extra locum; nam antecedere cognomentum debuit. *Triumviros Capitales* (Tres viros vocat Soſia in Amphitryone) municipia non habuere; urbanus enim magiſtratus fuit. S. V. P. HAC. F. ſpuria compendia ſunt.; Scaliger in *Indice* Gruteriano, & Urſatus in *Notis Romanorum*, qui ex hoc lapide recenſent, & explicant *Sponſione Utriuſque Partis Hac Facta*, ſibi ſomnia fingunt; neque enim aggerari ſolent in lapidibus Siglæ, niſi ad notas, & perpetuas formulas ſignificandas. Præterea Latinulne nedum Lapidarius habebitur ſermo *Quos Moriens Damnet Ad Tale Poſteros?* & quæ exinde conſequuntur meliora ne videantur? Bini in eodem loco breves cippuli, quos in Patavi-

(*a*) Reineſ. 8. XI. pag. 611. ex Cl. Bartholino.
(*b*) Hunc titulum ob oculos ponam, ut magis ejus fictio agnoſcatur:

P. MANLIVS.SVRVS. P. F. III. V. CAP
ET POMPONIA.CN. F. MARITALI
CONCORDIA.INCOMPARABILES
S. V. P. HAC. F
SINE.VLLA.PENA.VT.SVPERSTES
ROSIS.S. IACENTIS.QVOTAM
KAL. IVN. EXORNET. HICQ. CVM
SVR. OMNIBVS.EPVLENT.QVOS
MORIENS.DAMNET.AD.TALE.POSTEROS
QVI.SVPERERINT.HVC.DEFVNCTVM
NIHILO.IMMVTATO.QVOD.AD COR
. . . . . ATTINET.COMITETVR.QVAN
. . . . . . T.OMNIBVS.IMMVTABILI. F.L.
. . . . I. DVM.N. S. H. M. NAM.VT
CONCORS.VIVORVM.ANIMVS.STETIT.ITA
CONCORS.MORTVOR.CINIS.HIC.IACEAT

Gruter. pag. CCCCXXXV. 2. e *Fabricio*, *&* *Scardeonio* ponit *Patavii apud Alex. Baſſianum*.

tavinis accurate depictos intueri potes: tam ſimiles magnitudine, forma, petra, genere, & eodem parente genitos vix dubitem;

> . . . . . . *par nobile fratrum.*
> *Nequitia, & nugis pravorum, & amore gemellum* (*a*).

Columellæ enim antiqua Inſcriptione præditæ iis parergis ornatæ haud ſolent conſpici, & ſculptilia, quæ in his ſpectantur opera artificum, vetus non ſapiunt. Utramque exhibuit Inſcriptionem Gruterus (*b*), priorem Fabrettus (*c*) quoque. Funerarias ſi velimus, nulla apparet nota; ſi honorarias, vix credatur de gregario milite, & de gregario homine. Unam plura fragmina doloſe, ut perſpicue inſpiciendo patet, elaborata componunt; alteram Marcelli, & Secundi cognomina genti Acutiæ plebejæ data dehoneſtant; Marcelli præſertim, quod Claudiorum fuit, & paucarum præcipue nobilitatis gentium. Qui tribunatum plebis Acutii geſſere, nulla præſeferunt cognomina: Acutium Nervam ſuffectum Conſulem recenſuit Panvinius ex Plinio Juniore, ſed *Curtius* reponi debet, ut optime animadvertit Reineſius (*d*). Apud hos cippos Caetroniorum lapis viſitur ex eadem caterva, quod & ab inſpectione conſtat, & a lectione: cum enim nulla ex parte ſit mancus, mulieris tamen, quæ monumentum parat, fruſtra nomen requiras (*e*). *Viva* quidem viro, & filiis feciſſe dicitur; quænam autem hæc viva fuerit, obliti ſunt memorare: ſed aures præcipue vexat *Anderoudi* cognomentum, ſic enim marmor, ut probe exſcripſit Urſatus. Illuſtratores Gruteri (*f*), qui emendant AN. *Gerulo*, & de tribu *Anienſi* jubent intelligere, non cogitarunt, libertos in lapidibus tribum nequaquam profiteri.

Ad Baſſanorum ædes accedamus, quorum marmora jam penes eoſdem Scardeonius laudavit. Præfulget inter ea Veſtalium Virginum monumentum, quod multo melius, quam apud Gruterum (*g*) eſt, Urſatus (*h*) exhibet; at ita præfulget, ut excedat fidem. Qui Inſcriptionem cælavit, ut recta procederet, ſingulorum verſuum viam præſignavit cuſpide, ita ut adhuc appareat, ac ſi puerorum ſcribere incipientium ſubdititiam regulam de lapide reliquerit. Librarii olim ſimile quid interdum in membranis præſtabant, quod forte Catullus reſpicit, ubi ait, Suffenum *chartas regias* habuiſſe, & *membranam plumbo diſſectam*. Quam mirum autem, utramque ex feminis, quæ in hoc lapide memorantur, *Serviliam*, & *Sextiliam* prænomen *Publia* oſtentare! & ita quidem, ut nec de nomine male accepto, nec de perperam diviſo, ut in aliis pluribus ſuſpicari liceat. Vulgatum eſt, feminas prænomine numquam uſas, a viris doctis pluribus autumatum eſſe, ſaltem vero perquam rariſſime ab omnibus. Ego tamen multo adhuc difficilius, quam hæc prænomina, Veſtales Patavinas (bona Urſati (*i*), & Octavii Ferrarii venia) recipio. Urbanum id ſacerdotium fuit, non municipale, nec cum quibuſlibet urbibus aliis communicatum. Eas legere, vel capere Pontifici tantum Maximo licuit, ſollemnibus iis verbis adhibitis, quæ a Fabio Pictore (*k*) Gellius (*l*) attulit: SACERDOTEM . VESTALEM . QVAE . SACRA . FACIAT . QVAE . IOVS . (*m*) SIET . SACERDOTEM . VESTALEM . FACERE . PRO . (*n*) POPVLO . ROMANO . QVIRITIVM . VTEI . QVAE . (*o*) OPTVMA . LEGE . FOVIT . ITA . TE . AMATE . CAPIO . at Pontificem Maximum Municipia non habuere.

De Tiburtibus unice Veſtalibus muſſitatur quiddam, quæ civitas vix quatuor, aut quinque horarum iter abeſt ab Roma: a duobus etiam ſolummodo lapidibus Tiburtes iſtæ Virgines pendent, quorum fides, vel intelligentia difficultate non vacat. Non deerunt, qui monumentum noſtrum tueri conentur, quod nihil prohibeat e Roma allatum fuiſſe: necdum tamen acquieſcerem; funereum enim Veſtalis Virginis monumentum in Urbe ipſa, vel in Romano agro, nemo umquam fuit, qui repererit. Quæ hujus Sacerdotii apud Gruterum Inſcriptiones meminerunt, Honorariæ ſunt, & Virgini Veſtali *Maximae* dedicatæ: ſi quæ habentur ſepulcrales Veſtalem memorantes, non ipſis Veſtalibus ſunt poſitæ, ſed earum libertis, etiamſi L in Gruterianis (*p*) duabus perperam prætermiſſum ſit; neque enim a fratribus, vel parentibus expectandum Veſtalibus ſepulcrum erat. Quid dicendum præterea de bigati hujus lapidis imaginibus, de quibus alio loco verba faciam? nihil plane illis cum Veſtali Virgine. Qui epigraphen eſt mentitus, Sextiliam puto reſpexit, quam eo ſacerdotio nobilitatam Liviana Epitome memorat; ſed

(*a*) Horat. Serm. Lib. II. Satyr. III. v. 243.
(*b*) Gruter. pag. DXIX. 4 pag. DCCCLIV. 3.
(*c*) Fabret. pag. 139. n. 146. e *Schedis Lilii Vaticanis* variantem a Gruteriana, & ponit *Ateſte*.
(*d*) Reineſ. I. VI. pag. 394. in Not. ad Inſcript. I.
(*e*) Monument. Patavin. pag. 68.
(*f*) In N. I. ad Inſcript. pag. MCLV. 3.
(*g*) Gruter pag. CCCXI. 3.
(*h*) Urſat. *Monument. Patavin.* pag. 53.
(*i*) Idem pag. 76.
(*k*) „ Quæ ex Fabii Pictoris annalibus veteres referunt, ea „ partim ſunt de antiquitatibus Italiæ, & orbis initiis: „ partim de geſtis Populi Rom. Utrum autem ex Græco, „ an Latino ſint opere, non ſemper dicere poſſumus. „ Nec de eo anxie diſquiri, opus eſt, ſi utraque lingua „ idem opus ab eo tractabatur. Ex Latinis meminit Plin. „ lib. 10. Hiſt. Nat. cap. 28. & lib. 14. cap. 13. Quintilianus Lib. 1. cap. 10. Solin. cap. 10. „ Hæc ex not. *A. Gellii Noct. Att.* Lib. I. cap. XII. pag. 60. n. 28. ex edit. Lugduni Batav. *cum ſelectis noviſque commentar. & accurata recenſione* Ant. THYSI, & Iacob. OISELI, 1666.
(*l*) A. Gellius Lib. I cap. XII. pag. 60. cit. edit.
(*m*) Jous. [IOVIS] Ἀρχαϊκῶς.
(*n*) „ PRO POPVLO ROM. QVIRITIVM) Emendat Carrio, POPVLO ROMANO QVIRITIBVSQVE, „ quod in omnibus ſacrificiis & precibus ita loquerentur „ Feſtus: *Dici mos erat Romanis in omnibus ſacrificiis precibuſque* POPVLO ROMANO QVIRITIBVSQVE. *quod eſt, Curenſibus, quæ civitas Sabinorum potentiſſima fuit.*
(*o*) OPTIMA LEGE] Male vulgo legebatur, VTI QVOD. OPTVMA. LEGE. FIAT. Feſtus: *ut qui optima* (le-ge *optima*) *lege fuerint, adjici ſolet, cum quidam Magiſtratus creatur*. Adde ſimilem locum Feſti, in *optima lex*. Vid. Scalig. in Feſt.
(*p*) Gruter. pag. CCCXI. 6. 7.

ſed illa monumenti ſumptu neminem gravavit; nam *damnata inceſti viva defoſſa eſt* (a). Addo etiam, minus placere in hac Inſcriptione ſollemnia verba V. F. in calcem rejecta; ut plurimum enim ſummo lapidi præfigi ſolent. Ab hoc lapide modico intervallo diſtat Græci marmoris infixa tabula, Gruterianum Flaviæ Quintillæ titulum continens (b): recentem cum aſpectus, tum loquela teſtatur. Ponit Quintilianus *Vix Dolore Vivus*, deinde, *Poni Curarunt Heredes*; & ponit Quintillæ, ac Curullo Conjugi *Impatientiſſimo*, quodque leporem omnem ſuperat, *Una Heu Superſtiti*: in pluribus tamen libris recenſetur. Non uno mihi nomine & L. Raecii epigramma (c) diſplicet, in quo ſpatium ad ejus nomen recipiendum, qui fecit, (d) deerat: ante *Suis* quænam in LI deſinens potuerit apte dictio ſpectari, non video. 7. L. eo loco pro *Caja liberto* accipenda eſſent, non pro *Conliberto*, ut in commentario explicatur. Viſitur hic etiam victoris Annibalis monumentum, cui veterator nullam antiquæ Inſcriptionis faciem indere valuit. Rejecit prudenter, ut & nugacia alia Urſatus (e), recenſuit Bartholini fide Reineſius (f), qui de *Baſſani* quoque, & *Antenoris Trojani* lapide perquam ridendo ſerio egit. *Patavina Monumenta* perlegenti mihi duæ præſertim minime arridebant Inſcriptiones (g), quas cum prope Marcelli pontem viſum veniſſem, ludicrum opus fuiſſe, ſtatim intellexi: viſuntur enim in una ex pilis, quæ domum quamdam fulciunt; quæ pila tribus ex eodem genere, ut par eſt, lapidibus conſtat, ita ut cum ea duo fruſta, quæ titulos proferunt, tum intermedium nullis literis inſigne, eadem omnino lapicidina ſubminiſtravit; unde patet, poſt columnam ſtructam inditas epigraphas per jocum fuiſſe. Alteram ex his Gruterus (h) exhibet e Pinelli ſchedis, gentilitio inaudito, cognomine, ut melius ſonaret, a Scaligero in *Irenae* mutato (i), & demum Hebraico nomine: alteram bis recenſet initio ſic variato (k), *Catia C. F. Prima*, & *C. Atilia C. F. Prima*: emendavit Fabrettus (l) ex conjectura *Catilia*, ut feminæ prænomen adimeret: verum divinavit nemo; eſt enim in lapide *C. Atia C. F. Prima*, adeo ut virili quodammodo larva mulier iſta prodeat in ſcenam. Formula *Vivens Fecit* poſt nomina collocatur: finalem clauſulam iis conjunctim verbis, *Hunc Locum*, *Et Monumentum*, an viderim, hæreo: ſed hæc minutiora, & minus certa. Quid dicendum de *Dis Penatibus*, quos una diminutos litera reſtituiſſe ſibi gratulantur Scaliger, & Gudius? nonne id funereæ Inſcriptionis calce opportune memorantur? Ea quidem verba non in eadem lapidis facie, ſed in averſa parte ab eodem ſcalpro exarata ſpectantur: docet hic Urſatus, *monumenta fere omnia diverſorum numinum tutela commendata obſervari*; quæ, pace tanti viri, falſiſſima doctrina eſt, & ob eam vulgariter receptam non in antiquis tantum Inſcriptionibus dijudicandis, ſed & in novis pangendis peccari communiter etiamnum ſolet, ut alibi animadvertemus. *Imagines argenteas Laribus Publicis* datas Reineſius (m), & Sponius (n) certatim exſcripſere: exigua tabella eſt, literis levi manu, nec more priſco inciſis. Erit autem mihi magnus Apollo, qui verſus primi ſententiam extricet: *Genio Domnorum Cereri*. In hæc verba ſingulatim conſiderata doctum commentarium Urſatus (o) ſtruxit; at cogitandum erat, & conjunctim poſitis aliquid ſignificandum fuiſſe: item Cereri cum Genio, & Laribus. Emendavit, lapide adverſante, Reineſius, *Caeſarum*: at docere debuerat, ubi *Domni Caeſares* occurrant.

Inter præclara multa varii generis cimelia Urnam fictilem ſervat Vallisnerius meus ubique notus, in qua hæc cuſpide inciſa verba *L. Verus Aug. Arm. Parth. Max. Tr. P. VIIII. Coſ. III.* Spectabatur olim in Muſeo alio percelebri, & ad condiendum mendacium Altini reperta aſſerebatur, ubi Verus fato conceſſit. Eam doctus poſſeſſor ridet: memoravi, ut hac occaſione monerem, pro commentitiis illas omnes habendas Inſcriptiones, quæ in fictili cælatæ, & inciſæ afferuntur: quas enim ejuſmodi materiæ mandabant veteres, formis effictas videas, & ut plurimum anaglypticas: quamobrem non funerariæ ſolent eſſe, ſed ejus generis, cujus multas iiſdem nominibus & notis cudere oporteret. Etruſcorum contra figulorum multæ reperiuntur funereæ capſulæ, inſtrumentaque alia, literis nec exſtantibus, nec cavatis, ſed colore, aut concretione quadam, mire tenaci, & adhærente depictis.

In impluvio nobilium de Lazzara, qui adverſus columnam habitant, lapidea viſitur *T. Muſtii Hoſtilii Fabricii Medullae Augurini* tabula (p): conſpectus non una de cauſa maxime ſuſpectam reddit. Inſcriptio quoque minus placet: ſub Nerva Augusto, & proximis Nervæ temporibus tot nomina in homine uno coacervari perrarum erat: tria quidem multo anteiſſe videas, & quatuor interdum, ſed in adoptatis, ut Valerius Meſſala Barbarus Æmilianus, qui anno V. C. DCCXLII in Conſulatu deceſſit: at gentilitiis tribus, cognomentis uti duobus, nulla intercedente adoptione, ſequiori tantum ævo videtur obtinuiſſe. Imo quod attinet cognomina, vix quidem; cum enim tertio, quarto, & quinto præcipue ſeculo congeriem videmus nominum, rationem cognominis poſtremum unice habere ſolet: penultimum vel ex adoptione inflexum eſt, ut in eo viro apparet, qui nominum numero ſupergreſſus eſt pene omnes, Correctore nimirum Venetiarum & Hiſtriæ *M. Maecio Memmio Furio Bal-*

(a) Livius Lib. XIV.
(b) Gruter. pag. DCCLXXXIV. n. 1.
(c) Idem pag. CMXCI. 14.
(d) Urſat. *Monument. Patavin.* pag. 51.
(e) Idem loc. cit. pag. 341.
(f) Reineſ. 65. III. pag. 327. & 35. II. pag. 376.
(g) Urſat. *Monument. Patavin.* 181.
(h) Gruter. pag. DCCCLXXIII. n. 14.
(i) In Indic. pag. CXLIX.
(k) Gruter. pag. DCCLIX. n. 4. DCCLXVIII. 6.
(l) Fabret. pag. 373. In not. ad Inſcript. 167. n. 22.
(m) Reineſ. 159. I. pag. 181.
(n) Spon. pag. 114.
(o) Urſat. *Monument. Patavin.* pag. 133.
(p) Gruter. pag. CDXC. n. 4. Monument. Patavin. pag. 166.

Balburio Caeciliano Placido (*a*); vel gentilitium frequenter eſt, quamvis non videatur, quod in *ius* non exeat. Non exit autem ſæpiſſime ex ſolemni errore, qui nomina quamplura corrupit; cum enim in vetuſtis permultis lapidibus, nummis, codicibus, unum I ſignetur, ubi duo deſcribenda erant; propter genitivum in I peccatum eſt communiter in nominandi caſu enuntiando; qui error ſi quoties erratus ſit, enumerare velim, multas mihi, & quidem *regias*, ut Catullus loquitur, *chartas* parem, neceſſe eſt. Nec ſit qui putet, cum I duorum vicem fungitur, prælongum perpetuo conſpici, & altius exſurgere: infinita enim pene marmora inſpexi, in quibus illa nequaquam ſervatur regula; multa enim, in quibus I longius pro uno tantum jacet: elegans Magni Ducis lapis, de quo alibi, habet VLPII. Itaque & in MSS. libris cum *Siculi Flacci*, exempli gratia, reperirent, non intellexere pro *Siculii* eſſe, ut innuebam paulo ante, & *Siculum* tamquam gentilitium nomen nobis obtruſerunt. Ob eamdem cauſam M. Aurelium *Caſſiodorum* Senatorem ad hanc uſque diem ſcripſimus, & recepimus: at præter *Senatoris* cognomentum (de agnomine enim non ſuſpicabitur qui ea tempora pauliſper noverit) quid Caſſiodorus (*b*) tamquam cognomen aliud præſtabat? Docuerat etiam nos Senator ipſe, id *vocabulum* non per ſuam tantum, ſed & *per alias familias currere*; quod autem inter plures familias commune eſt nomen, gentilitium eſt, & eapropter, niſi ſingularis quidam modus obſtet nominis, derivativorum, non primitivorum more deſinere debet. Nullus autem amplius in hoc quæſtioni locus, poſtquam præclariſſimus, qui nuper emerſit, Veronenſis codex, majori litera exaratus, non una, ſed triplici vice CASSIODORII ſcribendum docet. Ad Multium noſtrum ut redeamus, cum *Medullæ Angurino* duplicia cognomenta ſint, eo modo collocata & conjuncta nedum Nervæ, ſed & ſequiori ævo convenire videntur parum; quamvis inficiari nemo poſſit, inſueta plura, & cæptæ conſuetudini adverſantia in uſu nominum quandoque occurrere. Aſt ALLECTO etiam legitur in ea tabula; quam literæ D colliquationem in antiquis Inſcriptionibus vidiſſe non ſuccurrit; perraro profecto deprehendi poſſe crediderim. Gruterianus Index (*c*) *Alectus* & *Adlectus* perinde ac ſi promiſcue reperiantur, recenſet; ut in Gruterianis ipſis cum triginta circiter Inſcriptiones id vocabuli contineant, niſi quatuor, aut quinque præferunt *Allectus*, & illæ vel fictitiæ, vel ſuſpectæ. Magis adhuc turbat in hoc lapide *Curator Aerarii Pontificii*; Pontificium enim ærarium apud Scriptores legere contigit, vel in monumento, quod & aliis nominibus ſuſpectum non ſit?

Eximiam apud Gruterum (*d*) Patavinam Inſcriptionem videas, cujus pars pluſquam media recens lucubratio eſt: viſitur tamen ad fornicem prope S. Benedicti pontem integra, quia ſupplementum marmori inciſum fuit, & fruſto antiquo adglutinatum. Urſatus (*e*) optime edidit, nova a veteribus ſejungens: hæc autem inſolita & peſſimi exempli ſupplendi ratio cauſæ fuit, cur viri docti ad hunc lapidem olim impegerint; legitimum enim arbitrantes totum, in ſphalmatis, quibus recens ſegmentum ſcatet, acquievere. Numerandis ſuperſedeo; quandoquidem indigitavit Pignorius, docteque emendavit. Romanam exhibuit Fabrettus (*f*) pariter in lapide redintegratam, cujus item ſupplementi errores patefecit: verum ſupplementa noſtra, etſi certiſſima forent, ac inculpata, chartis noſtris reſervare debemus, &, quotquot libet, cum ſcribimus, explicare; ſanctius autem marmorum numquam violanda, nec ſinendum, ut vel jota unum priſcis monumentis de novo inuratur, nedum

(*a*) Gruter. pag. CDXXXIII. n. 4.
(*b*) Caſſiodor. Var. lib. I. Epiſt. IV.
(*c*) Vid. Indic. Gruter. pag. XV.
(*d*) Hanc Inſcriptionem continentem Legem dedicationis Aræ Jovi Opt. Max. ſacræ heic referam a Grutero editam pag. XXIII. 12. ut quiſque abſque illius ope ex ſe recentioris manus auctarium videat.

Salone in Dalmatia, poſtea Patavium tranſlata ad Rhamuſios:

L. AELIO . CAESARE.* IMP. P. COELIO . P. F. BALBINO . VIBVLLO . PIO . COSS

VII. IDVS. OCTOBRES

CN. DOMITIVS . VALENS . II. VIR. ID. PRAEEVNTE . C. IVLIO . SEVERO . PONTIFIC

LEGEM . DIXIT . IN . EA . VERBA . QVAE . INFRA . SVNT

IVPPITER . OPTIME . MAXIME . QVANDOQVE . TIBI . HODIE . HANC . ARAM . DABO . DEDICABOQVE . OLLIS . LEGIB

OLLISQVE . REGIONIBVS . DABO . DEDICABOQ . QVAS . HIC . HODIE . PALAM . DIXERO . VT . INFIMVM SOLVM . HVIVS . ARAE . EST

SIQVIS . HIC . HOSTIA . SACRVM . FAXIT . QVOD . MAGMENTVM . NEC . PROTOLLAT . ITCIRCO . TAMEN . PROBE . FACTVM . ESTO . CETER

LEGES . HVIC . ARAE . EAEDEM . SVNTO . QVAE . ARAE . DIANAE . SVNT . IN . AVENTINO . MONTE . DICTAE . HISCE LEGIBVS . HISCE . REGIONIB

SICVTI . DIXI . HANC . TIBI . ARAM . IVPPITER . OPT. MAX. DICO . DEDICOQVE . VTI . SIS . VOLENS . PROPITIVS . MIHI . COLLEGISQ

MEIS . DECVRIONIB. COLONIS . INCOLIS . COLONIAE . MARTIAE . IVLIAE . SALONAE . CONIVGIBVS . LIBERISQVE . NOSTRIS

(*) „ PRO IMP. Urſin. Sched. II. quod & probat. Pignor. Symb. „ Epiſt. 30. Steph. Pighius deſcripſit ex Schedis Marcelli „ Cervini, Card. S. Crucis, qui poſtea Sum. Pont. XXI. „ dieb. fuit: ad Marmor vero ipſum Manutius. Quæ hic „ ſunt mutata, ex Pignorii, qui accuratiſſime ad lapidem „ hunc titulum exegit, ſententia ſunt mutata, quem vid. „ loc. cit. EST tamen in v. 6. retinui, cum ibi legatur ES. „ in v. ult. NOSTRI eſt in lapide. Quæ vero ſint recentis „ ibid. vide. Nam pars prior horum verſuum eſt auctarium „ recentioris manus, quæ lapidem fractum ſic ſupplevit.„ Hæc in not. repetit. edit. Gruter.
(*e*) Vid. *Monument. Patavin.* pag. 222. Patavii 1642. fol. fig.
(*f*) Vid. *Inſcript. Antiq.* &c. cap. X. pag. 726. in I. col.

nedum tanta inſcripti lapidis adjectione augeantur.

Patavium egrediamur nolim, Liviorum monumentis, ut ipſe aliquando T. Livius (*a*) loquitur, *inviſitatis*. Tria omnino numerantur. Quod in Aula judiciorum maxima ornate & magnifice dedicatum eſt, antiquum eſſe ait: deſcripſerunt Paſtregicus, Cyriacus, Felicianus: illum autem, qui id *vivens fecit*, T. Livium Hiſtoricum minime fuiſſe, Pignorius (*b*) demum agnovit; quamvis argumento utatur futili, & tanto viro minime digno. Operam ludit Urſatus, qui contra pugnat; nihil enim clarius, quam *T. Livium Halyn Liviæ Quartæ* libertum ſibi monumentum paraſſe, ut Gudius optime adverſus Reineſium (*c*) adnotat. Et laudatum nomen in hoc lapide Hiſtoricum memorari, incredibile nequaquam eſt; Titum enim Liviæ patrem eumdem ipſum fuiſſe, ut aſſeverari, ita præfracte negari omnino nequit. Eodem nomine Comites Capoliſtei lapidem ſervant (*d*), quem nec inſpectio pariter, nec inſcriptio reprobant: eo petræ genere Patavii veteres alias unam & alteram vidi; recenſuit Felicianus, qui raro fallitur: utrum autem in iis Titis Liviis Hiſtoricus lateat, ego quidem nec affirmare auderem, nec impugnare: pro favente indicio quodam accipi poſſit, T. Livium, qui ſepulcrum adnornavit, cognomine non uti, uti & Hiſtoricus videtur uſus non eſſe. T. Livii Libertum, cui Gruterus (*e*) Turcarum inſigne viſus eſt appinxiſſe, nimis humaniter Urſatus (*f*) excepit. AN. XV. ſine *Vixit*, hodiernarum imaginum uſum ſapit: imaginis autem quod apparet muliebres oſtendit veſtes, ac ſi Libertum perſonatum exhibuiſſet.

(*a*) Lib. XXVII. cap. XXXIX.
(*b*) Pignor. *Orig. Pat.* cap. XVII.
(*c*) Videſis heic integram epigraphen ex Grut. p. DCCCLXXVII. 9. & faciliime cognoveris non de Livio Hiſtorico loqui, ut recte animadvertit, Cl. N. A. *Artis Critic. Lapid.*

V . F
T. LIVIVS
LIVIAE . T. F
QVARTAE . L
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI . ET . SVIS
OMNIBVS

(*d*) *Monument. Patavin.* pag. 201. in Urſato.
(*e*) Hanc epigraphen Gruter. pag. CMLXXXII. 8. ponit *Patavii apud Baſſianos e Scardeonio, & Pinelli Schedis*, & ſuper eam viſitur media Luna, ibique legitur:

T. LIVIVS
T. L
OPTATVS AN. XV

(*f*) Vid. ejuſdem *Marmi eruditi* P. I. Padova 1659. in 4. fig.
(*g*) Gruter. pag. DCCLIX. 6. ex *Simeonio*, & ponit *Ferrariæ ante ædem S. Franciſci*.
(*h*) Edita in *Muſ. Veron.* pag. CLXXVII. 5. & poſita inter *Spurios*.

Rhodigii eruditam Numiſmatum præcipue collegit gazam, antiquitatis valde ſtudioſus, & dum viveret mihi amicitia junctus Comes Camillus Silveſtrius. Inter lapidea cimelia columella eſt, Viro Clariſſimo bona olim fide miſſa, quæ apprehendentis vix manum impleat: *Val. Atilio M. Rom. F. P. Inocet. In. Patr. Vr. Recond. Actia Mater &c.* efficta eſt inepte e genuino apud Gruterum (*g*) fragmento, *Atilio Q. F. Rom. Actia Con. Et...* ubi nec Valerium loco prænominis, nec Romiliam tribum extra locum, nec intruſas ſiglas, aut importuna conſpicis verba. Exigua item tabella a Cerere incipiens, & in Herculem deſinens, quam *Hedomacus* quidam *Ob Honorem Libertatis* male ſacrat (*h*). Suſpicionem mihi etiam injecit aliquam titulus iſte, quamvis ingenti Saxo creditus: *Oſſa L. Domiti Tigrani Patavini*: nam patria neque adponi ſolebat in ipſo patrio ſolo decedentibus, neque ita in antiquis lapidibus enunciari.

Ex Forojulienſi pago hæc ad me Inſcriptio eſt miſſa (*i*): DEO RVBIGO SACRVM. at quod infra in lapide ſculptile ornamentum depingitur, antiqui operis nequaquam videtur. Deum etiam *Robigum*, qui colebatur, ne *mala culmos eſſet robigo* (*k*), nulla uſquam nobis votiva marmora exhibuerunt, niſi unum tantummodo apud Reineſium (*l*), & id quidem fictitium. Fictitium probant Ligorius auctor, a quo Ez. Spanhemius accepit; *Ampiania*, quæ Reineſiana gens eſt; Præfectus *Pratorius*, quod Ligorianum eſt officium; patria Lanuvium perperam enuntiata; Floræ numen, nulla pariter, quæ commentitia non ſit, votiva tabula (*) conſpicuum, & quo ſuboleat, falſarium e Calendario (*m*) Maffejano ſibi Deos hauſiſſe,

(*i*) Publici juris facta fuit a Philip. a Turre in *Monument. Veter. Antii* pag. 316. Romæ 1724 in 4. fig. a Muratorio ex Eodem pag. CII 6. & a Jo. Dom. Bertoli in libro, qui inſcribitur *Antichità d' Aquileja*, pag. 109. n. XCIV. Venetiis 1739. in fol. parv. fig
(*k*) Virgil. *Georgic.* Lib. I. v. 150.

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Eſſet robigo, ſegniſque horreret in arvis
Carduus . . . .

(*l*) Reineſ. 233. I. pag. 218. & ponit *Romæ via Campana*.

ROBIGO ET CERERI ET FLORAE
SACRVM L. AMPIANIVS MER
ENDA LANVMVINVS PRAEFEC
TVS PRAETORIVS PECVN. S. D. D.

(*) In Nov. Theſ. pag. XCII. 5. & 6. & pag. MCMLXXXIV. 8. habentur Inſcriptiones DEAE FLORAE ſacræ, quas Cl. Author inter ſpurias non adnumerat. In hujus honorem dies Feſti, ludique inſtituti fuere. Ovid. 4. Faſt. *Floralia* (inquit Plinius Lib. XVIII. Cap. XXIX.) IIII. *calen.* Maii *inſtituerunt* Romani A. V. IↃXVI. *ex oraculis Sybillæ, ut omnia bene deflorefcerent*. V. Varr. *I. de re ruſt. & v. de L. L.* Hæc Feſta celebrantur omni cum laſcivia meretricis memoriæ congruentia (Lactant. L. I. c. 20.): quamvis venerando nomine *Flora Mater* a Tullio appelletur. In. Verr. L. V. c. 14.
(*m*) Gruter. pag. CXXXIII. edidit hos faſtos Kalendares *Romæ* exiſtentes in Tabula Marmorea apud Card. Mapheum, quales Cn. Flavius publicaſſe, ac Pop. Romano tradidiſſe creditur, quos Ovidius XII. libris deſcripſit.

ſiſſe, in quo *Floralia* poſt *Robigalia* (*a*) conſignantur. Et Forojulienſem ergo fictum pariter opinor lapidem, ut in illius pagi nomen *Rubignaco* quiſquam luderet.

Ad triumphalem Venetiarum urbem, cui regere imperio populos feliciter contigit, lætus libensque appello. In Placentiniorum æde, haud longe a S. Joanne Novo, Tergeſtina ſervatur (*b*), cujus fallaciam olfecit Scaliger, etiamſi Reineſius rurſus produxerit. *Imp. Caeſar* nullo adjecto nomine; *Cos* nulla adpoſita numerali nota, quamvis *Deſig. Tert.* ſequatur; *IIIVir R. P. C*, quæ nummaria eſt dignitatis mentio, non lapidaria, præterquam unice in Faſtis, unde huc invecta; *Murum Turreſque Fecit*, cum uſitatior lapidum phraſis *Dedit*. Quæ inferius jacet *Friderici III. Romanorum Imperatoris*, qui *Tergeſti murum IIII vice readificari juſſerit*, *addita recentiore longe ſcriptura*, Gruterus Inſcriptionem vocat: ipſiſſimo tamen cælo factam, etiamſi minoribus aliquanto literis, quicumque inſpiciet, agnoſcet. Literæ autem tam profundæ ſunt, & adamuſſim delineatæ, ut a priſcis minimum deflectant, præterquam in proportione; altitudo ſiquidem latitudini, ſeu craſſitudini non reſpondet, ita ut Tuſcanicæ rationis quodammodo videri poſſint. Apud amicum clariſſimum Patricii ordinis Virum, Jo. Bapt. Recanatum, Sponianam (*c*) vidi *L. Liburcii*, eo plane artificio inſculptam, ut ex inſpectione ſuſpicionem nemini injectura ſit. Verum ne contextui excutiendo immorer, in quo nihil ex antiquis formulis, prima tantum, & poſtrema verba animadverti volo; nam ſingulariæ IOM, quas prætermiſit Sponius, cum hanc Inſcriptionem tamquam inter præſtantiſſimas e Marulli MS. *ſelegit*, funerario titulo præfiguntur omnino inepte, ubi nullus Jovi locus; ex quo apparet, ſimulatam Inſcriptionem eſſe, poſt quam error haud ita pridem obtinuit, ſepulcrales noſtras ridicule incipiendi *Deo Optimo Maximo*. Clauditur titulus voce *Obiit*, in veterum monumentis inuſitata; nam ex obſervatione Doctiſſimi Briſſonii (*d*), *ominis cauſa*, & δυσφημίας *vitandæ gratia non obiiſſe, ſed vixiſſe mortuos dicebant; quapropter in titulis monumentorum numquam OBIIT, vel MORTVVS EST legitur*. In Muſeo Magni Ducis Græca Inſcriptio Aurelium Charidemum publice coronat Προμοίρως Βιώσαντα tamquam non præmature deceſſerit, ſed vixerit. Lepidiſſime autem Liburcius iſte obiiſſe dicitur *poſt diem tertiam*, quæ videtur intelligenda poſtquam *interfectus* fuiſſet, & *ad rogum ductus*. Apud Patres Congregationis Sommaſchæ gracilis admodum tabula porphyretica has ſervat notas;

10 D. M.
ZIBEA. G. Q.
MA. FI.
SO. FR.
AMI. NE.
HIC. IAC.
S. DVO. T.

Edidere Ferretius pag. CCCVI. in *Muſis Lapidariis*, Malvaſia ad *Aeliam Criſpidem*, ſed diminute: nec illi tantum, ſed alii quamplures torſerunt ſe diu, ut, quid hoc ſibi vellet præclariſſimum, ut ajunt, monumentum, eruerent. Ego vero quomodo *Duo Tantum Sint*, quibus *Matris*, *ſororis*, *amitæ*, tum *filii*, *fratris*, *nepotis* nomina competant, minime expiſcari volo; nuperi enim & otioſi hominis commentum eſſe, perquam certiſſime video. Perſimilis apud Gruterum (*e*) habetur luſus deſinens, *Heic tantum duo jacent*. Ejuſmodi nugas marmoribus minime mandarunt Veteres, neque ejuſmodi compendiis uſi ſunt: G. Q. hic nihil dicunt, *Zibea* nullius linguæ nomen, puncta neque ad finem ſingulorum verſuum, neque in medio, ubi verba tantopere diſtent, obſer-

(*a*) *Robigalia*, ait Varro de R. R. L. I. c. I. *ferias eſſe Robigo inſtitutas, & celebrari, ne rubigo frumenta, atque arbores corrumpat*. Plinius L. XVIII. c. XXIX. inquit; *Robigalia Numa conſtituit anno regni ſui XI. quæ nunc aguntur ad. VII. Kalen. Maij, quoniam tunc fere ſegetes robigo occupat*. Cl. Bertoli l. cit. p. 109. 110. in Notis ad Inſcriptionem ſub n. 94. putat aberraſſe Ampliſſ. Præſulem a Turre, ubi Deo *Robigo*, aut *Rubigo* docet canem, & ovem ſacrificari, ac Turrius id probat ex authoritate Ovidii *Faſt* L. IV. v. 935. qui canit;

Thura focis, vinumque dedit, fibraſque bidentis
Turpiaque obſcœnæ vidimus exta canis.

At non animadvertit ad verſ. 907. cit. Libri, ex quibus ſatis conſtat *Robigini*, & non *Robigo* veteres ſacrificaſſe;

Flamen in antiqua lucum Robiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ovis.

De hujuſmodi Dea loquuntur Tertull. Lib. I. *de Spect.* Cap. V. Lactant. Lib. I. cap. XX. & D. Auguſt. de *Civit. Dei* L. IV. c. XXI. ubi ſcribit: *nec Dea Rubigo* (alias Robigo) *ut non accederet, rogaretur*. Vide Coqueum in Notis ad hunc locum Auguſtini, ubi legit: *Quarto Rubiginem, & Floram* &c. Attamen Feſtus in *Robigalia* Robigum Deum facit; ubi ait: *Robigalia dies feſtus VII. Kalen. Majas, quo Robigo Deo ſuo, quem putabant rubiginem avertere, ſacrificabant*: Et Gell. *Noct. Att.* Lib. V. cap. XII. in fin. pag. 339. cit. edit. habet: „ In iſtis autem Dis, quos placari „ oportet uti mala a nobis, vel a frugibus natis amoveantur, *Averruncus quoque* habetur, & *Robigus*„ Ad notam 24. *Robigus* (hujus Edit.) „ qui Robigine a ſegete „ averruncare credebatur, ut ſcribit Varro Lib. 5. de L. L. „ ..... Huic Deo canis & ovis extis ſacrificabant.„ At heic horum Commentariorum CC. AA. perperam pro Deo *Robigo* afferunt Ovidii verſ. 907. ſupra allatum. Inter Recentiores de *Robigo* mentionem faciunt Reineſius *Syntagm. Inſcript. Antiq.* in Not. ad Epigraphen 233. I. Nieupoort *Rit. apud Rom. Explicat.* §. XXXIII. Roſinus *Antiquit. Rom.* Lib. IV. cap. VIII. pag. 288. col. 2. D E. F. & alii.

(*b*) Gruterianus lapis CLXVI 6. heic exhibetur, ut melius appareant Reineſii variantes 86. II. pag. 297. qui & aliter verſus diſtribuit;

IMP. CAESAR. COS. DESIG
TERT. III. VIR. R. P. C. ITERVM
MVRVM. TVRRESQ. FECIT

Reineſius l. 2. FERT. pro TERT. IIII. VIRI pro III. VIR. l. ult. FECE. pro FECIT.

(*c*) Spon. *Miſcell. Erudit. Antiquit.* pag. 180. iterum N. A. in *Muſ. Veron.* pag. CLXVII. 3. quam ego rejicio inter Spurias ad claſſ. XXIV.

(*d*) Briſſon. *de Formul.* Lib. VIII.

(*e*) Gruter. pag. DCCCXCVII. n. 3.

obſervari ſolent. Qui effinxit, ad exemplum properavit Ligorianæ jam exſibilatæ, in qua legitur (*a*):

Hæc ſoror, hæc genitrix, hæc mihi ſponſa fuit. (*)

Veneta ditione luſtrata, Pontificiam aggredimur. Miſſa ad me Ferraria fuerat tamquam Quarteſanæ (pagus eſt ſexto ab ea Urbe lapide) *in prægrandi ſaxo* extans, ſequens Inſcriptio: *Silvano Sancto Patri & Cuſtodi Pecudifero Lactifero Glandifero Pomifero Canabifero Linifero. Q. Zoſimus Q. F. Tertull. Grammaticus. L. Sergius L. L. Cipariſſ. Menſor. C. Petilius. C. L. Strabo Caelator. C. Ruffus C. L. Charito Muſicus. Ex Voto FF.* quam cum accedens curaſſem, ut perquireretur, evanuiſſe deprehenſum eſt, furtimque ablatam aſſeverabant; nec deerant qui emiſſariis meis (ita loquebantur) quos nullos habui, id criminis imponerent: at quæ *in prægrandi ſaxo* ſpectantur, furtim non auferuntur: vel numquam extitit, ut puto, vel recens fuit jocus; nimiis enim, nimiſque novis titulis Silvanum onerarunt Grammaticus cum Menſore, cum Cælatore Muſicus. In fragmento Hiſtoriæ Ligorianæ (*b*) Inſcriptio legitur Domitiæ tam abſona, & ἀνακόλουθος, ut eam rejecturus, & riſurus confeſtim ſit, quiſquis mentis acie tantillum valet: pars tamen ejus, quæ ſupereſt ſiniſtra in exteriori majoris Eccleſiæ muro, ſinceriſſima eſt, in dextra peccatur conjunctim edita, quam ſupplevit ex ingenio Ligorius. At nullus inter Ferrarienſes titulos celebratur magis Gruteriano (*c*) illo *C. Polycarpi*, ex quo priſcas civitatis origines ſunt qui exſculpſerint. Lapis penes Cl. Hier. Baruffaldium eſt, non uno nomine laudandum: Ligorianum commentum fuiſſe, poſt diutinam ſcrutationem intellexi. Honorarium, & publice dedicatum monumentum non baſis recipit, ſed lapidea tabula: literæ minimum profundæ, verborum poſitus & diſtributio veterem uſum non redolens; nam reſumuntur verſus ſectis dictionibus & abruptis, quamvis in lapide ſpatium ſupereſſet, & duo plus ceteris ſe incipientes exporrigunt ſine ulla cauſa. Præterea en tibi verſum primum; C. VALIO. en ultimum; L. D. D. D. P. punctis finalibus, *Valio* ſimplici L, & P. poſt illa, *Locus Datus Decreto Decurionum* importune prorſus, & ſignificatione nulla. Multo adhuc magis ea diſplicent in XV. linea, ET. VICIMAG. ſi enim explicemus cum Ligorio *Vici Magni*, perturbant omnino orationem, & ſententiam intercidunt: ſi cum Scaligero, qui ex hac Inſcriptione (*d*) *Vici Magiſtrum Coloniæ Piſaurienſis* nobis cudit, urbanum munus municipio tribuimus, & illuſtri viro, civitatum Patrono, officium plebejum, ab Auguſto inſtitutum, cum *ſpatium Urbis in Regiones Vicoſque diviſit* (*e*), juſſitque ut Vicos *Magiſtri e plebe cujuſque viciniæ electi tuerentur*: quomodocumque ergo explicetur, intempeſtive intrudi patet. Rem autem aperiam: in antiquo marmore hæc olim Inſcriptio ſpectabatur; recenſent præſertim Bononius in MSS. qui Piſaurienſem dicit (*f*), Jacobonius in editis, qui Romanam; at Vicum, vel Vici Magiſtrum neuter interſerit: quo conſtat, Vico Magno auctam, & inter Ferrarienſes Inſcriptionem hanc VII. Vicos memorantem a Ligorio (*g*) adſcitam, poſtquam fabellam comminiſci decreviſſet de ſeptem Vicis in ea vicinia florentibus, quorum qui Magnus diceretur a Pompejo Magno honorifice deductus, etſi a nemine auditus umquam, Ferraria ſit ipſa. VII. Vicos quæ memorent deſignatæ in margine Inſcriptiones (*h*) circumferuntur, Ariminenſes omnes: unde apparet ad agrum modo Ferrarienſem, regioneſque Pado adjacentes minime pertinuiſſe.

Rem a præſenti inſtituto nequaquam alienam me præſtiturum arbitror, ſi pauliſper a via deflectens, quantum e literatis marmoribus antiqua Geographia mutuari adhuc lumen poſſit, exemplo uno faciam ut intelligatur. VII. Vicorum qui meminerit, inter diligentiſſimos rei Geographicæ indagatores invenio neminem. Holſtenium, Cluverium, Cellarium priſcam Italiam gnaviter perſcrutantes fruſtra in eum finem evolvi. Nihilominus paulo ante citati Gruteriani lapides VII Vicos nominant non ſemel quidem, ſed quinquies. Cur negligenter profecto non erat; Vici ſcilicet erant quidem magiſtratibus ſuis adminiſtrati, & corpus civile efficientes: quam ob

rem

(*a*) Idem pag. DCCLXXXIX. n. 6. ponit *Romæ in Domo Bruti de Valle*, & ſubdit: *Vidit Metellus, exſcripſit vero Pyrrhus Ligorius*, & reiicit poſtea inter *Spuria ac ſuppoſititia* pag. XV. n. 5. at varians, & producit ubi exiſtens apud *Epiſc. Proſperum de Caſarellis* in eadem Urbe ex *Mazochio & Apiano*. In *Varior. Corrigend.* pag CCCXLVI. ad cit. *pag.* DCCLXXXIX. *Epig.* 6. ſic legitur: *Epigramma hoc, quo variæ patebunt lectiones, adſcribam ex editione vulgo putata Pithoeana Lib.* III. *pag.* 86. exhibeturque varians a duobus Gruterianis citatis, & iterum heic ex Barthio Adverſar. Lib. LII. c. I. n. 24. 23. v. 3. diſſimilis a prima producitur. Ex Ferrett. vero *Muſ. Lapid.* p. 305. edidit Cl. Bonada *Carmin. ex Antiq. Lapid.* &c. vol. II. Cl. VI. n. XLVII. pag. 134. edit. Romæ 1753. in 4. & ex Ferrettio *addit antiquitus fuiſſe poſitum* (hunc lapidem) *in via ad Templum Fauni a Simplicio Pont. Max. dicatum S. Stephano, & pene collapſum a Nicolao V. P. M. reſtauratum*, nihilque de ejus falſitate ſubodoravit Eruditiſſ. Scriptor, quamvis eam pro falſa derideat inter alios Ant. Auguſt. dial. XI. 232. Nam, ut ait. Horat. in Art. Poetic. v. 327.

...... *quandoque bonus dormitat Homerus.*

(*) Neſcio vero ex quo exemplari CL. N. A. ultim. v. cit. Epigrammatis exſcripſerit; varians eſt enim in omnibus editis. Nam Gruter. pag. cit. DCCLXXXIX. 6. habet:

SIC. MIHI. SPONSA. PARENS. SIC. FVIT. ILLA. SOROR

ita Bonada. Idem Gruter. *ad Spuria &c.* pag. XV. 5.

SIC SOROR ET CONIVNX. SIC FVIT ILLA PARENS.

Eadem *in Corrig.* loc. cit.

(*b*) Pag. 21.
(*c*) Gruter. pag. CCCCLXXXI. n. 9.
(*d*) Scaliger. pag. XXIII.
(*e*) Suet. cap. XXX. in Aug.
(*f*) Pag. LV.
(*g*) Fragm. Pag. XVII.
(*h*) In MS. Maffejano citatæ in margine fuere, a me autem in Not. ut inceptum ordinem citat. non invertam; Apud Gruter. Pag. CCCCLXVII. 1. pag. CCCCLXXXI. 9. pag. MXCIII. 3. pag. MXCIV. 2. pag. MC. 6.

rem (*a*) *Locus Datus Decreto Decurionum* legimus : in Urſiniana (*b*) pro iis, qui in officio ſunt, videntur accipi ; diſtinguuntur enim Vicani a Populo, cui cruſtulum, & mulſum datur. At VII Vicorum eo major habenda ratio erat, quo nobiliores eminuere : patronum enim ſibi cooptabant, ut de *C. Polycarpo* nuper didicimus *Patrono VII Vicorum* (*c*) ; & a Duumviris regebantur, ut de *C. Sentio*, quem *Vicani Vicorum VII* celebrant *Ob honorem IIviratus induſtrio adminiſtratum* (*d*), quodque in eo *omnibus plebis deſideriis ſatisfeciſſet* ; & præterea Decurionibus illuſtrabantur : nam publicus honor L. Septimio eſt habitus ; *Quod Decurionibus & Vicanis Vicorum VII* (*e*) beneficia impertiviſſet. Equidem putavi, cum hæc primo occurrerent, civitatem unam eo nomine indigitari, ut alia fuit in Etruria, quam Plinius (*f*) recitat *Novem Pagi* appellata. Sed re maturius ponderata, ſeptem numero fuiſſe didici in agro Ariminenſi, ut opinor, Vicos, ſocietatis jure conjunctos, qui ſeorſim ab Ariminenſibus in Commune unum coaleſcerent. Haud longe ab Arimino fuiſſe patet, quia ejuſmodi lapides fere omnes ex ea civitate afferuntur ; & idem viſitur C. Faeſellius *Patronus Coloniæ Ariminenſis, itemque Vicanorum Vicorum VII.* (*g*), & conjunctim ſpectantur Vicani iſti cum Collegiis Fabrûm, & Centonariorum Ariminenſibus. Diſtinctos autem fuiſſe ac diverſos adeo verum eſt, ut nomina etiam recitari fere omnium poſſint (*h*) : monumentum enim Decuriones, & Vicanos Vicorum VII memorans poſuere Vicani *Vici Germali* (*i*) : Patronum Coloniæ Ariminenſis, itemque Vicanorum Vicorum VII honorans dicarunt Vicani *Vici Dianenſis* (*k*), quem cave propterea, ne cum *Dianae* miſceas, qui urbanus Vicus fuit in Regione XII. Duæ item recenſentur honorariæ Inſcriptiones Ariminenſes, quarum unam *Vicani Vici Velati* (*l*) extulerunt, alteram *Vicani Vici Aventini*, (*) qui M. Vettio ſtatuunt *Patrono ſuo*, & *Patrono Coloniæ*, hoc eſt, Ariminenſis civitatis. Alium rurſus profero ex Holſtenio, qui haud procul a Monte Feretro, nec eapropter ab Arimino, lapidem repertum narrat, in quo, *Balineum Vicanorum Titienſium :* eum quidem Vicum arripuit Cellarius, & in Italiæ mediæ tabula exhibuit : quatuor quoque exhibeantur in poſterum, quos modo recenſui, uſque dum & duo reliqui emergant. Ex his autem nominibus Ligorii (*m*) ædificium rurſus ſubruitur, & Ferrarienſis comminuitur lapis ; minime enim conveniunt cum nominibus, quæ recitat VII Vicorum ad Padum, quorum quidam revera fuerunt, quidam ſomniantur.

Ravennam extra ordinem memoro, quod eam, antequam continuum iter ingrederer, repentino deſiderio captus Venetiis ſolvens, expedita navicula petii, ſummaque cum voluptate luſtravi. Dux mihi in hac urbe præclaris antiquitatis exuviis referta ſuſpicionem maximam Inſcriptiones excitarunt, Conſtantinum Magnum loquentes, quæ ad portam S. Apollinaris muro ſunt infixæ, & apud Fabr. (*n*) eadem pagina ſpectantur : tabulæ enim ſunt marmoreæ dimenſionibus ſingulis, forma, ornatu, aſpectu adeo perſimiles, ut ad veſtibulum ornandum conſulto fabrefactæ ſtatim videantur. Scriptura nequaquam profunde adacta, & affectata quadam literarum æqualitate. Corona, qua perinde ac picturæ utraque Inſcriptio præcingitur, ejus opificii eſt, quod in lapide, aut quacumque fabrica veteri videre non memini. Nec ipſi tituli videntur innocui. In eo, quem poſt Gruterum (*o*) non una vice Bandurius (*p*) recitat, D diſplicet, ubi D N ſculpi debuerat ; diſplicet *Nepoti* ante *Filio*, contra perpetuum lapidum morem ; & mentio diſplicet *Divi Claudi*, cujus nepos Conſtantinus fuerit, quam in nullo ex tot Conſtantini lapidibus video, & quæ privatum hominem perperam *evehit ad Deos*.

Plures prætereo civitates, quod in iis fictitia epigrammata haud viderim : Mutinæ præſertim præclari habentur lapides, ſed genuini. In S. Mauritii pago prope Rhegium Lepidi, Arioſti olim commoratione & verſibus nobilitato, veteres lapides inſpexi, quorum uni MALAC recenti ſcalpro quiſquam addidit, ut loci dominis Malacutiis gratificaretur.

Bononiæ, quæ multis veteribus laudibus Marſilianum Inſtitutum in ſummum ſcientiarum bonum nuper adjecit, apocryphas Inſcriptiones nequaquam offendi : ſed in eximia Marchionum Bivilaquarum, tertio ab ea urbe lapide, Tuſculana villa plures inſpexi nitidiſſimas, quarum etiamſi in Felſineis (*q*) valde oſtententur, & probentur communiter, paucis admodum fidendum arbitror. Veſtibulum ornatiſſimum iis marmoreis tabulis tamquam gemmis quibuſdam diſtinguitur, atque illuſtratur : & profecto tam apte inſculptæ, tam concinne excogitatæ ſunt, ut proculdubio mille voluminibus daturæ nomen fuiſſent, ſi in civitatis alicujus frequentia, & in doctorum peregrinantium oculis verſarentur. Mihi negotium faceſſere cœperunt ſtatim ac tam bene ſibi invicem reſpondere vidi, & idem ferme petræ genus, coronas, ſeu parerga propemodum eadem, literas eadem menſura, verbaque in variis uniformiter exarata, ut ab eodem marmorario videri poſſint ; eamdem denique ubique fere incorruptionem, atque elegantiam, qua renident candidi iſti lapides uſquequaque. Ne condemnemus tamen, antequam audiantur. Gruteria-

(*a*) Gruter. pag. LXXXII. n. 9.
(*b*) Idem pag. C. n. 5.
(*c*) Idem pag. CCCCLXXXI. n. 9.
(*d*) Idem pag. CCCCLXVII. n. 1.
(*e*) Idem pag. MC. n. 6.
(*f*) Plin. Lib. III. cap. V.
(*g*) Gruter. pag. MCVI. n. 2.
(*h*) Idem pag. CCCCLXVII. 1. CCCCLXXXI. n. 9. MXCIII. n. 3.
(*i*) Idem pag. MC. n. 6.
(*k*) Idem pag. MXCIV n. 2.
(*l*) Idem pag. MXCVII. n. 2. (*) & pag. MCII. n. 5.
(*m*) Frag. pag. 2-II.
(*n*) Fabret. pag. 127. n. 45.
(*o*) Gruter. pag. CCLXXXIII. n. 4.
(*p*) Bandur. T. II 88. & 271.
(*q*) Vid. Malval. *Marmora Felſinea* Bononiæ 1690. in 4.

rianam (*a*) *Januarii*, quam Malvaſia (*b*) accuratius exhibet, ſumamus præ aliis in manus. Ponit Januarius filiis & conjugi, cujus *Nulla Cupiditate Eſt Expertus*; ridiculum elogium, in nullo monumento viſum, & creditu difficile. Rurſus *P. Aelius Auguſti Libertus Pater* ponit *Filio Tiberio Claudio Auguſti Liberto Cenſorino*; ita ut naturæ ordine præpoſtero annos minimum XXXV. ante patrem manumiſſus fuerit filius; ſiquidem filius a Claudio, ab Hadriano pater. Duplicem deinde Inſcriptionem reſpiciamus in eodem lapide, quem bis affert Gruterus (*c*): docemur altera, C. Silium Jucundum *ſibi feciſſe & libertis, poſteriſque*; altera, Ti. Claudium Vitalem (*d*) (eadem nomina in præcedenti ante XII. annum defuncto tribuuntur) *ſibi* pariter *feciſſe, & conjugi, & libertis, poſteriſque*: poſt quæ quam inſipide ſubditur, *Hoc Monoment. Commune eſt cum Ti. Claudio Vitale!* non ita veteres ineptiebant, ut, poſtquam Claudium monumentum feciſſe dixiſſent, id cum eodem Claudio commune eſſe monerent. Additur, quot pedes in fronte, & quot in agro: quam clauſulam quadrata ſaxa præferre ſolent ſupra ſepulchri locum mediis campis, & in conſpectu poſita, non lapideæ tabulæ, quæ ſubterraneis cryptis, vel monumentis tectis inſigebantur. Fabrettus, ut probaret ſervilia capita dominorum ſepulcris aliquando illata, hanc inter ceteras e Grutero (*e*) Inſcriptionem protulit, quæ in hac villa viſitur: *Ex Domo Caeſarum Libertorum Et Servorum Quod Eſt Collegi Tabernaclariorum*. At idne ſibi perſuaderi vir doctus (*f*) potuit, antiquum titulum fuiſſe, cujus ſententia nulla? Smetianus quidem circumfertur, qui ad noſtrum accedere videatur: (*g*) *Ex Domo Caeſarum Et Liviae Libertorum, Et Servorum*. Verum intelligimus, hic ſaltem monumentum deſignari *Servorum ex domo Caeſarum quod eſt Collegii?* quod ſi etiam verba coaleſcerent, qui fieri poterat, ut monumentum Libertorum, & Servorum Cæſareæ domus externo item Collegio pateret? Collegium autem nugatorium, & imaginarium; quis enim Tabernaclarios audivit? pro iis, qui tabernas conficiebant, doctus, ac recens Calepiniani Lexici editor accipit, qui hujus lapidis teſtimonio eam vocem Romana civitate donat: ego potius pro artificibus tabernaculorum acciperem, quam artem Divus Paulus σκηνοποιὸς nobilitat: ſed vocabulum repudiemus oportet, niſi aliunde nobis emergat, quam ex hac Inſcriptione; eam enim fictitiam eſſe rurſus oſtendo, quod Smetianam (*h*) quoque nuper recitatam, & in eadem officina cuſam, quamvis a Fabretto (*i*) ſimul amplexam, plura ſint, quæ me recipere non ſinant. Quænam hæc in primis obſcura & detruncata funerarii tituli formula? *Ex domo Caeſarum & Liviae Libertorum, & Servorum*: Dis Manibus non prælaudatis, nec ullo nomine, quo ſententia conſtet, & a quo verba regantur, propoſito. Titulum ejuſmodi, qui non hominis conditorio, vel unius familiæ cineribus, ſed univerſo monumento præfigendus erat, in quo liberti & ſervi infiniti propemodum reponerentur, non *parva tabella* accipere debuit, ſed magnus lapis: ex tituli autem forma libertis ſolummodo, ac ſervis id monumentum deputatum fuiſſe, erui deberet potius, quam ſimul cum dominis poſitos, ut libertorum fere ſemper, ſervorum interdum mos erat, atque ut Fabrettus ex his lapidibus ibidem contendit. Jam præcipue velim, quidnam domus *Cæſarum* hoc loco dicat, mihi explicari. Familiæ id nomen fuit in gente Julia, non *titulus*, ut Fabrettus (*k*) de Druſo, & Spanhemius (*l*) de Cajo, & Lucio loquentes putant; hinc Octavius a Cæſare adoptatus C. Cæſar eſt dictus, neque in titulum nomen tranſiit, antequam (*m*) *progenies Cæſarum in Nerone defeciſſet*. Quis autem ſibi perſuadeat Cæſarum omnium ſervos monumento uni addictos? cur etiam Livia Auguſti conjux adnectitur, Julia Auguſti filia non adnectitur? Num Cæſarum nomine intelligi peculiariter voluit Cajum, & Lucium, Juliæ & Agrippæ filios in Cæſarum domum ex Auguſti adoptione adſcitos, qui Inſcriptionem dedit? credo, quod Liviam conjunxerit, pro minore accipiendam, Druſi Tiberii fratris filia, *quæ Cajo Cæſari, mox Druſo nupta*, ut Tacitus (*n*) docet. At innumeris & diſtinctis Caii, & Lucii ſervorum, & libertorum turmis, adde etiam Liviæ Imperatoriæ pariter feminæ, unum & idem ſepulcrum deſtinatum fuiſſe, vix credibile videatur: cur etiam Auguſto ſuperſtite *domus Cæſarum* ad eos duos ſolummodo deſignandos diceretur? denique *ſervos ex domo* audivimus, non ita *libertos ex domo*: formula, quæ ſervis, & libertis monumentum parabatur, hæc fuit: *Libertorum & Familiæ*, domini & Patroni nomine ſtatim adjecto. Fontem, unde Inſcriptiones iſtæ emanarunt, ni fallor, oſtendam: Mazochianam ſcilicet apud Gruterum (*o*); *Ex Domo Scriboniæ Cæſaris Libertorum Libertarumque Et Qui In Hoc Monumentum Contulerunt*: quam pariter nugatoriam eſſe, cum omnia hucuſque conſiderata demonſtrant, tum adjectio eorum, qui in id monumentum contulerunt; ac ſi libertis omnibus Scriboniæ Auguſti conjugis ad ſepulcrum parandum ſatis pecuniæ non fuiſſet. Sed multo certius res adhuc conſtat, poſtquam, bono quodam Genio favente, genuina Scriboniæ libertorum & ſervorum Inſcriptio detecta eſt; quam diverſam inſpice, & Fabret-

(*a*) Gruter. pag. DCIV. n. 5.
(*b*) Malvaſ. cit. *Marm.* pag. 615.
(*c*) Gruter. pag. CCCCLXX. n. 3.
(*d*) Idem pag. MC. n. 9. Malvaſia pag. 614. l. cit.
(*e*) Gruter. pag. DCXLII. n. 8. Malavaſia pag. 616. l. cit.
(*f*) Fabret. pag. 42. n. 231.
(*g*) Gruter pag. CMXXXIV. n. 12.
(*h*) Idem loc. cit.
(*i*) Fabret. pag. 42. n. 232.
(*k*) Fabret. pag. 59. n. 345. Vid. Not.
(*l*) Spanh. Diſſ. VIII. pag. 663.
(*m*) Suet. in Galb. 1.
(*n*) Tacit. Annal. Lib. IV.
(*o*) Gruter. pag. CMLIV. n. 2.

bretto (*a*) gratias habe. *Libertorum Et Familiæ Scriboniæ Cæſaris Et Cornelii Marcelli*, filii ejus, ut ſequebatur, pedibus etiam in fronte, & in agro deſignatis. Unam, quæ reliqua adhuc eſt, ex iiſdem fodinis erutam indigitabo. Libertorum Mecœnatis recenſet monumentum Gruterus (*b*), mehercule pro tam literata familia ineleganter inſcriptum; nam ſi quis *Libertorum Poſteriſque* diceret, vapularet a Priſciano perquam acerbe: ſed ridicule prorſus additur, ad eos etiam omnes monumentum ſpectare, *Qui ad id tuendum contulerunt, contulerintque*.

Hanc etiam ex Tuſculanis noſtris Gruterus (*c*) recenſet: *Cineribus Hamillae Alpionia* (ita marmor) *Quinta Ornatrici Feſtus M. Septimi Galli Diſpen. Contubernali B. M. Fecit Et Sibi* (*d*). Apianus *Cineribus Locum Sacrum* exhibet alibi, ſed non veritati. In medio lapidis roſam, vel quid ſimile Malvaſia (*e*) depingit; Gruterus *ſpeculum* eſſe monet: ſed ubi artis a defuncta exercitæ inſtrumenta oſtendere voluiſſet, ſubtus titulum, non in medio lapide, & inter verba lapicida effinxiſſet. Qui marmor ſculpſit, ſcutellam cum foraminibus ad lacrimas, vel libationes excipiendas, mentiri in animo habuit, quæ in funerariis pluribus cavata conſpicitur; ſed non ita imitatus eſt, ut novitium opus agnoſcere non poſſint periti. Ad Inſcriptionem decorandam abunde ſunt tria nomina in Ornatrice; etenim ſervile id miniſterium fuit:

> *Componit crinem laceratis ipſa capillis*
> *Nuda humeros Pſecas infelix, nudiſque mamillis* (*f*).

Ornatricem aliam duorum nominum profert e Ligorio Reineſius (*g*): *Cineribus Gemella Torquata Ornatricis Auguſtæ*: ſed in iiſdem officinis cuſam etiam ex formula agnoſcis; rejectam a Fabretto (*h*), & exſibilatam, quod Diſpenſatorem quoque tribus nominibus afferat. De Hamilla noſtra contendi poſſet, fuiſſe Ornatricem Alcioniae Quintae, & ea ambiguitate non locantur nomina in genuinis lapidibus: & quanam ſyntaxi *Cineribus Ornatrici*? & undenam Poetica gens *Halcyonia*?

Ad illas convertamur, quas Malvaſia (*i*) vulgavit. Alexandri liberti titulum arripuit ab eo Fabrettus (*k*), atque ut libertorum obſequia oſtenderet, iterum edidit: liceat tamen dicere, commentitium eſſe. Habet: *Huic Monomento Cedit* = *Quidquid Juris Eſt Ejus Sepulcri*: item, *Cuſtodia Cauſa*, *Quae Eſt Juncta Tabernae*. quid hæc ſibi velint, & quî cohæreant? nonne ſtylum noſcis, a quo paulo ante: *Ex domo Caeſarum quod eſt Collegii*? qui concinnavit, formulas reſpexit, quibus in funerariis monumentorum cuſtodia libertis demandari ſolet, & quantum agri, quantum ædificiorum in eam rem deputatum eſſet, declarari; verumtamen cum eas male conſueret, monſtrum coagmentavit informe. Legimus equidem in lapidibus: *Haec taberna cum ædificiis hujus monumenti tutela eſt: Huic monumento tutelæ nomine cedunt agri jugera decem, & taberna quæ proxime eum locum eſt: Hortus & diaeta adjuncta janua cuſtodiæ cauſa ſepulcro cedat*: & alia id genus, quæ intelliguntur optime, & cohæreſcunt probe: ſed nugator noſter Cuſtodiam prope tabernam locavit, & quidquid etiam conſequitur, inſolenter & inconnexe propoſuit. *Aedificium haredem non ſequi* inſueta pariter, & importuna clauſula eſt, ab uſitata illa *Monumentum Hares non ſequitur* detorta. *Coetonidem* omitto, quod nominis cum *Aprodiſiæ* facit, quæ tamquam mulier in alia ex iſtis producitur (*l*). Nihil minus exotica hæc oratio eſt (*m*): *Decimi Octacilii Paulini Duo Qui Vixit Menſes V.* ubi *Paulini duo qui vixit* apprime reſpondet loqutionibus paulo ante notatis. Inepte in eadem epigraphe *Octacilii* bis evadunt, qui Otacilii ſemper fuere: & mirifice iis infantibus idem etiam cognomen appingitur. Habentur in Muſeo Veronenſi *Caii*, *Julii*, ſed *Paternus & Verus*; habentur *L.* & *C. Octavii*, ſed *Martialis & Macer*; habentur apud Sponium (*n*) *Cingi Duo*, & *Volumni Duo*, ſed illi *Stabulo & Aulus*, hi *Verus & Severus*. Fabrettus (*o*) quidem hanc amplectitur, & profert: *Monumentum Et Oſſuarium Et Uſtrinum CC. Juliorum Fauſtorum Et Eorum Qui Sunt*: verum de hac quoque multum anceps ſum, imo, ut aperte fatear, minimum anceps: nam quis intelligat monumentum *eorum qui ſunt*? decurtatam dicent; at numquam vidimus plurium hominum *oſſuarium*, quo nomine lapideæ veniunt in monumentis urnæ ad unius oſſa,

(*a*) En tibi integræ ex Fabretto pag. 43. n. 239.

1. LIBERTORVM . ET
FAMILIAE
SCRIBONIAE . CAESAR
ET . CORNELI . MARCELL
F . . . EIVS
. . . . P. XXXII
. . . . R. P. XX

(*b*) Ex Grut. pag. CMXLV. n. 10. qui eam ponit *Romæ in ædibus Epiſcopi Aquinatis adverſus ædes Farneſii ad Tiberim, inſignibus literis, lapide modice concavo, ex Aldo & Lipſio*:

1. LEIBERTORVM . ET . † LEIBERTAR
C. * MAECENATIS . L. F. POM
POSTEREISQVE . EORVM . ETQVI . AD . ID
TVENDVM . CONTVLERVNT
CONTVLERINT
† LEIBERTARVM . Boiſſ. T. V. 5.
* MECENATIS. Idem.

(*c*) Gruter. pag. DLXXIX. n. 1.
(*d*) Idem pag. DCCC. n. 9. & DCCCLXXVII. n. 3.
(*e*) Malvaſia pag 615.
(*f*) Juvenalis Satyr. VI. v. 439.
(*g*) Reineſ. 61. IX. pag. 575.
(*h*) Fabret. pag. 294. n. 241.
(*i*) Malvaſia pag. 411.
(*k*) Fabret. pag. 393. n. 266.
(*l*) Malvaſia pag. 115.
(*m*) Idem pag. 435.
(*n*) Spon. *Miſcell. Erudit. Antiq.* pag. 72.
(*o*) Fabret. pag. 750. n. 570.

oſſa, ſive cineres recipiendos (*a*). Multo minus *Uſtrinum* vidimus cum monumento, & cum Oſſuario conjungi: de titulis, in quibus *uſtrini* mentio eſt, haud vacat in præſentia diſſerere; ſed ex iis omnibus repellendi uſtrinum a monumento apparet cura, nec in ullo peculiare hominis, aut familiæ *uſtrinum* memoratur, nec video quomodo eadem oſſuario & *uſtrino* præfigi Inſcriptio poſſet. M. Cerelli epigramma clauſulæ deturpant iteratæ, quarum alterutra tantum titulis ſubjungi ſolet: mirum etiam eſt, nullam ex iis dictionibus per ſiglas efferri ut mos eſt: poſtremum autem, maximeque lepidum poſt ABESTO verbum AFVTVRVSQVE commentum ſatis prodit (*b*). Eaſdem rurſus clauſulas adnectit Furii Phœbi monumentum, ita ut, quæ in infinitis vix occurrit conjunctio, in his lapidibus bis ſpectetur: bis etiam in iis *Monomentum* vidimus, & ut ex iiſdem monſtris eamdem Africam noſcas, novæ gentes ex tam paucis titulis cum *Alcionia* ſociendæ afferuntur (*c*) *Strabonia*, *Moguinia*, *Mevaea*, *Flaccinia*. Flacciniam quidem recenſet Gruterianus Index, ſed ex fictitio lapide, & quem *Faciinus* non Flaccinius habuiſſe affirmant, qui ediderunt. Nullam ex his recepit Fabrettus, ubi Capite IX. gentes a Gruteri collectione exulantes conquiſivit ſummo ſtudio, & in unum coegit. *Mogulniam*, de qua exultat Malvaſia (*d*), quod in eo unice lapide memoretur, nullus dubito ex hallucinatione ortam MOGVLNIVS reperientis in ſchedis pro M. OGVLNIVS, quæ gens eſt jamdudum nota. M. Ogulnium Romanum Equitem ſchedæ Barberinæ ſervant (*e*).

Præterierat illa pene me ob duo mulieris cognomina ſingularis (*f*): *Arbitratu Flavia C. F. Flaccillae Pollae Ex Teſtamento*: ubi rurſus fruſtum potius Inſcriptionis, quam Inſcriptionem repræſentari putes, ut in illa, *Ex Domo Caeſarum*. Habetur quidem ea formula in lapidibus, ſed non ita nuda, & a contextu deciſa, & abſciſſa: occurrit (*g*), *Factum ex Teſtamento Arbitratu L. Anni Rufi*: *Teſtamento Fieri Juſſit Arbitratu Erotis Liberti* (*h*): ſed nomina præeunt eorum, qui teſtamentum condiderunt. Vim enim ſollemnis ejus verbi non opinor fuiſſe, ut *arbitratus ſepulcri in alium conferretur*, quod habet Fabrettus in Indice, ſed ut monumenti, quod decedens ſibi fieri teſtamento caverat, conſtructioni is præeſſet, opuſque ipſi placere deberet, quod alia formula redditur in maximo & pulcherrimo Muſei noſtri marmore: *L. Annius* = *Fieri Teſtamento Juſſit* PROBAVERE *Diomedes & Anthus Liberti*.

Antequam prænobilem villam deſerimus, in qua marmoreæ item icunculæ ſpectantur antiquarum imitatione, ſed recenti cælo effictæ, memoratum volo, ſicuti horum lapidum facies adeo ſtructura, & ſculptura uniformis apparet, ut ab eadem manu elaborati videri poſſint, ſic & Inſcriptiones indole, & lingua adeo conſentire inter ſe, ut non cognatas ſolum, ſed eodem patre genitas non ſit abs re ſuſpicari. Animadverterit hoc jamdudum perſpicax Lector; id quoque commune eſt ſingulis, ut inter tot ingenuos homines his lapidibus inſcriptos nemo unus patris prænomen profiteatur unquam contra communiorem uſum. Qui vero fieri potuerit, ut congenitæ & collectaneæ fuerint, quæ a Scriptoribus diverſis olim locis adſignatæ Inſcriptiones ſunt, mihi quidem diſcutere haud vacat; id meum fuit diſcutere, quod rem magnam præſtet, ſi bona eſt ulla. Unum addo. In eximiæ ejuſdem Familiæ olim Veronenſis vinea, quæ eſt in agro Romano, Inſcriptio extat a Fabretto recenſita, quæ ejuſdem farinæ omnino eſt, & eodem ſtylo lucubrata. Præjudicata opinio virum doctum abripuit, ne ludibrium internoſceret. Eam ſtatuit patrono ſuo liberta *Helpine*. Novis rebus nova nomina eſſe imponenda, dictum eſt olim: harum Inſcriptionum artifici feminis quoque novas res viſas eſſe arbitror; nam iis nova ſæpe nomina imponit. Poſt Coetonidem, Hamillam, Alcioniam, Aprodiſiæ, prodit in ſcenam Helpine, ab Italicis quidem & paſtoritiis ſcenis arreptum nomen. Inauditum autem, & mirificum antiquæ Inſcriptionis initium accipe: *C. Herius Felix Patronus Heriae Helpinis Hic Ille Eſt Situs Herius Felix Coaequalibus Certeis Quei Vixit Annos Viginti*. Potius quam *coæquales certos* certum patrem habuiſſe præſtabat, quem de more G. Felix non ciet. Quo autem glutine duo illa verba adhæreſcant ceteris, & quid eo loco ſignificent, docebit felicior. Relativum nomen, cujus in iſtis frequentem uſum vidimus, ter in præſenti, eadem plane elegantia, adhibetur: ſequuntur enim *Helpinis* (ut hic inflectitur) verba: *Quei Me Reliquit*, deinde, *Quae Illius Oſſa Reſtituit* (oſſa reſtituta quis viderat?) *Poſt Annum Viginti* (lepida loquutio) *Et Monumentum Nobis Aedificavit*: quis modo loquatur, latet: nonne inconnexa delirantis verba audire putes?

Apenninum jam ſuperare oportet, ac tot montium moras fortiter ſupergredi, ut in Etruriam deſcendamus, de cujus Provinciæ dignitate, vetuſtate, & laudibus ſermonem ingredi ſi velim, fruſtra me, quæ nunc monumenta perquirimus, quam diutiſſime profecto expectent. Provinciæ caput, atque Italiæ ocellum, Florentiam aggrediamur; ad cujus laudes, etſi credibile haud videatur, quiddam me, quod nondum conſtat, hic additurum profiteor: nimirum antiqua hujus Urbis ſigna, ſtatuas, numiſmata, inſculptas gemmas Europa loquitur univerſa; at vetuſtis etiam epigrammatis perquam refertam eſſe, vulgatum ad hanc diem non eſt: in cauſa fuit, quod cum ceterarum Italiæ quam plurimarum civitatum Inſcriptiones in unum coactæ prodierint, qui Florentinis obſtetricaretur, nondum refer-

(*a*) Vid. Fabret. pag. 16.
(*b*) Pag. 404.
(*c*) Pag. 515. 442 435. 357.
(*d*) Malvaſia pag. 443.
(*e*) Vid. Fabret. pag. 176. n. 351.
(*f*) Malvaſia pag. 429.
(*g*) Fabret. pag 755. n 610.
(*h*) Idem pag. 750. n. 567.

refertus ſit (*a*). At quod felix fauſtumque Reipublicæ literariæ fuat, bono & eleganti Genio, qui nunc per Italiam totam priſcis lapidibus tamdiu neglectis, & miſere proſciſſis mirum in modum favet, ſtimulante, his ipſis diebus vir præſtans, & ob diligentiam ſingularem maxime laudandus, hanc demum Spartam ornat. Nos, quæ ex his monumentis documenta eruere poſſimus, & quid in Artem noſtram referre, videamus.

Cimeliarchium Magni Ducis (*b*), quo nullum in terrarum orbe ſplendidius, præclariſſimis cujuſcumque generis antiquitatis reliquiis refertius nullum ipſo veſtibulo divitias prodit ſpectatiſſimas; quam plurimis enim priſcis Inſcriptionibus, & anaglyphis incruſtatur undique, eleganterque cooperitur, atque illuſtratur. Collucent inter titulos Fabii Maximi, & Appii Claudii honores: apud Petrum Victorium Panvinius olim vidit: ediderunt has Inſcriptiones, atque enarrarunt complures. Auguſtinius (*c*) quoque tamquam priſcas & legitimas excepit, atque illuſtravit: coævas quidem Ap. Claudio, & Fabio Maximo (*d*) non credidit, ſed inter illas recenſuit, quas vel ab Auguſto, vel a Trajano poſitas, & quodammodo reſtitutas ſuſpicatur: quod judicium Gruteri adnotatores ſequuti ſunt, qui ob *ſtylum*, & ob *literam elegantiſſimam* ab ævo tantum Claudii & Fabii, non a Romanis quibuſcumque temporibus alienas

(*a*) Immortalis Anton. Franc. Gorius publici juris fecit Inſcriptiones Antiquas Græcas & Romanas, quæ extant in Etruriæ Urbibus in tres Partes diſtributas:
I. complectitur eas, *quæ ſunt Florentiæ cum Notis Cl. V. Ant. M. Salvinii. Accedunt LXXII. antiquæ Gemmæ literatæ, aliaque plura priſca Monumenta ære inciſa in XX. Tabulis, quæ explicantur, & illuſtrantur*. Florentiæ 1727. in fol. parv. figur.
II. continet *in Etruriæ Urbibus, Piſis, Senis, Fæſulis, Piſtorii, Prati, Volaterris, Arretii, Cortonæ, Cluſii, Politiani, finitimiſque locis exſtantes cum notis integris ejuſdem Cl. Collectoris*. Ibidem 1734.
III. Appendicem poſtremam continet *Inſcript. Antiq. Græcarum, & Romanarum, quæ in Etruriæ Urbibus extant, adjectis Tabulis L. Laconico Piſano, Sarcophagis, & Urnis inſignioribus anaglypho opere inſculptis, quæ in Florentinis Muſeis, cæteriſque per Etruriam ſpectantur*. Ibidem 1743.
Ex hoc Goriano Syntagmate Cl. Muratorius quamplurimas hauſit epigraphes pro *Novo Theſauro*, & eas, quæ eum fugerant, vel non ſine mendis fuerunt vulgatæ, in mea Sylloge iterum proferam. Cl. Johannes Targioni Tozzetti cum Medicinæ, & Hiſtoriæ Naturalis, tum Antiquitatis peritiſſimus, ac in omni Eruditionis genere verſatus, non pauca epigrammata in Etruria extantia edidit in ſuis Itineribus, quibus titulus: *Relazioni d' alcuni viaggi fatti in diverſe Parti della Toſcana per oſſervare le Produzioni Naturali, e gl' Antichi Monumenti di eſſa*. In Firenze 1751. vol. VI. in 8. Et poſtremum prodiit an. 1754. Ego autem nuper ex archetypis exſcripſi quorquot Epigrammata etiam inferioris ævi in Baſilica Piſana, in ejuſdem Cœmeterio, & in Baptiſterio viſuntur; Ex hiſce ea antiqua in Supplementum Muratorianum referam, a CC. Collectoribus prætermiſſa; omnia vero edam (Deo favente, in Auctarium *Theatri Baſilicæ Piſanæ* iterum ediri cura, & ſtudio Joſephi Martinii ejuſdem Baſilicæ Canonici J. C. & Nob. Piſ. Romæ 1728. in fol. fig.

(*b*) *Muſæum Florentinum* exhibet *inſigniora vetuſtatis Monumenta, quæ Florentiæ ſunt*. Ibidem 1731. & ſeqq. Tom. IX. in fol. max. fig. & *Muſæum Etruſcum* exhibet *inſignia vetera Etruſcorum Monumenta*. Ibidem 1737. Tom. III. in fol. fig. A. Ant. Franc. Gorio. Idem evulgavit & illuſtravit *Muſæi Guarnaccii Antiqua Monumenta Etruſca, eruta e Volaterranis Hypogæis*, atque Præſuli in Romana Aula Ampliſſimo, Eruditiſſimoque Mario Guarnaccio P. V. dicavit. Florentiæ 1744. in fol. fig.

(*c*) Dialog. X.

(*d*) Videſis heic binas Epigraphes relatas a Grutero, unam ad pag. CCCLXXXIX. 4. & a Gorio *Inſcript. Etrur.* Par. II. pag. 237. n. 5.

I APPIVS . CLAVDIVS

C . F. CAECVS

CENSOR . COS . BIS . DICT . INTERREX . III †
PR . II . AED . CVR . II . Q . TR . MIL . III . COM
PLVRA . OPPIDA . DE . SAMNITIBVS . CEPIT
SABINORVM . ET . TVSCORVM . EXERCI
TVM . FVDIT . PACEM . FIERI . CVM . TYRRHO *
REG . PROHIBVIT . IN . CENSVRA . VIAM
APPIAM . STRAVIT . ET . AQVAM . IN
VRBEM . ADDVXIT . AEDEM . BELLONAE
FECIT

In Tab. marmorea alta Rom. ped. I. unc. III. lata ſimiliter ped. circiter I. An. 1555. Arretii eruta, cum circumfoderentur fundamenta propugnaculi S. Joh. ſub Porta Citronis; Florentiam tranſlata, hodie in Inter. Muſ. Mediceo.

† Grut. II. Sched. Urſini, Borghin. & Ligor. III.

* Gruter. PYRRHO. & aliter verſus diſtribuit.

nas judicant (*a*). Recentis tamen, & ejuſdem forte artificis laborem fuiſſe utramque, qui exercitatis oculis exiguas tabulas contemplatus fuerit, agnoſcet: nec ſub ſtatuis olim poſitas cum Auguſtinio opinemur; ingentibus enim lapidibus ſpectarentur, & *maximis literis* inciſæ, ut Verrinas Inſcriptiones, quæ *in baſi ſtatuarum* erant, vidit Cicero (*b*). Orationem, & verba ſatis ſit perfunctorie conſiderare. *Interrex* II. Fabius III Claudius dicitur; quæ unde hauſta iteratio fuerit, plane ignoro; ſed nequaquam ignoro, veteri lapide nullo eum magiſtratum conſignari: quatuor quidem a Grutero recitari *Interregem* memorantes fateor, ſed fictitios omnes. *Cos* BIS alter laudatur, alter *Dictator* BIS. vetuſta marmora II ſcribere ſolent ut plurimum, vel *Iterum*; a Livio (*c*) quoque *Dictator iterum* Q. Fabius traditur: Singula munera, aut verba non diſcutio: indico tantummodo in priori Appios Claudios plures commiſceri; neque enim Cæcus, qui anno 457. Conſul proceſſit, idem Appius Claudius fuerit, quem anno 391. Servilius Conſul Dictatorem dixit, neque Ædilis ille, & Tribunus militum, qui una cum ſociis ſummam imperii P. Scipioni detulit (*d*), quoniam *Pulcher* is cognomento fuit: in alteram, triumphaſſe Q. Fabium de Liguribus, illatum eſt e Faſtis Capitolinis, at *de iis triumphaſſe Tertio & Quarto*, e nullo profecto Auctore, e nullo veteri monumento decerptum eſt. Ut prima enarrationis verba, ſic peccant poſtrema; nam *Princeps in Senatum duobus luſtris lectus eſt*, nec Hiſtoriæ conſentiunt, nec Grammaticæ: *lectus a Sempronio Princeps in Senatu Q. Fabius Maximus Conſul*, ait Livius (*e*). Multa tranſilio, ut, quod caput eſt, & pro ſimilibus multis valet, quamvis ad hanc diem, ubi de vetuſtis titulis agitur, nondum ſit animadverſum, adducam. Mihi in hujuſcemodi Inſcriptionibus prima ſtatim verba fallaciam detegunt, cum nominandi caſu, qui honore afficitur, præire video; deinde quæ fortiter, vel prudenter & feliciter tota vita geſſerit, hiſtorico more enarrari: neque enim monumentorum veterum is ſtylus eſt, neque ad ullam eorum claſſem, quæ ſic eloquuntur, referre poſſis. Honorariæ Inſcriptiones tertio caſu Honorati nomen ex elliptica loquutione, & ſubaudito verbo proferunt, deinde munera obita, & magiſtratus eodem modo ſubdunt; quæ in officio, cujus gratia monumentum ponitur, vel in aliqua expeditione confecerit, interdum addentes, non quæ vita univerſa præſtiterit. Hiſtoria quoque horum lapidum ſibi non conſtat: nam Fabianum Florentiæ repertum, & una cum marmoreo ipſius Fabii capite eruderatum Borghinius tradit (*f*), Marlianus autem Arretii;

(*a*) Alteram apud eumdem Gruterum *ex Onufrio & Borghin. aliiſq.* pag. CCCCVI. 7. & apud Gorium loc. cit. pag. 241. n. 6.

2 Q. †F. MAXIMVS

DICTATOR.BIS.COS.V.CEN
SOR.INTERREX.II.AED.CVR
Q.II.TR.MIL.II.PONTIFEX.AVGVR.
PRIMO.CONSVLATV.LIGVRES.SVBE
GIT.EX.IIS.TRIVMPHAVIT.TERTIO.ET
QVARTO.HANNIBALEM.COMPLVRI
BVS.VICTORIS.FEROCEM.SVBSEQVEN
DO.*COERCVIT.DICTATOR.MAGISTRO
EQVITVM.MINVCIO.QVO.IVS.POPV
LVS.IMPERIVM.CVM.DICTATORIS.
IMPERIO.AEQVAVERAT.ET.EXERCITVI
PROFLIGATO.SVBVENIT.ET.EO.NOMI
NE.AB.EXERCITV.MINVCIANO.PA
TER.APPELLATVS.EST.CONSVL.QVIN
TVM.TARENTVM.CEPIT.TRIVMPHA
VIT.DVX.AETATIS.SVAE.CAVTISSI
MVS.ET.REI.MILITARIS.PERITISSIMVS.
HABITVS.EST.PRINCEPS.IN.SENATVM.
DVOBVS.LVSTRIS.LECTVS.EST

Grut. †FABIVS. Idem *COHERCVIT & alter verſus diſtinguit.

In Tab. marm. alta ped Rom. I. *unc.* VII. *lata ped:* I. *circiter, inventa, ut plures veteres Cod. teſtantur, Arretii in Baſilica, hodie Florentiæ in Imp. Muſ. Mediceo.* Ita Gorius; Gruterus enim inquit: *Florentiæ olim in ruinis Theatri inventum cum ſtemmate, rurſuſque a faſtidioſo & ignorante aditum domino ſepultum, haud eſſe tamen ævi Fabiani clamat ſtylus, ut illa* CCCLXXXIX. 4. (& a me ſupra relata n. 1.) *Arretii reperta eſt, teſte Marliano. Extat nunc in Muſ. M. D. littera elegantiſſima, quæ vel ſola facile oſtendit, non eſſe ævi ejus ævi, cujus nomen præſefert.* Vid. de hac Pighium ad A 523. qui eam apud. Petrum Victorium Florentiæ extare aſſerit. Gorius totus in eas explicandas incubuit, & nihil attigit de illarum ſuppoſitione, neque meminit jam relatas fuiſſe a Grutero, aliiſque.

(*b*) Verr. II.

(*c*) Livius Lib. XXII.

(*d*) Idem ibidem.

(*e*) Idem Lib. XXVII.

(*f*) Orig. pag. 184.

retii; Mazochius (*a*) multo ante iſtos ediderat, & ante Mazochium Bononius in MS. Opere recenſuerat, qui pariter Arretii ponit.

Adſtat Gruteriana (*b*) C. Umbricii a Victorio & Borghinio celebrata. Lapidis novitiam frontem agnoſcas; canaliculo etiam circumdatur non ex antiquo artificio: quinque verſus punctis clauduntur: Filiæ ὁλογράμματο: verba non ad modum diſpoſita ingenuorum, ſibi & uxoribus ponentium, ſed tamquam libertorum mera nomina, vel duo tituli eſſent, ut vere duo ſunt conglutinati lapides: I bis pro L errore inſolito, & diligenti ſcripturæ reliquæ non reſpondente. Multo autem magis fallacia conſtat ex *Colono Adlecto*, quam loquutionem in nullo uſquam antiquo monumento deprehendere liceat. *Coloni* nomine & ſenſu, & ſingulari numero, neſcio, an uſi fuerint veteres; officium certe, aut dignitas non erat, ut in eum ordinem *adlegi* alii dicerentur. In Coloniæ jura admittendus fuiſſet quiſquam? civis fieri dictus eſſet, non Colonus: a Colonia denominandus fuiſſet? *in Coloniam Adlectus*, vel *inter Colonos* eloqui ſolebant, ſicuti *in Senatum*, *inter Patricios*, *in ordinem Decurionum*, ut paſſim occurrit. Id etiam perpendendum: licuit ne municipalibus Coloniarum magiſtratibus alios homines aggregare in Coloniam, ſive, quod idem eſt, civitatem ſuam dare? ita ut Florentini Decuriones Colonos adlegere de novo poſſent? Hanc quæſtionem, etſi plura ac perdocta volumina de his rebus proſtent, quod ſciam, attigit nemo; digniſſima eſſet tamen quæ tractaretur: ego quidem ægre crediderim; nam cum Coloniæ jure ad ſuffragiorum in urbe poteſtatem via pateret, ubi auctoritate novos ſcribendi Colonos Colonici magiſtratus donati fuiſſent, ipſius civitatis Romanæ conferendæ quodammodo jus habuiſſent. Hæc mire confirmatur ſententia ex Senatus Conſulto municipali Tergeſtinorum (*c*), Lentulum Nepotem impenſe laudantium, quod ab *Antonino Pio impetraſſet*, uti Carni eorum Reipublicæ jam antea *ab Auguſto adtributi*, per ædilitatis gradum in eorum Curiam admitterentur, ac per hoc *civitatem Romanam adipiſcerentur*. Urgere conjecturam acriter poſſem ex illuſtris municipis mei, quo nemo melius de Colonica poteſtate diſſeruit, animadverſione, niſi quod illi profecto perraro accidit, haullucinatus eo loco eſſet. Municipalium magiſtratuum dignitatem imminutam plurimum Card. Noriſius (*d*) tradit, cum Hadrianus *quatuor Proconſules Italiæ provinciis impoſuit*; ſed & antea Coloniarum juriſdictionem ab Auguſto *decurtatam* docet ex Suetonii (*e*) loco: *excogitato genere ſuffragiorum, quæ de magiſtratibus urbicis Decuriones colonici in ſua quiſque colonia ferrent, & ſub diem comitiorum obſignata Romam mitterent*: hæc enim ita accipit, ac ſi colonis ſuos ſibi magiſtratus præponendi jus ademptum eſſet, *cum tamen*, inquit, *ſtante Republica, ſuos ſibi magiſtratus coloni eligerent, nec eorumdem confirmationem a Romano Senatu poſtularent*. Homines ſumus; quapropter nullus eſt, qui non aliquando dormitet Homerus: patet de urbanis hic magiſtratibus agi, non de municipalibus, & de addita tunc Auguſti conſilio Colonis dignitate, ac juriſdictione, non de adempta; modum enim excogitavit, quo in Romanis magiſtratibus cooptandis Decuriones colonici ſuffragia ferrent, etiamſi Romam nequaquam peterent, nec e patriis civitatibus pedem efferrent: qua conceſſione Auguſtum colonias *jure*, *ac dignatione Urbi quodammodo pro parte aliqua adæquaſſet*, ipſemet Suetonius (*f*) animadvertit. *Quatuor* etiam *Conſulares* (minime Pro Conſulibus) quos Hadrianus *per omnem Italiam judices conſtituit* (*g*), eligendorum in coloniis magiſtratuum jus violaſſe, haud crediderim; nam eorum munus judicandi poteſtate continebatur: quamobrem & M. Aurelius poſt aliquod tempus, *datis Juridicis*, *Italiæ conſuluit ad id exemplum, quo Hadrianus Conſulares viros reddere jura præceperat* (*h*). At ex eo quod ſuos ſibi magiſtratus libere eligerent, non infertur, potuiſſe etiam civitatem dare; quamobrem & hoc nomine Umbricii noſtri labat fides.

Q. Gargennius, & Grantanius a Grutero (*i*) in eadem pagina collocati hic quoque ſociantur, & pariter incedunt: ſuſpicionem ingerunt lapides, quorum aſpectus vetuſtatem non videtur loqui. Prior tam fragilis naturæ eſt, ut non videatur potuiſſe tantum ætatis ferre: vidit Inſcriptionem Smetius *in cippo oblongo e Tiburtino*; at hæc quadrata eſt tabula, nec e Tiburtino: eodem cognomine, tribu, & patria mutilam recitat Fabrettus (*k*). Grantanii pariter (ſeu G. *Rantanii* mavis) Gruteriani ſaxum ab iſto diverſum fuiſſe, arguet ſtatim qui conferet: non intelligebat Gudius, quid in illo ſibi vellet *Mil. Coh. XII. Urb. Ceſern.* in hoc videtur eſſe *Ceſeri*; omiſit ſcilicet centuriæ notam lapicida, quam prætermiſſionem in veteribus difficile ſit reperire. Corona in apice ſculpitur, quæ Dis Manibus

(*a*) Mazoch. pag. XVIII.

(*b*) Gruter. ex Sculteru qui vidit pag. CCCCLXXXIX. 7. ponit *Florentiæ in Palatio publico*, Victorius in *ædicula juxta D. Caſſianum*; Gorius *Inſcript. Etr.* Par. 1. pag. 28. n. 2. ibidem in Regio Muſ. Medic.

C. VMBRICIVS.	VOLTVRNIAE
C. F. SCA. CANSO	C. FILIAE.
† COION. ADIECT.	TERTVLLAE
D. D. FLORENT.	VXORI
SIBI. ET *	

Gruter. † COLON. ADLECT. COlON. *habetur in lapide*, ait Victorius qui vidit lib. 37. cap. 11. *Var. Animadv.* Vid. Vincent. Borghinium pag. 60. de *Orig. Urb. Florentiæ*. Gorius Gruterum non meminit, nec de lapide dubitat.

* Ibi ponit folium, ſeu corculum.

(*c*) Gruter. pag. CCCVIII. n. 1.

(*d*) Noriſius *Cenotaph. Piſan.* pag. 32.

(*e*) Sueton. in Aug. cap. 46.

(*f*) Idem loc. cit.

(*g*) Spartian. in Hadrian. Tom. 1. *Hiſt. Aug.* pag. 198. edit. Lugd Batav. 1671.

(*h*) Capitol. in M. Anton. Phil. 332. Tom. 1. pag. cit. edit.

(*i*) Gruter. pag. DLIII. n. 5. & 8.


(*k*) Fabret. pag. 135. n. 101.

bus intermedia quid præſtat. E regione iſtam leges adhuc ignotam : *Petronio Lono Militi Coh. X. Pr* ᐱ *B. M. Aurelius Vibius M.. Coh. X Pr* ᐱ *Juſti H.. res Fecit* 7 *Florentini* pariter *Centuria*, ex qua eſſe non poterat, qui Centuriæ *Juſti* paulo ante adtributus eſt ; neque is eſt locus Centurionem profitendi : extra locum pariter ſiglæ ſunt B M. & extra uſum nota illa ᐱ, quæ primum pro puncto, deinde pro *Centuria* adhibetur . Adverſo item pariete viſitur, quam Diarium Italicum (*a*) recenſet, equorum nomina, & patrias cum Circenſium præmiorum numero exhibens. Color marmoris, & ſuperficies recens quiddam oculis meis ſtatim ingerebant : quod etiam ad medium turbato ordine, etſi in editis non appareat, nominum, & numerorum columnas ſcriptura inflecteret, ac transferret, non placebat : hærebam tamen, & pendebam anceps, cum in mentem venit, Sponium in Itinerario Italico (*b*) hujus generis aliquid protuliſſe : curo, ut libelli afferantur, confero, & eamdem in iis Inſcriptionem video, ſed duplo ampliorem ; quamobrem lapidem eo exemplo effictum agnoſco : neque enim illum ipſum, ſed poſtea decurtatum ſuſpicari poſſumus, cum poſt nomina Alcimi, & Memni lapis illa verba ſubdat, *Palmas Sibi Complevit*, quæ Sponius niſi poſt triginta alia equorum nomina non habet. Ubi Cl. Montfauconius *Eutonſo*, legendum *Entono* ; ubi *Glaphus*, hic lapis *Glaphy*, Sponius *Glaphyro* ; ut vetus loqui decebat ſaxum.

(*a*) Diar. Italic. pag. 358.
(*b*) Spon. Itiner. Italic. Tom. III. pag. 23.
(*c*) Falconer. n. x.
(*d*) Fabrett. pag. 649. n. 423.
(*) Romæ ad Thermas Diocletiani in Vinea S. J. reperta fuit velut magna capſa cum operculo in duas partes diviſo ex grandibus Tiburtini lapidis ſegmentis efformata, ac inferius haud clauſa, ſed ſuper pavimentum calce & lapidibus

Aliquæ aliæ apparent ex genuinis diffractis, ut puto, vel detritis renovatæ : Labieni Votum inter eas computes velim, & illud adhuc certius; quod Firmulus Deo Soli, vel Saturno ſacrat ; affertur enim Inſcriptio, ſicuti & ſuperior a Falconerio (*c*) inter præclaras illas Africanas, quæ Muſeum iſtud nunc illuſtrant, & a Fabretto (*d*) quoque, nec quid opponas, invenias ; ſed lapis ex eo genere eſt, quod hodiernæ lapicidinæ ſubminiſtrant, & *Petra Serena* dicitur : litera L ut ſingularem quarumdam ex iſtis formam imitaretur, ridiculam prorſus induit : puncta verſu primo plena manu ſic profunduntur. S.. D.. S. Superſtat huic *Sariolen Meaco* &c. quod nihil dicit. Nullius autem veteris auctoritate ſculptus his verbis eſt lapillus, FVLGVR DIVM (*), ſed ad illarum ex Gruterianis exemplum *Fulgur conditum* (*e*), *Fulgur conditum Divom* (*f*), quæ tabellæ ſunt ex Ciceronis loco efficta (*g*) ; *ara poſita, fulgur conditum fuit* : unde Juvenalis (*h*), *Senior*, *qui publica fulgura condit*, ex more defodiendi interdum ſub terra, & contegendi, quæ tacta de Cœlo eſſent. Lepidior alia : *Ara Procur. Fulgetrae*, ubi quod procurarentur, ſive experirentur fulmina, quæ fulgura etiam dicebantur, fulgetra quoque, hoc eſt, conſecrationes in nubibus expiationi mandantur. Inter ſepulcrales titulos marmorea vaſa conſpicias novercarum Inſcriptionibus inſignita, quas Fabrettus (*i*) afferens *muſtei alicujus Epigrammatarii inventum* vocavit : ſed quam proxime ſubdidit,

conſtructum poſita, longitud. palm. Rom. VIII. lat. VI. alt. IV in cujus fronte elegantibus literis Romanis legebatur : FVLGVR. DIVM ut vides in ejuſdem typo heic delineato ex Diſſert. V. cujuſdam Religioſi, ac doctiſſimi Viri S. J. *Sopra un Bidentale nuovamente ſcoperto* 10. Vol. V. de' *Saggi di Diſſert. della Nobile Accademia Etruſca pag.* 160. in Roma 1751. *in* 4.



Hoc cimelium, quod quatuor includebatur muris, niſi quod rudera, & ſaxa continebat. Quis igitur ibit inficias perantiquum non fuiſſe Bidental? Quod ſi inſpexiſſet vel ipſe Cl. Maffejus, ipſius inſcriptionem forſan ſuſpectam non haberet : Plures id genus epigraphes legas apud Murat. pag. CIIX. n. 2. 4. 5. & apud meum Syntagma Cl. II. ex lapide olim in Muſ. Tuſculano Card. Paſſionei, edito ab Ampliſſ. & Eruditiſſ. Præſule Benedicto ejus Nepote in Libro, qui inſcribitur : *Inſcrizioni Antiche* &c. Cl. I. n. 21. pag. 8. Lucæ 1763. in fol. fig. Gorius etiam *Inſcript. Etr.* Part. I. pag. 52. n. CVII. fert hunc titulum ex Muſeo Imper. Mediceo FVLGVR. DIVM.
De *Bidentali* ſcripſerunt Perſius *Sat.* II. v. 24. Lucanus L. I. v. 606. Nigidius Figulus apud Nonium, Petrus Crinitus *de Honeſta Diſcipl.* L. II. c. 5. Camillus Silveſtri ad *Sat.* VI. Juvenal.

(*e*) Gruter. pag. CXXXII. n. 9.
(*f*) Idem cit. pag. n. 8.
(*g*) Cicer. *Attic.*
(*h*) Juvenal. *Satyr.* VI. v. 585. Salmaſius enim inquit : *condere fulmina ſignificat monumentum eo loco ſtatui*, *Aram nempe, vel Puteal cum aliqua fortaſſe Inſcriptione, quæ teſtaretur fulgur ſub illa ara conditum*. Nam rerum a fulmine percuſſarum fruſta ſepeliebant Ethnicorum Sacerdotes ; ibique *Bidente* ſacra faciebant. (*Cornel. Fronto vetus Gramm.*) Deinde talis locus ſemper religioſus erat.
(*i*) Fabrett. pag. 201. in not. ad Inſcript. ſub n. 495.

didit, ut legitima novercarum cum privignis concordiæ documenta oſtenderet, ejuſdem farinæ eſſe, vir doctus non agnovit. *Non Injuſta Noverca, & Debita Sibi Uxor*, & compendia minime uſitata, & is finis, *In unius funeris gemina orbitate Monumentum Poſuit*, monere de fallacia poterant. Luſoriam etiam comprobat marmoris, quod in ædibus eorum de *Vecchiettis* inſpexi, nova forma, quæ vaſis non eſt, aut urnæ, ſed ſolidæ pilæ. Idem paries novitiis quibuſdam lapillis incruſtatur: *Aurelius Caeſar*, *Nero Claudius*, *Pylades Veſtiarius*, quem arripuit idem Fabrettus: in uno legas D MV T. *Clementianeti Cojugi Benemeret.* *Clementianeti*, ut *Ireneti*, atque ut alia extendere nomina lapides ſolent, recipiamus; recipiamus etiam T. minime quidem tamquam prænomen, ſed pro gentilitio, velut Titiae, aut Terentiae, etſi eo loco dure admodum: ſed Manes in Manii prænomen, converſos, & nugacem quamdam in medio earum ſiglarum diviſionem recipere non poſſumus. Ad Muſeum redeamus, cujus hanc non opinor editam: *D. M. Cominiae Venuſtae, & Comimae Secundae Sororibus L. Cominius Secundus Fecit Pater.* Lapis videtur recens, & faſtigii forma illa pilis, ſeu aris uſitata eſt, non tabellis: ſolet etiam pater *filiabus* ponere, non *ſororibus*; filiæ quidem ſorores inter ſe ſunt, nihilominus ita loquentes in monumentis patres non occurrunt. Hæc quoque inedita:

21. ..VBRIAE.NICE
SERVILIVS.SIGERVS
..LOTIAE.ISAVRICAE LIB
T.RVBRIA SEVERA.FECERVNT
ET.LIBERTIS.LIBERTABVSQVE SVIS
POSTERISQ EORVM
ET.AMICIS.OPTIMIS
ET.SIBI (*a*)

Fictitiam monſtrant non marmoris ſolum color, & genus, ſed nova liberalitas ſepulcrum ponentium Rubriae, & *Amicis Optimis*. Eximia eſt inter iſtas Inſcriptio, in qua *Amicis Fideliſſimis* legas (*b*), ſed poſt eorum nomina recitata; quodnam enim eſſet legati genus, *amicis optimis* infinite, & indeterminate ſcriptum? Duæ, vel tres deſiderantur ex ſimulata lapidis mutilatione in capite verſuum literæ, ut vides; ſed cum marmorarius non ſatis diligenter ſpatium dimenſus fuerit, perperam primum R omnino abeſt, cum tantum lapidis appareat, quantum ad eum recipiendum, vel maximam ſaltem ejus partem ſufficiebat.

Sub figura decumbentis in lectulo hæc videas, EXCES. VIIII K CERMIDIIS ADNIANO. ET BLAESO. COS (*c*). ubi Latina quidem verba minus bene iconibus, quas ſepulcra Græca præſe.

(*a*) Gor. *Inſcr. Etrur.* Par. 1. pag. 30. n. LIV.
DIS. MAIIBVS
L. 2. RVBRIAE
L. 4. PLOTIAE
L. 5. ET. *in princip.*

(*b*) Fabret. pag. 14. n. 63. qui ponit *apud Nobb. de Caſalibus*; *hodie in Imperiali Muſeo Mediceo*, ex *Gorio Inſcr. Etr. Part. 1. pag. 21. n.* XXXIX.

D . M
MAGNIA · TYCHE · FECIT · SIBI
ET.KARIS.SVIS.T.MAGNIO.ANI
CETO.ET.T.MAGNIO.EVTYCHO.ET
Q.TILLIO.FIGVLIANO.BENEMERENTI
BVS
ET.LIBERTIS.LIBERTABVSQVE.POS
TERISQVE.EORVM.H.M.D.M.A
ITEM.TI.CLAVDIO.HONORATO.ET.CLADIAE (*ſic*)
MARGELLAE
AMICIS.FIDELISSIMIS.VASA.OBRENDARIA.DVA.ITEL
OLLARIA.TRIA.INTROEVNTIBVS.PARTE.DEXTERI
ORE.FECIT.ET.DONAVIT

(*c*) Gorius loc. citat. pag. 75. num. CCXIII. variantem adfert:

EX CES VIIIIGERMIIDIIISANIA
NIO ET BLAESO. COS

præſeferre ſolent, aptantur; ſed Germidius menſis optimo conſilio cum Adniano Conſule ſociatur. Tempus autem, quo Anonymus iſte fuit conditus, die, & Conſule adpoſito, deſignare ab antiquis moribus minus alienum erat, quam quo vita exceſſit.

Fabrettus (*a*) ejuſdem *Tyranni* liberti binas attulit eodem exemplo, quæ hic ſpectantur: neutri admodum favet inſpectio; ſed alteram videtur excludere ob duodecim ad extrema verſuum puncta, apud Fabrettum nequaquam apparentia, quorum quinque initiis præfixa.

Sequens tabula muro infixa non eſt. *D. M. Filocyrio Filio Dulciſſimo Qui Vixit Annis* ĪĪ. *Diebus XII. Orabus* ĪĪ. *Fecit Nice Mater Pientiſſimo Non Merenti* (*b*). Novitates præcipue vocum *Orabus* & *Non Merenti* luſum detegunt: poſt D & M punctorum vice transverſæ lineæ ſignantur antiquis ſculptoribus non adhibitæ: lapidem callide diffractum, deinde conglutinatum recens tinctura prodit, qua infectus noſcitur: infectus eadem eſt infixus alter, qui propterea ſecundum anni tempeſtates, ac cœli temperaturas colorem alternat. Cum his & iſtam accenſe: *Octavia Apro vicſit anis XII.* † *Tu quicumque legis ſit tibi ſuavite* (*c*), & altius collocatum, *Diis Manibus N. Fulvius Felix ſibi & ſuis fecit* (*d*); inſpectione & erroribus reprobatas: & magnis literis, *P. Rutilius Lupi L. Roſ.* (legerunt alii *Lupi* * *Eros*, errorem mutantes potius, quam tollentes) *Nomenclator* (*e*), quod officium vel Auguſtis, vel Magiſtratibus, non item & privatis hominibus famulabatur. Sequentis clauſula ſuſpectam reddit: *M. Curtius Victorinus Et Plotia Marcella Viventes fecerunt. Si Deus Permiſerit Sibi* (*f*); ſed in lapide, & ſcriptura nihil eſt quod reprehendas. Fragmina interdum diverſorum lapidum conjuncta ſunt, ut in iis, *Syriſcaſis* * *Hiberorum Valeria Egema*, & *Ti. L. Ti. Herennius Ti. L.* (*g*). Sed quid ego minutos lapillos, & nullius momenti titulos continentes ſingulatim perſequar? ſatis ſit admonuiſſe, dubitari & de aliquibus aliis ex iſtis poſſe: judicium autem tuto ferre, arduum ſæpe, cum verba pauca, literæ ab atramento infuſo tectæ, tabulæ ex infixione aliquanto occultatæ. Nec ſit qui admiretur, in tam auguſto Cimeliarchio complures ſpectari commentitias Inſcriptiones. Ingens lapidum congeries ab Apollonio Baſſetto, viro ſtudioſo, olim collecta huc translata eſt: cum vero loculos venuſte & architectonice deſignatos complere oporteret, de ſtatu & ingenuitate non eſt habita accurate quæſtio. Illud etiam cum hanc, tum collectiones alias ſatis excuſat; quod Inſcriptionum ſecernendarum, quam modo qualitercumque tradimus, nova prorſus Ars ſit; neque uſitatum hactenus fuerit, ſicuti numiſmata, ſigna, atque inſculptas gemmas, ſic & Inſcriptiones excutere, ſed ut plurimum quotcumque oblatæ, totidem & receptæ. Inter præclariſſimas cæteroquin hanc collectionem collocant eximiæ, quæ in ea ſpectantur, inſcriptæ baſes, & præſtantia monumenta quam plurima nulli ſuſpicioni obnoxia.

Ampliſſimam, & pluſquam privatam ingredienti Marchionis Riccardii domum ſplendidiſſima occurrit impluvium circumambiens porticus, regio plane apparatu: neque enim hodiernis, mutiſque, & nihil docentibus marmoribus decoratur; ſed Inſcriptionibus, anaglyphis, protomis, ſignis nobilitatur tota. Verumtamen, quod Inſcriptiones attinet, mira dixero: dimidium plane earum, ut moderate loquar, mihi ſuſpectas eſſe. Invito, & ægro animo, & niſi poſt iteratam etiam atque etiam inſpectionem, contemplationemque lapidum hæc loquor, cum mihi vix ipſe fidem haberem, & angeret me non parum tot monumentorum expunctio, quorum multa in multis triumpharent voluminibus, & quæ poſt hujus tantum Muſei conſtructionem agnita ſint, ab eruditis advenis nulla hæſitatione, & plena fide quotidie tranſcriberentur. At nulla me magis collectio docuit, quantum Arte hac Critica Reſpublica literaria indigeret, quantumve in negotio hocce incredibilis profecto difficultatis ineſſet: neque enim cum primo, aut tertio, aut quinto acceſſi, hæc mihi prorſus agnitio illuxit, ſed poſt vigeſimam fere, diebus interdum, & hebdomadis quoque conſulto interpoſitis, contemplationem, collationemque: quod ideo narro, ne putet quiſquam, una & altera inſpectione iſtiuſmodi judicium peragi ubicumque poſſe. Dolendum quidem, multo plures ex genuinis Palatium iſtud Inſcriptiones non adveniſſe; loco enim alio nullo tam magnifice, & tam ornate dedicatas intueare, ac diſtributas: ſed vel exercendi ingenia, & eruditorum periculum faciendi primi collectoris mens fuit, vel cum ad beatorum domus facilius confluant, qui vitam fallaciis tolerant, cum liberali, & magnifico emptore perinique actum eſt. Attamen has quoque diligenter ſervaſſe, inutile huic ſtudio nequaquam eſſe, documenta oſtendent, quæ hinc haurire pergimus. Mihi ſingulas excutere non eſt animus, nec ſingulas internoſcere quiſquam valeat; lapideæ namque tabulæ ita prominentibus coronis protectæ, & earum aliquæ τῷ πίνῳ adventitio ita reſperſæ, ita calce ad extrema obductæ, atramentoque obſcuratæ ſunt, ut eas perattente ſpectans, videas tamen, & non videas, perinde ac ſi velati homines occurrerent, aut perſonati. Minutioribus, & nihil novi afferentibus omiſſis, ſeligam quarum magis interſit conditionem noſſe, & de quibus detur aliquanto ſecurius pronuntiare.

Inſpectare primum ſedulo velim literatam hanc por-

(*a*) Fabrett. pag. 82. n. 125. & n. 126.
(*b*) Apud Gorium non reperitur.
(*c*) Idem Part. I. pag. 59. n. CXLII.
† XXII. & in fin. mutila.
(*d*) Idem Part. I. pag. 57. n. CXXXV.

* EROS.
(*e*) Idem loc. cit. pag. 44. n. LXXVI.
(*f*) Idem loc. cit. pag. 20. n. XXXVII.
* *L.*
(*g*) Idem loc. cit. pag. 60. n. CLIV.

porticum ſtudii cauſa ingredientes, lapidis genera, quibus exarati quam plures ex iſtis titulis proſtant: priſca non eſſe, oculis tandem conſtabit in his rebus exercitatis: adnotat etiam ejuſdem ſæpe fodinæ lapides recurrere, atque in his aliquas ſpectari procul dubio fictitias epigraphas, unde & adverſus alias quaſdam, quæ cæteroquin non improbarentur, valida oritur ſuſpicio. Obſervandum rurſus, veterum ejuſmodi tabellarum figuram, & venuſtatem ab his ſaxis abeſſe: fragmina ut plurimum ſimulantur, extremitates deſunt, complementum & ornatus vel nullus, vel ineptus, & incongruus. Multitudinem demum in ipſis epigrammatis, & ſimilitudinem ænigmatum, & ſphalmatum animadvertamus; nam plures non ſemel conglobantur literæ, quibus verbum efficiatur nullum, & in verbis uſitatis permutationes literarum ſæpe occurrunt a veteribus quadratariis omnino alienæ. Exemplo iſta ſit amplis, & bene efformatis literis ſic inſculpta: IVLLO POLILICO COIITBERTO SVO CARISSTMO &c. (*) Jam ut ab Jove principium fiat, en nobis puſillas & conſimiles columellas ita loquentes: *Domini Metuens* I. O. M. L. IT. *Sac.* & *Jul. Pr. Sac.* (*a*) quæ ſunt verba nihili: recenſuit priorem Reineſius (*b*), eique miris ſuis pharmacis fruſtra opem ferre conatus eſt: me quidem ne dum expoliendis, ſed quiſquiliis ejuſmodi refutandis operam puderet inſumere. Gruteriana (*c*) *L. Hermetis* pila Jovis juſſum prælo- quens ſuſpicionem injicit non levem. Cur Juppiter Dolichenus *Cantharum*, quod Bacchi ſymbolum eſt, cum baſi ſua poni jubet? ubinam memorari audita eſt canthari baſis? cum verbum *Juſſa* cetera in eodem verſu ſupereminet? cur VASF pro *baſi*, aut *baſe*, vel *vaſe* perſpicue ſcribitur? cur *Hermes poſuerun*? ubi antiquus ſcalptor, deficiente ſpatio, poſtremam literam in penultima ſic adumbraſſet N. *Scribam* vero in Latinis votivis tabulis quis umquam laudari vidit? affirmat tamen Smetius in lapidis latere hæc legiſſe: *Sub Scriba Fontejo Eutycho*, quæ nunc recentiſſimo cippulo ſeorſim poſito indita verba in hac Collectione ſpectantur. Quæ etiam adſtat *Invictae Caeleſti* (*d*) poſita, parum arridet: nam cippus incondita ſtructura eſt, multumque inferiori parte ſub titulo auctior, quam ſuperiori. Invicta & Cæleſtis non una Dea dicta; ſed Invictam Cæleſtem invocare, neque expreſſo nomine, neque Deæ appellatione præmiſſa, lapidibus noſtris inſuetum. Africanam quidem afferunt Falconerius, Sponius, Fabrettus, *Caeleſti Auguſtae Sacrum*: at nemo admonet, mutili ejus lapidis caput non adparere. Integræ certe Inſcriptiones aliæ præſeferunt (*e*), *Veneri Caeleſti Auguſtae Sacrum*: item *Veneri Victrici*, *Lucinae invictae*, *Bonae Deae Caeleſti*: quænam enim ex Dearum illo umbratili choro Latini hominis excepiſſet preces, & ſe compellari intellexiſſet nudis *Invictae*, & *Caeleſtis* titulis? Juno, Luna, Venus præcipuo unaquæque jure ea ſibi vota vindicare poterant, Caelumque novis litibus perturbare. Hiſpanicam non diſſimulabo:

12. D M
C. AVIDIO . APRIMVLO
SACERDOTI . CAELESTIS
INCOMPARABILI
RELIGIONIS . EIVS
C. AVIDIVS . VITALIS
PATRI B M (*f*)

At

(*) Edidit Gorius *Inſcr. Etr.* Par. 1. pag. 103. n. 69.

D. M
IVLIO POLILICO
COIITBERTO SVO
(*ſic*)
CARISSTMO FE
CIT IVLIA HEL
PIS BENEME
RENTI

(*a*) Ex eodem loc. cit. pag. 104. n. 72. parumper variantem a Maffejana eam iterum refero:

In Ara rotunda marmorea ornata capitibus arietinis, & encarpo cum vittis.

DOMINI . METVEN
IOM LIT.
SACR

(*b*) Eadem apud Reineſium 26. I. pag. 55. e *Collectaneis* Viri *Ill. Frid. Lindebrogii* qui legit Lin. 2 I. O. M. L. M.

(*c*) Gruter. pag. XVI. n. 12. qui ponit *Romæ in domo quondam Jo. Coritii, in foro Trajani in baſi rotunda. Hodie Florentia in ædibus Riccardi:*

EX . IVSSV . I . O . M . D
L . TETTIVS . HERMES
CVM . CONIVGE . SVA . ET . FILIIS
ET . OMNIBVS . SVIS
CANTHARVM . CVM
(*ſic*)
VASE . SVA . POSVERVNT

a latere

S V B
SCRIBA
FONTEIO
EVTYCILO

Variantes vide in repetit. edit ejuſdem & Gor. Par. I. loc. cit. pag. 105. n. 74. l. 3. COIVGE. l. ult. EVTYCHO.

(*d*) Gruter. pag. LIX. 4. & Gor. loc. cit. c. 75.

In baſi marmorea rotunda.

INVICTAE
CAELESTI
AVR . ONESI
MVS . D . D .

(*e*) Gruter. pag. LX n. 3. 10.

(*f*) Idem pag. CCCXVIII. 4. e *Schotto* ponit *extra Tarraconam ad molem* D. Claræ.

At commentitiam judico, non e ſuſpecto tantum fonte, unde manat, & ob *Cœleſtis* numen, quod Africæ peculiare fuit, nec, quod ſciamus, in Hiſpania, vel Italia agnitum, aut receptum; ſed etiam ex illis, *Religionis ejus*, quæ ſententiam turbant, nihil dicunt, & a ſtylo ſepulcralium lapidum prorſus recedunt. Tertulliani locus in Apologetico has Inſcriptiones videtur peperiſſe: *unicuique etiam Provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtartes, ut Arabiæ Dyſares, ut Norici Belenus, ut Africæ Cæleſtis*; verum aliter Africanum Scriptorem, aliter Italicum lapidem loqui decet.

Ad celebrem non uno nomine inter votivas me Inſcriptionem confero, quam verebar quodammodo attingere, cuique ut parcerem, multa mecum evolvi, ſed religio non ſinit:

13. SOLI . INVICTO . MITRE
M . VLP . MAXIMVS . PRAE
POSITVS . TABELLARI
ORVM . ARAM . CVM
SVIS . ORNAMENTIS
ET . BELA . DOMINI
INSIGNIA . HABENTES
N . IIII .
VT . VOVERAT . D . D .

In ejuſdem marmoris faſtigio & corona more prorſus inſolito:

ARA . POSITA . ASSTANTE . SACERDOTE . SEX .
CREVSINA . SECVNDO . VT . VOVERANT . MA
XIMVS . ET . MAXIMINVS , FILI . IMP . COMM
ODO . AVGVSTO . PIO . FELICI . IIII . ET . VICTORINO . II . COS (a)

Monſtra vides majoribus hoſtiis procuranda: qui deglutierint Manutius, Lipſius, Gutherius, Lindebrogius, aliique permulti, haud intelligo. Maximus *aram* dat, & *vela habentes Domini inſignia*: navim & vela audieram, aram & vela non audieram; neque enim hujuſmodi aræ velariis obtegebantur: vela habentia intelligo, *vela habentes* vix intelligo; neque enim ævi Commodiani marmora tam incondite loquuntur. Quid autem eſſe putabimus *Domini inſignia*? nonne Inſcriptionem concinnanti hodierna nobilium oſtiorum velaria obverſabantur, quibus gentilitia inſignia depingere ſolemus, & ea ſtemmata Romanis etiam uſitata credidit? Vela *Numero* IIII. lapidaria non videtur loquutio, ſicuti *Mitre* non eſt lapidaria ſcriptio. Dedicatio autem ea formula minime adſcribebatur: *ara poſita adſtante Sacerdote*: ſexcenti proſtant ejuſmodi lapides, quibus nihil ſimile deprehendas: ad titulorum calcem *Dedicati* dicuntur, deinde ante Conſules dies adponitur, qui hic deeſt. In Conſulibus recitandis tituli *Pii Felicis* adjunguntur Commodo omnino importune. Puncta finalia ſex. ASSTANTE eumdem hominem ſcripſiſſe, qui ut vidimus paulo ante, CARISSIMO, videtur conjectari poſſe. Statuitur ara prius, *ut voverat M. Vlpius Maximus*, deinde, *ut voverant Maximus & Maximinus*, filii Sex. Creuſinae Secundi. Gentilitium *Creuſina* mirum advenit: viderat forte epigrammatarius *Creuſiniam Quartinam* in lapide a Fabretto (b) vulgato, ſed inde *Creuſinius*, non *Creuſina* eliciendus erat.

Recenſuit, & illuſtravit Reineſius (c) incipientem, *Vejos, poſt Urbem captam, commigrari paſſus non eſt*. Agi de Camillo Dictatore intelligis, & quarti ab Urbe condita ſeculi geſta memorari. Ea verba Livium (d) habent auctorem: *Quin illa quoque actio movebatur, quæ poſt captam utique Romam a Gallis celebratior fuit, transmigrandi Vejos*: item Epitomen: *Dictum eſt, ad Vejos migrandum eſſe propter incenſam & dirutam Urbem, quod conſilium, Camillo auctore, diſcuſſum eſt*: ſed quod titulum ſpectat, quæ de Fabii Maximi, & Appii Claudii epigrammatis diximus, in mentem revoca, & monuiſſe ſufficiat, nullam in lapide mutilationem apparere, cum Inſcriptio fragmentum ſimulet. Militarem ſubdam hanc:

14. D M
P . POMPEIO
PROCLO . MIL
COH . XI . VRBAN
7 CLAVDI . VIXIT
ANNIS . XXX
MILITAVIT . ANNIS
XVII . ME . VII
SVABIA . LONGINA
C . D . M . L (e)

Litera *L* in marmore bipartita fingitur tam nove, ut *b* minuſculum repræſentet: ſingularia ad calcem erronea: *Suabia* ſeu *Suavia* gens audita numquam: menſes ſtipendiorum numerationem ingredi non ſolent, quæ per annos tantum exigitur.

(a) Idem pag. xxxv. n. 1. & Gor. *Inſcript. Etr.* Part. I. pag. 12. n. 93.
(b) Fabret. pag. 617. n. 149.
(c) Reineſ. 43. VI. pag. 417.
(d) Livius Lib. V.

(e) Apud Gorium *Inſcript. Etr.* Part. I. pag. 98. n. 55 qui lin. ult. habet C. B. M. F. id eſt. *Conjugi Benemerenti Fecit*. & repetit in Part. III. pag. 269. n. 388 at variantem a priori, ubi lin. 8. ANNIS XVI. lin. 9. SVALIA.

gitur. Ætas autem militaris Auctori minime innotuit; nam cum Proclum annos XXX vixiſſe dixerit, & XVII militaſſe, menſibuſque inſuper VII, conſequitur, duodecim cum dimidio annos natum militiæ nomen dediſſe, quod a Romanis legibus, & moribus maxime abhorrebat.

Ad Funerarias ſubinde accedamus:

D . M

15 LVCIVS . BOLVMNIVS . SEBERVS
SE . BIBO . COMPARABIT . QVI
BIXIT : ANNIS . XLVIII . MENSI
BVS . VIII . DIEBVS . XVII . FECIT
COIVX . BENEMERENTI . CVM
FRATRE . TITO . FLABIO
SOSANDRO . LIB . LIBE . POS . EORV (*a*)

Tritum eſt, B non infrequenter pro V conſonante in lapidibus reperiri; at ſepties in titulo uno luſum ſapit, & non ſine ſtudio, & artificio factum. Prænomina Lucii, & Titi priſca marmora litera initiali deſignare ſolent: *Eoru*, *libe* pro *Libertabus*, *Pos* pro *Poſteriſque* non ſolent occurrere: ſub trium verſuum finem nugaces punctorum vice ramuſculi: numerales annorum notæ inconſulto interpunctæ: facientis Conjugis nomen perperam prætermiſſum:

16 D . M
M . COCCEI EPA
PHRODITI . CON
IVGI . PIENTIS
SIMO . GALA
TIA . CONIVNX
BENEMERENTI (*b*)

In timpano animalcula nupero cælo ridicule adumbrata; canaliculi oblique ducti; puncta extremis verſuum literis adpoſita, & ſic ↶V effícta; lapicida demum Grammatico par, qui *Epaphroditi Conjugi* concordare autumavit.

17 D . M
P . LVCILIO . PRO
FVTVRO . Q . V . A ....
F . HEREDES . ET . AR
BITRATV . POSTI ...
FANIAE . RESTITVTAE (*)

Reineſius (*c*) legere jubet *Poſthumi Faniae Reſtituta;* quibus quinam conficiatur ſenſus, non video. Titulum repudiandum ſuadent *Poſtifania* gens, F pro *fecerunt*, *Vixit An.* nullo adjecto numero, copulatio *Et* prorſus intempeſtive. Aliam videas, in qua *Germanius Victor* MAIIII ſibi comparat, & *Germaniae* conjugi, & *Germanis Filis*, & *Germanis Libertis* (*d*): at numquam ſic loquuti ſunt veteres, ut a Valeria gente, exempli cauſa, manumiſſos *Libertos Valerios* dicerent. Gryphum MAIIII ne putes ab atramentario penicillo eſſe; nam de his Inſcriptionibus oculis ſolis non credidi, ſed ſcalpri ſemitas digitis exploravi. Satis decenter & honorifice apud Sponium (*e*) M. Dionyſii epigramma comparet,

(*a*) Fabret. *e Schedis Barberinis* pag. 751. num. 579. non habet D. M & in lin. 3. SE. l. 4. legit MESIBVS. l. ult. LIBER. Apud Gor. Part. I. loc. cit. pag 103. n. 68. ubi Maffejana.

(*b*) Idem Gor. Part. I. pag. 82. n. 3. l. 6. CONIVNXS. l. ult. BENEMERENT.

(*) Eadem apud Gor. loc. cit. Part. I. pag. 88. n. 16.

(*c*) Reineſ. 28 VI. pag. 802.

(*d*) Hanc edidit Gor. Part. I. pag. 97. num. 51. & Par. III. pag. 271. n. 395. ita:

D M
GERMλNIVS VICTOR λ MIλITIS
COMPλRλVIT SIBI ET GERMλNIS
λEVRBλNλE CONIVGI SVλE ET GER
MλNIS VICTORINλE ET VICTORINO
FILIS ET GERMλNIS LIBERTIS LIBER
TλBVSQVE POSTERISQVE EORVM

& ſubdit Cl. Gorius „ Protuli hunc lapidem Part. I. (loc. „ cit.) ſed cum in Schedis Donianis in 2. lin. a Cl. Do„ nio exſcriptum legerim λ MILITIS: ſinceram le„ ctionem probavi, & eo loci lapidem nunc valde con„ ſumtum, ſupplendum, iterumque producendum cenſui „ A MILITIS: (ubi Maffei. Supra MAIIII, & Gor. „ Part. I. loc. cit. λ MIIIII) h. e. A MILITIIS. Ger„ manus Victor is erat, qui infimo ordine militibus in „ exercitu ſerviebat. „

(*e*) Spon. Miſcell. Erud. Antiq. pag. 298.

paret; at in lapide ſic jacet: M. AVRELI.S DIONYSIVS, deinde CVM ARIAFARASCINTA CIPPIS N̄ IIII. detritione, quæ ambiguitatem pariat, nulla. *Ara Cincta Cippis* Sponius ſubſtituit, ſed contra fidem, & ſine exemplo. Ut hic AVRELI.S. ita eſt in alia IVLI.E SORORI. Epitaphium quoque *P. Papirii*, operam dedit Reineſius (*a*), ut recoqueret; nam fieri poſſe non putavit, ut ſculpta hæc eſſent:

18 LOCVM EMPTVM QVINQE PE
ROVATVORETSICINI
IBHSXX

Quamobrem ea induſtria reſtituit, ut legi poſſet: *locum emptum quiſque revocare volet, Reipublicæ inferre debet Seſtertium vicies*: quam emendationem, ubi primum vidi, probare non poteram; nam *revocare locum*, & *Reipublicæ inferre* non arridebant; opinabar autem pretium & menſuram loci empti in marmore connotari debere: Pedes ſcilicet Quinque in Fronte, Quatuor in agro, vel quatuor & ſemis, cum habetur in aliis; *Qui locus emptus eſt longum P. VI. latum P. IIII.* (*b*) &, *Emi juſſit ex* H̄S X̄ M̄ N̄. Verumtamen fruſtra ſunt omnia, cum lapis perſpicue, & ſine lacuna ulla, ut ſuperius exhibui, eloquatur, ac ſi ænigma componeret. Quæ idem Reineſius huic Inſcriptioni ſociat, *Nicomachus Alexandris* L. diverſum, recenſque, ut etiam *Alexandris* indicat, continet ſaxum (*c*). Huic affinis eſt, in qua FEEPAVXESIS. & ſubſequens: *L. Celadus Senior & L. Celadus Junior ſe Bi... mparaver. Sibi & Luceniae ... lini Et Lib. Lib. Poſ.* EOR..M... TVSINCONT. *ex donatione unum* SOLEVM *poſſidet*. Ubi quid nominis *Tuſicont*, referat, & adumbret, alii divinent: num SINE ONERE exſculpi poſſet, ſedulo inſpexi, ſed labore irrito Puncta per miras quaſdam figuras repræſentantur. *Senior*, & *Junior* addi non ſolet, niſi poſt tria nomina recitata, quibus ſingulis bini uterentur: Luceniam gentem audierat nemo: Solia vero plura defunctis excipiendis in privatorum etiam ſepulcris fuiſſe poſita, ut credi vult, qui tamquam ollam unam, *ſolium unum* hic donatum narrat, ei tantummodo perſuadebitur, qui Romanorum corpora vel cremata, vel in lapideis arcis extenſa neſciat. Magnopere hæc Inſcriptio iis Lexicographis placuiſſet, qui *Solium* ſignificare etiam docent *ſepulcrale loculamentum*, miro quidem commento: quæ afferunt ejuſmodi ſignificationis exempla, nihil profecto huc faciunt. Fuerint ſane qui vita functos ſedentes collocarent in monumentis; num inde ſequitur, vocem *ſolium* pro ſepulcrali loculo uſurpatam eſſe? Plinii (*d*) etiam locum in hanc rem memorant; *multi fictilibus ſoliis condi maluere*; ubi quæ circumſtant percurrenti manifeſtum erit, legendum *doliis*.

C. Vergilium Martanum ducentis abhinc annis Mazochius edidit, comprobavit exinde Smetius (*e*) ab inſpectione non arguitur, ſed a conceptis verbis. C. F. præfiguntur, hoc eſt *Cajus Fecit*; nove & inconſiderate; nam recepta formula *Vivens Fecit*. Miri nominis *Ager Caeli Aenei* fuerit, quem Martanus coleret; idcircone conjux ejuſdem agri *Colona* diceretur? noſtratis linguæ mos apud Latinos non obtinebat, ut Fabri conjux Fabra, & Coloni Colonæ vocaretur. Ecquid ſibi vult *Cojugi Cojugali*? hæccine vetus loquutio? nænia ſequitur inficeta, *Caſtae Carae Bone Piae Fideli Dulci Care Amantiſſime Deſideratiſſime*; at non ita ineptiunt priſci lapides, neque ita deſipiunt. Poſt undecies dandi caſu enunciatam Colona noſtra caſu recto *Sodaliciaria* prædicatur, & additur eodem lepore, *Conſili Boni*. Vocabulum *Sodaliciarius* nulli aut Scriptori, aut veteri monumento adhibitum, recens, & accurata Calepini editio conſecravit Fabrettianæ inſcriptionis teſtimonio, quæ itidem apud

(*a*) Reineſ. 68. XII. pag. 672.
(*b*) Fabret. pag. 153. n. 230.

(*c*) Videſis etiam apud Gor. Pat. I. loc. cit. pag. 87. num. 12. quæ eſt ita:

. . . .
DIIS MANIBVS
P. PAPIRIO NATALI VIX
ANNIS VI M II DIEBVS
VI P PAPIRIVS HELIVS
ET PAPIRIA HYGIA PA
RENTES FILIO PIEN
TISSIMO FECERVNT
ET SIBI POSTERIS
QVE SVIS LOCVM
EMPTVM QVINQVE PE
ROVATVOR ET SIC INT
IB. H-S XX

Adnotat *Emptum Quinque &c.* „ Literæ his duobus ult. verſib. admodum vetuſtate exeſæ „ confuſam, & obſcuram reddunt lectionem &c. „ H-S. XX. Reineſ. poſt has notas duos verſus addit; (quos ſupra refert M. ſſci.) „ quorum ne unum quidem jota in marmore, cum ſeparatus ſit titulus ille „ ſepulcralis inferius ponendus: præterea eum duobus mendis attulit, nec verſus dedit eo, quo jacent, ordine. „ Poniitque puncta ad omnes voces.

(*d*) Plinius Lib. XXXV. cap. XII.

(*e*) Vid. Gruterus pag. DCII. num. 5. ponebat *Romæ apud Celſios: hodie exportata eſt Florentiam. Gud.*

Sponium (*a*) eſt, cui tamen nihil plus tribuendum auctoritatis, quam nuper excuſæ: non ſolum enim æque fictitia eſt, ſed ab eodem fictore compacta, qui hujùs collectionis complures fabricavit, a qua neſcio quo abſit caſu. Non deerunt profecto, qui hanc aſſertionem rideant, tamquam audentis nimium hominis, & Virgilianæ *Vatis fatidica* ſibi quodammodo virtutem arrogantis; at argumenta, quibus moveor, perſpicaci, naſumque habenti Lectori, qua par eſt reverentia, ſubmitto. Inſcriptionem accipe a Sponio (*b*) quoque laudatam:

20 IVLIVS . BALERIANVS
QVI . VIXIT . ANNIS . N . XX
NATALI . SVO . D
SODALICIARIVS
BONVS . AMORATVS
FILETIVS . VSQVE . AT FOTSA

Summam mihi admirationem incuteret, viros doctiſſimos id genus nugas amplecti potuiſſe: niſi jam omnino comperiſſem, & in dies ulterius comperirem, in re lapidaria faſcino, ut ita dicam, & incantatione quadam Rempublicam literariam univerſam alligatam hactenus, & detentam. Ut fidem liberem, en tibi *Balerianus* ab eodem ſcalpro, quod *Bolumnius*, *Seberus*, *Flabio*, *Bela*, *Inbicto* in his lapidibus protulit: en *Annis Numero* XX. ab eadem manu, quæ nuper Vela *Numero* IIII. & Cippos *Numero* IIII. dedit: en FOTSA ab eodem ſtylo, quo antea COIITBERTO, & CARISSTMO. Eumdem ænigmaticum Genium adhuc certius ea demonſtrant, *Amoratus Filetius Uſque At Fotſa*: ex quibus tantumdem ſignificationis eruas, quantum ex illis, QVINQVE PEROVATVOR ETSICINT, & ex *Aria Faraſcinta*. Amoratus cum Filetio (inſcite pro Philaetio) jocoſe junctus, ut e contraria ſignificatione mirum quid eliceretur, & cum Latina perverterentur verba, tum Græca, ex eadem cognatione judico, qua *Latterninus*, *Minna*, *Italicenes*, *Buccio*, *Suffenatia Sancta* a Fabretto (*c*) perhumaniter excepta, aliaque plura ejuſdem novitatis nomina in hæc ſaxa prodiere. Quovis pignore contenderem, *Amoratus uſque ad foſſam* ex vernaculo *fino alle ceneri*, prodiiſſe. Illa *die natali ſuo deceſſit*, e genuina alia decerpta ſunt, ſed perperam expreſſa; neque enim D pro *deceſſit* Romana eſt nota. Ipſiſſimum denique Auctorem ſingularis vox *Sodaliciarius* prodit, de qua ſermo erat, & quam alibi nequaquam reperias.

Turmatim alias innuam, de quibus cum petræ genus, & facies, tum difficultas verborum aliqua dubitare cogat: Quæ incipit *L. Vibius*, inter plura nomina recto caſu propoſita, *Piliaes C. L. Calliſtenis*, (ſic) nulla hujus diverſitatis ratione, numerat: hæc autem Pilia, vel in maſculum deſinit, etſi litera una diminutum, vel cognomen dure inflectit. *Nebridem Antonia Druſi* oſtentat Fabrettus (*d*): at *Nebris* & *Lychius* novitate nominum aliquanto me deterrent, magiſque *Contubernae* pro Contubernali nullo exemplo. Singularis in *Ulpiae Vitalis* monumento adjectio eſt, *Qua Sibi Moriens Fidem Servavit*; nec minus in *Onomaſtae* titulo, *Matres Oſſua Ibi Condita S.* in eodem PA. FE. ad *Pater fecit* ſignificandum; familiaris his lapidibus modus, aliis perrarus: vidimus ME pro Menſibus, rurſus PO pro Poſuit; nam Gruteriana (*e*) Ligutiorum (ab hoc Saxo unice memorata gens) ita clauditur. Ubi legitur, D. M. *Faelia Helpidi Sacrum*. (apud Reineſium (*f*) *F. Aeliae*) Inſcriptio recipi tutius poſſet, dummodo *Helpidis* ſcripſiſſent, cujus Manibus ſacrum ſepulcrum eſſet. Funerea nota, quæ in Sponiana (*g*) viſitur, Θ *L. Appulei Eupori*, non obſervatur in lapidibus nomen unicum præferentibus. Ad calcem tituli *Sperato* EILIO poſiti IVS . DVS ſignificatione nulla: proximi pluries editi *Aegypti* ſervi, & *Irenes Lavipendæ* ſibi conſulant, in eodem lapidis genere exarati: in Digeſtorum libris ſcribitur *Lanipendia*. *Livi Oneſimi* titulum, quem Reineſius (*b*) explicat, marmoris faſcia tenet recens efficta, & ita efficta, ut cum arcarum cadaveri excipiendo extenſionem æquet, & longitudinem, alta vix quatuor pollices ſit. *Arriae Januariae* (*i*) ad quem ſpectet monumentum, neſcio; fecerunt enim ipſi *Polybianus & Auguſtalis*, idemque fecit *Treptio Libertus Sibi Et Aeliae Uxori*. Alibi *Decia Mater*, & *Trophimus Vicarius Conjugi Fecere* (*k*), ubi ſingulari exemplo, ut opinor, infimæ ſortis homo, & pluſquam ſervus, Vicarius nempe, *Conjugem* oſtentat. Fabrettianam Aſclepii clauſula accuſat, *Et S. Et S. P. E.* Corinthus *Tata*, & Nice *Mamma*, item *Philadelphus Caeſaris* Montana *Caeſaris* (*l*) ab inſpectione parum laudantur. Ad gentem *Titucciam* (in marmore *Titncciam*) noviter afferendam epigraphen affert Fabrettus (*m*), in qua BERNIS pro *Vernis*, & B M pro *Benemerentibus*. Horum autem titulorum Ὀνοματοθεσίαν Poetica, qua, ut vidimus, pollebat, inventio aliquando

(*a*) Spon. *Miſcell. Erud. Antiquit.* pag. 296.
(*b*) Idem *Itiner.* Tom III pag. 39. *Miſcell.* pag. cit. & Fabret. e *Schedis Barberinis* pag. 329. n. 481.
(*c*) Fabret. pag. 649. n. 422.
(*d*) Idem pag. 41. n. 227.
(*e*) Gruter. pag. DCCCXLIX. n. 14. e *Scardeonio* ponit *Patavii*, lineis ult. FRATRI P . O
(*f*) Reineſ. 2. XVII. pag. 815.
(*g*) Spon. *Miſcell. Erud. Antiq.* pag. 246.
(*b*) Reineſ. 59. VI. pag. 424. e *Lindenbrog.* ponit *Florentiæ in atrio Ricardi*.
(*i*) Hæc apud Gruter. pag. DCV. n. 2. qui e *Caſtalione* ponit *Romæ*; at variantem a Gorio *Inſcr. Etr.* Par. I. pag. 106. n. 80. & ego ex eodem ad Claſſ. XIV.
(*k*) Apud Reineſ. 46. IX. pag. 567. mendoſa e *ſchedis Lindenbrog.* & mutila apud Fabret. pag. 303. n. 287. ut videre eſt ad meam Claſſ. XII. ex Gorio *Inſcr. Etr.* Part. I. pag. 107. n. 82.
(*l*) Fabret. pag. 40. n. 210. & Gor. Par. I. pag. 111. n. 91. ponit in Muſ. Ricardio.
(*m*) Fabret. pag. 651. n. 437. perperam TITVCIVS & ex Gorio ad fidem marmoris Par. I. pag. 90. n. 23. & in Supplement. Murat. ad Claſſ. XX. TITVCCIVS.

quando deſtituit; nam *Filio* Turranius, *Servo* Oneſimus, præter morem anonymis, & τῇ Aphrodite *Heres* pariter anonymus facit. Objiciet aliquis, multas ex hujus collectionis Inſcriptionibus diverſis olim jacuiſſe locis, ab editoribus enarrari; qui ergo in illis uniformitas iſthæc reperiri poſſit? de qua quidem difficultate minime anxius ſum, ut ad diſquiſitionem noſtram minime attinente: ego quæ video, refero; quæ cogito, expono: doctiores, ſuper ipſa re quid ſentiendum ſit, judicent. Judicent & de hoc tetraſticho, petra *Serena* nuperrime, ni fallor, inſcripto, ſed non ut iſthic dedicaretur:

QVIDNAM QVID SAPIS, O PVELLA FVRAX?
NE RAMOS TRAHERES TIBI HÆC FEREBAM,
SED POSTHAC CAVEATVR FERAS QVID HORTO,
OBDVXI LICET ARMA, SVM PRIAPVS. (*a*)

Non ſemel autem, cum his contemplandis vacarem lapidibus, ludibriorum fortunæ, conditionis noſtræ, humanarumque rerum, ac viciſſitudinum ſubibat animum cogitatio, quarum miram imaginem ibi deprehendere videbar mihi: infinitæ enim pene ſunt genuinæ, indubitatæ, & maximi pretii Inſcriptiones, quibus cum Jove frigido, & cum imbribus aſſiduis atrox & miſerandum eſt bellum; in ſtabulis ſunt quæ jaceant, ſtolidæ plebis pedibus ſunt quæ calcentur: cum tot interea ſpuria ſaxa, tot male feriatorum hominum mendacia, & joci tuto & magnifice in aula iſta ſplendida ſedeant, ac ſumptuoſo ornatu colluceant.

In Nobilium Gaddiorum ædibus erudita omnis generis gaza ſervatur, & elegantiſſima ubicumque cimelia ſpectantur: marmoreæ icones cujuſcumque formæ, anglypha, picturæ, numiſmata, & MSS. codices magno numero, & præſtantia ſingulari: ut vero Viridarium quoque literaria quadam ſuppellectile ſuperbiret, Inſcriptiones hac illac conjectæ ſunt, quarum maximam partem recentis alicujus Epigrammatarii luſus fuiſſe judico, & certamina Antiquariorum. Paucas inviſi literatorum lapidum congeries, ex quibus poſt longam indaginem plus didiciſſe mihi viſus ſim: aptiſſima enim vetuſtatis ſimulatione inſcriptos videas, pluresque etiam ſculpturis additis veterum opera imitantibus nobilitatos: ſubolet nihilominus dolus, epigraphis in eodem omnino lapidis genere plurimas obſervanti, & ipſiſſimum diſponendi verſus, literaſque ſculpendi, ac figurandi modum. Multæ etiam forma tabulæ aſſimilantur, quæ vetuſtos titulos haud admodum referat, & ſtylus ipſe non infrequenter uniformis; in quo id præſertim eſt mirum, quod cum tot in his lapidibus Romani, & trium nominum homines memorentur, ne uni quidem patris prænomen adponatur umquam, etiamſi in titulis id genus ab ingenuis raro abeſſe ſoleat;

ſecus enim eſt ubi nominum laterculi congerantur. Sed audiamus quid loquantur, ab eo incipientes, quem ſelegit inter omnes Cl. Montfauconius, ut in Diario Italico *pag.* 359. recenſeret. Informis & diſtortus canaliculus, quo circumdantur verba, *malitiam* ſtatim *olet*, ut Ciceronis verbis utar (*b*), & *calliditatem clamitat*, ubi in Diario *Portiunculae*, *Monumentum Sepulcrum*, *Vivus*, in ſaxo *Porticunculae*, *Monimentum Sive Sepulcrum*, *Vivus a Solo*. Qui titulum cudit, Gruterianum Agathopi ante oculos habuit (*c*), a quo nomina omnia mutuatus eſt; ſed orationem verbis multis dicentem nihil a nullo plane monumento veteri mutuatus eſt. Dictionem *Portiuncula* quis nobis explicet? ſive a Porta deductam velis, ſive a Porticu, ridicule omnino: imagunculam dicimus, ſed *imaginem* nullo alio modo diminuas; e porticu autem porticulam Cicero (*d*) deduxit, ubi Tuſculani ſui porticulam memorat. Initium mirare: QVEADMODVM IN INTROITVM. periodum integram ſuſque, deque verſa, ſententiam excudes nullam. Conſequitur: *Qui Titulus Attendit in Horto*: eritne cui hæc verba aliquid ſignificare videantur? vel qui Veteres tam fatue blaterantes viderit? Extrema clauſula, ob quam hæc maxime Inſcriptio celebratur, nihil eſt ab antiquis moribus, nihil a Romanis inſtitutis alienius: *Ab Iis Omnibus Dolus Malus Abeſto Et Jus Civile*. Infanda iis temporibus verba, quibus morum norma, ſocietatis vinculum, recti juſtique ratio nulla pene habebatur alia quam jus civile. Gruterianum illud (*e*) in animo veterator habuit, *Dolus Malus Abeſto & Juriſconſultus*, quod etiam quantum auctoritatis habeat, non exploro; ſed irriſionem & convicium a Juriſconſultorum ambagibus ad ipſius juris civilis ſanctitatem inepte & impie detorſit. Sanctum tamen & elegans hoc haberi epigramma poſſit, ſi cum illo *Fl. Hermetis*, quod nihilominus adoptavit Fabrettus (*f*), & in lucem protulit, comparetur. Prælongæ & inſulſæ næniæ examinandæ ſuperſedeo: ubi Fabrettus *Fatus*, in lapide *Fauſtus*: hoc lepore clauditur: *Itaque tibi dico qui neſcis dulce voce dicere filii ne vellis cupidus pæne manere male*. Univerſim mente capti ſermo videtur ſimulari; at mente captis monumentorum inſcribendorum negotium non mandabatur.

In *Heraclide* Gruteriano (*g*) verborum diſtributio veterem uſum non refert: inter Plautios & eorum cognomenta lacunæ immanes & inſolitæ: verbis ceteris puncta addenda non erant, quod amplo intervallo ſatis diſtinguerentur: elementum T ſingulari forma, ſinuato nempe, & flexuoſo apice tranſverſo, ut in ante memorata Agathopi, & in aliis hujus collectionis pluribus. Sigla P.O.M.S. nullam eo loco non futilem, & incongruentem interpretationem admittunt.

 Hera-

(*a*) Gor. Part. I. *Inſcr. Etr.* pag. 95. n. 45.
(*b*) Pro Roſc. Com.
(*c*) Gruter. pag. DXCVIII. n. 6.
(*d*) *Familiar.* Lib. VII.
(*e*) Gruter. pag. DCLXII. n. 5.
(*f*) Pag. 417. n. 370. etiam ipſe ponit: *Florentiæ apud Nobb.* De Gaddis.
(*g*) Gruter. pag. DCCXXIV. n. 3.

Heraclides ſervile, ut videtur, caput patrem laudat, quod nec liberti ſolent, & Menodorum fratrem Luciorum libertum dicit, nec tamen gentilitium ab eo aſſumptum profert. Idem matri, & fratri hoc monumentum parat; nihilominus id ſubinde Plautii *monumentum ſuum* dicunt. Clauſulam de *violato ac vindicato* monumento in nullo alio lapide viſitur; at violationi non vindicatio reſpondet, ſed expiatio: cur autem Heraclidis, & Menodoti monumentum tres Plautii vindicent, non datur intelligi. Idiotiſmos popularem pronuntiationem referentes, quos nonnumquam in marmoribus, & vetuſtioribus libris deprehendimus, inepte repræſentare conatus eſt, qui pro *Nomina Obitorum* ſculpi fecit in hac tabula NONMINA OBITORVNT, vetus enim vulgus N intrudebat quidem, ſed ante S, *Formonſus*, *Thenſaurus*, *Tricenſimus*, non ante M. Item deſinentia in VM per V efferebat, vel per OM, vel per O, non autem per VNT, nec de addito T ullum arbitror ex tota antiquitate exemplum afferri poſſe. Qui MSS. vetuſtos codices triverunt plurimos, adeſſe hic mihi præ aliis poſſunt.

Almelovenius ad annum Chriſti CLXV. L. Cornelium Scipionem Orfitum & Servilium Pudentem Conſules laudat, vulgarium Faſtorum, ſive Panvinii conjectationum fide, & Panvinium exſcribentis Leunclavii; nam Caſſiodorus, Idatius, aliique Orfitum, & Pudentem nude memorant. At vera illorum nomina Honeſtæ Miſſionis fragmentum, quod quid rei eſſet non intelligebat Gruterus, (*a*) videtur docuiſſe; in eo ſiquidem M. Gavius Orfitus, L. Annius Pudens Conſules exhibentur: hinc eoſdem in *Epiſtola Conſulari* repoſuit magnus Noriſius, (*b*) & poſt illum eidem fragmento prudenter adhæſit Relandus, ſed *Sponianam* Inſcriptionem iiſdem nominibus inſigniin ſubſidium afferre non licebat, quod lapidis inſpectio eum reprobet & damnet, quamvis Conſulibus e Grutero fideliter deſumptis decoratam. Quis intelligat apud Sponium (*c*) EPITYNCHANVS MIN. BASSI? nugacius in ſaxo: EPITYNCHANMINVS BASSI. mens fuit, ut *Epityncbanus Baſſi* ſcriberetur, & ſuperiori verſu ac grandioribus literis, ante ſervilia ea nomina, MIN. hoc eſt, *Miniſtri*; ſed uſum veterem non intellexit quadratarius novus. Ludibunda etiam videntur nomina, *Facundus Zotici & Acribes*, in Sponio *Scribes*. Inepte ad calcem KAL SEPTE, præmitti enim de more debebat DEDICAT. ceteroquin dies fruſtra eſt. Hauſit hanc Sponius e ſchedis; neque enim illi Muſeum hocce innotuit, etiamſi Florentinam urbem multum ſcrutatus ſit: harum Inſcriptionum quotcumque nondum vulgatæ fuerant, recenſuiſſet procul dubio nitide, & ambitioſe; in quem finem avide arreptas præparaverat olim Gudius, ut audio: de titulo ad hos lapides emendato ſibi certe multum gratulatur apud Gruterum (*d*), abſonum *Vertigeae* nomen, gentilitii loco exhibitum, nihil morans, & de *Calliſtene* minime anxius. Maximo Epigrammatum numero obrutus non reputavit Fabrettus, quomodo ea cohærerent. *C. Geminius Jonicus Juliae Caleni* (*e*), exinde *Et Sibi Et Fili Fecerunt*: lepidiſſime de hac Julia dicitur, *Et In Re Sua* (*) *Potita Eſt*; unde epitaphium quoddam revocatum in mentem eſt, quod Veronæ XIV. ſeculo, cum rithmus in titulis unice quæreretur, ſanctimonialibus feminis, quæ conterminis Fratribus terreni portionem quamdam donaverant, ſepulcri jure retento, inſcriptum fuiſſe, & a ſe viſum ante dirutum ædificium quoddam Canonicus Carinellius vir amiciſſimus, & eleganti ingenio narrabat mihi: *Hic jacent Sorores Sua Rei Largitores*. Sed quid monſtra nominum, aut ſcripturæ, aut verborum, aut rerum, quæ in his lapidibus occurrunt, ſingulatim recenſeam? ALLBIARBIVS. MANLLIVS in *Manilium* a Fabretto (*f*) verſus, ut *Napeni* in Nape, PHRONTINVS THEPHII CVRCNLALIS, item *Redeptus* (*g*), *Papas* (*h*), *Falernus* (*i*), *Voltilius* (*k*), *Voluptas*, cui Fabrettus hoc modo præfixas literas demſit D. I. S. M. *C. Julius Doryphorus & L. Terentius Philetus* (*l*) patroni prænomen, ut hic ſæpe accidit, reticentes: Apollonia (*m*), *Qua fuit Cum Biſyrco*, ubi primo intuitu, *Qua fecit Cajum bis hircum* quidam legerat: *Vlpia Conjux*, *Papiae* (*n*): *Tuvia*, & *Gratus* (*o*), cujus tituli fide, duarum etiam literarum permutatione laborantis, gentem *Tuviam* Fabrettus (*p*) invexit, *Torniam* conjugem Primus, qui monumentum ſtatuit ſic alloquens: *Tibi nunc quoniam omnes mortui idem ſapimus ſatis eſt*. Integram accipe:

20 Q. CAECILIVS. 7. L. EROS
SIBI. ET
STATIAE. LALAGENI. PVPAE. SVAE. V. A. IV
STATIAE. MELITENI. CONIVGIS (*).

Ubi

(*a*) Gruter. pag. MXXXII. 6. & in Not. Baronii edit. Lucæ ad An. Ch. 165. & juxta Baron. 167.
(*b*) Vide quæ Noriſius in cit. *Epiſt.* A. V. 918. adverſus Panvinium adnotat de falſis ejus conjectaris, ad horum Conſulum nomina quod attinet.
(*c*) Miſcell. Erud. Antiq. Sect. II. Art. VII. pag. 33. Gor. *Inſcr. Etr.* Par. I. pag. 199. n. 17. & ex eodem in Supplem. Murat. ad Cl. V.
(*d*) Gruter. pag. M. n. 8. Gor. loc. cit. pag. 209. n. 46.
(*e*) Fabret. pag. 253. n. 4. & Gor. Part. I. loc. cit. pag. 206. n. 38. qui ſcribit.
(*) POSITA EST.
(*f*) Fabret. pag. 316. n. 404. refert variantem a Gorio Par. I. pag. 198. n. 15. Ex quo Ego ad Claſſ. 2x. iterum exhibeo.
(*g*) Gorius T. I. pag. 209. n. 44.
(*h*) Idem loc. cit. pag. 202. n. 29.
(*i*) Idem loc. cit. pag. 198. n. 14.
(*k*) Idem loc. cit. pag. 204. n. 34.
(*l*) Idem loc. cit. pag. 211. n. 53.
(*m*) Idem loc. cit. pag. 205. n. 37.
(*n*) Idem loc. cit. pag. 209. n. 48.
(*o*) Idem loc. cit. pag. 197. n. 11.
(*p*) Fabret. pag. 653. n. 458. Inſcriptiones Gorianas, quas non attulerunt Clariſs. Collectores, de quibus in Præfat. loquutus ſum, videſis diſtributas ad proprias Claſſes in mea Sylloge.
(*) Gorius loc. cit. T. I. pag. 211. n. 54. lin. I. Ↄ. pro 7. l. ult. MELITINENI. CONIVGI. S

Ubi *Caja* libertus *Quinctus* dicitur : *Heros* evi-ratur, pupae afferuntur, quas lapides loqui non ſolent : *Lalageni* denique, & *Melitineni* probe ſociantur : haud tamen ſociantur probe *Melitineni Conjugis ;* ratio enim Grammatica reluctatur : nec unde pendeant ea verba, vel quid ſibi velint, ſatis conſtat.

De ejuſmodi femininorum nominum metaplaſmo inutile haud erit quidquam diſſerere. Ævo inclinato, & Latinitate corrupta, uſus inoluit mirificus, Græca & Latina ita commiſcendi, ut non ſolum utriuſque linguæ voces & characteres in iiſdem lapidibus occurrant, & non ſolum Græca verba Latinis literis, Latina Græcis ; ſed interdum inflexiones quoque nominum promiſcue uſurpentur, vel ſic detorqueantur, ut nec Latina ſint amplius, nec Græca. Accidit id feminarum nominibus præcipue in dandi caſu : quamobrem apud Aringhium ex Irene Ireneti, ex Marciana Marcianeti, ex Leoparda Leopardeti : alia etiam quandoque terminatione ex Theodote Theodoteni, ex Agape Agapeni. Commentitiarum Inſcriptionum fabricatoribus nihil gratius accidit, quam cum inſueti quiddam, & quod erroneum videri poſſit, reperiunt : arripiunt id ſtatim, & plena profundunt manu ; etenim ſi quis improbet, aut miretur, eruditionis laudem aucupari meditantur, exemplo indicato, & nihil præſtitiſſe ſibi viderentur trita & communia proferentes. Inſcriptionum, in quibus verſamur, artifici paragoge illa placuit magnopere, ſed cum *ti* forte non noviſſet, *ni* ſemper adjunxit : *Lalageni*, *Melitineni*, *Calliſteni*, *Caleni*, *Napeni*, *Niceni*, *Antiocini*, *Genialini :* ubi etiam deformitatem auxit, quid enim eſt *Antiocini ?* & quid *Genialini ?* præſertim ad hominem connotandum contra perpetuum hujus metaplaſmi morem : nam quamvis Fabrettus (*a*) *Genialini Vernae Suae* ediderit, eſt in lapide *Vernae Suo*. Peccavit autem Epigrammatarius, non eo ſolum quod nimis frequens in nominibus id genus fuerit, ſed etiam quod quæ labentis ævi, & Chriſtianorum monumentorum magis propria ſint, ad ſuperioris ætatis, & ad tot Gentilium ſimulandos titulos tranſtulerit, in quibus (de genuinis & indubitatis loquor) eam paragogen deprehendas quidem aliquando, ſed raro. Dices, in Gruterianis multoties haberi ; quod minime inficior : at inſpicias quæſo quam multæ ex illis alia etiam ſubdubitandi argumenta ſubminiſtrent. Fontes primitus, unde manant, intuere : iidem ſæpe recurrunt, atque hi parum probati. Mazochius præ aliis, qui *Grapteni* (*b*), *Sigeni*, *Eroticeni*, *Threpteni*, *Rhomeni* (*c*), qui *Folliae Teleteni* (*d*), qui *Creſteni*, & *Beroniceni* (*e*) in titulo uno, qui *Myrineni* nulla cum reliquis verbis junctura dedit (*f*). A Boiſſardo eſt *Tozimeni*, & *Spleni* (*g*), quod Scaliger in *Seleni*, Fabrettus in *Sponiae* reformat, & *Teſia Compſe Flavio Parnaſeni* (*h*) : apte enim nova novis junguntur, unde hic *Teſia* cum *Parnaſeni*, ut paulo ante *Folia* cum *Teleteni*, & apud Fabrettum (*i*) *Biſellia*, & (*k*) *Liſcia* inauditæ pariter gentes cum *Genialini* componuntur, & *Zoſimeni* : Equitiam non memoro, quam idem adjicit *Epiſteſini* (*l*) ; nota enim Grutero eſt, & Conſularibus Faſtis, quamvis inter noviter repertas collocavit. Scaliger *Augeni* protulit ; eadem elegantia *Ter. Luciae Eromini* (*m*) ; nec non *Fileteni*, ubi etiam *Regiut* (ſive nomen, ſive prænomen velis æque exoticum) *Ariſtus* (*n*) *Primitivus* affertur, & poſt patronam *Benemerentiſſimam* Uxor *Merentiſſima*. Quis item admittat fuiſſe in veteri lapide, *Lurio Agathoclene Coram Sociis Suis ?* (*o*) quis titulum *Meleteni* poſitum credat a *L. Afranio Scriptore Togatarum* (*p*) ? Abunde hæc ſint, ut, ſuperioris ætatis Inſcriptiones ejuſmodi metaplaſmum continentes aliquanto attentius explorandas eſſe, intelligamus ; neque enim de cetero repudiare univerſas oportet. Libertæ, exempli gratia, Tychene, & Eleutherine proxime in Sponii Miſcellaneis (*q*) ſitæ nulli ſuſpicioni ſunt obnoxiæ : Niceni plures tituli dicantur irreprehenſi.

Raro occurrunt ſpuria epigrammata, quibus ſimulacra, aliaque ſculptilia, & ornamenta ſint adnexa : ſed cum horum cimeliorum collector pecuniæ minime pepercerit, hujus quoque generis quædam ſingulari obſervatione digna hic ſpectantur, de quibus fieri non poteſt quin multum ambigam. Figuris e marmorea tabula extantibus Herculis, & Jovis ſtantium, barbatique hominis ſedentis hæc levi admodum ſcalpro exarata verba ſubſunt, a Pighio, & a Grutero vulgata :

Stat heic inberbis cum leonina & clava.	*Stat Jupiter cum Aquila & fulmine.*	*Sedet Genius in monte, laurumque arborem amplectitur.*
21 HERCVLI	IOVI	GENIO
IVLIANO	*CAELIO	CAELIMONTIS
ANNA	SACRVM (*r*)	

Cui

(*a*) Fabrett. pag. 609. n. 76. lin. 3. & 4.
(*b*) Gruter. pag DCCXLVII. n. 2.
(*c*) Idem pag. DCI. n. 12.
(*d*) Idem pag DCCLXXXV. n 2.
(*e*) Idem pag. DCCLXIII. n. 4.
(*f*) Idem pag. DCXCVII. n. 2.
(*g*) Idem pag. DCCLI. n. 9.
(*h*) Idem pag. DCCCXXXIII. n. 13.
(*i*) Fabrett. pag. 609 n 76.
(*k*) Idem pag. 629. n 246.
(*l*) Idem pag. 620. n. 107.
(*m*) Gruter. pag. CMLXXXII. n. 11.
(*n*) Idem pag CMXXXII. n. 7.
(*o*) Idem pag. DCCCLVI. n. 7.
(*p*) Idem pag. DCLII. n. 7.
(*q*) Sponius *Miſcel. Erudit. Antiquit.* pag. 289.
(*r*) Gruter. pag: XLVIII. n. 7. po it *Romæ in Quirinali ad malum Punicum, in hortulo quondam Jacobi Sadoleti Cardinalis, in baſi ſub Herculis, Jovis, atque in monte ſedentis Genii ſimulacris, ex Pighii Faſtor.* Comment. Gorius *Inſeript. Etr.* Part. I. Pag: 185. num. 1. ubi ſchemata refert. & non e Florentiæ in *Horto Nobb. Gaddiorum* : Ipſique nulla de hac ſuborta eſt ſuſpicio. Vid. ejuſdem Notas.
* Gruter. COELIO.

Cui apprime alia reſpondet, quam Gruterus e Fauno hauſit, *marmorea* pariter *tabula cum tribus ſimulacris, totidemque ſubſcriptionibus*, nempe:

22 GENIO CELIMONTIS — IOVI CELIMONTIS — HERCVLI IOVIO (*a*)

In eadem officina elaboratas arbitror. Caelium collem, a quo Porta Caelimontana, qui *Caelimontem* dixerit, Auctorem exſtare non arbitror: *Hercules Jovius* & *Juppiter Caelimontis* nova numina: *Juppiter Caelius* minus congruenter enunciatur; neque enim Jovem Capitolium dicimus, ſed Capitolinum, quamobrem vel *Caelianus* fuiſſet, vel *Caelimontanus*: quod ſi Caeliorum volumus, ut *Juno Claudia*, minus apte cum Juliorum Hercule conjungeretur; cum enim iſtiuſmodi numina familiarum peculiaria haberentur, non ſolent plura ſimul coli. Verum hæc leviora: multo magis *Anna* turbat, eo loco vox nihili. Cogitaveram primitus, num Dea memoraretur, quam ab annorum perennitate dictam docuit Macrobius, Ovidius (*b*) autem a Numicio amne, cujus Nympha eſſet:

Amne perenne latens Anna Perenna vocor.

ſed *Annae*, imo *Annae Perennae* ſcribendum fuerat, & ejus quoque cum ceteris icon exhibenda. Putavi deinde Annalia innui, cum AVGVSTORVM. ANNALIA. FELICITER (*c*) occurant alibi; ſed cum Inſcriptione reliqua junctura eſſet nulla. Minimum etiam fidei *Annalibus* iis habendum puto, cum *Vicennalibus* apud Gruterum ſociatis: nam, *Vicennalia*, & *Decennalia Vota* quid eſſent, ſcimus, *Annalia* ignoramus; quin Decennalium ratio *Annua* excludebat. Imperii enim adminiſtratio in decennium collata, & peracta celebrabatur, & in decennium aliud ſucceſſive iis Votis pronuntiabatur; quamobrem ſingulis annis nuncupari nequaquam poterant. Nulla tamen magis huic noſtræ affinis Inſcriptio extat Lugdunenſi illa a Pighio, Gudio, Sponio, P. Menetrierio, aliiſque commendata *Marti Segomoni Sacrum Annua* (*d*): tantumdem enim nobis ſignificationis & ſyntaxeos affert *Sacrum Annua*, & *Anna Sacrum*. Verumtamen quid de hac quoque ſentiendum ſit, judicent qui animadverterint inconſtanter, & diverſimode exhibitam, in contextu toto nullam fere ſententiam, & cohærentiam omnino nullam; memoratum importune Conſulem; votivam Marti tabulam a Martino poſitam ſic deſinentem; *Tres Galliæ Honores Suis Decreverunt*. Nulla eſt fictitia, ſi hæc vera eſt. Urbici filium *Martinum* hic appellatum Menetrierius monet (*e*) ob Sacerdotium Martis; ſed pace viri clariſſimi, cognomen eſſet ſatis notum, & locus, quo jacet, nempe poſt nomen patris, cognomen indicaret, etiamſi minus notum eſſet, & qui *Sacerdos Romæ & Auguſti* dicitur, cur etiam Marti ſacratum velimus? Adde *Diales Flamines*, *Martiales*, *Auguſtales* omnibus innoteſcere, nulli autem hactenus *Diinos*, *Martinos*, vel *Auguſtinos*.

Diu me in iſto Viridario detinuerunt elegantiſſimæ baſes duæ, mire ſororiantes. Nullos magis pavide & verecunde de ſtatu deturbare lapides aggreſſus ſum; nigranti enim colore, & τῷ πίνῳ circumquaque adhærenti, tum ſculpturis in fronte, & lateribus plurimis, & opportunis, aſpectu demum ipſo, ac mole haud exigua ſe tueri videbantur: Me tamen in dubitationem adducit cum ſimilitudo eorum ex omni parte maxima, tum quod cavi in faſtigio ſint, & funerarias capſulas imitentur; elaboratis etiam fruſtis ad opercula ſimulanda impoſitis: iſtiuſmodi enim urnæ marmoreæ, cineribus recipiendis accommodatæ, & arctis tabellis epigrammata proponentes, in hypogeorum loculis ſtatuebantur; quapropter numquam tanta altitudine, & magnitudine occurrunt. Inſcriptiones etiam ipſæ turbas excitant: *Deis Et Genio Rhodonis Domitiae Auguſtae Servi*. Hujus *Ara elegantiſſima*, ut vocant, diligenter ſchemmata deſcripſit Gruterus (*f*): at

(*a*) Idem pag. XVIII. n. 4. ponit *Romæ in Quirinali, qua parte Viminali opponitur*.

(*b*) Ovid. Faſt. III. v. 644.

(*c*) Gruter. pag. CXVI. n. 2.

(*d*) Ex Gruter. pag. LVIII. n. 5. Inſcriptiones ſubjicio, qui primam ponit *Lugduni in Turre S. Petri Monialium*.

MARTI . SEGOMONI . SACRVM
ANNVA
. . . VRBICI . FIL . MARTINVS
. . . . SACERDOS . ROMAE . ET . AVG
. . . . MVNACIO . PANSA . COS
. . . IN CIVITATE SEQVANORVM
. . . . E GALLIAE . HONORES
. . . ET SVIS DECREVERVNT

Spon. in *Antiquit. Lugdun.* c. 7. recte obſervat ſculptoris vitio PANSA fuiſſe ſcriptum pro PLANCO, quod & vidit Gudius & hic Gruterus *In corrigend.* pag. CCCV. *Epig.* pag. LVIII. 5. cit. legitur: *Totam inſcriptionem ſic conceperunt, tamquam ſi omnibus membris integra eſſet, Schedæ Pighianæ*:

MARTI . SERGOMONI . SACRVM
Q . ADCINNIVS . VRBICI . FIL . MARTINVS
SACERDOS . ROMÆ . ET . AVG . MVNACIO
PANSA . COS . IIVIR . IN . CIVITATE . SEQVA
NORVM . III . PROVINCIA . GALLIAE
HONORES . SVIS . DECREVERVNT .

(*e*) Menetr. Hiſt. de Lion. pag. 74.

(*f*) Gruter. pag. DXC. n. 2.

at ſervo tumulando tantane elegantia, & magnificentia? formulam illam *Deis* eritne qui ab inmenſo funebrium titulorum acervo eruere queat, & ſemel tantummodo oſtendere? Aſſociat hanc epigraphen Fabrettus (*a*) cum confundentibus Genium & Manes, at *Deis & Genio* nullam aliam profert; nam *Dis Manibus Rhodonis*, & *Genio Rhodonis* dicari ſepulcrum poteſt, Deis, aut defuncti Deis non videtur poſſe. Rhodo autem *Exactor* erat *Hereditatium* (*) *Legatorum Peculiorum*: quod munus ab iſta tantum, & adjacenti alia Inſcriptione memoratum (*b*), non videtur ſervile eſſe debuiſſe, cum Exactores Tributorum civitatum Galliæ, & Exactores Operum Publicorum ingenui homines ex monumentis aliis appareant; nec minus eſſet honorificum legata Imperatori peculia recipere. Servus quidem alter quoque dicitur in Gruteriana proxima; cui tamen & a graviori ſe probro purgare incumbit; eum namque ſervum prænomine, & gentilitio nomine, atque eo quidem inaudito, decoratum exhibet *Publium Capullium*. Titulum noſtrum Rhodoni *fratri* Rhodinus facit: putaveram idem utrique nomen, ſed unum forte in Græcia, alterum in Latio matrem enixam; at ſequitur *Gemino Sibi*. Jam ad geminum pariter lapidem liberto (*c*) *C. Julio Phoebo Rufionino* poſitum. Tabella, quæ ſub corona titulum continet, impolite quadrata eſt, & multo ab una parte arctior, quam ab altera; quod in tam elaborato, & eleganti lapide ab antiqua manu vix credi poſſit. Græca ſententia ſubditur, quæ Latinis titulis contra morem adpoſita magnam mihi ſemper ſuſpicionem ingerit: eamdem ſententiam tamquam nude & ſolitarie cippo quodam inſcriptam alibi recenſet Gruterus (*d*). Proſtat in eadem collectione Juliani tabula, quæ ſic concluditur: Χρηςὴ ψυχὴ ὡς ϗ ςόμα τῶν Μουσῶν. *Fili anima bona, & os Muſarum*. Καλλιόπης ςόμα dicitur Homerus in epitaphio Bionis; at quam frigide in hoc epitaphio ea verba ſedeant, unuſquiſque videt: nihil certe minus quam in *Audacis* monumento Jambicum illud, quod, ne Inſcriptionem totam, ut faciendum erat, repudiaret, additum *a recentioris ævi manu eſſe*, Reineſius judicavit (*e*).

Inſcriptionem afferam, qua nullam ſæpius, nullam ambitioſius Antiquariorum filii vulgaſſent, & multis quidem, ac doctis illuſtrationibus redimitam, ſi cum ceteris in horto proſtaret omnium oculis expoſita. Tabula eſt marmorea, in qua ichnographia ædificii, ſive ædium plurium eleganter eſt ſculpta, hac adjecta epigraphe:

23 CLAVDIA . OCTAVIAE . DIVI . CLAVDI . F . LIB . PELORIS
ET . TI . CLAVDIVS . AVG . LIB . EVTYCHVS . PROC . AVGVSTOR
SORORIBVS . ET . LIB . LIBERTABVSQ . POSTERISQ . EORVM. . . .
MAS. AEDIFICI . CVSTODIAE . ET . MONVMENTI . RELIQVERVNT (*f*)

Summo loco habendam viri doctiſſimi opinantur præcipue ob ichnographiam architectonicam, quæ videtur tueri ſe ſimili altera a Fabretto (*g*) viſa, & emiſſa: videtur etiam epigrammatis ſatis conſtare auctoritas & fides, & Maſſa in titulis aliis memoretur, & quod Octaviæ Claudii, & Meſſalinæ filiæ liberta gentilitio patris ejus nomine rite & recte nuncupetur: nihil denique, quod hunc lapidem non commendet, hactenus repertum eſt: quamobrem non ante petitam veniam argumenta, quibus mihi commentitius omnino videtur, exponam. Politiſſima primo tabula ea eſt facie, quæ priſca tempora nequaquam loquatur: inviſebam hæc aliquando cimelia una cum eximio, & percelebri quarumcumque antiquitatum collectore, & cognitore cum pauciſſimis comparando Petro Andreinio; qui ad hunc lapidem ſubſiſtens, poſtquam diu ejus formam ac cælaturam conſpicillorum ſubſidio attente ac tacite perluſtraſſet, *Amice*, inquit, *ita nos rerum antiquarum Genii juvent, hanc tabulam in contubernium noſtrum ne recipiamus*. Ichnographia non hodierno tantum more videtur depicta, ſed hodiernas etiam domos ſcalis, & cubiculis deſignatis repræſentare; nimis minute procul dubio, quamvis antiqua exhiberentur, & in re funeraria prorſus inutiliter: quæ vero apud Fabrettum (*h*) viſitur, longe diverſa res eſt; ea enim tabula terreni monumento cedentis deſcriptio exhibetur, limitibus *Arundineti*, & *Viae Privatae* indicatis, loci religioſi area definita, & monumento ipſo, atque ædificiolo quodam per externas tantum, & pauciſſimas lineolas adumbratis. Multo minus placet Inſcriptio, quæ partim ad ſuperiorem extremi lapidis oram, partim ad inferiorem inſueto prorſus modo exhibetur. Claudiæ nomen in Octaviæ liberta non improbo; quamvis enim videatur Octavia dici aptius debuiſſe, attamen, ſicuti mulierum liberti, qui a patrona prænomen, quo carebat, accipere non poterant, ab eorum patre id deſumere ſolebant; ita femina alterius feminæ liberta a manumittentis patre videtur nomen non incongrue mutuari potuiſſe: ſed cur Octavia Auguſta non dicitur? Neronis enim uxor, Claudio jam vita functo, ut ex Divi titulo apparet, eo præconio carere non

(*a*) Fabret. pag. 73. n. 68.
(*) Vid. Fabret. pag 99. in not. ad Inſcript. 222. I. K.
(*b*) Gruter. pag. DXC. n. 3.
(*c*) Idem pag. DCXV n. 2.
(*d*) Gruter. pag. DCCCXCVI. n. 4.
(*e*) Reineſ. ad Inſcript. 2. VI. in *Not.* prope fin. pag. 510.
(*f*) Apud Gor. T. I. cit. pag. 459. n. 19. in quo ichnographia ædificii delineata.
(*g*) Fabret. pag. 224. n. LX.
(*h*) Idem loc. cit.

non debuit. Jam Eutychus & Peloris monumentum parant *Sororibus*; quod ad funebrem titulum falſi arguendum ſatis haberi poſſit: ſororibus enim innominatis nemo ſepulcrum ſtruxit: En tibi fratrum formulam:

24 AELIAE . GAMICENI . SORORI
QVAE . VIX . ANN . XVIIII . M̄ . VI . D̄ . XIIII
AEL . MARCELLINVS . FRATER
B . M . F . (*a*)

* *Florentiæ apud Nob. Franciſcum Guicciardinum.*

Nemo etiam *ſororibus*, *& libertis*, *libertabuſque*, quod ſibi quoque, aut liberis non pateret. *Reliquerunt* nec formulam, nec linguam lapidariam ſapit; prædia relinquere qui teſtatur, dicit, monumentum relinquere qui cuidam ponit, non dicit. M A S. pro *Maſſam* vetera haud olet compendia, utpote in verbo vix noto, & perraro adhibito. Trium anteriorum literarum loco, quæ in integerrimo, & refulgenti lapide deeſſe ſimulantur, quas tibi libet repone, numquam efficies, ut hæc invicem cohæreant, & ſanum quidquam ſignificent verba: *maſſam ædificii cuſtodiæ & monumenti*. Maſſam in re ſepulcrali connotare docuit Fabrettus (*b*), murum in monumentis exiguum, ad ollas & fictiles capſas complectendas, tuendaſque: at quænam hæc eſt incondita, quæ ſororibus relinquitur, ædificii, cuſtodiæ, & monumenti Maſſa? Unum prætererat pene me, quod pro cunctis ſatis erat attuliſſe. Eutychus noſter *Procurator Auguſtorum* dicitur; ex quo conſtaret, non ante M. Aurelium & Lucium Verum vixiſſe, qui omnium primi Auguſti ſimul appellati ſunt: qua ergo congruentia idem Auguſti libertus ex nomine & prænomine a Tiberio Claudio libertatem conſequuturus iter ingreſſus fuerat, unde negat redire quemquam?

In recenti marmorea tabula figuræ duæ ex Græcorum funebrium lapidum imitatione ineptiſſimo ſcalpro adumbratæ ſunt potius quam effictæ; at Inſcriptio non Græce, ut oportebat, addita; ſed Latine, quamvis literis nec Latinis aliquando, nec Græcis: eas ſic interpretor:

25 EVHODVS . EVPLAE . * L . VELATI . GLAPI . CONCVB.
ATHENESIS .. DE . SVO .. FECIT
Inferius.
D . S . M
Importune omnia. (*c*)

Concubinæ ſuæ fuere qui monumentum ſtruerent; feminarum nominibus incidentibus, cujus eſſent concubinæ, qui adjungerent, non fuere. Aſcia Lugdunenſis titulo ſupponitur, in quo *Sativa Margaris* (*d*) proſilit; ſed cum quid e Lugdunenſibus vulgatis epigrammatis exciperent, non intelligerent, manubrium deforme, & prælongum addidere. Ab eadem manu piſcis & anchora videtur alibi intempeſtive delineata. Foramina ad libationes & lacrimas imitatur lapis alter, ſed numero immodico, & pluſquam in duplum ſupra quemcumque veterem aucto: ibi IDEN ter ſcribitur, & præter morem etiam adhibetur: *Zoſimus Iden Claudia* (*e*). Cum in genuinis *Liberto Idem Conjugi* legimus, D pro T (*) uſurpari puto, etiamſi In-

(*a*) Gor. Part. I. pag. 231. n. 18. ponit
* Ibidem apud Eumdem.
(*b*) Fabret. pag. 98. E.
(*c*) Gor. Par. I. pag. 212. n. 56. ponit *Florentiæ in Horto Nobb. Gaddiorum, in tympano perelegantis Cippi marmorei, ſub quo pulchra feminæ, ſimulacrum manu gemmullas tenentis, juxta ancilla, cum aperta arcula, ſeu myrothecio.* Legit * LVEΛΛTI CΛΛPI.
(*d*) Apud Gor. Par. I. pag. 202. n. 27. & Mur. DXXXVII. n. 4. uterque vero cum Aſciae delineatione.
(*e*) Idem Gorius Part. I. pag. 201. n. 22. ponit Florentie apud Nobiles Gaddios.

TI . CLAVDIO . THALLO
TI . CLAVDIVS . ZOSIMVS
IDEN . CLAVDIA . TYCHE
FECE RVN
BENE  MERENTI
PATRO NO
IDEN CLAVDIVS
PRIMITIVS IDEN
CLAVDIVS IANVARIVS

(*) In aliquibus pagis agri Lucenſis in eorum dialecto uſurpatur etiam D pro T.

Indices Grammatici Gruteri, & Reineſii non recenſeant, & *item* ſignificari. Fabrettus (*a*) hunc quoque recepit & exhibuit, non animadvertens nullo minimum diſcrimine patronum *Ti. Claudium Thallum*, & libertum *Ti. Claudium Zoſimum* appellari, & *Primitium* ac *Januarium* ingenuitatem magis ſapere, quam *Thallum*. Duas demum adhuc memorabo, de quibus ut dubitem locus primum, & contubernalium fictitiarum turba facit. Urna viſitur elegans, quadrata, & alta, anaglyphis multis, & congruentibus: at reclinatarum inferius iconum facies omnino informes, non videntur detritæ, ſed ut venuſtatem mentirentur ita primitus efficttæ: Epigraphe ad M. Ulpium Aug. Lib. Floridum (*b*) pertinet, in qua literam T eodem aſpectu, quo in Agathopi, & aliis titulis apparet, animadverti. Tabulam, qua de his ſermonem claudo, *Juliae Tyndaridis C. Julii Regis Rhoemetalcaes Libertae*, nullæ commendant ſculpturæ; ſed Fabrettus (*c*) magnopere, cum ex illa id, quod ex hiſtoria latebat, intelligi monuerit, Auguſtum ſcilicet Regi Thracum Rhoemetalci civitatem dediſſe, ut recte arguitur ex nomine & prænomine communicato. Verumtamen lapis ſuſpicionem excitat, quod eodem genere ſit ac alii hujus loci quamplures, & in quatuor fruſta comminutus, nihil tamen prorſus amiſerit; & quod *Rhoemetalcaes* * nomini, ſic enim lapis, poſtremam diphthongum intruſerit perinde ac ſi feminæ nomen eſſet. Inſcriptio quoque difficultate non vacat: nam ægre adducor ut credam, ab eo Rege *Juliæ* gentis nomen umquam aſſumptum, quod quinque, aut ſex diverſo typo ejus numiſmata viderim hac perpetuo epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. in quibus quidem numiſmatis ob benevolentiam ſingularem, & ingentia merita cum Auguſto in antica parte exhibito conjungitur; quamobrem Auguſti eum nominibus inſignire, modo fuiſſent communicata, minime prætermiſſum foret. Græca etiam apud Sponium (*d*) Inſcriptio hunc Regem eodem modo, & ſuo tantum nomine nuncupat.

Finem faciamus aliquando, lapides in eruditum luſum, & ad ornamentum elegans fabrefactos, relinquentes, quos tamen auctor ſum, diligenter ut fit, etiam in poſterum ſervandos, cum ex his ad veteres internoſcendos multa haurire documenta poſſint, qui antiquitatis ſtudio tenentur.

(*a*) Fabret. pag. 66. n. 22. ſcribit ſemper CLAVDIVS & CLAVDIA ſine Y contra fidem lapidis.

(*b*) Apud Gor. P. I. pag. 197. n. 10. & in *Supplem. Murat.* ad Claſſ. XIV.

(*c*) Fabret. pag. 439. n. 44. Gor. Par. cit. pag. 211. n. 52. & ego ex eodem ad Claſſ. XXI.

* Fabret. RHOEMETALCES contra lapidem.

(*d*) Spon. Itiner. Tom. III. pag. 196.

(*e*) L. FVRIVS M. F. CAMILLVS memoratur in altera Inſcriptione apud Muratorium MDCLXXX. n. 3. *quo ponit Romæ in porta S. Laurentii*.

(*f*) Inſcriptio poſita VISIDIAE apud eumdem MCDXXXVIII. n. 10.

(*g*) Exhibent etiam Gorius Part. I. pag. 290. n. 13. & Murat. MCCCXCIV. n. 8.

Conſimiles in hortis Spigliatorum joci: quinque ibi Inſcriptiones ſpectantur, quas novitias ſuſpicor. Furium Camillum inepte muſſitat, quæ his nugis depingitur:

26 S. CAM. FVR. GALL. EXP. CAP.
LIB. P. CIV. CONS. B. M. ◇. P. P. P. (*e*)

ſequitur:

27 VISIDIA INCOMPARABILI VITAE (*f*)

Deinde *Pupiae* (*g*) titulus dimidiatus, quem Chimentellius (*h*), & Noriſius (*i*) memorant; at in eo Tribus & Civitas a nomine ſeparantur, & extra locum perperam collocantur. Sequentem recenſuit Fabrettus (*k*), ſed nomine transformato: ita enim lapis:

28 C. POBLICIO. C. L.
MAHETI
SEX. VIR. MAG. AVG
DECIMIA. M. L. PNEVMA
VXOR

Tabula eſt maxima, & literas præfert optime inſculptas; ſed a dubitando tamen cohibere me nequeo, ob eaſdem cubitales, ut ita dicam, cujuſmodi in inſigendis tabulis numquam vidi; non enim e longinquo opus erat legi, quæ in hypogæis locari ſolebant; ornamentum, ſive complementum ad oras omnino nullum: petræ genus videtur recens: nomen *Mahes* ingrate auditur, & nulla ſignificatione eſt, contra Græcorum nominum morem; habetur & in Scaligeriana (*l*), quæ commentitia eſt, ut extranea teſtatur ſtructura & clauſula P. O. XV. nullo ſenſu. Ingratius advenit neutrum nomen *Pneuma* in femina; iſtud ægre admodum recipio. Infeſtabar etiam voce *Sexvir* puncto diducta, magiſque munere *Sexviri Magiſtri Auguſtalis*; Auguſtales enim Sexviri, & Magiſtri Auguſtales paſſim proſtant, ſed nullam, quæ has appellationes ita conjungat, editam Inſcriptionem novi; nam Gruteriana (*m*) quæ adduci forte poſſet, *VI Auguſtalem Magiſtrum Juvenum* exhibet. Sed quod e libris diſci haud poterat, hic me docuit lapis, qui ob rei novitatem hæſitanti

PVPIA. PI Etas
SIBI. ET. P. SE Ptimio
CONIVGI. SVO. Q...
GAL. PISIS. QV...
AN....

(*h*) *Marmor Piſanum de Honore Biſellii* Cap. III. Bononiæ 1666 in 4. fig.

(*i*) *Cenotaph. Piſan.* pag. 17.

(*k*) Fabret. pag. 408. n. 327. perperam C. POLIBIEO. Recte apud Gor. Par. I. pag. 290. n. 12.

(*l*) Gruter. pag. CMLXXXI. n. 8.

(*m*) Idem pag. CDXIV. n. 2.

ti mihi opportune occurrit in impluvio Senatoris Bonarrotii, apud quem complures, & quidem optimæ notæ, ſervantur,

29 ATILIA . SEVERA
SIBI . ET
L, SATTIO . CRETICO
VIRO . SVO
SEX VIR
MAG AVG (*a*)

Celeberrimam poſtremo expendamus a Salmaſio primum in Exercitationibus Plinianis (*b*), deinde a Reineſio (*c*), Sponio (*d*), Fabretto (*e*) certatim exſcriptam, & commentariis illuſtratam (*), Momento tantorum nominum aſpectus accedit auctoritas, quo pura puta videtur vetuſtas indigitari, ſive formam, & colorem ſpectes, ſive fracturam lapidis, & literarum attritionem. Fictitiam nihilominus aliquanto fidentius reputo; nam hæc omnia nuper memorata facillime partim ab artificio, partim a diuturnis, quibus patet, temporis injuriis provenire potuerunt: & diſplicet tamen, magnam eſſe tabulam, & præaltam, ſed ſubtilem, magiſque quod ubi trium nominum lacunam editores deſignant, nulla in lapidis parte, quæ apparet, vel abraſio, vel detritio ſit; cur enim cognomenta ſculpſiſſent, feriem nominum intermiſiſſent? *Modios* fuiſſe ſingulos, Reineſius opinatur, & quod *L. Modius* præcederet, repetitionem omiſſam; quæ nova profecto inſcribendi ratio eſſet, cum præfertim

(*a*) Eadem apud Gor. T. cit, pag. 214. n. 2. & apud Murator. DCLXXVII. 3.
(*b*) Tom. I. pag. 248.
(*c*) Reineſ, 4. x. pag. 599.
(*d*) Spon. *Miſcell, Erudit, Antiq.* Sect, III. pag. 100. n, 63.
(*e*) Fabret. pag. 429. n. 4. At omnes iſti mendoſe.
(*) Hæc Tabula marmorea alta ped. IV. lata II. unc. XIV. eruta Caſcinæ prope Piſas an. 1626. inde Florentiam tranſlata exhibetur ex Gorio Part. I. Pag. 291. n. 14. ad fidem archetypi.

V F
CVLTORES HERCVLIS
SOMNIALIS DECVRIA . I
. DIS MANIBVS
SIBI . ET . POSTERISQVE . SVIS
II . QVI . INFRA . SCRIPTI . SVNT
Q . CAECILIVS . Q . F . GAL . LVCCEIANVS
Q . CAECILIVS . AMANDVS . AVG .
T . FABIVS . SEPPIANVS
L . ATILIVS . MODEST . . . .
SEX . SCVTARIVS . SVCCESSVS
M . LVCCEIVS . BACHYLLVS
L . LAPPIVS . RECEPTVS
L . ATILIVS . SOTERICVS
A . CAECILIVS . EVTYCVS
L . OLGIVS . VENVSTVS
T . FABIVS . GALAESVS
L . CASTRICIVS . CARVS
M . MODIVS . MASCVLVS
FVSCVS
ALYPVS
PARIS . . .
DECIMIVS COSMVS . CICERO
ALBIVS . IANVARIVS
PETRONIVS . EVCAERVS
RENTIVS . ABASCANTVS
. . . IVS . . . CVNDVS

Boldonius fruſtum quoddam hujus Inſcriptionis deſcripſit Lib. v. *Epigraph.* pag 619. *& male* (inquit Gorius loc. cit. pag. 249.) *apud Carolum Strozium Senatorem Florentinum extare aſſerit, apud quem apographum tantum fortaſſe viderit.* Gorius vero eam genuinam cenſuit, atque doctiſſimo adornavit Commentario loc. cit. pag. 291. uſque ad pagin. 294.

tim prænomina quoque ſint prætermiſſa : calliditas plane hinc mihi ſubolere incipit, & fallacia ; judicium tamen ex ipſa Inſcriptione eruendum. Somnia & nugas venditari, *Hercules* primo *Somnialis* indicat ; inauditus omnino, etſi adeo cultus hic oſtendatur, ut in ejus honorem tam numeroſæ ſodalitates in Italia inſtituerentur. Mira quidem afferunt interpretes ; nihil tamen, quod ſatis ſolide, vel veriſimilitudine ſaltem aliqua, quænam inter Herculem & Somnia analogia intercederet, indicet. In tanta titulorum turba Somnialem nullum umquam videmus vocitatum Deum ; & ipſa vox alienum quid Latinis auribus ingerit. Somnificum enim, vel Somniferum, qui ſomnia immitteret, libentius enuntiaremus. In ſodalium laterculo ſine prænomine, & Latino cognomento poſt Græcum, *Decimius Coſmus Cicero* inter alios perſtringit oculos ; perperam ὀρθογραφικῶς *Bachyllus*, & *Eutycus* prætereantur, & exordium percurramus. *V. F. Cultores Herculis*. Lepide profecto *Cultores Vivens Fecit* ; hoc enim & ſingulariæ ſignificant in titulorum fronte poſitæ. Non deerunt, qui *Viventes Fecerunt* legendum eſſe contendant ; at inter innumera, quæ ſuperſunt, funebria marmora, neque unum oſtendetur, in quo V. F. eam poteſtatem habeant, & ſic legi debeant. Scaliger (*a*) quidem in Indice hæc ſigla ad calcem votivi lapidis *V. S. F.* explicat *Univerſi Sic Fecerunt*, qua explicatione & *Viventes Fecerunt* quodammodo comprobari poſſit : verum pace tanti viri falſa prorſus & futilis ea interpretatio eſt ; nihil enim apertius quam *Votum Solvens Fecit* (*b*) (Carpus ſcilicet) ſeu *Voto Soluto*, aut *Suſcepto*, ibi intelligendum eſſe : habentur eadem in illa

30 DIANAE

TITVS * MEVIVS.

* F. V. S. (*c*)

Ubi certe ſecus explicari nequeant. Reineſius difficultatem eludit, interpretans in Somniali noſtra *Voto Facto* ; at nullo exemplo, & incongrue omnino in funerario lapide. Pergit Inſcriptio : *Decuria I.* ſed nomina leguntur XXI. Deinde : *Dis Manibus Sibi Et Poſteriſque Suis*. Quæ hucuſque nutavit Inſcriptio, jam prorſus corruit : quis enim ſepulcralem vidit umquam, in qua Dii Manes quarto demum verſu, vel alibi quam in ſummo lapide perſcriberentur ? nulla ſollemnior formula, & quam minus liceret transferre. Docet Reineſius, quoſcumque φράτορας, ſeu Sodales, qui religionis cauſa coirent, locum ſepulturæ communem habuiſſe : mihi contra id tam novum advenit, ut vel ex hoc capite ſuſpectam hanc epigraphen ſtatim habuerim : id enim apud Romanos ſumma religione attendebatur, ut in monumentis niſi cum ejuſdem familiæ, aut nominis hominibus, & mulieribus, vel cognatis ſaltem, & amicis requieſcerent : milites excipe, qui procul ab Urbe, & in alienis locis ut plurimum decedebant : verum ubi Sodalitia id genus ſepulcra ſibi ſtruxiſſent, alienigenarum gentium commixtiones, cinerumque heterogeneorum acervos quotidie cumulaſſent. Adde, maximo numero apud Romanos iſtiuſmodi cœtus floruiſſe, quapropter non pauci emerſiſſent lapides, eorum monumenta teſtantes. Unus profertur a Gutenſtenio e ſchedis hauſtus :

31 LOCVS

SEPVLTVRAE

CVLTORVM

HERCVLIS

DEFENSORIS

POLLENTIS

INVICTI (*d*)

Sed commentitium demonſtrant tria illa Herculi attributa ; neque enim iſtic elogii Herculi texendi locus erat, ſed ſimulacrum quoddam indigitandi, cui colendo Sodalitium coaluiſſet ; id vero unico titulo rationem nominis obtinente, perpetuo fit, ut lapidis univerſi, & antiqui pariter Scriptoris infinitis pene locis teſtantur. Quod ſi Somnialis Collegii noſtri homines procul ab uxoribus, procul a libertis ſuis una condi voluiſſent, cur monumentum non ſibi tantum, ſed & *Poſteris Suis* adſignaſſent ? ea enim formula in ſepulcralibus titulis perſcripta nepotibus & deſcendentibus locus dari ſolet ; adeo ut religioſi cœtus, & multarum familiarum jura in eodem monumento Manibus nequicquam adverſantibus confuſa fuiſſent, & intermixta. Denique antiqui epigrammatis loquelam credat, qui volet intercíſum hunc ſermonem, & perturbatum. *Cultores Decuria Dis Manibus Sibi, & Poſteris ſuis ii qui infraſcripti ſunt*.

Clauſula pedes in fronte, & in agro numerans addebatur ut plurimum funereis cippis, & quadratis lapidibus ſub dio collocandis, ut de ſpatio religioſo, atque ab aratro immuni coloni admonerentur : eapropter ſuſpectæ mihi eſſe ſolent iis notis inciſæ ſepulcrales tabellæ, quæ cum hypogeis deſtinarentur, inutiliter eam clauſulam præſetuliſſent. Animadverti inſuper, aliquid aliud etiam, quod minus placeat, habere ut plurimum quæ ſic inſcribuntur. Liberti Regis Rhoemetalcis tabula quantum laboret, diſcuſſimus : hanc in impluvio D. Raph. Nardii legi : *Q. Senae L. F. Sca. Nan. Cramponiae A. F. Maxim. L. Senae Celeri Filio Q. Senae Clementi Fil. L. Sena Saturninus Filius Fecit In. Fr. P. XII. In Agr. P. XII.* ubi gentilitia *Cramponia & Sena* de novo adveniunt, & Saturninus *Filius* Cele-

(*a*) Scalig. pag. CIV. lin. 7.
(*b*) Apud Gruter. MLXVI. n. 9.
(*c*) Apud eumdem pag. XL. n. 7.

* MENIVS.
* E. S. V. S. MSS. Pith.
(*d*) Apud eumd. pag. CCCXV. n. 7.

Celeri, & Clementi *Filiis* facit. Nequaquam tamen ob eam clauſulam tantum exiles titulos expunxerim; hanc enim apud Nob. Franc. Guicciardinum genuinam tabulam etſi craſſam & grandiuſculam exſcripſi:

32 D . M
DASVMIA . ERASTE . ET
MARIVS . ZOTICVS . SE
VIVI . FECERVNT . SIBI . ET
FILIS . SVIS . ET . LIBERTIS
LIBERTABVSQVE . EORVM
IN . FRONTE . PEDES . XVIIS
IN . AGRO . PEDES . XXXII.
CVM . MACERIA . CINCTA (*a*)

Penes Joan. Nardium illa diligenter cuſtoditur, quæ præter ponentium varietatem, & omiſſum inſcite defuncti nomen, recens etiam ex eo probatur, quod non lapidi, ſed concretioni cuidam lapidem ſimulanti, graphio adhibito, ſit impreſſa.

33 FL. TROILVS LIBER.
KARISSIMO
ET FECVNDA LIB.
KARISSIMO
VOL . SEVERINVS FRATRI
CAECINIA CAPRIA FRATRI
VOLVS ZOILVS FRATRI.
V. AN. XXXIII (*b*)

Cujus tamen probrum eximia, quæ conſequitur, abunde reparat in eodem loco ſervata:

34 SILVANO AVG SACRVM
CRESCENS ALYPIANVS
IMP CAESARIS NERVAE
TRAIANI AVG GERM
DACICI DISP FISCI FR (*c*)

Officium nondum agnitum Diſpenſatoris Fiſci Frumentarii docet: ejuſdem Fiſci Tabularium cum aliæ, tum hæc apud Strozzios exhibet urnula quadrata, in qua *Caſtor* deficiente ſpatio mutilatur, & Flavii per ſingulariam ſignificatur.

35 D M
TF PHOEBI
TAB . F . F
ATCOFVSA
AMICO OPTIMO
P . CLODIVS CASTO
A . B . M . F (*d*)

Cum Gruteriana evolverem, nigrum theta epigrammati præfixeram (*e*), in quo *Mirmillo Veteranus* novo, inſolentique titulo, ac gladiator, hoc eſt, e ſervili grege homo, Tungrenſis, honorificis & Latinis *M. Ulpii Felicis* nominibus in ſcenam prodit. Condemnavi iterum, ubi ipſum lapidem in Marchionis Nicolinii Muſeo incurri: *vaſculum eſt* diſtortis, & inæqualibus literis, verſuque extra deſignatum ſpatium, ac ultra anſas abſque neceſſitate procurrente. Ibidem vas aliud recens: *Januario Aug. L. Gratiano Nomenclatori*; qui cum Auguſti libertus haberi velit, perverſe ſui ipſius nomenclaturam enuntiat. Suſpecta etiam eſt, quæ *C. Salluſtio Amycho* inſcribitur: præclariſſima cæteroquin in hoc Palatio cujuſvis generis cimelia, & numiſmata, ac pluſquam privata antiquarum iconum, ſignorumque marmoreorum collecta multitudo ſpectatur.

Stroziana Collectione diſputationem claudamus, quæ in ſuburbana villa ultra tercentas genuinas Inſcriptiones pulcherrime qua collocatas, qua infixas ſervat: loco alio nullo tot minutiſſimos funerarios titulos videas, nec quatuor & viginti capſulas, ſive quadratas urnulas anaglyptice elaboratas; commentitia hæc procul dubio eſt:

36 . S . A . S .
. A . IVLIO . TER
ENTIANO
FECIT
LICINIA . BEN
ERIA . CVON
DAM . CONIVGI
BENEMERENTI (*f*)

nam literarum ſcalptura inter tot veteres epigraphes a reliquis mire diſſonat; quæ diſcrepantia, quamvis dicendo exprimi nequeat, ab inſpectante, & cum ceteris comparante, optime ſtatim dignoſcitur: an & capſula recenti opere ſit, modo non diſcutio; quamvis enim antiquo eſſet, acci-

(*a*) Apud Gorium Par. I. pag. 232. n. 19. lin. 6. LIBERTABVSQVE POSTERISQVE. qui & aliter verſus diſtribuit; & apud Murat. MCLVIII. 3. L. 4. deeſt SIBI.

(*b*) Apud eumd. loc. cit. pag. 300. n. 31. l. 5. FRAT. l. 7. FRAT. & com diverſa Orthographia, ubi aliquando commata pro punctis.

(*c*) Eadem apud eumdem loc. cit. pag. 296. n. 25. & apud Murat. LXVIII. n. 13.

(*d*) Eadem apud eumdem loc. cit. pag. 325. n. 25. ubi ad omnes ſiglas & voces puncta præterquam in fine verſuum; & poſt τὸ AMICO. & apud Murat. MCDLXXXIX. 5.; l. 4. ATTOFVSA non recte.

(*e*) Gruter. pag. CCCCXXXIV. n. 3.

(*f*) Eadem apud Gorium Part. I. pag. 345. n. 24. & apud Murat. MCCCLX. n. 5.

accidit quandoque, ut veteribus nondum adhibitis, & in uſu poſitis, quarum quadratura nuda remanſerit & illiterata, fictitiæ ſupperadditæ Inſcriptiones ſint. *Quondam* ex novitia formula importune eſt, & inepte ſcriptum; *Cotidie* ſiquidem æque efferebant ac *Quotidie*, ſed *Cuotidie*, aut *Cuondam* nemo vidit. Puncta initialia non memoro, ubi ſingulariæ præcedunt, quas cum qui ſculpſit ignoraret, ſepulcrali epigrammati votivum exordium *Saturno Auguſto Sacrum*, vel quid ſimile præfigere non intellexit. Hæc quoque mihi parum probatur:

37 M. AVRELIO M. F.
LYAEO EQVIT. ROM.
PRAEF. COH. I. FL.
HISPANOR.
AVRELIA. VIBIA
CRESCINA
FRATRI
PIISSIMO (*a*)

quod columellæ valde exili, & forma inter ſepulcrales inſolita inciſa ſit; & quod *Lyæus* Equiti Romano parum quadret: nec placet *Creſcina; Spanorum* etiam libentius ſcribebant, quam *Hiſpanorum*, ut ex pulcherrima hujus ipſius loci baſi alibi memoranda colligitur. Aliam ex hoc Muſeo affert Sponius (*b*), in qua cur *Decuriones Scribae* & *Unctores* repetantur, & quidnam inter ſe affinitatis haberent, peto; itemque quid cum Magiſtris Balneorum Decurionibus eſſet ac Scribis, & num vetus loquutio habeatur *Magiſter a Balneis*, & Magiſtriſne ipſis an *Ulpio Fratri* (ita lapis) monumentum ſtatuatur, quidve demum eſſet *Proc. Caſtr.* aut *Caſpſs*, ut loquitur marmor.

Helvicia gens, Grutero (*c*) cæteroquin non incognita, ex corrupta epigraphe, quam Jucundi Codex Veronæ indicat, infirme per Fabrettum (*d*) adſtrui mihi viſa fuerat ex unico titulo, in quo *Aciba* cognomen eſſet, & V. SVP. quod nihil dicit, extrema clauſula: confirmata ſuſpicio eſt ab inſpectione lapidis in Muſeo hocce; ubi & Fabrettianus ſubſequens viſitur, ex quo non *Hermeleja*, ſed *Hernuleja* Faſtis inferenda gens erat. (*) CA-

(*a*) Gorius Part. I. pag. 337. n. 7. lin. ult. DVLCISSIMO.

(*b*) Miſcell. Erud. Antiq. Sect. VI. pag. 213.

FLAVIO MARCIANO
VLPIO IVLIANO
MAG. A BALNEIS AVG.
DECVRIONES SCRIBAE VNCTORES AVG.
VLPIO CRATERI AVG. LIB. PROC. CASTR.
DECVRIONES SCRIBAE ET VNCTORES D. D.

Gorius Par. I. pag. 399. num. 189. verſ. 3. A BALINEIS, verſ. 5. CASTRES, verſ. ult. SCRIBAE B. M. VNCTORES FEC. D. D. Murat. CMI. n. 1. legit A BALNEIS, cetera ut in Gorio.

(*c*) Gruterus MCLXXVIII. n. 2.

(*d*) Fabrettus pag. 626. n. 221.

(*) Harum mercium venditores hac noſtra etiam ætate non deſunt. Nonnullas vidi Florentiæ in Muſeo olim V. C. Bar. Phil. de Stoſch, in Antinorianum exinde, poſtquam ille e vita ceſſit, tranſlatas. Hujus generis eſt ea *M. Atilii Serani*, quæ extat Piſtorii in Pub. Palatio ad diruto Caſtri Serrani muros eff. ſſa An. 1750. quam ſingulari Diſſertatione Italice ſcripta, & edita in eadem Urbe 1752. docta utique, & ingenioſa V. C. Dominicus Cinius illuſtravit, & tuetur. At fictitiam demonſtrat V. C. Franc. Anton. Zacharias Epiſtola, quæ habetur in Collectione Calogeriana Tom. XLVII. pag. 469.

Hoc ipſo anno 1763. venditæ fuerunt Florentiæ VI. æneæ Lamellæ, quæ nunc extant apud Nob. D. Joh. de Podio Baldovinetti. P. F. quarum exemplaria perhumaniter ad me miſit Eruditiſs. Dominicus Maria Manni gravem de earum veritate ſuſpicionem habens. Hiſce ſimiles IV. aliæ viſuntur Piſtorii in Muſeo D. Cl.iſs. V. Flam. Ignat. Merlini-Calderini P. P. Has omnes epigraphes ex mea quamvis tenui obſervatione ad Dubiarum Claſſem remitto. Ubi ad earum falſitatem detegendam pauca adnotabo. Eumdem quidem locum meretur ſequens, de qua Maffejus in opere, cui titulus: *Degli Anfiteatri, e ſingolarmente del Veroneſe Libri* II. pag. 126. edit. Veronæ 1728. ita inquit: *Non parlo di quella tanto ſciocamente finta Iſcrizione, che attribuiſce il noſtro Anfiteatro ad un Flaminio Conſole. La diedero fuori il Caroto, e Leandro Alberti come eſiſtente in Lucca, dove non fu mai, e malamente è ſtata ricevuta in più libri.*

L. V. FLAMINIVS. ROMAN. CONS.
AC VNIVERSAE GRECIAE DOMITOR
AMPHITHEATRVM VERONE
PROPRIIS SVMPTIBVS
EREXIT ANNO AB VRBE CONDITA
D. III.

Hæc ex cit. Alberti *Deſcrittione di tutta l' Italia* car. 413. *in Bologna per Anſelmo Giaccarelli* M. D. L. in fol. ubi ita ſcribit: *Evi etiandio quivi* (cioè in Verona) *il grande Anfiteatro molto antico* [*dal volgo Harena nominato*] *da L. V. Flaminio fabricato, ſecondo una Tavola di marmo ritrovata nella Chieſa di S. Frediano di Lucca*. At variantem ex nonnullis noſtrarum Hiſtoricorum MSS. referam, ut magis ejus falſitas cuicumque appareat, cum non ſolum Veronenſis Amphiteatri, ſed etiam Lucenſis Flaminium conditorem fecerunt. Quæ ita eſt:

L. Q. FLAMINIVM ROM. CONS.
AC VNIVERSAE GRAECIAE DOMINATOREM
AMPHITHEATRVM H. ET ILLVD
VERONAE PROPRIIS SVMPTIBVS
EREXISSE ANNO AB VRB. CONDI
D. LII.

Alias quoque ſuſpectas, adulterinas inſpexi, dum per aliquas Italiæ urbes ad has ſupellectiles colligendas iter agerem. Nam qui ad has Eruditionis partem vult animum adjicere, neceſſe habet *non minori ſtudio* (ut ait Cl. Murat. pag. 1791. T. III.) *ad veritatem anhelare, quam ſibi cavere ab errore, atque ab alieno dolo. Neque ſane deſunt in Lapidaria eruditione impoſturæ atque figmenta .... Quare & heic Critices opus eſt.*

CAPUT IV.

Suſpectarum, quæ in Libris ſolummodo ſpectantur, Inſcriptionum diſquiſitio peragitur.

I. Earum, quæ in Gruteri Theſauro.

Ambiguorum Lapidum, qui ſub oculorum meorum judicium cadere potuerunt, diſceptatione peracta, ad eas Inſcriptiones me convertam oportet, quæ in libris tantum apparent, & in quibus propterea ocularibus indiciis uti nequaquam licet: ſive quod evanuiſſe dicantur marmora, quibus adhærebant, & in rerum natura non eſſe amplius, ut de commentitiis ſæpiſſime dici ſolet; ſive quod ad regiones, ubi ſervari prædicantur aliqua, neque ego acceſſerim, neque Italo homini accedere in promptu ſit. Cum vero fieri abſque prælonga, magnamque partem inutili moleſtia non poſſit, ſpuria epigrammata ea conabor ſeligere, de quibus diſſeri, cum ob res quas continent, tum quia recepta univerſim, ac perpetuo celebrata fuerint, literariæ Reipublicæ magis interſit. Hæc autem tam magno numero erunt, ut nedum ingenio ſtudioſis quibuſcumque ad cetera omnia dijudicandi acuendo, ſed animadverſionibus ſingulis, quæ in præarduo iſtiuſmodi examine haberi poſſint, iterato ſuggerendis abunde ſint.

Initium a Theſauro Gruteriano ducam; quæ etiam in anterioribus Collectionibus fictitia proſtant, vel in eo ſpectantur ſimul congeſta, vel adeo ineptiunt, ut memorari non debeant: quin maximam laboris mei partem in eodem Theſauro pro viribus defæcando collocabo; Inſcriptionum Promptuario ſcilicet aliorum longe omnium locupletiſſimo, & ex quo doctiores quilibet epigraphas certatim, & nullo fere delectu habito, velut gemmas libris ſuis elaboratiſſimis interſerendas, hauſerint ſemper, & quotidie hauriant. Quota eſt in re antiquaria quæſtio, in veteri hiſtoria indagatio, in eruditione detectio, ubi Gruterus non advocetur in partes? accidit ſæpe, ut a quibus novas & peculiares Inſcriptionum ſeries expectabas, vix alias quam ex perenni eo fonte repetitas accipias. Nullum certe umquam volumen fuit, quod tot volumina pepererit, vel tot ſaltem plurimorum voluminum chartas impleverit; cum, quæ inde eruuntur, ex incorrupto, atque impolluto antiquitatis ſacrario communiter putentur eruta. Non ita tamen præclariſſimum reapte Corpus minute perſcrutabor, ut de quibuſcumque mihi ſuſpectis titulis verba facere velim; molem enim nimis magnam hunc librum excreſcere oporteret, & nimis frequenter non ſine faſtidio exceptiones retractare, & nimis multa nullius momenti, ac nullius frugis fragmenta, & monſtra revolvere. Adde, multoties ambigi quidem poſſe, decerni non poſſe, & utrum exſcriptorum erroribus, aut ſphalmatis deformitas perſæpe imputanda ſit, nullo modo conſtare. Fac etiam, illuxerit mihi quandoque Inſcriptionum ſuppoſitio ex inquinato fonte, quo manant, & ex quadam diutino uſu parta ſubodoravi: ubi abſurda & abſona in earum contextu nequaquam appareant, cohibeam me opus eſt, & quas indiciis clarioribus expungere nequeo, dimittam.

Nolim tamen credatur, quaſcumque notavero, certiſſime a me repudiari: dubitationes tantummodo meas proponendi, ſicuti & in hactenus recenſitis, mens eſt ſæpiſſime: quin etiamſi de quam plurimis liquido pronunciari poſſe videatur mihi, quibuſlibet tamen a me qua proſcribendis, qua proſcriptis ad Literarium Senatum provocationem lætus libenſque permitto; cui ſi ſecus viſum fuerit, a judicio per me lato me ipſum ſtatim receſſurum, ſponſionem facio. Illud monere non prætermittam, docto & in rebus exercitato Lectori hæc commentaria perſcribi; quapropter breviſſime agam, atque ut plurimum, ubi peccetur, innuam tantummodo, & quod ſagaci genuinæ antiquitatis veſtigatori ſufficit, argumenta ſubleſtæ fidei indigitabo potius, quam explicem.

Nec diſſimulabo, valde me, diuque anxium ac ſuſpectum habuiſſe, quo potiſſimum ordine tam amplam, & confertam epigrammatum Silvam percurrerem; nulla enim ſatis placebat methodus, & quamcumque eligerem, quo artificio ab infinitis, vel unius generis, vel alterius repetitionibus, incommodiſque aliis pluribus mihi proſpicerem, non apparebat. Libentiſſime Provinciarum & Auctorum ſeries diſtinctim perſequutus eſſem; ſicut enim cum in lapides animadverterem, multum ponderis objectationibus adjiciebat quod in quibuſdam locis eadem ſæpe vitia mangonem eumdem arguerent; ſic & in chartaceis Inſcriptionibus evolvendis multum luminis afferret, quod eadem portenta, vel eædem mentiendi cauſæ in iis ſæpiſſime titulis deprehenderentur, qui Moralis, Schotti, Stradæ, Apiani, Lazii, Zamoſii, Scaligeri, quem invitus inter hos numerare cogor, Boiſſardi, Verderii, Camdeni, Ligorii, Pingonii, Fabricii, aliorumque id genus nomina præſeferunt, a quibus perraro accidit, ut Inſcriptiones exhibeantur, quas vel omnino fictitias, vel interpolatas ſaltem, aut diminutas, aut alio modo depravatas ſuſpicari non cogamur. Verumtamen eam methodum Lectori quam maxime moleſtam, & incommodam fieri neceſſe erat, cum ad libri oras perpetuis & condenſatis numeralibus notis refertas continenter reſpicere, & ad Inſcriptionem quamlibet novam, & ſæpe multum diſſitam Gruteri paginam perquirere, plurimumque temporis ſummo tædio conterere cogeretur. Obvium propterea, & ab ipſius rei natura indicatum ordinem amplecti decrevi, ſatius ducens, Inſcriptiones, ut in Grutero jacent, percurrere, ejuſdemque diſpoſitioni a capite ad calcem inhærere.

A pulcherrima facti, & reſtituti Panthei Epigraphe Gruteriana præclare exorditur Collectio: ſed cum ex illa, monumentiſque aliis pluribus, Panthei nomine, vel Templum numinibus univer-

verſis dicatum, vel ſignum multiplicatis ſymbolis plures Deos referens venire conſtet, ſequentium, quæ *Pantheum*, & *Pantheum Auguſtum* tamquam peculiarem quemdam, & ab aliis diverſum Deum laudant, non nihil elevari videtur fides: adjectioni enim nominis rationem & locum obtinere Pantheus videtur. Druſilla poſtquam vita functa diverſarum Dearum honoribus Caii fratris juſſu fuiſſet culta (*a*), Πάνθεα ὠνομάζετο, non tamquam Dea quædam ejus nominis, ſed tamquam Diis pluribus æquipolleret. Hinc Signum Pantheum dici magis placet, quam *Signum Panthei*, ut *P. Numerius* loquitur in eadem pagina: idem *Aſtigitanus* dicitur, qui patriæ in titulis profitendæ modus eſſe non ſolet: & ſignum poni jubet ex argenti Libris c. *ſine ulla deductione*; quæ certa quidem & ſtata verba fuere apud veteres, ut Senecæ locus indicat de promiſſis beneficiis *ſine ulla*, *Quod Ajunt*, *deductione* præſtandis, quamvis Briſſonio Romanas Formulas doctiſſime digerenti effugerint; ſed numquam, quod ſciamus, in iſtiuſmodi ordinationibus adhibita: neque enim in iis locum habuit deductio, neque eo ſpectabat clauſula (*b*), *Quod amplius Legatorum nomine caperis quam e lege Falcidia capere liceat*, neque ab Auguſti lege (*c*) hæreditatum & legatorum viceſima comprehendebatur. Eodem nomine (*d*) *Statuam Pieta* ejicias, quam iiſdem auctoribus ex argento pariter *Pondo C. Heredes Sine Ulla Deductione XX. P. Signum Pantheum* optime dedicat *Veſtorius Zelotus*; ſed hæc nomina parum probantur, & *Aedis Fortunæ* Adſignatio importune memoratur, & quid Latine ſignificet, vix conjicitur. Sunt, qui Votum *Sive Deo Sive Dea* ſubſequenter poſitum tamquam nimis ſingulare non recipiant; ſed hoſtias *ſive Deo ſive Deæ* immolatas docet Gellius (*e*), & cur Deum illum, ὃ μάλιστα τὴν Ῥώμην σώζειν προσήκει καὶ φυλάττειν, ſic invocarent, exquirit Plutarchus, quodque ad rem magis facit, in præclariſſimis Fratrum Arvalium Tabulis eadem formula eſt exarata. In ſequenti pagina *Priami Fratrem* omitto, & regem Jovem aliorum Deorum appendicem factum, ut *Aram* conſiderem, quam quis *Pecunia Sua Fecerit* (*f*), docebit nemo, cum involuto ſermone & implexo rectus caſus præſideat nullus: Inſcriptionis ſententiam fruſtra perquiras, ubi partes minime agglutinantur: quid *Aquæ Aperiendæ* ſibi velint, ego certe non aperiam, nec ubinam non pro ſalute tantum, ſed & *Pro virtute* ſigna & aræ poſitæ fuerint, oſtendam. Statius Priſcus anni ab V. C. CMXI Conſul quid iſtic præſtat Legioni adpoſitus, munuſne militare ſomniatur aliquod, ſicut in Indice (*g*) *Sub Conſulem Legionis* protulit Scaliger? at officium iſtud mendum peperit, error eduxit. *Conſentio Deorum*, & ex *Imperio* (*h*) ſimul ac *Voto*: formulas in eodem lapide (*i*) *Ex Voto Poſuit*, & *Votum Solvit* haud moror: ſed (*k*) *Jovi Optimo Maximo Trajano* ſupplicabimuſne? Septemdecim ex eadem ipſa Alba Julia Inſcriptiones teneo, vel noviter repertas, vel nova diligentia exſcriptas, quæ I. O. M. dicantur; inter varias autem adjectiones nulla *Trajani* nomen Jovi appingit. Alio quidem rurſus epigrammate affertur, ſed ab eodem Lazio, & quod *Milites Conſiſtentes Municipii* (*l*), & S I nullo ſenſu dedecorant. *Pro Salute Victoris* non ſolet occurrere, *Deorum* autem *Proſperitati* (*m*) eſt ne qui tabulam audierit poſitam? tam futili teſte non egebat profecto Vindobona, ab Itinerario, Pentingeriana tabula, Victore atque adeo Ptolemæo laudata. Proxima, unde *Caelus Aeternus* exſilit, numquam in monumentis viſus, deformis eſt undequaque. Οὐρανὸς fuerit Saturni pater, de quo Ennius, *Saturno quem Caelu' genit*: ſed qui cohærent *Caelus*, *Juppiter*, deinde *Junoni*, poſtea *Minervae Juſſus*? Deformiter item affertur Maſiorum ſuperior, nec non illæ *Propitiis Deis*. Mira ſequitur conjunctio *Deæ Syriae* (*n*) cum *Genio Venalici*, ubi mirificum item nomen *Liſſia*: nec minus mire inferius *Speculum Venereum* Diis Capitolinis, ea ſuppellectile, minime utentibus oblatum dicitur.

Sarmis Colonia (*o*) in conſpectum ſæpe veniet; ſed hic parum honorifice Gruterianum Theatrum ingreditur, quamvis ſingulari Spanhemii (*p*), Cellarii (*q*), Harduinii (*r*), Gudii (*s*), aliorumque plauſu excepta, qui ſuper hunc lapidem ædificant. Inſcriptionis forma exotica prorſus eſt, & quam in nulla veterum claſſe cenſere poſſis. Hiſtoricam dicis? at conſimilem nuſquam videris, & *Jovi Optimo Maximo* inepte præfigeretur, & intempeſtive. Votivam mavis Jovi, Romulo, & Marti? at nemo adſtat, qui votum ſuſcipiat, vel ſolvat. Quid hæc efficiunt, *Jovi Condita Colonia per M. Scaurianum*? Quid item eſt *Colonia Dacica Condita*? Coloniam ſiquidem in Gallicam, vel Hiſpanicam urbem a Romano Magiſtratu *deductam*, Coloniam Gallicam, vel Hiſpanicam appellare non ſolebant. *Martem Auxiliatorem*, *Romulum Parentem* nullus loquitur lapis, nec *Romulum* quidem, qui poſt apotheoſin *Quirinus* dictus. *Felicibus Auſpiciis* recens videtur modus, & *Caeſaris Divi Nervæ Trajani Auguſti* omnino inepta, quippequæ viventi Auguſto Divi titulum impingat: fac *Divi Nervæ Filii* legamus, IMP. *Caeſ.* præmittendum erat. Nec Urbis nomen ipſum, quod nullus umquam Scriptor docuit, ſatis placet: pluries

(*a*) Dio Lib. LIX.
(*b*) Lib. I. §. Hæc verba D. eod.
(*c*) Dio Lib. LX.
(*d*) Gruter. pag. CI. n. 2.
(*e*) Lib. II. cap. XXVIII. At in cit. edit. Lugduni Batav. 1666 pag. 195. & in alia Venet. in Ædibus Aldi, & Andreæ Soceri 1515. pag. 45. legitur: *hoſtiam* SI. DEO. SI. DEAE. *immolabat*: non uti in MS. Maffejano *ſive Deo*, *ſive Deæ*.
(*f*) Gruter. pag. II. n. II. v. 12.
(*g*) Pag. XXXII. lit. 5.
(*h*) Idem pag. III. n. I.
(*i*) Idem pag. cit. n. 8.
(*k*) Idem pag. IV. n. 4.
(*l*) Idem pag. XI. n. 3.
(*m*) Idem pag. IV. n. II.
(*n*) Idem pag. V. n. I.
(*o*) Idem pag. VI. n. 3.
(*p*) Præſt. Num. pag. 835.
(*q*) Cell. Geogr. pag. 380.
(*r*) Numm. pag. 129.
(*s*) Nui. Gr. 259. 7.

ries quidem in Inſcriptionibus profertur, ſed quæ alia etiam de cauſa laborent fere ſingulæ. Norunt omnes barbara nomina a Latinis, Græciſque eorumdem more inflecti, atque ad eorum ſonum traduci conſueviſſe: cur ergo Romana epigrammata *Sarmiz* vocabulo fuiſſent efferata? Urbem indigitari credendum eſt, quæ a Ptolemæo Ζαρμιγίθυσα, vel Ζαρμιζογίθυσα dicitur; at cur in hoc titulo, ubi iſti nomini verſus integri ſpatium deputatur, mutilatum ita fuiſſet, ac detruncatum? (*a*) Extenſe habetur alibi *Sarmizgetuſa*; ſed in Epigraphe, quæ, ut alia omittam, honoraria incipit, funeraria deſinit, quamque mixtura incondita uno tempore Colonia Ulpia Trajana honori Turbonis, & Succeſſa conjugis memoriæ dicant. Eſt quæ ita clauditur (*b*): *Pop. Plebſq. Ulpiae Trajan. Sar. Patr.* at vitioſe, ut opinor; nam *Populus Plebſque* non dicitur, & *Patr.* apte hoc loco non explicatur. In eadem regione Ti. Claudius Anicetus (*c*) *Aug. Coloniar.* prædicatur, quod muneris apud me parum obtinet auctoritatis; & qui Templum *a ſolo* excitat, non *reſtituit*, ſed facit: forte *Coloniae* ſcribendum erat, & omittendum *a ſolo*. Moguntinam informem nequaquam profecto admiſerit, qui adſcriptos Conſules annum deſignare ante Chriſti adventum CCXXXIV. animadverterit, & tempora computarit, ac mores. *Sarmiz* (*d*) in ſcenam redit: ut vero eamdem producentis manum agnoſcas, en tibi Auguſtorum titulos a Cæſareo incipientes; ſicuti enim illa *Auſpiciis Caeſaris D. Nervæ Trajani*, ita in hac *Fortunae Caeſaris M. Antonini Imperatoris*, contra perpetuum lapidum, & numiſmatum morem. COR. quid hic ſignificet, neſcitur; ſed probe ſcitur, Latinos homines numquam ſic eloquutos eſſe, *Signum Jovis* EX VETUSTATE *Reſtituit*. Sequentem dedit *qui vidit*; Sponius tamen exhibet diverſimode. *Appium Auguſtum*, *Hilarinium Amabilem*, *Ingenuium Ingenuinum* dimittamus (*e*): *Gallia Tranſalpina Pro Conſule* quis impune dimittat? erit ne qui Provincias Gallias eo nomine conjunctas, & antiquitus nuncupatas oſtendat? Arnoldus Mercator tres exiguo ſpatio largitur epigraphas, quarum unaquæque Collegio Conſulum decoratur, & Beneficiarium Conſulis mira uniformitate memorat; paſſibus æquis & alia ſubſequitur. Ab eodem Mercatore paulo poſt conſimilis iterum merx (*f*), & Conſules inſuper numquam auditi. Neapolitana accedit (*g*) non uno nomine mirifica; nam Inſcriptio nulli claſſi adſignari poſſit, & forma eſt inſueta: Auguſtales exhibet numero tres, & qui ludos fecerint, cum ad eorum ſacerdotium ludos pertinuiſſe, nullum ex tot genuinis monumentis indicarit umquam: Neronis & Agrippinæ nomina eraſa fuiſſe, nec Scriptor ullus, nec vetus monumentum docet; dies a Conſulibus ſejungi non ſolet: *Tantiliam* gentem quis noverat? Denique *Neroni & Agrippinæ, & Jovi Optimo Maximo* nec ludi facti, nec lapis inſcriptus credi poteſt; quamvis enim Imperatores paſſim eveherentur ad Deos, non uſque eo tamen aſſentatio inſaniit, ut Jovis numen haberetur inferius, & poſt eorum nomina publice collocaretur. *Genium Forinarum* colat cui libet, & lapidem non a Cultoribus, ſed *Jovi, & Cultoribus* ſacratum recipiat: commentitium quidem fuiſſe non puto, ſed miſere ab editoribus interpolatum, depravatumque; ſicut & alterum *in ponte Senatorio* (*h*), ut præſcribitur, in quo Hadrianus cum Julia Auguſtorum matre, cum Matronis, cum Divo Auguſto, & cum Numine Deorum, ædeſque votivæ, cum Reliquis abolitis lepidiſſime involvuntur. Duo tantum hujus Inſcriptionis verba (nempe *centena millia*) diſplicuerunt Spanhemio (*i*), doctiſque aliis viris. Conſules in ea laudatos arripuit Almelovenius, & eoſdem eſſe autumavit, quos itidem Fabricio ponti adſcribit Gruterus (*k*); veridica quidem conjectura; nam æque imaginarii ſunt, cum docuerit Fabrettus (*l*), verſum poſtremum ejus Inſcriptionis integrum a marmore abeſſe. Annum tamen, quo collocarentur, reperit Fletvoodius; at non animadvertit, annos tres ab altero ex illis poſtulari, cum dicatur COS. III. In eadem pagina, quæ nihil ſani habet, *Sanctitati Jovis*, & *Jovi ac Dis Manibus Pro Fructibus* ſunt qui litent.

Pag. XII. *Aug. Raven.* cum præcedente *Con.* haud explicabili parum arridet; minus etiam, quæ *Pro S. Imperatoris*, utrum a Collegio, vel a Calpurnio ponatur, neſcitur: quid ſit in octava *Inambulati*, arduum eſt cogitare; *pro* cujus autem *ſalute* votum fiat, reticetur. Inemendatæ adſtant & aliæ (*m*): *Baburium* cum * *Ala Scubulorum*, & monſtris ceteris, nec mutilatum probo, nec integrum. Ut earum, quæ a Scaligero ſunt, ſpecimen jam capias, hanc conſidera: *Deo Jovi Clamoſa Civis Trevera Votum Solvit*: ita feminæ adjunctum Civis aptatur, ut Jovi in lapidibus adjunctum Dei; & tam proprie vocatur Clamoſa, quam Trevera dicitur. Magnificus eſt, cui Templi exſtructio appendicem ſapit (*n*); *Votum Solvit Idemque Templum Dono Dat.* Monſtroſa ſunt epigrammata nonum & tertium decimum. Quin & in decimo ſexto Rufina patriam oſtentans *Flaminica* dicitur *Provinciæ Luſitaniæ*, deinde Coloniæ *Emeritenſis*, & *Municipii Salacienſis*; totius Provinciæ, & duarum deinde civitatum:

(*a*) Gruter. pag. CCCCXXXVII. n. I. lin. 5.
(*b*) Idem pag. CCCCXLVIII. n. 3. lin. 5. & 6.
(*c*) Idem pag. VII. n. 2. lin. 3. 4.
(*d*) Idem pag. VIII. n. I. lin. 4.
(*e*) Idem pag. IX. n. I. verſ. 5. & 6.
(*f*) Idem pag. XIV. n. 3.
(*g*) Idem pag. IX. n. 4.
(*h*) Idem pag. X. n. 6. ponit *Romæ in Ponte Senatorio, nunc S. Mariæ*.

(*i*) Spanhem. Diſſert. IX.
(*k*) Gruter. pag. CLX. n. 3. ponit *Romæ in Ponte Fabricio, Quatuor capitum nunc vocant*.
(*l*) Fabret. pag. 240. n. 640.
(*m*) Gruter. pag. XIII. n. 4. v. I.
* Verſ. 6. & in *Corrig. & Animadvert.* pag. CCCXVII. ad Inſcr. cit. pag. XIII. n. 4. ubi ex Smetio fol. CXLVII. n. 22. tota exhibetur, & ſine lacuna.
(*n*) Idem pag. XIII. n. 7.

tum : ubi conſiſtebat quæ Provinciæ univerſæ miniſtrabat? & quî poterat in diverſis etiam civitatibus rei ſacræ adeſſe? Salaciam *Urbem Imperatoriam* cognominatam Plinius docet : mirum itaque videtur Municipium fuiſſe, quæ ut plurimum exiguæ civitates erant. *Eques Romanus* nove dicitur *Sacerdos Loci*, & ridicule a Boiſſardo *Aquila Legionis V.* & *Aquila Legionis IIII.* inſtruitur. Nec etiam difficultate carent ejuſdem paginæ ex cæteris aliqua : ut & finales quædam in ſequenti inſuetæ clauſulæ, & priorum quatuor non minus inſuetus modus in ſubſequenti. Luſitanicam (*a*) optime rejecit Scaliger, nec lapidariis Muſis acceptam admodum teſtatus eſt ſe Gudius cum recepit : *Pulſos a Q. Sertorio Metellum*, atque *Pompejum* non memorant marmora, neque ob id *Coronam & Sceptrum* Jovi afferebant feminæ, vel *Flaminicæ Phialam*. *Pag.* XVII. votivam reſpice, quæ dicitur *urnæ inſcripta* (*b*); & ſepulcralem, quæ incipit (*c*), *Deo Qui Eſt Maximus*. Schottus lapide ingreditur, Aram afferens *Ob Incolumitatem Temporum* (*d*). cujus novitatem vincit Lazius (*e*), *Quirino Salvatori* aliam dedicans : hanc vocem hujus tabulæ fide recenſet inter Romanas Patavina Calepini editio (*f*), & adſciſcit; ſed quæ Lazius mittit, non id habent auctoritatis epigrammata. Quam Pingonius narrat, *Juppiter Cuſtos Auguſtae Taurinorum*, nihil minus exotica Romanæ Inſcriptionis forma eſt, quam ſculptura ſit cum titulo ſociata, Juppiter nimirum ſub figura *Dei imberbis ſcutum tenentis*. Hanc proxime æmulatur Boiſſardus; ſed oculos Votum in ſe convertit a Cejonio Solutum (*g*) *pro ſalute ſua*, & *Veſpeciatiae uxoris*, & *heredum ſuorum omnium* : quid *Aul.* quid *Ve*. quid *Sacerdotale* hic ſibi velint, ſcire non laboro; ſed depellat novus iſte *Juppiter Depulſor* quæ ad Decurionem Poetovionenſem aſſerendum, & Speciatiam conſecrandam ſubduntur in adnotationibus. *Detectos Daciæ Theſauros* (*h*) reſpuit Scaliger * jure merito, utpote a quibus parum ditari poſſet, ſed liceat & mihi Aſciepium, & Hygiam in Jovis *Eiazii* (*i*) Voto, Deos *Montenſes*, & Sacerdotem Deorum omnium, Fulminatoris & Tonantis ex S. C. dedicatam in dubium revocare. Mirifica eſt Poetovionenſis altera, in qua ponentis (*k*) & *proficiſcentis ad opprimendam factionem Galli*, dignitates recitantur, nomen ſupprimitur : Tribunus Cohortis erat ille & *Prætor*, & non aram tantum poſuit, ſed *Aram Iſtam*.

Rauci *tibicines* ſunt, quibus pro Dacia domita, & victo Decebalo votum *munitur*, & *Trajanus Cæſar* propugnatur (*l*). *Veturianus Leg.* IIII. (*m*) quid eſt? *Expeditionem Eburicam*, ſeu *Buricam* cum Velſero mavis, quis audiit? tam implicitam, quæ e Lazio ſequitur (*n*), ſupplicationem quî intelligat Juppiter? *Votum Retulit* (*o*) quis vidit in lapide? Templum *Excludum* quis explicet? ſex in eo Templo Dii collocantur, qui συμβωμοι & σύνθρονοι nequaquam ſunt. Nimiis, & ſimul pugnantibus oneratur nominibus Juno *Julia Aufidena Capitolina*; haud tamen adeo miris ut *C. Blandius Procos*. Quid Junoni donat Puteolana *Petronilla* (*p*), quæ quidnam de virginitate erepta monſtroſis ſiglis, & loquela incondita blateret, vix divinare licet? Torquatam Silani Filiam ex Urſino, & Aldo habuiſſe profitetur Gruterus (*q*), iteravitque Sponius (*r*): at Veſtales *Virgines* perpetuo nuncupantur, non *Sacerdotes*; *Sacerdoti Annis &c.* lapides non dicunt; cur autem præfigitur *Junoni*? unane Junonis, & Torquatæ dicari icon poterat? ineptum etiam *Caeleſtis Patronae* elogium Juno & Torquata cuinam ex ipſis tribuatur, litigent oportet: nihil certius, quam e Taciti loco (*s*) Silani ſororem Torquatam *priſcæ ſanctimoniæ Virginem* memorante Inſcriptionem effictam. *Theamidianus ab marmoribus* cum *aris quinque* non ſatis placet; & conſequens pagina non parum turbat: nam Patavina ſingularis erroneis Q. Aſconii *Prætoris* & *Pro Conſule* (*t*); *Locus* non monumento *Adſignatus*, ſed *Aedi Opis & Saturni*; Imp. Helvii Pertinacis votum nugaciter expreſſum, nugacius adimpletum, & a Ligorio e Maſtejano Pertinacis numiſmate effictum (*u*); Bennia *Magiſtra*, & *Matri Aci Dies Sacrificj*; Mazochiana P. Decii *Primum Conſulis de Samnitibus triumphantis*, quæ ſuperſtitum Inſcriptionum ætatem nimis anteit, & Decium Murem pluribus inſignem Conſulatibus, cum Decio tribuno militum miſcet, de quo Livius (*x*), *Conſules ambo de Samnitibus triumpharunt ſequente Decio inſigni cum laude doniſque*; exulent oportet ab incorruptæ antiquitatis ſacrariis. Tertia & quarta in *pag.* XXVIII. ob novam nimis faciem a ſuſpicione immunes eſſe non poſſunt, & *Milleſimi Anni Coronam* pauci erunt, qui excipiant benigne, Antiquarii.

De *antiqua Veronæ Conditione* differens, ex Romani Imperii forma nullas in Provinciarum adminiſtratione fuiſſe Metropoles conſtitutas, nova quidem ſententia, & pagellis paucis, ſed ut opinor, ſatis evidenter oſtendi. Confirmant eam obſervationem Latini lapides univerſi, qui primariis Occidentis civitatibus honorificum, & nequaquam omittendum Metropolis titulum numquam adjiciunt. Dacica *Sarmiz* obitare videtur,

(*a*) Gruter. pag. XVI. n. 2.
(*b*) Idem pag. XVII. n. 4.
(*c*) Idem cit. pag. n. 9.
(*d*) Idem pag. XIX. n. 1. verſ. 2. & 3.
(*e*) Idem pag. cit. n. 5. verſ. 2. & 3.
(*f*) Cuique notum eſt, Calepinum edidiſſe V. Cl. Jacob. Facciolatum Patavii 1736.
(*g*) Gruter. pag. XX. n. 3.
(*h*) Idem pag. XXI. n. 8. verſ. 5. 6 * *Cortie*. pag. CCCIV.
(*i*) Idem pag. XXI n. 2. verſ. 10. in parte averſa baſeus verſ. 5.
(*k*) Idem pag. XXIII. n. 1.
(*l*) Idem pag. cit. n. 3.
(*m*) Idem pag. cit. n. 5.
(*n*) Idem pag. cit. n. 10.
(*o*) Idem pag. XXIV. n. 5. verſ. 5. & 6.
(*p*) Idem pag. XXV. n. 3. verſ. 1.
(*q*) Idem pag. XXV. n. 10. verſ. 3.
(*r*) Spon. *Miſcell. Erud. Antiquit.* pag. 150.
(*s*) Tacit. Annal. Lib. III.
(*t*) Gruter. pag XXVI. n. 2. verſ. 2. & 4.
(*u*) Idem pag. cit. n. 4.
(*x*) Liv. Lib. VII.

de qua quinque * affert Gruterus cum *Metropolis* elogio epigrammata; ſed ubi ea undequaque commentitia oſtendero, novum ſententiæ meæ ſubſidium me allaturum puto. Præmonere juvat, fuiſſe proculdubio in iſtis regionibus, qui vetera ſimulando epigrammata operam luſerit, non ſcripto ſolum & calamo, ſed ſcalpro ipſo, & lapidibus: quod certiſſimo argumento didici beneficio & gratia Comitis Joſephi Arioſti in Cæſareo exercitu Centurionis, ſingulari ingenio juvenis, qui cum in Dacia plures jam commoretur annos, partim ſuo ipſius genio impulſus, partim ut exoranti mihi gratificaretur, inſcripta marmora accuratiſſime perquiſivit, & eorum exempla ad Bonarrotium Senatorem, atque ad me tranſmiſit. Miratus profecto vehementer ſum, cum quædam inter illa non ambiguis indiciis, ſed manifeſtiſſime commentitia deprehendi; quorum ſpecimen ſuo loco abunde præbebit *C. Reguli* (*a*) Saltantis pueri, & Cantantis titulus, quem in Hermenſtadii civitate Arioſtus reperit, atque exſcripſit. Ipſum *Sarmiz* nomen ægre recipi poſſe oſtendimus nuper: multo difficilius cum adjuncto *Metropolis*, quod cum ea unice civitas inter tot Occidentis maximas in Romanis Inſcriptionibus oſtentaſſet? Sive Zeanenſium Coloniam hoc nomine venire velint, ſive Sarmizegethuſam utramque, & tres inſuper alias in Dacia civitates æquabili conditione *juris Italici* fuiſſe, ab Ulpiano (*b*) diſcimus. Jam primum epigramma hic occurrens ſatis arguit inconſtantia; cum enim ter afferatur (*c*), varium & mutabile ſemper advenit: in eo ubique perſtat quod falſitatem fere evincit: nam qui *Sorori Pientiſſimæ* ſepulcrum inſcribit M. Cominius, nomen ejus recitare non meminit; quin proprii quoque cognomenti obliviſcitur, & funereum titulum ad honorarii normam exigit. In ſecundo (*d*) *Priſcian. Aug. Sarmiz. Metrop. & Fortunata Liberta Ejus* quodnam pulmentum componant, ſuſpiciam qui dixerit. In tertio prodigia plura; proponitur alibi (*e*) aliquanto verecundius, & ſine mentione Metropolis; nihilominus nomen unicum in honorifico epigrammate dedecet, & *Amico Fidiſſimo* nullus alius puto inſcribitur lapis. In ſepulcralem modo *Julii* (*f*), modo *Tullii* (*g*), & huic geminam *Terentii* (*h*) quam intempeſtive, & incongrue *Aug. Col. Sarmiz. Metropol.* * intruſerint, quilibet videt.

Saturninæ lapidem (*i*) ut expoliant, nituntur; ſed ſibi nequaquam conſtat: *Donum Dedit* votiva eſt formula, non feralis, & *Mammulae* nullus ibi locus. Sequentes duæ nihil ſunt: *Q. Prima Lactor.* (*k*) tranſmittatur: *Taurobolio* (*l*) Pingonius incondite abutitur. *Pag.* XXXI. monſtra loquuntur prima, tertia, quinta, nona: at quam Strada profert & Cellarius (*m*) adoptat, vituperant prorſus, & Chriſtianum epigrammatarium ſapiunt, *Locus Sepulturæ Ante Aedem Deæ Acceptus*, & repugnans futiliſque clauſula, *Quam Iratam Morte Senſi*, & patris prænomen extra ſedem poſitum. *Soli Hierobo* (*n*) optime aptatur anonymorum *Sacerdos Numinum*. Aquilejenſia monumenta *Belenum* loquentia exhibentur decem (*o*), quorum ſex præſtantiora Venetiis inter præclara Grimanorum cimelia partim in impluvio, partim ſuperius in Apſide cuſtodiuntur. Sinceriſſima ſunt, quamvis mira videri poſſint, quæ Apollini *in honorem* patroni, vel in *memoriam* filiorum libertus, & pater marmora conſecrant: emendatiſſime etiam vulgata; nam & *Belino*, & *Vell.* pro Velina ita eſt in lapidibus, ut apud Gruterum. Quæ autem Verderius refert (*p*), *Vercellenſem Et Aſiaticum*, & *Belenum Fontem* (*q*) memorantia, non eamdem apud me fidem obtinent. Ad poſtremum tuendum præſtantiſſimus Antiſtes (*r*), inter amicos olim meos, divinitatem fontibus optimo jure aſſeruit: ſed adjiciendum erat, quomodo Belenus pro Apolline ſemper habitus repente in fontem migret; pariter cur B ſuperaddatur, poſtquam *Beleno* præmiſſum fuit, & ubinam viſæ ſint ſingulariæ ſubſequentes B S D. Puſillo fuit animo Reineſius, qui ob ſex Pighianas incertæ ſignificationis, & nullius auctoritatis literas *Fonti B*... palinodiam cecinit. Quanam hæc verba lingua putamus eſſe, *Abellioni Ciſontem Ciſſonbonnis?* (*s*) ea tamen illuſtrat Scaliger, & conſecrat. *Pag.* XXXVIII. *Agoniſtarcha Commodianus, Apollo Præſtans*, & *Medici Profeſſoreſque* inconnexe inſerti mihi non probantur. E ſequenti eximas, quæ auſpicio malo ſic orditur (*t*), *Lapis Auſp. S.* & quæ *Juventutem* (*u*) laudat: nihil in prima ſani ac legitimi habetur, quamvis a Noriſio (*x*) meo tamquam *Inſcriptio antiquiſſima* excepta ſit. *Julianum Caelium* (*y*) cum *Diario* ſuo, *Junianium Amabilem* (*z*), Ligorianam *Virginem Chitonam* (*a*) proſcribere ne vereamur. Audax profecto Hiſpania, quæ Dianæ pudicitiæ laudem eripere non ſit verita, & de virgine *Matrem* (*b*) fecerit; qui templum dederit, non enuntiatur; ſed tantummodo * *Apulejus Architectus*, qui ſubſtruxit: tam futilem nihilominus

* Gruter. pag. XXIX. 5. LXXXIII. 1. CDXIII. 2. CDXXV. 8. CDLXXII. 5.
(*a*) Idem pag. CCCXXXII. n. 2. verſ. 2.
(*b*) Leg. 1. §. 8. D. de Cenſib.
(*c*) Gruter. pag. XXIX. n. 5. CCCCLXXXII. num. 4. & CCCCXCIV. num. 1.
(*d*) Idem pag. LXXXIII. n. 1.
(*e*) Idem pag. CCCCXIII. n. 2. verſ. 11. & 12. & CCCCLXXVII. n. 3. verſ. ult.
(*f*) Idem pag. CCCCXIV. n. 8. verſ. 2.
(*g*) Idem pag. CCCCLXXVI. n. 6. verſ. 1.
(*h*) Idem pag. CCCCLXXII. n. 5. verſ. 1. * verſ. 2. & 3.
(*i*) Idem pag. XXIX. n. 7.
(*k*) Idem pag. cit. n. 11. verſ. 3. LECTOR. & in not. LACTOR uti in Maffejo.
(*l*) Idem pag. XXX. n. 6. verſ. 3.
(*m*) Cellar. *Geograph.* Lib. II. cap. 1.
(*n*) Gruter. pag. XXXIII. n. 3. verſ. 1. & 2.
(*o*) Idem pag. XXXVI. n. 11. & ſeqq.
(*p*) Idem pag. XXXVII. n. 1.
(*q*) Idem pag. cit. n. 3.
(*r*) Phil. a Turre *Monument. Veter. Antii* pag. 271.
(*s*) Gruter. pag. XXXVII. n. 6.
(*t*) Idem pag. XXXIX. n. 5. verſ. 1.
(*u*) Idem pag. cit. n. 7. verſ. 3.
(*x*) Noriſ. Cenotaph. Piſan. p. 485.
(*y*) Gruter. pag. XL. n. 4.
(*z*) Idem pag. cit. n. 6. verſ. 2. 3.
(*a*) Idem pag. cit. n. 11. verſ. 1.
(*b*) Idem pag. XLI. n. 5. verſ. 2. * verſ. 3.

minus ineptiam *in columna area* contineri, fuere qui præſcripſerint. Nova deinde miſcentur & vetera, ubi Diana, & Veſta colligantur (*a*), Trajanuſque, & Præfectus ejus, Quæſtores quoque, & Aediles abſque ulla omnino cauſa, & confuſe recitantur. Diana conſequitur *Opifera* (*b*) *Nemorenſis*, quæ vel duo fuerunt diverſa ſimulacra, vel, ut appellationum novitas arguit, nulla. Deformem Mazochiani Herculis (*c*) larvam reſtituet nemo; ut Herculis carmina (*d*) pro antiquis recipient pauci; & Erbonii (*e*), Carpiique (*f*) ænigmata interpretabuntur adhuc pauciores: ubi explicat Reineſius *Decreto* (*g*), neſcio profecto quid eo loco minus apte reponi potuerit. Qui (*h*) *Rectorem Provinciæ* Campaniæ impoſuit, non reputavit ubi Campania eſſet, & quo jure. Dediticii quidem ab initio Campani, & iniquiſſimo fœdere recepti, ſed iis temporibus, a quibus nobis Inſcriptiones adveniunt, imo *ante Cannenſem cladem* non fœdus æquum tantummodo, Romanaſque leges, ſed civitatem magnæ eorum parti datam Conſul C. Varro teſtatur apud Livium (*i*): hinc Regulus in Senatu: *agi de Campanis, qui Cives Romani ſunt, injuſſu populi non video poſſe*. Eumdem tamen *Fabium Maximum Rectorem Provinciae* (*k*) exhibebit rurſus Pontani liber eodem lepore, quamvis non *Thermas* (*l*), ut hic, ſed *Vias Herculis ob Terramotus Everſas* perridicule, & perinde ac ſi turres eſſent, *Reſtituentem a Fundamentis*. Quid ſit *Col. Equitum* declarabit Mercator (*m*), quid *Aureliana Popa ut gratias ago dedicavit* (*n*), Lipſius.

Remp. Arucitanam Schotti & Moralis Schedæ cum *Thebano Templo* (*o*) lepidiſſime ſociant; quibus invidens Strada *Q. Servilium* producit *Vulnere Servatum* ſignum ponentem *in magna Ara* (*p*): atque Hiſpaniam ſupergrederetur, Narbonenſem *Deum Herculem Invictum* adjungit Scaliger *Argenteum Signum de ſua pecunia facientem*. *Placidus* & *Romanus* a Boiſſardo ſunt; *Hercules Pacifer* (*q*) alibi a nobis excutitur: hic de conſanguineis *In Petra*, & *Saxano* agendum; ſurda & dura numina, quorum primum inſulſa etiam, & nullius eo loco ſenſus verba *Item Q. Aram* deturbant, ſecundum, quamvis a Marcanova jam cultam, *Aedes Zotheca*, & in honorem Herculis *Culina Dedicata*, & ſervi, importuna adſcriptio, & inſolita formula *Peragendum Curavit*. Nec melioris mihi erit notæ *Hercules Tiburtinus Victor*, cui unice memorato *Et Ceteri Di* nimis propere adjiciuntur: qui votum ſolvit *Minicius Vitalis* tam *Prætor Tiburis* admitti poteſt, quam *Conſul*: admiſit Almelovenius Faſtis omnibus ignotum antea, alterius ſed Tiburtinæ pariter Inſcriptionis fide, in qua Ὕπατος & Ἀνθύπατος (*r*) dicitur, & quæ cur Tibure a Romano, & primario viro poſita Græce loquatur, nemo dixerit (*s*). *Tricoſum* Herculem qui celebrare cupiet, Tarraconenſibus infra poſitis verſibus nil ſignificantibus utatur.

Mercurius ingreditur, ſed parum feliciter. Deos *Tutelares* (*t*), & *Poſtvertam* (*u*) marmor laudat nullum: *Decialis* (*x*) gryphos Oedipus enodabit nullus: *Sedes* non *Mercurio* tantum, ſed Dis etiam reliquis *a Tergo ſunt* (*y*); jocabatur hic Velſerus, cum *Legatum Pro Prætore Legionis III.* venditare non dubitavit; ut & mox ejuſdem Legionis *Conſulem* tradens (*z*), & compendiis inconditis augens: nec non ubi *Mercurio Templum* (*a*) adtruit ſine conſequentia ſermonis. *L. Cominius*, qui *Aram & Tectum Votum Solvit* (*b*) longe tamen melius loquitur, quam *M. Cornelius* (*c*), & *L. Bellonus* (*d*) faciant, qui cabaliſticis circulatorum næniis titulos ſuos videntur claudere. *Marogatanum* (*e*) Lazius tertio jam profert, *pro ſalute Suorum* voventem modo *Ex Suis*. *Pag.* LIII. inſueta videntur continere verba, aut ſigla, aut ordinem, aut modum tertia, 4. 5. 6. 9. 11. & decimatertia.

Exiguæ fidei fragmenta Dei *Cenſualis* (*f*), & *Acoliti* (*g*), Mercurium item *Caeleſtem Fatalem* a *Trichoro* cultum, nec non *Viacum* (*Vialem* dixiſſent ut ἐνόδιον) & *Negotiatorem*, cum adjacentibus fragminibus deſero, ut ad Veronenſem me conferam, quam irrito conatu propugnat Reineſius (*h*) acerrime. Neque extat, neque eſt qui viderit: attulit Saraina (Felicianus antea deſcripſerat) Panvinius neglexit. Laudabili acumine e votivis eam exemit Reineſius; funus enim potius ſaperet, & *Mercurius* iſte hominis larvam magis videtur præſeferre, quam numinis: at ſervorum nomina, & libertorum cognomenta e Diis petita occurrunt haud infrequenter, Phœbi præſertim, & Mercurii, pro gentilitiis nominibus habita nuſquam vidi, & Mercuriorum familiam, quam docere ſpondet Reineſius, e quibus ſinceris tabulis haurire cogitaverit, non video. Non ignoro, *C. Mercurium Amaranthum* (*i*) Boiſſardi, Ligorii, Lipſi, Gudii teſtimoniis Gruterum recenſere *Pro Salute Parthenopejae* voventem; ſed unico exemplo: &

(*a*) Gruter. pag. XLI. n. 7.
(*b*) Idem pag. cit. n. 8.
(*c*) Idem pag XLII. n. 7.
(*d*) Idem pag. XLIII. n. 2.
(*e*) Idem pag. cit. n. 4.
(*f*) Idem pag. cit. n. 8.
(*g*) Vid. not. repetit. Edit. Gruteri.
(*h*) Idem pag. XLIII. n. 6. verſ. 1. 2.
(*i*) Liv. Lib. XXIII.
(*k*) Gruter. pag CL. n. 9.
(*l*) Idem pag. XLIII. n. 6. verſ. 2.
(*m*) Idem pag. XLIV. n. 1. verſ. 3. & 4.
(*n*) Idem pag. cit. n. 2. verſ. 2. & 4.
(*o*) Idem pag. XLVI. n. 11. verſ. 2. & 5.
(*p*) Idem pag. XLVIII. n. 5.
(*q*) Idem pag. XLIX. n. 1. verſ. 9.

(*r*) Idem pag. LIX. n. 8. verſ. 4.
(*s*) Idem pag. L. n. 1. verſ. 2.
(*t*) Idem pag cit. n. 7. verſ. 3.
(*u*) Idem pag cit. n. 9. verſ. 1. & 2.
(*x*) Idem pag cit. n. 8. verſ. 5.
(*y*) Idem pag. LI. n. 1.
(*z*) Idem pag. LIII. n. 10.
(*a*) Idem pag. LII. n. 5.
(*b*) Idem pag. LI. n. 4.
(*c*) Idem pag. cit. n. 6. verſ. 3.
(*d*) Idem pag LII. n. 1. verſ. 4.
(*e*) Idem pagg. XIV. n. 10. XXVI. n. 6. LII. n. 8.
(*f*) Idem pag. LIV. n. 3.
(*g*) Idem pag. cit. n. 5.
(*h*) Vid. Reineſ. Not. ad Epig. 81. 1. pag. 119.
(*i*) Gruter. pag. CXV. n. 3.

cum iſtiuſmodi epigraphas vides, numinis, cui ſuſcipiuntur, vel ſolvuntur vota, nequaquam memorantes, mirum erit ni & aliis nominibus diſpliceant. *Amarantum* etiam ſine aſpiratione ſcribendum erat, ἀμάραντον, quod eſt incorruptum : verum hæc obiter dicta. *Præſidem Provinciæ Tranſpadanæ* vir doctus amplecti minime debuerat; Provincia enim Gallia & Regio Tranſpadana multoties habentur. *Tranſpadanam Provinciam* in veteri monumento nullò reperiemus; neque enim quæ ultra Padum civitates ſunt, in Provinciam unam & ſeparatim adminiſtratam coaleſcebant; nec Tranſpadani, quibus Latinitatis jura Pompejus Strabo multo ante impetraverat, Provincialium nomine cenſeri amplius poterant. Quid autem deformius, quam civitates Tranſpadanas *Coloniarum Juliarum* titulo in hac epigraphe utentes, Romanaque jam civitate per Julium Cæſarem Dictatorem donatas; eodem nihilominus tempore Præſidi parentes, & ſub Provinciæ nomine cenſitas, Reineſium ſtatuere? quid mirabilius, quam Romana nomina præter trita & notiſſima eumdem recipere nulla velle, officium autem adeo ridiculum *Tumviri Trium Provinciarum* in hac Inſcriptione ultro excipere? Singularias omitto ignotas & inconditas; Conſules pariter importune & inepte adſcriptos, & quod caput eſt, ſtylum & formulas minime lapidarias, connexionemque in contextu nullam. (*a*) *Deo Marti Contubernium Marti Cultorum Poſuerunt*, Grammatiſtam expecto, qui mihi explicet : quid cogitarit Velſerus, libenter ſcirem, cum *Poſuerunt* ſcripſit, & *Votum Solvit*, ubi qui ponat vel ſolvat, memoratur nemo. Poſt Camdeni monſtroſa compendia & inconditam (*b*) *Victoriam Noricam*, informis omnino affertur, & involuta : Cohors X. nullo glutine adpoſita; ſtipendia, & centuriæ, Roma, & Cameria extra ſedem, & præter uſum (*c*). Quæ hic bis proponitur (*d*), bis & alibi conſignatur; inconſtanter ubique, ubique perperam : Martiſne, an Imp. Severi res agatur, vix intelligi poteſt; ſed utcumque ſit, Templi Deo dicati Inſcriptio ab Imperatoris præconiis, & tamquam Imperatori addicta incongrue exorditur. *Fundator Imperii Romani* titulus eſt Romanis monumentis omnino ignotus, & quem ingenioſa ac cauta adulatio nequaquam deprompturа fuiſſe videatur. Poſt cognomentum *Martius*, & gentilitium *Vetinus* (*e*), *Mavortius* Ligorianus venit cum *Equite Romano Duplari* (*f*) Equeſtrem ordinem cum duplaribus militibus confundente; deinde ejuſdem *Mavortii* (gentem in Cœlo præclaram puto) Signum, quod a *Servo Tangi Nefas Eſt* (*g*). Eheu quibus me vepribus, quibus me dumetis implicui, cum ad hanc provinciam capeſſendam neſcio quis me Genius bonuſne an malus improvidum, & rei magnitudinem, faſtidium, periculum nequaquam reputantem impulit! quo me in his paginis vertam! Martem ne colam *Conſervatorem Corporis* (*h*), vel *Britovium* (*i*), vel *Dominum* (*k*), vel *Ciradinum* (*l*) Templo erecto, vel *Campeſtrem* (*m*), quem *Decimus* * cognomine, *Praep. Simul Et Camp.* veneratur, cum novitates iſtæ e miſeris omnes manent fontibus, & inquinatis? probenturne mihi (*n*) *Architectus A. F. Danienſis Luſitanus*? (*o*) Valentinus *Coronatus Dac*? Silvanus (*p*) *Idemque Dedicavit* cum nullum verbum præceſſerit? Viri docti, qui ad Gruterum animadverſiones elaborarunt, in Inſcriptione a Pighio, Smetio, Gutenſtenio protecta (*q*) numerales tantum notas arguunt, iiſque multo ſtudio immutatis inculpatam reddidiſſe autumant (*r*) : verumtamen quamvis in literario Senatu primas teneant, multiſque ex eo privilegiis aucti, ornatique ſint, ſpurias iſtiuſmodi natalibus reſtituendi poteſtatem non habent.

Ubi Marti pro Auguſti Salute Votiva ſtatua erigitur, quemnam habere poſſunt locum honorariæ ipſi Auguſto formulæ (*s*), *Felici Fundatori Pacis Republica* Conſervata? non ita inſcribuntur ſtatuæ Deorum : quod ſi Auguſto datam velis, Martis pro ejus ſalute exorati majeſtas minuitur (*t*). *Imp. Auguſtus Divi Juli Fil.* Auguſti formula & genuina appellatio non eſt, ſed *Imp. Caeſ. Divi F. Auguſtus* : *Fundatoris Pacis* (*u*) elogium ſequioris ætatis linguam refert, & ævi Conſtantiniani morem : *Domini Noſtri* illud in monumento a S. P. Q. R. poſito quantum Auguſto conveniat, qui *Domini appellationem, ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruit*, & *Dominum* appellari ſe, *ne a liberis quidem, aut nepotibus ſuis vel ſerio, vel joco paſſus eſt* (*x*), alii judicent. Sequitur Mars *Leucetius* (*y*), & anonymus *D. N. Auguſtus Pius*, & *Vitulus*, qui in Legione XXII. quid eſſet, reticet. Ex *Modii Novantiquis Lectionibus* Novantiqua exinde accedit epigraphe; nam in ea poſt initium ex antiquitate ſumptum de novo videntur eſſe *Mars Militaris* (*z*), & *a ſolo Reſtituit Die* XIII. Repertos in Batavia *Gladiatores* (*a*), Sigla, ut e Jove Pallas, ex Apiani cerebro nata, *Martem Vincium* (*b*) Scaligerianum cum *Incola Cemenaei*, qui Cluverio, de Cemeneleo agenti impoſuit, derelinquamus quæſo tandem : idne in antiquo lapide (*c*) *Seviro Et Incola*? Sponius (*d*) diver-

(*a*) Gruter. pag. LV. n. 10.
(*b*) Idem pag. LVI. n. 1. 2.
(*c*) Idem pag. cit. n. 4.
(*d*) Vid. Eumd. pag. CCLXII. n. 9. & pag. CCLXVII. n. 6.
(*e*) Idem pag. LVI. n. 10.
(*f*) Idem pag. LVII. n. 1.
(*g*) Idem pag. cit. n. 2.
(*h*) Idem pag. cit. n. 4.
(*i*) Idem pag. cit. n. 10.
(*k*) Idem pag. LVII. n. 14.
(*l*) Idem pag. cit. n. 13.
(*m*) Idem pag. cit. n. 12. * verſ. 5.
(*n*) Idem pag. cit. n. 7. verſ. 5.
(*o*) Idem pag. cit. n. 5. verſ. 7. & 11.

(*p*) Idem pag. cit. n. 6. verſ. 3. & 8.
(*q*) Idem pag. LVIII. n. 1.
(*r*) In *Corrig.* pag. CCCXIX. ad Epig. cit. LVIII. 1.
(*s*) Idem pag. cit. n. 1. verſ. 10. 11. & 12.
(*t*) Idem pag. cit. n. 1. verſ. 5. & 6.
(*u*) Vid. Eumd. pag. & n. cit.
(*x*) Suet. cap. 53. in Aug.
(*y*) Gruter. pag. LVIII. n. 3.
(*z*) Idem pag. cit. n. 4.
(*a*) Idem pag. cit. n. 6.
(*b*) Idem pag. cit. n. 8.
(*c*) In cit. Epig. ſub n. 8.
(*d*) Spon. pag. 93.

diverſimode hanc reformat, ſed nequidquam. Mirum quam maxime eſt, ex XL. quæ huic afferuntur Marti votivæ tabulæ, nullam propemodum eſſe, quæ ab Auctore ſaltem non laboret. Quam raro huic Deo dicati lapides occurrant, cum Muſeum inſtruerem, ſatis percepi; votivos enim, quorum exigua ubique eſt copia, ſingulari diligentia perquirens, L. circiter, quo numero collectos alibi non videas, tandem congeſſi; nec ullum tamen Marti ſacratum acquirere hactenus datum eſt.

Venerem (*a*) *Aug. Cum Parergo*, cui *Phiala* & *Tabula*, & *Anulus Aur. Gemma Meliore* datus, venereturne, an ludificet *Aemil. Ruſt. F.* neſcio (*b*). *Veneri Ericinae Votum Solvit* ἄνιε Homericus Pingonii fide: *Felici* facit *Aprilis* (*c*), ignotis Magiſtratibus præditus, & hoc ænigmate ſpecioſus, *Curia*, *O. F. N. D. Reip. Ejuſdem* (*d*). Diverſi generis, hoc eſt, extenſis verbis ænigma adornant Apianus, Pontanus, Gudius, *Venerem Joviam* (*e*) cudentes, & *Magiſtrorum* quicquam ponentium corrumpentes mire formulam, & involventes; quid enim poſt præmiſſa nomina *Heiſce Magiſtreis Aedificandum Coiraverunt* (*f*) ſignificat? & quî cohæreat oratio, ac ſibi conſtet? *Medicus Sacr. Ex Voto* (*g*), non aliter cogmentantur quam ſi *Sacravit* legamus, compendio inuſitato. *Prima Minucia* (*h*) pro *Minucia Prima*; *Viſu Juſſa* pro *Ex Viſu*, vel *Ex Juſſu* mihi non probantur. *Feci Servire Tonantem*, & *Martem Sine Marte Subegi* (*i*), veteres Muſas non olent.

Ad Mazochianam (*k*) devenimus, a Reineſio & Sponio iteratam, quam in multa collocarunt luce Scaliger ad Varronem de Re Ruſtica, Lipſius ad Tacitum, & Voſſius in Etymologico. Quænam hæc non Templi, aræ, ſigni, ſed *Area* Dedicatio? *ædem Concordiæ in area Vulcani dedicatam* memorat Livius (*l*), aream dedicatam qui memoret, non ſuccurrit. Quid ſibi volunt *Definitio Cipporum*, *Area Clauſa Verubus*, & in area *Ara Quæ Eſt Inferius?* (*m*) Sponius, qui *dedicatam* addit *ab Imp. Cæſare Domitiano Aug. Germanico*, Romani Senatus auctoritatem audacter temerat, qui *eradendos ubique* Domitiani *titulos*, *abolendamque omnem memoriam* (*n*) decrevit. *Urbem Neronianis temporibus per Novem Dies arſiſſe* (*o*) Suetonii (*p*) & Taciti fidei derogat, qui dies ſex incendio illi deputant. Lex dedicationis, ne cui liceret intra eos terminos *manere*, aut *negotiari* (*q*), nec linguam veterum ſapit, nec mores. Quam improprie quæſo *Hac area dedicata eſt, ut Prætor Cui Haec Regio Sorti Obvenerit Litaturum Se Sciat!* (*r*) hæccine in antiquo lapide? Ut autem repudietur Inſcriptio, Regionum ſortitio abunde eſt, quæ Prætoribus hic tribuitur: etenim ſortiti Prætores ſunt pro ratione temporum juriſdictiones urbanam & peregrinam; ſortiti ſunt judicia; unde Tullius (*s*) *cum Prætores deſignati ſortirentur, Q. Metello obtigit, ut is de pecuniis repetundis quæreret*; ſortiti etiam ſunt Romanæ ditionis Provincias, quas regerent, & in quibus jus dicerent: at Regiones Urbis nec ſingulis umquam Prætoribus adſignatæ, nec ulli Magiſtratui ſortito traditæ. Reliquas in hac pagina non magni facio: *Capito* (*t*) centum titulis Vulcanum obruit, & in arctum conjicit; inter quas nullius auctoritatis, nulliuſque proventus officium eſt *Procuratoris Ab Epiſtulis* (*u*). Narbonenſis (*x*) informis proſilit, texturaque omnino inſolita, & inconnexa. Poſtremæ (*y*) cum caput (uti patet ubi repetitur) deeſſet, Neptunus præfixus fuit, & ſingulariæ ad calcem perperam additæ. Deturpatæ *Neptuni Conliberto* (*z*), *Homo* (*a*) in agro Bergomate Neptunum colens, *D. Neptuno Contubernio* (*b*), *Portitor Ocriſivae* (*c*) cum mirificis quæ ſubjunguntur adnotationibus, *Arete* etiam *Druis* (*d*) abeant, ac recedant. Smetium & Boiſſardum audiamus, qui *Arulam a Solo* repræſentare non verentur, quamque *Sua Impendia* C. Domitius *Marcus* Donum *Fecit.* (*e*) *Silvanum Cæleſtem* cum *Vergiliano Poeta* (*f*); *Silvanum Dendrophorum* a Publiciis pariter *Dendrophoris* involute cultum, & cum Deum Matre mixtum (*g*); inauditum Conſulem tam ambiguo teſte (*h*), *Pulludium Senem* gratias agentem, longum eſſet excutere (*i*).

Protei more multiplicem induit faciem Hiſpanica, *Libro Patri* (*k*) inſcripta; nam præter ſubnotatos diverſimode etiam exhibuit Apianus. (*l*) Pighii *Signum Sileni & Satyri* (*m*) *Veſponius Didus* (*n*) a Siglero Conſul creatus, Pontani *Orgiophantae* (*o*), nullius patris Filii; *Dii Maximi Bacchus*, & *Somnus* (*p*) valeant ſi placet, & ſecum habitent. *Qui Redditis Sibi Luminib. Grat. Ag. Ex Viſo* (*q*), nec religionem mihi probat ſuam, nec fidem; nam *Viſum*, ſeu

Moni-

(*a*) Gruter. pag. LIX. n. 2.
(*b*) Idem pag. cit. n. 7.
(*c*) Idem pag. cit. n. 6.
(*d*) Epig. cit. ſub n. 6.
(*e*) Idem pag. cit. n. 8.
(*f*) In cit. Epig.
(*g*) Idem pag. LX. n. 1.
(*h*) Idem pag. cit. n. 2.
(*i*) Idem pag. cit. n. 4.
(*k*) Idem pag. LXI. n. 3.
(*l*) Liv. Lib. IX.
(*m*) Gruter. in cit. Epig. ſub n. 3.
(*n*) Suet. cap. 23. in Domit.
(*o*) Gruter. in cit. Epig. ſub n. 3. verſ. 5. & 6.
(*p*) Suet. cap 38 in Neron. Claud.
(*q*) Gruter cit. Epig.
(*r*) Idem in cit. Epig.
(*s*) Tull. *In Verr.* 2.
(*t*) Gruter. pag. LXI. n. 4.
(*u*) Idem pag. LXII. n. 4.

(*x*) Idem pag. cit. n. 5.
(*y*) Idem pag. cit. n. 6.
(*z*) Idem pag. LXII. n. 1.
(*a*) Idem pag. cit. n. 2.
(*b*) Idem pag. cit. n. 4.
(*c*) Idem pag. cit n. 5.
(*d*) Idem pag. cit. n. 9.
(*e*) Idem pag. LXIII. n. 8.
(*f*) Idem pag. LXIV. n. 5.
(*g*) Idem pag. cit. n. 7.
(*h*) Idem pag. cit. n. 9.
(*i*) Idem pag. cit. n. 11.
(*k*) Idem pag. LXVI. n. 3.
(*l*) Idem pag. cit. n. 10.
(*m*) Idem pag. cit. n. 6.
(*n*) Idem pag. cit. n. 7.
(*o*) Idem pag. cit. n. 9.
(*p*) Idem pag. LXVII. n. 8.
(*q*) Idem pag. cit. n. 9. verſ. 5. 6. 7.

Monitum expectare non decebat tam inſigni beneficio affectum; quid eſt præterea * *Legio V. M. P.*? Occurrunt exinde neſcio quam fauſto auſpicio *Manus Ex Voto* (*a*), *Miles* innominatus (*b*), *Serranus Exactor*, qui *Aeſculapio Super Salute Conjugis Benemerentis* (*c*) quid obloquatur, non capio, Mazochianum monſtrum (*d*), & *Donante Coſtutio Cultores Larum* (*e*) nihil agentes. Suſpicionem excitant inuſitatæ oblationes *Enchiridium* & *Anabolium*, quas legitimum non conſequitur verbum *Poſuere*, vel *Dedere*, ſed parum ibi quadrans *Solvit* (*f*). De Reatina (*g*) non liquet, corruptiſſimam ſiquidem ſuſpicor; quem Deum loquatur, fruſtra divinant, & tres Octoviratus incaute admittunt. Pingonium *Chironi* (*h*) ſuo relinquamus: (*Principiamus* cui optet ac ridicule ominetur *Salvos Venire Salvos Ire* (*i*) non conſtat; exhibetur & alibi (*k*) una cum ſororiante altera, in qua pariter prius *Salvos Redire*, quam *Salvos Ire*). Forum Cornelii novimus, *Urbem Corneliam* non audiimus, & *Magiſter*, ſeu *Vici* legas, ſive *Hic*, importune ponitur (*l*).

Fortuna *Ciuer.* (*m*) tam mihi eſt nota, quam *Canabenſes*, & *Magiſtras Primus Incan.* (*n*) nec lucis mihi affulget quicquam ubi *Magiſtratus* cum Cupero legeris (*o*). Quænam inter Deam Fortunam, & *Balingium* neceſſitudo intercedat, idque *Exuſtum Vi Ignis* num reſtituerit *Lupus*, an *Cobors Thracum* (*p*), divinari non poteſt. Fortuna Dacica *Omnipotens* (*q*) fruſtra ſe Leunclavio, Lazio, Cluſio, Reicheſdorfio, Troſtero, Gudio muniit: ad ſuppoſititia ablegavit nihilominus, & jure quidem merito, nec Decebalum veritus Scaliger (*r*), nec Trajanum. Subiraſci mihi nolim Smetium, Pighium, Scriverium, Douſam; Cellarium (*s*) adde, ſi cum adjacente eorum nominibus inſignita idem præſtitero. At miſeri Getæ nomen publica monumenta non ſolent præferre, niſi in abraſione, & litura jacens: *Cives Batavos* (*t*) provinciæ accolas, quam *nobiliſſimam Batavorum Inſulam* Plinius (*u*) vocat, antiquitus appellatos non credam, ſicuti cives Britannos, vel Friſios nemo dixit umquam: Votum *Solvit*, ut ſingularia ſignificat, cum Civibus non annectitur: *Amici P. R.* (*x*) incognita lapidibus formula, intra Romanam ditionem degentes, *viroſque & arma imperio miniſtrantes* (*y*) ſe inſcripſerint; idne etiam in veteri monumento reperiri putemus (*z*), *Batavi Fratres Populi Romani*? tam inepte haud loquuntur marmora; & apud Scriptores quoque *Socios* appellari ceteros populos paſſim videatur, *Fratres* nequaquam. Inſcriptionem ergo cum alia computemus in eadem plane officina cuſa, & adhuc lepidiori Fraternitate prædita, quam Cornelius Aurelius citat, & Cellarius (*a*) itidem amplectitur: *Gens Batavorum Amici Et Fratres Romani Imperii*. Ponaturne Domitio Coactori Pighianus lapis (*b*), an *Fortunæ Primigeniæ*; tam ſciri poteſt, quam quid in eodem ſibi velit, *A. VII. Cæſares*: paſſibus æquis proxima (*c*) incedit: quintam (*d*) ejice: *Jovi Puero* (*e*) ne fidas, nec legitimum credas quem *Nothus* laudat: *Lari Viali*, quem *Ve Proc.* & *Joni* (*f*) deturpant, ne ſacrifices; pluraliter enunciavit Plautinus * *Invoco vos Lares Viales, ut me bene juvetis*. Appium *Auguſtum* Dedicantem (*g*), cum ſequenti (*h*) intrita, & Fortuna *Regina*, *& Sieja* (*i*), & *Fortunis Salutaribus* (*k*) cautius adhibe: Feſtive demum inſcriptum Votum perlege, *Deæ Nemeſi Sive Fortunae* (*l*), & *Virginem Victricem* cum novo *Optione Karc* (*m*) admirare.

Morinorum Coloniam (*n*), etiamſi nummo confirmatam, difficillime admitto; nummum enim nemo vidit, & niſi in Goltzii arca reperire eſt. Morinorum nomine non civitas olim venit, quæ Colonia deducta eſſet, ſed regio, & gens: ita Cæſar (*o*) accipit, cum *omnes copias in Morinos* duxiſſe narrat, & Pomponius *Mela*, qui *Gallicarum Gentium* ultimos Morinos vocat (*p*). *Civitatem Morinorum* memorant *Notitiæ*, ſed quarum ætate Coloniarum Duoviri diu obſolviſſent? Attamen ex hoc tantum capite minime Inſcriptionem rejicerem, quæ incontaminata eſſet, quin una & Coloniam reciperem, Cellario duce; at cum Inſcriptio aliis etiam nominibus improbetur, de Colonia quoque ambigo nullo Scriptore ſuffulta: quid enim eſt obſecro (*q*), *Minervae Curladae*? quid ſunt ſingulariæ ſeptem (*r*) nulla ſignificatione? cur ambigunt de *Punicio* (*s*), *Pynicio*, *Publicio* (*t*), quibus lapis ad ma-

* Gruter. loc. cit. verſ. 5.
(*a*) Idem pag. LXIX. n. 5. verſ. 3. MARCVS . EX . VOTO . Perperam Maffejus *Manus*.
(*b*) Idem pag. cit. n. 7.
(*c*) Idem pag. cit. n. 10.
(*d*) Idem pag. cit. n. 11.
(*e*) Idem pag. cit. n. 12.
(*f*) Idem pag. LXX. n. 8.
(*g*) Idem pag. LXXI. n. 2.
(*h*) Idem pag. LXXII. n. 1.
(*i*) Idem pag. cit. n. 4.
(*k*) Idem pag. MLXXII. n. 10.
(*l*) Idem pag. LXXII. n. 6.
(*m*) Idem pag. LXXIII. n. 2.
(*n*) Idem pag. cit. n. 4.
(*o*) In Not. cit. Epig. repet. edit. Gruter.
(*p*) Gruter. pag. LXXIII. n. 5.
(*q*) Idem pag. cit. n. 8.
(*r*) In *Corrig.* pag. CCCIX. ad cit. pag. LXXIII. n. 8.
(*s*) Cellar. *Geograph.* Lib. II. cap. III.
(*t*) Gruter. pag. LXXIII. n. 9.
(*u*) Plin. Lib. IV. cap. XV.
(*x*) Gruter. in cit. Epig. ſub n. 9. verſ. 8. & ult.
(*y*) Tacit. Hiſtor. Lib. IV. cap. XII.
(*z*) Gruter. in cit. Epig. ſub n. 9. verſ. 7. & 8.
(*a*) Cellar. *Com. in Batav.* Lib. I.
(*b*) Gruter. pag. LXXVI. n. 1.
(*c*) Idem pag. cit. n. 2.
(*d*) Idem pag. cit. n. 5.
(*e*) Idem pag. cit. n. 7.
(*f*) Idem pag. LXXVIII. n. 1.
* *De Helvetia*.
(*g*) Gruter. pag. LXXVIII. n. 5.
(*h*) Idem pag. cit.
(*i*) Idem pag. LXXIX. n. 5.
(*k*) Idem pag. cit. n. 2.
(*l*) Idem pag. LXXX. n. 1.
(*m*) Idem pag. cit. n. 5.
(*n*) Idem pag. LXXX. n. 6.
(*o*) Cæſar Lib. IV. cap. XXI.
(*p*) Lib. III. cap. II.
(*q*) Gruter. in cit. Epig. ad pag. LXXX. n. 6. verſ. 1. & 2.
(*r*) In cit. Epig. verſ. ult.
(*s*) In cit. Epig. verſ. 3.
(*t*) In not. ad cit. Epig. in repetit. edit. Gruteri.

manus eſſe debuit? formula *Ob Honorem* (*a*) complementum adhuc expectat: Sacerdotes *Romæ & Auguſti* (*b*) omine infauſto epigraphas ſignant; nam eo Sacerdotio præditas ſæpiſſime ab aliqua parte laborare animadverti. Paradinus *Claſſem Ravennatium* (*c*) Lugduno intulit, *Palladem Atticam* (*d*) Auguſtæ Taurinorum Pingonius.

Aufuſtius Homuncio Sevir, ut videtur, *Collegii Fabrorum* (*e*) a Juliana vincitur *Indulgentia Medicinarum Infirmitate Gravi Liberata* (*f*): minus uſitata utrobique formula, *Dono Poſuit* (*g*). Nec *Minervae Cabardiacenſi* (*h*), nec *Annonae Sanctae* (*i*) mea profecto thura adolebuntur; ſatis hanc *Menſor* reverebitur, non ædificiorum quidem, ſed *Corporis Piſtorum* (*k*). Inſueta, & vix ex antiquo credibilis Inſcriptio *Te Tibi* (*l*) me adhuc ſuſpenſum habet: idem de *Lucretia Fida* Romæ, & Auguſti Sacerdote, cui *Conventus Bracarauguſtanus* (*m*) gratuito appingitur, & inconnexe. Poetovionenſi *Martialis* (*n*) nihil magis inconditum, & loco minus aptum: certant tamen, quæ variato ſequuntur aſpectu *G. P. P. Serari* (*o*), & *Iſidi Triumphali Baſis*, tantum data ab *Adlectore Collegii* (*p*). *Templum Iſis Exoratae* (*q*) adeat cui libet. Iſidem *Reginam* (*r*), quæ in extremo comitatu viſuntur larvæ, parum decorant: computes ferme inter eas velim L. D. D. D. (*s*) quas cum in Votivis epigrammatis conſpicis, fac tibi caveas, & attente ſcruteris ſingula; ea ſcilicet formula honorarios titulos proprie reſpicit, quibus in municipiorum Foris, in Curiis, in Baſilicis locum adſignabant Decuriones, cum religioſas tabulas Diis, Templiſque devotas vel exhibentium arbitrio, vel Sacerdotum deceret collocari. Solemniores quædam excipi poſſunt publicorum ſacrificiorum memoriam continentes, ut Lugdunenſis illa de Taurobolio, quam Philippus a Turre illuſtravit. Sufficiat ſemel monuiſſe, quod notare multoties poteram; nec tamen pro firma id ſedeat regula: eadem ſigla legitimis titulis injuria ab editoribus affixa aliquando deprehendi, cum a marmoribus exulent. Nemauſenſis Poldi nullus dubito (*t*) quin merum figmentum ſit, lacunis pluribus fruſtra interciſum; apertius patet, quam ut nos remorari debeat. Fuit inter amicos viros, qui de præclara, quæ adjacet (*u*), ambigeret; ſed nihil habet illa non ex integerrima antiquitate petitum, & conſpectus ingentis marmoris, quod bipartitum, & in fabricæ uſum adhibitum Bononiæ vidi, extra omnem aleam ponit. Contra *Bivios* Deos, *Trivios*, & *Quadrivios*, qui hic (*x*) & in Vittembergenſi (*y*) laudantur, nauci facio; nam Trivia Cœlo inſerta nullibi legimus, vel inter Deas habita, & ea conjunctio jocum ſapit: utraque etiam Inſcriptio gryphis involvitur; quid enim eſt *Conſul Germaniæ Superioris* (*z*), & quid *Sal. Jo.* (*a*) deinde * *Idi*? Diu jam e Dacia nullum portentum advenerat, mittit modo (*b*) Alba Julia. Seldeno de Diis Syris tractaturo præluſiſſe videtur Spoletius (*c*). *Bacurdum* (*d*) non exhorreo, ſed proferentem vereor, & bliſtricam clauſulam, in qua explicanda inanem curam viri docti (*e*) collocant.

Deos exoticos, ignotos, & ἐπιχωρίους nequaquam licere aſpernari, Muſeum noſtrum documento eſt, ex quo *Cuſtanus* (*f*), & *Udiſna* (*g*) numquam audita prodibunt. *Eponam* (*h*) cæteroquin miror, quam niſi triplici teſtimonio recitaretur, Hipponam crediðiſſem a Tertulliano (*i*) & Apulejo (*k*) memoratam. Quibuſdam ex his Numinibus menda, & quæ ſocientur involucra, ſæpe fidem adimunt, ut Reſendiano *Endovellico* (*l*), Scaligeriano *Enobolico* (*m*), Smetiano *Dievas* (*n*). Singularitas *Boni Dei Pueri Phoſphori* (*o*), ſuſpicionem ſtatim excitat, ſed injuria; lapis enim etiamnum extat Albæ Juliæ in Dacia, & genuinus eſt.

Num idem de Patavino dici poſſit *Auribus* (*p*) dicato, vehementer dubito: hodie, & a multo tempore non extat; extitiſſe tamen penes Paullum

(*a*) Gruter. in cit. Epig. verſ. 8.
(*b*) In cit. Epig. verſ. 7.
(*c*) Idem pag. LXXX. n. 9.
(*d*) Idem pag. LXXXI. n. 2.
(*e*) Idem pag. cit. n. 4.
(*f*) Idem pag. cit. n. 9.
(*g*) In cit. Epig. verſ. ult.
(*h*) Idem pag. cit. n. 8.
(*i*) In aliæ ſub cit. Epig.
(*k*) In dicta Epig. verſ. 3. 4.
(*l*) Idem pag. LXXXII. n. 2.
(*m*) Idem pag. LXXXIII. n. 4.
(*n*) Idem pag. cit. n. 5. verſ. 4.
(*o*) Idem pag. cit. n. 7. verſ. 5.
(*p*) Idem pag. cit. n. 14.
(*q*) Idem pag. cit. LXXXIII. n. 9.
(*r*) Idem pag. cit. n. 12. 13.
(*s*) In Epig. cit. ſub n. 12. verſ. 7.
(*t*) Idem pag. LXXXIV. n. 1.
(*u*) Idem pag. cit. n. 2.
(*x*) Idem pag. cit. n. 5.
(*y*) Idem pag. MXV. n. 1.
(*z*) In Epig. cit. pag. LXXXIV. n. 5. verſ. 7. 8.
(*a*) In Epig. cit. pag. MXV. n. 1. verſ. 3. * verſ. 8.
(*b*) Idem pag. LXXXV n. 9.
(*c*) Idem pag. LXXXVI. n. 3.
(*d*) Idem pag. cit. n. 9.
(*e*) Vid. not. ad cit. Epig. ſub n. 9. in repetit. Edit. Gruter.
(*f*) Perperam apud Gruter. pag. XCVI. n. 2. a *Sarayna*, & *Panvinio*, & apud Murat. pag. XCVIII. n. 2. at recte in *Muſ. Veron.* pag. LXXXIX. n. 4. ex quo in *Supplement.* ad Claſſ. I. ubi de *Conſo*, *Cuſtano*, &c.
(*g*) Apud Murat. pag. CDLXXX. n. 6. & *Muſ. Veron.* pag. LXXXIX. num. 3.
(*h*) Gruter. pag. LXXXVII. n. 4.
(*i*) Tertull. in Apolog. cap. XVI.
(*k*) Apul. Lib. III. de *Aſin. Aur.* Hujus Deæ equorum præſidis meminere Juven. Sat. VIII. verſ. 157. Minut. Felix cap. XXVIII. Plutarch. in Parallellis, Joan. Roſin. Antiquit. Rom. ex edit. Thom. Dempſteri Lutetiæ Pariſiorum 1613. Lib. II. cap. 20. *de Diis Ruſticis* pag. 192. *col.* 1. D. & alii.
(*l*) Vid. Epigraphes relatas a Grutero ex *Reſendio* pag. LXXXVII. n. 9. 10. 11. 12. & pag. ſeq. n. 1. 2. 3 & e *Scaligero* pag. cit. LXXXVIII. n. 4. 5. 7. 8. quas omnes DEO ENDOVELLICO ſacratas vides.
(*m*) Gruter pag. cit. n. 6. ex *Scaligero*.
(*n*) Idem ex *Smetio* pag. LXXXVIII. n. 14.
(*o*) Idem pag. cit. n. 13. ubi POSPHORO etiam ipſe ponit *Albæ Juliæ in Horto Principis*.
(*p*) Idem pag. LXXXIX. n. 6. ponit *Patavii* apud *Ramnuſios ex Pinello*. „ Scalig. in Indic. Gruter. & Pign. *Epiſt. Symb.* 38. „ AVRES inter DEAS referunt, ſed refutat Reineſ. in Epiſt. „ ad Rubert. pag. 51. ipſe mallit legere MATRIBVS. Sed „ AVRIBVS eſt in Lapide, teſte Urſato. Explico AVRI„BVS BONAE DEAE DICAVIT. Sic Jul. Capi„tolinus Alexandro Severo Imp. *auribus Veneris eos* (duas „ uniones) *dicavit*. Gud. „ Ita in Not. ad cit. Epig. repetit. Edit. Gruteri. Roſinus *Antiq. Rom.* Lib. II. cap. XIX. pag. 185. col. 1. E. inquit: *Aurem memoriæ conſecratam refert Servius*.

lum Ramnuſium, ex ejus MSS. adnotationibus ad margines Scardeoniani exemplaris ſui Patavii didici: verum qui accipiemus [a] *Magiſtra Galgeſti?* & quod Severus *Imperator* Veneris auribus *uniones* dicarit ex Capitolino, veriſimilius non redditur [b], *Bonæ Deæ Auribus* [c] dicatum lapidem a quoquam fuiſſe. Monſtroſa ſuper ceteras eſt Camdeni Anglica [d]; Dacica ſequitur *Matri Aug.* [e] quæ antea *Marti* [f] ſacrata fuerat, ſicut qui ibi [g] *Decurio Coloniæ Apulenſis*, hic [h] *Municipii* dicitur. Dicatam *Matribus* [i] paginam plura de more menda d formant, ut ubi *Poſuit* [k] legitur poſt * *Votum Solvit*; ſed pluſquam menda opinor, *Fanum Dominarum*, quod *Meſtrius Mariinus Piſtor Conſtituit* [l], nihil non novum habens, *Maſenia Bella* [m] *Matri & Patribus* [n] *Ter Megiſte* [o]: De obſcuris, & πολυωνύμοις *Matronis* [p] ſine inſpectione lapidum pronunciandum non eſt; ſed ingratum accidit, cum novitati nominum nova etiam alia adjunguntur, ut *Explorator Legionis* [q], *Ordo Britonum* [r], & ſimilia. *Brittones* [s] iſti valde mihi ſuſpecti ſunt etiam ubi cum * *Triputien* ſociantur, & cum † *Nymphis* N̄. Tres hic breviores [t] a veterum titulorum uſu recedunt. Quid eruerit Grotius [u] e grypho Hiſpanico [x], libenter quidem intuebor. Aras habuerit [y] *Vis Divina* [z], *Genius Numinis Fontis Sermon* certe non habuit; Numinibus enim Genius non adſtat.

De venuſtis Priapi carminibus [a] ſatis diſſeruere viri docti: nihil cæteroquin habent, quod priſcum Auctorem dedeceat: acumen non arripuit; qui in *Corrigendis* pro re ſubſtantiva vocem * *Tento* habendam docet; id ipſum eſt quod innuitur & reticetur; & niſi adjectivum nomen, ac pro *extenſo* eſt, præcedens *ſed* omnino frigeſcit. *Faciendam Dederant* [b] nec lapidaria eſt loquutio, nec Latina. Satis eſt inepta, quam *vidit, deſcripſitque* Smetius [c]: in Cumana *Pilumnus* [d] videtur ſuperadditus. *Lucii Mumii* [e] præclariſſimum titulum haud excluſerim, ſed ambiguæ non uno loco lectionis eſt: obſcurus verſus, * *Cogendi diſſolvendei tu ut facilia faxſeis*, intelligendus forte, † *rogaus, ut exigendi & ſolvendi facilitatem des*. Serani terminalem noſtrum lapidem vetuſtate anteiret, dum extaret; Mumius ſiquidem, qui Corinthum excidit, de Achæis an. V. C. DCVI. triumphum egit. Num vere in marmore lectum ſit ** *Sanco Fidio Semopatri*, ſcirem libentiſſime: *Sancum* quidem novimus, & Decimam, quæ Herculi ſacrabatur, ipſi convenire fatemur; docet enim Feſtus [f], *propter viam ſacrificium fieri, quod eſt proficiſcendi gratia, Herculi aut Sanco, qui ſcilicet idem eſt Deus*. Incerta plura in hac pagina habentur, ut in ſequenti [g] *Febris Diva*, & *Plutoni* gratias referens *Loco Sub Terra Condito*, qui *Periculo Oceani Liberatus* fuerat. [h] Informem, & nihil dicentem cum feminis male conſutis, & aris reficiendis proſcribo. [i] *Dibus Inferis Votum Solutum* Jovis Filiis Zamoſii, ejuſdemque [k] *Menti Fideique*, quæ utinam Inſcriptiones vulgantibus Deæ præſiderent, æquiparo. Templis tituli non præfigebantur marmoreis *tabulis* ſculpti, ut hic de Libertatis æde [l] ſupponitur, ſed Zophoro, aut epiſtylio inſcribebantur. *Quintius* [m] prænomen novum, ut * *Latina* nova tribus pro Palatina fuerit; at tot nominum ævo tribus non memorabantur amplius. In ſexta [n] non cohærent ultima primis. Perdocte, ut ſolet, illuſtravit poſtremam [o] Gualterius [p]: at, cum Concordia Dea ſit, [q] *Concordia Agrigentinorum* ſtatus civitatis videtur eſſe; * *Reſpublica Lilybetanorum* poſt *Sacrum* non ita apte conſequitur; ** *Dedicantibus* non adeo uſitata eſt formula: verum hæc leviora: quomodo in eadem Provincia † *Candidus Pro Conſule*, & neſcio quis * *Pro Prætore*, cujus Quæſtor *Marcellus* eſſet, conjunguntur? ex his magiſtratibus alterutri parebant Provinciæ, Pro Prætore quæ ab Imperatoribus regebantur, Pro Conſule quæ a Senatu, inter quas Sicilia. Hiſpanica [r], quæ bis & varie recenſetur, *Gambara*, Brixiano pago, a Rubeo * ponitur: *Colonia Immunium* (cum multæ in Hiſpania *Immunes* eſſent Coloniæ) & *Pontifex Domus*

(a) In cit. Epig. pag. LXXXIX. n. 6. verſ. 5.
(b) Diverſimode ſentiunt Claſſ. Editores Gruteri 1707. ubi ſupra innuimus ad adnotat. in fin. col. 286. ſub lit. p
(c) Vid. cit. Epig. verſ. 1. 2.
(d) Apud Eumd Gruter. pag. cit. LXXXIX. n. 8.
(e) Apud Eumd. pag. cit. n. 11.
(f) Apud Eumd. pag. LVII. n. 5.
(g) In Epig. cit. verſ. 8.
(h) In Epig. cit. pag. LXXXIX. n. 11.
(i) Apud Eumd. pag. XC. a n. 1. uſque 12. excepto n. 4 6. ubi n. 1. 2. 3 5. legitur MATRIS, in ceteris MATRIBVS.
(k) Idem pag. cit. n. 10. verſ. ult. * verſ. 8.
(l) Idem pag. XC. n. 4.
(m) Idem pag. cit. n. 2.
(n) Idem pag. cit. n. 6.
(o) Idem pag. cit. n. 7. verſ. 3.
(p) Apud Eumd. reperies pag. XCI. omnes Titulos MATRONIS dicatos ſi VI. exceperis.
(q) Idem pag. cit. n. 4. verſ. 2.
(r) Idem pag. cit. n. 6. verſ. 7.
(s) Idem pag. XCIII. n. 5. verſ. 2. * verſ. 3. † verſ. 1.
(t) In cit. pag n. 3 4. 12.
(u) *Ad Martian. Capellam*.
(x) Gruter. pag. XCIV. n. 3.
(y) Idem pag. cit. n. 5.
(z) Idem pag. cit. n. 7.

(a) Idem pag. XCV. n. 3. 4.
* In Epig cit. n. 3. verſ. ult. Vid. not. in repetit. Edit. Gruteri.
(b) Idem pag. XCV. n. 6. verſ. 3.
(c) Idem pag XCVI. n. 3.
(d) Idem pag. cit. n. 4. verſ. 1.
(e) Idem pag. cit. n. 7. verſ. 2. * verſ. 5. † verſ. 4. ** verſ. 1.
(f) V. Propter viam.
(g) Gruter. pag. XCVII. n. 1.
(h) Idem pag. cit. n. 4.
(i) Idem pag. n. 5. verſ. 4. 5.
(k) Idem pag. XCIX. n. 7. ex *Zamoſio* ponit *ad Ulpiam Trajanam*.
(l) Idem pag. cit. n. 11. ponit *Romæ in foro in æde D. Martinæ fragmentum tabulæ marm. quam olim in Libertatis templo fuiſſe veriſimile eſt*.
(m) Idem pag. C. n. 2. verſ. 3. * verſ. 4.
(n) Idem pag. XCIX. n. 6.
(o) Idem pag. C. n. 10.
(p) *Sicil.* pag. 17.
(q) In cit. Epig. verſ. 1. * verſ. 3. ** verſ. 4. † verſ. 5. * verſ. ult.
(r) Gruter. pag CI. n. 3.
* Pag. 246. n. 11. Aldus Manut. pag. 101. n. 4. MS. Gnochi pag. 54. ex quo ego ad Claſſ. III. ubi de *Pontific. & Sacerdotib.* & ibi videſis variantes lectiones a Gruteriana.

mus Auguſtæ maxime hic oculos ad ſe convertunt : tertia [*a*] eſt inter Aſtigitanas, & quarta [*b*] in hac ipſa inſtat pagina ; quæ [*c*] *Argenti P. C.* vel quod idem eſt, *libras* c. loquantur ; beata profecto civitas, cui ſolemnis is numerus, eaque haud contemnendi metalli vis eſſet : Signa *ex Argenti Pondo X.* & *ex Argenti Pondo V.* memorant alii lapides non ſemel in regina urbe, & pro Imperatorum ſalute a collegiis poſita : iſta præterea etiam mira eſt ob Sacerdotium inauditum Divarum Auguſtarum. Ibidem *Spei poſita* [*d*] ſabella, & *Miles Exercitus* SS *Maternius Perletus* ; quo exercitu, & quibus militibus Hircocervi tantum, *flammiſque armata Chimæra* invadi poſſunt. *Spei Virtuti Victoriæ* [*e*], deinde *Nutrici Auguſtæ* [*f*] ſacratæ epigraphæ majori aliquando auctoritate indigent ; ſed nulla [*g*] *Merulæ* ſufficeret *Turpilii* Filio, & *Druſo Filio Fidelis Tribuno Plebis*, *Turrem Cen. Ped.* Victoriæ dedicantibus, etiamſi a tot Scriptoribus, inter quos eſt Reineſius, afferantur, & prædicentur. *Victoriæ de Marcomanis* [*h*], *Victoriae Imperio Nervae* [*i*], *Decebalum Herculem Laceſſentem* [*k*] Lazio, Pingonio, Leunclavio, Reicherſdorfio ſinamus habere. Poſt Sphingem, Solvenſem unde proſilit Dea mira (*l*) *Laurea Auguſta?* [*m*] *Deo tutelæ* melioris vellem ſacrificulos, quam ſint * *Mimographus* [*n*], *Emeritus* [*o*], *Laſcivus*, & [*p*] *Sotti Libertus*, & [*q*] anonymi poſtremi duo. *Romæ & Auguſto* [*r*] quæ afferuntur, infirmi tuentur patroni : *Laevius* [*s*] aram *Romæ Conc.* ponens, *conjugione* urbis dominæ inhiabat? *Deus Aurelianus* [*t*] nude enuntiatus in lapide non minus nove, quam femina, [*u*] *Cui Cenis Publicis Inter Decuriones Venire Permiſſum*, & [*x*] *Scrofa Cum Porcis. Triginta Dono* nemini *Data : Auguſto Deo* habemus in nummis, ſed cum Auguſti Conſecratione. *Compitales Lares*, quos *vernis floribus & æſtivis* [*y*] ornabat Auguſtus, Moralis (*z*) male diſſipat, & non ipſis *Ludos & Epulum* videtur addicere, ſed nova liberalitate *Vicineis*. *Pag.* CIX. tertiam & conſequentes duas habeat qui volet ; & pro

Tom. I.

mantiſſa [*a*] *Conſules*, & [*b*] *Aeternitatem* ejuſdem folii ferat. *Napuca* a Ptolemæo & Legaide Cenſibus memorata, exiguam hic [*c*] fidem exigit, quamvis a Reineſio, & Fabretto integram conſequuta ſit ; nam *Genio Ordinis Quem Hermes Promiſerat*, ita veteri lapide convenit, ut eo loco ſingularia, quæ ſequuntur.

Borvoni Thmonæ [*d*] Geniiſque ſequentibus [*e*] ab incognitis cultis nequaquam fido. *Deo Magno* [*f*] quid conſecrat Hermadion *Patriae Suae* cultor? [*g*] nam *Donum Dat* oblationem deſignat, *Extruxit* Templum, aut quid ſimile. *Neſcania* Bæticæ oppidum, ut aſſeritur, Singili proximum, quod nec a Plinio Hiſpaniam diligentiſſime recenſente, nec a Geographis priſcis ceteris, vel Hiſtoricis memoratum inveniatur, neque adeo in exactis doctiſque Cellarii tabulis deſcriptum ; nam * quater in Inſcriptione una depingitur : verum neque antiqui moris eſt, ut nominatis bis addatur *Neſcanienſis*, nec veteres lapides hæc verba ſonant **, *Quod Donum Ut Conſummari Poſſet* †, *Adjectis Ad Impenſas Operis*, & nihil dicentia *S. N. Cum AL.* Tres aliæ [*h*] iiſdem ſponſoribus recenſentur alibi ex eadem patria : quæ [*i*] *Municipium Felix Neſcaniam* laudat, inſueto tribuitur *Numini Divorum Auguſtorum*. Nimium loci [*k*] *Genio Noricorum*, quem *Maſcellus Maſcellinus* colit, ſubfuiſſet, & nimis amplæ regionis cuſtodia fatigari oportuiſſet : *Genium Jovii Aug.* non agnoſco, & *Porticum Excultam* hic [*l*] non intelligo : *Genio Lavacrorum* [*m*], & *Genio Iſuni Patrono* [*n*] haud lito. Quæ *Medicis & Profeſſoribus* [*o*] clauditur, cur iis indigeat, minime docet ; nec cur Apollinem parum honorifice habeat. *Andacamulenſes* miror *Plutonis Fanum Numinibus Auguſtis* [*p*] dedicantes, & *Campanam Sanctis* [*q*] vel *Sanctis Virginibus* [*r*]. Quid ſentiendum ſit de *Interamnenſi* [*s*] non ſatis liquet ; quin nec liquet quid ſentiant Illuſtratores ipſi, qui ſic exordiuntur : *Elegantiſſima Inſcriptio : expreſſa eſt ex Valerio Maximo* : ſic enim loquentes antiquam ne, an recentem judicent, quis divinet? Gruterus tamquam unam, & *Interamnæ*

T exi-

(*a*) Eſt eadem ſupra cit. ſub n. 3. quam Gruterus ponit *Aſtigi inter Hiſpalim & Cordubam*.
(*b*) Apud Eumdem pag. cit CI. n. 4. qui eam ponit *Martos in Hiſpan. in templo D. Virginis, in marmore quadrato*.
(*c*) Vid. Epig. pag. CI. n. 2. verſ. 3.
(*d*) Idem pag. cit. n. 6. pag. CII. n. 1. 3.
(*e*) Idem pag. CII. n. 4.
(*f*) Idem pag. cit. n. 5.
(*g*) Idem pag. cit. n. 7.
(*h*) Idem pag. CIII. n. 8. ex *Lazio*.
(*i*) Idem pag. cit. n. 4. e *Pingonio*.
(*k*) Idem pag. cit. n. 5. e *Lazio, & Leunclavio aliiſque ut & G. a Reichersdorf. in Chorograph. Tranſilv.*
(*l*) Idem pag. CIV. n. 5.
(*m*) Idem pag. cit. n. 7. * verſ. 3.
(*n*) Idem pag. cit. n. 8. verſ. 6.
(*o*) Idem pag. cit. n. 13. verſ. 3. ſcribit LASCIVOS.
(*p*) Idem pag. CV. n. 1. verſ. 4.
(*q*) Idem pag. cit. n. 2. 3.
(*r*) Idem pag. cit. n. 7. 8.
(*s*) Idem pag. cit. n. 10.
(*t*) Idem pag. cit. n. 13.
(*u*) Idem pag. cit. n. 11.
(*x*) Idem pag. cit. n. 12. verſ. 8. 9. & ult.
(*y*) Vid. Suet. cap. 31. in Aug.
(*z*) Ideſt Ambroſ. de Morales *Chronica Gener. ex Eſpanna* edit. Compluti 1574. refert Epig. heic a Maffejo caſtigatam, & adlatam a Grutero pag. CVI. n. 13.

(*a*) Vid. Gruter. pag. CIX. n. 7.
(*b*) Vid. Eumd. pag. cit. n. 9.
(*c*) Idem pag. CX. n. 1. ubi lin. 11. ſunt ſingularia, Clariſſ. Editores Gruteri 1707. legunt COLONIAE NAPVCAE, ex auctoritate Reineſii in not. ad Epig. 168. 1. pag. 185. & Fabret. item in adnot. ad Epig. 308. pag. 166. qui ait : *Hinc prorſus Reineſius ad Inſcriptionem 168. Claſſ. 1. (ubi v. 6.* COL. NAP.) *haſce ſiglas in Grutero pag.* CX. 1. AVG. COL. N. P. C. Auguſtalis Coloniae Napucae *optime interpretatur*.
(*d*) Gruter. pag. CX. n. 4.
(*e*) Vid. pag. cit. CXI. & CXII.
(*f*) Idem pag. CX. n. 7.
(*g*) Idem pag. CX. n. 9. * v. 1. 2. 4. 6. ** v. 5. † v. 7.
(*h*) Idem pag. CCXLVII. n. 2. CCLVIII. n. 5. & CCCLXXXIV. num. 1.
(*i*) Idem pag. cit. CCLVIII. n. 5.
(*k*) Idem pag. CXI. n. 2.
(*l*) Idem pag. cit. n. 6.
(*m*) Idem pag. cit. n. 7.
(*n*) Idem pag. cit. n. 10.
(*o*) Idem pag. CXII. n. 3.
(*p*) Idem pag. cit. n. 6.
(*q*) Idem pag. cit. n. 13.
(*r*) Idem in not. repet. edit. VIRGINIBVS. ut CCXXI. n. 1. verſ. 10.
(*s*) Idem pag. CXIII. n. 2.

exiſtentem affert ; Mazochius tamquam triplicem, & *Roma* In Tiberii elogio neſcio quid ævi Conſtantiniani videtur audiri ; *Annus Poſt Interamnam Conditam* (*a*) non inuſitate tantum in municipiis additur, verum & unice. De Conſule eraſo Scaliger, Voſſius, Gudius, alii digladiantur (*b*) : mihi quidem nullius laboris, atque inveſtigationis argumentum tabula præſtet, quæ Conſules ſic apponat : *Ad Cn. Domitium Abenobarbum Coſ.* formulam enim minime germinam olfacio ſtatim. Involuta eſt poſtrema (*c*), ac transformata ; ſed quæ (*d*) illi præit, laborat magis, quamvis Jucundi municipis mei nomine munita : *Pro Salute Reditus* lapides non dicunt ; nec etſi *Pro Salute & Reditu Divi Titi* diceret, reciperem ; nam reditus exorari poterat nullus pro Tito jam *Divo*, hoc eſt, poſtquam abierat, unde negant redire quemquam. *Sacrum Numinis* (*e*) per ſe exploditur ; Spoletinus item *Hannibal* (*f*), & *Votis Omnibus Cœleſtibus* (*g*) non expetita, ſed rejecta nænia ; primam, ſecundam, & nonam in hac pagina caute accipe, & e ſequenti Verderianam nihil præſtantem, & *Praeſentibus D. Neronis* (*h*) importune ſignatam pelle.

Quæ *Holocauſtum* (*i*) pluries memorat, hoc ipſo nomine mihi ſuſpecta eſt ; nam penes Romanos holocauſta memorari numquam vidi ; quid etiam hic agatur, non perſpicio : *de opera, quam mactandis victimis* quis *locaverat* (*k*), certe non agitur, ut putant, qui ſubſcribunt : modus neque accepti, neque expenſi ob ſacrificia rationibus deſcribendis quadrat : miri ſunt, qui æruſcatorem, & Pontificia arcana in his verbis vident. Audeamne eximiam illam (*l*), quæ utramque paginam facit, in dubium revocare ? petita prius venia, audebo. Tam longa nominum latercula non *marmorea tabula* (*m*), ſed vel ænea, ut Venetum illud, vel (*n*) quadrata baſi, ut Farneſianum, conſignari ſolent : mirum autem, ampliſſimum monumentum *Columnenſium Palatio* infixum evanuiſſe prorſus, & pluribus Conſulum Collegiis inſigne, quodque eapropter Panvinius, & illius ætatis proceres alii avidiſſime arrepturi erant, & non unis voluminibus oſtentaturi, tam in obſcuro jacuiſſe, ut nec pro ſponſore hic prodeat, recitetur. Nomina recenſentur hominum, qui *ad ampliandum Templum* (*o*) quoddam [illegible] pecuniam contulerant, ii vero Ordo appellatur *Corporatorum* * ; quarum dictionum utraque mihi eſt ſuſpecta : nam *Ordinem* pro Catalogo Latine adhiberi non opinor, ſed pro ſtatu, & conditione civium, ſpeciatimque in lapidibus municipalibus pro Decurionum collectione. *Ordo Epiſcoporum* inſcribitur quidem Pontificialis liber, quem inter Veronenſia anecdota aliquando exhibebo ; at ſeptimo, vel octavo ſeculo exaratus. *Corporatum* pariter pro *corporeo* vidimus, pro ſodalitati adſcripto Reineſius (*p*) unus multoties vidit ; ſed an viderit, an ſomniarit, in ancipiti eſt ; nam ubi *Quinque Corporati Navigantes* (*q*), & ubi *Sevir Corporatus* (*r*) legit, plane ſibi ſomnia fingit : *Patronus Corporat. Ferrariorum* unice profertur in Gruteriana (*s*), ubi nullus dubito *Corpor.* ſcribendum fuiſſe, vel *Coll.* & *Corporis*, vel *Collegii*, ut in ſexcentis aliis legendum. Jam vero deſcripta eſt tabula (*t*) *Antonino III. & Aelio Caeſare Coſſ.* * anno V. C. Capitolino DCCCXCII. quî ergo fieri potuit, ut *Quinquennales* * * ſeculi ſubſequentis, & uſque ad Maximum, & Orfitum poſt annos triginta Conſularibus faſcibus ornatos in eadem appareant ? quî fieri potuit, ut *Patroni* haberentur eodem tempore *Raſianus Geminus*, quem ex Plinii Epiſtola anno DCCLIII. Quæſtorem volunt, & nimis pro ætate illa nominibus auctus *M. Stlaccius Albinus Trebellius Salluſtius Rufus*, quem anno DCCCCXXXIV. Conſulem aſſerunt ? Omitto enumerare quæ in hac Inſcriptione nequaquam congruunt, ſive municipalem, ſive Urbanam velis, & ſive ſacri ſodalitii, ſive civilis ordinis, ſive fortuitæ collectionis nomina continentem. Quis etiam vidit, ubi Quinquennales nominandi fuerint, Conſulatus ejus anni ſingulis præmitti ? nomina ipſa non uno loco diſplicent, ex Egrilia gente, pauciſſimis teſtimoniis vix nota, amplius XL. in hoc epigrammate homines conſignantur. Jam quæ objici mihi videbantur poſſe, propoſui ; quibus id juris eſt, in ſuffragium eant.

Philadelphus (*u*) ex urbe *Cavalla* veniens exulet precor, nec non *apina, tricaque* (*x*), quæ conſequuntur ; nec properantes detineant Boiſſardi, Lazii, Camdeni, Scaligeri, Paradini monſtra (*y*), quibus & *Benacum* (*z*) meum aliena culpa accenſere invitus cogor. Non diſſimulabo, & quod Veſpaſianus *Per Collegium Pontificum Fecit* (*a*), ancipitem me habere ; magiſque *Sub-*

latae

(*a*) In cit. Epig. v. 1. 2.
(*b*) Vid Not. ad cit. Epig.
(*c*) Idem pag. CXIII. n. 5.
(*d*) Hanc pag. cit. ſub n. 4. *Grutero Metellus e MS. ad Franc. Jucundi, qui vidit.*
(*e*) Idem pag. CXIV. n. 7.
(*f*) Idem pag. cit. n. 10.
(*g*) Idem pag. CXV. n. 10.
(*h*) Idem pag. CXVI. n. 3.
(*i*) Idem pag. CXXV. n. 2. v. 4. 6. 7.
(*k*) In not. ad Epig. cit. in repetit. Edit. Gruteri.
(*l*) Idem pag. CXXVI. & CXXVII. ubi *Tabula marmorea parieti Palatii Columnenſium, quod ad Sanctos Apoſtolos eſt, incluſa.*
(*m*) Vid. Fabret. pag. 508. n. 9.
(*n*) Vid. Gruter. pag. CCXXXIX. n. 3. & pag. CCIL. & ſeq.
(*o*) In cit Epig. Columnenſium v. 3. * v. cit.
(*p*) Vid. Reineſ. 139. 1. pag. 170 & not. ad illam Epig.
(*q*) Vid. cit. not. prope fin. ubi Reineſ. legit v. 21. Epig. Gruterianae pag. CCCCXL. 3. ut ſupra in textu Maffeji.
(*r*) In cit. not. idem Reineſ. in fin.
(*s*) Gruter. pag. XLV. n. 8. v. 5. 6.
(*t*) In cit. Epig. Gruteriana pag. CXXVI. & CXXVII. quam expendere pergit Cl. N. A. v. 1. * v. 2. * * v. 6. ROSIANVS,
(*u*) Gruter. pag CXXIX. n. 10. ponit in *Urbe Cavalla Macedoniae, aut Thraciae.*
(*x*) Martial. Lib. XIV. Ep. 1.
(*y*) Gruter. pag. CXXX. n. 4. 5 8. & pag. CXXXI. n. 2. 4.
(*z*) Idem pag. cit. CXXXI. n. 1. Hæc edita eſt a Cl. N. A. in *Muſ Veronenſi* pag. LXXXIX. n. 5. a Grutero varians, mutilior vero apud Murat. pag. LXXXVIII. n. 4. & ex Maffejo ego ad Claſſ. 1. qui l. cit. hæc adnotat : „ Inter „ Epichorios Deos nefas Veronenſibus fuiſſet in hoc Mu„ ſeo Benacum non collocare ; ſiquidem *lacus eſt Italiae* „ *Benacus in Veronenſi agro*, ut Plinius (L. 9. c. 22.) do„ cuit. In S. Vigilii vico perſpicuis undis imminente, & „ ubi univerſi lacus proſpectus ridet, repertum fuit olim „ marmor, & in nobilium Brenzoniorum amœniſſima „ villa ſervatum. Diis accenſebantur lacus eo jure, quo „ flumina & fontes „.
(*a*) Idem pag. CXXXII. n. 4.

latae Sortes (*a*), novo exemplo, inſolito Inſcriptionis modo, & ſuſpenſo, & quam gentilitius *Gallio* & patria Mediolanenſis rurſus arguunt.

Novam rerum ſeriem aggredimur, & a divinis ad humana, Divis tamen Imperatorio faſtigio propriora, non inviti deſcendimus. *C. Julius Cæſar* (*b*) primo, ut par eſt, occurrit: non ille tamen, qui (*c*) *omnium fere oratorum latine loqueretur elegantiſſime*, & de *ratione latine loquendi accuratiſſime ſcripſerit*, ſed umbratilis, & fictitius, nulla magiſtratus, aut dignitatis nota conſpicuus, barbareque, atque inconditе loquens. Nec antiquos lapides viderat, nec Grammaticam vel a limine ſalutaverat, qui informe hoc ſaxum, ad quod miſere impegerunt Sabellicus & Cluverius, confinxit; ſiquidem eam phraſin, *Viam Reddere Rotabilem* Cæſaris ævo adſtruxit, inſuetis etiam compendiis, *Rotab. Redd.* deſignavit, & *Rotabilem*, quæ vox *circumagendam* valet pro *vehiculis adeunda* uſurpavit. Haud multo ſanior videri poſſit loquutio *Viam Integere* (*d*), etiamſi Pareus in Lexicum Criticum derivaverit ex Inſcriptione una, cujus etiam labat auctoritas, quod appareat triplex, ter ſcilicet cum afferatur, varia prorſus ubique comparet. Bona Freheri, Urſtiſii, Gudii, & Reineſii emendantis venia *Numini Auguſtorum Via Facta* (*e*) veterem lapidem habuiſſe non puto. Viam quoque *Auguſtam* (*f*), quam apud Moralem *Denſus Fecit*, ægre admiſerim: *De Clivo Martis In Planitiem Redacto* (*g*) nihil pronuntiare audeo: ſed nimis varie proponitur, & inſueta nimis eſt Inſcriptionis facies.

Majus autem in milliaribus cippis opus & labor. Nullum fere in marmorea, eruditaque ſuppellectili lapidum genus eſt rarius; cum enim non in civitatibus, aut frequentioribus locis, ſed ſecus vias publicas in ſolitariis ut plurimum ſtatuerentur, Imperii Romani vi & majeſtate dilapſa, uniuſcujuſque arbitrio patuerunt, & agreſtium hominum operibus, atque ædificiis ubicumque inſervire ſunt coacti. Nihil propterea mirantur magis docti homines, qui collectionem a me Veronæ adornatam viſum peregre adveniunt, quam decem (*h*) id genus columellas milliariorum numero, & Imperatorum nominibus inſignitas. Sexaginta circiter (*i*) ex toto orbe Romano recitat Gruterus; at quot ex iſtis nullum aliud inſederunt iter quam ad Utopiam ducens! Id primum animadverti volo: ex Italia omni, ubi vias tanto majori ſtudio curabant Romani, & ubi tanto majori erant numero vix Βασιλικαί, ſeptem omnino inter has deprehenduntur milliariæ epigraphæ; contra amplius numerantur, quarum advenit unaquæque *Heſperia*

Tom. I.

ſoſpes ab ultima (*k*). Præterea quæ apud nos in irreprehenſis cippis milliaria epigrammata conſpiciuntur, Auguſtorum nominibus, & numerali nota plerumque rem totam peragunt: in Hiſpanicis & externis aliis prolixa ſæpe elogia texuntur, & civitatis alicujus nomen ut plurimum additur, cujus gratia plures confictos exiſtimo: ſeptem certe ex agro Veronenſi cippos coegi, in quorum nullo Verona conſignatur; millia enim paſſuum a præſtantiori & proximiori urbe in promptu erat intelligere. Puteolana (*l*), quæ * *A Puteol* præſefert, de ſtatu doceat, & veritatem comprobet. Hæc præmiſi, ut conſtet, non ſine circumſpectione *notata* hæc *in ſcriptis lapidibus ſpatia*, ut Quintilianus loquitur, accipienda eſſe.

De numeralibus Auguſtorum notis inter ſe haud congruentibus, quo hactenus Criticorum virum ſtudium omne conſtitit, verba non faciam; obvium enim eſt in exſcriptores hæc ſphalmata refundere, atque ut certatim faciunt eruditi, arbitrio ſuo refingere, & repaſtinare.

Jam magnificum Auguſti titulum (*m*) *Orbem Mari & Terra Pacatum*, *Templumque Jani Cluſum* memorantem, inter milliares computandum eſſe; ſubſcriptus numerus probat. Quis vero loquutiones iſtas tamquam Auguſteas, & lapidarias admittat? *Republica Popли Romani? Republica Optimis Legibus Reformata?* Auguſti ævo *reformare* non eſt *corrigere*: *Superiorum Conſulum Tempore* pro *ſuperioribus temporibus?* præſertim ubi de Viis agitur, quarum ſtratura & reparatio ad Cenſores potius ſpectabat, quam ad Conſules: *Viam Latiorem Longioremque Gadeis Uſque Perduxit?* neque enim dicitur *viam longiorem perducere*, præcipue cum terminus, ad quem perducitur, explicatur; quo ſatis patet quam longa ſit. Cum huic Inſcriptioni ſubſcripſit magnus Noriſius (*n*), uſitata fide magis uſus eſt, quam judicio ſuo.

De Braccarenſi (*o*) cui ſubſcribentes ſinguli commentationes ſuas inutiliter profudere, cum erudito Maſſonio conſentio, qui in *Corrigendis* (*p*) explodit: præter ab eo animadverſa mendacium detegit *Dacici Maximi*, & *Sarmatici Maximi* elogium *Maximino Auguſto*, & *Maximo Cæſari* adpoſitum, cum non filius ſolummodo, ſed & pater in nummis omnibus *Germanici* appellentur: eoſdem titulos recitat alia, quæ mox occurret (*q*), ſed quæ ob illos Patri in eodem lapide bis adtributos, & prolixa nimis in milliari cippo recitatione etiam diſplicet, & monſtruoſo, atque erroneo item fragmento (*r*) ibidem jugatur.

T 2 Deus

(*a*) Gruter. pag. CCXXII. n. 6.
(*b*) Idem pag. CXLIX. n. 1.
(*c*) Cicer. *de Orat.* pag. 230.
(*d*) Gruter. pag. CL. n. 1.
(*e*) Idem pag. CLI. n. 1. ex Frehero, Urſtiſio epit. Hiſt. Baſil. c. 6.
(*f*) Idem pag. CLII. n. 5.
(*g*) Idem pag. CII. n. 7.
(*h*) Vid. Muſ. Veron. in quo XIV. cippos Milliarios N. A. evulgavit pag. CII. n. 3. CIII. n. 1. 2. CIV. 1. 2. 4. CV. n. 1. 2. 4. 5. CVI. n. 1. 2. 3. & 4. &. In not. ad Epig. 3. pag. CII. inquit „ Notum eſt quod D. Auguſtinus (Serm. „ 351. II. II.) quoque memorat viatores antiquitus vidiſſe „ ubique *milliaria lapidea literis plena viam docere* „ *Si ubique erant milliaria lapidea* ex auctoritate D. Auguſtini, quam veneratur Maffejus, non tam pauca, quæ ſuperſunt, etiamſi *unius cujuſque arbitrio* patuerint.
(*i*) Vid. Gruter. pag. CLIII. uſque ad CLIX.
(*k*) Horat. Lib. I. Od. XXXVI. verſ. 4.
(*l*) Gruter. pag. CLVIII. n. 7. * verſ. ult.
(*m*) Idem pag. CXLIX. n. 4.
(*n*) Cenotaph. Piſan. pag. 196.
(*o*) Gruter. pag. CLI. n. 5. ex *Morali*.
(*p*) Pag. CCCXXI. Epig. cit.
(*q*) Idem pag. CLVIII. n. 6.
(*r*) Apud. Eumd. pag. CII. n. 7.

Deus immortalis, de pagina CLIII. quid proferam? Auguſtinius (*a*), Surita (*b*), Scaliger (*c*), Cellarius, quam magna nomina! commentitias nihilominus omnes fere, & ſingulas puto. Credat ne qui milliares lapidis novit, quot paſſuum millia *Ad Oceanum* (*d*) haberentur, in iis perſcriptum fuiſſe? ea formula *Ad* in nullo viſa umquam eſt: credat rurſus, millia notari non ab inſigni Urbe aliqua, ſed *a Baete* (*e*) fluvio? & quid eſt *Janus Auguſtus* (*f*), Plinio, ceteriſque antiquis incognitus, atque harum unice Inſcriptionum fide a Cellario exceptus? quis ibi locus *Conſtantiæ Auguſti* (*g*), cui Mariana, Boſius, Gudiuſque ſubſcribunt? Auguſtum Flaminiam viam Arimino tenus muniiſſe, Italiæque reliquas aliis ſternendas diſtribuiſſe, unde numiſmata *Quod Viae Munitæ Sunt*, ex Hiſtoria novimus, Hiſpanicas curaſſe, nullus Auctor docet. Ubinam terrarum fuit (*h*) *Piſoraca?* ubinam gentium mortuus agens, nempe (*i*) *Divus Claudius Iter Reparans?* utque Hiſpaniæ Galliam jungamus, Tiberii, priorumque aliorum Auguſtorum milliarias epigraphas (*k*) maxime ſuſpectas habeas; neque enim munera omnia in ſe ſtatim tranſtulerunt Imperatores, neque viales hi lapides eorum ſtatim nominibus inſigniti. Conſtat ex genuinis omnibus, quos in Italia ſpectamus: ſequioris enim ævi ut plurimum ſunt, ita ut vetuſtior in Muſeo noſtro (*l*) *Trajanum Decium* præſeferat. Nervæ Trajano anteriores perraro profecto occurrant, & ante Claudii Cenſuram (*m*) genuinum oſtendi poſſe nullum arbitror, adeo ut antiquitatis palmam Teatino tribuam ab Holſtenio (*n*) vulgato. Neronis ſequuntur duo (*o*), quos præter alia * *Pronepotis* etiam, & ** *Abnepotis* mentio exſibilat, a Reineſio (*p*) repetita, ſed in Antoninis incepta. *Pronepotem Q. Catuli Capitolini* ſe multo poſt Galba inſcripſit ſub *ſtatuarum titulis* (*q*), ſed non & cujus Abnepos dici vellet, addidit. Quid *Confici Juſſerit* (*r*) Domitianus, non apparet, & *Operis Paterni* nomine etiam intelligi debere, mirum eſt. Gentis vocabulo muneri & officio addictos nominari Latini Lexicographi ignoraverant ante *Publicanorum Gentem* (*s*) in hac epigraphe perlectam: qui autem factum credimus, ut *Publicanos*, hoc eſt, publicum munus exercentes * *Omni Munere Publico Privarentur?* Summas proximas Surita (*t*) colligat: *Generis Humani Amor Et Deſiderium* (*u*) Tito quidem aptatur, at non milliario lapidi. Extat *viam Caſſiam* memorans columna (*x*) Florentiæ in Eccleſiæ majoris *Opera*, quam vocant, & genuina eſt; ſed tres verſus ultimos tempus edax abſumpſit. Emeritenſem (*y*) prolixa Severi ſtemmatis, & proavi, abavi, atavique nominum recitatio infirmat, milliari cippo minime quadrans, & * *Proconſul Iterum* pariter deturpat.

Germanicæ (*z*) itidem quæ ſequuntur, ampliores videntur, quam id genus ſaxis conveniat. Severus (*a*) * *Tribunicia Poteſtate III.* ** *Britannicus Maximus* dicitur, quam appellationem nondum conſequutus fuerat XIII. gerens, ut Romanus Arcus (*b*) literis cubitalibus docet; imo victoriam Britannicam non ante Trib. Poteſtatem XVIII. numiſmata eloquuntur: cum Severo Caracalla conjungitur Trib. Poteſtate XVI, qui XIII. agens patrem amiſerat. *Principi* (*c*) poſt utrorumque præmiſſa nomina ſequi non debuit, ſed *Principibus*: * *Domini Indulgentiſſimi* præconium Severi ætate multo poſterius eſt.

Numerales notas in aliis ne attingamus; ſed *Auguſta* (*d*) nomen in adjacentibus quatuor nude prolatum non arridet; ſolebat enim antiquitus adjuncto ſuo urbs illa indigitari, ut in Tabula Peutingeriana (*e*) apparet: *Auguſta Vindelicum* non arridet, quod *Geta* (*f*) nomen ſingulæ diſerte profiteantur; eradi enim e publicis monumentis parricida frater juſſit, ut in Sponiano Muſei Florentini lapide (*g*) conſpicitur, quamvis Græcus ſit; unde a tot columnis vias militares ornantibus, quibuſque omnium oculis nihil erat expetitum magis, expunctum nequaquam fuiſſe, vix credi poſſit: turbat denique adhuc amplius incongrua formula *Imp. P. Septimius Geta Antoninus*; eum ſcilicet nec ſine *Cæ-*

ſaris

(*a*) Gruter. pag. CLIII. n. 1. 4. *ex Ant. Auguſtini Schedis*, & *Surita*.
(*b*) Idem pag. cit. *e Surita*.
(*c*) Idem pag. cit. n. 3. *ex iis, quæ Scaligero miſſa*. n. 6. ex ejuſdem *Schedis*.
(*d*) Apud Gruter. pag. cit. n. 1. verſ. 5. n. 2. verſ. 7. n. 4. verſ. 7.
(*e*) In Epig. cit. n. 1. verſ. 3. & n. 2. verſ. 5.
(*f*) In cit. Epig. n. 1. verſ. 3. n. 2. verſ. 5. & 6. n. 4. verſ. 5.
(*g*) Idem pag. cit. n. 2. verſ. 9. & ult.
(*h*) Idem pag. cit. n. 7. verſ. 5.
(*i*) Idem pag. cit. n. 9. verſ. 1. & 5.
(*k*) Idem pag. cit. n. 3. 5. 6.
(*l*) Edit. in Muſ. Veron. pag. CII. n. 3. & a Murat. pag. CDLX. n. 4. & contra fidem Lapidis verſ. 3. qua de cauſſa iterum ego ad Claſſ. VI.
(*m*) Vid. Gruter. pag. CLIII. n. 9. de qua ſupra.
(*n*) Ad Cluver. pag. 154.
(*o*) Gruter. pag. CLIV. n. 1. * verſ. 3. & ſub n. 2. ** verſ. 3.
(*p*) Apud Reineſ. varians 79. III. pag. 332.
(*q*) Suet. cap. 2. *in Galb.*
(*r*) Gruter. pag. CLV. n. 1.
(*s*) Idem in cit. Epig. verſ. 4. 5. * verſ. 7.
(*t*) Idem pag. cit. CLV. n. 2. 3. 4. *e Surita*.
(*u*) Idem pag. cit. n. 3. verſ. 4. 5.
(*x*) Idem pag. CLVI. n. 2. ponit *in monte Puleiano in columna publica*; Hanc columnam milliariam ex Tiburt. marmore alt. ped. VII. iterum edidit Gorius *Inſcr. Antiq.* Part. I. pag. 301. n. 34. *Primus*, inquit cit. A. ad hanc Epig. pag. 302. n. 34. *hic via Caſſiæ lapis ſuper octogeſimum, prope montem Politianum repertus eſt*.
(*y*) Gruter. pag. CLVI. n. 9. ponit *Emerita* * verſ. 11.
(*z*) Idem pag. CLVII. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8.
(*a*) Idem pag. cit. n. 1. * verſ. 5. ** v. 4.
(*b*) Idem pag. CCLXV. n. 1.
(*c*) Vid. cit. epig. pag. CLVII. n. 1. verſ. 11. * verſ. 12.
(*d*) Idem pag. cit. n. 2. 3. 4. 5. verſ. ult.
(*e*) „ Peutingeriana Tabula Itineraria, quæ in Aug. Bibliotheca „ Vindobonenſi nunc ſervatur, accurate exſcripta, Numini, Majeſtatique, MARIAE THERESIAE Reginæ Auguſtæ „ dicata a Franciſco Chriſtoph. de Scheyb &c. Vindobonæ „ ex Typographia Fratteriana 1753. „ An. Ch. 393. *Theodoſii M. cura & mandato adnotata, pictaque fuit*, ut a Cl. A. cap. II. ſtatuitur.
(*f*) In cit. Epigraphis pag. CLVII. ſub n. 2. 3. 4. verſ. 11. in Epig. ſub n. 5. verſ 8.
(*g*) Perperam Spon. *Miſcell. Erudit. Antiq.* ſect. x. pag. 369. apud Reineſ. 36. III. pag. 313. mutila, ac plurimis mendis fœdata, & apud Gor. Part. I. pag. 22. n. XXXXI. ad fidem lapidis, & ego ex eo ad Græcas iterum referam.

Geta nomen adeo Antonino Caracallæ fratri exoſum erat, ut etiam in teſtamentis, aut in Comœdiis ſcribi, vel pronuntiari capitis pœna prohibuerit, ut ex Dione in ejus vita.

ſaris titulo, nec cum *Antonini* cognomento, quod numquam aſſumpſit, vel in nummis reperire erit, vel apud Scriptores.

Mirifici homines ſunt, qui epigramma ſextum, (*a*) Severum *Gothicum*, & *Caracallam Arabicum* (*b*) exhibens, reſtituere in *Corrigendis* (*c*) ſatagunt; cum non aliter id conficiatur, quam ejus majorem partem delendo, novamque epigraphen ſubſtituendo: quæ prorſus verba de monſtro gemino (*d*) æque incondito dicta ſunto.

In quinta (*e*), quam Reineſius (*f*) auxit ſuo arbitrio, & minuit, quis eſt *Divus Aurelius Antoninus*, & quam e longinquo Trajanum Caracalla arceſſit! Gallieni (*g*) *Ad Bonum Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ Publicum Converſi* epigramma, quod P. Bandurius (*h*) arripuit, e ſtatis ac ſolemnibus lapidum dictionibus, ſibi ferme nullam ſumpſit: prælongam ſane viam (*i*) *Reſici Imperavit* Gallienus, quæ per ampliſſimas eas * *Provincias* duceret. Ab eadem manu compactam (*k*) eadem Emerita ſtatim offert, Conſtantinum tamquam * *Fidei Auctorem* celebrantem: in illa (*l*) * *Urbe Aedificiis Reſtaurata*, ſcribitur in (*m*), hac *Iter Reſtaurari Fecit*; cum vetera monumenta *Inſtaurare* præſeferant.

Quid de Trajani honoribus (*n*) ſtatuam, fluctuo. Carmina a vetuſtate non deviant, illudque pulchritudine me ſua detinet,

TEMPLVM . IN . RVPE . TAGI . SVPERIS . ET CAESARE . PLENVM

at viventi (neque enim Divus (*o*) inſcribitur) Templa erecta; *Locer* architectus, qui etiam *Dedicavit*, & exemplo alio nullo literæ H. S. F. (*p*) in Indice (*q*) *Hoc Solus Fecit* explicatæ, illaque *Amico Curio* aliquanto turbant.

Municipia Luſitanica (*r*) varie apud varios enunciantur. Inuſitate loquuntur (*s*) *Aquiflavienſes*, qui * *Pontem Nervae Trajano Fieri Curarunt*; ** *De Suo* item addi non ſolet ubi Commune aliquod ponit. Poſtremas duas (*t*) meo periculo præteri, ac neglige, quamvis alteram ut genuinam recitaverit Mediobarbus (*u*); *Rempublicam Scodrenſem* tumulat ne anonymus Imperator (*x*) Benemerentem? eſt ne qui audierit (*y*) * *In Honorem Domus Divinæ Pontem Factum*, aut (*z*) *Pontes Dono Datos*? Quid de Criſpo dicam (*a*) *e Tribu* Voltinia, qui *Pontem Paulo Plebique Sergidavenſi Reſtituit*? crederes furto ablatum antea ignoto illi populo, plebique. Quid monſtri eſt (*b*) *Anno Conſulibus*? quid portenti Elagabalus & Alexander (*c*), ſeu Maximinum & Maximum cum Ligorio (*d*) velis, cum titulis horum omnino nemini congruentibus, & qui * *Littus Ad Labem Ruina Labefactatum a Fundamentis Extrui Curavit*? me miſerum! hæccine eſt, quæ univerſim colitur ac prædicatur, veterum reliquiarum cuſtodia? hæccine incorruptæ antiquitatis ærarium illud, ex quo ſecura manu, & trutina fere nulla pretium, quo doctrinæ laudem merentur, literati homines hauſerunt, atque hauriunt in dies? quo me conferam, ubi pedem figam? Vetuſta monumenta in hac vicinia aptius refert Veſpaſiani Reſcriptum ad Saborenſes (*e*); id ipſum tamen difficultate non vacat. Quinam fuere Saborenſes iſti, *Quartumviris, & Decurionibus* florentes, nec a Plinio tamen, aut alio quoquam memorati? numerales notæ aberrant ſingulæ, ut Maſſonius (*f*) animadvertit. Quid Latine ſignificat, * *Vectigalia Quæ Accepiſſe Dicitis Cuſtodio*? neque Reſcriptorum Principalium ea fuit ratio, neque in iis ** *Decretum* ſubſcribitur, aut *Salutem Dicit* præmittitur, quæ etiam formulæ ſimul eſſe non poſſunt. Exinde veniunt (*g*) *Aqua Vi Ignis Conſumpta*, & *Nundinæ D. Solis* a Conſtantino *Perpeti Anno* conſtitutæ; (*h*) *Civitas a Legione Sicambrorum Aedificata*, & *Auguſto Sacrum Peruſia Reſtituta* (*i*).

De Burgorum ædificationibus ſine marmorum inſpectione nihil ſtatui poteſt: rariſſimi profecto id genus tituli (*k*), & miræ in lapidibus loquutiones, * *Ad Summam Manum* perducere, & Præpoſitus Legionis ** *Una cum Militibus Sibi Creditis*, & Conſules annum ſignantes in ſermonis contextu enuntiati.

Multus foret de percelebri Juſtinopolitana (*l*) mihi habendus ſermo, ni P. Antonius Urſatus (*m*), dignus Sertorii nepos, provinciam occupaſſet, & me

(*a*) Gruter. pag. CLVII. n. 6.
(*b*) In cit. Epig. Gruteri non legitur τὸ *Caracallam Arabicum*.
(*c*) Pag. CCCXXII. Epig. 6. pag. cit. CLVII.
(*d*) Gruter. pag. CLVIII. num. 1. 2. Vid. in *Corrig.* pag. cit. CCCXXII Epig. 2. cit. pag. Gruter. CLVIII.
(*e*) Gruter. pag. CLVIII. n. 5.
(*f*) Reineſ. Epig. 79. 11. pag. 294.
(*g*) Gruter. pag. CLVIII n. 9. ponit *Emerita* verſ. 4. 5. & 6.
(*h*) Bandur. *Numiſmat. Imperatorum Roman.* Tom. I. pag. 177. *Lutetiæ Pariſ.* 1718. in fol. fig. Tom. II.
(*i*) In cit. Epig. verſ. 8. & 9. * verſ. 7.
(*k*) Gruter. pag. CLIX. n. 4. * verſ. 6.
(*l*) Ideſt in cit. Epig. 9 pag. CLVIII. * verſ. 3.
(*m*) In Epig. cit. 4. pag. CLIX.
(*n*) Idem pag. CLXII. n. 1.
(*o*) Vid. Diſſertationem, quam V. C. Sebaſt. Pauli Congregat. Matris Dei & Hiſtoricus Ordinis Hieroſolymitani habuit Vindobonæ coram Eruditis Viris in ædibus Excellentiſſ. Comitis de *Savallà* edit. Lucæ 1722. a Cl. Lithotomo Petro Pauli ejus fratre typis Sebaſt. Dominici Cappuri, cui titulus: *Ragionamento ſopra il Titolo di Divo dato agli Antichi Imperadori*.
(*p*) Gruter. in cit. Epig. verſ. ult.
(*q*) Idem pag. XCIX.
(*r*) Idem pag. CLXII. n. 3. inquit: *In eodem arcu fuere olim tabulæ marmoreæ quatuor, quarum ſupereſt una, digitis aneis affixa, ſic habens:* MVNICIPIA PROVINCIAE LVSITANIAE STIPE CONLATA. &c.
(*s*) Idem pag. CLXII. n. 4. * verſ. 6. & ult. ** verſ. ult.
(*t*) Idem pag. cit. CLXII n. 5. & 6.
(*u*) *Imperator. Romanor. Numiſmata* pag. mihi 154.
(*x*) Gruter. pag. CLXIII. n. 3.
(*y*) Idem pag. cit. n. 5. * verſ. 4. 5. & 6.
(*z*) Idem pag. cit. n. 5.
(*a*) Idem pag. cit. n. 6.
(*b*) Idem pag. cit. CLXIII. n. 7.
(*c*) Idem pag. cit. n. 8.
(*d*) Vid. Gruter. loc. cit. * LITVS Gruter. verſ. 11. & Ligor. verſ. 9.
(*e*) Idem pag. CLXIV. n. 1.
(*f*) In *Corrigend.* pag. CCCXXII. ad cit. Epig. * verſ. 7. & 8. ** verſ. 10.
(*g*) Idem pag. cit. CLXIV. n. 2.
(*h*) Idem pag. cit. n. 6.
(*i*) Idem pag. cit. CLXIV. n. 8.
(*k*) Idem pag. cit. n. 3. 4. * in Epig. cit. ſub n. 3. verſ. 12. & ſub. n. 4. verſ. 9 ** verſ. 6. De burgis, ſive præſidiariis caſtris ſtudio muniendorum limitum a Valentinian. Imp. extructis vid. Ammian. Marcell. Lib. XXVIII. pag. mihi 1767. A.
(*l*) Gruter. pag. cit. n. 5.
(*m*) *Marmi Eruditi* Par. II.

me feliciter prævertiſſet, commentitiam eſſe, multis ac certis ex Hiſtoriæ præcipue fide argumentis petitis perſpicue oſtendens. In ipſo ſtudii lapidarii exordio jam circumferebatur, ut e Feliciano mihi conſtat, qui illam recenſuit, & quidem aliquanto honeſtius; ſcribit enim *Imp. Caeſar. Tr. P. VII.*; & extremos verſus habet minus incongruos. Attamen, ut libere loquar, tam inepta eſt, ut plurimis doctiſque viris, ipſeque adeo Panvinio impoſuiſſe, mirer magnopere. Qui lapidarium regnum percurrerit, & publicarum Inſcriptionum uſum poſt Arcadium, & Honorium in Italia ferme defeciſſe animadverterit, immutataſque ſaltem prorſus ab illa ætate dignitates, & nomina, & morum ac rerum ordinem, ob Italiam a Gothis occupatam, & Imperium ad Græcos ablegatum, ſexti ſeculi titulum cum Tribunitia Poteſtate, & Imperatoria acclamatione V. etiamſi cetera non adeo conciderent, riſu ſtatim excipiat, neceſſe eſt.

De Vitudori muris fabricatis non in baſi, aut tabula, ſed in ipſius civitatis porta incidendus fuiſſe titulus (*) videtur, ut Veronæ Gallienianum ſpectamus: nova loquutio * *Murum Vitudurenſem; Veronenſium Muri* in noſtra ſcribitur, ** *Inſtaurare a Solo* ſibi videtur adverſari: *a Solo Refecerunt* legitur quidem, & alibi (*a*), ſed falſo; marmor (*b*) enim a me inſpectum habet *Fecerunt*. *V. C.* (*c*) ſi *Viro Clariſſimo* legimus, *Provincia Maxima Sequanorum*, cui adnectatur, non habet; ſi *Conſulari*, V præmitti non debuit; neque enim dicitur *Vir Conſularis Provinciæ*: Conſtantius & Galerius non * *Filii Caeſares* inepta, & inaudita formula, ſed *Nobiliſſimi Caeſares* inſcribendi erant.

Miræ admodum ſunt, quæ de Cularone (*d*) portis afferuntur, quas Herculeam, & Joviam vocare Diocletianus & Maximianus juſſerint; non viſis marmoribus nihil pronuntio; ſed ut *Viennenſem Portam* ab urbe proxima admitto, ita *Romanam* miror in civitate trans alpes poſita, & phraſin lapidibus omnino inſuetam, *Muris Inſtitutis*, & obſcuram additionem *Muris Cum Interioribus Aedificiis*. Quid ſi Muros, Portas, & Interiora Ædificia Diocletianus Urbi illi dedit, cur nomen non ab ipſo, ſed a poſteriori Auguſto accepit? Gratianopolin (*e*) ſiquidem eſſe volunt. Quid Puteolanis in mentem venerit, cum alteram ex his Inſcriptionibus miſere etiam deformatam ad ſe converterunt (*f*), profecto non dicam.

Portum Topillam (*g*) cum * *DD.* intempeſtive, *Pro Conſule Auguſtæ Taurinorum* (*h*), Nemeſium *Beticam Gubernantem* (*i*), *Valerianum* incognitam patriam profitentem (*k*), & *Forum*, & *Aedes Quinque* * inſcriptione una *Donantem* cum Plinio ad calcem in *Propertium* mutato, & θαυμασιωτάτου a Reineſio excogitatis *Ciſimbrenſium* Signis; ** Præfectum Urbi (*l*) ſervilibus duobus nominibus * *Euriclem Epitynchanum*, ab Amelovenio arreptum, cum ** *Coll.* pro *Ded.* vel ſaltem *Conl.* nec admodum probo, nec moror.

Lepide Zamoſius (*m*) *Baſilicam* & ſepulcrum una confundit, & Tribunum plebis in Dacia locat. Bina (*n*) quæ conſequuntur monſtra, cum *Omni Sua Re* (*o*) abominor.

Parum habent auctoritatis Tomaſinii (*p*) ſuppleta, & Apiani (*q*) *Horologium Poſitum*. Sepulcralis *Succeſſi* (*r*) importune inter iſtas jacet, Mira deinde deprehenditur inter Mazochium, & collectores Hiſpanicos conſpiratio; utrimque enim *L. Aemilius* (*s*) advenit *Quirina* tribu, avi prænomine * ſingulari honorificentia adjecto, qui tamen non in Conſulem deſinit, ſed in *Scribam*, quod muneris exiguæ ſortis homines ſuſcipiebant apud Romanos: occurrit hic quod neſcio an alibi, *Domo Roma*, & quod certe non alibi niſi ex commento, ut Romanus civis aliarum etiam urbium ſe civem jactet. Quod municeps meus Cornelius Nepos docuit, & præclare Sigonius animadvertit, harum Inſcriptionum artifices ignorarunt; *factum eſſe, ut cum Athenienſes Atticum civem facere ſtuderent, eo beneficio ille uti noluerit; quod nonnulli ita interpretarentur amitti Civitatem Romanam, alia aſcita*. Inficete profecto tot in Romano Aemilio noſtro civitates agglomerantur; *neque enim*, Ciceronis (*t*) relatu, *jure Quiritium idem duarum civitatum civis eſſe potuit*, nedum multarum: mirifica etiam conjunctione (*u*) *Carthaginenſis* idem erat, & * *Argivus* & (ubinam gentium ignoratur) ** *Sicellitanus*, & † *Aſotanus*. Ignoratur etiam ubi *Municipium Cartimitanorum* fuerit, quod Mazochius pariter & Hiſpani proferunt; involuta admodum oratione, & prolixa.

Nihil dicentia, & parum probanda in hac (*x*) & ſe-

(*) Gruter. pag. CLXVI. n. 7. * verſ. 6. ** cit. verſ.
(*a*) Idem pag. CXCV. n. 11.
(*b*) In Muſ. Veron. pag. LXXIX. col. 2. & ex eo ad noſtram claſſ. VI.
(*c*) Vid. cit. Epig. Gruteri pag. CLXI. n. 7. verſ. ult. * verſ. 5. 6.
(*d*) Idem pag. CLXVII. n. 1. 2. in Epig. 1. verſ. 4. legitur CVLARONENSIBVS. in 2. verſ. 3. CVRALONENSIBVS.
(*e*) Vid. Scalig. not. Gruter. pag. CCCVI. ad Epig. 1. 2. cit. pag. CLXVII.
(*f*) Capac. *Hiſtor. Neap.* L. II.
(*g*) Gruter. pag. CLXVIII. n. 2. verſ. 3. * verſ. 6.
(*h*) Idem pag. cit. n. 3.
(*i*) Idem pag. cit. n. 4. verſ. 2.
(*k*) Idem pag. cit. n. 5. in qua verſ. 1. VALERIANVS CISIMBRENSIS. * verſ. 2. ** Vid. Not. ad hanc in repetit. Edit. Gruteri.
(*l*) Idem pag. cit. CLXVII. n. 7. * verſ. 1. ** verſ. 1. in ſiniſt. lat.
(*m*) Idem pag. CLXXI. n. 2. ponit *Tord. Tranſiluan. prope ruinas*.
(*n*) Idem pag. cit. n. 2. 4.
(*o*) Idem pag. cit. n. 5. verſ. 7. & ult.
(*p*) Idem pag. CLXXII. n. 7. Hanc Tomaſin. c. de Teſſeris 2. ſupplet.
(*q*) Idem pag. cit. n. 12. *ex Apiano*.
(*r*) Idem pag. cit. n. 8. verſ. 2.
(*s*) Idem pag. CLXXIV. n. 3. *e Morali*. n. 4. *e Manutio & Mazochio*; * verſ. 1. vid. pag. CCCXLIX. n. 1.
(*t*) *Orat. pro Cæcin.*
(*u*) In cit. Epig. 3. pag. CLXXIV. verſ. 3. * verſ. 4. ** verſ. 3. & in Epig. 4. * verſ. 10. ** verſ. 6. † verſ. 7.
(*x*) Idem in cit. pag. CLXXIV. n. 1. 9. 10.

& ſequenti pagina (*) fragmenta tranſmitto. Veronenſi (*a*) ab Apiano primum editæ injuria Panvinii nomen ſupponitur: deformationem quamdam opinor eſſe nullius frugis: *Collegium Dendrophororum* (*b*) in nulla ex genuinis noſtris hactenus vidimus (*c*); *Herculem*, & *Omphalem* (*d*) nec in alienis (*e*). *Aquæ Virginis* Inſcriptionem (*f*), quæ in arcu Maximo eſſe debuit, ad *hortulum Colotianum* deveniſſe, mirum videri poſſit. Quid autem in ea eſt * *Arcus Ductus?* & ubinam legitur, Caligulam aquarum ductus *Diſturbaſſe?* quin de eo legitur (*g*), *inchoaſſe Aquaductum regione Tiburi*: ſi huic titulo fidimus, fundamenta ipſa ſubruiſſe Cajum oportet; nam Arcus per ipſum *Diſturbatos* Claudius (*h*) *a Fundamentis Novos Fecit*, cum Suetonius contra inter præcipua ejus opera computet, quod Aquæductum perfecerit (*i*) *a Cajo inchoatum*.

De Athenarum nomine Mediolano (*k*) appicto Scaliger (*l*), Salmaſius (*m*), aliique (*n*) diſceptant: ego aliquanto majorem in monumento auctoritatem deſidero, quam ab Apiani ſolo nomine conciliatam: nova enim loquutio * *In Novis Athenis*, proprio urbis nomine nec indicato, & nova religio. *Aquaductum* Dedicare: qui dedicabat, adeſſet ipſe oportebat; Antoninum autem Conſulatu ejus III. Mediolani fuiſſe docet nemo. *Portam Sucronenſem* (*o*) ne ingrediamur, nec *Thermaſque civitati Remorum Conſtantinus* junior non extruxit, aut dedit, ſed *Pro Solita Liberalitate Largitus Eſt* (*p*): Quomodo enim Remenſium Thermarum Inſcriptio emerſerit Romæ? * *Sempiterni* epitheton lapis habet nullus, neque *Thermas Peractas*, aut formulam ** *Fiſci Sui Sumptu*; cum enim Imperatores *ſua impenſa*, vel *ſuo ſumptu* factum eſſe ajunt, intelligi contra volunt, e patrimonio privato ſuo, non e Fiſco ſeu pecunia publica, quam ut Reipublicæ adminiſtratores habebant in poteſtate, factum eſſe. Secundam (*q*) neglige, & reliquas hujus paginæ, ſequentiſque (*r*) primam emenda, ac reſtitue ſi ex marmorum fide potes; interpolatas enim, & commixtas fere omnes (*s*) opinor.

Sanari an emendatione ulla poſſint Segovienſis (*t*), & Patavina (*u*), tum quas Schottus (*x*) & Ruſſatus (*y*) tradunt, neſcio: poſſe tertiam (*z*) & octavam (*a*) cenſeo. Recentium Poetarum carminibus (*b*) non erat hic locus: tetraſtichon (*c*) viſebatur olim apud Colotium, ut ex Boiſſardo (*d*); occurrit pluries inter Inſcriptionum veterum collectiones; noviſſime *exſcripſit* Sponius (*e*), tranſcripſit Montfauconius; ab elegantia jure merito laudatur quamvis mirifici quiddam continere mihi videantur *cuſtos* qui *dormit*, *dormiens* qui *ſentit*.

Imperator *Claudius* (*f*) ludos in Hiſpania ſimul cum privatis duobus communi *impenſa* faciens perperam excogitatus eſt. Laziano fragmento (*g*) de * *victo Decebalo* fides non eſt adhibenda: reconcinnatum a Panvinio exhibetur infra (*h*); cui Baronius, ceterique acquieſcentes, belli Dacici epocham male collocarunt, ut oſtendit Noriſius in *Epiſtola Conſulari* (*i*): qui tamen incaute Inſcriptionem a Panvinio *confictam* dicit; neque enim confictam vocare poterat, quam ibidem ipſemet a Lazio antea recitatam docet: dicere ergo voluit refectam, & in numeralibus præcipue notis ex ingenio emendatam; quod quidem fieri numquam nolim, etiamſi ab Inſcriptionum editoribus perpetuo fiat. Tria in hac pagina (*k*) Scaligero monſtra miſſa.

Fruſtra Gudius Digeſta torquet, & Ulpianum ſubſidio advocat, ut *Cæſari Deſtinato* (*l*) patrocine-

(*) Gruter. pag. CLXXV. n. 4. 7. 10.
(*a*) Idem pag. cit. n. 6. ponit *Verona ex Apiano & MS. Onufrii*.
(*b*) Idem pag. cit. n. 8. verſ. 4.
(*c*) Maffeius ipſe *Inſcript. Var.* pag. CCCCLXXVII. n. 10. exhibet Epig. prope *Puteolos* repertam, in qua verſ. 1. CONLEG. DENDROPHOR. ad ſpurias non reiiciens. In *Nov. Theſ.* non pauca epigrammata, in quibus hujuſmodi Collegium Conſtantinus M. Aug. An. Chr. 319. (*ut eſt in* Cod. Theodoſ. L. 14. Tit. 8. l. 1.) mandavit, *ut in quibuſcumque oppidis Dendrophori fuerint, Centonariorum, atque Fabrorum*. Neque hoc Collegium Reineſium 40. 139. 277. 283. 1. Donium edit. *Florentiæ* a Gorio 1731. V. 216. VIII. 29. IX. 5. 7. 32. & ipſum Gorium Par. III. pag. 260. n. 189. non aufugit.
(*d*) In cit. Epig. Grut. pag. CLXXV. n. 6.
(*e*) N. A. ineditum Titulum evulgavit in Libro, qui inſcribitur: *Oſſervazioni Letter.* &c. *T. VI. p.* 301. *in Verona* 1740. iterum *Inſcript. Var.* pag. CCLXXXVIII. n. 8. quem

OMPHALE . HERCVLI

CASSIA &c.

FECIT

Muratorius vitiatum ex *Ficoronio* pag. XCV. n. 1. at emendatum ex Maffejo rurſus pag. MCMLXXXV. n. 4.
(*f*) Gruter. pag. CLXXVI. n. 5. verſ. 3.
(*g*) Suet. cap. 21. in Calig.
(*h*) In cit. Epig. verſ. ult.
(*i*) Suet. cap. 20. in Claud.
(*k*) Idem Gruter. pag. CLXXVII. n. 4. ponit *Mediolani in æde D. Ambroſii*.
(*l*) V. de *Emend. Temp.* f. 450. & in Euſeb. f. 197.
(*m*) Ad *Hiſt. Aug.* f. 51.
(*n*) Sed in primis Cluv. Ital. Antiqu. f. 212. „ Mediolanum * ſic dici exiſtimat propter literarum ſtudia, quæ recte Plin. Epiſt. IV. 13. ad Tacitum, ibi floruiſſe dicit „ ut adnotatur ad hanc in repetit. edit. Gruteri.
(*o*) Idem pag. cit. CLXXVII. n. 5.
(*p*) Idem pag. CLXXVIII. n. 1. ponit *Romæ*. * verſ. 1. ** verſ. 4.
(*q*) Idem pag. CLXXVIII. n. 1.
(*r*) Idem pag. CLXXIX. n. 1.
(*s*) Vid. pag. cit.
(*t*) Idem pag. CLXXX. n. 4.
(*u*) Idem pag. CLXXXI. n. 5.
(*x*) Idem pag. cit. n. 7.
(*y*) Idem pag. cit. n. 9.
(*z*) Idem pag. cit. n. 3.
(*a*) Pag. cit. n. 8.
(*b*) Idem pag. CLXXXII. n. 2. 3.
(*c*) Vid. Epig. cit. ſub n. 3. Gruter. ponit *in viridario* Romani *quondam Cardinalis S. Clementis Trans Tiberim*. & hæc in not. in repetit. Edit. *Hoc Epigramma recenti marmori nuper inciſum, in hortulo Colatiano, ad aquæ Virginis ductum, quem aquæ digitus per canalem educitur, collocatum eſt: ſed an vere antiquum ſit, & in vetuſto marmore alibi olim extiterit, neſcio*. Smetius.
(*d*) *Top. Urb.* p. 106.
(*e*) Miſcell. Erudit. Antiq. Sect. II. Art. VII. & col. 721. *in Utrinſq. Theſ. Antiquit. Rom. Græc. Nov. Supplemen. congeſt. a Jo. Poleno* Vol. IV.
(*f*) Gruter. pag. CLXXXVIII. n. 9. ponit *Caſtuli in Hiſpania*.
(*g*) Idem pag. CXC. n. 1. *e Lazio*. * verſ. 3. & 4.
(*h*) Idem pag. CCXLVI. n. 6. *ex Panvinio*. * verſ. ult.
(*i*) Noriſ. pag. 64.
(*k*) Gruter. pag. CXC. n. 8. 9. & 10. *ex eis, quæ miſſa Scaligero*.
(*l*) Idem pag. CXCI. n. 3. verſ. 3. vid. quæ ſubnotantur in repetit. Edit.

cinetur; nam tutores deſtinabantur quidem, non *Cæſares*, & Severus atque Antoninus unico nomine nimis familiariter compellantur. Monſtro adſtante (*a*) rejecto, plures jam antea vidimus. In ſequenti (*b*) quintam & ſeptimam omitte. *Ornatui Dedit* (*c*), & *Bono Publico Dedit*, ut explicatur, mihi parum probantur, & niſi alio teſte *Flamonium* (*d*) laudetur, a me vix recipietur. Arpinatem facundiam haud equidem refert balbutiens Arpini titulus (*e*), ut nullum verbum connectens. Subjectis illuſtrationibus nobilitatur poſtremus (*f*), & Reineſii (*g*) adoptione: nihil tamen vel magis inconditum excogitari poteſt, vel magis ineptum. Quænam Romani compendii ratio * H H . S S . pro *Haec Saxa?* quænam votivi & antiqui epigrammatis formula, ** *Haec Saxa Erigunt?* qui autem erigunt? nomen apparet nullum. *Acta* pro littore, ac ſi lapidibus Græcum id verbum, ut Poetam (*h*) decuit, conveniret. *Hipponam* equis præſidentem memorant Tertullianus & Minucius Felix: Reineſius hic novo modo conſecrat; nam in gentem *Egnatiam* infert, & *Nympham* (*i*) creat, ac cum *Neptuno* & *Cerere* ſociat.

Pomerii Terminos, quos dum *Collegium Augurum Reſtituendos Curavit* (*k*), ſuos ipſum fines terminoſque egreſſum videtur eſſe, Hadriani Proconſulatus dehoneſtat; neque enim memini ante Septimium Severum genuinum videre lapidem, in quo Auguſti *Pro Conſulibus* nuncupentur. *De Terminis* (*l*) inter Hiſpaniæ civitates a Cellario laudatis quid ſtatuam, non habeo; neque enim acerbe & dure abrogare velim, neque ſecure colere rei novitas ſinit: *Fines * Terminoſque* a Proconſule *Statui Juſſos* (*m*) duo habent extra aleam lapides, non *Terminus*, nec *Terminus Proconſularis* ut hic eſt (*n*) *Auguſtalis*: habent etiam inter *Ateſtinos Et Veicetinos*, non inter *Ateſte & Vicetiam*. Mira quoque convenientia inter illa (*o*), *Heinc Pacenſes * Heinc Eborenſes*, & veterrimam, quæ a Strabone & Plutarcho memoratur ad *Joniæ & Peloponneſi* fines columnam. Adde quod Diocletianus * *Jovii*, & Maximianus ** *Herculei* titulis nec in numiſmate ullo, nec in lapide, aut monumento ſincero alio viſi uſquam ſunt, quod ſciam. Apiani (*p*) *Aratro* ne hunc agrum proſcindas; & tres Hiſpanicas cum *Triſinio* (*q*), & *Profutura* (*r*), & *Mutatione Oppidi* (*s*) admirare.

Sequuntur præclariſſima *legis Thoria fragmenta* (*t*), Sigonii (*u*) beneficio; Gruterus *Agrariam* vocat, quo nomine cum aliis confunditur, & præcipue cum percelebri Tiberii Gracchi. Perinſigne item monumentum (*x*), quo de finium *Controverſiis* inter *Genuateis & Veiturios* cognitum eſt: vulgavit ante alios Tacuinus (*y*).

Rem miram dicere videar, ſi duo (*z*) inter hæc documenta ampliſſima, & magnorum nominum ſilva (*a*), Morillonio, Pighio, Capaccio, Fabricio, Smetio, Briſſonio, Scaligero, Salmaſio, Gudio ad calcem munita, ſuſpecta mihi eſſe dixero. Sed locus ipſe primum, in quo viſebantur, ne vir doctus aliquis, ingenium verſatile, & rerum antiquarum notitiam amicis oſtentare volens, has epigraphas luſerit, facit ut verear: videntur etiam non in *marmorea Tabula*, ſed in ænea, ut acta ſolebant, conſignari debuiſſe. Jam vero priori epocha præfigitur omnino inſueta (*b*), *Ab Colonia Deducta Anno* XC. nihil frequentius canerent monumenta municipalia, ubi deductis coloniis epochas condendi mos in Italia viguiſſet. Alia ſuperadditur temporis nota mire prolata, nempe a Romanis Conſulibus, ſimulque a Duoviris Municipalibus, & his quidem primo loco poſitis. Subjectæ annotationes errant; nam *Colonia civium Romanorum* deducta eſt Puteolos P. Scipione Africano iterum, Ti. Sempronio Longo Coſſ. (*c*) anno Urbis Capitolino DLIX. Varroniano DLX. *Rutilius* autem & *Mallius* (*d*) ab Inſcriptione recitati incidunt in annum DCXLVIII. vel DCXLIX; quo tempore quinam loquendi, quinam ſcribendi obtineret modus; & quam ab hoc varius, Sigonianæ (*e*) paulo ante præmiſſæ leges teſtantur. Inſcriptio ſequitur *Lex Parieti Faciundo*: novum videtur, faciendi operis deſcriptionem, vel ſi mavis, Inſtrumentum, pacta, quibus ſtandum erat, conſtituens, nuncupari *Legem*. At *Parietem Faciundum*, ictu oculi factum vides; nam conſequitur *Paries Qui Eſt Propter Viam*, deinde quid in hoc pariete fieri deberet, documentum omne continet, ita ut rubrica *Legis Parieti Faciundo* nequaquam quadret. Prolixo ſingulatim expendendo documento ſuperſedeo; ſed qui faciet, nihil agi intelliget, cum quia Κύμματα & χύλα quædam nihil fere dicunt; tum quia non cohærent partes, nec reſpondent ultima primis, nec quid demum faciendum eſſet, omnino eruitur: (*f*) *Serapi* in lapidibus

(*a*) Gruter. pag. CXCI. n. 4.
(*b*) Idem pag. CXCII. n. 5. & 7.
(*c*) Idem pag. CXCIII. n. 2.
(*d*) Idem pag. CXCV. n. 5. *ex Bongartio, & Cluſii Schedis*.
(*e*) Idem pag. CXCV. n. 15 ponit *Arpini*.
(*f*) Idem pag. cit. n. 16.
(*g*) In Not. ad Epig. 25. 1. pag. 62. ubi deeſt ult. verſ. Gruteri. * verſ. 3. in Gruter. & Reineſ. & ſic lecta in not. ** in cit. not. in repet. Edit. Gruteri.
(*h*) Virg. Lib. V.
(*i*) Reineſ. ad Epig. cit. pag. 62. in not. prope fin.
(*k*) Gruter. CXCVIII. n. 1.
(*l*) Idem pag. CXCIX. n. 2.
(*m*) Vid. pag. CXCVIII. n. 6. verſ. 4. & 5. * Hæc in Muſ. Veron. pag. CVIII. n. 1. at varians ex eodem in *Supplem.* ac Claſſ. VI. ad fidem lapidis.
(*n*) Gruter. pag. cit. CXCIX. n. 2. 3. vid. *Cenotaph. Piſan.* p. 458
(*o*) Idem pag. CXCIX. n. 4. verſ. 15. * *In averſa parte* verſ. ult. * verſ. 4. ** verſ. 6.

(*p*) Idem pag. CXCIX. n. 5. verſ. 3.
(*q*) Idem pag. CCI. n 5.
(*r*) Idem pag. cit. n. 6. verſ. 2. 3.
(*s*) Idem pag. cit. n. 7.
(*t*) Idem pag. CCII.
(*u*) Lib. II. cap. II. *de Antiq. Jur. Italiæ*.
(*x*) Gruter. pag. CCIV.
(*y*) Vid. ſupra col. 177. & 178. not. (*e*) alios, qui hujuſmodi perinſigne monumentum ediderant.
(*z*) Gruter. pag. CCVII ponit *Neapoli in domo Hadriani Guilielmi ad S. Joannem Majorem, Tabulam marm. in tres paginas diviſam*.
(*a*) Vid. in not. in repetit. Edit. Gruter.
(*b*) In cit. Tab. verſ. 1.
(*c*) Livius Lib. XXXIII.
(*d*) In cit. Tab. verſ. 3.
(*e*) Apud Gruter. pag. CCII. & CCIII.
(*f*) *In pagina prima* cit. Tab. pag. CCVII. verſ. 6.

dibus pro *Serapidi* eſt, numquam pro *Serapidis* : (*a*) *Duoviratus* quis umquam audiit? non magis certe quam verbum (*b*) *inaſſerare*, quod ab hoc titulo recens Calepini editio ſibi ſumpſit. Quod vero ab altera marmoris parte inſcriptum erat de (*c*) *M. Conjuncto*, qui *Iter Texit Et Tectum*, meras nugas agi confirmat.

Ab eodem Auctore & ſubſequens epigramma (*d*) concinnatum eſſe vehementer ſuſpicor. In eo (*e*) *Subpraefectus Claſſis* judicum aſcendit ſubſellia, & de civili ac religioſa diſceptatione ſententiam fert; ſtylo tamen plane militari; nam agrum, de quo controvertitur, & emptori aufert, & venditori, involuteque proſſus loquitur, & inconnexe : in eo autem nec militarem ſervat morem, nec forenſem judicum, quod tamdiu blateret, & tanta verborum ambage pronunciet. Quam diverſa in Romanis judiciis ratio obtineret, ſententiarum formulæ docent Pandectis, & Codici interſperſæ: nulla tres verſus excedit : uſitatiores; (*f*) *Fundum ſecundum legem Domini eſſe* : (*g*) *Uſuræ, ſi quæ competunt, uti præſtentur* : *Quæ bona fide accepiſti, ſolve* : (*h*) *Solve quod petitum eſt*. Hujus autem ſententiæ contextum attente evolve, ſibi nequaquam conſtare deprehendes, & præcipue ubi inopinato neſcio quid (*i*) *In Re Præſenti Lituratum* inſpicit judex, & ubi (*k*) *Propter Neglectam Religionem Sepulcrorum* (*l*) *Heredes Mulctantur Sorte Una Cum Anatociſmo Binae Centeſimae Uſurae*; cum nec de Sorte ulla, nec de uſuris lis eſſet, aut mentio eſſet habita. Phraſes vero iſtas judiciales, an militares velimus eſſe? (*m*) *Probavit Et Meruit Sententiam* : Sententiam (*n*) *Titulo Proſcripſit* : (*o*) : *Sepulcra Facta* : (*p*) *Conjuncta Lib. Nep. Pronep.* (*q*) *Pauperes Milites* cum iis, quæ ſequuntur, lapidem demum documenti clauſulam nota (*r*) : *Idque Totum Teſtatur Marmor*.

Ex eodem Regeſto Tarraconenſis ſententiæ fruſtum (*s*) erutum videri poſſit, cum in eo *Imp. Caeſar P. Helvius Pertinax Principis Senatus* dignitate augeatur, & cujus notæ ænigmaticæ apprime doceant * *Compaganos Rivularenſis*.

In eximia Maffeji Cardinalis Tabula (*t*) diſplicuit primo intuitu municipalis *Dictator* ; at incidi non multo poſt in Milonem, M. Tullio docente, *Dictatorem Lanuvii* (*u*). De *congiario vaſe* (*x*) a Villalpando in Ezechielem (*y*) illuſtrato, quo Publicorum Operum ſeries clauditur, non liquere ajo, monumento non inſpecto, nec tamen auſim proſcribere, ut ab aliis factum.

Cenſus modo inſtituendus, ſeu percurrendus a nobis eſt, quo auguſtius nullum : Auguſti enim ipſi rerum domini, quibus Romanus olim orbis paruit, ordinatim prodibunt, & nomina, titulos, acta eorum ſinguli profitebuntur.

Principio infauſtis avibus Imperii conditor Cæſar quibuſdam titulis per Gruterum appingitur : neque enim (*z*) *in Apulia aut Calabria novam Civitatem Zmyrnæorum*; neque Bovinas Inſcriptiones (*a*) cum * *Bello Caeſaris Et Patriæ*, neque (*b*) *Veneri Ceſtum* tam intempeſtive *a Matronis Donum latum*; aut (*c*) *Treverorum Ingreſſum* a Scaligero, Frehero, & Barthio (*d*) tam miſeriter protectum; aut (*e*) *De Allobrogibus* triumphum, aut (*f*) *Juſtitiae C. Cæſaris* a nemine poſitum monumentum recipiet profecto, qui cum lapidariis Muſis aliquod commercium habet.

De (*g*) *C. Octavio* anceps hæreo; nam, quidnam iſtuc monumenti ſit, non intelligitur, & Proconſulatus turbat, quem Auguſti pater non obtinuit, cum Macedoniam Prætor adminiſtraverit, non Pro Conſule : valde tamen Auguſtinio * placuit. Singularis propemodum *Brixienſis* (*h*) eſt; in qua Auguſtus duas tribus profitetur : protulit Panvinius neſcio a quo deceptus, & viris Doctis pluribus multa inde eruendi argumentum dedit; ſed pro mero commento habendam, tam certum eſt, quam quod certiſſimum : etenim Auguſti nomina numquam ea formula conſignata ſunt, & cum Cæſar Auguſtus dicitur, non *Caii Filium*, ſed *Divi* nuncupare oportet. Auguſto Cæſari in lapide tribum appingi omnino diſſonat; id enim privatis quidem hominibus honori erat, at in ſummis, & ejuſmodi faſtigii viris non reperietur. Tribum etiam duplicare inauditum : quod Fabianos & Scaptienſes *tribules Auguſti* Suetonius appellarit, intelligi poteſt, quod una ante adoptionem, altera poſt illam tribu ſit uſus. Unice *Minucius Macer* (*i*) duas pariter tribus jactans ex eadem civitate, & ex eodem auctore affertur : ſed cum hoc marmor non abierit in ven-

(*a*) *In pagina tertia* cit. Tab. verſ. 8.
(*b*) *In pagina ſecunda* cit. Tab. verſ. 1.
(*c*) In not. ad hanc in repetit. edit. Gruteri ad fin. ubi legitur : *In altera marmoris parte literis grandioribus*.
(*d*) Gruter. pag. CCVIII. ponit *ibidem Tab. marm.*
(*e*) loc cit. Tab. verſ. 5. 6 & 7.
(*f*) *L. Lucius Titius. D. de Legat.*
(*g*) *L. in Sent. D. de re Jud.*
(*h*) *L. ult. Cod. de Sentent.*
(*i*) loc cit. Tab. verſ. 22.
(*k*) Verſ. 30. 31.
(*l*) Verſ. 29. 30.
(*m*) Verſ. 6.
(*n*) Verſ. 7.
(*o*) Verſ. 27.
(*p*) Verſ. 27. 28.
(*q*) Verſ. 32.
(*r*) Verſ. ult.
(*s*) Gruter. CCXIX. n. 1. * verſ. 10.
(*t*) Idem pag. CCXIV. * verſ. 8. DICTATORE. In not. DICTATOR Albanus CCCV. 10.
(*u*) Pro *Milone*.
(*x*) Gruter. pag CCXXIII. n 3.
(*y*) „ T. III Part. II. Lib. III. cap. 25. vultque cit. A. ex eo uno (ſuelt ex Congio æreo apud A. Colotium) „ ad Colonias Pop. Rom. tranſmiſſas omnes illius regionis menſuras, omniaque pondera ad normam Romanorum exacta. „ Alii tamen dubitant, an ſit genuinus congiarius antiquus, „ putantque ſuppoſititium eſſe. Ita in not. Gruteri ad hunc.
(*z*) Idem pag. CCXXV. n. 1. ponit *Malphiæ in Apulia, aut Calabria in baſi*.
(*a*) Idem pag. cit. n. 2. * verſ. 10. 11.
(*b*) Idem pag. cit. n. 3. verſ. 7. & 8.
(*c*) Idem pag. cit. n. 4. verſ. 2. & 3.
(*d*) Vid. not. ad cit. Epig. 4. in cit. Edit. Gruteri.
(*e*) Idem pag. cit. n. 5.
(*f*) Idem pag cit. n. 6.
(*g*) Idem pag. cit. n. 7 ponit *Brixiæ ex Panvinio* * Dial. X. pag. 264. VI *In Roma* 1736. in f. in quo mutilior Gruteriana.
(*h*) Gruter. pag. CCXXVI. n 3. & in Append. *Muſ. Veron.* pag. CXCIX. col. 2. at varians in 1. verſ. Vid. *Supplem.* ad Claſſ. XXIV. ubi inter ſuppoſititias recenſeo, & Not. Maffeji ad hanc l. cit.
(*i*) Gruter. pag. CMXVIII. n. 16. ponit *Brixiæ ex Panvinio*; at ple-

ventos, ut anterius, ſed exiſtat, monui jam *Antiquam Veronæ Conditionem* exponens, *Poblicium* tantum, non & *Fabiam* in eo ſpectari.

Hiſpanica (*a*) multo tolerabilius in Collectione alias memorata recenſetur; nam cum Conſulatu XIII. Tribunicia Poteſtas XXI. non XXXIIII. conjungitur, & *Victori* ſcribitur, non *Victoriae*; quamvis deinde a Duoviris tollatur alter de medio. Quæ Urſini ſchedis imputatur (*b*), nihil eſt. Imputatur iiſdem & Ara Auguſti a *Sacerdotibus Bonae Deæ* ſtatuta, quam finalis præcipue clauſula dehoneſtat, * *Communi Populi Voto Ravennates*, ** ſuppoſita explicatio, quæ civitatem Ravennatum ſine magicis artibus Romæ inſertat, urbemque auget XXV. * Regione. Mirus fuit Lipſius, qui (*c*) *Caeſarem Caeſari* redditum intellexit, & illuſtravit; mirus Goltzius, qui (*d*) *Flamen* * *Divae Auguſtae* creavit & invenit. Cardinalis Noriſius (*e*) *Caeſareum* legit, & pro Templo accipit, ut *Auguſteum*; at nullo exemplo; nec eo nomine Auguſtus ſatis indigitatus fuiſſet, nec *Auguſto & Coloniai* inſcriptas ædes invenias.

Quæ (*f*) *Divo Auguſto* ſacrantur, omittamus; quamvis a *Vitellio* poſita (*g*) exotica forma ſit, & Veronenſis (*h*) ex hallucinatione pendeat, ut ſuo loco oſtendam.

Monumentum incomparabile Ancyranum (*i*) non continet *Breviarium Imperii*, ut præſcribitur, ſed *Indicem Rerum* ab Auguſto *Geſtarum*: ſecundum fuit *e tribus voluminibus* ab eo relictis, quod in *aneis tabulis incidi* (*k*) mandavit. Livia Tiberii mater quomodo in publicis tabulis enuntiaretur, conſtaret; dum Græcus, qui in Muſeo Veronenſi (*l*) proſtat, de ipſa titulus mancus non eſſet, ac mutilus: ſic inſcribi conſueviſſe plane haud crediderim (*m*), *Juliae Aug. Divi F.* incondita enim fuiſſet appellatio: numiſma eſt *Divae Juliae Auguſti Filiae* ob adoptionem in gentem Juliam: in eadem epigraphe *Tiberium Conſervatorem*, & *Pontificem Caeſarum* rejiciamus.

C. Caeſarem Augurem ſuum quoque Cenotaphium dicit, non item *Pontificem* ut *Callaecia*, (*n*) tam nude & inſolite enuntiat; utque (*o*) *Epoſterovidi Pronepos* dicunt.

Municipium (*p*) *Albenſe Varcaonenſe* redibit aliquando (*q*) *Albengenſe* in *Urgavonenſe* commentatum; tam iſta nota nomina antiquis Scriptoribus, & monumentis, quam illa. Tiberius poſt adoptionem ab Auguſto impetratam Claudii nomine uſus non eſt, quo hic (*r*) bis affertur. Idem cum Tribunicia Poteſtate, Conſulatu & Pontificatu Maximo, Auguris, XVviri, & VIIviri Epulonis titulos (*s*) profert; qui Imperatoribus adjici plane haud ſolent: quin ubi Tiberius iis Collegiis nomen dediſſet, vix credi poteſt, a Tacito & Suetonio id memorari non debuiſſe. Germanico Caeſari (*t*) bis, Druſo ter (*u*) *Divi Julii Pronepotis* elogium attexitur: at hunc exiguus, ſed integerrimæ fidei lapis, qui Muſeum noſtrum nobilitat, ſic effert:

DRVSO . IVLIO . TI . F
AVGVSTI . NEPOTI
CAESARI (*x*)

quæ genuina Druſi formula eſt.

Caeſarum *Oſſa* (*y*), quæ Marcanova recenſuit ſingula, genuiniſne reliquiis in conſpectum uſque noſtrum venerint, quis affirmet? Tiberii (*z*) illa honorifico epigrammate inſignita vidimus nuper, etiamſi projicienda *in Tiberim* (*a*) populus Romanus effuſo & in defunctum odio flagrans, clamitaverit. Modo Neronis Cæſaris, cujus Quæſtura non conſtat, ſubeunt (*b*), quamvis ejus reliquias ita diſpergi Tiberius juſſerit, *ut vix quandoque colligi poſſent* (*c*). *Agrippina* pariter *Filia M. Agrippæ* (*d*) funebrium titulorum, aut veterum epigrammatum loquutionem *Oſſa* non præferunt. Quid autem dicemus de *Claudio Auguſto*, cui in mentem veniſſe hic (*e*) dicitur *centum millia ſeſtertium nummum decuria Septima fabrum* Municipii Ravennatis donare, ut *memoriam patris ſui* coleret, & *roſas* quotannis *ad monumentum ejus*, quod Romæ in *Martio Campo* erat, ut Suetonius (*f*) docet, deferrent? eam
ſum-

pleniorem refert CDXXXVIII. 8. *ex Manutia & Verderii Schedis*, at non ad finem lapidis; magis vitiatam Murat. pag. DCCXXIII. n. 5. ex *Rubeo*: Recte utique N. A. in *Muſ. Veron. Append* CXCIX. col. 1. & MSS. Petri Gnocchi pag. 22. ex quibus in *Supplem.* ad Claſſ. x. iterum retuli. „ Non defue„ re (ait Maffej. l. cit. in not.) qui verſum ſecundum alla„ etiam tribu infarcirent, & PAB. POB. in publicam lucem „ proferrent. (Rub. *Memor. Brix.* pag. 265. Gruter. pag. cit. 918. 16. & Mur. loc. cit.) „ Hinc exoritur prior, quæ „ viam ſtravit cæteris, quæſtio, nempe unamne præferat in„ ſcriptio tribum, an duas. Hujus quidem perfacilis deciſio „ eſt; extat . . . marmor, & in Brixiæ platea omnium oculis „ perpetuo patet, nec detritum eſt, nec vitii quidquam ha„ bet. Attente inſpexi ſimul cum Cl. Can. Galeardo anno „ 1719. nec *Fabia* tribus veſtigium reperimus „ Accurate hanc Epig. exſcripſit Cl. D. Abbas Gnocchi, mihique perhumaniter cum cæteris aliis Brixienſibus miſit, & in ea τὸ FAB. nullo pacto legitur.

(*a*) Gruter. pag. CCXXVI. n. 8.

(*b*) Idem pag. CCXXVII. n. 1. * verſ. 7. 8. ** Vid. not. in cit. Edit. Gruteri.

(*c*) Vid. pag. cit. n. 3. in not.

(*d*) Idem pag. cit. n. 6. * verſ. 2. FILAMEN. ſed mendoſe.

(*e*) Vid. *Cenotaph. Piſan.* pag. 54.

(*f*) Gruter. pag. cit. CCXXVII. n. 6. 7. 8.

(*g*) In Epig. cit. ſub n. 7.

(*h*) Idem pag. cit. n. 9.

(*i*) Idem pag. CCCXXX. uſque ad CCCXXXIII.

(*k*) Suet. cap. ult. in Aug.

(*l*) Pag. XLI. n. 1.

(*m*) Gruter. pag. CCXXIV. n. 2.

(*n*) Idem pag. cit. n. 3.

(*o*) Idem pag. CCXXXV. n. 5. verſ. 4.

(*p*) Idem pag. CCXXXIV. n. 6.

(*q*) Vid. not. ad cit. Epig. & pag. CCXLIX. n. 3.

(*r*) Apud Eumd. pag. CCXXXV. n. 7. 9.

(*s*) Apud Eumd. pag. cit. n. 8. 10.

(*t*) Idem pag. CCXXXVI. n. 3. 4.

(*u*) Idem pag. cit. n. 6. 7. 9.

(*x*) Edit. in *Muſ. Veron.* pag. XCVI. num. 1. & in *Supplem.* ad Claſſ. IV.

(*y*) Vid. Gruter. pag. CCXXXV. n. 4. CCXXXVII. n. 3.

(*z*) Apud Eumd. pag. CCXXXVI. n. 1.

(*a*) Vid. Suet. cap. 75. in Tib.

(*b*) Apud Gruter. pag. cit CCXXXVII. n. 3.

(*c*) Vid. Suet. cap. 54. in Tib.

(*d*) Vid. Gruter. pag. CCXXXVII. n. 4.

(*e*) Idem pag. CCXXXVII. n. 5.

(*f*) Suet. cap. 1. in Claud.

ſummam poſtquam *Dedit*, rurſus *Liberalitate Donavit*; & ne dum *ſeptima*, ſed & *octava* in eo Collegio *decuria* memoratur, quamvis Claudii ævo Ravenna nondum opibus & frequentia admodum excreviſſet : ita enim accipienda eſſet numeralis illa nullo nixa nomine nota, non pro *octoviris*, vel *ſeviris*, ut infra (*a*) explicatur. Idem Claudius (*b*) ſine prænomine, & cum *Imagine* Imperatoris anonymi ſibi *data*, & cum mira, nihilque dicente clauſula abeat, & recedat : ejuſdem quæ conſequuntur (*c*), quam fidem exigant cum ex ipſis, tum ex exhibentibus conſtat.

Neque ſecus de Juliæ Agrippinæ titulis (*d*) pronuntiandum, quæ nec patrem, nec virum, nec fratrem, eumque ambigue, & occulte, nullo nempe ejus nomine recitato, præſefert. Neronianæ perſecutionis longinquum nimis monumentum (*e*) confinxit, qui ab extrema uſque Luſitania *Provinciam His Qui Novam Generi Humano Superſtitionem Inculcabant Purgatam* ad nos tranſmiſit : rejicere & Scaliger viſus eſt in *Emendatione Temporum*. Moroſus in hac pagina (*f*) videri nolim, ſed in ea quod placeat non reperio; nam & *Caeſaribus* (*g*) generatim ſacrata tabula, & Maffejana ipſa (*h*) a Smetio & Boiſſardo celebrata, & a Fabretto (*i*) laudata minus arrident. Non eſt, cur (*k*) *Cultores Domus Auguſtae* & in aliis lapidibus ſubindicentur; eos enim libens recipio : at non recipio * *Signum* non ipſi Numini, ut mos erat, aut Imperatori ** *Dono Datum*, ſed *Cultoribus*, recipio & Libertatis Signum, at non *Libertatis Reſtitutæ* : Galbam quoque revereor; at † *Galbæ Imperatoris* nomen gignendi caſu a nullo recto pendente, & connexione nulla intruſum minime revereor. *Vitellio Conſuli Perpetuo* (*l*) qui ſubſcriberet, non defuit.

Poſt præclaram Farneſiam baſim (*m*), & eximiam legem Capitolinam (*n*) non ſatis capio, quomodo (*o*) *Tribus Sucuſſana* monumentum ponat, quod Hermes nomine etiam filii ſui *De Suo Facit*, nec quid ſibi velit *Immunitas Sex Centuriarum* eidem *Decreta*. Interpolationum deinde exemplum accipe; nam quæ (*p*) *Ob Vias Urbis Reſtitutas* Senatus Conſulto erigitur, Mazzella & Boiſſardus tamquam a *Senatu Puteolano* (*q*) erectam ſtatim iterant. *Sacrarum Aedium, Rituum Antiquorum*, Cæremoniarum Publicarum *Reſtitutori*, & *Conſervatori* detrimento eſt, quod cum quater (*r*) a Grutero afferatur, diverſa ſemper facie affertur, ita ut quicum contrahendum ſit, neſciatur.

Sacratam Domum Auguſto. (*s*) Antiquariorum filii non admittent. Subſequentem (*t*) multipliciter a Scardeonio, Mazochio, aliiſque exhibitam miror in lapidea fuiſſe baſi, cum tria *Ex Auri Pondo X.* ſigna connotet : at Centurionis fortunas baſis decet, non item ſigna. *Titi Felicitati* (*u*), cum *Divus* jam eſſet, aræ non ſacrabantur (*x*) : quæ autem inter *Titum* controvertitur & * *Tiberium*, utri contingerit, tantumdem reputa.

Singulari propemodum felicitate Inſcriptionem (*y*) e Luſitania (*z*) Reſendius dedit, in qua *decem civitatum* nomina videntur ἀνεγραμμάτως perennaſſe : at recto caſu & Imperatores, quibus ponitur, & Civitates, quæ ponunt, enuntiantur, interque Magiſtratus inanis *Procurator Auguſti Legionis VII.* deſcribitur. *Domitianus* deinde apparet (*a*) nequaquam craſus *, ut Senatus juſſit, ſed minimum ei conciliant auctoritatis *Duoviri Conſtituti*.

E *Flavia Domitilla* (*b*) aliquid eruiſſe Spanhemium (*c*) mirabile dictu eſt; verba enim habet nullo glutine inter ſe adſtricta. *Nervam* (*d*) Conſulatuum numerum * præponentem qui venerentur, non dixerim; nam *Adlectos* novi, *Allectores*, de quibus iterum mentio erit, qui ſint ignoro, & quid illis cum *Silvani Cultoribus*, & cum *Immunibus*. De (*e*) *Nerva Germanico Inferiori* quid dicam? quid de eodem (*f*) *Dacico*, & *Pro Conſule*? mirum hic quam maxime eſt, contra Salmaſium Laziano hoc Inſcriptionis fragmine pugnare Spanhemium, vindicari deinde Salmaſium a Maſſonio Inſcriptione repurgata (*g*) : ego quidem nec teli vicem, nec clypei hunc pro me

(*a*) In not. ad cit. Epig. 5. pag. CCXXXVII.
(*b*) Gruter. pag. CCXXXVIII. n. n
(*c*) Apud eumd. pag. cit. n. 2. 3. 4. 5. 6.
(*d*) Idem pag. cit. n. 7. 8. Adde illam, quam ponit *Mo·onii in Hiſpan.*
(*e*) Idem pag. cit. n. 9. *ex Sebotti M·tellique Schedis in ruinis pagi Marqueſiæ in Luſitan.* mutilam & variantem a noſtra in *Supplem.* ad Claſſ. IV. ex *Walchio* retulit.
Non paucis ſuſpecta fuit præterquam Scoligero a N. A. laudato, Scriverio, Ceilingio, Clerc, Ittihgio, Fleetwodio, Fabricio, &c. qui ceteroquin nullam dubitandi rationem, præter Cuperum, & Guitlerum [*Siſtem. Theolog. Prophet.* pag. 491.] demonſtrarunt. At vero genuinam tuetur Jo. Ernestus Walchius in Libro, qui inſcribitur: *Marmor Hiſpaniæ antiquum vexationis Chriſtianorum Neronianæ inſigne documentum, illuſtratum, & viro celeberrimo Antonio Franciſco Gorio &c. conſecratum*. Jenæ 1750. Et Barthol. Peverellus S. J. in libro, cui titulus: *Iſtoria delle Perſecuzioni fatte alla Chieſa dagl' Infedeli ne' primi IV. Secoli*. Lib. III. n. V. pag. 50. in Venezia 1763.
Hunc lapidem retulerunt etiam Ambroſ. de Morales *Chronica Gener. de Eſpanna* Tom. I. pag. 265. edit. Compluti 1574. P. Halloix *Script. Orient.* p. 299. Adolphus Occo, Paulus Bauldry, & alii.
(*f*) Idem CCXXXVIII.
(*g*) Idem pag. cit. n. 11.
(*h*) Idem cit. pag. n. 12.

(*i*) *Columnæ Trajan.* pag. 206. edit. Romæ 1690. in fol. fig.
(*k*) In cit. Epig. ſub n. 12. verſ. 1. & 2. * verſ. 2. ** verſ. ult. † verſ. 4.
(*l*) Idem pag. CCXXXIX. n. 1.
(*m*) Idem a pag. cit. n. 3. uſque ad pag. CCXLI.
(*n*) Idem pag. CCXLII.
(*o*) Pag. CCXLIII. n. 1.
(*p*) Pag. cit. n. 2.
(*q*) Pag. cit. n. 3.
(*r*) Pag. cit. n. 5. 7. & CCXLIV. n. 7. & CCLXX. n. 2.
(*s*) Pag. CCXLIV. n. 1.
(*t*) Pag. cit. n. 2.
(*u*) Pag. cit. n. 8.
(*x*) Pag. CCXLV. n. 1. * Vid. ad hanc not. in Grutero.
(*y*) Pag. cit. n. 2.
(*z*) Vid. Ant. Luſ. L. 1. c. 21.
(*a*) Gruter. pag. cit. CCXLV. n. 4. * in cit. Epig. ſub n. 2. „ poſt quartam lin. duo verſus ſtudio abraſi, qui fortaſſis „ Domitiani nomen continebant „ Ita in repet. edit. Gruteri.
(*b*) Pag. cit. n. 5.
(*c*) De *Uſu & præſt. Numiſm.* Diſ. VII. p. 620.
(*d*) Pag. cit. CCXLV. n. 7. * verſ. 2.
(*e*) Pag. cit. n. 8.
(*f*) Pag. cit. n. 9.
(*g*) Vid. Corrig. pag. CCCXXVI. ad cit. Epig. CCXLV. 9.

me lapidem ſubire velim; ubi enim in paucorum verborum titulo Trajanum addimus, *Pro Conſule* demimus, & aliud quicquam reformamus, non illa, ſed alia a nobis condita pugnamus epigraphe. At iis etiam emendationibus receptis, quid eſt *Papirius* ſine prænomine, vel cognomine? quid *Augur Sacerdos*? quid *Sacerdos Ex Colonia*? quid *Colonia Savaria*?

Pari pacto Terraconenſis (*a*) procedit; non aliter ſcilicet probari & retineri poteſt, quam ſi ita repaſtinemus, ut aliam conſtituamus; neque enim *Trajano* tantum repugnant omnia, ſed bona Gudii venia & * *Decio*, qui nec ſine *Decii* nomine, nec cum *Domini Noſtri* titulo, aut *Nobiliſſimi Caeſaris* conſpicitur, ſed Imperatoris Cæſaris Auguſti, ut ex nummis conſtat, atque ex hac in Muſeo noſtro milliari columna pulcherrima:

IMP . CAES
G . MESSIVS . Q
TRAIAN . DECCIVS (*ſic*)
P . F . AVG . P . M . TRIB . POT
II . COS . II . PP
XVIII (*b*)

Æque incongruus eſt (*c*) *Agens Per Hiſpanias*, qui etiam in Magiſtratuum elencho ex hoc titulo recenſetur, & Agens *Vicariatum*, ut Gudius * mirifice exponit ſigla V . C. fucum ei fecerunt *Agentes in rebus*, quos in *Sicula Tabula* videmus, quorumque plurima in Theodoſiano codice mentio. Annis (*d*) *ab Urbe Condita* per Mazochium allatis nihil magis inconditum & ineptum.

Neſcanienſes (*e*) haud novimus, nec (*f*) *Populares Provinciae Arevatum*, qui Trajanum colunt *Meritiſſimum De Paterna Et Avita Hiſpania Patria*; & *Parthici* titulo cum Tribunicia Poteſtate XV. quo loco Fabrettus (*g*) *in nullo vel marmore, vel nummo non ſuſpecto titulum Parthici ante XIX. Trib. Pot. reperiri aio*. Poſt eximium (*h*) *Vicorum* Urbanorum monumentum e *Tranſilvania* (*i*) affert Lazius, quæ nihil eſt aliud quam *Romana* (*k*) antea poſitæ deformatio. *L. Aelius* (*l*) ſine patre *Filius*, & *Pro Conſule* non ſine cautela adhibendus eſt; etenim minime idoneos ſponſores habet. De (*m*) *Matidia Filia*, eademque (quod Hiſtoricis non conſonat) *Antonini matertera*, quid ſtatuam, non habeo: Sueſſanorum nomine camdem affert e Capacio (*n*) Reineſius (*o*): at inſolitum eſt matrem, aviam, ſororem laudare, propriumque nomen reticere. Velſerus in Auguſtanis *Matidiae Divae Matidiae Filiae* teſtatur legiſſe; ſed *Trajani Abnepti* addidit, cum ejuſdem neptis fuerit, ſicut & *Marcianae* Trajani *ſororis*.

Puteolis mira hominum genera conſpirant (*p*) *Socii* * *Lictores Populares Denunciatores*. Quinta (*q*) initio peccat, & ſub finem *Flamonio*, & *Annona*; ſeptima (*r*) fine tantum.

Antonino in Hiſpania honorando (*s*) *Principi Optimo, & Sibi Chariſſimo* dant operam plures, quos inter * *Celſus Conſul Legatus Pro Pratore Provincia Dalmatia*. *Viatores* (*t*), *Qui Caeſaribus* præſto eſſent, audierat nemo; multum illos jactari oportebat, cum etiam * *Conſuli & Pratori* iidem *Apparerent*, ut in hoc epigrammate dicitur.

Antonino (*u*) itidem num *Mirobrigenſium Municipium* fecerit, an *Licinianus*, neſcimus; ut neſcimus quidnam *Municipii* (*x*) fuerit *Aminai*, ubi (*y*) *L. Verus Pontifex Maximus* invitis nummis creatur. *M. Aurelium* (*z*) *Veri* cognomento Hiſpalenſes colunt; ſed is titulus diverſa ſtatim facie iteratur (*a*), & diverſa itidem oſtendunt Reineſius *, & Sponius * *. *Cives VE.* (*b*) informem afferunt: *Tarraconenſem* (*c*) merito Smetius notat: Subſequentem (*d*) reformare opus eſt, ut recipi poſſit.

Rempublicam Urſonenſium (*e*) cum *M. Aurelio. Socero*

(*a*) Gruter. pag. CCXLVI. n. 3. * Vid. not.
(*b*) Edit. in *Muſ. Veron.* pag. cit. n. 3.
(*c*) Vid. cit. Epig. pag. CCXLVI. 3. * Ad hanc in not. repetit. edit. Gruteri.
(*d*) Pag. cit. n. 1.
(*e*) Pag. CCXLVII. n. 2. verſ. 4.
(*f*) Pag cit. n. 3.
(*g*) *De Columm. Trajan.* pag. 291. Hujus pereximii Monumenti Epig. exhibetur etiam a Grutero pag. cit. n. 4. & hæc ſuper adnotat: „ Columnae Trajani, quae Romae in „ foro ipſius ſtat, inciduntur in circuitu res geſtae ejus „ bello Dacico, & aliis expeditionibus militaribus. Alta „ eſt pedes CXXVIII. praeter baſim, quae cum columna „ efficit CXL. Structa eſt lapidibus XXIV. tantae vaſtitatis, „ ut opus non hominum, ſed Gigantum. Singuli lapides, „ ſive partes columnae, continent gradus octo, per hos „ patet aſcenſus ad ſuperiora, per interiorem partem con„ cavam. Lumen præbent aſcendentibus feneſtellæ XLIV
(*h*) Gruter. a pag. CCXLIX. n. 8. uſque ad CCLI.
(*i*) Apud Eumd. pag CCLII. n. 1.
(*k*) Vid. pag. CLXXXVII. n. 5.
(*l*) Pag. CCLII. n. 2. verſ. 6.
(*m*) Pag. cit. n. 9 ex Schedis Ant. Auguſtini. Vid. etiam n. 10.
(*n*) Lib. II. *Hiſt Neap.* cap. 19.
(*o*) Reineſ. 19. 121. pag. 306.
(*p*) Gruter pag. CCLIV. n. 4. ponit *Malphix in æde S. Angeli, in Tabula marmorea ara S. Franciſci impoſita.* * verſ. 12. 13.
(*q*) Idem pag. cit. n. 5. verſ. 7. 8.
(*r*) Pag. cit. n. 7. Vid. in fin. Epig.
(*s*) Pag. CCLVI. n. 2. verſ 12. 13. * verſ. 10. 11. 12.
(*t*) Pag. cit. n. 4. verſ. 9. * verſ. 10.
(*u*) Pag. CCLVII. n. 2.
(*x*) Pag. cit. n. 11 verſ. ult. AMMAI. Grut.
(*y*) In cit. Epig. quam Gruterus ponit *in oppido Portalegre in Hiſpan. in æde S Spiritus e Schedis* Schotti.
(*z*) Idem pag. cit. CLVII. n. 12. ponit *Hiſpali in foro magni Templi ex iiſdem Schedis*.
(*a*) Vid. pag. CCLVIII. n. 1. ubi ſupra ſcribitur: *Huic ſimile eſt, quod viſitur Tarracone.* * 26. III. pag. 309 * * *Miſcell. Erudit. Antiquit.* Sect. V. col. 1003. in *Graec. & Rom. Graevii & Gronovii Antiquit. Nov. Supplem. T.* IV. *congeſt. a Joh. Poleno*. Ab his toto cælo diverſa exhibetur a Donio 51. V. p. 174. ex edit. Gorii ex Cod. MS. Biblioth. Vaticanæ, & nos ex Sponio ad Claſſ. XV. at non ſine hæſitatione; nam tot lectiones diverſæ nimis ſuſpectum reddunt lapidem.
(*b*) Gruter. cit. pag. CCLVIII. n. 4. verſ. ult. & ponit *Veſontii*.
(*c*) Idem cit. pag. n. 6. ponit *Tarracone in templo veteri D. Thecla ex Apiano, & Scotti, Verderiique Schedis*. „ Suſpecta eſt Smetio (ut recte obſervat Cl. N. A.) ob phraſin ſeculo Antoninianorum minus convenientem „ Ita ad hanc in Grutero.
(*d*) Vid. ſubſequentem ad cit. Epig.
(*e*) Idem pag. CCLIX. n. 2. ponit *Oſſuna Hiſpan. ex Ant. Auguſtini Schedis*.

Socero rideas. Rideas pariter (*a*) *Statuam* a C. Clodio *VI. Praef.* poſitam *Magno* Imperatori *Pro Salute Anniae Fauſtinae*, quamvis (*b*) a Scaligero, Gudio, Holſtenio etiam & Cellario ob *Jaſſiorum municipium*, Fabretto (*c*) illuſtratam, & inauratam: * VI. explicemus *Vigilum*; at nulla, ut alia prætermittam, habetur uſquam *Pro Salute* tabula niſi Diis poſita; nulla, quæ incipiat † *Ex Voto* XXX. nulla, quæ Antoninum Pium *Magnum & Invictum* appellet.

Equites In His Actarius Leg. VII. (*d*) tam nova formula adſcribuntur, ut cum Dempſtero, & Scaligero minime excutere velim num *Aſtarius* vel *Actuarius*, vel quicquid placet, legendum ſit. A *Mazochio & Metello* hauſta (*e*) ſuſpenſos relinquit auditores, & elogium adſtruit ætati parum quadrans. *Fauſtinas* (*f*) *Tarentinam*, & (*g*) *Tarraconenſem*, utpote formam & dignitatem nequaquam ſervantes contemne, & *Sarmizenſem*, (*h*), quæ viri ſui *Marci filia* appellatur, horre.

Mendoſe clauduntur (*i*) quæ ſuccedunt, & (*k*) *Pia* ac *Clariſſima* mendoſe componitur. *Divum Commodum Septimii Severi Fratrem* (*l*) Romæ vidiſſe, narrant Smetius & Gutenſtenius; at ex Hiſtorici loco epigraphen effictam, mihi ſuſpicio quædam ſuboritur.

Camdeni (*m*) *Jovem Ampliſſimum* non moror, nec (*n*) *Rempublicam* * *Ruradenſium*. In nullo quod ſciam monumento viſus uſquam eſt (*o*) *Severus L. Veri Auguſti F.* is ſiquidem Marci filius, non L. Veri appellari voluit, neque tamen auſim Inſcriptionem rejicere, impollutam ceteroquin, & quam a Marcanova jam recenſitam legi. In ſequenti pagina (*p*) quartam & quintam non probo.

Viden modo (*q*) *Rerum Publicarum* agmen turmatim irrumpens? privilegium hocce * eſt Hiſpaniarum ferme peculiare, ut quam plurima ex iis oppidis monumentum ſuum perhonorificum & inſigne oſtentare poſſint: at ubi (*r*) *Geta Severus* pro Septimio Geta, & ubi (*s*) Caracalla cum *Severi* item cognomine ingerantur, & ubi (*t*) *Imperatori Caſari Votum* ſolvitur L. M. P. non acquieſcent profecto rei lapidariæ ſtudioſi: utque ab Hiſpania in Germaniam trajiciamus, fruſtra ut Scaliger (*u*), qui civitatem Badenſem *Rempublicam Aquenſium* dictam contendit, epigrammate nixus *Imperatorem Deſtinatum* ineptiſſime memorante, & fruſtra ſunt * Apianus, Smetius, Scultetus, Barthius, qui eidem fidunt, & Lazius qui æmulatur, ut (*x*) *Rempublicam* condat * LEN.

Inaudita (*y*) *Cohors Baetorum* ubi ſtipendia fecerit, non dixerim; *Publice Erexit*, ut explicatur in Indice *, lapidariam formulam non eſſe, nec lapidarie ſcriptam neſcierunt Scriverius & Junius. *Auguſti Noſtri* (*z*) titulus Severi temporibus nondum in uſu erat; & in uſu fuere numquam Aldinæ ſingulariæ (*a*) cum *Antonino Divo & Imperatore*.

Reſpublica Ulienſium (*b*) ex Cordubenſi Inſcriptione quamvis a Spanhemio & Cellario adhibita, nihil plane acquirit dignitatis; nam * *Curator Annonae Civilis Divi Antonini* a figmento eſt pluſquam Poetico, & ** *Antonini* cognomentum a *M. Aurelio* ridicule diſtrahitur: † *Conſulatus ſextus* inepte Caracallæ affigitur, qui ultra quartum non proceſſit, & ineptius *Tribunicia Poteſtas octava*, patre jam *Divo*, cum XIII. ante ejus exceſſum ingreſſus ſit. Num *Furia Tranquillina* ſit, an (*c*) *Flavia*, num *Gordiani* Senioris, an Tertii conjux quid attinet diſputare? *Ordo Militum & Sumptu Publico Poſuit*, antiquam loquutionem non ſapiunt; *Flopianos* vetus Geographia non agnoſcit; *Illiberitani Devotus* Grammatica non intelligit. Quæ (*d*) ſequuntur *Philippi Imperatoris Nobiliſſimi*, qui Cæſarum titulus fuit, & quam neſcius, utrum ** *Baeterrenſes Septimani*, an *Apiria* vel *Caeſius* nullius *Frater* ponant, exiguam profecto merentur fidem.

Aemilianum Principem (*e*) deinde *Herculem Conſervatorem*, quod Deorum nomina præconiis aliis ſupponi non ſoleant, ægre admitto, & e Diocletiani nummo epigraphen effictam ſuſpicor.

Tres ponunt titulos (*f*) in Apiani primitus Collectione recenſitos *Valentini Veterani Et Veteres*: quinam hi gentium? vetereſne cives hoc nomine veniunt, & novi coloni ex veteranis militi-

(*a*) Groter. pag. cit. n. 8. ponit *in vico proximo Ulpiam Trajanam Zamoſcio*.
(*b*) Vid. ad hanc not.
(*c*) *Column. Trajan.* pag. 246. * In cit. Epig. verſ. 8. † verſ. 1.
(*d*) Pag. CCLX. n. 1. verſ. 11. 12. 13.
(*e*) Pag. cit. n. 4.
(*f*) Idem pag. cit. n. 8. ponit *in agro Tarentino ex Job. Juvenis Antiq. Tarentinis*.
(*g*) Idem pag. cit. n. 10. ponit *Tarracone in adib. Job. Cond. ex Morali*.
(*h*) Pag. cit. n. 13.
(*i*) Vid. pag. CCLXI.
(*k*) Idem pag. cit. n. 3. ponit Romæ *in S. Potentiana e Mazochio*.
(*l*) Idem pag. cit. n. 5. ponit *Romae in adib. q. Job. Coritii in foro Trajani, in baſi marm. quadrata*.
(*m*) Pag. CCLXII. n. 3. ponit *in Anglia Comitatu Richemond, in baſi Statuae Commodi Herculeo habitu e Camdeno*.
(*n*) Pag. CCLXIV. num. 3. ponit *apud Vacceos Hiſpan. ex Morali* * verſ. 6.
(*o*) Pag. CCLXIV. n. 5.
(*p*) Pag. CCLXV. n. 4. ex *Camdeni autographo*, n. 5. *ex Apiano*.
(*q*) Pag. CCLXVII. n. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9.
* Quinque ex his extant in Hiſpaniis, VIII. *Colonia Agrippina*, & IX. *in Luenczio Carinth.* in quibus omnibus legitur RES. PVBLICA &c.
(*r*) Pag. cit. n. 2.
(*s*) Pag. cit. n. 7. ubi verſ. 1. 2. M. AVR. ANTONINO (*Caracalla*) SEVERO &c.
(*t*) Pag. cit. n. 4. verſ. ult. V. S. L. M. P.
(*u*) In *Corrig.* pag. CCCVII. ad Epig. pag. CCLXVII. 8. ubi legitur: „ Henr. Sculteius Sileſius, vir Eruditus, deſcripſit ex colu„mna in Marchionatu Badenſi: & ſane propius vero eſt, ut „ *Reſpublica Aquenſium* dicatur Urbs Badenſis, ut indicat „ nomen, quam ut ea reperiatur Coloniæ, (ubi ponit Gru„ter.) quæ non eſt Reſp. Aquenſium * Vid. ad hanc not. pag. cit. in repetit. Edit.
(*x*) Idem pag. cit. n. 9. e *Lazio*. * verſ. ult.
(*y*) Pag. CCLVIII. n. 2. ponit *in lapide trilaterali apud Batavos reperto ex Junio aliiſque*. * pag. ct. ubi P. E. Publice Erexerunt CCLXIII. 2. Vid. de hoc lapide Scriv. *Antiq. Batav.* pag. 184.
(*z*) Pag. cit. n. 3. verſ. 4.
(*a*) Pag. cit. n. 4. verſ. 7. *ex Orthogr. Aldi*.
(*b*) Pag. CCLXXI. n. 1. verſ. 10. * verſ. 13. & ult. ** verſ. 3. † verſ. 9.
(*c*) Pag. CCLXXII. n. 7. Vid. not.
(*d*) Pag. CCLXXII. n. 9. 10. * Vid. Epig. cit. 10.
(*e*) Pag. CCLXXIII. n. 7.
(*f*) Pag. CCLXXIV. n. 1. 2. 3.

litibus ſumpti? at quam nova formula, & quam miris titulis aſſuta? nam * *Barbiæ Orbianæ*, & ** *Hoſtiliani* lapides alibi fruſtra expetitos felix Hiſpania ſtatim profert; & *Orbianæ*, quam Alexandro numiſmata adſerunt, *Domini Noſtri Conjux* quomodo inſcribitur, quod elogium Alexandri ætate nondum obtinuerat? illud quidem (*a*) nec *Gallieno* datum probo, nec *Saloninæ*, quæ *Domina Noſtra* mox pariter appellatur. Præteriit me (*b*) *Magnus* Gallienus *Aug.* XI. ſed *Saloninus* non præteriet (*c*) *Nepos* prius quam * *Filius*, cui privatorum more juſta facit ** *Mater Pientiſſima*.

Solemni, communique formula non utitur (*d*) *Senatus Et Populus Saguntinorum*, nec Barcinonenſes (*e*), cum *Optimum Principem Noſtrum* * *Aurelianum* vocant, & ** *Proc.* (quod & in aliis) loco *Pro Coſ.* ſcribunt. Stata verba (*f*) *Devotus Numini Majeſtatique Ejus Illiberitani* male corrumpunt, & loco poſtponendi præmittunt, & * *Dedicatiſſimus D. P.* importune ſuperimponunt. Sed (*g*) *Probi*, (*h*) Taciti, (*i*) Cari, (*k*) Carini, (*l*) Numeriani ſola fere Hiſpania large monumenta ſuppeditat, raro tamen nævo aliquo non inquinata.

Mira eſt (*m*) *Thermarum Antonianarum* * Romæ eruta Inſcriptio, quæ erogationem narrat ** *ob ejus Dedicationem Decurionibus*, † *& Municipibus factam*.

Maximiano Pro cujus *Salute* (*n*) votum Camdenus nuncupet, non apparet. Nihil ſociari diſſimilius poterat poſtremis hujus paginæ duabus; nam quæ (*o*) ad *Magnentium* ſpectat, & Muſeum noſtrum modo nobilitat, * *optima nota*, & perinſignis eſt: contra Hiſpanica (*p*), quæ adſtat, ac Rempublicam *Longe Et Late Auctam* a *Diocletiano* memorat, *Conſtantiumque In Occidente Caeſarem Effectum* quam ridicula ſit, cuivis patet.

Multa eget opera, ut recipi poſſit, quæ (*q*) a Baronio *, & Jac. Gothofredo ** emendatur, ac non ſolum *Valerium Aurelium Conſtantinum*, ſed & *Corpus* continet *Maguariorum Salaiariorum*, & *Dominique Noſtri* elogium extra ſedem locat. Multa pariter, quam (*r*) ponunt *Ordo Poſſeſſoreſque*, & quæ ab aliis Juliani tantum differt. *Juliani* alteram (*s*) ſunt qui reſtituere conentur, & feliciter quidem rem expedient, dummodo dictiones fere omnes auferant, & alias ſubſtituant. Antequam hæc deſinit claſſis, Lazius quiddam addit (*t*), quod in ſcenam favorem ſecum non affert. Quæ vero Βασιλικὰς Inſcriptiones (*u*) claudit, (*x*) & duos Regis Parthici filios memorat, non intelligo qua fieri potuerit, ut Italos & Romanos antiquarios latuerit, cum patuerit Velſero (*y*) & Scaligero (*z*); nec intelligo, cum poſtquam *Arſacis Regum Regis Filius* dictum eſt, addatur *Parthus*, perinde ac ſi nondum natio innoteſceret.

Magiſtratuum ſeriem fragmenta præeunt auro contra æſtimanda Capitolina (*a*): poſt quæ (*b*) *L. Aemilii* & *Scipionis Africani* nomina, quamvis ab Auguſtinio (*c*) perhumaniter excepta, mihi ſuſpecta ſunt: *Paullus* bis ſcribitur, cum eo tempore Romani nondum literas geminarent: ſi deciſum e marmorea quadam ſerie hoc fruſtum volumus, quæ poſteriori ætate inſculpta fuerit, cur & *Auguratus* in ea notatur, contra Faſtorum morem? cur *Triumphavit* dicit, de quibus non additur? cur modo TER, modo per notas II ſcribitur? Gutenſtenii fragmen Hiſtoricum (*d*) Inſcriptionum veterum nullum genus refert, nec antiqui monumenti colorem, aut faciem habet: nec tamen adeo ridiculum eſt, (*e*) ac *Hominum Armigerorum Oſtenſio In Roma Facta*, & e Lazianis ſcriniis deprompta.

Coſſonius Vallaten (*f*) patriam parum opportune profitetur. Quam (*g*) Apianus protulit, ludibundam eſſe, vel illa tantum pericope admonere poterat: * *Hunc a Dis Senectutis Meae Servatum Spem Deliciaſque Vorax Abſtulit Orcus*. Ut in eodem loco ponitur (*h*), ſic ejuſdem omnino ſtyli eſt * *Adfecta Cineribus Conjugis* ** *Rufina*. *Tarraconenſis* (*i*) tam hic ſibi conſtat, quam ubi diverſo aſpectu reproducitur (*k*). *Caticillum* (*l*) quid ſit, doceri peto. Aldus (*m*) nomina male compegit; poſtquam *Gnidius* (nova gens) ſtruxit, * *Q. Caedi SA. R* quid præſtat? *Adjutoris*

* Pag. CCLXXIV. Epig. 2. cit. verſ. 4. 5. ** Epig. 3. cit. Hos tres Titulos Gruter. ponit *Valentiæ Hiſpan.*
(*a*) Vid. pag. CCLXXV. n. 3. 4. poſitas *Cordubæ*.
(*b*) Pag. CCLXXIV. n. 6.
(*c*) Pag. CCLXXV. n. 1. verſ. 3. * verſ. 5. ** verſ. ult.
(*d*) Pag. CCLXXVI. n. 1.
(*e*) Pag. cit. n. 7. verſ. 9. 10. * verſ. 2. 3. ** verſ. 9. & ponit *Barcinone*.
(*f*) Pag. CCLXXVII. n. 3. * verſ. 8. & ult.
(*g*) Pag. cit. ſub. n. 3.
(*h*) Pag. cit. n. 1. 2.
(*i*) Pag. cit. n. 4. 5. 6. 7. & pag. CCLXXVIII. n. 1.
(*k*) Pag. CCLXXVII. n. 8. 9. pag. CCLXXVIII. n. 1. 2. 3. 4.
(*l*) Pag. cit. n. 1. 5.
(*m*) Pag. CCLXXX. n. 1. & ponit *Romæ in baſi effoſſa in Thermis Antoninianis undique colliſa, fractaque.* * In dex. latere verſ. 4. ** A tergo ejuſd. baſeos verſ. 5. † verſ. ult.
(*n*) Pag. CCLXXXI. n. 8. *ex Camdeni Schedis*.
(*o*) Pag. cit. n. 10. ponit *Bononiæ in Curia* in columna circumcirca ſcripta, quæ non habet verſ. 10. Et non ſatis recte Malvaſ. *Marm. Felſin. Sect. IV. cap. 7. pag.* 160. At ad fidem lapidis in *Muſ. Veron.* pag. CV. 2. ex quo in *Supplement.* ad Claſſ. IV. * Id aſſerit etiam Fabrettus.
(*p*) Pag. cit. n. 9.
(*q*) Pag. CCLXXXIII. n. 1. * Baronius ad Diocletianum, cujus nomen C. VALERIVS. AVREL. DIOCLETIANVS. Gothof. eraſum nomen Maximini, & ſubſtitutum Conſtantini ait. Ita in not. Gruteri.
(*r*) Pag. CCLXXXIV. n. 9. verſ. ult.
(*s*) Pag. CCLXXXV. n. 4.
(*t*) Pag. CCLXXXVII. n. 5.
(*u*) Pag. CCLXXXVIII. n. 4. 5. 6.
(*x*) Pag. cit. n. 2.
(*y*) In *Monument. Vindelicis*.
(*z*) *Iſagog. Canon.* f. 266.
(*a*) Gruter. pag. CCLXXXIX. & ſeqq.
(*b*) Pag. CCXCVIII. n. 2.
(*c*) Dial. X. pag. 283. & ſeq. cit. Edit.
(*d*) Gruter. pag. cit. n. 4. ex *Gutenſtenio*.
(*e*) Pag. CCCI. n. 1.
(*f*) Pag. CCCIII. n. 2 verſ. 1. L. COSCONIVS.
(*g*) Pag. CCCIV. n. 1. ponit *inter Bajas & Anverſam*. * verſ. 4. 5. & 6.
(*h*) Pag. CCCV. n. 2. ponit *ibid.* * verſ. 6. ** verſ. 4. RVFFINAE.
(*i*) Pag. CCCIV. n. 2.
(*k*) Pag. CDLXXX. n. 2.
(*l*) Pag. CCCIV. n. 3.
(*m*) Pag. cit. n. 4. ex *Aldo*. * verſ. 5.

toris Haruſpicum Imperatoris Pontificis [*a*] mira plane munera. Cum primum in *Lugdunenſi* [*b*] LX. *Haruſpices* vidi, ſuſpicatus ſum illa ætate confictam, cum in ejus urbis titulis [*c*] CCC AVG. non ut par eſt, *Colonia Claudia Copia Auguſta*, ſed *trecentorum Augurum* explicaretur; cui numero ut Haruſpicum Collegium aliquo modo magnifice reſponderet, *LX. Haruſpices* prolatos fuiſſe: at *Beneventana* [*d*] adjacet eodem numero * inſignita; & præclarus, quem Fabrettus [*e*] attulit, Ciceronis locus [*f*] de Auguribus decem una cum centum Decurionibus deductis, peculiarem deductionem ſignat, non generalem quamdam legem ad colonias omnes, inter quas ampliſſimæ erant aliæ, & aliæ exiguæ, pertinentem.

Pighius, Smetius, Boiſſardus, [*g*], Begerus [*h*] magna religione *grandem Aram* [*i*] tangentes tuentur: mihi impoſturam olet. In monumento * *Q. Feroci* poſito quid negotii *Oreſtilla* gerit cum *Somno*, & *Ferox Filius* cum Fatis? epigraphe nec funebriter incipitur, nec clauditur. *Kalator Sacerdotii* nove & dure dicitur: Sacerdotes *Titiales Flaviales* horum nominum altero contenti eſſe poterant. *Kalatorem* Flaminis alicujus admitterem. *Flaminum* non item: Flamines enim Numini ſuo ſinguli ſeorſim miniſtrabant: *Flamines* quidem Diales habentur in Gruteriana [*k*], ſed ſuppoſititia * ut patebit.

Vergilium Pontificem Maximum [*l*] Verderius ſibi habeat, & Reineſius [*m*], qui in hoc illuſtrando lapide multus eſt. *Flamini Divorum Auguſtorum* pag. CCCLI. 5. repetito, plauſerunt Auguſtinius, Boſius *de Pontificatu* [*n*] & Scaliger, qui in *Corrigendis* [*o*] emendare ſatagit: ut autem cætera omittam, nonne lepidiſſime dicitur, *Mamerco* a Decurionibus *ſtatua Viritim* fuiſſe *dono data*? viderat epigrammatarius iſte aliquando in lapidibus ſportulas *viritim* diviſas; quamobrem verbum arripuit, uſum non intellexit.

Pugnat cum Scaligero Gronovius [*p*] de Seſtertiis adſignandis, & numeralibus explicandis notis in obærata, & quod meminerim, non audita [*q*] *Cartimitanorum Republica*: at in gratiam redire velim, nec tam futili de cauſa manus conſerere; nihil enim in eo titulo eſt non ineptum: *aes alienum liberare* Latini non dicunt; *Lib.* pro *liberaret*, aut *liberaretur*, N aut P pro *Numeravit*, aut *Pendit*, veteres non ſcribunt; *Amici faciunt* innominati, deinde *Saturninus Hares; Qua Pro Hon.* eo loco ſignificationem habent nullam.

Camurena illa *Municeps Septempedana* [*r*] quod appelletur, non placet; neque enim alibi occurrit. *Sicula* [*s*] extra locum, quam *Siculi generis*, ſed *civem Romanam effectam* opinatur Fabrettus [*t*], & quæ Sacerdos eſſet * *Publica Populi Romani*, nec non [*u*] *Religioſus a Matre Magna Capillatus*, magnis ob ſingularitatem indigerent patronis & adſertoribus ut reciperentur. Deformant *Panvinianam* [*x*] intruſa, ut puto, verba, & ſigla.

Smetius, Pighius, Ligorius, Boiſſardus non tanti apud me ſunt, ut confeſtim verbum [*y*] *Aedituare* amplectar, & *Aedituum ab Iſem Pelagiam*; nec tanti Strada, ut Cordubenſe monſtrum [*z*] illico non repudiem. *Q. Fabii* [*a*] honorem votiva formula exhibitum reſpuo. *Deos Securitatis* [*b*] cum B B finalibus nequaquam veneror. *Q. Quintionus Quintianus* [*c*] luſum ſapit. *Curator* nihili, & IIII. VIR *Sacrorum Erebi* [*d*] valeat, & recedat. Quid nobis deſcribere voluit Mazochius, cum *Hymnos* miſcuit, & *Decurionem Larum* exhibuit? Quibus ſententiis, quibus modis funeraria epigrammata antiquitus conciperentur, non cogitavit Lipſius, cum *Alpinula*, *Deae Aventicae* [*e*] Sacerdotis titulum habuit pro genuino. *Sacerdotem* quoque *Roma Et Salutis* [*f*], quæ contubernalia numina non ſolent eſſe, ſuſpectam habeo.

Quota in ſequentibus binis paginis pars eſt a mendacio ſecura, a mixtura, & ſphalmatis immunis? Quid [*g*] *Exercent Segobricenſes Patriae Decreto?* quid præſtat *Provincia Hiſpania Citerior* ter hic [*h*] & extra locum in tot titulis [*i*] enunciata? cui litabant *Flamines Roma Divorum* [*k*] ſimul *Et Auguſtorum?* cur *Marcianus* [*l*] carens prænomine, patrem [cui *Domitius* pro cognomine eſt] & patriam modo inſolito profitetur, & *Sacerdos Ad Templum* exotica loquutione dicitur? *Magiſtrum Genii* [*m*] quis noverat? *Brixienſis* [*n*] male conſuta feminam exhibet ſeptinominem, atque adeo *Sacerdotem D. Juli Auguſti*,

(*a*) Gruter. pag. cit. n. 5. verſ. 5. 6.
(*b*) Pag. cit. n. 8. verſ. 3.
(*c*) Pag. CCCLXXXII. n. 1. CCCLXXXVIII. n. 6. CCCXCIX. n. 4. Vid. etiam Ind. pag. XCVII.
(*d*) Pag. CCCIV. n. 7. * verſ. 3. Fabret. ad pag. 713. n. 349.
(*e*) Pag. 406. L. & 407. A. in not. ad Epig. 316.
(*f*) In II. de lege Agraria Orat. contra Rullum. *Huc iſti Decem Viri, cum numerum Colonorum ex lege Rulli deduxerint centum Decuriones, decem Augures, ſex Pontifices conſtituerint &c.*
(*g*) Tom. III. 48.
(*h*) *Spicileg. Antiq.* XXIX. pag. 106. Edit. Coloniæ Brandeburgicæ 1692. in fol. fig. & ex eo *in Supplem.* ad III. Claſſ.
(*i*) Gruter. pag. CCCIV. n. 9. * deeſt in cit. Epig.
(*k*) Pag. DCCCLXXI n. 2. verſ. 15.
(*l*) Pag. CCCV n. 7. * Clariſſ. etiam Editores Gruteri An. 1707. hunc lapidem ſuppoſititium eſſe moneant in not. Vid. Græv. *Proleg.* in Tom. V *Theſaur. Antiq.*
(*m*) In not. ad Epig. 100. VI. pag. 445.
(*n*) De Pontif. Max. C. I.
(*o*) Pag. CCCIX. ad Epig. cit.
(*p*) Vid. not. ad Epig. pag. CCCVI. n. 2.
(*q*) In Epig. cit.
(*r*) Pag. CCCVIII. n. 3.
(*s*) Pag. cit. n. 4. verſ. ult. & ponit *Roma* in ædibus Læti. Fabret. pag. 341. n. 523.
(*t*) Vid. ad hanc ejuſdem not. * In cit. Epig.
(*u*) Gruter. pag. CCCVIII. n. 5.
(*x*) Pag. CCCIX. n. 8. ex *Panvinii Faſtis*.
(*y*) Pag. CCCXII. n. 5.
(*z*) Pag. CCCXV. n. 3.
(*a*) Pag. CCCXVII. n. 9.
(*b*) Pag. CCCXVIII. n. 9.
(*c*) Pag. CCCXIX. n. 1.
(*d*) Pag. cit. n. 3.
(*e*) Pag. cit. CCCIX. n. 10.
(*f*) Pag. cit. n. 11.
(*g*) Pag. CCCXX. n. 1.
(*h*) Pag. cit. n. 4. 5. 7.
(*i*) Pag. CXCIII. 3. CCCXLVI. 1. CCCLIV. 4. CCCLXXV. 5. MXCI. 5.
(*k*) In cit. Epig. pag. CCCXX. ſub n. 4. 5. 7.
(*l*) Pag. cit. n. 8.
(*m*) Pag. cit. n. 9.
(*n*) Pag. cit. n. 10.

guſti, quæ inter claſſicas formula haud numeratur : nec ipſi clauſula competit D.D. Honori *Poſtumiæ Paullae* tres affert Rubeus dicatos lapides, quorum viſuntur duo [*a*], ſed præter ea nomina nihil ſinceri, ac non commentitii Gruteriana profert. *Ordinem* non Decurionum, ſed *Seviralem* [*b*] prætermitto, & *Pollam Poſt Mortem* [*c*] cultam, & [*d*] *Pontificem Divi Auguſti*, & [*e*] *Sacerdotem Deſignatam*, & *Caeſaris Municipii Tarraconenſis*. *Cordubenſi* ſaxo [*f*] utitur Noriſius in *Cenotaphiis* pag. 57. Sed de trium * *Conſulum* novitate, quorum duo nullo alio teſte laudantur, non hiſcit; nec quid ſibi velit, ** *Feciali Omnium Concil.* monet : Statuam Equeſtrem pluries decretam novimus, † *Duas* uno decreto nemini datas opinor, ſaltem quod lapides doceant. * *Ordo decreverunt* lapides item non ſcribunt.

Ad Sex. Attii titulum [*g*] nihil audeo; ſed nec proferentes placent, nec nominandi caſus honorariis minus aptus, nec ad Hiſpanicorum epigrammatum exemplum *Flamen Provinciæ Narbonenſis*.

Pighium, Smetium, Capacium, Tomaſinium, Reineſium, ut mihi apoſtolos dent, reverenter deprecor; ab eorum enim judicio appellare cogor: Neapolitis [*h*] *Heliopolitanorum* nomen impoſitum, *Filius* ſine patre, *Adampliare Donis Torquem*, aliaque id genus mihi probantur numquam : * *Ex Juſſu* etiam privatim ponitur, non publice, & Numini cuidam, non homini; neque enim Dii Reipublicæ in ſomnis oſtendi poterant, nec mortalium eo modo honorem imperabant, ſed ſuum. *Luſitanicam* [*i*], quæ dupliciter affertur, Reſendius [*k*] recenſens ad *Luſitaniæ* nomen ſubſiſtit, & reliqua non memorat, nec *Statuam* cum *Sepultura* miſcet. Quam fidem poſtrema paulo poſt repetita [*l*] mereatur, ignoro : Hiſpanicis civitatibus præclara certe teſtimonia non deſunt; femina hic [*m*] in quatuor ex ipſis aut *Sacerdos*, aut *Flaminica* celebratur, & quod novum eſt in [*n*] *Municipio Caſtulonenſi Flaminica Sive Sacerdos*.

Viginti fere *Tarraconenſes* Inſcriptiones [*o*] ſequuntur : in religionem exhibentibus veniant : ego me ab his omnibus purum præſto : quid ſingulatim ſtatuam, non reperio; nam labefactatus ſuſpicione animus in genuinis quoque ſollicitatur. Perturbor tanta affluentia [*p*] *Flaminum*, ſiglis redundantibus, [*q*] *Maſculo* & *Maſculino*, [*r*] *Amocenſi Cluenſi Ex Gente Cantabro*, [*s*] *Nepociana Sive Marcelliana*, [*t*] *Conſenſu*, & [*u*] *Decreto Concilii Provinciae Hiſpaniae Citerioris*, cujus Conventus ſeptem audivi : præcipue vero Geographia me vexat, quam ex Hiſpanicis titulis conflare integram in promptu eſt; etenim patriam, ſive vir inſcribitur, ſive mulier, perpetuo ſignant, nec uſitata apud veteres formula, ſed vulgari, nempe [*x*] *Saguntino*, [*y*] *Segobrigenſi*, [*z*] *Pompelonenſi*, vel inaudita & antiquitus, & recenter [*a*] *Ex Bracar. Aug.* [*b*] *Ex Lucenſ.* [*c*] *Ex Cluvienſ.* Antonii Auguſtinii venia [*d*] *Ordo Iporcenſium* ridiculam ex omni parte Inſcriptionem prodit. Mazochianam [*e*] ablega, & cum ea informes tres [*f*] infra jacentes dimitte.

Ad Theatrales titulos accedentes fabulas occurrere ne miremur. In [*g*] *Archimimo* bis in *ſcenam* producto, * *L. Acilio L. F. Pompt. Cuticla* dubius ἐπέχω; nam intrepide explodere vix audeo, quamvis Romani marmoris infirmi teſtes Pighius, & Gutenſtenius haberi poſſint, hominemque non ſervilis, nec libertinæ conditionis, ſed ingenuum, patrem cientem ac tribum, tribuſque inſuper nobiliorum nominibus decoratum, vile, atque infamia notatum artificium profitentem concoquere ægre valeam : eo ſtatu non erat, quem Suetonius [*h*] Veſpaſiani *perſonam* in ejus *funere* tuliſſe tradit, *Archimimus Favor* : adde Τραγωδὸς & Κωμωδὸς, diſtingui conſueviſſe inter Græcos τεχνῖται, ut Corcyreticum docet marmor [*i*], ſed apud Romanos *Tragici*, & *Comici* appellationibus Poetas connotari potius, quam Hiſtriones : *Diurnum* non moror, & Mimi *Decurionatum* [*k*], & omnino implexum ſermonem. *Archimimam* [*l*] vero *Fabiam* Libertam, *Temporis ſui Primam Diurnam* nullo modo recipiam; ea enim elogia non in ſepulcralibus, ſed in honorariis titulis legi ſolent, & illi, cui fit, tribui, non ab eo, qui *Facit*, ſibi ſumi : importune etiam in extrema parte abrupta ſimulantur, quæ conſui nequeant; ſed mihi pro falſi nota mulier *Archimima* ſufficit; nullam enim apud veteres umquam memorari memini, nec

eo

(*a*) Gruter. pag. CDLIX. n. 2. 3.
(*b*) Pag. CCCXX. n. 12.
(*c*) Pag. CCCXXI. n. 4.
(*d*) Pag. cit. n. 6.
(*e*) Pag. cit. n. 8.
(*f*) Pag. cit. n. 10. * verſ. 4. ** verſ. 7. † verſ. 10. * verſ. 8. 9.
(*g*) Pag. CCCXXII. n. 9.
(*h*) Pag. CCCXXIII. n. 1. Vid. ad hanc not. * in cit. Epig. verſ. 1.
(*i*) Pag. CCCXXIII. n. 7. 8.
(*k*) *Antiquit. Luſitan.* Lib. 1. verſ. 3. 4.
(*l*) Ideſt in pag. cit. CCCXXIII. n. 8.
(*m*) Vid. ſupra Epigraphes cit. 7. 8.
(*n*) Pag. CCCXXIII. n. 12. & CCCXXV. n. 2.
(*o*) Pag. CCCXXIII. n. 10. CCCXXIV. a n. 1. uſque ad 12. CCCXXV. n. 1. 4. 5. 6. 8. 9.
(*p*) Vid. hic ſupra cit. Epigraphes.
(*q*) Pag. CCCXXIV. n. 3.
(*r*) Pag. cit. n. 10.
(*s*) Pag. cit. CCCXXIV. n. 12.
(*t*) Pag. CCCXXV. n. 1. ubi

CONSENSV . CONCILII
P . H . C &c.

(*u*) Pag. cit. n. 5. ubi

EX . DECRETO
CONCILII
P . H . C

(*x*) Pag. CCCXXIV. n. 2. 6.
(*y*) Pag. CCCXX. n. 1. CCCXXIV. n. 7.
(*z*) Pag. CCCXXV. n. 1.
(*a*) Pag. cit. n. 6.
(*b*) Pag. cit. n. 5.
(*c*) Pag. CCCXXIV. n. 10.
(*d*) Pag. CCCXXV. n. 10. *ex Ant. Auguſtinii Adverſariis*.
(*e*) Pag. CCCXXV. n. 12.
(*f*) Pag. cit. n. 13. 14. 15.
(*g*) Pag. CCCXX. n. 2. MLXXXIX. n. 6. verſ. 2. * verſ. 1.
(*h*) In Veſpaſian. cap. 19.
(*i*) *Diar. Italic.* pag. 413.
(*k*) In Epig. ſupra cit. Gruteriana.
(*l*) Pag. CCCXX. n. 4.

eo uſque poſthabitum pudorem puto, ut feminæ laſcivos publice agerent, & (*a*) *imitantes turpia mimos*.

Paulo poſt ad (*b*) *Stratonem Comœdum*, ad *Ibycum Pſalten*, ad *Chreſtum Sumptuarium* (quod muneris Latinæ aures mirabundæ excipiunt) ſepulcralis clauſula quid facit? & quid denotat initium illud ſine initio? Haud intelligo ſubinde, quid (*c*) *Habiturus* ſit *Marcus Dulcis*, nec quam exercuerit artem (*d*) *Domnio Sucinianus Archineauiſcus*, quem non in *Licinianum*, ſed in *Lucinianum*, hoc eſt, *Lucinæ conſecraneum* mirifica prorſus excogitatione convertere maluit Reineſius *.

Verum ſpectemus attentius; laudatiſſimus enim ingreditur puer (*e*) *Saltans*, *Cantans*, & *Placens*: placuit is olim & mihi, antiqua epigrammata primitus (*f*) aggredienti; quamobrem tamquam pulcherrimum quid memoravi, modo nequaquam placet; nam miranda nimium *Galbæ*, *Othonis*, *Salvii*, & *Vitellii* congeſta nomina, ab lapidibus cæteroquin pene ignorata: infeſtat etiam inſolita omnino recitatio, & *C. Jocundus* ſcenæ devotus, prænomen tamen, & patrem, & tribum oſtentans, quamvis poſt hæc gentilitio perperam careat: bis (*g*) exhibetur, quod illum Lipſius Romæ, Manutius, & Capacius Neapoli conſtituant; bis ergo exſibilabitur. Si quis autem tam leni animo ſit, ut parcere huic velit, gemino certe ſuo (*h*) *C. Regulo*, quem Zamoſius, Troſterus, & Lindebrogius celebrant, parcere nullo modo poterit; præcedentis æmulatione hanc Inſcriptionem confictam eſſe nemo non videt. *Duodenni mimo*, qui *Saltavit Cantavit Placuit Oblectavit*, ſtatuitur utraque, eodemque joculo altera (*i*) *Fauſtus Infauſtus Pater*, altera (*k*) *Felix Pater Infelix* juſta perſolvunt: verum hæc multo ineptit magis; quis enim cum Regulum audit *Moribus Decore Natalibus Hyacintho Vel Narciſſo Comparandum*, recentium elogiorum ſtylum non odoratur? nec *Senatum Trajanenſem* audierat quiſquam, nec ſaltationem in *Curia*. Qui *ſpectavit*, ſi *Marcus Imperator* eſt, unico Proconſulatus titulo nimis parce honeſtatur, & etiam præpoſtero; nam ſub Marco nondum ſumebatur ab Imperatoribus; ſi aliquis Pro Conſule adminiſtrans, ridicule anonymus fingitur, & non Daciæ, ſed Antonini Pro Conſule dicitur, & Auguſtorum Provinciæ adminiſtratæ imponitur. Notæ quoque mendacium detegunt ex antiquis formulis non petitæ. *Hyacinthum* & *Narciſſum* binis literis DD Divis inſerere fortaſſe mens fuit, ſed errore duplici: L. H. L. D. interpretatur Scaliger (*l*) *Locus hic liber datus*, ſed novo exemplo, & inſipienti clauſula, interque authenticas ac legitimas numquam recepta. Aliquanto exactius hujus Inſcriptionis falſitatem perſequutus ſum, quod mihi ipſi videretur mirum, recentem eſſe, cujus lapidem ad extremos Daciæ fines (*m*) ex Comitis Arioſti teſtimonio extet, ut alibi monui.

Titulum *Conſtantii Munerarii* (*n*) quamvis Felicianus quoque eodem modo deſcripſerit, vel ſuppoſititium, vel enormiter interpolatum, & involutum judico: nulla eſt antiqui, funereique epigrammatis facies, & quid eſt *Dolore Privum Relaquit*? quid Rogus ſepultos *Protegens*? *Collegium Caſtrenſem* (*o*), vel *Caſtrenſium* haud novi, *Fullonemque* eidem deditum non intelligo. Perperam hic & iniuria (*p*) *C. Rubenius Gladiator* ingenuus, ac trium nominum homo, ſi monumento adhibenda eſt fides, ſervili Gladiatorum familiæ accenſetur: & ingenui quidem, imo ex ordine Senatorio aliqui huic furori operam dederunt aliquando; ſed *Gladiatoris* vocabulum in monumentis adpoſitum numquam reperias. Perperam item (*q*) *P. Vedius Beneventi Auguſtalis* in eadem claſſe collocatur ob verbum *Gladiator* importune, & ſine ſenſu a Manutio intruſum.

Taurus (*r*) *Secutor Caeſaris* ſervus eſſet ἀκόλυθος, an *Gladiator* quis intelligat? A ſuſpicione non eſt immunis (*s*) *Flamma Siculus*, qui deinde * *Syrus* evadit, & quid *Stans* præſtiterit, non ſatis explicat: itemque (*t*) *Nævius* obſcure loquens, & ad rem venatoriam nullo modo ſpectans. Inter Circenſes titulos *Tarraconenſia carmina* (*u*) ob præſumptionem malam ne repudies; falſi nullas habent certas notas, & a Ludovico Ponte in Hiſpanica Hiſtoria proferuntur, qui ut plurimum genuinis monumentis agit.

Magiſtratus aggredimur venerandos a Romano orbe univerſo, & colendos, quo attentius dare operam debemus, ut qui non priſca auctoritate inaugurati, ſed a recenti mendacio in ludibrium adhibiti deprehenduntur, eradamus ex albo, atque expungamus. (*x*) *Aterrii* jam, & (*y*) *Acilii* epigrammata, quæ in fronte ſpectantur, implexa, involuta, ſibi non conſtantia agnoſcis. *Lintrarios* (*z*) ex variis, ignotiſque regionibus collectos deſpicis. *L. Aelium* (*a*) quem *vice ſacra* judicantem coleres, Provinciam *Vice Sacra Maximiani Herculei Adminiſtrantem* rides. De *Lazianis* (*b*) municipium *Alcetienſe* conſecrantibus quid ſtatues? mihi ſane *Alcetienſe* iſtos nuſquam reperienti, & * *Equitem Alcetienſem*, ac ** *Flaminem Alcetienſium* præter lapidarias

(*a*) Ovid. II. *Triſt.*
(*b*) Gruter. pag. cccxxxi. n. 2.
(*c*) Pag. cit. n. 3.
(*d*) Pag. cit. n. 5. * Vid. not. ad cit. Epig.
(*e*) Pag. cit. cccxxxi. n. 7.
(*f*) *Trad. Ital.* pag. 179.
(*g*) Pag. cit. n. 7. & ſeq. n. 1.
(*h*) Pag. cccxxxii. n. 2.
(*i*) In Epig. pag. cccexxxi. n. 7. & ſeq. n. 1.
(*k*) In Epig. pag. cccxxxii. n. 2.
(*l*) *In Indic.* pag. c.
(*m*) Gruter. Epig. pag. cccxxxii. n. 2. ponit *in Cœmeterio vici Bodogfalvenſis Tranſylvan.*
(*n*) Pag. ccccxxxiii. n. 4.
(*o*) Pag. cit. n. 5.
(*p*) Pag. cit. n. 6.
(*q*) Pag. cit. n. 7.
(*r*) Pag. cccxxxiv. n. 2.
(*s*) Pag. cit. n. 4. * verſ. 3.
(*t*) Pag. cccxxxv. n. 6.
(*u*) Pag. cccxxxix. n. 4.
(*x*) Pag. cccxliii. n. 2.
(*y*) Pag. cit. n. 3.
(*z*) Pag. cccxlv. n. 4.
(*a*) Pag. cit. n. 5.
(*b*) Pag. cit. n. 8. 10. iterum pag. dxvii. n. 1. * verſ. 11. & 12. ** In Epig. cit. ſub. n. 8.

loquutiones obſervanti, probari nullo modo poſſunt: alteri (a) ex iſtis ſubſcripſit Cellarius (b) ob *Coloniam Aureliam Antoninianam Ovil.* quibus nominibus *inſignem urbem* fuiſſe, adductus eſt ut crederet; at cum eum locum monumento alio nullo ita decoratum oſtendere ſit, cumque in Peutingerianis tabulis *Ovilia* nuncupetur, ad ruſtica quædam, & paſtoritia mapalia manſionem eo nomine indicatam puto. In his certe titulis, quos funerariiſne, an honorariis accenſeas, neſcis, paucæ ſunt, quas ſine antiquitatis injuria admittere poſſis, pericopæ; ita nempe invicem implicantur, ut quid agatur, ignores: formula minime lapidaria clauditur prior (c): *Propinqua Impendio Heredis Fieri Inſtituit*; ſubſequens (d) *Ex Decurione* perquam inepte notat, & voci * *Ejus* vim uxorem, vel filiam ſignificandi impertit, quam Lazius alibi (e) quoque ſibi poteſtatem arrogat, ubi inſuper vitæ * *Annos* novo modo ſignat, & mirificus in nominibus eſt; quod etiam proxime elucet, cum (f) *Aelius Macrinus Epidianus Qui Et Epidius* profertur; nam hæc formula nec in tam affinibus nominibus, nec in trium nominum hominibus inveniri ſolet.

Zamoſium cum (g) *Auro Luſtrali*, cum civitatibus *Volmerio*, & *Petovio*, & cum *Manibus Benemeritis* ne moremur, precor; (Fabrettus (h) Zamoſio & hic plenam fidem habuit) nec Pinellianum monſtrum (i), nec *Verderiana* (k) A E. pro *Aelio*, VI. pro *Seviro*. *Ex* quo *Conventu* eſſet, cur (l) *Aemilius* declaret, non video; nec *Rempublicam* novimus *ſuam*, quod *Carthagenenſem Conventum* deſignaverit; multæ enim e Conventu uno civitates petebant jura. Quidnam muneris (m) *Prætor Parthiearius* exercuerit, libentiſſime edoceri vellem; *P. Alfius*, cui ea dignitas appingitur, *eſt* procul dubio *Albius Maximus*, quem Martialis appellat, ſi * ſubnotantes audimus.

In ſequenti pagina (n) quarta & ſeptima infeliciter clauduntur; & Mazochianus (o) exinde *Anchialus* informiter, & miſerande gignitur. At nonne Hiſpania, portentorum id genus mater, *Lucani Poetæ* monumentum (p) profert, & *Beneficio Neronis Famam* ejus *Conſervatam* docet? In (q) *Flavio Juliobrigenſi Ex Gente Cantabrorum* patriæ & Provinciæ indicandæ inſuetum modum miror; in *Antejo Civem Aſturicenſem Legionis* *VII.* (r), cui Libertus *Fecit Secundum Voluntatem Suam*. Nolumus (s) *Antonium Anno XXX.* nec (t) *Epityuchanum Lictorem*, & *Sevirum*, *Quinquennalem Oſtis*, & *Sevirum Aquis Sextis* (pro *Sextiis*) quodque legi non ſolet, *Auguſtalem in Provincia* Narbonenſi. Veronenſem (u) *Quatorvirum Juri Dicundo T. Flavium P. F. Noricum*, qui veterem adhuc Portam Veronæ ſignat, quo transfert Lazius, ſepulcrali importune titulo præfigens? Fragmentum (x) *tabella parva* viſum non tanti reputo.

Poſt hoſpitales teſſeras, & Acta præclariſſima, cujus generis dolendum maxime tam rara ſupereſſe (y), *Senatus Populuſque Neapolitanus. L. Arruntium* formula honorat *Diis devota*, ac conſtituta: debuit etiam Inſcriptionis ordo ac tenor aliter concipi: iteravit nihilominus Sponius (z) adtulitque Noriſius (a) noſter ob municipalem *Cenſuram*, quam tamen ipſam parum abeſt quin hic reſpuam; neque enim *Cenſores Reipublicæ* audivimus umquam, & perquam raro etiam inter Magiſtratus colonicos ipſum *Cenſorum* nomen; nam ut optime cogitavit Noriſius ipſe, ea poteſtas in municipiis Italicis ſub *Quinquennalium* nomine latebat.

Taurinenſis (b) a Cujacio * exceptæ fidem cum implexa, inconnexa, & inania verba elevant, tum diſſimilitudo, & diverſitas, qua tripliciter (c) affertur. Hæc eadem ratio (d) *Grammaticum Latinum* lædit; ſunt enim, ut ſubnotatur, qui hæc nomina ſileant, & prorſus varium epigramma condant. *Ex ſingularibus*, & *Legato Electo In Adjutorium Legionis* (e) alibi perſcribi non opinor. Male loquuntur (f) *Aruccitani Paulinum* collaudantes, qui *Pro Republica Libera Retinenda* tam bene ſe geſſit. Quæ (g) hic ut interpolata * improbatur, & alibi ** commendatur ut incorrupta, mihi utroque loco eadem eſt, & ejuſdem auctoritatis. In ſequenti (h) poſtrema fragmenta neglige.

Avito Superfluenti (i) non eſt ab Jove principium. De miro quodam fonte (k) *Apollonius* bibit, facultate Salmacidi contraria prædito; nam vir adducitur, qui antea (l) prodierat femina, ſicuti cum

Vota puer ſolvit, quæ femina voverat, Iphis (m).

Quæ-

(a) Gruter. Epig. 8. cit. pag. CCCXLV.
(b) Lib. II. cap. VII.
(c) In cit. Epig. ſub n. 8. verſ. 12. 13.
(d) Epig. ſub n. 10. cit. pag. CCCXLV. verſ. 2. * verſ. 3.
(e) Pag. CCCLXVII. 4. * verſ. ult.
(f) Pag. CCCXLVI. n. 7.
(g) Pag. CCCXLVII. n. 4. *e Zamoſio*.
(h) *Column. Trajan.* pag. 246.
(i) Gruter. pag. cit. CCCXLVII. n. 5. *e Pinello*.
(k) Pag. cit. n. 7.
(l) Pag. CCCXLIX. n. 3.
(m) Pag. CCCL. n. 4. * Vid. ad hanc not.
(n) Ideſt pag. CCCLI.
(o) Pag. CCCLII. n. 3.
(p) Pag. CCCLIV. n. 2.
(q) Pag. cit. n. 4.
(r) Pag. CCCLV. n. 2. Habetur melior pag. DXXI. n. 1.
(s) Pag. CCCLVI. n. 2.
(t) Pag. cit. n. 4.
(u) Pag. CCCLVII. n. 4.
(x) Pag. CCCLIX. n. 5.

(y) Pag. CCCLXVI. n. 2.
(z) Spon. *Miſcell. Erudit. Antiquit.* pag. 169.
(a) *Cenotaph. Piſan.* pag. 73.
(b) Pag. CCCLXVII. n. 1. * Vid. ad hanc not.
(c) Pag. cit. n. 1. CDXVI. 6. 7. hanc Edidit N. A. *Muſ. Taurin.* „ pag. CCXIII. n. 3. 4. 5. ubi in not. inquit „ Hujus *Agricolæ* „ tres recenſet inconditas ac monſtroſas inſcriptiones Gruteros, quarum ſphalmata quatuor hiſce, quamvis circumciſis elogiis auferri & reconcinnari poſſunt. Quod ipſe loc. cit. præſtat. Eaſdem exhibuit Muratorius pag. CCCX. n. 3. & CCCXI. n. 1. 2.
(d) Gruter. pag. CCCLXVII. n. 5. verſ. 4.
(e) Pag. cit. n. 2.
(f) Pag. CCCLXVIII. n. 1.
(g) Pag. cit. n. 6. * Vid. ad hanc not. ** Pag. DXXIV. n. 6.
(h) Pag. CCCLXVIII. n. 7. vid. not.
(i) Pag. CCCLXX. n. 2.
(k) Pag. CCCLXXI. n. 3. ponit *in ruinis Varbel.*
(l) Vid. pag. CCCXLVI. n. 5.
(m) Ovid. *Metamorph.* Lib. IX.

Quænam (a) mox ex iiſdem *ruinis* nominum & rerum, & * *Patrum Infelicium* commixtio? Non ibo inficias, a pulchra Mureti epigraphe (b) turbari me aliquanto: *Civitas Senonum Tricaſſinorum Meldorum Pariſiorum* Cæſaris potius peculiarem phraſin, & loquendi modum, quam monumentorum & lapidum videtur referre: ille (c) ſiquidem *Civitatem* pro Communi, ſeu pro civili ſocietate uſurpat: *omnis Civitas Helvetia in quatuor pagos diviſa eſt*; & de Pariſiis ipſis: *confines hi erant Senonibus, Civitatemque patrum memoria conjunxerant* (d): an non in proclivi eſt ſuſpicari ex hoc ipſo loco Inſcriptionem effictam? novum etiam munus (e) *Adjutor Procuratorum*.

Quid referam (f) *M. Aurelium Ex Clunienſ.* (g) *Sexvirum V. M. COL. Aeternitatis Memoriam Ponentem; Munatium*, ut vult Scaliger (h), prænominis loco, cum *Jove Optimo Maximo* infra jacente, & (i) D. D. importune poſita?

Quod *Lugdunenſem* (k) ſatis celebrem ſollicitare non verear, non deerunt qui graviter ferant: at me in dubitationem adducunt novum nomen, cognomentum inſolitum, patria non ex civitate, ſed ex regione indicata, * *Apud Suos* pro *in Republica ſua*, & ** *Allectoris Galliarum* munus, quod quid rei tandem eſſet, vix declaretur: habetur & in alia (l) tantummodo *Tauricius Venetus Allector Galliæ*, ſed ex iiſdem ſuſpectis ſchedis, & quæ ſtatim additione valde obſcura, & ambigua * iteratur. Quod *Allector* ſit χαλκολόγος, ut ibidem ** ex Cujacio affirmatur, non audio ſine admiratione; & quid eſſet univerſæ Galliæ χαλκολόγος? *Allectores* ſimpliciter in alia (m) ſunt, ſed quam ſuppoſititiam oſtendimus: ignotum hinc etiam vocabulum emerſit (n) *Allectura*: P. Meneſtrierius (o) pro *mercium dimittendarum cura* interpretatur, ſed interpretationis tam peregrinæ fundamentum affert nullum: idem *Sartori* ſupplet, & de cura navium farciendarum explicat non minus mire, cum præcipue de viro adeo illuſtri agatur, ut (p) *Tres Provinciæ Galliarum* ad eum ornandum convenirent. Animadvertendum quoque, Inſcriptioni tot ſingularibus rebus præditæ Scaligeri, & Paradini ſchedas, multis id genus ſcopulis infames, obſtetricatas eſſe.

Municeps autem meus, antiquitatis eductor, & vindex, unde habuit (q) *C. Betuum* ſilva nominum confuſe aggeſtorum obrutum & circumſeptum? Holthenus (r), ubi Elenchis Gruterianis præfatur, *Liguvianum* pro homine altero habuiſſe indicat, cui tamen nullus ibi ex contextu locus: cur autem in vetuſtatis ſacrariis *Sacerdotem Trium Lucorum* reponamus? *XV. Umbriæ Populis*, quos nullus memoravit Auctor, in præſens dimiſſis, nonne *Umbriæ Prætor* ad inficienda omnia ſufficit? hoſpitem plane in Romanorum regimine cognoſcendo, & in Italiæ adminiſtratione ſcrutanda ſe Gudius prodidit, cum ſingulis Regionibus *Prætorem* ab Auguſto præfectum hic docuit. (s) *Bibio IIIviro ſecundo* tranſmiſſo a congregatis (t) *Cæciliis* cave, & duos poſtremos verſus ſagaciter penſita. Epigrammatum ex Scriptorum locis adornatorum inſigne exemplum (u) *L. Metelli* encomium nobis ſuppeditat, quod e Plinii narratione tranſcriptum pene ad verbum eſt. Mihi etiam ſine Plinii luce in veteri lapide ea perſcripta numquam fuiſſe, ex forma Inſcriptionis ipſa in nulla claſſe recenſendæ ſtatim conſtaret: non erat profecto cur citaretur in Faſtis Almelovenianis (x) pro *Metelli* Conſulatibus. *Metellorum* monumenta (y) quæ conſequuntur ex remota maxime vetuſtate videntur derivari.

L. Cæcilii (z) epigraphen ab Antonio Auguſtino (a) viſam, & impenſe collaudatam, antiquo etiam & lapidario ut plurimum proloquentem ſtylo, improbare nequaquam audeam; nec tamen quoſdam mihi ſuborientes ſcrupulos diſſimulabo: nam primum ſive honorariam velis, ſive funebrem, ſtata verba, & modus non admodum reſpondent: deinde *honeſta Miſſione* Centurionem *miſſum* non ſuccurrit vidiſſe, ſed gregarios tantummodo milites, vel inferioris notæ officiis fungentes; ſicut & hodie miſſionem impetrare oportet milites, qui exauctorari volunt, & chirographum datur, quo eorum indemnitati cavetur; at militaribus ſe dignitatibus abdicare unuſquiſque fere poteſt arbitrio ſuo, nulloque eget diplomate ut abire tuto poſſit. Non ſolet etiam in hujuſmodi formulis legi *Miſſus Ab Imperatore*. Quin nova eſt clauſula in Teſtamenti capite illo, libertos non a Seviratu, ſed a *Muneribus Seviratus Omnibus* excuſatos velle, eoque privilegio non libertos ſolum, ſed & *libertorum libertarumque libertos* afficere: extranea quoque & obſcura loquutio, *Sub Eadem Forma Spectaculorum Quot S.S Edendorum*, ubi *Forma* pro conditione eſt.

Aquilifer Ex Conventu Bracarenſi (b) unde- adve-

(a) Gruter. pag. CCCLXXI. n. 5. *in ruinis Ulpiæ Trajanæ*. * verſ. ult. & ſimiliter *in alio latere* verſ. ult.
(b) Pag. cit. n. 8. „ Manutius a Mureto habuiſſe ſcribit „
(c) Lib. I. cap. XII.
(d) Lib. VI. cap. XIII.
(e) In Epig. cit. pag. CCCLXXI. n. 8. verſ. 2. 3.
(f) Pag. CCCLXXII. n. 3. M. AVRELIAE EXCLVNIENSE &c. Gruter.
(g) Pag. cit. n. 6.
(h) Pag. cit. in not. ad Epig. n. 9.
(i) Pag. cit. n. 10. verſ. ult.
(k) Pag. CCCLXXV. n. 3. ponit *Lugduni in pilis pontis Araris, e Scaligeri Schedis, & Paradino*. * verſ. 4. ** verſ. 10.
(l) Pag. CDLXXI. n. 9. * & CDLXXII. n. 1. ponit *Lugduni ad Macellum S. Petri ex Paradino* integriorem, & auctiorem.
** Vid. ad hanc in not.
(m) Pag. CCXLV. n. 7. verſ. 3.
(n) Pag. CCCLXXV. n. 3. verſ. 11.
(o) *Hiſt.* pag. 187.
(p) In cit. Epig. 3. pag. CCCLXXV. verſ. ult.
(q) Pag. cit. n. 4. ex *Panvinio*. Sed Murat. DCLXXXIII. 7. & Spon. *Miſcel. Erudit. Antiq.* pag. 183. non parum variantem adſerunt.
(r) In *Corrigend.* pag. CCCXXXIS. ad cit. Epig.
(s) Pag. CCCLXXV. n. 5.
(t) Pag. CCCLXXVI. n. 4. 5. 6. 7. CCCLXXVII. a n. 1. uſque ad n. 8. CCCLXXVIII. a n. 1. 2. 3. 4. CCCLXXIX. n. 1. 2.
(u) Pag. CCCLXXVII. n. 4.
(x) *Faſt. Rom Conſul.* pag. 172. Edit. Amſtelodami 1705.
(z) Pag. CCCLXXVII. n. 4. 5. 6. 7.
(z) Pag. CCCLXXVIII. n. 1.
(a) *Dialog* IX. pag. 247. cit. edit.
(b) Gruter. pag. CCCLXXIX. n. 6. verſ. 3. & 4.

adveniat, noſcis. Inter mira multa, quæ *vidit Smetius*, prædicavit Boiſſardus, perpoliit Reineſius, Romanam *baſim oblongam* computa, in qua *Sodalitia* conſignantur *quinque*, quorum nullum niſi ex hoc lapide innotuit: * *Sodalis Marcianus*, cujus honori deditus eſſet, haud ſcio: patris prænomen, ac tribus videntur intempeſtive, & *Pr. Haſtar. C. V.* ænigmatice poni.

Fontejus (*a*) *Aedilem Sora*, & *Publicanum Roma* (*b*), *Caeſiumque*, quamvis a Fabretto (*c*) exceptum, *Aedilem* ſe & *Duovirum* prius quam cognomen recitet, profitentem, deinde *Cenſuram Et Duomviratum* cum *Anno* inepte adjecto memorantem, mihi ægerrime commendabit.

Diſplicent item aliquanto (*d*) *Marcia* cum *Viro Quondam Sibi Cariſſimo In Suo Poſito* (*e*) *Praefectus Nationum Getulicarum Arſenoicarum*, & (*f*) *Praefectus Murorum*. Præpoſtere (*g*) *Ergavicenſis Ex Conventu Caeſarauguſtano* illuſtratur; ſi enim * *Ergavicenſes* inter populos, qui Tarracone diſceptant, recenſeret Plinius (*h*), male *Caſarauguſtano conventui* tribueret Inſcriptio; ſed huic ipſi tribuit & Plinius, non Tarraconenſi (*i*).

Piſo, qui *Ex S. C. Provinciam Hiſpaniam Citeriorem Pro Pratore Obtinuit*, etſi ab Auguſtinio (*k*) protectus, & *Roma* in *marmorea baſi* ſpectatus, ut dicitur, dignitatem ſuam mihi non perſuadebit; nam ea verba pro Hiſtoriæ fruſto recipi quidem poſſint, pro veteri titulo non poſſunt; adde ab Auguſtis miſſos, qui provincias Pro Prætoribus obtinerent, non a Senatu, qui provincias ſuas Pro Conſulibus committebat. In eadem pagina (*l*) ſalutat nos Moralis, & *Valere* jubet; Smetius vero Mazochio ſubſcribens (*m*) *Armarium* pro monumento educit, in quo ſingularitas tantum anxium me tenet: ſicuti contra frequentia officit Hiſpanicarum, cum multa congerie nominum, quæ ſequioris ævi fuit conſuetudo, Tribum conjungentium, ut hic (*n*) de *Seneca* apparet, cujus profeſſio ſuperiori ævo perraro addita.

Ordines ſuccedunt (*o*) *Neſcanienſis*, & (*p*) *Menteſanus*, ac Fundum *Patriae Scunturae* datum; deinde (*q*) *Fauſtus In Anno* LXX. faciens. Acephala (*r*) *Vulſinienſis* ſuos certe paſſa eſt manes; nam *Patria Sua* minus opportune inſeritur, & quid commune Vulſinienſibus *Tiburtibus*, & *Italica* in *Batica*? *Pratorem* quoque *Etruriae* Romani Faſti minime admittunt.

Duobus fragmentis (*s*), in quibus nihil frugi, neglectis, itemque (*t*) *Ametiſto Balearico Palmenſi Et Guiuntano*, ad Inſcriptionem (*u*) celeberrimam nos conferamus, quæ novam Epocham *Cæſarianam* invexit, & in qua enodanda atque illuſtranda multam collocarunt operam viri Summi, maxima propterea bella inter ſe pugnantes. Scaliger *ad Euſebium* (*x*) rei Chronologicæ novam lucem illaturus, æram ab occupata per Julium Cæſarem Republica hujus Inſcriptionis ope figit, & XLVIII. annis Chriſtianam antevertere ſtatuit. Pagius ad Baronium quoad hujus æræ caput cum Scaligero conſentit, ſed in Albini Conſulatu conſignando deſciſcit. Quæſtionem fuſe & funditus diſcutiendam Philippus Turrius (*y*) ſuſcepit, & *illuſtri* e Marcanova, & codice Mabilloniano Inſcriptione emendata, *præclaram notam Chronologicam* ſecus explicat, *nodumque ſolvens, & fidem lapidi aſſerens*, a pugna quidem Pharſalica Monarchiæ, ut minus caute appellat, exordium deducit, initum ab eâ tamen *Cæſarianorum temporum* cardinem non admittit, ſed a proximis Kalendis Januariis. Hæc viciſſe videbatur ſententia; cum repente Maſſonius literariis Patribus de Republica loqui quandocumque licere ſciens, in *Corrigendis* Gruterianis (*z*) partim emendationem improbat, partim quæ Scaliger, & Pagius, quæve adverſus illos Turrius diſputat, rejicit, huncque præcipue *falſo niti fundamento* contendit, & nihil prohibere, quo minus epocha iſta a Cæſaris nece, vel etiam ab Urbis anno DCCXX., quo *annorum Auguſtorum* ex Cenſorino æra cœpit, deducatur. Contingetne mihi poſt tot clariſſimos viros advenienti tam implexum extricare nodum, & tantas componere lites? continget, ubi fides habeatur *veriſſimum*, ut olim Tullius (*a*), *pulcherrimumque jusjurandum juranti*, Cæſarianam epocham inter inanes, volucrique ſomno ſimillimas ſpecies referendam, ac monumentum, ex quo pendet, omnino nihil eſſe. Reprehendar ſtatim, ſcio, quod falſi damnare Inſcriptionem nequaquam verear, non in Marcanovano ſolum, ſed in Einſidlenſi codice recenſitam, cui ſeptingentos annos adſignavit Mabillonius: de quo tamen minime anxius, rem & Inſcriptionem ipſam expedite perpendam. *Ceionium*: ex prima hac ditione mihi jam fallacia ſubolet; miraris? at nequaquam mirarere, ſi Latinas Inſcriptiones alicujus honori deputatas non accuſandi, ut Græcæ faciunt, in quibus [illegible], vel quid ſimile ſubauditur, ſed dandi caſu nomen honorati perpetuo enunciare animadvertiſſes: quin Latini cujuſcumque generis tituli quovis potius, quam accuſativo caſu nomina conſignant. *L. Petronium Verum* eodem titulo celebrat Gruteriana alia (*b*), ſed quæ e Græcia affertur, & manifeſte e Græco verſa apparet. Sed quis cre-

(*a*) Gruter. pag. CCCLXXX. n. 1. *ex Fontejo*.
(*b*) Pag. cit. n. 7. *ex Eodem*.
(*c*) Fabret. pag. 300. n. 278.
(*d*) Gruter. pag. CCCLXXII. n. 1.
(*e*) Pag. cit. n. 6.
(*f*) Pag. cit. n. 7.
(*g*) Pag. cit. n. 9 * Vid. not.
(*h*) Plinius Lib. III. cap. III.
(*i*) Gruter. pag. CCCLXXIII. n. 5.
(*k*) *Dialog* X. pag. 263. cit. Edit.
(*l*) Epig. 9. *e Fabricio, & Morali*.
(*m*) Pag. cit. CCCLXXXIII. n. 4 verſ. 8. 10.
(*n*) In Epig. cit. ſub n. 9.

(*o*) Pag. CCCLXXXIV. n. 1.
(*p*) Pag. cit. n. 2.
(*q*) Pag. cit. n. 6.
(*r*) Pag. CCCLXXXV. n. 1. inventa apud *Vulſinios*.
(*s*) Pag. CCCLXXXVI. n. 1. 2.
(*t*) Pag. CCCLXXXVII. n. 1.
(*u*) Pag. cit. n. 3.
(*x*) Num. 1969.
(*y*) *Monument. Vet. Ant.* pag. 110.
(*z*) Pag. CCCXXII. ad Epig. cit.
(*a*) Epiſt. Famil. Lib. V. Epiſt. 2.
(*b*) Pag. CDL. n. 6.

crederet, de epigrammatis auctoritate a nemine umquam dubitatum eſſe, cujus ne dum ex textura integra ſententiæ ſummam elicere, ſed nulla propemodum ejus pars ſignificationem ullam contineat? utrum mentiar, Lector ſagax dijudica: *Cejonium Albinum Senatus ex Conſulto ſuo quod ejus liberis poſt Caſariana tempora ideſt poſt annos* CCCLXXX. *& I. auctoritatem decreverit Januarius Curator ſtatuarum*. Hæccine in veteri marmore? a quo, cui, quamobrem poſitum hoc monumentum eſt? attamen Inſcriptionem recitavi, ut a Cl. Turrio ex MSS. repurgatur, verbis tantum ad ſententiam non facientibus omiſſis. In adverſariis meis, ex Marcanovæ collectione depromptis, vox *Conſulem* poſt V.C. Grutero per Turrium addita, non apparet, cetera cum eo conſentiunt. Verum quamvis conſona & dilucida, ut in lapidibus ſolet, oratio eſſet, quis patiatur *Albinum Virum Clariſſimum Philoſophum* dici; & *Bis Ordinarii Conſulis Filium*? quid eſt *liberis auctoritatem decernere*? cujus pervenit ad aures *Curator Statuarum*? cujus Clariſſimatum abrogavit Reineſius (*a*), reponens, quo jure certe non capio, *Subſcripſit*. Ut autem ignota antiquitus epocha *Caſariana* authentica fuiſſet, quid hic eam memorare attinebat? nonne ridiculum prorſus eſſet, cujuſvis epochæ tam intempeſtive mentionem facere, & tam incondite explicare? liceat iterum dixiſſe, quod Inſcriptiones ſpectat, magica quadam faſcinatione literarios proceres univerſos ad hanc diem illigatos, ne acumine, & doctrina ſua in hoc negotio uterentur.

Romana quadam majeſtate, veteribuſque & authenticis officiis, ac magiſtratibus ita me *Tarraconenſis* (*b*) deterret, ut aggredi vix auſim: documento eſſe tamen, ni fallor, poteſt, quanta doctrina in Hiſpanicis quandoque circumveniamur *Duci Terra Marique Adverſus Rebelles*, & *Duci Exercitus* in ejus ævi marmore perſcriptum fuiſſe, mihi quidem perſuaderi vix poterit. H. H. P. P. ſigla ſunt inuſitata; ſi cum Scaligero (*c*) (qui etiam *Ducem Aſiæ*, & *Noricae* ex hac epigraphe in Elencho protulit) *Hiſpaniarum Provinciarum* explicas, parum apte connectis. Qui *exercitus*, & Provincias Imperii maximas adminiſtravit, & rexit repente in *Logiſtam Nicomedenſium* delabitur: ad ſummum *Provinciae Aſiae* regimen rurſus aſſurgit, ſed ſtatim in *Allectos inter Tribunitios* recidit, & *inter Pratorios* etiam, quamvis *Pro-Pratore* ſæpius fuerit. Quis tot, & tam diſparata munera obierit, incertum; nam monumentum alii *T. Claudio Candido*, alii *Julio*, alii, inter quos Apianus, qui vulgavit primus, *M. Porcio Catoni* dicatum volunt. (*d*) *Claudius Pallans Honoratus Repentinus a Decurione Coloniæ* ignote KARN. ornatus, ob tria illa cognomina omnino ſingularis videtur. Maffejanam (*e*) repudiare nolim, cum ejus corpus e pura puta antiquitate ſit, ſed de interpolatione ſubdubito; *Lictor* enim tribus nobiliorum nominibus, & *Patronus Corporis* diſplicet, nec non *Domini Noſtri* & *Dominae Noſtrae* appellatio in Julia & Caracalla; enuntiata ſuperius *tribus*, & titulus iſte neſcio quid videntur contrarietatis involvere; nec placet Caracalla nullo alio, quam *Antonini Auguſti* nomine, ſignificatus.

Principis Peregrinorum (*f*) non minus incognitum eſt munus, ac dignitas, quam Inſcriptionis forma inſueta in Urbanis titulis; *Prator* vel *Patronus* legerem, niſi (*g*) *Princeps* bis haberetur. Eadem forma nihil definiens in *Narbonenſi* (*h*) *Duumvirum* pro *Duoviro*, & *Interregem* compellante, qui neſcio an inter magiſtratus municipales cenſeri poſſit: Piſis certe ſi vel propter contentiones, vel caſu alio magiſtratus non eſſent, nec Duoviri, aut Præfecti ulli, nec juri dicundo quiſquam præeſſet, nullum tamen Interregem creari ſolitum, ſed a Colonis univerſis, præcipueque a Decurionibus Rempublicam interea adminiſtratam, præclarum *Cai Caſaris* Cenotaphium nos docet.

Ad iteratum, qui nihil ſani habet, *L. Cornelii* titulum (*i*) Reineſium (*k*) adire ne pigeat, jucundique ſpectaculi loco ſit, ambitione laborantem, & totis viribus contendentem intueri, ut ſingula expoliat, condiat, amplificet: mihi nulla pene ex iis formulis, quamvis arbitrio ſuo reſtitutis, veteres lapides repræſentat. Nec Municipia, quæ *libera* erant ſingula, eo titulo diſtingui, nec mulieres patriam ſolebant enunciare, ut (*l*) *Blandina Singilienſis* facit.

Cognatæ, quæ ſubſequuntur Inſcriptiones, difficiles habent locos, (*m*) *Caeſo* & *Celſo*, & *Sac. Gent.* & (*n*) *Praef. Orae Maritimae Cohortis I.* Hiſpaniæ plures *Oram Maritimam* memorant; at eo nomine nimis multum aberant veteres ab Hiſpania, ut ex *Prafatione* triumphi a Pompejo acti patet (*o*), *Cum Oram Maritimam a pradonibus liberaſſet, & Imperium maris populo Romano reſtituiſſet*.

Quid dicemus de (*p*) *Cornelio Gallo*, qui *teſtamento* ſibi ſtatuam decrevit? at inſcite *Priſca Ordinem a Decurionibus* diſtinguit, & I pro *juſſit* inſcribit. In *Brixiana* (*q*) me acquieſcere non ſinunt *Pontificis Fecialis* munus, verba *Dono Datum*, dedicantis ſuppreſſio, *Conſul* Romanus neſcio unde notus, & quod nulla appareat, illum *Brixiæ* marmoreum, aut æreum ſtatuendi, ratio. *Veronenſem* (*r*) nauci facio ob *Gneum Quinti*, & *Clodiam Tonniae Libertam*, & *Contubernalem Solam*.

Moc-

(*a*) Vid. not. ad hanc in cit. Edit. Gruteri.
(*b*) Pag. CCCLXXXIX. n. 2.
(*c*) In *Indic.* pag. XCIX.
(*d*) Pag. CCCXC. n. 2.
(*e*) Pag. CCCXCI. n. 1.
(*f*) Pag. CCCXCIII. n. 2. *Romæ in baſi.*
(*g*) Pag. cit. n. 3. *in alia baſi ibidem.*
(*h*) Pag. CCCXCIV. n. 5.
(*i*) Pag. CCCXCV. n. 5.
(*k*) *Syntag. Inſcript. Antiq.* 20. VIII. pag. 517.
(*l*) Pag. CCCXCV. n. 7.
(*m*) Pag. cit. n. 8.
(*n*) Pag. cit. n. 9. 10.
(*o*) Plin. Lib. VII. cap. 26. Vid. ſupra Lib. II. col. 41. not. (*a*) hujus Oper. ubi integra exhibetur hæc Epigraphe.
(*p*) Gruter. pag. CCCXCVI. n. 4.
(*q*) Pag. cit. n. 5. ponit *Brixiæ*. Vid. pag. CCCXCVII. n. 5.
(*r*) Pag. CCCXCVI. n. 7.

Moeneſium Caſtrum (*a*) cum ſubruere conſtituiſſem, & jam tormenta admoverem, Fabrettum (*b*) ſubſidio eidem propere venientem conſpexi, & expavi; cum deinde arma, quibus inſtructus accederet, exploraſſem, ejuſque ſundam non lapideis, ſed carthaceis telis onuſtam noviſſem, erexi me rurſus, ac confirmavi : nihil certe eſt quod affert, *Aurelio Caeſari Imp. Caeſaris Filii Hadriani Antonini Filio : Decuriones Caſtri*, aut *Patronum Caſtri*, nullum profecto vetus monumentum eſt, Scriptor quoque nullus, qui memorarit, ut nec *Moinenſes* iſtos : plura, fateor, quod antiquam Geographiam attinet, ab Inſcriptionibus unice docemur; ſed in ipſone Romano agro municipium fuerit ea dignitate ac frequentia, ut Ordine Decurionali polleret, de quo Hiſtoricorum, aut Geographorum, aut quorumcumque Scriptorum nemo umquam meminerit? *Pupillus* Gruterianus *Flamen* etiam dicitur *Quinquennalis*; quod muneris nemo pariter vidit alias, aut audivit, niſi Reineſius (*c*), qui cum Quinquennalitate, quæ municipalis fuit Cenſura, ſacerdotium miſcet, & feminas Quinquennalitatis participes facit, & e ἱερατικωτάτῳ annis quinque Flaminem Quinquennalem exſculpſit. Ipſa Inſcriptionis forma diſſonat; quinque verſus priores honorarias imagines indicarent, repente ſubditur *Ex Teſtamento* : quatuor deinde, quorum ingenui duo, duo etſi patroni prænomine ſuppreſſo Liberti, *Fecerunt Et Sibi Et Suis* : Anaglypha quoque, quæ deſcribuntur, Ligorium, aut id genus impoſturas ſapiunt : *aſcendentem lacertam prohibere conatur avicula*, cum nullum magis terreſtrium animalium aviculæ horreſcant ac fugiant, quam lacertas.

Scipionem Africanum (*d*) Aldo remitte : *Cornelium Sillam* (*e*) prætereo haud libens. *Ordo Dertoſai* (*f*) quod non intelligitur, fruſtra decernit, & * *Valerium P. Decii Libertum* promit, Sevirumque per numeralem tantum notam exprimit.

De (*g*) *Marino* Douſæ jacente *alicubi*, & magnis nominibus multis infra decorato, ſed in ænigma nulli Oedipo explicabile deſinente, quid ſtatuam? * *Procurator Familiae Gladiatoriae* in nullo uſquam monumento alio apparuit quod ſciam : *Marinus* autem per tot Orientis, & Occidentis provincias hanc procurationem habuiſſe dicitur, ut eſſe inter eas conſtet, quæ gladiatoria ſpectacula, Italiæ fere peculiaria, numquam receperint. Id nequaquam prætermittam, perperam omnino Reineſium (*h*), & Cellarium (*i*) ex hac Inſcriptione tradidiſſe, *Tranſpadanam* regionem, *Hiſtriam* & *Liburniam* in Provinciam unam coaluiſſe : quamvis enim genuina haberetur Inſcriptio, id minime conſequeretur ex eo, quod *Marinus Procurator Alimentorum Per Tranſpadum* (non ita veteres loquebantur) *Hiſtriam Et Liburniam* fuiſſet, cum id munus potuerit ille in unaquaque regione diverſo tempore obiiſſe, & cum ſecundaria officia eodem tempore in provinciis pluribus paſſim eſſent qui adminiſtrarent.

T. Flavius Germanus Procurator (*k*) fuit *Viceſima Hereditatium, Umbria, Tuſcia, Piceni, Campania*, & *Ad Alimenta Italia, Calabria, & Apulia*, quas non ea propter ab eodem Conſulari, vel Correctore adminiſtratas eſſe putabimus. Liceretne ex hoc ipſo epigrammate inferre, quatuordecim provincias illas, per quas camdem procurationem Marinus habuiſſe dicitur, provinciam unam fuiſſe? Inſueta valde loquutio illa in (*l*) *Dudiſtii* honoribus, * *Pontificatu Ornatus Flaminio* ** *Exornatus*, ſicuti legere neceſſe eſt; nihilominus epigraphen repudiare non auſim : in ea τὸ *Adſcenſus Provincia Lugdunenſis* docte excutit Turrius (*m*), proprie vero nec *Cenſitor*, nec a *Cenſibus* deſignatur, ſed *Adjutor Ad Cenſus*, ut Inſcriptio loquitur, ubi probe legatur. Habetur alibi (*n*) *Legatus* * *ad Cenſus accipiendos*.

Q. Fabium Allobrogicinum, & *Victorem Allobrogum* (*o*) eodem loco habe, quo R. C. pro *Reipublica Cauſa*. *Fabium* bis (*p*) *Aurigitanum*, ac *Pium In Suis*; & *Lepidum F. Qua Poſt Mortem Ejus Poſita Eſt Adjectis Ornamentis Aedilicii* (*q*) Hiſpania jure quodam ſuo obtrudit : quibus Samnitica *Alliſanorum* (*r*) civitas *Maximum Vindicem Omnium Peccatorum* imperterrite opponit. *Fabricius* (*s*) in poſtremis verſibus concidit, itemque (*t*) *Patronus Patronorum Farſontius*. Cognomen tantum enunciarem *Fauſtum Auguſtalem Qui Inter Primos Auguſtales Auguſtalis Factus Eſt*, & *Libertis Futuris* (*u*) monumentum parat, vel injurias ævi maximas perpeſſum fateamur, vel nos ludere velle. Plinium (*x*) ſi *Fertinos* effert, *emendare* nequaquam auderem, niſi lapide conſpecto

---

(*a*) Gruter. pag. CCCXCVII. n. 3.
(*b*) Fabrett. pag. 688. n. 101. 102. 103. Vid. quæ ſubnotantur in poſtrema Edit. Gruteri.
(*c*) Vid. Reineſ. pag. 225.
(*d*) Pag. CCCXCVII. n. 4. *ex Aldo*.
(*e*) Pag. CCCXCVIII. n. 4. Auguſt. *Dial.* x. pag. 264. cit. Edit. & quia variat a Gruteriana verſ. 2. 4. hic adfertur, quamvis ponat *Cajeta*, ut Gruterus :

L . C O R N E L I O . L . F
S V L L A E . F E L E I C I
D I C T A C T O R I
L E I B E T E I N I

Vid. aliam *Cornelio Sullae* poſitam pag. cit. CCCXCVIII. num. 3.
(*f*) Pag. CDII. n. 3. * verſ. 5. 6.
(*g*) Pag. cit. n. 4. ponit *Alicubi in Græcia e Douſae Conſtantinopolitanis.* * verſ. 3.

(*h*) In not. ad Epig. 81. 1. pag. 119.
(*i*) Lib. II. cap. VIII.
(*k*) Gruter. pag. CDXI. n. 1.
(*l*) Pag. CDIII. n. 5. * verſ. 3. 4. ** verſ. 5.
(*m*) *Monum. Ant.* pag. 46.
(*n*) Pag. CDXXVII. n. 12. * verſ. 10.
(*o*) Pag. CDVI. n. 6.
(*p*) Pag. CDVII. n. 3.
(*q*) Pag. cit. n. 5. ponit *Tarracona*.
(*r*) Pag. cit. n. 7. ponit *in prædio quodam extra civitatem Alliſanorum*.
(*s*) Pag. CDVIII. n. 3.
(*t*) Pag. CDIX. n. 4.
(*u*) Pag. cit. n. 5.
(*x*) Vid. in not. ad Epig. 8. pag. cit. CDIX. ubi legitur „ Ex „ hac Inſcriptione emendandus Plinius III. 19. Fertini, & „ Tridentini, & Bervenſes Rhæticæ oppida : corrige *Feltrini*, ideſt incolæ oppidi Feltriæ. Hodie Feltre in con„ finiis Carnorum, Venetorumque Epiſcopali Sede nobi„ litatum. *In Nat. Hiſt. I. Plinii* excuſſa *Venetiis accurata diligen-*

ſpecto, a quo (*a*) *Feltriae Collegia Dendrophororum* tributa dicuntur : id epigramma Felicianus recitat, & Bononius, qui *Laurentino Lavinati* ſcribit, non *Laurentinæ Lavinatis Decuriæ Flamini*, ut exponebat Valeſius (*b*) ad *Marcellinum*.

Nihil pene habent non ex antiquitatis ignoratione deductum Aldi (*c*) *Legio Sorana*, & *Colonia Deducta* ; Scaligeri, (*d*) *Flaminius Decurionis Filius Domo Catinæ Exortus*, & Veronenſis (*e*) *Flavius*, qui *Manes* cum *Jove* miſcuit (*f*). *Martio Sen. Inc.* ſeu * *In C. Carvetior Quæſtorio*, & (*g*) *Sabino Limico Sacerdoti Conventus Bracari* quicumque fidit, credulitate non caret.

Fulvio (*h*) informi Gutenſtenii neglecto, *Laziana* prodigia reſpice (*i*); *Præpoſitum Conſularem*, & *Coloniam Daciam Sarmaticam*. Sequentes qui probat, ſibi habeat, fruaturque præſertim (*k*) *Præfecto Prætorio Imperatorum Omnium*, *Donato in Provinciam Parthiam*, eodemque * *Præfecto Prætorio Miſſu Ravennatium* : Mirificis deinde Inſcriptionibus (*l*) ſecunda, quinta, & ſeptima Gallia, Hiſpania, & Germania certant. *Veronenſem*, quam Sculterus *ad marmor deſcripſit*, ſi, ut hic (*m*) eſt, in manus meas incidiſſet, cum *Capionis* illa ſociaſſem, & in Borealem plagam projeciſſem. Quas Pingonius hic (*n*) profert, etiam vindicaſſet, vellem, & inculpate ſermocinantes oſtendiſſet.

Gentes (*o*) *Adreticiam*, & *Victimariam* audierat nemo. (*p*) *Q. Hedium*, alibi (*q*) *Epidium*, *Xvirum* fuiſſe *Puteolanum Stilitibus Judicandis*, & *Sub Principe Veteranorum*, credat qui officium prius in municipiis, ſecundum in militia Romana habitum, vel auditum eſſe credit. *Neapolitanam* (*r*) *Herbacii* herbaceam puto, & ei, a quo accepit, reddere Panvinium velim. * *Compar Fecit*, nomen non habens ; *Se Vivo* non additur niſi in monumentis, quæ quis ſibi ſtruit ; ** *Ob promiſſam Venationem* dividebatur nihil. Urſini (*s*) *Philoſophum Stoicum* plauſu excipere averem, quamvis *XXII annorum* ætas ab auſtera illa ſecta videatur aliena, ſed dubitationis expertem me eſſe non ſinit, quod * *Cinerarium Condidit* inter ſepulcrales formulas non numeratur ; & *Herius*, prænomen ut plurimum, quod Fabrettus (*t*) docet, gentilitii loco ſit, *Muſoliuſque*, & *Auctius* ſub nominum figura cognomentorum vicem præſtent : dices in proxima ſtatim pagina (*u*) *Tertius* eodem loco haberi ; at ſcias in præclaro marmore Muſeo noſtro jam per me inlato *Tertinus* legi.

Conſulem Antiochum Philopappum Fratrem Arvalem (*x*) Faſti ignorant. *C. Julius Caeſar Strabo* (*y*) neſcio quid ingerit alieni. Adverſus *Viennenſem* (*z*) inconſtantia primo pugnat ; nam a Scaligero *Foederatae Remi Public.* a Sponio (*a*) qui ex Chorierio hauſit, *Civit. Remi Fœderata* : poſtremam amplectamur, quæ honeſtius loquitur ; at pugnat nihilominus cum ſe ipſa : nam Remorum (*b*) urbem, quam *Durocortorum* veteres appellant, *Remos* dictam ante Ammianum (*c*) non video, nec *Civitatem Remorum* ante *Notitiam Provinciarum* : *Gruterianam* (*d*) quidem memoravimus, a doctiſſimo etiam Cellario (*e*) laudatam, in qua Conſtantinus *Civitatem Suam Remorum* Thermis donat ; verum ſuppoſititiam docuimus : ut autem ſincera eſſet, diſconveniunt adhuc (*f*) *Foederatae* conditio, & jus ab Inſcriptione noſtra adpoſitum ; Romanæ enim Reipublicæ temporum ea vocabula ſunt, & primæ Imperii ætatis : deſierunt ſequiori *foedera*, quibus civitates cum populo Romano æquis conditionibus, & ſalva libertate conjungebantur. Abolitum autem omnino Fœderatarum civitatum nomen opinor, poſtquam Caracalla civitatem Romanam univerſis ſub Imperio Romano populis dedit ; qui enim eo jure polleret, Fœderatorum conditionem antecellebat.

Tiburtinam (*g*) elimina, *Nemauſenſem* (*h*) reconcinna : nec e Nemauſo mihi * *Seviri Corporati* arrident ** *Ex Poſtulatione Populi* Nigrum honorantes. Novum munus videtur (*i*) *Procurator Claſſis*, præcipue cum *Præfecto* conjunctus. Neque (*k*) *Emilgraphiniam* nullo ſenſu blaterantem ab Arelatenſibus, neque (*l*) *Conductorem Ferrariorum Ripæ Dextræ* a Narbonenſibus mihi ingeri patiar. Probaſſe miror, & citaſſe Reineſium (*m*) *Honores Quos Cuique Plurimos Libertino*

diligentia per Melchiorem Seſſam, & Petrum Serena ſocios Anno Domini M. D. XXV. *Die* XXIV. *Aprilis* habetur L. III. cap. 19. cit. f. XVI. a terg. „ *Feltrini* (abſque auxilio cit. lapidis) & Tridentini, & Berneneſes, Rhetica oppida „. Hujus Edit. mentionem facit Maittair *Annal. Typograph.* ad An. 1525. T. II. Par. Poſter. pag. 666. Hagæ Comitum 1722.

(*a*) In cit. Epig. 8. *verſ.* 6.

(*b*) Lib. XXVIII.

(*c*) Pag. DCIX. n. 9. ex *Aldo*. *Fœde trajecta eſſe ab exſcriptore videtur Reineſio*.

(*d*) Pag. CDX. n. 1. a *Scaligero*.

(*e*) Pag. CDX. n. 5.

(*f*) Pag. CDXI. num. 4. * ideſt in *Colonia*, c. pro *Colonia* ſup. XXXVI. 12. XXXVII. 3. Ita ad hanc in Grut.

(*g*) Pag. CDXII. n. 1.

(*h*) Pag. CDXIII. n. 7. *Gutenſtenius ex Urſini Schedis*.

(*i*) Pag. CDXIV. n. 5.

(*k*) Pag. cit. n. 8. verſ. 2. * verſ. 12.

(*l*) Pag. CDXV. n. 2. ponit *Narbone*, n. 5. *extra Tarraconem in vinea P. Gutmarmani*, & n. 7. *in Caſtro ſupra Leybnizam Syriæ*.

(*m*) Pag. CDVXI. n. 2.

(*n*) Pag. cit. n. 6. 7. 8.

(*o*) Pag. CDXVII. n. 1.

(*p*) Pag. cit. n. 5.

(*q*) Pag. CDIV. n. 7. Sed *auctior* ſub n. 5. cit. pag. CDXVII. ubi *alio modo diſting. Pigh.*

(*r*) Pag. CDXVIII. n. 6. * verſ. 6 & 7. ** verſ 8.

(*s*) Pag. CCCXVIII. n. 11. ex *Urſini Imag.* * verſ. 10 & ult.

(*t*) Pag. 27. & 28. cap. 1.

(*u*) Pag. CDXIX. n. 6. ad fidem lapidis edita in *Muſ. Veron.* pag. CLXXII. n. 2. ex eo in *Supplem.* ad Claſſ. X.

(*x*) Gruter. pag. CDXXI. n. 2.

(*y*) Pag. cit. n. 5.

(*z*) Pag. cit. n. 8.

(*a*) *Miſcell. Erudit. Antiquit.* pag. 203.

(*b*) „ *Rhemi*, ſeu, & melius *Remi*, populi Galliæ Belgicæ, quo- „ rum urbs *Rhemi*, ſeu Durocortorum, *Reims* ad Vidulam „ fluvium „ *Nov. Lexic. Geograph.* Phil. Ferrarii ex edit. Mich. Ant. Baudrand. Iſenaci 1677. in fol.

(*c*) Lib. XVII. pag. mihi 1494. C.

(*d*) Gruter. CLXXVIII. n. 1.

(*e*) Pag. 148.

(*f*) In cit. Epig. 8. pag. CDXXI. verſ. 9.

(*g*) Pag. CDXXII. n. 4. & ex *Apiano* varians n. 5. *Emendatius* vero pag. MLXXXVIII. n. 12.

(*h*) Pag. CDXXIII. n. 5. * verſ. 6. ** verſ. 10. Vid. pag. cit. n. 5.

(*i*) Pag. cit. n. 8.

(*k*) Pag. CDXXVI. n. 1. verſ. 4. 5.

(*l*) Pag. cit. n. 4. verſ. 5. 6.

(*m*) Vid. not. ad Epig. 99. I. pag. 136.

tino Ordo Singilienſium decrevit (*a*). Brixiæ (*b*) *Verderianam* forma arguit inſolita, & *Facultates Collegio Relictae*. Quæ (*c*) antecedit, & duas (*d*) quæ conſequuntur, ſubtilius ne penſites. *Patavinam* (*e*) Scardeonii * *Patria* fruſtra commendat, cum votiva incipiat, pergat honorifica, funeraria deſinat.

Diu eſt ex quo a Zamoſio quievimus : jam nos in Daciam is revocat, ubi (*f*) *Eadem* (quamvis antea minime nominata) *Plebs Trajanenſis Mucianum* celebrat, *Donis Donatum Ob Virtutem Et Fortitudinem*, quæ verba ſollemnem ejuſmodi formulam non ingrediuntur, & poſt *Virtutem*, ubi de re agitur militari, *Fortitudo* cur adderetur? *Virtute conſiſi* cum dixit Livius, inepte adjunxiſſet, *& Fortitudine*. *Pura Haſta* donatos lapides non præferunt, ſed *Haſta Pura*. *Corona Victrix* inter militaria dona numquam numerata, Poeſin ſapit potius, quam Hiſtoriam. *Primipilaris Alae Campanae* excogitatum incaute officium eſt; pilum ſcilicet peditum fuit haſtile, non equitum, & Primipilus, ac Primipilaris ad Legiones perpetuo pertinent, non ad Alas. In Inſcriptione adnectitur *Dex* : putavitne, qui titulum elaboravit, Dextræ & Siniſtræ appellationes, quas, cum explicatur acies a parte qua conſiſtebant, Alæ adipiſcebantur, ut & hodie fit, permanentes fuiſſe, ita ut Alæ haberentur etiam extra aciem *Dextrae*? amplexus tamen eſt hanc Inſcriptionem Fabrettus (*g*). Septem (*h*) conſequuntur epigraphæ, una, ut opinor, litura involvendæ; nimirum una & eadem eſt, quæ ſepties ingeritur, quamvis ſub finem unum & alterum immutetur verbum. Patrocinantur ei plurimi, & emendat Fabrettus quoque : at (*i*) *Amico* clauditur, cum honorati præceſſerint duo *Secundus*, & *Sura* : Secundus ingenuus, & *Patronus* inter *Accenſos* projicitur : dictiones * *Primo Secundo Tertio Conſulatu Ejus* neque ullo modo cum præcedentibus, & ſubſequentibus conglutinantur, neque eo loco vetuſtatis odorem afferunt ullum.

Multiplices Coloniarum tituli, ob quos præcipue hæc commendantur epigrammata, quam fidem in lapidibus a nobis exigant, intelligis. Varie a variis notantur : Petrus de Marca in *Barcinonenſi* legendum contendit *Faventia Julia Auguſta Pia*, aliis (*k*) eſt *Flavia Julia Auguſta Paterna*, Harduino *Flavia*, & nihil ultra : in *Tarraconenſi* (*l*) legunt *Julia Victrix Togata* : verum neque hanc *Juliam*, neque illam *Juliam*, aut *Flaviam* vel Plinius, ad quem præcipue pertinebat, vel nummi Barcinonis & Tarraconis titulis inſigniti denuntiant uſquam.

Gentilis mei cimelio non parcam : cum (*m*) *Armenia* ſub *Ducis* adminiſtratione eſſet, tria Romana nomina vix fuiſſe puto qui præferret; quapropter, quo loco habeam, neſcio. * *Sextum Licinium Pactumejum* inaudito etiam Magiſterio, & Uxore incognita auctum. Inſcriptionis (*n*) *Gentem Dacorum Et Regem Decebalum* ex abrupto memorantis non omnia mihi probari poſſunt, quamvis *probæ notæ* eam reputarit Fabrettus (*o*); tanti faſtigii vir *Haſtis*, & *Coronis Muralibus* donatus fuerat? *Claſſicis* quoque duobus? at inter militum præmia quis *Claſſica*, vel *Coronas Claſſicas* numerari vidit? *Granianus* (*p*), qui paulo ante *Celſo Oræ Maritimæ Præfecto* lapidem dicaverat (*q*), *Præfectus Oræ Maritimæ* * *Laletanæ* ipſe hic evadit, & a *Phileto Domo Roma* lapidem accipit. Mira hæc Patriæ *Romæ* enunciatio in lapidibus, & mirus is Magiſtratus in exigua Laletanorum regione, ipſique Tarraconenſi urbi proxima. *Neapolitanam* (*r*) Licinii *Ex Comitibus* * Pighius, Smetius, Gudius bona mente conſecrant : *Narbonenſem* (*s*) neſcio cujus, in qua cum Funere * *Orantes Vectigales* decernuntur, Gutherius mirifice illuſtrat.

Summus Curator Civium Romanorum Provinciae Lugdunenſis, & *Negotiatores Vinarii Seviris Auguſtalibus* (*t*) æquati aliquanto turbant : magis tamen (*u*) *Ocella Q.*, & (*x*) *Suſſefauei* (*y*), *Curator Operum Maximorum*, & (*z*) *Aug. Bad.* cui fidem habent Goltzius, & Cluverius. Quid de (*a*) *Maſculo Quatuorviro Bondicomenſi* dicam, pro quo Gudius & Holſtenius pugnant? de eo perſcribitur, *Hic Propter Viam Poſitus*, ac ſi hac ei ſingulariter contigiſſet, & non omnes fere propter vias tumularentur : cujus moris veras cauſas, non quæ ſubtus * innuuntur, crediderim, ſed illam unice, quæ ad condendos titulos, & ad ſuum, vel ſuorum nomen lapidibus incidendum homines impellit; innoteſcendi ſiquidem cupiditatem, & ſui, vel ſuorum memoriam quam plurium oculis ingerendi : ubi enim in interioribus, & deſertis agris monumenta locaſſent, condendis tanto ſtudio epigraphis, quas viſurus nemo eſſet, ſuperſedere poterant, nullus autem extra urbem viis publicis frequentior, & magis tritus locus : propterea nobiliorum ut plurimum frequentatis maxime *Flaminia tegitur cinis, atque Latina* (*b*). Lon-

(*a*) Apud Gruter. pag. CDXXVI. n. 8.
(*b*) Pag. CDXXVII. n. 3. ponit *Brixiæ ad S. Angelum e Schedis Verderii*. Variantem exhibet Murat. pag. DXVI. n. 1. & ponit Brixiæ *in Domo Montiorum ex Rubeo*. Nec aliter MS. D. Petri Gnocchi Presbyteri Brixienſis Lib. 1. cap. 21. pag. 47.
(*c*) Gruter. pag. cit. CDXXVII. n. 2.
(*d*) Pag. cit. n. 4. 5.
(*e*) Pag. cit. n. 10. * verſ. 9.
(*f*) Pag. CDXXIX. n. 1. verſ. 10. & ult.
(*g*) *Column. Trajan.* pag. 239.
(*h*) In cit. pag. CDXXIX. a n. 3. uſque ad 9.
(*i*) In cit. Epig. ſub n. 3. 4. 5. 6. * In his.
(*k*) Vid. not. ad cit. Epig. 3. in cit. edit. Gruteri.
(*l*) Pag. CXI. n. 3. verſ. 1. Vid. not.
(*m*) Pag. CDXXX. n. 2. *in Ædibus Aug. Maffei Romæ, e Mazochio*. * verſ. 1.
(*n*) Pag. cit. n. 5.
(*o*) *Column. Trajan.* pag. 241.
(*p*) Pag. CCCXCV. n. 9.
(*q*) Pag. CDXXX. n. 4. verſ. 7. 8. * verſ. 10. & ult.
(*r*) Pag. cit. n. 6 * Vid. not.
(*s*) Pag. cit. n. 7. * In Grut. verſ. 5. & ult. OMNES VECTIGALES.
„ ſcilicet quod ſtipem omnes cives ad ſepulturam contuliſ-
„ ſent, ut interpretatur Gutherius de Jure Manium L. II. c. 34.
(*t*) Pag. CDXXXI. n. 1.
(*u*) Pag. cit. n. 2.
(*x*) Pag. cit. n. 3.
(*y*) Pag. cit. n. 4.
(*z*) Pag. cit. n. 6. *Auguſta Badacum* interpretatur Goltzius in Theſ. Vid. Ortel. & Cluver. in Vindel. c. 5.
(*a*) Pag. cit. n. 5. * Ideſt in fin. Epig. verſ. 4. & ult.

VT . DICANT . PRAETEREVNTES

LOLLI . VALE

Aliam cauſam adſignat Varro v. de L. L.
(*b*) Juvenal. Satyr. I.

Longus de *Sabini* Beneventana (*a*) ſermo inſtitui poſſet, in qua viri docti ſudant. Fierine potuit, ut illam nemo ex iis abjiceret tamquam duarum forte Inſcriptionum, earumque additiis, deformibuſque dictionibus infectarum concretionem? poſt illa * *Poſteriſque Suis Fecit*, quibus ſepulcralis clauditur titulus, militarium officiorum ſeries importune videtur adnecti: a Cohortibus Urbanis numeralis abeſſe non ſolet nota; Tribuni *Adjutor* & *Secutor*, ſunt qui pro eodem munere accipiant: ſed ut hæc & cetera admitti, & reſtitui poſſint, cauda certe mundari nequit, quin deglubatur. *Satis clarum* eſſe, deſignatum ibi *obitus diem* docemur in *Corrigendis* (*b*); at Antiquariorum filiis ſatis apertum contra eſt ac dilucidum, honeſtæ *Miſſionis* acceptæ diem, & annum ibi enunciari. *Depoſitus* etiam *VI. Non. Mai.* jubemur legere, cum eam formulam Chriſtiani tantummodo uſurparent, quibus hic nimis abſumus: *Quatuor* deinde *Conſules* ibidem putantur conſtituti *ad exemplum aliarum Inſcriptionum*; docuerat enim & antea id Almelovenius, a Thoma Lydiato ſuffultus (*c*), quatuor laudari Conſules in Inſcriptione ænea (*d*), quod in Florentino Muſeo ſumma voluptate conſpexi; at in ea *M. Lollius Paullinus Valerius Aſiaticus Saturninus*, & *C. Antius Julius Quadratus* duo manifeſtiſſime, non quatuor Conſules conſignantur. Modeſta clauſula Inſcriptionis noſtræ adnotatio obſignatur: *peritior in biſce dabit meliora*; at de tam contaminata epigraphe, in qua ſecundo Conſulum Collegio inepte enunciato adjunguntur ineptius *Pedes* in fronte & in agro, *peritior* omnino tacebit.

Poſt (*e*) *Lucretii* Poetæ fabulam, & (*f*) *Sevirum Auguſtorum*, (*g*) *Severus Patricienſis* venit, in Municipio ignoto *Axatitano Ex Incolatu Decurio*; ut hodiernos etiam ævo illi appingere velimus mores, civitas *ex incolatu* multis in locis acquiritur, non ordo, & dignitas. Cognomentum nomini anteponunt Scriptores quandoque, lapides non item; hinc eſt quod (*h*) *Craſſum Macrobium* ægre recipiam; ægrius multo * *Negotiatores Provincia Apulenſis*; Coloniam enim *Apulenſem*, & Municipium *Apulum* novimus, ejus nominis Provinciam non reperiemus: qua de cauſa, ut puto, *Provinciam Apuliam* legere mavult Scaliger in Geographico elencho, *Tom. I.* ſed neque ex Dacia afferretur lapis ab Apulis mercatoribus Defenſori ſuo dicatus, neque Provinciæ nomine æquum eſt Italicam regionem cenſeri.

Mirifica ſunt, quæ a viris doctis ſub (*i*) *Magonii* titulo recitantur: *Tribunus Militum* III. intelligendus eſſe dicitur *tertiæ Legionis*; & *Ad. Kal. Veget.* Adjutor Kalendarii exſculpitur, & quidem Vicetini, cum in Hiſpania ſimus; in Procuratore *Ad Ducen. Accipien.* Salmaſii explicatio præfertur, *ad ducena ſeſtertia accipienda*, cum obvium eſſet *ad ducenteſimam*, vel tutius *ad cenſus accipiendos*: inaudito autem, & incongruo *Tribuni Perpetui Hiſpaniæ Bæticæ* magiſtratu nemo, quod mirum eſt, offenditur, & abalienatur, nemo pariter, quod * *Amico Optimo* ponatur, & amici ponentis nomen appareat nuſquam. Miſera res eſt, cum fictitia epigrammata viri docti explicanda ſuſcipiunt; aberrare enim neceſſario coguntur, & in avia & devia uſquequaque provehi. (*k*) *Filio Naturali*, quam formulam legitimi lapides ignorant, memoriam condens *P. Paccius Januarius Mamercium* vocat *Spurii* Filium: adnotatur importune, naturalem filium vocari Spurium: tituli fallacia ſub finem quoque proditur, ubi *Filio Et Cognatae Piiſſimis.* factum dicitur, cum nulla anterius femina memoretur. Ut (*l*) *Titienſem Megale* declarent, Tritium Metallum Hiſpaniæ oppidum erudite advocant; at quid ibi eſt *Decurialis Allectus?* quid *Allectus Italicam?* quid *Ex Cauſato?* Quæ, & ubinam (*m*) *Marcia Colonia* fuerit, quod ignorem, doleo, cujus *Populus Imperabat*.

C. Marii priorem (*n*) amplexus eſt Auguſtinius (*o*), qui a poſteriori (*p*) disjungere non debuit, ſed utramque eadem litura coercere. Dempſterus * cum ceteris ne offucias faciat; non eſt cur ſingula excutiamus; qui marmoribus aſſuevit, primo ſtatim intuitu recitationem hiſtoricam ridet.

Strenuum (*q*) *Procuratorem* lauda, qui in Imperatorem transformatus *Municipium Dintina Barbarorum Obſidione Liberavit*. Ubi hæc (*r*) rurſus affertur, *Maurorum* dicitur, quo nihil potuit ineptius dici.

Luſos nos plane voluit, qui (*s*) *Miſitheo* Gordiani Junioris ſocero titulum a Romano Senatu poſt Parthos, ſeu Perſas, ut tunc nominabantur,

(*a*) Pag. cit. CDXXXI. n. 9. * verſ. 6. 7.
(*b*) Pag. CCCXXXV. ad cit. Epig. 9. Vid. ibi.
(*c*) Vid. *Corrig.* pag. CCCXXIII. ad Epig. 12. CLXXXIX.
(*d*) Edita fuit a Gorio *Inſcr. Antiq. Etr.* Part. I. pag. 69. num. CXCII. Et ex eo in *Supplem.* ad Claſſ. V. cum ſit fœdata apud Gruter. pag. DLXXIV. n. 5. ac aliter diſpoſiti verſus.
(*e*) Idem Gruter. pag. CCCCXXXII. n. 2.
(*f*) Pag. cit. n. 3. 4. 5. 6.
(*g*) Pag. cit. n. 7.
(*h*) Pag. CDXXXVIII. n. 2. * verſ. 3. 4. 5.
(*i*) Pag. CDXXXIV. n. 3. ponit *Antiquaria Hiſpan.* ex *Schedis Archiepiſcopi Auguſtini*. * verſ. 6.
(*k*) Pag. cit. n. 4.
(*l*) Pag. cit. n. 5. verſ. 4. TRITIENS. In not. *Tritienſi*. Fabret. *Tricienſ.* &c. MS. Pigh.
(*m*) Pag. CDXXXV. n. 3.
(*n*) Pag. CDXXXVI. n. 2. *Romæ in ædibus quondam Pomponii Læti, in Quirinali Fragmentum marm. literis grandib. formoſiſq.*
(*o*) *Dialog.* X. pag. 266.
(*p*) Gruter. cit. pag. CCCCXXXVI. n. 3. Eadem apud Gor. *Inſcr. Antiq. Etr.* Par. II. pag. 248. n. 8. ubi inquit „ Vetuſta hæc „ Tabula intercidit; ſed in aliquibus MSS. Codicibus dicitur „ extare Arretii in Baſilica ſub ſtatua C. Marii. Mutiliorem *Gruteriana* & *Goriana* exhibuit Auguſtinius loc. cit. & cur ita, vid. ibi.
* Ad L. V. *Antiq. Rom.* c. 36. dicit illam fuiſſe *Arimini*, at variat in lectione; ſed Piccartus in Collect. n. 62. Romæ in dorſo collis Quirinalis in domo Pomponii fuiſſe ſcribit, ut ſupra diximus. Vid. Boiſſ. T. III. 118. De hoc eminenti viro municipe Arpinate eximium utique monumentum haberemus, ſi *litura* dignum non eſſet. De C. Mario conſ. Salluſt. de *Bello Jugurth.* n. 63. Cic. Lib. II. *Tuſc. Quæſt.* Flor. Lib. III. c. 3. & 16. Plin. Lib. XI. c. 45. Valer. Max. Lib. II. cap. 1. §. 17. & alios. Plutarchus ejus vitam ſcripſit.
(*q*) Pag. CCCCXXXVII. n. 4. ponit *Antiquerae in Hiſpan.* e *Morali*.
(*r*) Pag. MCI. n. 6. ponit *Ibidem ex autographo Pighii.* * verſ. 6.
(*s*) Pag. CCCCXXXIX. n. 3.

tur, repulſos decretum, & a Capitolino (*a*) relatum, Romæ in lapide vidiſſe narrat: eam Inſcriptionem *ſub quadriga equorum & curru triumphali* fuiſſe, Auctor non dicit, ſed Gordiano a Senatu datum, ut quadrigis elephantorum invectus triumpharet, *Miſtheo*, ut quadriga equorum, & triumphali curru uteretur, utque illo præterea monumento honoraretur: quæ ſecundo loco (*b*) a Grutero affertur, e Capitolino totidem verbis * exſcripta eſt. Interpolationis ſuſpicionem in *Neapolitana* (*c*) excitant *Demarchia*, *Regio Primaria*, & *Patronus Mirabilis*.

De celeberrima (*d*) *Munatii Planci*, *Lugdunum*, & *Rauricam* colonias deductas memorante, invito animo ſermonem habebo; angor enim, & verecundia quadam afficior, quod mihi placere non ſentiam, quæ olim Auguſtinio (*e*), & Lipſio, nuper Sponio (*f*), Menetrierio, Cellario quoque ſummopere placuit, quamque in dubium qui revocaret, novi adhuc neminem. Verumtamen eane forma conceptam Inſcriptionem funerariam probem, veteri monumento additam, & *ſupra* ejus *oſtium* infixam? quænam illi vel minima habetur ſepulcralium verborum particula aſperſa? & quaſnam ex antiquitatis naufragio ſuperſtites lapideas tabulas ſic enarrantes reperias, *triumphavit*, *aedem fecit*, *agros diviſit*, *colonias deduxit*? dummodo prolixam illam (*g*), ſed aliter prorſus conceptam *Tiberii Plautii* excipias. Indicem rerum a ſe geſtarum indebant olim tabulis, quas triumphaturi figebant Duces, ſed ex eo genere iſta non eſt, & diverſo modo concipiebantur. Mirum quoque, hiſtoricum, & maxime inſignem in Italia titulum, non in latibulo quodam abditum, ſed in *Mauſoleo* prænitentem, nec a Panvinio, nec a quoquam ex noſtris viſum fuiſſe, aut receptum: cum in editis, tum præcipue in MSS. libris varie ſemper & inconſtanter occurrit. Cur autem in hoc epigrammate proavus etiam conſignatur *Munatii*, cum ultra avum neque Faſti Capitolini in Conſulum nominibus deſcribendis procedant umquam? *Triump.* (*h*) pro *triumphavit* vetera lapidum compendia non videtur referre. Munatium *Imperatorem Iterum* appellant & *M. Antonii* numiſmata; ſed triumphaſſe *Ex Raetis*, ut hic habetur, nullus Auctor docet, nec monumentum ullum: marmora Capitolina (*i*), triumphaſſe eum *ex Gallia*, dicunt: *Rhetiam a Tiberio Nerone & Druſo Caeſaris privigno domitam* (*k*) ſcimus. *Beneventi In Italia* inepta videtur loquutio, nec placet *Rauricam* ab his omnibus ſcribi, quam Cæſar *Rauricos*, Plinius *Rauricum*, Ptolemæus *Auguſtam Rauricorum*, Notitia Provinciarum *Caſtrum Rauracenſe* indigitant.

Interpolata & contaminata videntur plura in pagina CCCCXLI. Boiſſardianum (*l*) *Inter Cives Et Peregrinos Prætorem* imagine lanceati militis exornatum præmittente: *Neratius* (*m*) enim duplici perſona oſtenditur populo, & *Pronepos* atque *Abnepos Pius Maximilianus*, nec non *L. Filiacula* (*n*) placere nequeunt. *M. Nonius Mucianus* (*o*) refuſus videtur aliquando, & varie diminutus vel auctus; * *Commilito Præſidi*? ** *Commilito* Conſuli? *Statua* (*p*) exinde occurrit *Propter Inſignia Bene Geſti Proconſulatus* ab *Aſianis Omnibus Dextro Conſecrata*, quodque mirificum eſt, Barcinonem miſſa. Raritate excellunt *Præfectus Iuventuti*, *Ornatus Militiae*, *Cohors Caeſaris*, & *Flamen Virbialis* (*q*). Nobilitatem, quæ ex vetuſtate, *Ovidianum Poetam* (*r*) non multam poſſidere crediderim. *Maffejanam* (*s*) Mazochii tanti facio, quanti ſuperſcriptas adnotationes & infraſcriptas. *Zamoſiana* (*t*) utitur Cellarius non ſemel; at *Papirius* ſine cognomine, *Populus Plebſque* præter conſuetam formulam, *Hoc Monumentum Poſuit* præter honorificarum uſum nonnihil turbant. Subſequens (*u*), ut jacet, monſtroſa eſt undequaque; *Mulſum* ex abrupto, *Monumentum* ab inexpectato, *Seſtertia* ab inconnexo, Coloni *Cediani* ab incognito, *Papieni* ab inaudito. Ad hujus exemplum properat ſeptima (*x*), in qua repente * *Baſis Lapidea* proſilit *Aere Cluſa*, & ſymmetria parum concinna *Statua Marmorea Superponitur*.

Fruſtra Gudius (*y*) tam multa revolvit, ut Conſulum Collegium cum Inſcriptione pugnans exculet; cauſam phœnomeni a Noriſio pete, qui in *Epiſtola Conſulari* admonet, a Ligorio præcipue cavendum, ubi de Conſulibus agitur, is ſiquidem titulis, quos exſcribebat, adjungebat ſæpe Conſules arbitrio ſuo; quamobrem nihil hic mirandum, ſi ſubſcripti Conſules cum * *Flamine Trajanali* componi non poſſunt.

Veronenſem (*z*) *Petronii Probi* certatim afferunt Scriptores noſtri, ſed varie. Incipit apud Gruterum *Vivens Fecit*, qua formula funebris conſtituitur; pergit *Junoni Sacrum*, quibus verbis in votivam tranſilit, deinde *Petronio Probo*, e quibus demum honoraria cognoſcitur. *Præfectus Vere-*

(*a*) *Hiſtor. Aug. Scriptor* Tom. II. pag. 122. cit. Edit. Vid. L. I cap. II col. 47. & 48. hujus Oper. ubi N. A. hanc Epig. non rejicit. Confer etiam quæ ibi adnotavi not. (*b*) ubi e Capitolino aſſertur Inſcriptio.

(*b*) Pag. cit. CCCCXXXIX. n. 4. * verſ. 4. PRAEF. PRAETORIO Capitolin. PRÆTORII PRÆFECTO ut ſupra loc. cit. in Art. Critic. videre potes.

(*c*) Pag. cit. n. 6.

(*d*) Pag. cit. n. 8. ſupra oſtium Mauſolei in altiſſimo Cajetani promontorii cacumine.

(*e*) *Dialog.* X. pag. 286. cit. Edit. ubi varians a Grutero.

(*f*) *Recherch.* de Lyon. p. 5 alter cit. Epig. diſtinguit.

(*g*) Gruter. pag. CCCCLIII.

(*h*) Auguſtinius verſ. 3. in Epig. cit. & Spon. TRIVMPH.

(*i*) Gruter. pag. CCXCVII.

(*k*) Epit. Liv. Lib. CXXXVIII.

(*l*) Pag. CCCCXLI. n. 1.

(*m*) Pag. cit. n. 5.

(*n*) Pag. cit. n. 9.

(*o*) Pag CDXLII. Vid. n. 1. 2. 3. 4. * In cit. Epig. 3. verſ. 8. ** In cit. ſub. n. 1. verſ. 6. Vid. Murat. CIX. 12. In MS. D. Petri Gnocchi eadem ac Gruteriana ſub cit. n. 1.

(*p*) Pag. CDXLIII. n. 5.

(*q*) Pag. CDXLV. n. 3.

(*r*) Pag. CDXLVI. n. 8.

(*s*) Pag. CDXLVII. n. 7.

(*t*) Pag. CDXLVIII. n. 3.

(*u*) Pag. cit. n. 4.

(*x*) Pag. cit. n. 7. * verſ. 8. 9. Vid. etiam in *Corrig.* pag. CCCXXXV. ad Epig. 7. cit. pag. CDXLVIII. & Auguſtin. *Dialog.* IX. pag. 258. prope fin.

(*y*) In not. ad Epig. Gruter. cit. pag. CDXLVIII. n. 8. * Idem verſ. 2. FLAMINI.

(*z*) Pag. CDL. n. 1.

Veronae Ter. enunciatur *Probus*, quæ dignitas numquam fuit; neque enim Italicas civitates magiſtratus ullus Roma miſſus regebat: *Vicarium* quidem *Veronae* Theodoſiani Codicis *Chronologia* a Cl. Gothofredo (*a*) adornata, ejuſdemque *Index Topographicus*, in quo *prælata literis V. C. Vicarii Veronae* legitur, exerunt; ſed ex errore ſuborto: in iis enim legibus *Vicarius* ad ſuperiora pertinet, ut locum indicet, quo leges ſunt editæ. Quid quod Collegio Conſulum Inſcriptio noſtra apud plures clauditur, quibus *Veronenſis* item alia minime extans, & a Grutero (*b*) tripliciter recenſita obſignatur, quive anno Urbis DCCLIII. nomen dedere, cum *Probus* iſte Præfectus Prætorio, & Conſul, ſeculo Chriſti quarto inclinato, floruerit? Epigraphen autem non omnino confictam, ſed, ut millies accidit, detortam, & ſive ex inſcitia, ſive data opera ut illuſtrem * *Eximiæ Bonitatis Civem* patriæ aſſererent, ineptis interpolationibus deformatam puto; nam illam in MSS. Ferrarinii Collectione recenſitam reperi diverſo initio, diverſo fine, & ſine Veronæ Præfectura.

In ſequenti pagina (*c*) cauda ſeptimæ & caput (*d*) nonæ graviter laborant. Si Volfgangus (*e*) *Placidium*, accepto pretio, Sigonio dedit, reddere tenetur in integrum. *Planciam* (*f*) reſpice, & præteri. Ad *Plautium*, qui bis (*g*) adponitur, Mazochium acerbe * Gudius incuſat, quod truncatam & conturbatam *in ſua farragine* Inſcriptionem exhibuerit; perinde ac ſi inculpata hic tandem appareat: at *P. Plautius*, deinde *Vibia* quid dicunt? quis honorans ponit, & cui ponitur? *Triumphalis Filius* quid hic eſt? *Inter Patritios* quid infert? Marcanovæ liber hic ſubdit *Lectus*: uno verbo, ne ſingulis immorer, ex genuinis fruſtis falſa eſt Inſcriptio compacta.

Ad *Veronenſem* (*h*) neſcio unde erutam injuria *Panvinii* nomen appingitur. Ex *Poblicii Bibuli* titulo (*i*) Dionyſium erroris arguit Gudius; * infirmo nimis patrono uſus ad diem tanti nominis Scriptori dicendam: declament ex adverſo licet Auguſtinius, Smetius, Boiſſardus, Metellus, commentum judico. Alia lingua, aliis modis, alia utendum erat ſcriptura ad illius monumentum ſimulandum, qui circa ſexti Urbis ſeculi medium deceſſiſſet. (*k*) Senatus Conſultum de Bacchanalibus coercendis anno DLXVIII. habitum inſpice, & compara: neque id epigrammatarius calluit, literas ætate illa Romanos non geminaſſe; quapropter ſcripſit, ut poſtea factum eſt, *Inferrentur*, *Cauſſa*, *Juſſu*. *Nemauſenſes* (*l*) aliquot cur Seviralem dignitatem præmittant nominibus, non intelligo. *M. Cato* a Cenſura bene geſta non *Cenſorinus* (*m*), ſed Cenſorius dictus eſt. Priora *L. Stilonis* (*n*) ſigla denuo cuſa ſunt; civitatum *Ordo* duobus nominibus indigitari non ſolet, nec *Ordo Decreverunt* ſcribi: habetur quidem in præclara, quæ proxime occurrit (*o*), *Senatus Cenſuere*; ſed in Feliciani libro recte *Cenſuit* legitur (*p*). *Pyramum Patricienſem Pium In Suis* tranſmiſi, ut (*q*) *Senatorem Coloniæ In Suo Ponentem* tranſmitto. Sed (*r*) *Coelitem Gymnaſiarcham*, & *Pro Pratore Daciae*, donatum *Sacra Corona*, & a *Senatu Populoque* Ulpiæ Trajanæ cultum; itemque monumentum (*s*) *Salvii In Suo Sibi Poſitus*, quod Lugduni ponunt *Liberi Superſtites*, fac attentius conſideres. Minuta quædam, & pluries animadverſa non moror. Decurio (*t*) *Auderienſium* unde eruitur? *Variani* (*u*) præconium gravitatem lapidariam non ſapit. Nautæ (*x*) *Arrecari Et Ponderates*, *Et Provinciae Galliae* apud *Venetum* Tauricium *Gall. Allectorem* habitent, ſive illum Lugduni cum Paradino, & Meneſtrierio velis, ſive cum Scaligero Novempopuloniæ. *Terentio Vero* (*y*) deinde *Obit Anno* LX. neſcio quid recentis ſonat. Municipium (*z*) *Arvenſe* tam obſcurum eſt, quam gens *Traja* (*a*), & quam *Tiucius* (*b*) ter *Vir*: ſequentes duæ (*c*) clauduntur præpoſtere. Municipia *OL.* (*d*) & *Ciſimbrenſe* (*e*) damnantur propter *Ordinem Municipum*, cum Ordo Decuriones indicet, *municeps* ex municipio quoſlibet, & propter importuna illa *Ex S. C.* deinde *Et Liberis*. In *Genevenſis Provincia* (*f*), quam nemo audierat, *Patrono Optimo* honorem ſtatuit, quem ſepulcrali clauſula obſignat. *Arabino* (*g*) *Statuam Exornandum Cenſuere*, Tarraconenſis Latinitas eſt, ut *Flaminales Viri* Tarraconenſis dignitas. In hac charta eſt, quæ ſic loquitur: *Collegia Kalendarium Et Iduaria Duo Civi Gratiſſimo Poſuerunt* (*h*): in * *Iduariis* explicandis viri docti diſputant, & ex hoc titulo Lexicographi vocem recenſent: at civitatum *Kalendaria* cum marmora, tum antiquæ leges nobis oſtendunt, *Iduaria* monumento comprobantur nullo. *Kalendarium* quid eſſet, facile intelligimus, tabulæ ſcilicet rationum publicarum, &

(*a*) Ad Ann. 369.
(*b*) Pag. CVII. n. 1. 2. & CLXVI. n. 3. * In cit. Epig. CDL. n. 1. verſ. 12.
(*c*) Pag. CDLI. n. 7.
(*d*) Pag. cit. n. 9.
(*e*) Pag. CDLII. n. 2. ex Sigonio, qui e Volfgango cit.
(*f*) Pag. cit. n. 4.
(*g*) Pag. cit. n. 5. a Scaligero, & CDLIV. n. 1. latere ſiniſtro e Mazochii libro. * Vide ad hanc notas in Grut.
(*h*) Pag. CDLIV. n. 2.
(*i*) Pag. CDLV. n. 1. * Vid. ad hanc notas.
(*k*) Apud Fabret. pag. 427. Hunc edidit etiam, & illuſtravit Matth. Ægyptius Neapoli 1729. & Terraſſonius ad calcem *Hiſt. de la Juriſprud. Rom. cit.* Edit. pag. 3. & ſeq. ubi *Veteris Juriſprudentiæ Romanæ monumenta, quæ extant, integra, aut fere integra reperiuntur.*
(*l*) Gruter. pag. CDLV. n. 7. & 8. at in hac ult. non eſt IIIIIVIR.
(*m*) Pag. CDLVIII. n. 4.
(*n*) Pag. cit. n. 5.
(*o*) Pag. CDLXI. verſ. 7. & 8.
(*p*) Pag. CDLX. n. 10.
(*q*) Pag. CDLXIV. n. 9.
(*r*) Pag. CDLV. n. 2.
(*s*) Pag. cit. n. 7.
(*t*) Pag. CDLXIX. n. 5.
(*u*) Pag. CDLXX. n. 4.
(*x*) Pag. CDLXXII. n. 1. vid. not.
(*y*) Pag. CDLXXIII. n. 6.
(*z*) Pag. CDLXXVI. n. 1.
(*a*) In Epig. cit. verſ. 1.
(*b*) Pag. cit. n. 2.
(*c*) Pag. cit. n. 3. & 4. Eſt eadem pag. CCCCXXV. n. 1.
(*d*) Pag. CDLVII. n. 2.
(*e*) Pag. cit. n. 5.
(*f*) Pag. cit. n. 4.
(*g*) Pag. CDLXXVIII. n. 2.
(*h*) Pag. cit. n. 9. verſ. 9. uſque ad ult. * Vid. in not. ad hanc.

proventuum ex pecunia fœnori data, cujus uſuræ cum antiquitus ſingulis menſibus penderentur, & quidem ineuntibus,

. . . . quum triſtes miſero venere Kalendæ (*a*) ;

Kalendarii nomen ejuſmodi codicibus inditum ; at Iduarium quid eſſet, non intelligimus ; neque enim *Idibus uſuræ colligebantur*, ut Pithœus (*b*) cogitavit, neque ex Horatii (*c*) joco,

Omnem relegit Idibus pecuniam :
Quærit Calendis ponere :

Iduaria confeſtim eruuntur. Anxium fœneratorem eo loco a Poeta vellicari puto, quod ante diem exigere conaretur, & rurſus ſtatim collocare, ceteroquin ipſis tantum Kalendis *Mercedem*, *aut Nummos unde unde* extricaſſe æris debitores, ipſemet Horatius docet loco citato (*d*), itemque Ovidius (*e*) :

Qui puteal, Janumque timet, celereſque Kalendas.

Scaliger *Curatorem Iduarii* excudit ex G. ID. in *Laziana* (*f*) nullius frugis, quæ ubi primum (*g*) affertur, habet IV. Verum fuerint *Iduaria* : poſuerunt *Collegia* ; quænam? Apianus, & ex eo in Hiſpanicarum collectione Occo, ut aliquid dicere viderentur, *Collegia Kalendariorum* ſcripſere : quid autem *Poſuerunt Civi Gratiſſimo? Kalendarium* & *Iduaria Duo* : mirum plane eſt, ex novo hujuſmodi honorificentiæ genere commentum quibuſcumque non patefactum ; Kalendarias ſiquidem & Iduarias tabulas honeſto, probatoque civi tradi par erat quidem, ut eas diligenter curaret, atque integre ; at in ejus honorem tamquam marmorea ſigna, vel monumentum perpetuum quoddam publice ſtatui certe illæ non poterant.

Duovirum Aerarii (*h*), prælongum Municipium *Fravaſoniligitanorum* (*i*) (non erant Hiſpanorum, ſicuti *Perſarum mores*, *longa nomina contortuplicata* (*k*) *habentium*) *Valerius Poblicola*, (*l*) & id genus alia (*m*) ne remorentur properantes. Perſtant *Tarraconenſes* rem antiquariam ſuſdeque vertere *Adlectum In Equite* (*n*) proferentes, & *Pretium*, ac *Portionem In Domo Repertam* Ponentes *In Foro* (*o*). Hujus claſſis reliquas mendis, & detortis, ſpuriiſque verbis ſæpe laborantes deprehendas ; omnino fictitiæ ſunt paucæ, *Vibidius*, *Vinicius* (*p*), fragmenta multa, quibus operæ pretium non eſt immorari, mendacii præſeferunt notas : eminent inter hæc Aldinum *Capitolium* (*q*), Arelatenſis *Lanciaris* (*r*) a Fabretto exceptus monſtroſe loquens, Taurinenſe *Patrocinium* (*s*), aliaque ex huculque non ſemel adnotatis perfacile agnoſcenda.

Præclariſſima ſequuntur varii generis documenta : ſed quod agmen ducit, Romani *Senatus Conſultum de Tiburtibus* (*t*) literati alicujus viri luſum fuiſſe, mihi pro comperto eſt. Vetuſtas obſtat nimia, & ab iis temporibus repetita, quæ ducentis amplius annis antiquiores, quas habemus, Inſcriptiones excedat ; dummodo Urbis anno CCCLXVIII. ut præſcribitur, editum ſit. Fabrettus (*u*) cui nulla eſt de hoc monumento ſuſpicio suborta, *priſcis atque obſoletis verbis horride conceptum vocat* ; at id quidem ex præjudicata opinione, ſicuti Gudius quoque *antiquiſſimis literis* ſcriptum dicit, qui tamen nequaquam extantem tabulam omnino non vidit. Horridam certe, atque obſoletam dictionem, qui Inſcriptionem compegit, interſperſit nullam, ſed veterrimum ævum ex ſola ſcribendi ratione, operam dedit, ut repræſentaret : quamquam ne id quidem ſatis feliciter ; nam & literas geminavit, ut poſteriori ætate factum eſt, contra Quintiliani monitum, ac vetuſtiorum tabularum exemplar, quæ *habuiſe eſet Tabelae* conſtanter præferunt, & *d* in fine dictionum in vocalem deſinentium nunquam adjecit, quod in *Duiliana* epigraphe, & *Senatus Conſulto de Bacchanalibus* videmus perſæpe, & apud Plautum quoque aliquando, cum vocales concurrerent, *med erga*. Ceterum horridior multo, & multo difficilior fuiſſet reapſe loquutio in ejus ſæculi documento, quo XII. Tabularum leges exaratæ ſunt, & non amplius centum viginti circiter annis poſt primum cum Carthaginenſibus fœdus perſcripto, cujus lingua tam fuit abſtruſa, ut illam Auguſti ætate pauci intelligerent, quod e Polybio (*x*) diſcere eſt. Scriptura certe, & lingua in hac epigraphe mire diſſentiunt. Verum ſi nihil horum argumentorum eſſet, ego tamen commentum ſtatim olfacerem ex ipſa Inſcriptionis forma, quæ a Senatus Conſultorum ſtylo abeſt quam longiſſime : neque enim qui *Senatum Conſuluerint* (*y*), tum tempus, locum, & qui * *Scribunda Adfuerint* præmittere, ſatis erat, tenorem Acti deinde non epiſtolæ, aut familiaris ſermonis in modum, ſed ex Curiæ præſcriptis, & gravitate Decreti ſubjicere oportebat. Senatus Conſulta, tamquam præſtantiſſimæ omnium ex antiquitatis naufragio reliquiæ, inter Inſcriptiones veteres apparent plura : plura etiam nobis recitant Cicero, Livius, Frontinus, Vlpianus : nihil futilius quam cum hoc noſtro comparare, & diſcri-

(*a*) Horat. *Serm. Lib. I. Sat. III.*
(*b*) *Adverſ. II. 4.*
(*c*) *Epod. Od. II.* in fin.
(*d*) Ideſt : *Serm. Lib. I. Sat. III.*
(*e*) *Lib. II. de Remed. Amor.*
(*f*) Gruter. pag. DXVII. n. 1.
(*g*) Pag. CCCXLV. n. 10. verſ. 6.
(*h*) Pag. CDLXXIX. n. 3.
(*i*) Pag. cit. n. 7. verſ. 4.
(*k*) *Plaut. in Perſ.*
(*l*) Gruter. pag. CDLXXX. n. 5.
(*m*) Vide cit. pag.
(*n*) Pag. CDLXXXI. n. 1.
(*o*) Pag. cit. n. 4. Eadem DCCCXCIII. 8.
(*p*) Pag. CDLXXXVIII. n. 1.
(*q*) Pag. CDXCII. n. 7.
(*r*) Pag. CDXCV. n. 3.
(*s*) Pag. cit. n. 5.
(*t*) Pag. CDXCIX. n. 12.
(*u*) Cap. III. pag. 243. D.
(*x*) Lib. III.
(*y*) Gruter. Epig. cit. verſ. 1. * verſ. 2.

ſcrimen internoſcere. Ab illis, qui retulerunt, incipi ſolet ſtatis iis verbis *Verba faciendi*, remque ſtatim exprimi, de qua agitur: *Quod M. Marcellus Conſul V. F. de Provinciis: Quod Q. Aelius Tubero P. Fab. Maximus Conſules V. F. conſtitui oportet* &c. exinde, quid de ea re Senatus decerneret ac ſtatueret, declarabatur: *Placere; Placere huic Ordini, Senatum Cenſere; De ea re ita Cenſuerunt* &c. in vetertimo illo *De Bacchanalibus Ita Exdicendum Cenſuere*. Gruterianum autem audi: * *Quod Teiburtes verba feciſtis*: perinde ac ſi relationem facere externorum, ipſorumque ſupplicantium feciſſet: poſt inepta multa hæc Acti ſumma: *Quonque de eieis* (falſa archaiſmi affectatione) *rebus Senatui purgati eſtis, credimus, voſque animum veſtrum indoucere oportet, item vos populo Romano purgatos fore*. Qua clauſula nihil decernitur, & Romani Senatus inofficioſa, & futilia verba delabentis Decretum omnino vacuum, & nugatorium efficitur.

Curiæ, Magiſtratibus, civilibuſque & pacificis officiis vale dicamus aliquando, ut ad exercitus & militiam, qua terrarum imperium urbs æterna ſtrenue atque invicte ſibi vindicavit, nos conferamus. Legionum (*a*) inſueta nomina ex figlinis prodeuntia tam levi auctoritate, & ambigua ne recipiantur; quid enim ſunt *Legio P. Satri*, & *C. Sevi*, & *Adr. Noſ.* & tot figlis infarcta, & *Legio Poet. & Olim.* & *Camill.* & *Imperatoris Neronis Tiberii*, & *Decima Bataorum?* Parthicam enim, & Gallicam habemus, Parthorum aut Gallorum non habemus. Romana profecto ſigna extremis orbis plagis, incognitiſque pene populis ab hujuſmodi Legionibus numquam fuiſſent illata. Mazochiano *Anteſignanorum Tribuno* (*b*) gratulor, qui * *Lacrimas Poſuit*. Ex *Alba Julia* (*c*) quæ adducitur, legentes deterret poſtremo verſu incondito, & ſingulariis in ſecundo importunis: quod tamen ab exſcriptorum ſphalmatis provenire pro certo habe, cum idem *P. Aelius Marcellus Ex Praefecto Leg. VII. Claudiae. & L. Adjutricis* (*d*) in genuina compareat, quæ Albæ Juliæ etiamnum ſpectatur. Tueri poſſimus eodem defenſionis genere *Novoburgicam* (*e*), quæ nihil pene ſani habet, ut nihil pariter, cur inter militares recenſeatur, vereor. A *Mercuriali* vulgatam ſunt qui memorent ob *Urguente* pro *urgente*: (*f*) ſcribitur & in Virgilio Mediceo:

Cur tamen Oceano properent ſe Tinguere Soles,

unde *extinguere*: at de Inſcriptione nonnihil ſubdubito propter mortis genus præter morem indicatum, & id quidem adeo ſingulare, imo vix intelligendum. Ego, quo pacto explicari poſſit, non video, niſi quod ſe adluſſerit Victor pruna in penſili lecto (de quibus Mercurialem * conſule) poſita, quæ plumas ejus incenderet: at cuinam ſpontanea hæc tam incongrua adultio probetur?

Ala Ituraorum (*g*) hic ſe offert tantummodo, & in altera (*h*), quæ ex iiſdem Ciuſii ſchedis: hic *Domo Betavos* (regionem ignoro) ibi *Domo Ituraeus*; at formula *Domo* civitatem requirit: cum enim gentem indigitant, *Natione* dicunt; *Natione Thrax*, *Natione Syrus*: extra uſum videtur quoque in hac *ponere Memoriae Titulum*, in illa tot exotica nomina congerere. *Victoris Contra Ilergetas At Acerbo Fato Victi* (*i*) regionem noſcis, & Lazianum *Adnamatonis* (*k*) prodigium horres. *Civem Aſturicenſem Legione VIII.* (*l*), cui Libertus ponit *Secundum Voluntatem Suam* **, ſed non ſecundum vetuſtas formulas. *Auguſta Taurinorum* (*m*) tribum extra ſedem locat. De Pingoniano monſtro Salmaſium conſulere ne cures; nec alium quemquam de *Cuncto Herede Sua Voluntate Faciente* (*n*). Niſi aliis laudetur teſtibus, ægre admittemus *Alam Cuſtodum*, & *Militem Legionis ex Ala*, & *Auguſtam* (*o*) nullarum gentium. *Apianenſem* (*p*) putes, quæ Cuperum quoque ſubſcriptum habet. Legionum nimis in *Lucilio* (*q*) congeritur, qui *Ex Singularibus Imperatoris* nova loquutione dicitur.

Luxemburgenſem (*r*) (Tertiumne an Terentium?) *Exſomnum* dicemus cognomento, an *Verum*? cur autem qui ſua pecunia fecit, modo inuſitato, & loco adſcribitur non ſuo? *Ratisbonenſis* (*s*) alio prodiit ſuperius (*t*) aſpectu: utram mavis, accipe; ſecunda parte monſtroſam fateberis; *Vivos* reſpicit, *quorum* in infandis locis *Cineres* jacerent, & *Oſſa*. *Delegatus* & *Hoſpes*, (*u*) deinde *Martinius* (*x*) cum incongruis notis (*y*), & *Sextilia*, quæ ſe *Conjugem Incomparabilem* vocat, cum *Craſſinio Liberto F.* qui *Et Ipſe Dolens Curavit*, ne tibi cordi ſint.

Servius, & Theodoſianus codex, qui in ſubſidium advocantur, tantam mihi vim non inferent, ut (*z*) *Faonium Ex Evocato* probem. *Qui Se Probavit*, & Legionem X. *Pavit*. *Patavinum* (*a*) prodigium, quod antecedit, ablega, & cum *Laziano* (*b*) ſequentis paginæ computa.

Plura in *Spoletino* lapide (*c*) occurrerent, quæ illi unice, ut puto, debentur: *Legionis Optio*, *Divitis* titulus Legioni adtributus, & *Ex Ordinario Legionis*: Ordinarios tamen Vegetius (*d*) recen-

* Gruter. pag. CDXCIX. n. 12. verſ. 3.
(*a*) Vide Gruter. pag. XIV.
(*b*) Pag. DLVII. n. 3. * verſ. ult.
(*c*) Pag. DLVII. n. 3. Eadem longe plenior CCCXLVII. n. 2.
(*d*) Pag. CCCXLV. n. 3.
(*e*) Pag. DLVIII. n. 3.
(*f*) Pag. DLIX. n. 3.
* *De Arte Gymnaſtica cap.* 12.
(*g*) Gruter. pag. cit. n. 5.
(*h*) Pag. DLXXIII. n. 9. ubi ſcribitur ITYRAEORVM.
(*i*) Pag. DXIX. n. 9.
(*k*) Pag. DXX. n. 4.
(*l*) Pag. DXXI. n. 1. ** verſ. 8. & ult.
(*m*) Pag. DXXII. n. 6.
(*n*) Pag. DXXIII. n. 3.
(*o*) Pag. DXXIV. n. 6.
(*p*) Pag. DXXV. n. 7.
(*q*) Pag. DXXIX. n. 5. *Extra Tarraconem in vico Icartorum in domo angulari ara talis, qualis extat* DCCCLXXXI. num. 11. *ſed paulo longior*.
(*r*) Pag. DXXXII. n. 4.
(*s*) Pag. DXXXIII. n. 2.
(*t*) Pag. DXXVII. n. 2.
(*u*) Pag. DXXXIX. n. 3.
(*x*) Pag. cit. n. 5.
(*y*) *In Corrig.* pag. CCCXXXIX. ad Epig. cit.
(*z*) Pag. DXLI. n. 2. Vide ad hanc notas.
(*a*) Pag. cit. n. 1.
(*b*) Pag. DXLII. n. 1.
( ) Pag. cit. n. 8.
(*d*) Veget. Lib. II. cap. VII.

recenſet ; Legionis Optio nuſquam . Eadem percellunt novitate (*a*) *Alicenſis Probatus*, & *Factor Conſulis*.

Mira Romani militis nomina (*b*) *Heliades Adraſti*, cujus *Heres Teſtamento Fieri* curavit. Quam (*c*) *Cilinenſes*, & (*d*) *Noreenſes* ſibi certatim vindicant, laudavit in *Cenotaphiis* Noriſius (*e*) : forma a funerariis Romanorum titulis omnino aliena, ſine ponentis nomine, ſine *Dis Manibus*, & illa *Pariter Occiſi Pariter Hic Jacent*, itemque *Exemplum Caritatis Et Fortitudinis* mihi ſuſpicionem ingerunt maximam. Ecquem decipiat Boiſſardi magnifica *Genevenſis* (*f*) niſi ab his ſacris omnino alienos? *C. Julii Libertus*, qui *Montes Perrupit*, & *Horam Nullam* Vixit, non debuit *Cæſar* nuncupari, nec *Apollinis Fidem* tam intempeſtive obteſtari.

Firminum Victimarium & *Militem* (*g*) tumulatne anonymus Heres, an honorat? Legionem *Agrippinenſem*, ni alio quodam teſtimonio fulciatur, vix recipiam : ut nec ænigmaticum *Quæſtionarium* (*h*) a Verderio, & Schotto laudatum.

Camdenum initium jugulat (*i*) *His Terris Tegitur*, & finis *Socerae Tenaciſſimae Memoriae*.

Juliam Fatis Et Sibi Vivam (*k*) Nemauſo reddamus una cum *Centuria Vigeſima*. Utrum æqui bonique rei Geographicæ conſuluerint Auctores (*l*) Indicis, cum ex iis (*m*) *Evia Præfecto*, antiquo orbi *Eviam* intulerunt, plane ignoro.

Colonia Ticinia (*n*); etiamſi a Cluverio, itemque *Gymnaſii Ticinenſis* Hiſtorico arrepta, intempeſtive nimis, & præter lapidariam ſyntaxim inſeritur, infauſtoque auſpicio cum ignota, & incongrua *Coborte Montanorum M. Prima* conjungitur : *Rufus* prænomine deſtituitur, ut ſubſequens (*o*) *Pardus Armatura* XXII. Vegetius (*p*) *Armaturas duplares* & *ſimplares* recenſet, hoc eſt, milites, qui binas, & qui ſingulas conſequerentur annonas; Armatura XXIII. quid eſſet, docebit felicior : at Celejana lancea quid obtegat, docebit, ut opinor, nemo.

Pinellianam (*q*) adeo deformem conſpicis, ut de ſtatu ejus fas ſit ambigere : *Iden Hebreni* ſine ſenſu, *Claſſiarius miles Centuriam* pro Triremi profitens, & ubi Heres eſt Frater, *Fiduciarius Heres* importune inductus.

Papiriam Polcram (*r*) *Magna Frequentia Legionis* inculat, qua perinde ac ſi ei pro Tribuno majore præfuiſſet, *Elata Eſt*; nec non incongruens compendium *El.* pro *elata*, & Aelianae non matris, ſed *Parentis* frigidus, nec a ſtylo veteri repetitus jocus, quo *Moerens Merenti* poni curavit. *Scaligerianas* (*s*) ſecundam & tertiam quovis honore afficias, dum ne inter antiquas colloces : Gutherius, Reineſius, Gudius * miſerandam in priore operam ponens vetuſtumne umquam monumentum viderant tam abrupte, inepte, & inconnexe loquens? *Plancus* (*t*) *Legionem* novam, & *Decuriam* miſcet: *Plotius* (*u*) incondite blaterat ; in quo æmulatores habet (*x*) *Popilium*, (*y*) *Preucium*, (*z*) *Pirerium*, & elinguem ferme (*a*) *Satullum*.

Sergii prænomen, a Reineſio futilis teſtimonii fide admiſſum, Fabrettus expulit; quod tamen non eo maxime faciendum erat, quia *Sergia* gens patritia fuerit ; gens enim fuit & *Appia*, nihilominus prænominis loco habitus aliquando eſt Appius, præſertim a gente *Claudia* ; quin eo argumento & Numerii, & Spurii, & ipſum Servii notum prænomen, pro quo Fabrettus pugnat, ejiceretur. *Sergium Terentium Sergii Filium* (*b*) Reſendius exhibet; ſed monumentum cum eo nomine, tum ob *Emeritum* non militem, ſed *Centurionem*, & ſigla parum probata ſuſpicionem movent, quid etiam muneris *L. Poſtumius* gerebat, ſub quo ducerentur *Ordines*? *Tertius Senuonis* (*c*) ſervi potius aſpectu comparet, quam militis; anno XV. *ſtipendia* non inchoabantur; *Parentibus* memoriam filio facientibus non additur quod *Vivi fecerint*. *Anglica* (*d*) valde involvitur, & formula clauditur, quæ fictitiis quam pluribus appingitur. Sed Militaribus jam non eſt ut immoremur amplius; paucas illas, quæ illegitimis compendiis implicantur, contemnere jam didicimus : fragmina quidem videas, & in eo, quod reliquum habent, peccantia; ſed libens præteri, illorum tantum vicem commiſerans, qui ex iſtiuſmodi corruptis fruſtis, & informibus novi quiddam eruditionis theſauris aliquando inferre conantur; veluti cum Reineſius (*e*) in iſtorum uno, & in ineptis aliis, aut aliud omnino loquentibus titulis *Eraniſtam Legionis* videt, & de ſomnio ſibi plaudit, a Fabretto (*f*) tamen adoptato. Non his tamen quiſquiliis ingloria definit bellicarum Inſcriptionum ſeries; ſed præclariſſima ſub finem explicat ex æneis tabellis monumenta, quæ Honeſtarum Miſſionum nomine Reſpublica Literaria ad hanc diem agnoſcit: de his incidet alio loco ſermo.

Servitia, officia, miniſteria turmatim veniunt: quorum aliquot mihi valde ſuſpecta ab Inſcriptionibus exhiberi fateor, quas tamen explodere,

(*a*) Pag. cit. DXLII. n. 9. verſ. 4. 5.
(*b*) Pag. DXLIII. n. 9.
(*c*) Pag. DXLIV. n. 4.
(*d*) Pag. cit. n. 5.
(*e*) *Differt. II.*
(*f*) Pag. cit. DXLIV. n. 9.
(*g*) Pag. DXLV. n. 4.
(*h*) Pag. cit. n. 6.
(*i*) Pag. DXLVI. n. 5. *e Camdeno*.
(*k*) Pag. DXLVIII. n. 4. ponit *Nemauſi*.
(*l*) Pag. XLV. voc. EVIA.
(*m*) Pag. DL. n. 4.
(*n*) Pag. DLII. n. 5.
(*o*) Pag. cit. n. 6.
(*p*) Veget. Lib. II. cap. VII.
(*q*) Pag. DLIII. n. 2.
(*r*) Pag. DLVI. n. 1.
(*s*) Pag. cit. n. 2. & 3.
(*) Vide not. ad cit. epig. 3.
(*t*) Pag. DLVII. n. 3.
(*u*) Pag. cit. n. 4.
(*x*) Pag. DLVIII. n. 3.
(*y*) Pag. cit. n. 4.
(*z*) Pag. cit. n. 5.
(*a*) Pag. DLX. n. 3.
(*b*) Pag. DLXIII. n. 4.
(*c*) Pag. cit. n. 8.
(*d*) Pag. DLXV. n. 3.
(*e*) Reineſ. in not. ad Epig. 80. VIII. pag. 545.
(*f*) Fabret. pag. 232.

re, cum id ex unico indicio perraro ſoleam, non audeo. *Domitia* (*a*) prænomine inſipide aucta, ipſa ne *Cubicularia* fuit, & quidem, quod nemo audierat, *Ex Collegio*? ad *Zmaragdum* ipſum refert Fabrettus (*b*); ſed cur a nomine ita diſtraheretur officium? Tam obſcurum miniſterium eſt *A Jano Primo Palatino* (*c*), quam loquutio incondita *Oſſa C. Julius*.

Tria nomina nobiliorum Vernis data, & alibi apparent, *Servo*, ut *T. Flavius Olenus* (*d*) vocatur, data non memini: vernæ illi ſiquidem non ſervis jam, ſed libertis accenſebantur, qui ſe ab honeſtiori ſervorum genere eductos eo nomine indicare geſtiebant: at *Olenum* noſtrum inter abjecta mancipia projectum oſtendit *Mediaſtini* officium, quod inepte ſibi arrogat *Polymneſtus Libertus*, inconſulto etiam *Auguſti Noſtri* formula utens, Titi Imperatoris ævo mihi ſuſpecta, quamvis plures ejuſdem ætatis afferat Gruterus cum *Caeſare N.* Etiam quæ in hac pagina præit (*e*), neſcio quid ingerere videtur ambiguitatis: nomina conſignat varie, & ſiglis clauditur inſolitis, & texturam habet illepidam, *Ajano Hic Situs Eſt*, vel *A Jano Ab Atrio*, quem Scriptores lapidis *Atrienſem* vocant. Quid eſſe in proxima putabimus (*f*) *A Jano Medio*? is enim non privatus, ſed publicus erat locus fœneratoribus deputatus:

. . . . *Poſtquam omnis res mea Janum*
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo: (*g*)

Bona Pignorii venia *Mediaſtino Servo Cornelii* (*h*) nomen parum quadrat. *Smetianam* (*i*), ut alias quaſdam, miror, quæ miniſteria & officia tam raro cæteroquin monumentis inſcripta gregatim recitant: inter illa * *Lictoris Proximi* munus Trajano famulans oculos ad ſe convertit; Lictores enim, qui Magiſtratibus apparebant, Cæſaribus item apparuiſſe non legimus; iis pro Lictoribus Prætoriarum Cohortium ab Auguſto inſtitutarum adſtabant milites, quos eapropter Dio *Stipatores Corporis* vocat; interque eos præcipue, qui Speculatores, & Protectores appellabantur: Fabrettus (*k*) *Lictores* ejuſmodi ad Trajani tempora viguiſſe tradit, ſed hoc unice marmore, quod magnopere laudat, nixus. Abſonum etiam videri poſſit, eumdem hominem & Lictorem fuiſſe, & *Auguſti A Potione*: *Abſceſſit* lethali ſignificatione uſurpare Latini non ſolent, ſed *Deceſſit*: *Piaculo Facto* hoc loco improprie dicitur: cujus vero *Auguſti* circa Trajani ætatem *Libertus* erat, qui *Valens Phædimianus* nuncuparetur? ſubſcribitur, *Vidit Smetius*; at Gutenſtenius, qui titulum hunc recenſet, habuiſſe Smetium a Pontano docet.

Eunuchus Ab Ornamentis (*l*) multis nominibus libertinum ordinem exornat.

Septem tabella *Carpenſis* (*m*) una ſervitii genera numerat, inter quæ *Cura Catellæ* jocum ſapit; *Vibia Succeſſa Serva*, *L. Vibius Pamphilus Servus* ſecum ipſi pugnant, & conditionem nominibus, nomina conditione excludunt, ac repellunt.

Ex eodem ſtatim Muſeo tabulam aliam (*n*) vides quinque Officiis, & ſervis ingenuorum, vel libertorum more pariter nominatis ſcatentem. Eadem officina paulo ante (*o*) *Juniam Euchen Servam* dederat cum *mulione Sexto Claſſidio*, eadem (*p*) *Sextum Pompejum Servum Tricliniarcham*, eadem mox (*q*) *Oſſa Juliae Liviae Auguſtae Auriclae Ornetrix*, ubi Scaliger (*r*) in *Corrig.* & Spanhemius (*s*) τρόπυς inveniunt, ac documenta vetuſtatis exhibet; eadem mira miniſteria (*t*) *a Tutulo*, & (*u*) *a Corinthis*, ob quæ ſervilia capita gentilitiis de more, tribuſque ut *Atrienſis* quoque nominibus rurſus veniunt. *A Corinthis Faber* (*x*) in tabula alia viſitur, ſed *Carpenſi* pariter, & quam nova gens *Lucrinia*, & denaria *argentea* item deturpant. Frequentiſſime & in *Carpenſibus* aliis *Servus* adjicitur, quod tamen in lapidibus rarius eſt, præcipue in privatorum ſervis. *Hermes P. Claudii* (*y*) ſervus intelligitur: *Verna* (*z*) quidem ſæpe, quod honori erat.

Moroſus videri nolim, quapropter excurro, & (*a*) *Amphionem Citharoedum* (*b*) *Supra Cocos*, (*c*) *Druſi Caſaris Avium Fartorem* (*d*), *Superpoſitum Medicorum* prætermitto, monens tantummodo, de officiis pluribus, uſque dum ipſæ tabulæ proferantur, & inſpiciantur, ſine temeritatis nota ambigi profecto poſſe.

Arrius Claudinianus, *Flamma Clauſus* (*e*), & Trajani Libertus *Caeſarem Noſtrum* (*f*) appellans non placent. *Gratio* (*g*) *Libertus Auguſti*, eodemque tempore *Liviæ Servus* officium ſuum *a Potione* ſatis per ſe ſuſpectum omnino lædit, atque comminuit. Cujus *litera docta* eſt, indoctus profecto eſt ſermo (*h*), *Proc. Bybl. Scripti*; indoctiores autem cum ſermone, tum ſcriptura ſunt nona & decima, in quibus nihil non abſurdum eſt.

For-

(*a*) Gruter. pag. DLXXVI. n. 5.
(*b*) *Column. Trajan.* pag. 184.
(*c*) Pag. DLXXVI. n. 9.
(*d*) Pag. DLXXVII. n. 3.
(*e*) Pag. cit. n. 1.
(*f*) Pag. cit. n. 2.
(*g*) Horat. Serm. III. Lib. II. verſ. 18. & 19.
(*h*) Pag. cit. DLXXVII. n. 4.
(*i*) Pag. DLXXVIII. n. 1. * verſ. 4.
(*k*) *Column. Trajan.* pag. 184.
(*l*) Gruter. pag. cit. n. 9.
(*m*) Pag. cit. n. 5. *Rom. in Muſæo Card. Carpenſis*.
(*n*) Pag. cit. DLXXIX. n. 5. 6. 7.
(*o*) Pag. DLXXV. n. 8. *in Muſæo Card. Carpenſis*, *tabella*.
(*p*) Pag. DLXXVI. n. 6. *Ibidem*. Vid. præced. pag. n. 8.
(*q*) Pag. DLXXIX. n. 2.
(*r*) Vid. not. ad Epig. 3. cit. pag. quæ fere eſt eadem ac ſuperior.
(*s*) *De Uſu Numiſm.* pag. 608.
(*t*) Pag. cit. DLXXIX. n. 5. verſ. 2.
(*u*) Pag. cit. n. 6. verſ. 2.
(*x*) Pag. DCXXXIX. n. 8. verſ. 3. *Romæ apud Carpenſem*.
(*y*) Pag. DLXXVII. n. 6.
(*z*) Vid. Septim. cit. pag. &c. ubi verſ. 4. 5.

. . . . . . V E R N A E
A. V E S T E. R E G I A &c.

(*a*) Pag. DLXXX. n. 9.
(*b*) Pag. cit. n. 12.
(*c*) Pag. cit. n. 15.
(*d*) Pag. DLXXXI. n. 7.
(*e*) Pag. DLXXXII. n. 1.
(*f*) Vid. pag. cit. n. 8. 9.
(*g*) Pag. cit. n. 2.
(*h*) Pag. DLXXXIV. n. 5. ponit *Neapoli*, *litera docta apud Hadrianum Guilielmum*.

Fortunati (*a*) titulus plura profert vix amplius viſa : *Securitati Cognationis Suæ*, *Verna Paternus*; *Veſpaſiano Patrono* in ſepulcrali monumento ſibi poſito; *Lictor* Veſpaſiani *Curiatus*; *Divi*, & *Auguſti* appellationes conjunctas. Cui quid ſibi velit *Peplia Ab Auctoritate* (*b*) innoteſcit, is & nobis palam facere ne abnuat, precor.

Carpenſem (*c*) en tibi rurſus tabulam, qua nulla fere ampliſſimi hujus Theſauri majore incedit commentariorum pompa: in ea ſcilicet munienda, & illuſtranda certarunt Reineſius, Gudius, Fabrettus, alii (*d*); at *Exactor* legi non ſolet niſi exactionis genere adpoſito, & publici potius officii nomen, quam privatis hominibus famulantis videtur fuiſſe; *Exactorem Sexti Pompeii* tria nomina injuria condecorant; verba illa *Quisquis Es Homo* a lapidario, & a veteri ſtylo abhorrent quam maxime: habentur quidem & in alia infra (*e*), ſex ex fodina eadem, & ineptis compendiis additis, & cum *Sex. Pompeio Salvio a Pendice Cedri*, & *ab Horti Cultura*. Unde abii, redeo: *Sextia L. Tertia* (*f*) quid eſt? ſi quæ attulere viri docti, & in rem ſuam adhibuere, explicaſſent quoque, illuxiſſent iis multoties impoſturæ hujuſmodi; quam enim non ineptam eo loco ſignificationem ſingulariæ illi dediſſent? * *Scriba* femina mihi ægre imponent; habuerat Origenes *Scriptorias* puellas, ſed num Latine *Scribas* appellaſſet? *Servam* reponunt Reineſius (*g*) & Fabrettus (*h*), at *Sextia Xanta* libertam ſapit, & Servam Patronæ *ollas duas* emiſſe, mirabile dictu eſſet.

In ſuperiori proxima epigraphe (*i*) ſepulcralis clauſula de Herede extraneo monumenti haud participe corrupte affertur, & nove: exinde Scaligeri nomine trium verborum titulus (*k*) quatuor de cauſis falſi damnandus, cum trium verborum ſuperſcriptione tribus item erroribus conſpicua. *Marinius Stichius* (*l*) aures meas ingratus incurrit; Glutinatores memorat Cicero (*m*), *mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus*, ſed Honorario monumento vitam eo artificio tolerantem ornatam fuiſſe, vix credam.

Terram ſubinde, & *Imagines Anthus* (*n*) miſcet, ex quibus informibus verbis *Terracinenſia Ornamenta* Reineſius mirifice ædificat. Legionem *Salutarem* (*o*), quam nemo audierat umquam, Boiſſardus promit; *Praefectus* ejus *a Cura Amicorum* erat; honorarium titulum putes, quem *Civitas Ponit*, funebrem, quem *Bene Merenti*: *Civitatem Mediomatricorum* hic non recipio; neque enim monumentis in urbe aliqua publice poſitis ejus nomen ſic adſcribebatur: cur etiam ita appellaretur? nam in *Mediomatricorum* regione plura fuiſſe oppida, *Itinerarium* docet: Divodurum eminuiſſe Ptolemæus indicat, quod *Peutingeriana Divodurum Mediomatricorum* vocat: *Mediomatricos*, *Sociam civitatem* memorat quidem Tacitus (*p*), ſed ibi vocabulum Cæſaris more, ut alias adnotavimus, pro gentis Communis uſurpat, ut apud Tullium in Verrinis *Commune Siciliæ*; Tacitus (*q*) eo ſenſu & alias, *Civitas Lingonum* &c. Eſt in *Notitia* Provinciarum Galliæ *Civitas Mediomatricorum*, ſed nomine adpoſito * *Mettis*. Occurret rurſus in hac claſſe (*r*) *Cives Mediomatr.* at ſine coagmentatione ſermonis; & quod *Civitas Mediomatricorum*, aut *Helvetiorum* diceretur, non ea propter *Civis Mediomatricus*, aut *Helveticus* reperiemus dictum: in ea epigraphe *Nemauſus* cognomenti loco, *Primula* gentilitii; & *Menſor Frumenti Numen*. Significatione obſcura, ut *Comitilla* derivatione ignota. *Medici Mediomatrici* (*s*) hic ſuccurrit, quem ægrotanti mihi adhiberi nolim.

Ante *Caſſium* (*t*) ænigmaticum Mercatoris, *Diadumenus* (*u*) venit, cujus *exceſſus* dies & Conſules adnotantur præter morem: quonam autem monumento veteri * *Præpoſitus* habetur *Ordinatus*, nec addito cui rei, vel quo loco præeſſet, & *Ordinatus Ultro a Divo Tito VIII. Conſule*, ac ſi Conſul & Divus eſſe quiſquam poſſet? Felices profecto, qui Helveticam (*x*) *Ex Mandatu Imperatoris* non probant ſolum, ſed etiam intelligunt, & * *Anaballianum Conſtantini Filium*, quibus conſpicillis neſcio, in ea vident. *Fontis Rubiconis Caſtellarius* (*y*) *ad rudera Ulpiæ Trajanæ* repertus miniſterium ſuum in tanta locorum diſtantia ægre perteciſſe puto; quis autem Fontium Caſtellarios novit, vel *Rubiconis* aquas aquæductibus devectas, ita ut *Caſtellario* indigerent?

Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis
Puniceus Rubicon . . . . (*z*)

Cur etiam homini ingenuo id muneris, cum adſtent (*a*) *Caſtellaris Aquæ Marciae libertus*, & (*b*) *Aqua Claudiæ ſervus*? *Coeti Genium* (*c*) etſi

(*a*) Gruter. pag. DLXXXVI. n. 6.
(*b*) Pag. DXC n. 8.
(*c*) Pag. DXCIV. n. 3. ponit *Romæ in Muſæo Cardinalis Carpenſis*.
(*d*) Vid. not. quæ ſubſunt.
(*e*) Pag. DCI n. 10. *in Muſæo Carpenſi* ut ſupra.
(*f*) In cit. Epig. 3. pag. DXCIV. * verſ. 4.
(*g*) Epiſt. XXXI. pag. 158.
(*h*) Inſcr. III. pag. 214.
(*i*) Gruter. pag. cit. DXCIV n. 2.
(*k*) Pag. cit. n. 5. *In Arcu Urbis Antipolitani a Scaligero*.
(*l*) Pag. cit. n. 6.
(*m*) Att. Lib. IV. 4.
(*n*) Gruter. pag. cit. n 8.
(*o*) Pag. DXCVIII. n. 5. *In ædibus Boiſſardi*.
(*p*) *Hiſtor.* Lib. IV. Cap. LXX.
(*q*) *Hiſtor.* Lib. I.
* *Mettis* apud Venant. Fortunat. Lib. VII.

(*r*) Gruter. pag. DCXXXI. n. 8.
(*s*) Pag. MCXV. n. 6
(*t*) Pag. DXCIX. n. 10 ex *Ant. Mercatore*.
(*u*) Pag. cit. n. 9. * verſ. 3.
(*x*) Pag. DC. n. 14. *Salisburgi in Helvetiis*, * verſ. 3.

D. BAL
CONSTANT. IMP
FID. &c.

In not. leg. ANABAL. *Anabalianus Conſtantini Imp. Filius*. Gud.
(*y*) Pag. DCI. n. 9.
(*z*) Lucan. *Pharſal.* Lib. I. verſ. 214.
(*a*) Gruter. pag. cit. n. 8.
(*b*) Pag. cit. n. 7.
(*c*) Pag. DCII. n. 4.

etſi a Fabretto (*a*) quoque cultum, intuens, a ſuſpicione non tempero: diem & Conſulem adponere, quo quiſquam *Deceſſit*, non eſt antiqui moris; *Villicus In Hortis* antiquæ loquutionis non eſt; *Auguſti Praguſtator* jam *Divii*, ut hic ſcribitur, Cœlum peteret, miniſterium ſuum ut perageret, opus erat; quin officium ipſum Prægustatoris haud mihi admodum probatur: *Halotum ſpadonem* Claudii *praguſtatorem* Suetonius (*b*) memorat quidem, eumdemque Tacitus (*c*) *inferre epulas, & explorare guſtu ſolitum* dicit; ſed epigrammata id muneris memorantia laborant ſingula, & male olent: primum ſcilicet in eadem pagina prægustatores *Diadumonus Larneſianus* (*d*), & *Diadumenus Farneſius* (*e*) illuxerunt jamdudum nobis, alter, quæ conſequi debebant, præmittens, alter non pro itu ac reditu, ſed * *Pro Salute Itus ac Reditus* votum ſolvens.: deinde *Zoſimus Procurator Praguſtatorum* (*f*), quamvis a Torrentio Suetonium illuſtrante adoptatus, cui riſum non excitet? neque enim famuli, ac miniſtri Procuratores habebant ſuos, neque eo fuiſſe numero, qui Principis epulas prægustarent, par eſt credere, ut magnum quoddam Collegium conſtituerent: ſuperſunt Carpenſes tituli duo, quos mendacii manifeſtos facere videntur nomina (*g*), *Claudius Arrius Claudinianus*, (*h*) *Vibius Catinius Vibonivus*, * *Claudius Flamma Clauſus*.

Suſpicionem movent (*i*) *Libertus Divi Auguſti*, gens *Ciſvitia*, & *Oſſa In Uno*: *Divum Auguſtum* aliæ memorant, ſed ut plurimum ab inquinatis prodeuntes fontibus. Manes parcant gentilium meorum; (*k*) *Erotis ollas emens Ab Solo* aliquanto turbat, & quid ibi eſt *Caeſariana*? Sunt quibus (*l*) *Heroum* non arrideat, quod tamen Græco ſenſu uſurpari puto; Ἡρῷον pro monumento habetur pluries in percelebri Epicteræ (*m*) lapide: durius videtur * *Superficium Inſula*, cum ædes & *Inſula* & *Superficies* ſignificare ſoleant. Quid ſibi velit (*n*) *D. M. Niconi Auguſtor. Et Victoria*, non intelligo; forte *Dis Manibus Niconii Auguſtorum Liberti*, & *Victoriæ* conjugis titulus poſitus; at Gudius (*o*): *Sine dubio lapis eſt de aſino, qui Auguſto in prælium ad Actium deſcendenti occurrerat*: occurriſſe quidem aſellum cum aſinario, Suetonius (*p*) tradidit, nomenque Eutychus homini, beſtiæ Nicon; at ideo ne Niconis, vel Niconiæ gentis nomine prodire jam nequibit quiſpiam, quin pro aſello confeſtim accipiatur miſer? Æneum jumenti ſimulacrum in Templo collocaſſe Auguſtum, legimus; at ejus etiam Deos Manes coluiſſe, non legimus.

Lipſii & Smetii *Feliciſſimus Heraclitianus* (*q*) tribum inſueto profitetur modo, & *Dibus Securis* ignotis litat, & *Auguſtalium* ſive *Augurum Corpus Puer* dedecorat. (*r*) *Decurialem Aedlitiae Pompae*; (*s*) *Architectum Maximum*; implexam (*t*) *Aediculam*, & prorſus obſcuram *Sexto Pompejo Architecto Incboatam*, *Pedeſque in fronte*, & *in agro* numerantem; (*u*) *Thallum* denique *Cuſtodem Operum Meſorum Aedificiorum*, ac *Patrono Oſſa Ornantem* uno edicto ab Antiquariorum cimeliis exulare in poſterum jubeamus.

Negotiator Vinaria & *Conſularis Viri* (*x*) qui conglutinabimus? Maximam elegantiorum artium in ea Republica fuiſſe oportet curam, in qua, qui (*y*) *Fabricae Signorum Praeſſet*, publice deſignabatur. *Curatores Inſtrumentorum Veronenſium* (*z*) ubi Saraina viderit, ignoratur; commentitia videtur fuiſſe tabula, quæ * *Ex Numero Collegii Fabrorum* adderet ſermone improprio, & nequaquam connexo. *Sodalicium* (*a*) mulieri titulum parare miror, & quid * *Sodalicio Marmorariorum* cum *Teſſeris Lignariis* eſſet, aut cum *Teſſararia Lignaria*: Teſſerarium etiam eo ſenſu non reperi, nec Sodalicium; *Sodalitium Juventutis* (*b*) eduxit anterius idem Pingonius parum auſpicato: ipſa hujus feminæ nomina averſor (*c*), *Antiſtita Delphis*. Prodigium *Narbonenſe* (*d*) cur nos detineat? quid erit * *TOR*? quid * * Colonia Martia cum *Pedibus XV.*?

Scribam Colonia Sarmatica (*e*), & *Nammoniae* (*f*) compendia nolumus. *Terentium Fruſtum* (*g*) rideo eruditorum expoſitionibus circumſeptum: quod * *Atticus* † *Partes Trecentos Dixerit* ſine apographo * *Petronii Fragmento Traguriano* explicari nequit; ſed dixerit quotquot libet: quidnam iſtuc ſermonis eſt, & quid Latine ſignificat * * *Literatus Gracis Et Latinis Librarius*? Adde monumenta vetera *Sibi & Filio*, *Sibi & Conjugi*, *Sibi & Libertis* haberi non tot quin plura; † *Sibi Et Servo* reperiri nullum.

(*a*) Fabret. pag. 73. n. 69. cap. 11.
(*b*) In Claud. cap. 44.
(*c*) *Annal.* Lib. XIII. in fin.
(*d*) Gruter. pag. LXIII. n. 5. verſ. LVRNESIANVS. & ſubnotat: *videtur hec Inſcriptio excerpta e 9. hujus pagina.*
(*e*) Pag. cit. n. 9. verſ. 8. FVRNESIVS. * verſ. 3. 4. & ult.
(*f*) Pag. DXXXI. n. 13.
(*g*) Pag. DLXXXII. n. 1. verſ. 1. 2.
(*h*) Pag. DCXXVI. n. 2. verſ. 1. 2.
* In Epig. 1. cit. pag. DLXXXII. verſ. 3. Utraque *in Muſeo Cardinalis Carpenſis.*
(*i*) Pag. DCV. n. 11. *Roma apud Carpenſem tabella.*
(*k*) Pag. DCVIII. n. 1. *Roma apud Maffejos tabella marmorea:* verſ. 3. PROCIHEROVM.
(*l*) Pag. cit. n. 8. Vid. *Corrig.* pag. CCCXII. ubi ad Epig. cit. verſ. 3. reſcribendum videtur, PROC. HEROVM.
(*m*) *Muſ. Veron.* a pag. XX. uſque ad XXVIII.
* In cit. Epig. 8 verſ. 4. 5.
(*n*) Pag. DCXVI. n. 3.
(*o*) *Ad hanc in not.*
(*p*) In Aug. cap. 96.

(*q*) Pag. DCXVIII. n. 3. Hæc ſubnotantur: *Vidit Lipſius, habuitque idem ab amicis Smetius.*
(*r*) Pag. DCXXII. n. 9.
(*s*) Pag. DCXXIII. n. 5.
(*t*) Pag. cit. n. 3.
(*u*) Pag. cit. n. 6.
(*x*) Pag. DCXXIV. n. 3.
(*y*) Pag. cit. n. 4.
(*z*) Pag. cit. n. 7. * verſ. 7. & ult.
(*a*) Pag. cit. n. 8. *e Pingonio* * verſ. 5. & ult.
(*b*) Pag. CXI. n. 10 *e Pingonio*.
(*c*) In Epig. 8. pag. DCXXIV. verſ. 1. ANTISTITAE.
(*d*) Pag. cit. num. 9. ponit *Narbone*. * verſ. 3. TORVIATOR. Scalig. conjicit legendum TOR. VIATOR. * * verſ. ult. I. P. N. M. P. XV. *Julia Paterna Narbonenſ. Martia Ped.* XV. in Ind pag. C.
(*e*) Pag. DCXXV. n. 3.
(*f*) Pag. cit. n. 6.
(*g*) Pag. cit. n. 8. * verſ. 5. † verſ. 10. PONTES. Verderii ſchedæ PARTES. Recte. * Vid. ad hanc not. * * Verſ. 7. 8. † verſ. 4. 5.

Præco De Regione Portae Capenae (*a*) duo gentilitia oſtentat præter libertinæ conditionis morem, & *Vibioninus* dicitur, quæ inflexio mihi ſæpe ſuſpicionem injicere ſolet.

Q. Fabius prius *Africani Libertus* (*b*) exinde bis *Servus* aſſeritur; *Culicina Agreſtina*, quæ Protagoniſtæ quodammodo hic agit partes, virum ſuum primo *Calpetanum Glyptum Viatorem Pullarium* appellat, deinde *Calpetanum Livianum Primipilarem*; Liviæ Auguſtæ Liberta vocatur *Proculeja Stibias*; his autem omnibus *Poſuit Alumnus Cum Artificibus* : ex iſtiuſmodi tamen pulmentis puriorem antiquitatis notitiam, ſi Diis placet, eruere ad hanc uſque diem conſuevimus; ab hoc titulo deceptus Romanorum Officiorum catalogo (*c*) *Viator Pullarius* lepidiſſime eſt inſertus, quem Reineſius (*d*) a Gudio hic (*e*) exſcriptus, *Conſuli, vel Prætori operam auſpiciis danti, & per Augures a pullis auſpicia captanti*, adfuiſſe docet : Ciceronis (*f*) auctoritas indicata rem in tuto videtur ponere; locum ſi conſulis, non Viatores, ſed *Pullarii* memorantur, quorum revera munus fuit auſpicia e pullis captare, & Conſulibus referre : apparet præſertim in L. Papirio Conſule, antequam cum Samnitibus congrederetur, *Pullarium in auſpicium mittente*, qui cum pulli non paſcerentur, ne militum pugnam expoſcentium ardorem fruſtraretur, prudentia uſus, & *auſpicium mentiri auſus, tripudium ſoliſtimum Conſuli nunciavit* (*g*).

In hoc folio ſibi diſcrepant (*h*) *Staberio Secundo Viator Conſularis*, & (*i*) *P. Larcius*, & * *L. Eprius* inemendatum muliebre elogium includentes, & (*k*) *L. Antiochus* inepte incipiens ac deſinens.

In ſubſequenti quieſcere me non ſinunt (*l*) *Auguſti Libertus L. Pompeii* nomine (*m*) *Fuſor Ollarius*, (*n*) *Avunculi* & *Patris* nomina, & (*o*) *Umber EXS Decuria Lictorum* in Colonia Narbonenſi.

Inſueto aſpectu (*p*) *Perſicus* ne deterreat; pro genuino habe, ſed non pro incorrupto; ubi *Habentius*, lege *Habenti Jus*. Somnium (*q*) *Nocturni Lictoris Brixianorum* Feliciani Codex non minus inepte exhibet : *Jo. Vic. Nocturno Certamine Victor Brixianorum Statuam Aeneam Erexerunt Ex Voto*. Nomen (*r*) *Celſi*, *Schola Medicorum*, & *Ollae* cum ſtatis illis *In Fronte*, cum quibus conjungi non ſolent, in aliquam me dubitationem adducunt : ſicut etiam (*s*) *Apollinaris Artis Medicinae Doctiſſimus*, & (*t*) *Filetio Domo Africa*, & (*u*) *Medicus De Lucillianis*, niſi *Decii Lucilliani* fuit. A Scaligero (*x*) *Suavitas*, & in (*y*) *Romulo Sive Drymulo Unctore Sive Fictore*, vel, ut Almelovenio (*z*) placet, *Frictore*, lepiditas. *Fauſtiniani* (*a*) diverſa facies fidem elevat, & non hominem, ſed larvam probat : acephalas (*b*) ſine indicio, notas ſine ſignificatione prætereo.

In *Ermaiſci* titulo (*c*) peregrina omnia: *Viminarii* (*d*) quoque ars exotica, ut uxoris cognomentum ſuæ : nec oratio uſitata, & cohærens, *Materiarius Pius In Suos Rubria Merobrigenſis Marito Fecit Hic Situs Eſt* (*e*). Conſequentis chartæ (*f*) primam & poſtremam exſibila : (*g*) *Fortulienſem Augurium* explode.

Quid memorem (*h*) *Caiæ Libertum Publium Propolam AL.* quid (*i*) *Lardarium*, (*k*) *Coactiliarium*, (*l*) *Subactarium*, (*m*) *Caſtrenſiarium*, (*n*) *Artem Proſsariam* cum *Adpertinente*, (*o*) *Plumarium*, (*p*) *Tenuiarium*, & id genus reliqua? mihi quidem, ipſis tabulis non inſpectis, artificia adeo exotica ægre probentur. Deterius quoddam, quam menda, & ſphalmata, (*q*) *Labeo Caſſita* ſapit, & (*r*) *Amicus Fullonis*, & (*s*) *Afranius Scriptor Togatarum*.

Incondita prorſus eſt, quæ (*t*) *Paedagogum Puerorum Caeretanorum* profert, & Imperatoris *Claudii* ævo *Auguſtum Noſtrum* deſignat : * *Gratio*, ſi Liberti cognomentum eſt, cum idem ſubinde *Servus* dicitur? ſi Servi nomen Libertus primitivo nomine, & quo unice indigitaretur, deſtituitur : *Parens Caecilia Juſta* nec ſervo videtur aptari, nec liberto : *Charita Daſumia* conjux repentina proſilit, & nominum ordine inverſo : ** Seſtertium *Denariorum* millia Latini non

(*a*) Gruter. pag. DCXXVI. n. 2.
(*b*) Pag. DCXXVII. n. 5.
(*c*) Vid. *Ind.* cap. V. pag. XXIII.
(*d*) In not. ad Epig. 35. VI. pag. 410.
(*e*) Ex not. ad Epig. 5. cit. pag. DCXXVII.
(*f*) *Epiſt. Familiar.* Lib. X. Epiſt. XII.
(*g*) Livius Lib. X. cap. 40.
(*h*) Gruter. pag. DCXXVII. n. 2.
(*i*) Pag. cit. n. 9. * verſ. ult.
(*k*) Pag. cit. n. 11.
(*l*) Pag. DCXXX. n. 5.
(*m*) Pag. cit. n. 9. verſ. 6.
(*n*) Pag. cit. n. 11.
(*o*) Pag. cit. n. 12.
(*p*) Pag. DCXXXI. n. 2.
(*q*) Pag. cit. n. 6. *ponit Brixiæ olim in foro publico ex Nazario, & Verderii Schedis*, & hæc ſub Epig. " Hic ſedet homo " quidam cum pertica oblonga in dextra, neſcio an ar- " matus galea caput. " Viſitur etiam nunc in eadem civitate ſub portieu carcerum fori, ut vocant, *dell' Erbe*.

NOCTVRNO

LICTOR. BRIXIANORVM. V

Subeſt figura ſupra deſcripta mutila & effracta. Grut. in fin. non habet V. Hanc ad lapidem exſcripſit ſolers Vir D. Petrus Gnocchi. Male Vinacceſius pag. 313. n. 47. & alii.

(*r*) Pag. DCXXXII. n. 4.
(*s*) Pag. DCXXXIII. n. 6.
(*t*) Pag. DCXXXIV. n. 5.
(*u*) Pag. cit. n. 6.
(*x*) Pag. DCXXXVI. n. 4.
(*y*) Pag. cit. n. 11.
(*z*) In Corrig. pag. CCCXLII. ad Epig. cit. Frictor. ſolebat in " Balneis lavantium corpora fricare. Frictione curaſſe docet " aperte A. Corn. Celſus de Re Medica Lib. II. cap. 14. & " IV. cap. 3.
(*a*) Pag. DCXLI. n. 9.
(*b*) Pag. cit. n. 5. 6.
(*c*) Pag. DCXLII. n. 1.
(*d*) Pag. cit. n. 3.
(*e*) Pag. cit. n. 6.
(*f*) Pag. DCXLIII. n. 1. 10.
(*g*) Pag. DCXLV. n. 2.
(*h*) Pag. DCXLVI. n. 4.
(*i*) Pag. DCXLVII. n. 4.
(*k*) Pag. DCXLVIII. n. 4.
(*l*) Pag. cit. n. 8.
(*m*) Pag. DCXLIX. n. 5.
(*n*) Pag. cit. n. 7.
(*o*) Pag. cit. n. 8.
(*p*) Pag. DCL. n. 8.
(*q*) Pag. DCLI. n. 1.
(*r*) Pag. cit. n. 5.
(*s*) Pag. DCLII. n. 7. Hi duo verſus ſuſpecti ſunt etiam Reineſio.
(*t*) Pag. cit. num. 8. * verſ. 2. ** verſ. 8. SS. c. M. Gronov. L. 2.

non loquebantur ; eas ſingularias marmorarii veteres non incidebant.

Quæ (*a*) ex *agri Vicetini Sumano monte* aſfertur, teſtatum nobis & ratum facit, fuiſſe jam ante hujus lapidarii ſtudii conditores, qui Inſcriptiones mentirentur, & veterum ſimulatione fabrefacerent : eam enim in MSS. Marcanovæ, Feliciani, Bononii collectionibus recenſitam vidi, quamvis variantem ubique Bononius melius, (qui ex Paiarino habuiſſe dicit, & illam jam ætate nullibi reperiri) incipit enim *D. M. Rem. Palaem :* at nihil apertius, quam e libro de *Claris Grammaticis* effictam eſſe, in quo *Remmius Palamon* Vicetinus docuiſſe Romæ, ac principem locum inter Grammaticos tenuiſſe, traditur: Additamenta illa de *Cadaveris Quiete*, & de *Animo Alio Revertente* recentem Rhetorem indicant manifeſte ; *Tuberonia* a *Palamone*, antequam docendi munus ſuſciperet, quod Suetonius indicat, manumiſſo, conjux honeſtius fuiſſet appellata, quam *Contubernalis ;* D. F. intruduntur abs re ; *Grammaticum Veicetinum* Vicetinam potius dialectum prælegiſſe putes, quam ab hominis patria ſic nuncupari, ſicuti Græcæ linguæ præceptor *Grammaticus Graecus* audiebat.

In *Neapolitana* (*b*) a *Scaligero* luſum noſcis, & quidvis præter funerarii tituli Speciem. *Scholaſticam lIapem* (*c*) arbitrio tuo permitto. *Inſititia* (*d*) tranſilio, velut (*e*) *Patavina* clauſulam, (*f*) *Polenſis Fidem Cognitam*, *Pietatis Plenam*, & ſimilia, ac in *Parmenſi* (*g*) aliquantum commoror, quam immerito damnabat nuper vir præſtans in Epiſtola ad me data : *Kalocaerus Heleno* ponit ſervo ſervus ; *Collactius* eſt Collacteus, idem ac Collactaneus ; *Publicus* ſervum publicum dicit : Juvenalis Sat. X. verſ. 41.

Quippe tenet ſudans hanc Publicus .... [h]

Fabrettus (*i*) *Publicos* recenſuit, vel indigitavit * *Aelium Aſſinianum*, *Magnum Publicianum*, alioſque plures ; unicum pene deprehendo *Calocaerum* noſtrum unica appellatione nominatum ; quod vero alii duplici utantur, cave, ne a ſervili ſtatu emerſiſſe putes ; ſecunda enim illa in ſervilibus nominibus inflexio priorem dominum indicare ſolet ; quam tamen cum in *Publicis* conſtanter fere additam, & adhibitam videam, ſuſpicor officii morem fuiſſe, & conſueviſſe ſervos illius nomen, qui Magiſtratui, aut Collegio, cui famulabantur, præeſſet, vel cujus gratia in honorificum pro conditione miniſterium cooptati fuiſſent, adſumere : quamobrem Fabretti (*k*) conjectura de *Felice Corneliano* (*l*) concideret, ut concidere videtur, quod ſervi *Peculiares* ad horum *Publicorum* diſtinctionem dicerentur. *Peculiares* niſi in Imperatorum famulitio non reperio, unde eſt ut credam, ita indigitari conſueviſſe qui de familia erant, & domeſticis miniſteriis devoti, ad diſtinctionem eorum, qui Cæſaribus publica munera obeuntibus, & Conſulis, Tribuni Plebis, Pontificis Maximi vices implentibus inſerviebant, eo modo, quo privatum & publicum patrimonium in Imperatorum ærario diſtinguebatur : hinc Cæſari tamquam regia libidine rempublicam adminiſtranti imputatum eſt, quod *publicis vectigalibus Peculiares ſervos præpoſuerit* (*m*) loco adhibendi ei officio dicatos. Communi autem alicui ſervientes non Publicos abſolute, ſed *Servos*, vel *Servos Publicos* appellari obſervo in lapidibus ; *Publicos* vero noſtros ſacris addictos video e *Publico Augurum XV virum*, *Pontificum*, *Epulonum*, & *Curionali*, cui capeduncula & aqua luſtralis adponuntur. Publicorum autem veſtimentum, & coronam, & præcipuum munus *Parmenſe* nos monumentum docebit, ſi ut eſt in lapide appareat, oſtendetque & corona, & tibia in re ſacra, & ad ſacrificia Publicos miniſtraſſe.

Diſplicet (*n*) *tralatio* corporum *Permiſſu Tribuni Plebis*, quæ Pontificis juriſdictionem violat, & inſueta illa ac Rhetorica *Euſchenii* & *Primitivi* repetitio : non placet ab omni parte *Securitati Sacrum* (*o*) epigramma : (*p*) nec *Salvidiena* relinquens *Mammam Gementem Plangentem Plorantem*, frigidamque ſibi * mantiſſam adſtruentem.

Pervenimus jam, quo tendimus omnes, ad tumulos & ſepulcreta : magis perfunctorie rem peragemus, ubi levioris ut plurimum notæ tituli occurrunt. Alteriorum ædibus qui Alteriam gentem adſtruxit, *Candidi* & *Candidæ* (*q*) cognomenta, ne a lapidum uſu deflecteret, ſibi poſtponenda fuiſſe, non cogitavit. Joculare epigramma infra poſitum ea præcipue lædit imprecatio, (*r*) *In Tartara Pergas*. *Caeſiae Amoris*, & *Clodiae Amoris* meminerunt Fabrettiana (*s*) marmora, & *Amoris Conjugis Benemerentis* (*t*) Aldinum, quo conſtat, id nominis feminis potius datum. In Puteolana *Aeternali Domo* (*u*) ordo, & architectonica ratio perquam exigua, ut in *Amoena* (*x*) Hiſpanica amœnitas nulla.

Severus Aquila (*y*), pro quo acerrime di-

„ L. 2. de pec. Vet. cap. 2. ſic ſcribit : Videtur fuiſſe DC N.
„ hoc eſt, ſeſtertium centum millia ſexcentum nummos.
„ Nam denariorum mentio huc non quadrat.

(*a*) Pag. DCLIII. n. 1.
(*b*) Pag. cit. n. 8.
(*c*) Pag. cit. n. 9.
(*d*) Pag. DCLIV. n. 6. DCLVI. n. 12. & alia.
(*e*) Pag. DCLVII. n. 1. quæ ita clauditur : IN. P. D. MON. F
(*f*) Pag. cit. n. 5.
(*g*) Pag. DCLXI. n. 3.
(*h*) *Publicus* abſolute accipitur pro ſervo publico ut ex Juven. loc. cit. Vid. Gruter. MLXXXVII. n. 7. ubi PVBLICVs AVGVRVM.
(*i*) Cap. IV. pag. 336. num. 502. & 503. & hic not. * Vid. Fabret. not. loc. cit.
(*k*) Vid. not. loc. cit.
(*l*) Vid. Gruter. pag. cccv. n. 5.
(*m*) Suet. in Cæſ. cap. 76. prope fin.
(*n*) Gruter. pag. DCLXII. n. 8. verſ. 7.
(*o*) Pag. DCLXIII. n. 2.
(*p*) Pag. cit. n. 5. * Vid. verſ. 7. & ult.
(*q*) Pag. DCLXVII. n. 6.
(*r*) Pag. cit. n. 10.
(*s*) Inſer. cap. X. pag. 704. n. 251. I. & 706. n. 265. D.
(*t*) Gruter. pag. DCCLIV. n. 6.
(*u*) Pag. DCLXVIII. n. 6.
(*x*) Pag. cit. n. 13.
(*y*) Pag. DCLXIX. n. 4.

gladiatur Reineſius [*a*], Scardeonii, & Mazochii ſtylum, exoticaſque oſtentat pericopes: duodennis puer *Amicos Coluit, & Patronos Bonos Officio Praeſtus Fuit:* nec valde abludunt dactylica, quæ ſupponuntur, carmina [*b*], manca forte & corrupta. Monſtrula dant Strada [*c*], Schottus [*d*], Cluſius [*e*], Boiſſardus [*f*]. *Tib.* [*g*] bis tribus literis notatus, *Miſerrimus*, & cum Libertis *Fideliſſimis*, iterumque cum *Fideli Quondam Et Caro Et Modeſto Libertis Suis Cariſſimis* inſititii ſuſpicionem creant.

Smetianam [*h*] multa deformant, & magnam partem pro arbitrio fictam probant. Fictas ex integro nihil e ſermone veteri habentes *Didiam* [*i*], & *Maniam* [*k*] intelligis. Unde adveniant [*l*] *Fabius Fabianus Ilurconenſis Pius In Suos*, & [*m*] *Priſca Serpenſis Civis Romana*, noſti. Ridiculam [*n*] *Fabricii* & *Apiani* non miror, ſed fuiſſe, qui eam ſuppoſitis notis expolirent, miror. *Verderiana* [*o*] mire incipit, & mire deſinit. *Arelatenſis* [*p*] *Novercae* clauſulam, & *Patavinam* [*q*], ac *Narbonenſem* [*r*] ſororiantes dimitte.

Vitæ annos [*s*] ante nomen, & poſt nomen [*t*] Deos Manes novum eſt aſpicere: ſed in eadem pagina Infans [*u*] *Qui Vixit Annum Aetatis VIII.* & titulum *Fieri Curavit* nemo: deinde [*x*] *Julius Diadumenus*, ſententiola * ornatus, qui *Vixit Horas IV.* quam epigraphen, qui cudit, Plutarchum non legerat inquirentem in *Quaſtionibus Romanis*, διὰ τί τῶν παίδων τοῖς μὲν ἄρρεσιν ἐναταίοις, τοῖς δὲ θήλεσιν ὀγδοαίοις τὰ ὀνόματα τίθενται; *cur maſculis filiis nona, feminis octava die nomina imponerent?* Finalis [*y*] *Hermia*, & [*z*] *Mater Amabilis* intuentium vultus corrugant.

Amiantus & *Amianta* [*a*] neſcio cujus liberti V litera claudunt, ex qua *Valeant* lego. *Stigmata Aeterna* [*b*] haud moror, ſed in iis hærentes miror, & recentes nugas, ac male feriatorum hominum ludibria non agnoſcentes: quæ [*c*] hanc antecedit, perperam obſeratur. *Secundinus* & *Marcellina Patres Amiſſione Orbati* [*d*], *Avitus* [*e*] iteratis prænominibus circumſeptus, *Moxi Filius* [*f*] balbutiens, *Licinianus Icemenius* [*g*], *Lucretia Sola Senex* [*h*] vapide ſeſe habent. Hiſpania, quæ in hac ſumptorum de trivio epigrammatum claſſe raro comparet, *Laelium* [*i*] bis adducit *Magna Omnium Expectatione Genitum Ab Immani Atropo e Vita Praciſum*, & ſuaviter *Opobalſamo Conditum*.

Scaligeriana [*k*] ſuccedit Poeticis de more inventis, figuriſque Rhetoricis concinnata. Scardeoniano [*l*] *Articulo* facit Pater, & *Locum Dant Heredes*. *Neroneum Sineanorum* [*m*], *Occuſium Laganium Suae Suaviſſimae Filiae* [*n*] anonymæ facientem. *Sextum Paeonem* [*o*], *Avinagum Vivum* [*p*] non ſibi, ſed aliis Ponentem, *Marcum* [*q*] prænomine & cognomine, *Claudianum Filii Unici* [*r*] expedit tranſiluiſſe.

E Schotto, Morali, & Strada excipe *Plautium De Municipio Attagenſi* cum Matre *Ad Fletum Ad Gemitum Relicta Tumulum Dantem Lacrimis Plenum e Marmore* [*s*], nec non *Proculum Qui Nihil Cum Adoleſcente Commune Habet* cum Matre pariter *Ad Lacrimas relicta* [*t*]: renuis? at qui monumenta vetera viderunt nulla, libentes excipient ſtatim. Duas involvit & diſtorquet *Verſum* male *Superponens* [*u*] Mazochius; quartam [*x*] & Sextam [*y*] qui probat, ſibi habeat, ac ſervet. At nulli, puto, quæ *apud Lingones* [*z*] aſſeritur, placebit.

Aures nobis jugulat Lazius, qui *Saturonios*, & *Saturonos*, & *Sertetertanos* [*a*] uno titulo profert. Mazochius, Apianus, & Fabricius, cognatione, ut videtur, inter ſe juncti, *Quotidianam Miſerabilem Ululationem* iterant, & *Perpetuis Tenebris* parentes bis [*b*] damnant. Lepida eſt [*c*] Pighii clauſula, & *Lychnis* nullius *Avia* [*d*]: mira vidit *Lipſius*, cum *Philogramum* [*e*] vidit nulla junctura nexum, & tam vapidis ſingulariis infarctum.

Huttichius *Speratum* & *Deſideratum* [*f*], nec non

(*a*) *Præfat.* pag. 8.
(*b*) Pag. DCLXIX. n. 8. Ald. Manut. Orthogr. pag. 311. & Bonada *Carmin. ex Antiq. Lapid.* vol. II. Claſſ. VI. n. XXII. pag. 114. variantem in 1. verſ. exhibet a Grutero.
(*c*) Pag. DCLXXI. n. 9.
(*d*) Pag. DCLXXIII. n. 2.
(*e*) Pag. cit. n. 6.
(*f*) Pag. DCLXXIV. n. 13.
(*g*) Pag. DCLXXV. n. 4.
(*h*) Pag. DCLXXVI. n. 11.
(*i*) Pag. DCLXXX. n. 5.
(*k*) Pag. cit. n. 12.
(*l*) Pag. DCLXXXI. n. 5.
(*m*) Pag. cit. n. 7.
(*n*) Pag. DCLXXXIV. n. 6.
(*o*) Pag. DCLXXXV. n. 3.
(*p*) Pag. DCLXXXVII. n. 5.
(*q*) Pag. cit. n. 4.
(*r*) Pag. cit. n. 11.
(*s*) Pag. DCLXXXVIII. n. 2.
(*t*) Pag. cit. n. 9.
(*u*) Pag. cit. n. 6.
(*x*) Pag. cit. n. 8. * verſ. 7. & ult.

HORA . BREVIS . VITAE
LETVM . TVLIT

(*y*) Pag. DCLXXXIX. n. 4.
(*z*) Pag. cit. n. 7.
(*a*) Pag. DCXC. n. 3. *iterum & melius* pag. DCCCLXXX. n. 5.
(*b*) Pag. DCXCI. n. 9.
(*c*) Pag. cit. n. 8.
(*d*) Pag. DCXCII. n. 1.
(*e*) Pag. cit. n. 3.
(*f*) Pag. cit. n. 4.
(*g*) Pag. cit. n. 5.
(*h*) Pag. cit. n. 11.
(*i*) Pag. cit. n. 10.
(*k*) Pag. DCXCIII. n. 1.
(*l*) Pag. cit. n. 13.
(*m*) Pag. DCXVII. n. 5.
(*n*) Pag. DCXCVIII. n. 1.
(*o*) Pag. DCXCIX. n. 11. eadem pag. CMXI. n. 1.
(*p*) Pag. DCC. n. 3.
(*q*) Pag. cit. n. 8.
(*r*) Pag. cit. n. 10.
(*s*) Pag. DCC. n. 13. *ex Schotti Schedis*.
(*t*) Pag. DCCII. n. 12. *ex Strada*.
(*u*) Pag. DCCIII. n. 2. verſ. 4.
(*x*) Pag. cit. n. 4.
(*y*) Pag. cit. n. 6.
(*z*) Pag. DCCIV. n. 1.
(*a*) Pag. DCCV. n. 6.
(*b*) Pag. cit. n. 11. 12.
(*c*) Pag. DCCVI. n. 1. verſ. ult.

QVOD . VOLVIT . ET . POTVIT . QVOD . POTVIT . ET . VOLVIT

(*d*) Pag. cit. n. 7.
(*e*) Pag. cit. n. 11.
(*f*) Pag. DCCVII. n. 5. ex *Joh. Huttichio*.

non *Incomparabilem Spem & Pietatem* mire copulat, *Male* tamen *Judicantibus Fatis* : cum Verderiana *Sentrinia* [*a*], & cum cognatione ſua, niſi natalibus emendatione reſtituantur, affinitatem ne jungas. In cujus domo natus eſſet *Verna Tarraconenſis*, non intelligo [*b*] : *Superiniam Superbam* [*c*] cum Thetis feralibus extra locum non amplector; habetur & *Superinius* [*d*] alter, ſed ab eodem Campio. Integra Corpora in arcis & Sarcophagis condebantur, *Ante Aram* vero, vel ſub Ara, ut funerarii cum inciſis titulis lapides quandoque appellantur, reliquiæ & cineres; quamobrem *Corpus Cauſa Ponderis Ante Aram Poſitum* [*e*] mihi turbas excitat. Manes *Taurini Aureli* [*f*] nominum ordine inverſo, * *Civi Eluſenſi* Grammaticæ lege poſthabita, quis revereatur?

L. Valerii [*g*], quam laudavit Noriſius [*h*], Fabrettus [*i*] auxit, aggredi epigraphen quodammodo vereor : attamen ubinam monumentum vetus eo initio vidimus, * *Poſt* vel *Poſ. Titulo?* ubinam eo fine, nil pariter ſignificante, *In Frontes*, & *In Latera Duo P. Ter?* Loco ponentis nomen profitendi, nugæ aguntur; pro die & Conſule hora indicatur, *Natus Noctis Hora VI*, & id quidem inſulſe, *Abit Noctis Ab Hora VI.* qui titulum, data opera ut fictitius haberetur, & recens, vellet condere, nihil poſſet aptius excogitare.

At mihi nec illæ placent næniæ [*k*] *Cum Aſcenſu Gradum VII.* importune memorato, quæ poſt plura e legitimis titulis decerpta, ſed confuſa, & præpoſtere congeſta verba, ridiculé ſic clauduntur : *Hypanpelus Haic Cedat In Rigorem Materiae Et Furcarum Et Ara In Qua Furceptm.* ut furcas intelligamus, quibus ea *vitio aquatica* inniteretur, ſententiam numquam reconcinnabimus : tanto Inſcriptionis morbo miſeram adhibuit medicinam Scriverius *Furca* iterum addita [*l*], & Aræ non ſine piaculo impoſita.

Conſuetam monumentorum formulam nove explicat Varia *Defuncta Anno Nativitatis XVIIII. Meſ. VII. Dies XXXVIII.* [*m*]. Huic ſocies velim ejuſdem leporis *Verinam* [*n*], *Paretam* [*o*], & *Verviciam* [*p*].

Quid de *Bella* [*q*] ſtatuemus *Heu Poſita Gnata*, & quid de femina tribum *Scaptiam* profitente? *Memoria Miſerimorum Vindeiicis* [*r*] poſita non omnino immunis a ſuſpicione ob formulam, & gentem inſolitas. Prolixam, ſed futilem, inconditam, & pudendam Boiſſardi, ac Smetii cantilenam [*s*] vel legiſſe piget. Meo Gentili quid commercii erat cum horrificis capitibus *Tutbumeo*, & *Comblotia Thiupoila* [*t*], quorum alter de monumento facto mentiatur, opus eſt? *Infans Similis Deo* [*u*], θεοειδὴς, ut Homerus de Paride, quem *Rapuerunt Nymphæ In Gurgite* [*x*] [*cui non dictus Hylas*] a Nymphis raptus? Mazochio relinquatur.

Narbonenſia carmina [*y*] veteres Muſas non olent, illa præſertim,

Orbem ſub leges ſi habeas, num vivis? ad Orcbum
Quid valet? hic nulla eſt divitis ambitio.

iis tamen *Affectus Parentum* præſtabat obſignare, quam *Scaligeriano* ſubſequenti prodigio [*z*].

Liberorum parentibus justa ſolventium veridicas ut plurimum aſpicies lacrimas, audies querelas; quamvis id non polliceantur, quæ [*a*] agmen ducunt, & male ominantur. *Aulum Aſvium* [*b*], *Abidios Publiorum Filios* [*c*], *Paullam Noſtram* [*d*], *Autium Matri* facientem *Vivae* [*e*], & *Soteriam Religioni Judaicæ* ridiculæ *Metuentem* [*f*] ablegemus tamen rogo, atque expungamus.

Bergomas *Carbaſus Patiens*, [*g*] nomine, cognomine, re, verbis, ſermone, ſcriptura ineptus eſt. Quid ſit *De Foro e Tribunali* [*h*], ſeu mavis *e* * *Tribu Diali Efferre*, Metellum requirere oportet & Redium. *Cocilicium* [*i*] ne afficiamus moleſtia menſæ accumbentem, nec *Cupitianum* cum *Decoratiano* [*k*] fabulantem.

De *Firmidonia Sepulturam Procurante* [*l*], & *Billieno* [*m*] tam nove loquente non deerunt qui ſuſpicentur. *Cives Biturix* [*n*] & *Mediomatricus* [*o*] fac de civitate ſua doceant, &, quod compendiis involvant, aperte proferant. *Gerundenſi* [*p*] dubitantis adverbium præfixum, & ſuppoſitas adnotationes adime. Gamdeni *Subſtitutionem* [*q*] ride. Spuria verba, velut *Honoris* [*r*] præfatio-

(*a*) Gruter. pag. cit. n. 6.
(*b*) Pag. DCCVIII. n. 1.
(*c*) Pag. cit. n. 2. *Campius Frebero*.
(*d*) Pag. IV. n. 6.
(*e*) Pag. DCCVIII. n. 4.
(*f*) Pag. cit. n. 7. * verſ. 3. 4.
(*g*) Pag. DCCX. n. 10.
(*h*) *Cenotaph. Piſan.* pag. 409.
(*i*) *Emend.* pag. v. ad cit. Epig. 10 * verſ. 1.
(*k*) Pag. DCCXI. n. 3. Ald Manut. *Orthograph.* pag. 15.
(*l*) Vid. *Corrig.* pag. CCCXLV. ad cit. Epig.
(*m*) Pag. DCCXII. n. 11.
(*n*) Pag. DCCXIII. n. 11.
(*o*) Pag. cit. n. 13.
(*p*) Pag. cit. n. 14.
(*q*) Pag. DCCXIV. n. 4.
(*r*) Pag. DCCXV. n. 4.
(*s*) Pag. cit. n. 10.
(*t*) Pag. DCCXVI. n. 9. ponit *in domo* Maffei.
(*u*) Pag. DCCXXVII. n. 11. e *Manachio*.
(*x*) Virgil.
(*y*) Gruter. pag. DCCXVIII. n. 3. ſed Murat. pag. MDCCLXX. n. 2. ex *Donio*, & Bonada T. II. Claſſ. VII. n. V. pag. 225. exhibent variantem a *Grutetiana*.
(*z*) Gruter. pag. cit. DCCXVIII. n. 5.
(*a*) Pag. DCCXVIII. n. 6. 7. 8.
(*b*) Pag. DCCXX. n. 1.
(*c*) Pag. cit. n. 6.
(*d*) Pag. DCCXXI. n. 5.
(*e*) Pag. cit. n. 9.
(*f*) Pag. cit. n. 11.
(*g*) Pag. DCCXXIV. n. 8.
(*h*) Pag. DCCXXV. n. 7. Eadem CCCLXXXVI. n. 5. * Vid. not. ad priorem.
(*i*) Pag. DCCXXVI. n. 4.
(*k*) Pag. DCCXXVII. n. 6.
(*l*) Pag. DCCXXIX. n. 7.
(*m*) Pag. DCCXXX. n. 2.
(*n*) Pag. DCCXXXI. n. 3.
(*o*) Pag. cit. n. 12.
(*p*) Pag. DCCXXXII. n. 11.
(*q*) Pag. DCCXXXIV. n. 7.
(*r*) Pag. DCCXXXIII. n. 8.

ſationem, aut *Sacrum Terpne* (*a*) in funeraria, & *Romai* (*b*) ſubſcriptionem in Veronenſi non moror. Duas addo, quas niſi de ſtatu, locoque deturbo, diem mihi genuinæ earum conturbernium reſpuentes procul dubio dicent: in altera *Raccow.* & *Lon.* (*c*) & id genus compendia Lazius aggerit; in altera *Verſiculam*, & *Verſiculanam*, & *Suos Qui Mortui Fuerunt* (*d*), Pighius conſecrat.

Nihil habet in ſe durius ardua hæc, & periculis undequaque plena provincia, quam quod vera & falſa, ambigua & certa ita ſæpe in iiſdem Inſcriptionibus appareant commixta, ut, quid de iis ſtatuas, & in quem ordinem conjicias, omnino neſcias.

Id me præcipue ad Conjugum ſuſpiria accedentem torquet; quid enim de *Salutari* (*e*) decernam *Religioſum* ſalutante, quid cum *Sibi*, & verſicoloriæ conjugi vivus faciat, *Bene Eſſe Filis Et Filiabus Qui* cum *Bene Coluerunt* precatur? Quid de *Aebntia* (*f*) quinque muliebria nomina obſcure glomerante? Quid de *Albinia* (*g*), inculpata quidem multa & legitima proferente, ſed inter illa * *Propinationem* præbitam memorante, & parentalem cœnam, quam τάφον Homerus vocat, *Lectiſternium* appellante, idque *Per Officium Teſſerariorum* ponendum; quibus ſi de Sportulis Dividundis injungeretur cura, non hiſcerem; at quidnam Teſſerariis cum Lectiſternio Ponendo? Coronas etiam addit *Myrteas Ternas*, & *Tempore Roſae Jul. Ternas*, & *Propin. Per Roſam*, quæ commentum ſapiunt, ut *Micatas de Selectis* omittam, quas ſane pluris non faciam, etiamſi in *Nucatas Selitis* a Salmaſio converſas oſtendas.

Gryphos *Nemauſenſem* (*h*) & *Novempopulanum* (*i*) cum *Antonio Intercatenſi* (*k*) ignotum lapidibus *Anci* prænomen gerente, & infra (*l*) deterius exhibito, computa.

Ruffius (*m*) mira loquitur, qui *In Memoriam Perpetuam Hortos Cobarentes Sive Suburbanum Tradidit Libertis Libertabuſque Ex Familia Uxoris:* Hortos videlicet (quos cum monumento cohærentes indigitet, nihil attinebat *ſive Suburbanum* explicare) *tradit in memoriam*; & nec propinquis, nec libertis ſuis, quamvis monumentum *Sibi*, & *Uxori* paret, ſed *Uxoris* tantum tradit, & *Libertos* appellat *Ex Familia*, cum familiæ nomine apud veteres non *liberti* venirent ut plurimum, ſed famuli, hoc eſt, ſervi; & poſt Libertos, Libertaſque generatim advocatos unum nominat *Marullum*, & *Aelenam* unam; & *poſſeſſionem* per libertorum, libertarumque genus jubet *decurrere*, *Vel Per Agnatos*, *Vel*, quod lepidius additur, *Per Manumiſſos*. Repetitur (*n*) alia facie infra *Patre Bonis Cedente* inſerto.

Frigeſcere videntur nimis *Gelidum* Fabricii (*o*) *Marmor*, & Martius *Gelu Confectus*.

Incipit Paradinus (*p*) ubi alii deſinunt, & Conjugis nomen obliviſcitur: quam (*q*) ornat Aldus elogio, ſed ineptiente, ut verum dicam, & in ſuſpenſo adhuc poſito. Sigleri ſingulariæ nihil dicunt, qui Bithyniam urbem fuiſſe viſus eſt credere, cum *Cives Bithinum* (*r*) ſcripſit. *Metenſem* (*s*) explode, & Lazii (*t*) fidem appella.

Nove loquuntur *Fauſtina Marito Sibi Merentiſſimo Sub Aſcia* (*u*), & poſt conjugem nominatam *Freſſus Quintus Utriſque* (*x*) Ponentes; itemque *Crudeles Parentes Qui Facere Curaverunt* (*y*).

Tot peragrantibus nobis loca ecce accidit, ut Romanum orbem prætergreſſi in incognitæ linguæ populum incidamus; quod ita ſentiam, quinque in cauſa ſunt ejuſdem paginæ (*z*) epigrammata conglobatis inauditis nominibus, ſyntaxi exotica, ſiglis monſtroſis infarcta. *Scardeouiana* (*a*) admiſcetur dandi caſu illum quoque, qui facit, & qui locum dat, enunciatus.

Eulimenem & *Philariſtum Ollarum* etiam *Locus* (*b*) lædit, qui *Dabatur*, ſed non *Dedicabatur*; niſi tamen exſcriptor ſic perperam explicuerit D D in lapide exarata, ut *Dono Dedit* ſignificaretur: nunquid inculpatum eſſet in charta hac, *Erſigartus* (*c*) demum ſcribitur, quod alibi (*d*) *Negotiator Sagarius*. Quis *Primigenium* (*e*) tortor urgebat, ut crimen *Adducta Uxoris* ſollenniter confiteretur? *VE Cajus Atie F.* (*f*) offendit oculos. *Vivens Fecit* intelligamus, disjunctis, ut accidit, notis; at qui conſtent cetera? verumtamen quid ago? ejuſmodi ne breviuſculos ut plurimum, & omnino inconditos titulos in conjugali hac turma ſingulatim excerpo, ac pertracto? At non minus triginta habentur deformes, ſqualidi, inarticulate loquentes, nulla forma, ſpecie nulla, verbiſque utentes, quæ ſæpe verba non ſunt. Nihil ergo attinet Lectori eas quiſquilias faciliime deſpecturo tantum moleſtiæ faceſſere; qui, ut externo etiam indicio juvari poſſit, meminerit, decem ex iis Inſcriptionibus, aut duo-

(*a*) Gruter. pag. DCCXLIII. n. 3.
(*b*) Pag. DCCXXXIX. n. 4.
(*c*) Pag. DCCXL. n. 1.
(*d*) Pag. DCCXLVI. n. 5.
(*e*) Pag. DCCL. n. 6.
(*f*) Pag. cit. n. 9.
(*g*) Pag. DCCLIII. n. 4. * verſ. ult. PROPIN. *Propitiationem* citat Pierius *Hierog.* Lib. XV. initio.
(*h*) Pag. cit. n. 9.
(*i*) Pag. DCCLIV. n. 8 *In Convenis Novempopulonii*, &c. fragm.
(*k*) Pag. cit. n. 12. e *Strada*.
(*l*) Pag. DCCLX. n. 2. ex *Hier. Surita*, ubi v. 3. INTERCATIENSI
(*m*) Pag. DCCLV. n. 8. *Tarracone in periſtylio templi ad portam*.
(*n*) Pag. DCCCLXXX. n. 3. ponit iıdem *Tarracone*.
(*o*) Pag. DCCLVII. n. 4. e *Fabricio*.
(*p*) Pag. DCCLVIII. n. 2. ex *Paradino*.
(*q*) Pag. cit. n. 4. ex *Aldo*:
(*r*) Pag. cit. n. 7 ex *Schedis Sigleri*.
(*s*) Pag. cit. n. 10. ponit *Metis in vico Paradiſi in ara*.
(*t*) Pag. cit. n. 11 ex *Apiano & Lazio*.
(*u*) Pag DCCLX. n. 3.
(*x*) Pag DCCLXI n 6.
(*y*) Pag DCCLXII. n. 2.
(*z*) Pag DCCLXIV. n. 1. 2. 4. 5. 6.
(*a*) Pag. cit. n. 3.
(*b*) Pag. cit. n. 7.
(*c*) Pag. cit. n. 8. ex *Manutio & Lipſio*.
(*d*) Eadem pag. DCL. n. 4. ex *Mazochio*, & *Schedis Urſini*, ubi ſubnotatur: „ Habetur eadem inſcriptio infra DCCLXIV. „ n. 8. Sed verſus ſecundus ibi eſt corruptior „. Nam ita:

.... ERSIGARTVS

(*e*) Pag. DCCLXV n. 1.
(*f*) Pag. DCCLXVI. n. 5.

duodecim Lazii nomen præferre ; ſex, aut octo Scaligeri ; Apiani alias, Camdeni, Moralis, Scardeonii, Cluſii, & ſimilium.

Multæ item ſunt, quæ nominibus tenent, & ob eorum præcipue novitatem a ſuſpicione non ſunt immunes : quis enim cum Mazochii * *Accommodatorem*, & * * *Solutorium* ; Lazii [a] *Blaeſatillum*, [b] *Veſtam*, *Tacitam*, [c] *Riſiviam*, [d] *Onotnium*, [e] *Volturegem Talſium*, [f] *Sempronionium Summinum*, [g] *Senacam Palumbi*, [h] *Morſinum*, [i] *Maſcium*, [k] *Angulatum*, [l] *Conſtitutum*, [m] *Namphanem*, [n] *Salpedonem*, [o] *Ruſulam*, [p] *Conamotuſum* ; Boiſſardi [q] *Garoſam*, [r] *Nocturnum Nocturnianum*, & [s] *Rueſarium Medivixtaeam*, e cujus titulo novum Latinum verbum * *Convictrix* pro conjuge eliciunt, ac recenſent Scaliger in *Indice*, & Holthenus in *Corrigendis* [t] ; Pingonii * *Caetiam*, [u] *Libotiatum*, [x] *Exſomniam* ; Scaligeri [y] *Navicularium*, [z] *Excingillam* * OPTAT., [a] *Servaciam*, [b] *Ontalianum Naſſim Matri Andrecconi* ; Reſendii [c] *Thalaſſinum* ; Aldi [d] *Solanium Romanum* ; Apiani [e] *Laſconciam*, [f] *Spuriam Habentem* ; Sculteti [g] *Blionem Carcium*, Camdeni [h] *Limiſium*, [i] *Ammilluſimam* ; Lipſii [k] *Finitum* & *Civem* ; Moralis [l] *Quintam Adſiduam* ; Urſini [m] Adropſolim, aliaque horridiora exaudit, non ab illis confeſtim titulis oculos atque animum avertit, ubi præſertim & aliud quidquam in iis diſpliceat, quod ut plurimum uſuvenit? Geographica etiam aliqua turbant nomina ; nam etſi in hac de trivio claſſe Hiſpania perraro appareat, [n] *Siarienſes* tamen, & [o] *Auxenenſes*, & *Denienſes* de novo exſiliunt.

Quid de ſpuriis ; ut ab initio monui, inſitionibus, & abſonis hac illac fruſtis dicam? ſordidum a Smetio diſtichon [p] in *Feliculae* monumento : *T. Paternia Florina* [q] ſuperadſtructa poſt Hilaram conjugem *Conjux : Nulli Liquebit Locationis Cauſa In Hortis Centum Quandoque Tranſvendere* [r] (an erat *tranſdere* ?) *Alva Mente Memora : Hal. B. CV. Maritus & Lect. Ornam. & Protector : Junoni* in capite, *Fratribus IIII. Sacrum* ad funerariæ calcem : *Convivi*, & Θ *Romae* : *Nimiaria*, aut *Nimia Pia Facta Inpia* : [s] *Florenti Conjugi Serotinae : Anni Tui XXVII.* multo magis profecto deviant, & a veritate aberrant, quam caput illud uni ex iſtis Inſcriptionibus vel perperam forte additum, vel non ſine mendo exſcriptum, propter quod a Gruterianis editoribus hac præfixa notatione monumentum proſcribitur [t], *Credo eſſe falſum*.

Nec deſunt, quæ omnino commentitiæ videantur : *Claudius Meſſor* [u] e Paradino affertur, quem antea Tacuinus dederat ; *Conjux Sibi Viva Poſuit Votiſque, Quae Fuerat Felix Sat Si Non Plena Doloris*. Ubi *Urſa* [x] facit marito *Pientiſſimo In Suis*, qui peragit *Pater Nomine Subitanus Filiorum IIII*? Ubi maritus [y] *Obſequentiſſimus* cum *Amicis Dulciſſimis* copulatur, quid eſt DOC. & *Pintameus*, & finales Hiſpanicarum funebrium ſingulariæ ante ponentis nomen collocatæ? *Furia Spes* [z] miſere loquitur, *Mihi ut Cognovi Puer Puella Obligati Amori Paritur* ; quod de *Horis Nocturnis* ſequitur *ſuppleta a recentiore artifice* fatetur Gudius *. Ridicula eſt, quam [a] Velſerus & Urſatus præcipue celebrarunt, *Auguſtam e Patavio tranſlatam*, & de qua *Portitori Plutoni* inficete inſcripta, *Portitor ipſe Charon* jure merito quærimoniam aget, in eadem officina cuſam agnoſco, ac *Manlii Suri* illam, quam, cum de Patavinis ſermo eſſet, damnavimus ; ibi *Poſteri ſunt ad Tale damnati*, hic * *Unde Tale Quando Tale Et Cui Talem*.

Carmina quatuor [b] anni tempeſtates compel-

---

* Gruter. pag. DCCLXXXIX. n. 4.
** Pag. DCCCXXV. n. 1.
(a) Pag. DCCXC. n. 10.
(b) Pag. DCCCVI. n. 8.
(c) Pag. DCCCIX. n. 5.
(d) Pag. DCCCXIII. n. 4.
(e) Pag. DCCCXVI. n. 2.
(f) Pag. cit. n. 8.
(g) Pag. cit. n. 10.
(h) Pag. DCCCIX. n. 5.
(i) Pag. DCCCVII. n. 5.
(k) Pag. DCCCXXXVIII. n. 14. *ex Apiano*, non e Lazio, ut vult N. A.
(l) Pag. DCCCVII. n. 5.
(m) Pag. DCCCX. n. 5. e *Mazochio*, non e Lazio
(n) In Epig. cit. 5. verſ. 5.
(o) Pag. DCCCXXV. n. 3.
(p) Pag. DCCCXXVII. n. 1.
(q) Pag. DCCCVI. n. 7.
(r) Pag. DCCCXI. n. 3.
(s) Pag. DCCXCV. n. 8. * verſ. ult. CONVIC.
(t) Pag. CCCXLVI. Epig. 8. verſ. 3. inquit Holth. „ Lege „ MEDIVIXTA hæc cn Julio viva lapidem poſuit . * forte *Caeſiam*, aut *Caeliam*, ſed non ex Pingonio.
(u) Pag. DCCC. n. 1.
(x) Pag. DCCCXXXIX. n. 13. verſ. 3.
(y) Pag. DCCCX. n. 9.
(z) Pag. DCCCXI. n. 2. v. 6. * verſ. 7.
(a) Pag. DCCCVII. n. 11.
(b) Pag. DCCCXIII. n. 5.
(c) Pag. DCCLXXI. n. 7.
(d) Pag. DCCLXXV. n. 4.
(e) Pag. DCCCXXXIII. n. 9.
(f) Pag. DCCLXXXII. n. 3.
(g) Pag. DCCCXIX. n. 8.
(h) Pag. DCCCI. n. 1.
(i) Pag. DCCCV. n. 10.
(k) Pag. DCCCXXXIV. n. 6.
(l) Pag. DCCCXXXI. n. 5.
(m) Pag. DCCCXLIII. n. 10. verſ. „ latet in hoc fragmento impurum quid. *Gud.* ita in not.
(n) Pag. DCCCIII. n. 5. ponit *Zurrachatini in Hiſpan.*
(o) Pag. DCCCXLI. n. 9. *prope Viletium Hiſpan.*
(p) Pag. DCCXCII. n. 1. verſ. 9. uſque ad ult.

HOSPES.AD.HVNC.TVMVLVM
NE.MEIAS.OSSA.PRECANTVR
TECTA.HOMINIS.SET.SI.GRATVS
HOMO.ES.MISCE.BIBE.DA.MI

(q) Pag. DCCXCII. n. 9.
(r) Pag. DCCCI. n. 5. verſ. 5. 6. 7.
(s) Pag. DCCCXXIV. n. 1.
(t) Pag. DCCCXXXI. n. 7.
(u) Pag. DCCLXX. n. 9.
(x) Pag. DCCLXXVI. n. 14.
(y) Pag. DCCLXXVIII. n. 6. eadem occurrit DCCCXXI. 9.
(z) Pag. DCCLXXXVI. n. 5. * Vid. not.
(a) Pag. DCCXCIV. n. 1. Vid. *Monument. Patavin.* pag. 282.
* In cit. Epig. 1. pag. DCCXCIV. verſ. 11. 12.
(b) Pag. DCCCIV. n. 4. verſ. 8. uſque ad ult.

pellantia vivæ potius puellæ blandiri, quam defunctæ parentare putes; & proximæ (*a*) *Integro Corde*, *Marcellinæ Filiæ Maritum* juſta perſolvere opineris.

Eleganter ingreditur ſubſequens (*b*);

Hic pietatis honos, hac ſunt pia dona mariti.

In *Elegiis* C. Pedonis Albinovani Livia Auguſta Druſi Neronis filii ſic mortem deflet:

Nam quid ego admiſi? quæ non ego numina cultu
Quod ego non potui demeruiſſe Deos?
Hic pietatis Honos? artus amplector inanes,
Et vocat hos ipſos flamma rogusque ſuos.

At ſecunda Inſcriptionis pars * omnino concidit, utpote quæ verba temere & fortuito glomerat, ac nihil dicit.

Seſtertium Nummum immanes nimirum profundit ſummas (*c*) *C. Marcius De Libera Aquila*. Mazochii (*d*) *Multos Sudores*, & Pontani (*e*) *Obſequia* neglige, *De Quibus Dicere Minus Suplet Dolore*. Vocabulo (*f*) *Quietorium* Chriſtianiſmum ſonanti civitatem dedit recens Calepini editio ex duûm Gruterianorum lapidum auctoritate, quæ apud me nulla eſt; nam utrumque Boiſſardus protulit, & priorem *Mutii* cognomentum, *Nolani* additio, annorum profitendorum modus, loquutio nequaquam lapidaria *Fatum Commune Praeveniens*, accuſant; poſteriorem incongrua forma, & ſervili capiti liberti adtributi dehoneſtant.

Duæ itidem, quorum altera infra (*g*) poſita, altera mox occurret, Inſcriptiones *Finitionem* pro morte uſurpant; at prima ineptiſſime præfatur, & injuria vetat *Accedere*, quod *Nulli Liceat Non Filius Neque Nepotes*, qua ineleganti & nimium difficilis ac moroſi hominis interdictione, & parentare prohiberent, & roſas præbere: ſecunda nugacis ejus clauſulæ *Hos ab animo potuit disjungere nemo niſi Finitio fati*, proculdubio ſuperſtructionem paſſa eſt: mira credulitate laboravit Scaliger, cum ex priore horum titulorum * *Follem* arripuit, & monetæ genus fuiſſe commentus eſt. *Optatiuæ* (*h*) medelam adhibuit Reineſius, (*i*) nec tamen convaluit; veterem enim formulam, *Felix qui & Clemens*, inepte ſimulant *Reticia Sive Paſcaſia*, *Filterius Sive Pompejus*.

Alduovorix Autu COL. VIC. amatorium ut puto, *Plocuſae Suae* (*k*) epiſtolium mittit; pertert Boiſſardus, qui (*l*) *Alexandrum* quoque *Symphoro Suo*, & *Diadumenum*, & *Plocamum Panthea Sua* (*m*) pariter ut videntur ſcribentes demeruit, & qui *Eutrapelo Veram Suam Bene Meritam* (*n*) colenti idem alibi officium præſtat: digladiatur acerrime pro *Panthea* iſta Reineſius (*o*), & de *Sua* intelligit *Conſerva*, vel *Conliberta*, ſed ea non utuntur reticentia lapides, imo nomen præponunt, *Conſerva Sua*, *Conlibertæ Suae*.

Cum *Pulchro* (*p*) neſcio quo jure miſceatur *Hoceſta*, quæ virum habuit *Cirintum*. *Sacellum Cum Diſtego* (*q*), Seſtertium profuſio Q. VOL ad ſignificandum *qui voluerit*, *Condere* incondite, denariis larva adpoſita, & incompoſita generatim ſyntaxis, *Carpenſem* tabulam omnino vituperant & explodunt. *C. Floridum* (*r*) ride, *Uxorum Latitia Omnium Genitam* plorantem: nec non *Ciceronis* Salutationem (*s*), & exinde (*t*) *Laziana*, & (*u*) *Camdeni* monſtra.

Fraternas acies, alternaque monumenta percurrens, multa negligam exilia monſtra, ſua ſe deformitate dedecorantia, quamvis ex iis quoque plura arripiat Gruterianus Elenchus, & tamquam in eruditionis theſauro recondat. Indicis primo vice fungar, a novitate nominum multas Inſcriptiones deſignans, alia etiam ut plurimum de cauſa, quod conferenti patebit, ipſiſque ſponſoribus ſuſpectas.

(*x*) *Amabilis* cum *Fideli*, (*y*) *Morſius Potens*, (*z*) *Seneca* cum *Imperatore Patre*, & *Anienſibus*; (*a*) *Voltapro Filius Opaoſti*, (*b*) *Vojapus* (*c*) *Atito* cum *Caſilli Fatis*, (*d*) *Acentectui*, (*e*) *Cacetius* cum *Arantillo*, (*f*) *Haiſcoiarris*, (*g*) *Tagaſſus*, (*h*) *Auguſtius Auguſtalis*, (*i*) *Secco*, (*k*) *Ironia*, (*l*) *Intercilius Andus*, (*m*) *Livelus*, (*n*) *Laſſia*, (*o*) *Maricca Atemeria*, (*p*). *Maſcius*, (*q*) *Aſeus*, (*r*) *Sburus*, (*s*) *Meſicuſius*,

(*a*) Gruter. pag. cit. n. 9.
(*b*) Pag. DCCCV. n. 1. Bonada claſ. VI. n. XXI. Vol. II. pag. 113. ex Gudio pag. CCXCI. Hoc Hemiſtichium deſumptum ex *Conſolatione* ad Liviam v. 133. * Vid. cit. Epig. verſ. 2. uſq. ad ult.
(*c*) Pag. DCCCVI. n. 1.
(*d*) Pag. DCCCVII. n. 3.
(*e*) Pag. cit. n. 12.
(*f*) Pag. DCCCX. n. 2. verſ. 4. & 5. & MCXXXI. n. 11. verſ. 2.
(*g*) Pag. cit. DCCCX. n. 10. verſ. 9. * Vid. not.
(*h*) Pag. DCCCXIII. 9. v. 1. OPTATINERE.
(*i*) Reineſius in not. ad Epig. 16. 1. pag. 37. ubi de cit. Inſcript. Gruteri ſcribit: OPTATINERE. ET. ICIAE. pro OPTATINAE RAETICIAE.
(*k*) Pag. DCCCXV. n. 10.
(*l*) Pag. CMLV. n. 3.
(*m*) Pag. DCCXCIV. n. 6.
(*n*) Pag. DCCCXXXIX. n. 1.
(*o*) Præfat. pag. 7. in fin. & in iit. ſeq.
(*p*) Pag. DCCCXX. n. 10.
(*q*) Pag. DCCCXXVII. n. 6. ponit *Romæ in Muſeo Card. Carpenſis*.
(*r*) Pag. DCCCXXXIII. n. 4.
(*s*) Pag. DCCCXXXVI. n. 9.

M. TYLLI. CICERO
HAVE &c. *Inter Spuria refert Gud.*

(*t*) Pag. DCCCXLII. n. 1.
(*u*) Pag. cit. n. 14.
(*x*) Pag. DCCCXLIV. n. 3.
(*y*) Pag. DCCCXLVI. n. 2.
(*z*) Pag. DCCCXLIX. n. 12.
(*a*) Pag. DCCCLVI. n. 4.
(*b*) Pag. DCCCLVII. n. 8.
(*c*) Pag. DCCCLIX. n. 11.
(*d*) Pag. cit. n. 16.
(*e*) Pag. DCCCLXII. n. 2.
(*f*) Pag. DCCCLXV. n. 6.
(*g*) Pag. DCCCLXIX. n. 7.
(*h*) Pag. cit. n. 6. Vid. CDIII. n. 6.
(*i*) Pag. cit. DCCCLXIX. n. 9.
(*k*) Pag. DCCCLXXIII. n. 13.
(*l*) Pag. cit. n. 12.
(*m*) Pag. DCCCLXXVI. n. 13.
(*n*) Pag. DCCCLXXVIII. n. 8.
(*o*) Pag. DCCCLXXIX. n. 10.
(*p*) Pag. DCCCLXXX. n. 4.
(*q*) Pag. cit. n. 5. 7.
(*r*) Pag. cit. n. 7.
(*s*) Pag. cit. n. 13.

tius, (*a*) *Naamonius Hemullus*, (*b*) *Legitimus* & *Legitima* cum *Delatoris* mentione; (*c*) *November*, (*d*) *Oceanoola* gens, (*e*) *Oneſipaurus*, (*f*) *Clamyſſus*, (*g*) *Quadronius*, (*h*) *Redſomarus*, (*i*) *Saburnus* (*k*) *Fabitha*, (*l*) *Samuconius*, (*m*) *Deminconia* cum *Pietate Deorum*, (*n*) *Coſſus*, (peculiare Corneliorum prænomen) *Caravinus*, *Sicianus*, in quo *Quadriremem Siculam* invenit Gudius, *Auluemus*, qui vitæ Dies ante Menſes, Menſes ante Annos numerat, (*o*) *L. Corgratus L. Eugeniae Reſtituens*, *Dagſillus*, (*p*) *Cirata Immunis Beneſici Patroni*, (*q*) *Auguſtus Hypatus*, (*r*) *Semiramia*, (*ſ*) *Patillopouus*, (*t*) *Sepidus Alepidus*, (*u*) *Exibinus* cum *Tilaercino*, (*x*) *Canuonsa*, (*y*) *Covinaerta*, id genus alia, cujuſnam linguæ ſint nomina, expecto, qui doceat, & cur ex iiſdem ſoleant officinis prodire, & ſiglorum ac ſyntaxeos prodigia tam ſæpe ſecum afferre.

Patriam qui profitentur (*z*) *Lamenſem* (*Laminitanum* (*a*) agrum enunciavit Plinius) (*b*) *Aſidonenſem*, (*c*) *Arcem Danvillam*, * *Domo* Aſiam, femina quoque (*d*) *Civis Sequana* vocitata, nec Geographorum fiiiis placent, nec Antiquariorum.

Quæ nequaquam arrideant, pericopæ ſunt multæ, vel ſpuriæ, vel ſphalmatis deturpatæ: Mazochius de (*e*) *Hermete Liberto; Quem veto propter delicta ſua aditum ambitum ne ullum acceſſum habeat*: Smetius (*f*) *Cupam* pro urna: Lazius *Quem Sepultura Contulit*. Alciatus & Apianus (*g*) *Menſam*, quam neſcio an ſatis inſtruxerit Gudius.

Corpora Virginia Ad Bene Quieſcendum compoſuit Mazochius, & (*h*) *Virginibus Veſtalibus* qui *Inferrent*, invenit Lipſius. Quid eſt lepidus ille homuncio (*i*) dolio impoſitus? quid ſignificat, *Ne Simili Poena* (forte *Poena*) *Sepulcri Teneatur?* Quid (*k*) *ex Patribus Libertinis?*

Fictitii quidquam in *Urſiniana* (*l*) haberi, indicat inſueta Decreti phraſis, & ipſo exordio ſic involuta, * *Ad Monumentum Sociorum In Conventu Habendo*: nec ſodalitas hic obtenditur numini cuidam devota, ſed ad monumentum poſ-

Tom. I.

ſidendum novo exemplo diverſorum ſocietas: clauditur *Varia* (maſculum faciunt) *Socio Adſcito*, cum *Actum* dicatur, eodem *Varia Curatore*, nedum ſocio.

Apianum ſigla ſua, & (*m*) *Dianae Locum* interpretari jubet. Loci religioſi definitio occurrit, quam maxime ſaltem corruptam fateare: *Ut huic areae ultra eam aream in fronte in agro* &c. (*n*) *Canabetum* (ſcribendum erat *Cannabetum*) ſi legitime affertur, nihil exotici habet; ut enim *cannetum* a cannis, quibus locus ſit conſitus, ita *cannabetum* a cannabe, qua ſit refertus, dici potuit: quamobrem illos miror, qui in *Corrigendis* (*o*) non liquere ajunt quid eſſe poſſit, & in *Canabulas*, vel in *Canavam*, ſeu cellam vinariam mutant.

Paginæ fragmentis deputatæ (*p*) nihil pene in tanta copia ſani habent: longius ceteris ex ignota regione *Cori*, (*q*) *Petrum* memorat, & ſingulariis ſcatet inconditis. Nimiam uni ex iſtis, alia facie exinde iterato, auctoritatem detulit Almelovenius (*r*), ſuffectorum par Conſulum inde excipiens, & in Faſtis ad annum V. C. DCCLIX. dedicans. Ceterum quædam eſſe genuina, ſed mire transformata, pro certo eſt: Veronenſe illud (*ſ*) *In Receſſu XXXX Cara Xyſti*, ridebit quiſque; peramplæ tamen & Sinceræ Inſcriptionis eſt fruſtum, ſed in quo *Cum Xyſtu* legitur, ſeu *Xyſto*: quadam nempe porticu comprehenſa ſpatium deſignabatur. Nec Deteriora, & quæ reiicienda prorſus videantur, in hac claſſe deſunt: (*t*) *Orcum Peregrinum* admiſit Boxhornius (*u*), & mirifice interpretatus eſt; *Frater* eſt *Tertius*, *Soror* anonyma. Ollas plures datas legimus pluries, (*x*) *Ollam Magnam* cum *Sepulchri Jure* traditam quis legerat? & *Thus Vinum Far Oleum* in funerario lapide quis memorata viderat?

Daduchus Paetus (*y*) ædiculis affluit; nam legat quam plures, legat etiam *Jura C. Sempronii*, quamvis non appareat quo jure; & *Fidei Committit Ne Quis Vendat*, quæ recentium Fideicommiſſorum vis eſt, non antiquorum, cum illa fidei committi diceretur hereditas, quæ Titio le-

 gaba-

(*a*) Gruter. pag. DCCCLXXXI. n. 10.
(*b*) Pag. cit. n. 9.
(*c*) Pag. DCCCLXXXII. n. 7.
(*d*) Pag cit. n. 10.
(*e*) Pag. DCCCLXXXIII. n. 1.
(*f*) Pag. DCCCLXXXV. n 10.
(*g*) Pag. DCCCLXXXVI. n. 10.
(*h*) Pag. cit. n. 11.
(*i*) Pag. DCCCLXXXVII. n. 2.
(*k*) Pag. DCCCLXX. n. 12.
(*l*) Pag. DCCCLXXXVII. n. 8.
(*m*) Pag. cit. n. 11.
(*n*) Pag. DCCCLXVII. n. 8.
(*o*) Pag. cit. n. 6.
(*p*) Pag. DCCCLXXIV. n. 1.
(*q*) Pag. DCCCLXXXVIII. n. 5.
(*r*) Pag. cit. n. 6.
(*ſ*) Pag. DCCCXCI. n. 9.
(*t*) Pag. DCCCXCIII. n. 10.
(*u*) Pag. DCCCXCIV. n. 3.
(*x*) Pag. DCCCXCV. n. 12.
(*y*) Pag. DCCCXCVI. n. 2.
(*z*) Pag. DCCCXLV. n. 4.
(*a*) *Natural. Hiſt.* Lib. III. cap. 1.
(*b*) Pag. DCCCLXX. n. 10.
(*c*) Pag. cit. n. 13.
* Pag. DCCCLXXIII. n. 15.
(*d*) Pag. DCCCXLVII. n. 11.

(*e*) Pag. DCCCXLIV, n. 4. non e Mazochio Gruterus, ſed ex *Smetianis*.
(*f*) Pag. DCCCXLV. n. 1. Formam *cupae* lapideae exhibet Gutherr. de *Jur. Manium* II. c. 24.
(*g*) Pag. DCCCL. n. 6.
(*h*) Pag. DCCCLXI. n. 13.
(*i*) Pag. DCCCXLVIII. n. 11. ponit *Romae ad Aram Cœli*, quæ incipit:

D. M.

GAVDENTIO . FECERVNT . &c.

Subtus viſebatur homuncio cum pertica in humero dextro, Dolio impoſitus exhibetur a Reineſio Inſc. 62. XI. pag. 629.

(*k*) Pag. DCCCXCI. n. 8.
(*l*) Pag. DCCCLXXXIII. n. 15. * verſ. 4. 5.
(*m*) Pag. DCCCLXXXIV. n. 15.
(*n*) Pag. DCCCXCVI. n. 14.
(*o*) Pag. CCCXLVIII. in fin. ad Epig. cit.
(*p*) Pag. DCCCXCVI. DCCCXCVII. DCCCXCVIII. & CCCXCIX.
(*q*) Pag. DCCCXCVI. n. 10. verſ. 6.
(*r*) Ep. 200.
(*ſ*) Pag. DCCCXCVII. n. 13.
(*t*) Pag DCCCLII. n. 5.
(*u*) *Quæſt Rom.* c. 10.
(*x*) Pag. DCCCLV. n. 3.
(*y*) Pag. DCCCLVI. n. 6.

gabatur, ut Sempronio, qui heres inſtitui non poterat, traderetur: inepte ſic clauditur titulus, *Haec Beneficia Facienda Praſtabuntur*. In qua quis civitate (*a*) *Edocatus* eſſet funebri monumento adſcripſerat nemo ante Pingonium, qui *Auguſtam Taurinorum* ſine cohærentia memorat, & *Juliam* vocat, contra Scriptorum uſum, & auctoritatem, vetus deinde diſtichum ſubjungit, quod in longiori Muſei Veronenſis Inſcriptione legitur, ſed hic ridicule concluditur *Aſtro Nato Nihil Eſt Sperabile Datum*. Subſequentis paginæ (*b*) *Nobilis Pardus Saguntinus L. Babiae Romanae* jure merito *Amiciſſimus* eſt, ut ex eodem cerebro natus. Urſini nomen immerito ſupponitur epigrammati, (*c*) a Pighio *literis omnino majuſculis* deſcripto, & hac concinnitate incipienti: (*d*) *Omnes Hei Mei Sunt Filius Illum Manu Ille Illam Merito Miſit Et Veſtem Dedit*. Eamdem ſtyli venuſtatem illa præfert, (*e*) *Hæc Aedificia Dicata Sunt Monumenti Et Ollarum Quae In His Aedificiis Inſunt*; ac ſi ollæ non in monumento, ſed in ædificiis adnexis conlocarentur. Singulariæ (*f*) X, cum inter nomina ponitur, poteſtatem ignoravit, qui P. X. ſcripſit, ac ſi non *Decimum*, ſed poſt Publii prænomen *Decimium* ſignificaret; *Curatores Operis Ejus* a quonam pendeant, ſive cui referantur, non habent; Legati Nummi, *Ut Ex Eis Quotannis Tributum Romanis Penderetur*, cum veterum moribus componi non poſſunt. Sed quouſque mendacium epigrammatariorum audacia non debacchatur? falſa etiam teſtamenta condent, ac ſimulant, & pœnis omnibus Corneliæ Legis ſe obnoxios præſtant: apparet præcipue in Luſitanico (*g*) *Favonii* titulo, a Scaligero quoque exſibilato; & in illepido (*h*) *Q. Laelii Morientis*, quem Mazochius Tiburtibus imputat.

Ab Incertis poſita nolim putes a me monumenta repudiari, quod non ſemel inter falſi notas nominum ſuppreſſionem numerarim; id enim mali ominis capio, cum ab *uxore*, *fratre*, *marito* fieri video, qui tamen nomen haud profiteantur ſuum, nec ita tamen ut ea tantum de cauſa titulos explodi velim; at nihil oppono, cum defuncti tantum ſignificatio adponitur, etiamſi rarius id obſervari ſoleat. Ægre quidem fidem inveniant, qui (*i*) *Sibi Viro Scribi Juſſit*, & dicentes nihil (*k*) *Aiimeius*, & (*l*) *Capbili F.* item Luſitanica (*m*) *Neptuno* claudens, Lugdunenſis (*n*) *Similis Tunc Vivi*, Mazochii (*o*) *Candidatus*, (*p*) Narbonenſia carmina, Metenſis (*q*) *Coberatius Coberillus*, (*r*) *Omitio*, (*s*) *Excincomarus*, Veronenſe (*t*) ex Apiano diſtichon, quod nemo vidit, Pontani *Feria Major*, (*u*) *Larinatis Oſſa Projecta*, (*x*) *Perpetuus Illurconenſis*, (infra (*y*) *Arabricenſis*, & (*z*) *Berguſtanus*,) Cippus in quo (*a*) *Sunt Spiſſa*, (*b*) *Matutina Lacaena*, (*c*) *Perpenna*, qui *Vixit Quemadmodum Voluit*, *Cupidius Perpoto*, (*d*) *Veturius* ab *Exequio*, aliæ plures farinæ ejuſdem, & iiſdem peccatis conſpicuæ, quas operæ pretium non eſt memorare. Ludicras, & inſolitas adjectiones perpetuo cave: eo magis hiſtoriolas, ut (*e*) *Pontia* illam. Veronenſem (*f*) *Magulla* primus edidit Pantheus; ad Junonis Templum pago illi adſtruendum Calderianis balneis aptata eſt: ceterum verſus Mazochius Romæ, Felicianus Salonæ ajebant fuiſſe, & e Græco ſumptos oſtendit Scaliger (*g*).

Ateſtinas (*h*) Apiani a Tacuino, & Scardeonio varie allatas, & *urnis coctilibus* minime convenientes, tam veridicas opinor, quam præmiſſam de ampullis *liquidiſſimi liquoris plenis* ſimul repertis fabellam, & de *lucerna ardente*, quæ *ſtatim extinguebatur, ut retexebatur*: hexaſtichum elegans qui concinnavit, magno operi inſudantibus forte blandiri voluit, eorumque ſomniis morem gerere.

Servi & Liberti, Dominique & Patroni bona fide agunt præ ceteris. (*i*) *Achillei* monumentum ab exſcriptoribus transformatum primo intuemur, deinde (*k*) *Avitae Honores* extra locum poſitos; in his *Capera Cocceja Severa Norbenſis* priori nomine peccare videtur, & additione patriæ, & quod *Cura Sua Fieri Curet* quibuſdam; nec probabitur mulier *Civis Recepta*; Domitillam tamen Suetonius (*l*) memorat *ingenuam & Civem Romanam recuperatorio judicio pronuntiatam*. *Suavis* (*m*) carmina ſibi non conſtant, & * *Specilunculi* adjectio non quadrat. *Dionyſius Anula* (*n*) Scaligerianas Schedas ſpecie ſua ſubindicant.

Poſt (*o*) *Otobeſanum* nænia illa inſulſa (*p*), e Græco ſumpta, ut ad Pythagoræ iconem vidimus, cum de Græcis ageremus, *Non Fui Fui Memini Non Sum*, primo *Donniae Italiae*, a Fabretto (*q*) benigne exceptæ, paulo poſt *Petiliae Neapolitana* (*r*) imputantur, quæ etiam nomina parum

(*a*) Gruter. pag. DCCCLX. n. 5.
(*b*) Pag. DCCCLXI. n. 7.
(*c*) Pag. DCCCLXIV. n. 4.
(*d*) Pag. DCCCLXVII. n. 5.
(*e*) Pag. DCCCLXVIII. n. 11.
(*f*) Pag. DCCCLXXI. n. 2.
(*g*) Pag. DCCCLXXIX. n. 4.
(*h*) Pag. CM. n. 10.
(*i*) Pag. cit. n. 16.
(*k*) Pag. cit. n. 12.
(*l*) Pag. CMIII. n. 12.
(*m*) Pag. CMIV. n. 2.
(*n*) Pag. CMV. n. 9.
(*o*) Pag. cit. n. 12.
(*p*) Pag. CMVII. n. 5.
(*q*) Pag. CMIX. n. 13.
(*r*) Pag. CMXI. n. 2.
(*s*) Pag. cit. n. 15.
(*t*) Pag. cit. n. 16.
(*u*) Pag. CMXVII. n. 1.

(*x*) Pag. cit. n. 11. *e Strada*. Iterum CMXX. 11. *ex Morali*, at varians.
(*y*) Pag. CMXXVI. n. 4.
(*z*) Pag. cit. n. 10.
(*a*) Pag. CMXVIII. n. 3. verſ. 4.
(*b*) Pag. cit. n. 10.
(*c*) Pag. CMXX. n. 9. Plenior & varians CMXXIII. n. 5.
(*d*) Pag. CMXXVI. n. 2.
(*e*) Pag. CMXXI. n. 6.
(*f*) Pag. CMXII. n. 10.
(*g*) *In Corrig.* pag. CCCXIII. in fin. ad cit. Epig.
(*h*) Pag. CMXXVII. n. 5. & 6.
(*i*) Pag. CMXXX. n. 2.
(*k*) Pag. CMXXXIII. n. 10.
(*l*) In Veſp. cap. III.
(*m*) Pag. CMXXXV. n. 5. * verſ. 6.
(*n*) Pag. CMXXXVII. n. 3.
(*o*) Pag. CMXXXVIII. n. 7.
(*p*) Pag. cit. n. 8.
(*q*) Pag. 86. D. E.
(*r*) Pag. CML. n. 6.

parum laudantur. *Carpenſis* [*a*] tabula Libertum proferens aut ſervili, aut alio a patronæ gentilitio nomine, implexis carminibus, & *Cunctorum Suboli* relictam ſedem, ac *Domus Aeternae Focos* enunciantibus, ſuſpicione apud me laborat quam maxima.

Perperam clauduntur infra ex Muſeo eodem *Aniceti* [*b*] carmina *Diis Manibus* ad calcem rejectis. *Bondus* [*c*] cum *Dicetone*, Apiani *Hadrianus* [*d*] qui *Teſtamento Scripſit*, *Hordionius* [*e*] cum * ſingulariis numquam viſis, ne nobis imponant.

Ad Petronii Antigenidis [*f*] titulum hæreo; diſplicent enim *Pes Strictus Viator* non *viam progrediens*, ſed *Per Senta Vadens* [*per loca Senta ſitu* Virgilius [*g*] dixit,] idem [*h*] etiam *Duo* Græcorum more pro *Duos*:

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros . . . .

idem *Soles* pro *diebus*,

Cantando memini totos me condere Soles:

hæc autem ex illo excepta videntur, at nequaquam, *Soles in Superos facere*. *Duo Soles In Superos Facti*, & decennis puer *Dogmata Pythagoræ Sentiens*, nedum *Homeri carmina*, & *Euclidis Praſcripta*: quin *Spes Forma Valete* &c. ex Anthologia ad verbum deſumpta videntur.

Ἐλπὶς καὶ σὺ Τύχη μέγα χαίρετε· τὸν λιμέν' εὗρον.
Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν· παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

Benedictus Averanius ſic vertebat:

Inveni portum: Spes & Fortuna valete:
Nil mihi vobiſcum: ludite qui ſuperant.

[*i*] *Bellianus Bellio Jucundus*, [*k*] *Rocla Sopa*, [*l*] *Mama Primus*, [*m*] *Venix Peonis* cum turba ſua, & ſi qui ex ea cognatione ſunt, antiquitatis lararium ne polluant.

Servi rurſus & Liberti præter morem a mendaciis ut plurimum abſtinent: quo tamen nomine laudari illum nolim, qui [*n*] *Cognatis Suis* monumentum inſtruit, vel Moralis [*o*] *Ammalenſem*, aut Poldi [*p*] *Beryllum*. Ænigmatice incipit [*q*] *Caianus*, & [*r*] *Catulatio*, ac *Titia Celido* [*Chelidoni* ſaltem ſcripſiſſent] qui *Teſtamento Fieri Juſſerit*, non apparet. Mazochius mira loquitur [*s*] *Terra Matri Trium Corneliorum Georges Gneſi*, & *Patris Conſummatori*: nec melius multo Apianus [*t*] *Coriſcum Adquieſcentem*, & in genitorum nominibus ſe implicantem afferens. Quid etiam in [*u*] *Luco Libitina* lateat, difficile eſt divinare.

Cutiae [*x*] tabula commatis inſcribitur intercisis; nam *ex Teſtamento HS*. & *Hujus Monumenti Pars Tertia Eſt*, ſententiam non aperiunt, nec abſolvunt. *Flavianus* [*y*] gentilitii loco, ſomnialibus ſtipatus notis, cum [*z*] *Lucentina* apte jugabitur ſupremum lapidem ex anapæſto obſignante, *Amator Romane Renova Nomen*.

[*a*] *Scritia*, [*b*] *Licentia*, [*c*] *Magidius Boiſcus*, [*d*] *Muſcula Sedilis* ex quibus ſint familiis, agnoſcis. Suſpicione haud vacant [*e*] *Egletianus*, Hebræorum Bethlengolam *domum ſeculi*, ſive *domum æternam* tam importune locans, & [*f*] Publicius ad *Requieſcendum* invitans, ſeu Gruterianum verſum eligas, *Tempore Supremo Fauſte Sit Tibi Terra Levis*, ſeu Reineſianum, [*g*], *Tempore Supremo Fauſte Eſt Tibi Cura Videndi*.

Venuſta carmina [*h*] exhibet Smetius, ſed corrupta; præfixos Conſules *Malugineſem & Blaeſum* ægre recipio, quippe Faſtis non agnitos, & emortualem diem ſignantes præter uſum: nec ea placet loquutio *Debitum Reddidit* nude prolata: Briſſonius [*i*] non ferali, ſed votiva ſignificatione hæc Inſcriptionis verba accipit, ut illa Tibulli, *Quum Debita Reddet Certatim ſanctis lætus uterque focis*: ad ſubjecta carmina prior Inſcriptio forte non pertinet. Ab hujus paginæ [*k*] *Sabinenſibus*, & Verderii [*l*] clauſula, deinde a Narbonenſibus [*m*] *Sperato* & *Sperante* abſtine. *Decretum* [*n*] anguſte, & parce munificum *Decuriones* ſanxere, qui *Ollam Publice Dederunt*. [*o*] *Obitum Luſitanum*, & [*p*] *Vaarios Requieſcentes* turbare religio ſit.

Fabretto [*q*] hi ſapuere ad genium tituli [*r*] *Quita Silvana Virum Expecto Meum*, *C. Avoratius Uxorem Expecto Meam*: mihi de commento ſubolet; nam inſolita omnino appendix eſt, &

(*a*) Gruter. pag. CMXXXIX. n. 1.
(*b*) Pag. CMXLVIII. n. 10.
(*c*) Pag. CMXL. n. 11.
(*d*) Pag. CMXLI. n. 1.
(*e*) Pag. cit. n. 13. * verſ. 3. L. Q. L. Q. L. Q. Q. verſ. 4. L. L. S.
(*f*) Pag. CML. n. 7.
(*g*) Virgil. Æneid. VI.
(*h*) Ibidem XI.
(*i*) Pag. CMLI. n. 5.
(*k*) Pag. CMIII. n. 10.
(*l*) Pag. CMLV. n. 5.
(*m*) Pag. CMLVI. n. 13.
(*n*) Pag. CMLXI. n. 13.
(*o*) Pag. CMLXII. n. 7.
(*p*) Pag. CMLXIII. n. 7.
(*q*) Pag. cit. n. 11.
(*r*) Pag. CMLXVII. n. 8.
(*s*) Pag. CMLXX. n. 6.
(*t*) Pag. cit. n. 1.
(*u*) Pag. CMLXXI. n. 8.

(*x*) Pag. CMLXXII. n. 2.
(*y*) Pag. CMLXXV. n. 6.
(*z*) Pag. CMLXXX. n. 2.
(*a*) Pag. CMXCIII. n. 8.
(*b*) Pag. MII. n. 7.
(*c*) Pag. CMLXXXIII. n. 10.
(*d*) Pag. CMLXXXV. n. 3.
(*e*) Pag. CMXCI. n. 4.
(*f*) Pag. cit. n. 6.
(*g*) Reineſ. 65 XVI. pag. 812.
(*h*) Gruter. pag. CMXCII. n. 3.
(*i*) Form. Lib. I.
(*k*) Gruter. pag. cit. n. 10.
(*l*) Pag. cit. n. 12.
(*m*) Pag. CMXCVII. n. 3.
(*n*) Pag. cit. n. 9.
(*o*) Pag. CMXCVIII. n. 7. Eadem ſupra DCCCXXXVI. 8. ſed pejus.
(*p*) Pag. cit. n. 10.
(*q*) *Inſc. Antiq.* Cap. III. pag. 201. n. 494. & 495.
(*r*) Gruter. pag. CMXCIX. n. 6.

quod veteres ſuperſtitioſe cavebant, ominis mali; gens *Avoratia* parum claſſica habetur; cur autem *Qutia*, ſi pro *Cutia* velis, Uxor virum, cujus tamquam ibi tumulati nomen præmittitur, adhuc expectat? Minuta, & alias notata prætereo, tum quæ [*a*] *peculiare* quid habere dicuntur, & primo ſe prænomine apte denominant.

Me miſerum! nonne votiva marmora iterum video, & Jovem, Junonem, turbamque ceteram? itane cum de prælongo demum ſpatio emenſo, lubricoque, atque impeditiſſimo quomodocumque tandem confecto itinere mihi ipſe plaudo, ac gratulor, termino, quem jam contingere, atque arripere videbar, repente dilapſo, ad carceres a calce revocor? ita ſane eſt; nam in eam me conditionem *Auctarium*, & *Appendix* conjiciunt, immenſumque, & Syrtibus ac ſcopulis maxime pavendum pelagus jam elapſum, cum ipſum portum ingrederer, rurſus in altum deferunt. Præclaræ quibus otium eſt diſquiſitionis argumentum tabula ſuppeditat, quam [*b*] *Aeſculapio Domino* Hermes *Libertus Numinis* ſacrat. Hanc primo perlegens repudiaveram, quod Æſculapium *Libertus* patronum aptius nuncupaſſet quam Dominum, quod * ASC. pro *Aſclepiades* Romanum compendium non oleret, quod *Vivens Poſuit* ſepulcralis ſit clauſula, non votiva, quod *Libertus Numinis* peregrinum quid lapidibus videretur inferre. At immerito expunctam ſecundis curis reſtituo, & honore ſingulari demereor. Compendium enim & notas facillime potuit exſcriptor corrumpere, & de Libertis Numinum incorrupta veterum ſcripta nos admonent. Diis quoque ſcilicet familia erat ſua: *Venerios* in Sicilia *Servos* non ſemel laudat Cicero in Verrem; *Martiales* idem pro Cluentio apud Larinates. Suas fuiſſe Templis facultates hinc colligo; hos enim ſervos non aliter accipio, quam ut alicujus Templi ſervitio addicti eſſent, interque ejus poſſeſſiones cenſerentur: confirmat apprime Varro [*c*], *Fanorum Servos* memorans. Manumittebantur autem & iſti, Deique illius liberti appellabantur: de Agonide Lilybetana *Liberta Veneris Erycina* Tullius [*d*] præclare docet: illa ut ſe ac bona tueretur, rapacique Præfecto *religionem Veneris, nomenque obiiceret*, ut mos in Sicilia erat *omnium Veneriorum*, *& eorum qui a Venere ſe liberaverant*, perinde ac ſi ſervili iterum conditioni ſe devoveret, *dixit & ſe & omnia ſua Veneris eſſe*; quamobrem Veneri rurſus in ſervitutem adjudicata eſt. Cum autem videamus conſueviſſe Deorum ſervos ſe, & ſua etiam poſt libertatem obtentam in ejus Dei poteſtate aſſerere, mirari non debemus ab Hermete Liberta Æſculapium adhuc vocari *Dominum*. Cujuſnam vero auctoritate liberarentur, in obſcuro latet. A Summo magiſtratu, Numinis ab ea civitate in primis culti libertis ex privilegio interdum illos quoque adſcriptos, qui alienam & privatam ſervitutem ſerviſſent, Æſopi indicare videtur vita in Florentino PP. Benedictinorum codice, cujus ab editis diſcrepantiam magnus Salvinius excerpſit, & ad libri ſui oram circumpoſuit: ſiquidem ubi Xantho Samio Æſopum manumittere detrectanti, ſi edita ſequimur: ὁ Πρύτανις ἔφη, Ξάνθε εἰ μή σοι δοκεῖ ὑπακοῦσαι τῷ δήμῳ ἐγὼ τῆς δὲ τῆς Ὥρας Αἴσωπον ἐλεύθερον ἂν ποιήσαιμι. *dixit Prætor, Xanthe, ni populo pareas, ego hac hora ipſa liberum Aeſopum ſtatuam*; veteri MS. ſi fidimus; ὁ Πρύτανις ἔφη, ἐὰν μὴ τῷ πλήθει ὑπακούσῃς ποιήσω αὐτὸν ἐγὼ ἀπελεύθερον τῆς Ἥρας, καὶ τότε ἔσται σοι ἰσότιμος. οἱ δὲ φίλοι ξυμβουλεύοντες τῷ Ξάνθῳ ἔλεγον. ἐλευθέρωσον αὐτὸν σύ, ἐὰν γὰρ τῆς Ἥρας ἀπελεύθερος γένηται, ἐλευθερικὰ κατέχει δίκαια, καὶ ἔσται σοι ἰσότιμος. *dixit Prætor, ni multitudini pareas, ipſum ego Junonis Libertum faciam, tuncque eodem, ac eſt, erit jure: amici vero Xantho conciliabantur; manumitte illum ipſe, ſi enim Junonis libertus fiat, liberorum hominum jura adſequetur, & æquali tecum honore cenſebitur*. Aptius forte reddidiſſem, *ingenuorum*; nam majus aliquid videtur hic conſequuturus Æſopus fuiſſe, ſi Junonis libertus, quam ſi Xanthi fieret; neque enim ab hoc manumiſſus patrono ἰσότιμος ſtatim evaſiſſet: num Deorum liberti conditionem adipiſcebantur quamdam libertina nobiliorem, veluti natalibus reſtituti? Vndenam autem aſſumerent nomina, *Bongarſii* lapis, de quo agimus, documento eſt; nempe cum Æſculapii libertum *Septimium Aſclepiadem Hermetem* appellari videamus, ab ipſo Deo, & ab illo, qui Dei nomine manumiſſionem daret.

[*e*] *Parmarum*, & [*f*] *Vot. Vov. Vot. Cur.* [*g*] *Comi*, & [*h*] *Criobolium Jovi Reſtitutum* Alciato reſtituamus: urbemque dimittamus [*i*] *In Majorum Libertatem Reſtitutam*, & minuta monſtra, & [*k*] *Populi Prandium*, & [*l*] *Tribocos*, *Boioſque* nimis in arctum redactos. [*m*] *Diſpenſator Decurialium Gerulorum* aram conſecrans *Permiſſu Curatoris Aedium* exiguam *ex Urſini Schedis* auctoritatem trahit; nec Fauſtina *Ejus* ſatis placet, nec Lucilla *Ejus*, nec *Liberi Eorum* poſt *Veri* & *Lucillæ* nomina memorati.

Dianae [*n*] a *Cineceia Rufa Pomponia* cultæ, [*o*] *Marii Patris*, [*p*] *Herculis*, quem *Succeſſor Primi Maſculi* filius invocat, [*q*] *Paciferi* pariter, & *Muſarum* aras in his chartis erectas ne colas. [*r*] *Fortunae Reducis* epigraphen, quæ hic bis affertur, occurret tertium infra, & quartum in *Corrigendis* [*s*]; nec dum tamen mihi ſatis probatur: *Rufus Diſpenſator*, quod muneris ſervile caput indubitate deſignat, Templum exornat, & aram de ſuo maximam ponit, idemque *Decreto Ordinis* res magnas curat, largitio-

(*a*) Gruter. pag. MIII. & ſeq.
(*b*) Pag. MVI n. 1. verſ. 4.
(*c*) L. L. Lib. VII. *in fin.*
(*d*) *Divin. in Verr.*
(*e*) Gruter. pag. MVIII. n. 1.
(*f*) Pag. cit. n. 3.
(*g*) Pag. cit. n. 4.
(*h*) Pag. MIX. n. 3.
(*i*) Pag. cit. n. 5.
(*k*) Pag. MX. n. 3.
(*l*) Pag. cit. n. 12.
(*m*) Pag. MIX. n. 12.
(*n*) Pag. MXI. n. 3.
(*o*) Pag. MXII. n. 4.
(*p*) Pag. MXIII. n. 2.
(*q*) Pag. cit. n. 4.
(*r*) Pag. MXIV. n. 1. Mutilior MLXXII. 3.
(*s*) Pag. CCCXIV. & CCCLII. ad cit. Epig.

gitionemque publice præbet, & eam quidem inaudita magnificentia; nam XX millia nummum non Collegio, ſed *Singulis In Collegio* tradit: quid autem attinebat *Perficiendum* Templum curare, quod ne dum perfectum, ſed *Omni Cultu* jam *Exornatum* dicitur? nec *Perficere a Solo* lapides loquuntur, nec *Diſpenſator Summar.*, nimis etiam nova ſanctio, & incongrua adverſus eos, *Qui Clipeum Ponere Volent*. Lepidum eſt maxime, quod ſubſequentis occaſione in *Corrigendis* (*a*) epigramma affertur:

IN . HONOREM . DEORVM . DEARVM .
VOLCANO . SACRVM . VICANI . MVRRHENSES .
VIVI . SIBI . LEGERVNT . MONVMENTVM .

uſque eo, ubi de Inſcriptionibus agatur, viri docti aliquando deſipiunt. *Vicetini* (*b*) *Summani* hiſtoriola nihil dicens adpoſita, & *Dii Stygii* auctoritatem elevant (*c*) *Fatiſque Dervonibus* æquiparant, & (*d*) *Secundo Ruſiano* orante *Pro Natis Suis*. Legem Theodoſiani Codicis ex (*e*) Romana Inſcriptione explicaſſe dicitur Gothofredus, quæ tanti viri curam forte non meruit; nam *Statua* ægre intelligitur duabus poſita *Concordiae Et Felicitati*, & hæc quidem *Publica Auguſtorum*; ac intelligitur nullo modo *Princeps Mag.* exſcriptoribus tamen imputandum forte eſt, quod diſplicet. Unice, ut opinor, conſimilis proxima (*f*) *Ordinem Sacerdotum* nuncupat.

(*g*) *Tadperum*, (*h*) *Riparum*, & id genus larvas abire ſinamus ſimul cum (*i*) *Calvino Urbis Conditore*, & *Agros Conſecrante*, & cum (*k*) *Rubenii Gladiatoribus*.

Ad (*l*) *Severum* ROM. VET. Præfectum Legionis, *Ab Divo Auguſto Inter* [potius *in*] *Ordinem Decurionum Allectum*, quid facit quæſio de *Praelio Actiaco*, & de *Hoſtibus Ubique Devictis* inſueta lapidibus gloriatio? (*m*) *Plinii Caecilii* monumentum intra deſcriptum longe diverſum recenſuere Marcanova, & Felicianus in MSS. collectaneis. Gutenſtenii (*n*) *Hermogenes* quid loquatur, nemo intelliget, nec quemnam honoret. (*o*) *Fragmentum fœderis* Urſini nomine vel nihil eſt, vel nihil dicit.

Reſtituti (*p*) epigramma multum illuſtrat Noriſius in *Cenotaphiis* (*q*); at mihi non bene olet: protulit illud Ligorius, ut ex *Fragmento Ferrarienſi* conſtat, tamquam alteri adnexum nulla omnino huic cognatione junctum: in utroque vox *Adquieſcit* Paganorum monumentis uſitata: priorem *Filia* lædit anonyma, & Lugdunenſis aſcia; poſteriorem *Statio Vetuſtiſſima* & *Piiſſima*: auxiliatus eſt Noriſius pro *Piiſſimae* ſubſtituens *Piſ.* tamquam *Piſanae*, at ſermonis contextu reluctante; quid enim eſſet *Collegio Fabrum Navalium Piſanorum Stationi Vetuſtiſſimae Et Piſanae*? Ligorius de *Piſaurenſibus* explicabat, & non *Qui Reliquit*, ſed *Q. Vereli* legebat: Tignuariorum Fabrûm *Acceptis Pro Pœna* declaratur: nec phraſis arridet illa *Roſarium Celebrare*; ut *Roſam Praebeant* alibi legitur, Ut *Roſarium, Et Parentalia Procurent*, Muſei noſtri (*r*) lapis habet: nullus tamen dubito legitimam Inſcriptionem fuiſſe, quæ ad Ligorii manus devenit, ſed auferens, intrudens, &, ut ſolet, omnia ſuſdeque verſans de genuina ſpuriam fecit. (*s*) *Octavium* PAST. PVBL. A. SIG. felix qui intelligat; ego *a ſiglis* interpretarer quæ ἀνεξήγητα, & numquam viſa ad calcem recitat: ceterum quod hic habetur *Deductus Ab D Auguſto Rea*, *Reate* explicandum, ut tres (*t*) aliæ recitant, alteraque apud Sponium (*u*): num *Deductus* dicitur pro *Evocatus*? ſingularem formulam *Reatinam* appellare liceat.

Petronius, & *Tricrarchis* (*x*) Græcorum ne more inſcribitur, qui ἐξ ὑπάτων enuntiant pro Latinorum *ex Conſule*, at cur *Navarchis* ſuperadditur? nunc ex gloſſemate in ſchedarum textum irrepto? hac certe definitione tantum tueri hanc Inſcriptionem poſſumus, ſi altera quoque perperam ſubſequens vox *Principe* objiciatur. Mira vidit Gutenſtenius, cum *Aram* vidit (*y*) *Paramythio Dono Datam*, & Auguſtorum *Libertos Ti. Eureſinum* & *C. Livium* patronorum nomina dedignantes: idem proxima pagina monſtrum (*z*) *Scholaſticum* fabricat. Verderius (*a*) *Hiacynthinum*, *Erimiſeniam*, (*b*) *Boconium Pholinum*, & *Caſtinam* cum *Socchia Enneane Filio* oculis noſtris ingerit. Exotica nomina videbor forte nimis averſari; ſed nulla rejicio quantumvis horrida, cum a linguis alienigenis prodire intelliguntur: (*c*) *Ibamna*, quæ infra occurrit, nonne mira appellatio eſt? legitimo tamen lapide conſignatur, qui non *Arreti*, nec *prope Veronam*, nec *ad Abbatiam Villa nova*, ut adverſante ſibi ſermone præſcribitur, ſed in editiſſimo Aruſnatium pago S. Georgii columnæ ſuppoſitus

(*a*) Gruter. pag. cit. CCCLII. ſub cit. Epig.
(*b*) Pag. MXV. n. 7.
(*c*) Pag. cit. n. 9.
(*d*) Pag. MXVI. n. 8.
(*e*) Pag. MXVII. n. 5.
(*f*) Pag. cit. n. 6.
(*g*) Pag. MXVIII. n. 2.
(*h*) Pag. MXIX. n. 2.
(*i*) Pag. Pag. MXX. n. 3.
(*k*) Pag. MXXV. n. 1.
(*l*) Pag. MXXVI. n. 3.
(*m*) Pag. MXXVIII. n. 5.
(*n*) Pag. MXXIX. n. 3.
(*o*) Pag. MXXX. n. 1.
(*p*) Pag. MXXXI. n. 5.
(*q*) Pag. 27.
(*r*) *Muſ. Veron.* pag. CXLVI. n. 3.
(*s*) Gruter. pag. cit. MXXXI. n. 6.
(*t*) Pag. DXXXVIII. n. 2. varians apud Spon. *Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. V. pag. 197. n. 5. & DXLVI. n. 2.
(*u*) Spon. loc. cit. n. 4.
(*x*) Gruter. pag. cit. MXXXI. n. 8.
(*y*) Pag. MXXXIV. n. 2.
(*z*) Pag. MXXXV. n. 7.
(*a*) Pag. MXXXVI. n. 7.
(*b*) Pag. MXXXVII. n. 7.
(*c*) Pag. MXLII. n. 9.

poſitus habebatur, jam vero per me inde advectus in Muſeo (*a*) viſitur ſic exaratus:

IHAMNA GALLE
SQNNA GALLE
C. OCTAVIVS
M. F. CAPITO

in ſecundo nomine peccavit, forte ob vocum novitatem quadratarius, vel Q pro O ponens, vel literam aliquam omittens, vel extraneum, quem audiebat nominis ſonum, ſic exprimi poſſe opinans: non ergo peregrina nomina explodo, ſed illa, quæ Romana ſimulantur, vel Græca, cum tamen nec audita uſquam ſint, & ab harum linguarum genio prorſus abhorreant. Titulos *Sororibus Annis*, (*b*) *Memoriae Cineribus*, (*c*) *Domum in canali*, & nullius frugis alia prætermitto, ut quædam minime negligenda aliquanto attentius perpendam.

Septemdecim in paucis his *Auctarii* chartis funerariæ Inſcriptiones recenſentur, ob totidem, quibus ornantur, Collegia Conſulum impenſe cultæ, & ab eruditis *Faſtorum*, & *Conſularis Chronologiæ* indagatoribus celebratæ. Ego utrum earum ulla in priſcorum epigrammatum albo proponenda ſit, vehementer ambigo; quamplures ac fere omnes commentitiarum ergaſtulo damnandas, vix eſt ut ambigam. Tanto me ipſum magis tædet, & angor non minimum, apprime intelligens, literarium populum tantam non ſine moleſtia quadam rei novitatem laturum eſſe, atque ut tot, quas putabat, eruditionis gemmæ eripiantur ſibi, & comminuantur, ægerrime paſſurum. Verumtamen cur ætatem in ſtudiis terimus, cur veterum ſcripta & monumenta nocturna verſare manu, verſare diurna non deſiſtimus, ſi vero ac falſo æque capimur, nec ad ſinceram, quantum fieri poteſt, atque incorruptam rerum notitiam enitendum nobis tot laboribus eſſe arbitramur? Falli ego ſtatim, ac decipi, ſeriem hanc verendarum quodammodo, & Conſulari trabea protectarum Inſcriptionum repudians, dicar: at ego momenta rationum mearum ſtrictim afferam, & quæ in doctorum Senatu ſententia vicerit, ea juſſa, rata, & firma a me quoque habebitur.

Quicumque antiquis perluſtrandis lapidibus operam dederit, & ſepulcralibus Gentilium titulis *diem* & *Conſulem* numquam fere apponi obſervarit, mendacium primo ſtatim intuitu olfaciat, neceſſe eſt, cum tantam ſibi funebrium epigrammatum turbam obtrudi videt, quorum unumquodque *Conſules* recitat ſuos. Cum immenſa fere parentalium titulorum ſit ſeges, qui Conſules exhibeant, adeo infrequenter occurrunt, ut numerari perbreviter poſſint, & eo etiam nomine, quem ſuperius attuli, Muſei noſtri lapis (*d*) *P. Sulpicio*, & *C. Valgio* inſignitus inter rariſſimos computari debeat.

Augeatur, opus eſt, ſuſpicio vehementer, ubi animadverterimus, ab uno & eodem fonte has epigraphas omnes derivari, unamque & eamdem auctoritatem ſingulis appingi; nempe *ex Urſini Schedis*: quæ claritudo nominis nedum me deterreat, novum mihi vanitatis indicium præbet; vir enim perdoctus, ſi in tot maxime inſignia, & a ſe probata monumenta incidiſſet, non videtur omnino tam eximiam meſſem ſibi perire paſſurus fuiſſe, & quo minus iis aliquo modo uteretur, antiquitati illuſtrandæ tam impenſe deditus, abſtenturus: vel igitur repertæ *Schedæ Urſino* injuria imputantur, vel ab alio acceptas vir ſapiens nauci fecit. Jam, quoſnam Conſules Inſcriptiones loquantur, inſpiciamus: una (*e*) quidem ab ipſa Conſulatus inſtitutione parum ſejunctos *Cominium* & *Lartium* Urbis anno CCLIII. altera (*f*) eumdem *Lartium*, & *Cloelium* V. A. CCLVI. faſcibus auctos: quibus monumentis nihil potuit abſurdius afferri; dimidio enim fere ſeculo *XII Tabulas* (*g*) anteverterent, & in eam incidunt ætatem, cujus lingua tam aliena fuit, ac diverſa, ut Scipionis Africani ævo jam exoleviſſet, quod Polybius (*h*) docet, adeo ut primum cum Chartaginenſibus fœdus pauci tunc intelligerent.

Quatuor aliis Conſules adnotantur annorum Urbis D. DXVII. DCLVI. DCLXV. quos pariter lapides vetuſtas improbat nimia, ac redarguit; nam cum pauciſſimæ ſuperſint ante Pompeii Magni, & Julii Cæſaris Dictatoris tempora reliquiæ, ſepulcrales titulos inter has vix poſſimus oſtendere: qui vero habeantur, alia proculdubio, & longe a vulgari diverſa ſcripturæ, ſive orthographiæ ratione exaratas intueamur, oportet; ut *Senatus Conſultum de Bacchanalibus*, ut *Legum Thoriæ*, ac *Serviliæ* fragmenta, ut *Sarani* Pro Conſule Terminus, & quæcumque extent ſexti, & ſeptimi ſeculi exuviæ, quas miſellus epigrammatarius noſter nequaquam noverat, abunde teſtantur: quin & ex eo impoſtura detegitur, quod cum alia Urbis annum CCLIII. alia CMXXVI. ſimulet, in tanta temporum ac morum diſtantia ipſiſſimus ſit omnibus vultus, & color unus. At quantum ſtylo ſingulæ inter ſe conveniunt, tantum a priſcis diſcrepant: *D D Kalendis Septembribus*, *D D Idibus Juliis*, formula eſt Deorum tabulis *Dono Datis* familiaris, & *honorariis*, ac quibuſvis aliis, quæ Dedicarentur, monumentis nota; ſed non mortuariis titulis, quorum non peragebatur Dedicatio. Aræ nomine funebres interdum baſes indicatas novimus: iis nihilominus (*i*) *Vaeſuleno Aram Dedicatam*, (*k*) *Patri Aram Dedicatam* inſcriptum numquam fuiſſe, non novimus, nec divi-

(*a*) Muſ. Veron. pag. CLV. n. 5. Vid. *Ver. Illuſt.* pag. 5.
(*b*) Gruter. pag. MXLIV. n. 14.
(*c*) Pag. cit. n. 4. *ponit Veronæ in canali S. Mariæ*.
(*d*) *Muſ. Veron.* pag. CVIII. n. 2.
(*e*) Pag. MXXXII. n. 5.
(*f*) Pag. MXXXI. n. 7.
(*g*) Lib. III.
(*h*) *Propoſita* (inquit Roſin. Lib. VIII. *Antiq. Rom.* cap. VI. pag. 603. cit. edit. F.) *ſunt primum, & a Populo comprobatæ X. tantum* TABVLAE *Anno* ab V. C. CCCII. *Sequenti anno, cum adhuc leges quædam deeſſe viderentur ad juris perfectionem additæ ſunt ab Decemviris adhuc II. quæ prioribus X. additæ, XII. numerum effecerunt*.
(*i*) Pag. MXXXII. n. 5.
(*k*) Pag. MXXXI. n. 7.

divinos ita honores dejeciſſet, ac communicaſſet niſi *Parcus Deorum cultor & infrequens* : binæ inter alias viſuntur Romæ in Hortis Juſtinianeis (*a*) *Soli Invicto Mithrae Arae Dedicatae*. At inter dedicantes noſtros eſt qui *Servorum* quoque & *Libertorum Memoriæ Aeternæ* DD. & qui (*b*) *Arculam Tiburtinam Fratri* dedicet. In altera quam adhibent hæc epigrammata formula *Fecerunt V. Nonas*. *Fecerunt VI. Idus* itidem peccatur; dies enim ſaxis feralibus additus tempus indicat *Depoſitionis* apud Chriſtianos defuncti hominis, aut reconditorum cinerum apud Gentiles, non autem facti, vel locati monumenti, aut lapidis poſiti, quod multo poſt perfici potuit : quamobrem neſcio, an ullum oſtendi poſſit inter genuina & vetera monumenta ſic obſignatum; *Titulum Fecerunt IIII Idus Nov.* (*c*) *Sarcophagum Fecit VI. Non. Mai*. *Monumentum Fecerunt XII Non. Mart.* (*d*) *Oſſarium Fecerunt III. Non. Jan.* (*e*) *Oſſarium Fecerunt XIIII. Non. Mart. Aediculam Fecerunt XIII Non. Febr. Aediculam & Aram Dis Manibus Fecerunt V. Idus Dec.* quæ Conſularium horum epigrammatum clauſulæ ſunt.

Silentio hic non prætereo, me has nugas omnes a Ligorio, non ab Urſinio emanatas ſentire; nam quod illi peculiare, & ſolemne fuerit Inſcriptiones ſuas Conſulibus decorare, tum quod intra hauſtum a Pighio epigramma (*f*) recenſeatur *e Ligorii Schedis*, ſic pariter deſinens; *Haec Funera Et Aram Fecit III. Id. April. M. Aemilio Lepido II. Et Munatio Planco Coſſ.* quod quantum diſtat ab illo, in quo Conſulibus iiſdem *Titulum Fecerunt V. Non. April.*? Adde eodem colore alteram (*g*) *Dis Manibus Amitiae Familiae Sacrum*, die & Conſulibus ſtatim adjectis, qua *Faſtos* emendare Reineſius (*h*) audet, *e Ligorianis* deſumtam dicit : & item e *Ligorianis Reineſiana* (*i*), quam *Roſcilia Vivaria Sabina Aram Dedicavit* poſt *Pedes in Fronte* & *in Agro* conſulibus agglutinatis : nihilominus ea monumenta literarii proceres tamquam indubitata hucuſque amplexi ſunt omnes. Magnus Noriſius (*k*) Panvinii, & Leunclavii *errorem* ab uno ex his epitaphiis *pandi* ait, & ex ejus fide ad Urbis annum CMXXVI. *Faſtos* integrat. At minorem multo quam audaciſſimis Panvinii conjecturis ego ſepulcrali lapidi auctoritatem defero, qui ſic incipiat : *C. Anicio Faltonio Clariſſimo Viro*; & qui diem & Conſulem, nulla præcedente Dedicatione, vel actione alia, proferat; & qui *Anicios Faltonios Probos* tertio demum & quarto ſeculo auditos, Marco imperante, memoret, quamvis Reineſio (*l*) plaudente. Urbis anno DCCCXXXIV. Chriſti LXXXI. cui antea *Silvanum*, & *Pollionem* cognominibus tantum agnitos, puriores *Faſti* adſignabant, idem Noriſius ex harum Inſcriptionum altera *Annios Sextum* & *Titum* indubitanter adſcribit : mendacem Inſcriptionem ede, genuina *Fratrum Arvalium* poſt *Epiſtolæ Conſulariis* editionem Inſcriptio detecta maniſeſte evincit, quæ ſic præfatur :

L. FLAVIO SILVA NONIO BASSO
ASINIO POLLIONE VERRVCOSO } COS.

Flavium Dio quoque laudat, qui ex duorum nominum conjunctione, & ſecundi in MSS. mutilatione *Silvanus* evaſit. Arvalem Tabulam edidit, & illuſtravit prædoctus Turrius (*m*), cumque pugnare eam videret cum *Ara illa*, ex qua Noriſius hos Conſules *reſtituiſſet*, *fidem* tamen *lapidi Gruteriano abnuere* auſus non eſt, ſed ejus potius Conſules inter ſuffectos, incertoſque ablegavit : at eam a me reverentiam non exiget, qui *Uxori Aram Ponat Kalendis Novembris*, & qui ejuſdem gentilitium cognomento poſtponat.

Rurſus de Conſulibus anni DCCXCVII. eminentiſſimus & dignitate, & doctrina municeps meus, optimuſque poſt Panvinium *Faſtorum* patrem eorumdem reſtitutor, & conditor (*n*), *omnes in eo Collegio deſcribendo errorem admiſiſſe* tradit, idque *ex Gruteri epitaphio conſtare*, ob cujus auctoritatem Dioni quoque, nedum ceteris fidem derogat. Almelovenius pariter *mendoſe* ſcripſiſſe affirmat, (*o*) quicumque ab eadem epigraphe deſciverunt. At ea epigraphe, ut jam obſervata prætercam, cum in *Palatina* & *Sabatina* nomen ſuum profitentes *Calventios* recenſeat, poſt eorum cognomina tribus locat contra perpetuum & ſollemnem lapidum morem : eademque *Oſſarium* pro *Oſſuario* ſcribit, adverſantibus cum libris omnibus, tum monumentis. Quædam etiam in his titulis habentur Conſulum cognomina, quæ mihi non ſumam, ut *Amarini* Q. Fulvio Flacco, *Vivii* (pro Vibiis habeamus) T. Didio (qua epigraphe Phavorinus *Scriniarius* ante Julii Cæſaris tempora urbi appingitur, & poſt *Gneo Mindio*, & *Caio Mindio* Ara *Dis Manibus* ſacratur) & quibus Gudius, & Almelovenius præſertim plauſerunt, *Arvini Aurunci* & *Flavi*; quo loco ad U. C. CCLII. Almelovenius prænomen quoque *Cominii* hujus Inſcriptionis fide in gentilitium convertit, *Poſtumium* vocans, quem Livius *Poſtumum Cominium* appellat, & cum *Tito* Lartio ſociat. Verum ad *Appendicem* aliquando nos conferamus.

Malis avibus auſpicatur Boiſſardus futilem Aram ſtatuens *Dis Magnis* (*p*), de qua ſuo loco. Sirmondi (*q*), Pighii (*r*), Verderii (*s*) ſingularias ablega, & Jovem (*t*) *Anderonem* cum (*u*) *Candiedone* Procuratori (*x*) *Metall. Alboc.* relinque. Sub-

(*a*) Fabret. cap. V. pag. 367. n. 127. & 128.
(*b*) Gruter. pag. MXXXI. n. 4.
(*c*) Pag. MXLI. n. 14.
(*d*) Pag. cit. n. 10.
(*e*) Pag. MXLIII. n. 1.
(*f*) Pag. MCXV. n. 2.
(*g*) Pag. MXLII. n. 7. ubi iidem Conſules ac in ſuper. Epig.
(*h*) Reineſ. pag. 384. in not. ad Epig. 48. V.
(*i*) Idem Epig. 119. VI. pag. 456.
(*k*) *Epiſt. Conſ.* pag. 109.
(*l*) Pag. 66. in not. ad Epig. 39. I.
(*m*) *Monum. Vet. Ant.* cap. VII.
(*n*) *Epiſt. Conſul.* pag. 30.
(*o*) Pag. 84.
(*p*) Gruter. pag. MLXIII. n. 5.
(*q*) Pag. MLXIV. n. 8.
(*r*) Pag. cit. n. 9.
(*s*) Pag. cit. n. 10.
(*t*) Pag. cit. n. 12. ANGERON. legit Reineſ.
(*u*) Pag. cit. n. 13.
(*x*) In Epig. cit. ſub n. 12. verſ. 6. 7.

Subſequenti pagina (*a*) *Jovi Praſtiti* dicat *Hercules Victor ; Salutari Ulpianus Gravi Infirmitate Liberatus* (*b*); *Maternii Fratribus Filius Fortunae Invictricis* (*c*) ; *Cereri Craita Maceſteni Sui* (*d*). Ad *Romanam* (*e*) Boiſſardi, merito a Gudio ſpuriam cenſeri, & *ex Plinii verbis concinnatam*, adnotatur, idemque oſtendi a Bentlejo, viro *ſi quiquam umquam acerrimi in re critica judicii* (*f*) : potuit id quidem levi negotio oſtendi, cum ex Plinio non concinnata, ſed ad verbum, & ſine additione ulla, tranſcripta ſit, qui in Templo Ardeate *antiquis literis Latinis*, non in lapide, ſed *in ipſa pictura* exaratos eos verſus (*g*) legit.

Dianae Avidiam Conjugem Gelos (*h*) æquat. *De Auribus Argenteis* (*i*) a Clementis Alexandrini (*k*) loco illuſtratis, anceps ſum ob *Brixellum* patriam a *Primo* præter morem, & tamquam magnum quid enunciatam, & quod ſecundus *Primus* iiſdem utens nominibus nulla diſtinguatur adjectione, & *Aures* non Dono Det, aut Ponat, ſed *Vot. Solvat.*

Minerva Medica Cabardia a Sammonia Vercellenſi (*l*) culta ; *Memor a Tullia Ob Reſtitutionem Sibi Factam Capillorum* (*m*) ; *Simulacrum Abolendo Incendio Tumultus Civilis Igni Tecto Cadente Confractum* (*n*), mihi probari nequeunt.

Mirifici ſunt qui tria verba

P A L L A D I

V I C T R I C I

S A C R V M

. . . . (*o*)

prælongo augent, & amplificant in *Corrigendis* (*p*) ſermone, delirantis potius verba quam Inſcriptionem veterem referente.

Helvetica (*q*) Deos, *Arcum*, *Veſpaſianum*, & *Vicanos* incondite permiſcens nulli uſui eſt. Novum

(*a*) Gruter. pag. MLXV. n. 2.
(*b*) Pag. cit. n. 5.
(*c*) Pag. cit. n. 6.
(*d*) Pag. cit. n. 9.
(*e*) Pag. cit. n. 7.
(*f*) Vid. *Corrig.* pag. CCC LIV. ad Epig. ſupra cit. ſub n. 7. pag. MLXV. ubi præter ea, quæ excerpta a Maffeio, inſuper additur ,, Vid. (D. Bentley) Epiſt. ad calcem Malalæ pag. 79. ,, ubi optime Plinii locum emendat, quem falſarius, dum in, ,, lapide ſculpendum curabat, corrupit, vel male legit.
(*g*) Citati verſus in Plinio Lib. XXXV. cap. X. prope fin. ita ſunt cit. edit. col. 332. not. (*x*)

DIGNIS DIGNA * LOCO PICTVRIS CONDECORAVIT,

REGINAE IVNONIS SVPREMAE CONIVGIS TEMPLVM,

MARCVS LVDIVS ELOTAS AETOLIA ORIVNDVS,

QVEM NVNC ET POST SEMPER OB ARTEM HANC ARDEA LAVDAT.

* LOCA. In Edit. Plin. Lugduni apud Joannem Frellonium M. D. LIII. in fol.
(*h*) Pag. MLXVI. n. 12.
(*i*) Pag. MLXVII. n. 2.
(*k*) Lib. V. *Strom.*
(*l*) Gruter. pag. cit. n. 3.
(*m*) Pag. cit. n. 4.
(*n*) Gruterus pag. cit. n. 5. ponit *Romæ in Hortis Julii III. P. M.* & mutilam ac variantem a Begero *Spicileg. Antiquit.* pag. 91. n. XVII. retulit, qua de cauſa ex eo hic exhibeo :

SIMVLACRVM . MINERBAE

ABOLENDO . INCENDIO .

TVMVLTVS . CIVILIS . IGNI .

TECTO . CADENTE . CONFRACTVM

ANICIVS . ACILIVS . AGINATIVS .

FAVSTVS . VC . ET . INL . PRAEF . VRBI

VIC . SAC . IVD . IN . MELIVS .

INTEGRO . PROVISO . PRO .

BEATITVDINE . TEMPORIS . RESTITVIT

Vid. ad hanc not. Begeri.
(*o*) Pag. cit. n. 6.
(*p*) Pag. CCCLIV. ubi cit. Epig. ſub n. 6. ſic augetur :

PALLADI VICTRICI

SACRVM

HIC HOSTIVM RELIQVIAS PROFLIGAVIT CATO VT IBI

ET SACELLVM MIRO ARTIFICIO STRVCTVM

ET AEREAM PALLADIS EFFIGIEM RELIQVIT

PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SENATVS

ET POPVLI ROMANI IMPERIVM ET DEORVM

NVMINE ET MILITVM FORTITVDINE ET

TVERI ET REGI.

Et ſupra hæc adnotantur : *Integram deprehendi hanc Inſcriptionem extare in notis G. Xylandri ad Vitruvii de Architectura Libri VII. Præfationem unde deprompſi.*
(*q*) Pag. MLXVIII. n. 3.

vum *Veneris Maritum Maternianum* (*a*) patietur Mulciber? id nominis * *Vatinillam* geſſiſſe dicent, ut Mercurii, Phœbique quamplures; quod ſi admittimus, ad claſſem aliam amandemus Inſcriptionem oportet. *Volkano Sive Mulcibero* (*b*) formula eſt lapidibus inaudita; neque *Militaris* adjunctum amplius vidimus, neque *Mitis*, ut Rubeus (*c*) exhibet inter *Brixianas*, neque hinc exſculptus, & ſuperius (*d*) exhibitus, laudatuſque in Elencho *Olkmitis*; cetera quoque in confuſione cubant: non minus ac infra deſcriptum *Sacrum Quem Conſecraverunt Ex Majoriario* (*e*).

Quæ *Suppoſtoris monetae* officium, & vocabulum invexit, & adhibetur a Salmaſio in Solinum (*f*), tertia hîc vice (*g*) affertur, & quarta in *Corrigendis*, tam diverſa ubique, ut ter ſaltem mentiri neceſſe ſit. *Argyrii Lanarii Domitiani Herculem Gilium* (*h*), & *Maguſanum* (*i*) a Cupero (*k*) exceptum tanto nihil dicentium notarum (*l*) comitatu, ego nequaquam colam: *Tiberius Julius* (*m*) fidem omnem amittit; is ſiquidem illa perpetuo formula apparet, *Tiberius Caeſar*: *Silvano Antico Vexato* (*n*) prope eſt ut parcam, & in *Venatorem*, aut quid aliud tranſmutem, cum Inſcriptionis reliquum inculpatum ſit: at *Silvano Littorali* (*o*), & Boiſſardiana * *Muſa* anonyma, quid nugacius vidimus? Conſules auditos numquam *Vettium Proclum*, & *Julium Lupum* (*p*) amplectitur Almelovenius (*q*), & de eorum loco diſſeritur in *Corrigendis* (*r*): at perperam Pighius fidem habuit * *Voto Suſcepto III. Non. Dec.* dies enim tabulæ Dedicatæ addi ſolet, & *Voto Soluto*, non *Suſcepto*; & quid monſtri eſt *Pro Salute Butrae N?* quid *Silvano Et Diis Omnibus H. V?* *Diocles MAC. NIC. OP.* (*s*) qua lingua loquitur? *Succeſſini Libertus Soluta Pecunia Petenti Populo Donum De Sua Pecunia* (*t*) dans, injuria a Gemello Caſtore Gemellum Caſtoris, qui numquam ſolus viſitur, diſtrahere videtur, ac divellere.

Num de Achæis *L. Numius* triumphavit, alter *Achaicus* (*u*) propterea dictus? at *Titus Caeſar Divi Auguſti Filius* non dicitur, nec *a Rationibus Divi Caeſaris* quiſquam fuit, nec *Divis*

Auguſtis Auctoribus, Tito aut Tiberio imperante, actum quicquam eſt.

Genio Plutonis (*x*) nigram, puto, Aram reperit Pighius, & illacrimabilem; candidam contra, & floream Boiſſardus (*y*) *Nymphis*, quam *Canteria* fecerat novo *Numini Adjutori Devota cum Statua Iſis Et Tabulato*.

Napaearum mendacium (*z*) Felicianus quoque recenſuit; Marcanova tamquam *amphorae* inſcriptum exhibuit. De *Deo Nemauſo* (*a*), de *Dea Leucania* (*b*), de ERDIT. SEL. CONS. AR. CAN. (*c*) ipſi viderint, a quorum fide pendent. Sequentem chartam (*d*) quinque illuſtrant ac diſtinguunt gemmæ ex eadem lapidicina erutæ, de quibus alio incidet loco mentio.

Sirmundum veneror; ſed *Soror Et Frater* (*e*) eo modo adſcribi non ſolent, nec *Sacrum* præmitti, cui ſacretur, non addito, nec cui *Donum Detur*. Quid memorem (*f*) *Collegium Augurum RR. PS?* & * *Veſpaſiano* imperante *Pro Salute Auguſtorum* vota? quid (*g*) *Proſperitatem Culminis?* quid (*h*) *Obligatum Si Quis Furaverit?* eheu quam me tanta fatigat internecio, ac tædio afficit! neminem umquam victoriarum ſuarum ea cepit ſatietas, id faſtidium tenuit.

Columnas (*i*) *Badenſes* duas non niſi *chartaceas* extitiſſe puto; nam *Coloniam Auguſtam Aquenſem* in ea regione memoravit nemo, & *milliares Cippi* civitatis, cui proximi erant, nomen præferre non ſolent: quin non Milliares hos, ſed *Leucarios* appellemus oportet; *Leucas* enim computant nullo exemplo, & eodem ſignantur numero præter morem. Imperatorum nomina præmittuntur omnino inepte; cujus ſcilicet *Nepos* quis eſſet, ponitur, antequam cujus eſſet *Filius* dictum ſit, & *Magni* elogio non Caracalla ſolummodo, ſed & Elagabalus donatur, Alexandri pater. Alteram ex illis illuſtravit Reineſius (*k*), diverſam aliquando offerens, nec meliorem tamen.

Conſularibus teſſeris quædam inſunt abrupta, quædam inemendata: ſiglis novis *Bello Civili Turbante* (*l*) auctam reſpue, *Laurinienſes* nequaquam agniti fruſtra Sirmondi nomine ſe tuentur, *Reſtituerunt*, & *Domo Dant* (*m*) non bene conveniunt, & in una ſede morantur. Quid ad

(*a*) Gruter. pag. MLXIX. n. 2. * verſ. 2.
(*b*) Pag. cit. n. 5. Vid. eumd Gruter. pag. CDLXXII. 2. Murat. pag. LIX n. 6. & *Supplem* ad Claſſ. I. ubi ad lapidem, idcirco varians a laudatis Collectoribus exhibetur. Corruptiſſima vero eſt apud Gud.
(*c*) Pag. 80.
(*d*) Gruter. pag. cit. CDLXXII. n. 2.
(*e*) Pag. cit. MLXIX. n. 10.
(*f*) Pag. 277.
(*g*) Pag. MLXX. n. 1. MLXVI. n. 5. *Suppoſtores* recenſentur inter opifices monetæ conflandæ.
(*h*) Pag. MLXX. n. 2.
(*i*) Pag. cit. n. 4.

HERCULI
MARGVSANO
M. R. R. I. M. F. I. V. I. S &c.

e Lapide Gud. & Spon. Miſcell. Sect. III. pag. 100. & apud Oyſelium non MACVSANO. ut in prim. Edit. Gruter.
(*k*) *Monum. Antiq.* pag. 218.
(*l*) Vid. in cit. Epig. verſ. 3.
(*m*) Pag. cit. n. 3.
(*n*) Pag. cit. n. 8.

(*o*) Pag. MLXXI. n. 3. *Grutero Boiſſardus* T. VI. 30. * verſ. 1.
(*p*) Pag. cit. n. 4.
(*q*) Pag. 215.
(*r*) Pag. CCCLIV. ad Epig. cit. ſub n. 4.
* In cit. Epig. verſ. 7. 8.
(*s*) Pag. MLXXII. n. 9.
(*t*) Pag. MLXXIII. n. 6.
(*u*) Pag. cit. n. 7.
(*x*) Pag. cit. n. 8. *ex Pighianis*.
(*y*) Pag. cit. n. 10. *e Boiſſardi ſchedis*.
(*z*) Pag. MLXXIV. n. 1.
(*a*) Pag. cit. n. 9.
(*b*) Pag. cit. n. 8.
(*c*) Pag. cit. n. 11.
(*d*) Pag. MLXXV. n. 1. 3. 11. 12. 13. ponit *Romae* e Boiſſardo.
(*e*) Pag. MLXXVI. n. 6. verſ. 6.
(*f*) Pag. cit. n. 5. * verſ. 1.
(*g*) Pag. cit. n. 7.
(*h*) Pag. cit. n. 10.
(*i*) Pag. MLXXVIII. n. 7. 8. *Inventa Columna prope Steinbach Marchionatu Badenſi* ex Piſtorio, ac Jac. Comalio.
(*k*) Vid. pag. 254. in not. ad Epig. 14. II.
(*l*) Pag. MLXXXIII. n. 1.
(*m*) Pag. MLXXXIV. n. 1.

Trophæa faciat Cittadini titulus (*a*), non video, etiamſi ob Quæſtionem de Marii, aut Domitiani, aut Trajani Trophæis pluries allatus, & memoratus a Fabretto (*b*) de *Columna Trajana*; neque enim *De Germanis* inſcribitur, ſed illo, ut genuinus ſit, *Libertus* quidam *Domitianum Aug. Germanicum* (*c*) honorat.

De *Pueris* & *Puellis Ulpianis* (*d*), modo ſincerum epigramma ſit, docemur ab *Ameriano* lapide; *Fauſtinianas Puellas alimentarias* numiſmata ſubjiciunt oculis, ſed ante Pii ætatem non opinor id inſtitutum memoratum reperiri. *Regem Sacrorum* Romana tenet Hiſtoria, de *Regina* (*e*) Sirmondus doceat, *qui vidit*, neque videntur verba cohærere. *Vicani Vici Martis* (*f*) priorem monumenti ſui partem incondite condiderunt.

Feminas Auguſtalitatis (*g*) participes factas vellem melioribus tabulis probaſſet Reineſius (*h*); neque enim ſatis placent *Livia Livilla*, *Communia*, Allectio in *Decurias Auguſtales*, & *Senatus Populuſque Tiburs Poſſ. Helvidia Auguſta*, quam idem (*i*) *Auguſtalem* creat, in marmore *Modeſta* eſt.

Erunt qui aliis tabulis confirmari cupiant *Religioſus De Capitolio* (*k*), & *Alexandria Virgo Veſtalis Tiburtium* cum *Calatoribus Tiburtibus*, & loco non Decurionum decreto, ſed *Senatus Conſulto* (*l*) dato. Fulicarum Deo *Silvano Littorali* Boiſſardus iterum litat, & *Cicurinum Aſiaticum* ad eidem *Aedituandum* (*m*) initiat. *Arbitratoris Caſtrorum Auguſti Libertus Manilius* (*n*) nomine munus ſibi ſumit imperſcrutabile.

Ubi (*o*) plura temere glomerantur incondita nomina, deinde alia inconſulto agglutinantur nequaquam coaleſcentia verba, fuere tamen qui auferendo, & ſubſtituendo ſanam exhiberi poſſe Inſcriptionem putarint (*p*); quod non improbo, dummodo auferantur fere omnia, & nova concinnetur Inſcriptio.

Mire loquebatur Nolana Statua, cujus verba Sirmondus excepit; *Subventori Civium Neceſſitatis Aurariæ Redonatori Viæ Populi Omnium Munerum Recreatori* (*q*): obſcuratam mendis & Ravennatem *Statuam Retinendam* (*r*) noſcis. Sunt qui ſuſpicentur interpolationem aliquam & *Aelianum* paſſum eſſe tribus Flaminiis præter morem ornatum, is ſiquidem *Vercellis Flamen, Dertonae Flamen Et Pontifex, Decurio Genuæ Et Flamen* (*s*). Oculum properantem *Orator Pius In Suis Memoria Potenti* (*t*) effugerat.

Fragmina (*u*) haud moror, etiamſi quandoque & in illis mendacium eluceat. In uno (*x*) ex iis nimium detinentur viri eruditi, qui primum ab Imperatore Claudio Quæſtorem *Electum*, ut ærario præeſſet, inibi inveniſſe, & a Chriſtiano Ruperto *feliciſſime reſtitutum* hoc pacto epigramma opinantur (*y*); *Quum Primus Quæſtor Per Trienuium Citraque Relam. Præeſſet*. Suetonius (*z*), non Quæſtori cuidam, ſed *Collegio Quæſtorum curam ærarii Saturni reddidiſſe* Claudium docet, *quam medio tempore Prætores aut utique Prætura functi ſuſtinuerant*.

Beneficiarium Lati Clavi (*a*) quis ante Cantonium audierat? nec in * *Acie Deſideratus* arridet, nec *Dertonenſis* pariter *Perpetua Felicitas* (*b*) in monumento: idem Cantonius *Poſtumiam Felicitatem Conjugem cariſſimam*, & ſimul *Uxorem incomparabilem* nuncupat, & *Veteranum Ex Prætorio* profert de *Itinere ſuo* (*c*) neſcio quid ſubmuſſantem. Huic præeunt Pighii nec patria nec familiis agnitus *Reburrus Faber Gigurrus Calubrigenſis* (*d*), & *Ptolemeus* (ſic) *Except. Dupl. Unic.* (*e*) quem qui interpretetur, erit mihi magnus Apollo. Ve-

(*a*) Gruter. pag. MLXXXIV. n. 5.

(*b*) Pag. 108.

Hujus Columnæ menſuras habes ſupra Col. 311. not. (*g*) ex Grutero pag. CCXLVII. n. 4 deſumptas: At accuratiores exhibere iterum libet ex *Hiſtoria Utriuſque Belli Dacici a Trajano Cæſ. geſti* F. Alfonſi Ciacconii Hiſpani. Ad calcem Fabretti de *Columna Trajani* Syntagm. Edit. Romæ 1690. in fol. cum fig. ubi eam ita deſcribit: „Columnam „marmoream cochlidem Romæ in medio Trajani foro erectam, nunc etiam extantem, 128. ped. altam, ad „cujus faſtigium per 184. gradus conſcenditur, lucem „feneſtellis 43. miniſtrantibus, S. P. Q. R. Trajano Auguſto Bellis Aſiaticis implicito, dicavit. In cujus extima ſuperficie quicquid optimus princeps gemina „in Dacos expeditione præclare & feliciter geſſit, ad poſterorum monumentum inſculpſit. Quam licet morte „præventus non viderit, ipſius tamen cineres in Urbem „relati, intra auream pilam in ejuſdem fuere ſummitate „reconditi.

„Conſtat tota hujus Columnæ moles ex 34. marmoreis lapidibus ſtupendæ magnitudinis, ita ut baſis ex 8., ex ſingulari „laurea corona ſuperſtans, ex 23. totidem gyri per intervalla in ipſamet Columna conſpicui, ex uno capitulum, „ſupremus ex altero apex conſurgat. Romanæ utique potentiæ & ſplendoris argumentum, & moles adeo ſumptuoſa, quæ cum Memphiticis pyramidibus facile certare poſſet.

„Longitudinem hujus Columnæ licet 140. ped. Eutrop. & „Caſſiod. probant, Pub. tamen Victor, aliam fortaſſe menſuræ rationem ſequutus, 128. non excedere tradit, „quod nunc etiam deprehenſum eſt. Gradus autem, non „ut idem P. Victor 185. ſed 184. nec feneſtellas 45. ſed „43. hodie comperimus. Baſis autem ſingula latera 20. „ped. Rom. habent: id eſt ſimul 80. quos ego exacta menſura deprehendi.

„Columna altera ad hujus exemplar facta, quam M. Aurelius „Imp. Antonino Pio Aug. in Campo Martio Area Flaminii dicavit, quæ adhuc Romæ viſitur rimis dehiſcens „ignique parumper deformata, Trajani Columnam 47. „ped. longit. excellit, utpote quæ alta ſit ped. 175. & „gradus habeat 216. feneſtellas vero 56. P. Victore atteſtante. Graduum autem numerus hodie deprehendi non „poteſt, neque ad Columnæ faſtigium perveniri, in quo „Coloſſus ingens fuit, qui imaginem ipſius Antonini Pii „referebat, ut ex nummis antiquis colligitur, qui tamen „hodie non extant.

(*c*) Vid. Epig. cit. ſub n. 5. pag. MLXXXIV. & MXXII. n. 5.

(*d*) Pag. cit. MLXXXIV n. 7.

(*e*) Pag. MLXXXVII. n. 8.

(*f*) Pag. cit. n. 9.

(*g*) Vid. pag. MLXXXVIII. n. 1. 12.

(*h*) In not. ad Epig. 90. I. pag. 134.

(*i*) Reineſ. in not. ad Epig. 12. I. pag. 29.

(*k*) Pag. MLXXXVIII. n. 2.

(*l*) Pag. cit. n. 3.

(*m*) Pag. cit. n. 5.

(*n*) Pag. cit. n. 7.

(*o*) Pag. MXCV. n. 1.

(*p*) Vid. *Corrig.* pag. CCCLV. ad cit. Epig.

(*q*) Pag. cit. MXCV. n. 7.

(*r*) Pag. MXCVI. n. 9.

(*s*) Pag. cit. n. 10.

(*t*) Pag. cit. n. 2.

(*u*) Vid. pag. MXCVIII. n. 10. MC. n. 1. 2. MCI. n. 2. 7. MCII. n. 9. MCIII. n. 1.

(*x*) Pag. cit. MCIII. n. 2.

(*y*) Vid. *Corrig.* pag. CCCLV. ad cit. Epig.

(*z*) In *Claud.* cap. 24.

(*a*) Pag. MCVII. n. 1. * verſ. 4. 5.

(*b*) Pag. cit. n. 2. *Dertonæ in arce. Grutero ex Merulæ ſchedis Cantonius.*

(*c*) Pag. MCIX. n. 14.

(*d*) Pag. cit. n. 10.

(*e*) Pag. cit. n. 7.

Veſtiarios Ulpianus memorat, & plures lapides (*a*), *Veſtiarium Tenuiarium* (*b*) duo tantum, qui cum Boiſſardi teſtimonio præcipue pendeant; neque eam vocem Latinis Lexicis adjunxerim, nec de artificii genere cum Salmaſio (*c*), Gutherio (*d*), & Gudio diſputarim. Eidem Boiſſardo *IIII. Provinciarum Galliarum Servum* (*e*), exhibenti fidem habere nequeo, niſi latiſſimas Provincias Belgicam, Aquitanicam, & in quas Cæſaris Celticam partitus eſt Auguſtus, Narbonenſem, & Lugdunenſem in Commune unum ita aliquando coaluiſſe oſtendatur, ut quicquam indiviſim poſſidere poſſent.

Libripendis (*f*) exinde occurrunt ſine connexu; itemque mihi parum probata *Buccinator Nominum* (*g*); *Dang Conſidio* ALCIDH TATAH (*h*); *Pater Fecerunt Filio Suo Benedicto. Hoc Nomen Impoſuerunt Sodales* (*i*); *Geminiae Statuta Odoramenta* (*k*); *Petroſidia Quita* (*l*); Sirmondi familia Geographica, *Euphrates Pater Rhenus Et Danuvius Nepotes* (*m*); *Repentinus Fortunatus Bellus* (*n*); *Trebellia Heraxlione* (*o*); *Feci Quod Volui Monumentum* (*p*); *Priſca Cujus Adfectus Erga Pietatem Matris Servit Ad Fata Ledæ* (*q*); *Amicilla Amico* (*r*); ubi Scriverius *Fecialem* (*s*) vidit; *Piiaſſus* (*t*) *Threpteni* (*u*); *Libiae Eutycheni Fecerunt Emerunt* (*x*); *PER. MOR Naecroci* (*y*); *Geſtrium* (*z*); monſtra plura, in quibus frugi nihil; *Augendis Solvens Devote* (*a*); *SOT. Et Tabla* (*b*), *Donata Marito Conjugi Bonis Judiciis Eius Integra Et Aequiſſima* (*c*); *L. Chloi Miſella* (*d*); *Decima Præſidia Helpis* (*e*); *Appia Aurelia Lupercilla* (*f*); *Phoſphorus Obit In Trimatu* (*g*); *Tumulo Poſita Ardens Lucerna* (*h*); *Aemylia Pyralis Conjux Junonis Aemyliae* (*i*); *Decuriones Domuus*: (*k*) *Hoſpes Reſiſte* cum *Verna Cujus Aetatulae Gravitatem Officio Et Lanificio Præſtitit* (*l*); Servus *Cornelius* nomine, & ex *Municipio Collipronenſi* (*m*); *Immunis Inteſtatus* (*n*); minuta quædam, ac lacera; & extrema demum pagina (*o*), quæ extrema mittit Britannia, *Dupl. N. Explor.* (*p*) & *Beciſadia* (*q*), & horum ſimilia.

Votum jam quidem conceptum ac nuncupatum, ampliſſimi Gruteriani Theſauri, quam audaciſſime, ut ingenue fatear, ſuſceperam, quomodocumque tamdem diſquiſitione peracta, perſolvere liceat ac reddere. Tantæ molis, quantæ prædicare videor, opus fuiſſe non crederet, qui oculis potius, quam mente judicium ferentes, foliis non ita multis me rem abſolviſſe intuebuntur: at perpendant iſti neceſſe eſt, quanta mihi meditatione quemvis ferme ex his verſibus iteraſſe oporteat, & quam multa, ne quidquam incaute proſcriberem, ad omne pene verbum conſiderare, perquirere, conferre opus fuerit; adde quantum negotii faceſſerit monumenta omnia hujus Corporis reliqua ex tot Inſcriptionum millibus diſcutere, de quibus, cum genuinas exiſtimaverim, nullum hic ſermonem habui. In Operis calce XXVII. paginæ *Spuriis*, *&* *Suppoſititiis* epigrammatis complentur, quorum partem maximam neglexiſſe procul dubio præſtabat, & hominum oculis ſubduxiſſe; quid enim refert non ambiguis, ſed ſtolidiſſimis, & vix ceteroquin notis quiſquiliis laborem literatis addere, atque horas ſuffurari? De Indicibus autem, ut vocantur, olim a Joſepho Scaligero Herculeo plane labore confectis quid dicam? promptuarium audiunt antiquitatis, totiuſque eruditionis ἀσύγκριτον, & merito quidem, dummodo ab infinitis pene, quibus inficiuntur, mendaciis bona fide arreptis, defæcarentur; quæ enim in Opere univerſo conſperſa notavimus, coacerventur hic omnia, & congerantur peccata neceſſe eſt: quot eapropter commentitiæ gentes, fictitia nomina, ſpuria vocabula, formulæ illegitimæ, fallaces notæ ac compendia; quot inauſpicato creati Conſules, præpoſtere inſcripti & nuncupati Imperatores, Romanæ Reipublicæ, atque Imperio injuria ſuperinjecti Magiſtratus; quot urbana officia, & municipalia, quot civitates & regiones, quot Collegia, & artes, quot inſtituta & res geſtæ, quot Sacerdotes & Sacra, quot Dii, Deorumque nomina confluxerint in Elenchos oportet, quæ mera ſomnia ſint, & vel dolo malo, vel inſcitia, aut hallucinatione obſtetricante, in literarum lucem educta! Hinc ortum eſt, ut qui poſt Scaligerum his augendis Indicibus dederunt operam, malum malo invite cumularint: itaque Holthenus, cujus diligentia virorum & mulierum catalogum *equorum* nominibus auxit, ubi præfatur, *C. Betuum*, exempli gratia, ob appellationes varias ſexies iteraſſe nos admonet, quem cum ine-

(*a*) Gruter. pag. DCL. n. 7. DCLI. I. 2. MCLXXIII. 6.
(*b*) Pag. MCXI. n. 7. DCL. n. 8.
(*c*) *Hiſt. Aug.* 270 edit. Pariſ.
(*d*) Guther. III. *De Offic. Dom. Aug.* refert ad *Tenias*, hoc eſt, faſcias Imperatorias crurales.
(*e*) Pag. MCXII. n. 4.
(*f*) Pag. MCXV. n. I.
(*g*) Pag. MCXVI. n. 4.
(*h*) Pag. MCXIX. n. 9.
(*i*) Pag. MCXXII. n. 4.
(*k*) Pag. cit. n. 12.
(*l*) Pag. MCXXIV. n. 9.
(*m*) Pag. MCXXV. n. I.
(*n*) Pag. cit. n. 10.
(*o*) Pag. MCXXVI. n. I.
(*p*) Pag. MCXXVII. n. I.
(*q*) Pag. MCXXVIII. n. II.
(*r*) Pag. MCXXXI. n. 10.
(*s*) *In Corrig.* pag. CCCLVI. ad cit. Epig. ſub n. 10.
(*t*) Pag. MCXXII. n. I.
(*u*) Pag. cit. n. 2.
(*x*) Pag. cit. n. 6.
(*y*) Pag. MCXXXIV. n. 3.
(*z*) Pag. cit. n. 8.
(*a*) Pag. MCXL. n. I.
(*b*) Pag. MCXLII. n. I.
(*c*) Pag. MCXLV. n. 8.
(*d*) Pag. MCXLVI. 10.
(*e*) Pag. MCXLVII. n. I.
(*f*) Pag. cit. n. 3.
(*g*) Pag. MCXLVIII. n. 13.
(*h*) Pag. cit. n. 17.
(*i*) Pag. MCL. n. 2.
(*k*) Pag. MCLI. n. 4.
(*l*) Pag. MCLII. n. 2.
(*m*) Pag. MCLV n. 7.
(*n*) Pag. MCLVI. n. I.
(*o*) Pag. MCLXXVIII. num. II. uſque ad 16. & totam ult. pag. MCLXXIX.
(*p*) Pag. cit. MCLXXVII. n. 16.
(*q*) Pag. MCLXXIX. n. I.

pta ac mendax Inſcriptio cuderit, ut ſuo loco oſtendimus, & ſemel recenſuiſſe plus ſatis fuit. Jam vero præclaro hoc cæteroquin veterum notitiarum albo neminem in poſterum, niſi circumſpectione quadam adhibita, & forte propoſitis etiam hucuſque animadverſionibus inſpectis, uſurum arbitror.

II. *Reineſii Syntagmatis diſquiſitio peragitur.*

AD editarum Inſcriptionum univerſitatem generatim percurrendam, & quanta maxime fieri poteſt diligentia indagandam, ita ut ex inſignibus, ac præclaris quam pauciſſimæ conſiderationem noſtram evadant, atque effugiant, nulla eſt certior via, quam collectiones maximas, & ex omni genere, atque cujuſcumque regionis epigrammata congerentes evolvere, ac pertractare: in iſtis enim, quæ infiniti pene ac multiplices in Provinciis variis Scriptores publici juris fecere, uno ferme intuitu conſpicimus, & quæ in ſexcentis libris diſperſa, ac diſſipata perquirere oporteret, alieno labore, ac diligentia in unum coacta reperimus. Itaque poſt Gruterianum Theſaurum naturali ordine, & jure ſuo Reineſianum Syntagma ſe nobis profert, quod ea mente, ut in fronte dicitur, adornatum ſit, ut Inſcriptiones congregaret, quarum a Grutero *omiſſa recenſio* eſſet, & cujus propterea *Supplementum* haberi poſſet. Verumtamen nec tam minutum, nec tam attentum me hic ſcrutatorem præſtabo; neque enim tantæ in literaria Republica auctoritatis ac fidei hæc univerſe monumenta cenſentur. Acri ingenio vir, & lectionis multiplicis, critico etiam, quod verba ſpectat, maxime pollens acumine, præaltam nihilominus ſpuriorum epigrammatum ſtruem congeſſit, cum non ſolum Scriptoribus quibuſcumque ea producentibus, ſed & pluries ſchedis, Langermanni cujuſdam præſertim, credulum ſe præſtiterit; quamobrem commentariorum vim profundit non ſemel, doctrinæque inſumit plurimum, chimæras fucans, & aereas larvas conſectans. Quin haud infrequenter in genuinis ipſis ab hoc Auctore exhibitis labat fides ob immutata & addita arbitrio ſuo verba, vel demta: etenim ſponte fatetur ipſe in Præfatione, ſeu potius oſtentat, *in fugitivis literis revocandis, ambeſiſque exſarciendis, in fragmentis concinnandis, explendiſque hiatibus omnem fere laborem ſumendum* ipſi fuiſſe, *& exercendam Divinationem.*

Latinarum prima (*a*), quam Fabrettus (*b*) quoque ex aliis ſibi ſchedis adoptavit, *Diis Omnibus Cæleſtibus* inſueta formula inſcribitur, & numquam auditis gentibus *Gaiſidia* ac *Tiphernia* inſignitur: in ea orationis elegantiam, & connexionem obſerves velim. *In Fronte Pedes XXX. Retro LX. Cujus Ingenium Eloqui Nemo*: ſed magis quæ per ſe fallaciam ſatis indicat, votivæ, & ſepulcralis formæ commixtionem, depravationemque. Ex hac tamen tabula tria ab Eruditis viris, & a quibuſdam quoque Lexicographis arrepta vocabula, & Latinitatis jure ſine alia auctoritate ulla donata videas; *Imaginarius* pro Pictore, *Fiſtularius* pro Fiſtulatore, *Arithmeticus* pro calculatore.

Dii *Præſides Provinciarum Concordiae*, & *Conſiliorum* (*c*) Batavicam potius prudentiam, & fœderatarum Provinciarum genium, quam vetuſtum lapidem referunt: antiquo marmori inſculptos fuiſſe, ita mihi perſuadebitur, ut de alterius Voto *Imperatoribus Auguſtis Conſulibus* (*d*) innominatis *Voto Soluto*: quippe ubi *Augg. Conſules* Diocletianus & Maximianus ſubſignare ſolent, eorum nomina in legum, aut reſcriptorum fronte jam præceſſerunt; at in votiva tabula nequaquam apparent: novum etiam eſt nudum *Procuratoris* nomen adponere, & de Procuratore *Aurario* intelligere, ut Reineſius jubet; cum id officium vel a procurationis genere, vel a præſtita Auguſtis opera perpetuo deſignetur. Nihil lepidius afferri poterat *Centurione Frumentario*, quem Sponius (*e*) quoque e Schedis hauſit, & *Jove Dolicheno Ubi Ferrum Naſcitur.*

Venerem Fiſicam (*f*) potius eſſe, quam Logicam, nemo eat inficias. Quænam cum *Jove* intercedebat *Lictoribus* neceſſitudo, ut appellarent *Suum* (*g*)? Tres in poſterum fuiſſe apud Romanos *Ordines* non dicemus, ſed quatuor, *Lictorum* nempe ex hoc titulo adjungentes; at nullum fere in eo, & in *Treberorum* (*h*) ſubſequenti ſine errore verbum. Quam multa feliciter reperit illuſtrator noſter in *Moguntiua* (*i*), de qua tamen, cui ex teſtibus diverſa loquentibus fidem haberet, neſcivit. *Civem Eduum*, *Cohortem Prætoriam* & *Equum* * *Publicum* vidit, ubi nedum hæc, ſed omnino nihil quilibet mortalium videt. Nec *Juno Stygia* (*k*) a præpoſtere appellitata *Creſcentina Matrilia*, nec *Ceres Divina* (*l*) & *Legifera* (*m*) ab incongrua forma exiſtimationem adipiſcuntur, qua novitati ſuæ conſulant.

Verum quam facile Reineſium decipere quivis poſſet, & quam ſibi, ac genio de Inſcriptionibus agens is indulgeret, illa (*n*) præcipue nobis aperit,

(*a*) Reineſ. pag. 3. n. 2. I.
(*b*) Fabret. pag. 625. n. 218. ſed variantem.
(*c*) Reineſ. pag. 17. n. 4. I.
(*d*) Pag. 19. n. 6. I.
(*e*) Spon. *Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. III. pag. 80. Hanc Vid. ad Claſſ. I. in *Supplem.* ex eodem variantem a *Reineſiana* pag. 34. n. 15. I. Epigraphes IOVI DOLICHENO refert Gruterus XX. 4. uſque ad 9. Murat. CCCLIV. 2. & ipſe Maffejus *Inſcrip. Var.* CDLXXI. n. 3. *Jovem* Dolychenum (ait Reineſ. in not. ad cit. Epig.) *a loco ſic nominatum exiſtimem*, ut ARAVICVM *in* Moguntino 13. XXII. a *Sarato vel Saro fluvio, qui ſupra Treveros Moſella dextra ripa miſcetur, Auſonio celebratus* Carm. de Moſella, *& Antonino, qui itinere a Lugduno Argentoratum* pontem Sarvix *poſt Divodurum recenſet.* De Centurione frumentario confer eamdem not.
(*f*) Reineſ. pag. 42. n. 18. I.
(*g*) Pag. 43. n. 19. I.
(*h*) Pag. 47. n. 21. I.
(*i*) Pag. 49. n. 23. I.
* Vid. ad hanc not. Reineſii.
(*k*) Pag. 61. n. 34. I.
(*l*) Pag. 63. n. 36. I.
(*m*) Pag. cit. n. 37. I.
(*n*) Pag. 103. n. 53. I. quæ ita ſe habet:

APOLLINI . . . .
RATIONATORIS HONORE
VSVRVS SECVNDVM
CORNELIVS VERVS TACITVS
EREXIT MONVMENTI LOCO

aperit, cujus enarrationem ſic ingreditur: *Hiſtoricorum Latinorum nobiliſſimi memoria hæc eſt, quam gratam habebunt Philo-Taciti omnes, qui verum ejus nomen, quod per tot ſecula nos latuit, integrum nunc cognoſcunt*: nam futilis Langermanni cantilena nec vetuſtatis faciem, nec genuini tituli odorem præſefert ullum: *Cornelius Verus Tacitus* loco prænominis cognomentum alterum ſumit; *Rationatoris Honore Uſurus* inepta imitatione formulæ *Titulo* Uſus, ſignificatione importuna, & perperam ante nomen; *Erexit Monumenti Loco* clauſula minime lapidaria, & eo magis inepta, quod præceſſit *Apollini*.

Cervæ monile aureum inſcriptum prudenter rejecit (*a*); ſed nollem *potioris fidei* exiſtimaſſet (*b*), quamvis a pluribus Scriptoribus memoratum Friderici Imperatoris lucium poſt annos CCLXVII. cum anulo collario æneo in ſtagno captum. Et lucium tamen, & cervam, & monſtrum quodvis amplectar potius quam e *Capacio* * ſuſceptam, & *Deo Patri* (*c*) proxime nuncupatam tabulam: anonymum numen Auctor noſter Herculem docet eſſe; *Julius* prænomine, *Faonius* cognomento *Ex Voto Conſummat* nec lapidarie, nec Latine. Herculem *Tyrannum Invictum* (*d*); Herculem *Indorum* (*e*), vel * *Imperatorem*; Herculem cum *Jole* (*f*), veterum Inſcriptionibus aſſuetus quis recipiat? *Comitem Deorum Omnium* recepit Fabrettus (*g*), quem in *Comitem Dominorum Noſtrorum* (*h*) veriſimilius convertit Reineſius: at cur paulo ante (*i*) Herculem *Julianum* pro Commodo habuit, aut Caracalla? *Acconii* (*k*) vel *Acoliti* (*l*) imaginaria *Statua* ſubſequitur, deinde *Martiniani* Mercurium *Ex S.C.* vel *Ex Statuto* honorantes (*m*). Quid autem perſuaderi non poterit, cui priſca lapidi hæc exarata fuiſſe perſuaſum eſt? *Mercurio C. Volturcius In Agro P. XXVIIII. In Fronte XIII.* (*n*) de *ſoli pedatura* explicat * *fano* adſignata; ſic & alia in hoc titulo diſplicerent, pro ſepulcrali acciperem ſervo poſita.

Poſt *Mercurium Nundinatorem* (*o*) a Sponio (*p*) quoque receptum, *C. Silius* advenit (*q*) patre ac tribu extra locum poſitis; *Aram CC Votum Solvit* congruum ſenſum efficiunt nullum: ab exſcriptoribus peccatum eſſe ſuſpicor; ſed ne ille θαυμάσιος homo, qui hunc *Silium C. Italici* inſignis *Poetæ* filium ſine hæſitatione ulla ſtatuat, * & quidem *natu majorem*: unde etiam conſtet Silium Italicum *Tertium* (*ter* ſcribendum hic erat) *Conſulem* fuiſſe: nec minus mirifice * * *Præſes Provinciarum Tranſpadanarum*, & inſcriptus lapis (*r*) *Deo Marti Militari* hoc loco memorantur.

Titulos ſuos Deus iſte de more parum fortunat; quo enim loco habeamus (*s*) *Quatuorvirum*, dein *Gnei Libertum*? votum (*t*) *Coſoſo Deo Marti Suo*? *Genium Marti* (*u*) perinde ac mortalium cuilibet datum? tabulam *Ob Populi Romani Devotionem* (*x*) poſitam? Eburium (*y*) *Vejo EX COM. CAES. COS*? *Martini* (*z*) Manes Cœlo repente inſertos, & in *Martem* ac *Silvanum* (*a*) transfuſos? Devotio *Populi Romani Singulis Annis Renovanda* dicitur *Ob Parthicam Expeditionem* (*b*); quam ſermonis abſurditatem inſueta votivis tabulis, & frigida imprecatio conſequitur adverſus *Aram Lædentes*: conſimilium quidem habet Fabrettus (*c*), ſed ejus quoque (*d*) *Numina Divorum* flocci facio, & ſive *irata habeam*, ſive propitia, mihi perinde eſt. *Bonæ Deæ*, quæ pudicitiæ præerat, & cujus ſacrificia puriſſimis Veſtalium manibus peragebantur, cum *Venere Gnidia* (*e*) mira profecto conjunctio. Venerem *Pelagiam* (*f*) cum piſce purpureum ſuccum ferente confudiſſent, Cur *Peregrinam* (*g*) tamquam ex Herodoti * Ξείνη effictam repudiat (*h*), *Morpheam* (*i*) ex Pauſania (*k*) arreptam, & honoraria formula obſignatam non item?

(*a*) Reineſ. in not. ad Epig. 59. I. pag. 106. hæc habet: „Steph. Forcatulus *Dial. I. Necyomant.* n. 11. fingit cervæ „monili aureo inſcriptum ſe vidiſſe hoc Epigramma:

DIANAE PHARETRATAE
SVM . SINE . REDIBO.

„Et interpretatur: Animum habeo ad Dianam dominam „meam redeundi, nec fiam capientis. L. *Naturalem.* §. *Cervos* „D. *de acquir. rer. dom.* Alius hæc in aureo collari cervæ „legit:

N. M. T. Q. C. S.

„& exponit: *Noli Me Tangere Quia Cæſaris Sum*. Vid. Boldon. *Progr. Epigr. p.* 2.

(*b*) Vid. Reineſ. in cit. not. ubi hæc addit: „Potioris fidei eſt „narratio de lucio piſce in ſtagno Lutræ Cæſariæ, poſt an„nos CCLXVIII. quem manus Friderici II. Imp. eo depoſue„rat, cum anulo collari æneo deaurato, capto, apud Geſn. *Præf. Lib. II. Hiſt. Anim.* & alios ibidem cit. * *Hiſt. Neap.* Lib. II. cap. 24.

(*c*) Pag. 107. n. 65. I.

(*d*) Pag. cit. n. 64. I.

(*e*) Pag. 109. n. 66. I.

* Vid. ad hanc not. in fin.

(*f*) Pag. 111. n. 68. I.

(*g*) *Column. Trajan.* pag. 247.

(*h*) Reineſ. pag. 112. in not. ad Epig. 71. I.

(*i*) Pag. 111. n. 69.

(*k*) Pag. 114. n. 74. I.

(*l*) In not. ad hanc ex Gruter. LIV. 5.

(*m*) Pag. 116. n. 76. I.

(*n*) Pag. 117. n. 78. I.

* Vid. ad hanc not. Reineſii.

(*o*) Pag. 118. n. 80. I.

(*p*) Pag. 92. ſect. III. n. XLIII. Hanc variantem a Reineſio videlis ad Claſſ. I. ubi de *Mercurio*.

(*q*) Reineſ. pag. cit. n. 81. I.

* Vid. ejuſdem ad hanc not. prope fin.

* * Vid. Gruter. pag. LIV. n. 13. qui eam ponit *ad Veronam in pago Scaligerorum*, & Reineſ. in cit. not. pag. 119.

(*r*) Reineſ. pag. 120. inquit: *In patina argenteæ fundo interiore legitur* memorata Inſcriptio, non in lapide.

(*s*) Pag. 121. n. 83. I.

(*t*) Pag. cit. n. 84.

(*u*) Pag. 122. n. 85. I.

(*x*) Pag. 123. n. 86. I.

(*y*) Pag. cit. n. 87. I.

(*z*) Pag. 124. n. 88. I.

(*a*) Idem loc. cit.

(*b*) Pag. 123. n. 86. I.

(*c*) Fabret. pag. 76.

(*d*) Pag. cit. n. VIII.

(*e*) Reineſ. pag. 127. n. 92. I.

(*f*) Pag. cit. n. 93. I.

(*g*) Pag. 128. n. 94. I.

* Lib. II.

(*h*) Reineſ. ad hanc in not.

(*i*) Pag. 128. n. 95. I.

(*k*) In *Lacon.*

item? Deos *Aquatiles* (*a*) mergis ablegemus. *Neptuni Dialis* (*b*) recte diſplicuit Reineſio, ſed diſplicere debuit & *Sacrum Voto Sacravit*: nec minus *Numiſius* Neptunum iterans (*c*), & nugas loquens. Heroem *Nemauſum*, quem unum ex Herculis poſteris volunt, cum *Deo Silvano*, & *Libero Patre* (*d*) nimis audacter ſociatum video: illius *urbis excitatæ occaſionem & tempus* mire docuit Poldus (*e*); qui dum ejus campos lapidibus infeſſos dicit, quod Herculi, cum a Gigantibus quibuſdam ibi premeretur, deficientibus telis, Juppiter imbre lapidum immiſſo opem tulerit; adducit me ut credam, Veronenſem quoque agrum ab Hercule aliquando peragratum, meaque præſertim prædia quædam, inque iis a Gigantibus quam plurimis infeſtatum fuiſſe, & a Jove eodem opis genere perliberaliter adjutum.

Clypeum lapideum (*f*) nemo viderat, & quidvis aliud Seldeno credam quam pro clypeo lapidem habendum. Æſculapius *Epidaurius* (*g*) medeatur ſibi, & ſingulariis * ſuis. Ligorianam *Pollam* (*h*) fruſtra perquiſivit in hiſtoria Reineſius, *Celerem* autem & *Quintilianum* Conſules *indictos Faſtis* e Frontino reſtituit (*i*).

Poſt *jocularium* (*k*), quæ non *ſeculum ſemibarbarum*, ſed recentiores ſapit nugas, Caracalla accedit (*l*) ſine Antonini nomine, quo ſemper, & cum *Severi* cognomine, quo numquam uſus. Fuſe illuſtratur (*m*) Opitianum *Sacrum*, quod *Gemellus Conſacravit*.

Fortunæ *Barbatae* (*n*), *Gratae*, & *Statae* (*o*) Minervæ *Fatidicae* (*p*), *Deæ Gyrrheſticae*, vel *Syriſcae* (*q*), Virgilianæ Copæ (*r*), ut videtur, affini, cui *Donum Dedit* nemo; *Iſidi Frugifero* (*s*), & *Fortunæ Tulliæ Inſulae Aedium* (*t*) cui libet, ſacrificet.

Nec Tomaſini *Pauſarii* placent, nec Salmaſii eo loco *Aurarii* ab *Argentariis* (*u*) diſtincti, inſuetaque lapidibus forma utentes *Aedificavimus*.

Seldenianum, vel potius Camdenianum *Deum, Qui Vias Et Semitas Commentus Eſt*, (*x*) illi cognatum opinor, qui commentus eſt ineptos lapides, Inſcriptioneſque quamplurimas. Sponius (*y*) quoque ab *Oxonienſibus* (*z*) arripuit, ſed nec *T. Irdas* probatur, quem in minime affinem *Herbaſiam* gentem ſtatim transfert Reineſius in *Campenſi* tantum tabula (*a*) memoratam, nec *Vitalis Etecos*, nec ſigla ἀκροθίνια S. C. F. V. ab inepta interpretatione *Sacro Facto Votum Solvit* (*b*) minime comprobata, aut defenſa.

Digna (*c*) *perpenſiore cogitatione*, ut pote *aliquid reconditæ eruditionis ſubminiſtrans* viſa eſt Reineſio, quæ mera fabula eſt: *Pan Deus Arcadiæ*, ac *nemorum bellique potens* (*d*) in nulla hactenus votiva tabula apparuit (*e*), quod meminerim: ubi forte appareat, *Lucidi* titulum certe non præſeferet; nec *Lycæus* ἀπὸ λύκης *ideſt a luce deſumtum* videri quibuſvis aliis poterit. *Uxor Dulciſſima* funus ſapit, nec cum ſubſequentibus V. S. coaleſcit: viſitur hæc Inſcriptio inter Rubei

(*a*) Reineſ. pag. 129. n. 96. I.
(*b*) Pag. 130. n. 97. I.
(*c*) Pag. 138. n. 100. I.
(*d*) Pag. 148. n. 107. I.
(*e*) In *Libello Antiq. Nemauſ.* Edit. Lugd. A. 1559.
(*f*) Reineſ. pag. 149. n. 108. I. Iſtiuſmodi Clypeus public. a Jano Seldeno J. C. Anglo *Lib. pecul.*
(*g*) Pag. 152. n. 114. I.
* Verſ. 2. D. P. P. *Deo Propitio*. Hæc interpretatio inter ceteras magis placet Reineſio pag. 154. in not.
(*h*) Pag. 154. n. 115. I.
(*i*) Reineſ. ad cit. Epig. in not. de his Conſulibus ſuffectis. Vid. quæ melius adnotavit Cl. V. Joannes Polenus ad *Frontini de Aquaduct. V. R. Comment.* Art. cit. pag. 185. & ſeq. edit. Patavii 1722. in 4.
(*k*) Pag. 156. n. 118. I.
(*l*) Pag. cit. n. 119. I.
(*m*) In not. ad Epig. 120. I. pag. 157. cui ſubdit: *Vidit Opitius* Lib. II. *Silv. poet.* pag. 108. *repetumque Schedæ* Monav.
(*n*) Pag. 159. n. 121. I.
(*o*) Pag. 160. n. 122. I. Reineſ. in not. inquit: *Suſpectum eſt prædicatum hujus Fortunæ; malim* STATAE, *quam nominat lapis Romanus* 5. LXXIX.
(*p*) Pag. 165. n. 128. I.
(*q*) Pag 166. n. 130. I. „ Deam CYRIST. interpretatur Reineſ. „ CYRRHESTICAM, Cyrrho, a quo & nomen regioni Κυῤῥηστικῆς, urbi Syriæ Coeles vernaculum Numen: In ea præcipue poſt Cyrrhum Hierapolis, & Berrhæa: Ptol. & Plin. „ Lib. V. cap. 23. Non fallet ſi quis SYRISCAM hic adpellari „ dixerit. Eſt enim eadem cum Dea Syrorum vel Aſtarte, „ quam pro Junone, Luna, Venere habuerunt Orientales „ etiam notam Scriptoribus ſacris.
(*r*) In Catalect.
(*s*) Pag. 169. n. 137. I.
(*t*) Pag. cit. n. 138.
(*u*) Pag. 170. n. 139. I. Vide quæ heic notantur a Reineſio.
(*x*) Pag. 171. n. 141. I.
(*y*) Pag. 114. Sect. III. n. 5.
(*z*) Prideaux *Marmora Oxonienſia* in Append. n. IV. pag. 309. iterum Cl. Gabr. Lancillottus Caſtello Princeps Turriſmutiæ &c. *Antiche Iſcrizioni di Palermo* pag. 81. De iſto Deo *Viali*, ſeu viarum Cuſtode confer Seldenum *Syntagm. de Diis Syris* Lib. II. cap. 14. & Everard. Otton. *de Tutela Viarum*.
(*a*) Gruter. pag. DCCLXXXVIII. n. 9. *Romæ apud Card. Carpenſem*. τὸ FESTI. VRBASI. &c. habes in alia Gruteriana pag. MLXXXII. num. 15.
(*b*) Vid. ad hanc in not. Reineſ.
(*c*) Pag. 173. n. 146. I. & ex Thomaſ. *de Donar.* C. XV. quæ ſic incipit:

L V C I D O . P A N I &c.

Variantem videſis in *Supplem.* ubi de *Neptun. & Pan.* ex Sponio pag. 85. Sect. III. n. 29. qui hanc Epig. ponit *Romæ*, & hæc adnotat: „ Panem Arcadum proprium numen fuiſſe, ob regionem montoſam, & ſylvoſam, & „ in ea ſive montem, ſive Saltum λαμπτῆρα eidem Sa- „ crum, e Pauſania ſcimus: unde λαμπτῆρα *Pana* forte „ interpretatus eſt Romanus homo, *Lucidum*, quaſi ita „ ἀπὸ λαμπάδος agnominatus fuiſſet „.

Mitto quæ ſatis erudite de *Lucidi* titulo huic Numini dato ad cit. Epig. ſcribit Reineſius, ſolum addens, quod PAN quamvis habitus ſit, totius naturæ Deus a Πᾶν *totum omne*: attamen peculiariter a Paſtoribus colebatur, & maximo honore in montibus Arcadiæ, ut Deus pecoris, (*Ovid. II. Faſt.*) & venatus præſidem fecerunt venatores, quia montibus plerumque gaudent (Zoſim. Thaſius Lib. VI. *Antholog.* Cap. XV. Epig. 11.) Pingitur enim cum cornibus in radiorum ſolis, & cornuum Lunæ ſimilitudinem: rubet ejus facies ad ætheris imitationem, in pectore Nebridem Stellam fert ad Stellarum imaginem. Cur igitur *Lucidi* titulum præſeferre non potuerit? vel ad Cœleſtium rerum pulchritudinem & ſtellarum lucem ſignificandam, vel ad denotandum ejus cultum præcipue in montibus & lucis; Nam Quint. L. I. C. 6. *Lucum* dici putat per antiphraſim, quod umbra opacus parum luceat. Cum PAN Deus agreſtis, & montanus fuerit, & ex ipſo Maffejo Virgilii auctoritate Ecl. IX. v. 26. Georg. III. verſ. 393. & Valer. Flacc. III. v. 48. *Deus Arcadiæ*, ac *nemorum*, *bellique potens* ſit appellatus.
(*d*) Vid. Virgil. & Valer. Flacc. loc. cit.
(*e*) Ara PANI Deo ſacra *Hiſpelli* extans cum ejuſdem protome

bei (*a*) *Brixianas* anaglyphis figuris ſuppoſita, ſed figuratum marmor Brixiæ vidi nulla Inſcriptione præditum.

Poſt *Camulum* (*b*), & *Caſtorem* (*c*), nobis *Deum Cautem* (*d*), & *Cautum Pantheum* (*e*) Reineſius memorat; at quæ hic mutilate, ut videtur, legitur, *C. Antii* monumentum indicat potius, quam Dei Cautis honores: *Brixienſis* illa a Grutero quidem *Cauto Pan* adſignatur, & *Cauto Patri* a Rubeo (*f*), qui *Panis* ſimulacrum gratis ei ſuperſtruxit, ſed extat in pago *Sale* ad Sebinum lacum, & ἐπιχωρίῳ numini ſic inſcribitur CAVTOPATI.

Tria Holſtenii & Lambecii nuda numina (*g*) miſerando verborum ornamento Langermannus * auxit, & inſtruxit, *Faciendam Dederunt*. Iiſdem auctoribus, votivi marmoris nova formula ſic deſinentis; *Fidei Concord. P.* (*h*) Genius *C. Julii Caeſaris* (*i*), *Pacifer* (*k*), *Ugicus* (*l*), *Horithya* (*m*) male hic, & apud Sponium (*n*) ſpiritu denſo aucta, & litera una mulctata, cum ſit Orithyia ὠρίθυια.

Di Lapidarii non videntur, nihilque melioris notæ tot monſtrorum *Matres* (*o*), & *Aufaniae* Matronae (*p*), cum *Adeulens Vaßedon* (*q*), quo loco *Auguſtis* & *Vaſio Vocontiorum* mire ſubſtituit Reineſius.

Deam Nehaleniam (*r*) eradere non auderem, ſed animum, quin valde ſuſpicetur, cohibere nequeo; tot enim lapides *materiæ fragilitate non admodum creta diſſimiles*, ita ut *qui pulverem ſetaceis ſcopis removeret, multum etiam ex lapide ipſo ſimul abraderet* (*s*), tam longa tuliſſe ſecula, atque epigraphes ſuas firmiter retinuiſſe, quis non obſtupeat? quis ægre non recipiat eam novitatem Romanorum nominum? *Fletus* (*t*), *Nertomarius Nertonus* (*u*), *Statto* (*x*), *Exomnianus* (*y*), *Sumarionius* (*z*), *Feſtius* (*a*), *Dacinus?* (*b*) quis audiit *Merces* (*c*) a Diis *Rite Conſervatas?* aut pro Britanno (*d*) *Britannicianus?* Nehaleniam ergo cum *Dea Nympha Brigantum* (*e*) parum abeſt quin copulem.

In *Legione XIII. Gemina* quodnam gerebat munus *Rufinus*, pro *SanCtiſſimo Antonino* (*f*) deprecans? ſed ancipites, & quæ *propter ſcriptum ambiguntur*, ut de cauſis dicebat Cicero, tranſilire conſtitui. *Deum*

---

tome edita fuit a Cl. Gorio *Florentiæ* 1731. *In Aras Deorum & Antiqua Monumenta addita Inſcriptionibus Donianis Obſervat.* pag. XLVII. & ſeqq. Tab. IV. n. III. in qua legitur:

DEO . SANCTO
T. FLAVIVS . T. L
ATIMETVS
ET FLAVIA . SA
BINA . LIB
GRATIAS
NVMINI
TVO . DEDI
CARVNT

PANOS *nomen in hac ara reticetur, ſed tantum* (ut recte advertit Gorius) DEO SANCTO *inſcribitur, ac dedicatur: id enim ſupervacaneum viſum eſt, quum ejus effigies exhibeatur.*

Alia votiva Epig. apud Murat. pag. LVI. n. 4. qui ponit apud *Leucadem in Bœotia*.

ΔΑΜΟΤΙΣ ΠΑΝΙ
ΑΝΕΘΗΚΕ
ΤΙΜΑΡΕΤΟΣ ΠΑΝΙ

(*a*) Pag. 150.
(*b*) Pag. 177. n. 150. I.
(*c*) Pag. cit. n. 151. I.
(*d*) Pag. 178. n. 152. I.
(*e*) In not. ad cit. Epig. inquit Reineſius: „ DEVM CAVTEM. „ & CAVTVM PANtheum obſcuriſſimæ religionis & origi- „ nis exhibet *Romana* 4. LXXXIX. & *Brixienſis* 5. ibid.
(*f*) *Mem. Br.* pag. 146.
(*g*) Reineſ. pag. 178. n. 144. I.

CONSO
NEPTVNO
ATQVE AECATAE.

* In not. ſubdit „ Sic exhibuit e Spicil. Holſteni Lambe- „ cius: ſed in ſchedis Langermanni ſane quam curioſe „ confectis cum hiſce continuantur ita:

M. VLPIVS . ARFVINIVS . FLOR.
L. FOVRIVS . FACIENDAM . DEDERVNT

(*h*) Pag. 180. n. 157. I.
(*i*) Pag. 183 n. 164. I. ponit *Bajis in Villa C. Julii Caſ. baſi Statuæ inſcriptum*, ex Scip. Maz. *Antiq. Puteol.* C. 21. Capac. L. II. C. 23. pag. 700.

(*k*) Pag. 184. n. 166. I.
(*l*) Pag. 186. n. 169. I.

V
GI CO &c.

„ Leg. (ait Reineſ.) GYLIO; ita Hercules *in Puteol.* 7. „ XLVI. vocatur. Rationem docere nos vult Gyraldus *Synt.* „ D. X. & *de Herc.* f. 546. 548.

(*m*) Pag. 188. n. 170. I.
(*n*) *Miſcel. Erudit. Antiq.* Sect. III. n. 51. pag. 95. Reſtitutam ex Maffejo videſis ad Claſſ. I. ubi de Nymphis in *Supplem.*.
(*o*) Pag. 187. n. 172. I.
(*p*) Pag. 188. n. 175. I. ubi verſ. 1. & 2.

MATRONIS AVFA
NIABVS &c.
non *Matronæ Aufaniæ*.

(*q*) Pag. cit. n. 174. I. ponit *Vaſione Vocontiorum*.
(*r*) Pag. 190. & 191. Claſſ. I. ubi DEAE NEHALENNIAE octo Epigraphes dicatæ leguntur, repertæ fuere *Domburgi in Zelandia*, *Vicino VVeſtcapellæ pago*. Ultimam ſub n. 184. refert Murat. CVIII. n. 2. ex *Montfauconio*, at variantem. Huic DEAE alias duas ex ipſo Maffejo *Inſcript. Var.* CDLIX. n. 2. 3. retuli ad Cl. I. ubi de *Auguſto* &c. ac *aliis Antiquor. Diis*.
(*s*) Integræ referam, quæ ad cit. Epigrammata ſcribit J. Fred. Gronovius relata a Reineſio p. 191. ut melius hic N. A. ſenſus percipiatur. „ Erant inciſæ omnes lapidi albo cre- „ tæ non colore, nec materiæ fragilitate admodum diſſi- „ mili. Qui enim pulverem, vel ſetaceis ſcopis, removeret, „ multum etiam ex lapide ipſo ſimul abradebat, litera- „ rumque ductus delebat, ita ut ætatem laturæ minime „ viderentur. Erant autem, uti dicebatur, erutæ ex loco „ ei pago admodum vicino, ubi ſacellum videbatur fuiſſe, „ quod dudum arenis obrutum oculis ac memoriæ homi- „ num ereptum fuit; demum a foſſoribus, qui fortuito „ in illud inciderant, detectum fuit, hominibuſque viſen- „ dum redditum. „ Confer alia, quæ ad hanc addit Reineſius p. 192. & Cl. Saxius cap. III. *Schol. in Reineſ. Syntag.* Claſſ. I. n. 184.
(*t*) Pag. 191. n. 184.
(*u*) Pag. cit. n. 183.
(*x*) Pag. cit. n. 182.
(*y*) Pag. cit. n. 181.
(*z*) Pag. 190. n. 180.
(*a*) Pag. cit. n. 179.
(*b*) Pag. cit. n. 178.
(*c*) Pag. cit. n. 177.
(*d*) Pag. & n. cit.
(*e*) Pag. 193. n. 185. I. ponit *in agro Brigantum*. Selden. publicavit cum *Arund.*
(*f*) Pag. 193. n. 187. I.

Deum Vincium Pollucem [*a*] minime anceps rejicio, ut exoticam loquutionem illam *Taurobolium Monere*, vel *Movere* [*b*], quam iterat Grævius *Aemobolium Monens*, & *Quatuorvir* (nam *Quatuorviris* legere dedecet) addens *Primo Et Juſto* [*c*]. Qui *Langermannicam* [*d*] falſi damnaret, *Matronius Ominicinus Virıdex*, jure uteretur optimo; genuina quidem erat apud Alciatum, *Matronis Q. Minitius Vindex* [*e*], at qui ſic transformat, non deturpat veterem, ſed novam condit: ni Alciati illa emerſiſſet, *Matronas Ominicinas* conſecrare nos jubebat Reineſius.

Ad *Jovem Dolichenum* [*f*] tauri dorſo inſiſtentem, cujus imago ectypa in *Muſei noſtri* * lapidea tabula viſitur, explicandum, momenta eſſent maxime in *Junone Dolichene* ſupra cervam pariter ſtante; ſed cum *ſtemma*, tum arbitrariam, & ſibi adverſantem Inſcriptionem, *Junoni Aſſyriæ Reg. Dolichenis* [*g*] e Ligorio Spanhemius hauſit. Hauſit miſere ex eodem idem Spanhemius *Deas Patrias* [*h*] cum *Sua Pecunia*; &, ut Reineſius explicat, *Electum inter Prætorianos Legionis*; * *Minervam Paciferam* [*i*], quam cum *Sole* [*k*], *Apolline* [*l*], *Genio* [*m*] *Paciferis* omnibus infra copulabimus; *Dianam Amarinthiam* [*n*], quam Reineſius *Nympham Formoſam* * prædicat, & male Fabrettus [*o*] auget *Soluto ab Arſace Pecunia ſua Voto*, poſtquam præceſſerat *Amarinthus Dono Dat*; Dianam *Piſtiam* [*p*], quam *Fiſicam* Reineſius * creat; *Raſianam* [*q*], in qua *Sacrum* inepte poſt dicantium nomina; Cererem *Piſtiam Conſentem* ab *Amarantho Amathio* [*r*] cultam; *Robigum* [*s*] alibi improbatum; * *Plutonem* [*t*] (utrum genuinis lapidibus agnitum nomen ambigo, quamvis ſimul cum *Raſiana* amplexaverit Fabrettus [*u*]) *Nervianium*, & *Proſerpinam Nervianiam*, die a Conſulibus diſtracto, & formulis inportune poſitis; *Angitiam Angeronam* cum *Sole Pacifero* [*x*]; *Faunum* cum *Satyro*, & *Leimoniadis* [*y*]; Deam *Luam* [*z*] a Livio [*a*] ſumptam, qui *Matrem* indigitat; *Terminum Privato Ambitu* [*b*]; ſepulcrum denique cum SIGN. HER. DD. & *Signo Simil. familiæ*, & *Vrnis XXIX. Cum Suis Operculis Et Lychnulis* [*c*]. Qui Ligorium [*d*] Latine neſciſſe tradiderunt, hæc præcipue inter alia multa ab eo monumenta elaborata profe-

(*a*) Reineſ. pag. 209. n. 218. I.

MARTI . VINCIO &c.

apud Gruter. pag. LVIII. n. 8. POLLVCEM *vero eodem vocamento adfici, rarius & fortaſſe nuſquam præterea legitur*: Fatetur ipſe Reineſius ibidem.

(*b*) Pag. 211. n. 120. I.

(*c*) Pag. 212. n. 121. I.

(*d*) Pag. cit. n. 122. I. *ex Sched. Langerm.*

(*e*) Gruter. MXVI. n. 6.

(*f*) Pag. 214. n. 225. Sub *Stemmate Jovis tauro inſiſtentis*.

* Pag. LXIX. Tab. I. n. 2. Sub d. Imagine Jovis legitur:

L. VALERIVS A . . . .
QVOD SOMNO MON . . . . O
COMPOSI . . . . V. S

(*g*) Pag. 214. n. 226. I.

(*h*) Pag. 213. n. 224. I.

* Ad hanc *in not.* prope *fin.* pag. 214.

(*i*) Pag. 215. n. 228. I.

(*k*) Pag. 220. n. 236. I.

(*l*) Pag. 238. n. 274. I.

(*m*) Pag. 245. n. 294. I.

(*n*) Pag. 216. n. 229. I.

* In not. ad hanc pag. cit.

(*o*) Hanc Epig. iterum referam, ut quiſlibet ex ſe videat, an Fabretti Supplementum *de Col. Traj.* cap. VIII. pag. 247. cum *Reineſiana* recte conveniat reperta *Romæ in ruinis Fori*:

AMARYNTHIAE . DIANAE
LYMPHAE . FORMONI
M . AVRELIVS . M . AVRELI
AVG . LIB . AMARINTVS
D . D

Reineſius pag. cit. 216. n. 229.
„ Hanc ſupple (inquit Fabret. l. cit.) ex MS. Bibl. Barber.
„ ubi Aecoox extare dicitur:

ET . IVNIA . PATERNA . AR
SANE . LIBERTA . P. S. V. S. L. M.

(*p*) Pag. 216. n. 230. I.

* Vid. ad hanc ejuſdem not.

(*q*) Pag. 217. n. 231. I.

(*r*) Pag. 217. n. 232. I.

(*s*) Pag. 218. n. 233. I. * Lib. III. cap. III. col. 210. Videſis not. (*a*) col. 211.

(*t*) Pag. cit. 218. n. 234. I.

(*u*) De *Col. Traj.* pag. cit. 247. PLVTONI votivas epigraphes reperies apud Gruter. pag. XCVII. n. 4. MXV. 7. PLVTONI ET PROSERPINAE. XCVII. 3. DCCXCIV. I. & apud Gor. *Inſcipt. Antiq. Etr.* Par. III. pag. 90. PLVTONI EDEISIO. ex Gud. LX. 5. *In 1. lin. legendum videtur* ADESIO, (inquit Gorius) *quod cognomen* Plutoni *Deo Infero tributum* ἀπὸ τῆς ᾅδης videtur. CL. N. A. in *Muſ. Veron.* pag. XXXIX. in qua ex ejus verſione pag. XL. col. 2. legitur, quod *P. Licinius &c. Templa etiam Abundantiæ, & Proſerpinæ, & Plutonis fanum &c. inſtauravit*. Scribit Pauſanias in *Attic.* Plutonis & Amphiarai ſtatuas quodam in loco fuiſſe apud Athenienſes, Gruter. pag. MXV. 7. ponit *Vicentiæ in S. Maria in Monte Summano fragm. aræ*, præter alias Epig. cit. in quo legitur:

PLVTONI . SVMMANO
ALIISQ . DIS . STYGIIS
. . . .

„ SVMMANVS erat (ait Roſin. *Antiq. Rom.* Lib. II. c. XV.
„ pag. mihi 166. B.) quaſi Summus Manium, cui (ut Plin.
„ ſcribit Lib. II. c. LII.) attribuebantur *nocturna fulmina*.
„ Hujus ſimulacrum fictile in faſtigio templi Jovis Opt.
„ Max. fuit, quod cum cœlo ictum eſſet, nec uſquam ejus
„ caput inveniretur, Haruſpices in Tiberim id depulſum
„ eſſe dixerunt: idque inventum eſt eo loco, qui eſt ab
„ Haruſpicibus demonſtratum. Cic. *de Divinat.* Plin. vero alio in loco (Lib. XXIX. cap. IV.) meminit *ædem Juventutis* & SVMMANI. SI PLVTONI dicata erant Templa, Ædes, Aræ, & ſimulacra, cur ambigimus de Inſcriptionibus.

(*x*) Pag. 220. n. 236. I.

(*y*) Pag. 221. n. 237. I.

(*z*) Pag. cit. n. 238. I.

(*a*) Lib. VIII.

(*b*) Pag. 222. n. 239. I.

(*c*) Pag. cit. n. 240. I. Ad hanc enim ait Reineſ. „ ALFIVS
„ &c. commune pro gentilibus ſuis Monumentum vivus
„ fecit, eique Signum HERCULIS, tanquam tutelatoris De-
„ dicavit; addidit SIMVL ſignum Genii ejuſdem Familiæ
„ Alfiorum . . . . . . Monumentis etiam jus ollarum, ſeu ur-
„ narum cinerariarum, ſive fictilium, ſive lapidearum, ſive
„ marmorearum, modo plurium, modo pauciorum inhæ-
„ rebat. In 145. Cl. XIV. mentio fit ollarum XXIV. in 53.
„ Cl. XVI. Scholæ ollarum XV. Et cum eſſent hypogæa ad
„ loculos, ſeu capulos urnarum, qui ollaria vocantur in 9.
„ DCCCCSXXV. adpendebantur lucernæ, quæ hic LYCHNV-
„ CHI. Dio *in Domit.* λυχνοῦχος μικρὸς, ὅπως ἐν τοῖς μνημείοις κρεμάννυται.

Schrevel. *Lexic. Græco-Latin.* iter. edit. Patavii 1752. in fol. ait v. Λύχνος, lychnus, lucerna. q. a λύειν νύκτας, ſolvere noctem, & tenebras.

(*d*) De Ligorio vid. quæ ex Muratorio *Nov. Theſ.* pag. I. & II. adnotavi.

profecto non obſervarunt. Concinne inter illa *Dea Dindymena* (*a*) bilinguis, quamvis ab alio deducta fonte, inſerta eſt. De *Græviana*, quæ Sponio (*b*) quoque mire placuit, quid eloquar? Marſupio mire conſuluit, qui tot majorum gentium Numina tabula una demereri voluit; verum ad *Jovem Summum* (*c*) quid faciunt præſignati canes venatici? & cur invicto Marti Pax contubernalis datur? cur pro ſingulariis D D verbum *Dat* dare claudit? Non tam *Elegans* eſt quam ridicula *Cicereia Sacrum* (*d*) præpoſtere inſcribens.

Ad *Apollinis* tuendum *Votum Tiberii* (*e*) prænomen dele, ut Claudio Gothico aptetur. *Jovem Cæleſtinum*, & incongruam *Profeſſionem Soluti Voti* elicit Auctor noſter e *Caeler* (*f*), & P. S. V.

Ligorius tam importune *Patrem Patriæ* innominatum intruſit, quam inepte votivam tabulam a *Stephano Jovi* exhibitam Piſtorum Collegium Dedicans (*g*): iteravit hanc Sponius (*h*). Eumdem cognomenta ad gentilitiorum morem ſæpe inflectentem vides, ita ut nedum *Occium* (*i*) & *Vaſcularium* (*k*), ſed *Marium* quoque eo loco habeat, *Signum Jovi Stygio* (*l*) ponentem.

Poſt *Dianam Invictam Et Victricem* (*m*), poſt involucra notarum, ac verborum plura (exempli gratia (*n*) *Iblio Mar C. Trever*) *Deum Mercurium Moccum Maſcl. Maſculus* (*o*) colit. *Arrius* (*p*), *Aurelius* (*q*), *Albanius* (*r*), *Verratius* (*s*), *Fuſius* (*t*), *Ancharius* (*u*), *Paccius* (*x*), cum pro cognominibus dantur, unde exeant, noſcis.

Deus Camulus (*y*) & *Aſiamenes* (*z*) ſingulariis * conſulant ſuis. Ineptit qui *Ex Voto Libens Solvit* (*a*), & eadem tabula * *Libens Votum Reddit*: ad hæc magis (*b*) qui *Luſtrum LXX. Poſt Romam Conditam* memorat, & nugas congerit plures. Verum quid operam perdo? ab iiſdem Ligorio, (*c*) & Langermanno, quæ in hac claſſe conſequuntur, emanarunt omnia; uno itaque verbo dicam, ſingula fere tibi ſuſpecta ſint: fruſtra quidem hac illac videas e genuinis decerpta, ſed raro epigrammata occurrent, in quo acutius inſpicienti aliquid non diſpliceat. Reineſium noſtrum bona fides, & harum rerum fatalis quædam tenebricoſitas eo uſque perduxere, ut hanc quoque, ſi Diis placet, ſerio exciperet, & pariter eruditione conſpergeret ſua:

HERCVLI P.
ENDOVEL.
TOL. V. V.
OSCA
DEIS. TVTEL
COMPEDIS
VRSOS. TAVROS
AVES. MARINAS
QVONDAM. D. D. (*d*)

Quam plura inter Opera Publica viſuntur ædificia vel diruta omnino & disjecta, vel nulli umquam ſolo credita; ſed Poetico tantum male feriatorum hominum cerebro fabrefacta. Minute haud perſequar: Julius, qui *Duxit viam* (*e*), *L. Lucius Proconſul* (*f*), *Variſci Triumviri Ancharia* (*g*), quam

(*a*) Pag. 219. n. 235. I. Adi ad hanc Reineſ. not. Hæc Epig. partim eſt græca, & partim latina.
(*b*) *Miſcell. Erud. Antiquit.* Sect. III. pag. 72. Hanc refert etiam Reineſ. pag. 226. n. 244. I. at mutilam; qua de cauſſa iterum ego ex Spon. in *Supplem.* obi de *Jove*. Ibidem videſis quæ ad eam adnotavi.
(*c*) Reineſ. pag. cit. 226. n. 244.
(*d*) Pag. cit. n. 245. I.
(*e*) Pag. 229. n. 229. I.
(*f*) Pag. cit. n. 250. verſ. 3. in lapide CELER. Vid. not.
(*g*) Pag. 231. n. 254. I.
(*h*) *Miſcell. Erudit. Antiq.* Sect. II. Art. XI. pag. 64.
(*i*) Reineſ. pag. 231. n. 256. I. Vid. ejuſd. ad hanc not.
(*k*) Pag. 232. n. 258. I.
(*l*) Pag. cit. n. 257. I.
(*m*) Pag. 233. n. 259. n. 260. I.
(*n*) Pag. 234. n. 264. I.
(*o*) Pag. 236. n. 266. I.
(*p*) Pag. 237. n. 271. I.
(*q*) Pag. 238. n. 274. verſ. 5.
(*r*) Pag. 241. n. 283. I.
(*s*) Pag. 245. n. 293. I.
(*t*) Pag. cit. n. 295. I.
(*u*) Pag. 246. n. 296. I.
(*x*) Pag. 247. n. 299. I.
(*y*) Pag. 237. n. 271. I. Gruter. pag. XL. n. 9. CAMVLO IOVI &c. Fabret. emendat pag. 1. SATVRNO MARTI. & pag. LVI. II. CAMVLO SANC &c. Hanc *Reineſianam* non rejicit Eruditiſs. Saxius.
(*z*) Reineſ. pag. 237. n. 272. I. verſ. 4.
* verſ. ult. C. P. A. A. R. F.
(*a*) Pag. 238. n. 274. I. * verſ. 8. & ult.
(*b*) Pag. 239. n. 275. I.
(*c*) De Inſcriptionibus Ligorianis videſis quæ in Monito, ut dixi, ex Muratorio adnotavi.
(*d*) Pag. 244. n. 292. I. ponit *Toleti in Domo Profeſſa PP. Societ. Jeſu*. Adi Reineſ. not.
(*e*) Pag. 257. n. 21. II.
(*f*) Pag. cit. n. 22. II.
(*g*) Pag. cit. n. 23. II. En titulus ut in Reineſio, & Gorio *Inſcript. Antiq. Fæſul.* Part. II. pag. 77. n. 1. ex *Schedis L. Holſtenii*, *Fæſulis*.

L. MAGILIVS L. F. PAVLLI
NVS. VARISCVS. III. VIR
SIGNVM. ANCHARIÆ
SVA. PEC. RESTITV.
L. D. D. D.

Reineſius ad hanc in not. de *Variſci* cognomine ambigit: *fortaſſe* (ait) *fuerit Laciſcus, quo de ſupra; an Variſcus a Vario, ut Variolus*. At de ANCHARIA hæc adnotat: „Vexatiſſimum Tertulliani in *Apologet.* C. 24. & L. II. „*ad Nation.* cap. 8. locum, quo vel Aſculanorum, vel Æ„*ſulanorum*, vel *Æſculanorum* NVMEN *Anchariam* reperiſ„ſe putarunt, rite reſtituemus, ſi ex hoc ſaxo legerimus „*Fæſulanorum*. Recenſet enim Tertullianus Deos a Municipiis præſertim Hetruriæ adoptatos. Aſculani autem, „& Æſulani Latii, Hetruriæ vero Fæſulani erant, Plin. L. „III. C. 6. L. VII. C. 13. quos *Anchariam* velut pro„priam & localem veneratos e ſigno ibidem refecto in„telligimus „. Cui conſonat Eruditiſs. Gorius in not. ad cit. Epig. ubi pag. 88. præter alia ſcribit „Fæſulanorum „peculiaris Dea fuit ANCHARIA, cujus diſerte memi„nit allata ara. Hujus Numinis imaginem ſeu vetuſtate, „ſeu alio quovis caſu collapſam privato ſumtu reſtituit „L. Magilius &c. cum Triumviratus honore in eadem „Colonia fungeretur „. Et adfert cit. Tertulliani locum his verbis: *Unicuique etiam provinciæ, & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Atargatis &c. Caſinienſium Delventinus, Narnienſium Viſidianus*, Fæſulanorum ANCHARIA . . . . „Librariorum incuria (pergit Gorius) vexatiſſimum hunc „Tertulliani locum ope & auctoritate hujus marmoris „reſtituit antiquariorum lumen Reineſius Cl. I. n. XXIII. „qui hanc Inſcript. evulgavit: nam pro *Fæſulanorum* in „codi-

quam nemo vidit, e Tertulliano ſumpta, pagina jacent una. Piſcinam (*a*) Capacianam, Vias Urbis *Decreto Decurionum Stratas* (*b*), Metellinorum erga *Typum Apollonium Amorem Nimium* (*c*), mirus eſt Reineſius, qui exornare ſatagat. Quæ exinde uſque ad finem Latina epigrammata aggerantur, vel prorſus commentitia, vel ita deformata, ut nihil dicant, ubi *Fortunae* (*d*) & *Hiſtria* (*e*) fana, *Lucilium Juſtinum* (*f*), & unam forte præterea, atque alteram exceperis, reputa.

Malis avibus Imperatoris titulos auſpicatur *Urbis Et Orbis Herus* (*g*). Tertiam (*h*) non continuo improbarim, quod *Dea* non *Livia* elogium, ut Gualtherius ad *Siculas Tabulas* opinatur, ſed Municipii nomen, ſicuti *Dea Vocontiorum*, diſciſſo in marmore eſſe potuerit. Domitiani de *Cantiis* (*i*) Britanniæ populis ab eo numquam aditis trophæum *maſſa* ſignatum *plumbea* vidit Camdenus.

Epigramma *Divo Nerva Atavo* (*k*) incipiens, inviſum aliis in Romano Capitolio vidit Bartholinus, *Nerva* (*l*) quid *fecit Pylades ſub Cura Hebi PR*? Capacius *Rempublicam* (*m*) anteponeret oportebat, poſtponeret *Surrentinam*; nec *Magni* titulum *Hadriano* (*n*) adfigeret, vel Neptuni templum in Hadriani ſepulcrum ab Antonino converſum fabularetur, Ridicula (*o*) eſt, quæ *Roma in portu Calatarum*; incongrua (*p*), quæ *M. Verum Caeſarem*, ac *Divum Caeſarem*; & male habita (*q*) *Lilybetana*. Nec *Pro Conſule V.* nec Antonini Pii *filium*, (*r*) Severum dixerim, nec duo gignen-

„ codicibus perperam ſcriptum fuit *AEſculanorum*. Non-
„ nulli, ut Rigaltius, legerunt *Aſculanorum*, aliqui *AE-*
„ *ſulanorum*. Hujuſce emendationis rationem affert Rei-
„ neſius, quod Tertullianus Deos recenſeat a municipiis
„ præſertim Etruriæ adoptatos; Aſculani autem, & AE-
„ ſculani Latii, Etruriæ vero Fæſulani erant. Adſimi-
„ lem lapſum, memoratu dignum, obſervavit Vir Erudi-
„ tiſſ. Salvinus Salvinius in Hiſt. Canonicorum Florent.
„ Eccl. qui lapſus Scriptorum oſcitantia irrepſit in Acta
„ Concil. Oecum. Flor. in quo inter Patres C. S. legitur
„ *Bernotius Epiſcopus Eſculanus*; cujus profecto Epiſcopi
„ nulla fit mentio in Tabulis Eccleſiæ Aſculanæ, ſeu, ut a-
„ liqui dicunt, Eſculanæ: pro quo reponendus eſt *Beno-*
„ *tius Epiſcopus Fæſulanus*, ſeu, ut plures perperam ſcri-
„ pſere, *Feſulanus* e nobiliſſ. Federighiorum familia Flor.
„ ortus, qui revera Concilio Flor. ut in autographo eſt,
„ ſubſcripſit: qua quidem Actuum reſtitutione difficulta-
„ tum omnium ambages e medio tolluntur, in quas in-
„ cidit R. P. Jul. Ambr. Lucentius Ab. Ciſter. in Com-
„ pend. Ital. Sacr. ab Cl. V. Ferd. Ughellio illuſtratæ p.
„ 364. in quo Aſculanorum in Piceno Epiſcoporum ſeriem
„ producit.

(*a*) Idem Reineſ. pag. 272. n. 27. II. ponit *Abellas in Campania ex Capac. L.* 11. *Hiſt. Neap.* C. 30.

(*b*) Pag. 273. n. 28. II.

(*c*) Pag. 274. n. 31. II.

(*d*) Pag. 277. n. 39. II.

(*e*) Pag. cit. n. 40. II. Utramq. refert Urſatus in *Mon. Pat.* f. 235. Ex Iſtria Patavium in Ædes ſuas advexit Tomaſinus Æmonæ Præſul.

(*f*) Pag. 298. n. 87. II. ex Panvin. L. III. *Antiq. Veron.* C. 4. accuratiorem & integriorem dedit Mar. CDLXXI. 2. ex ipſo Maffejo, qui iterum protulit *Muſ. Veron.* CXXVI. 1. erudito commentario exornans.

(*g*) Idem Reineſ. pag. 300. n. 1. III.

(*h*) Pag. 301. n. 3. III. e *Gualt Mon. Sic.* Triſtan. T. 1. *Comm. Hiſt.* fol. 127. Hanc iter. ex d. Gualt. edit. Meſſanæ n. 308. Eruditiſſ. G. L. Caſtello Princeps Turriſmutiæ *Ant. Iſcr. di Palermo* in not. p. 193.

LIVIAE AVGVSTI
DEAE
MVNICIPIVM

Idem Triſtanus in Num.

ΘΕΑ . ΙΟΥΛΙΑ
ΣΕΒΑΣΤΗ

Ad quas Reineſius ſcribit: „ Ambæ ſunt de Livia Tiberi & & Druſi Cæſarum matre, quæ & adoptata in Julios, & poſt conſecrationem DIVA IVLIA:

Quæ Veneris formam, mores Junonis habendo
Sola eſt cœleſti digna reperta toro.

(*i*) Pag. 302 n. 8. III. ponit *in Cornaviis, litore quod mare Hibernicum proſpectat, ubi inventa maſſa plumbea, oblonga quadrata, quarum ſuperiori cancava inſcriptum:*

IMP. DOMIT. AVG. GERM.
DE. CEANG.

Cambdenus in Brit. pag. 488.

(*k*) Pag. 303. n. 9. III.

(*l*) Pag. 303. n. 10. III. ponit *Aquilejæ* e Schedis *Langerm.*

(*m*) Pag. 304. n. 14. III. *Surrenti ad Portam* a Capacio L. 11. C. 12.

IMPERATORI CAESARI... TRAIANI F.
..... SVRRENTINA RESPVBLICA.

(*n*) Pag. cit. n. 15. III. ex Capacio l. d. & *Mazellius Pute Ant.* C. 1. p. 27. ponitur *Puteolis in hortis Sanguiis lapis ad templum Neptuni, ibi quondam extructum; poſt Adriano pro ſepulcro conſtitutum ab Antonino Pio.*

(*o*) Pag. 308. n. 25. III.

(*p*) Pag. 309. n. 26. III. Reineſio Florentia miſit Donius ex *Inſcript.* Bened. Ramberti, uti poſitam *Hiſpali juxta januam Eccleſiæ primariæ.*

(*q*) Pag. cit. n. 28. III.

HEL. AVG.

RESP. COL. HELV.

AVG. LILYBIT.

DEVOTA. NVMINI

EORVM.

e Gualteri *Mon. Sic.* Triſtanus T. 2. *Comm. Hiſt.* fol. 16. Statuæ baſi inſcriptum.

„ Eſt (inquit Reineſ. in not.) de P. Helvio Pertinace Aug.
„ & Lilybæo in Sicilia a Carthaginienſibus condito oppido:
„ *Ecl. Legat. e Diod. Lib. XXII.* Bellis Punicis munitiſſimam
„ urbem fuiſſe conſtat &c. Cum igitur Coloniam Hel-
„ viam Aug. audimus, ab Helvio Aug. refectam, Colo-
„ nis novis inſtructam, ornatamque beneficiis intelligi-
„ mus; eoque ducit nos nummus Pertinacis, in quo duo
„ ſtemmata Herculis nudi tenentis dextra clavam deverſam,
„ habentis de ſiniſtro pendentes exuvias Leonis Nemei,
„ inſcriptum alteri lateri COL. alteri HEL. ob hæc non
„ abſurdum erit HERculem AVG. in ſaxo ſculptum putare,
„ quo tam Helvius Imp. quam HERcules, cui ſe parem
„ ferebat iſte, ſignificaretur „.

Hujus Herculis pereximia ſtatua extat Volaterris in Muſeo Guarnaccio, cujus protome affabre delineata habetur in *Supplemento* ad I. Claſs. ubi de Hercule.

De Lilybæo in Sicilia a Romanis exciſo plures epigraphes videſis ad Cl. XVI. ubi de Municipiis, & Coloniis; Et præſertim illam, quæ ibidem adhuc extat, in qua verſ. 2. legitur COL. AVG. LILYBIT.

Hæc enim Urbs a Carthaginienſibus erat condita, poſtquam Dionyſius Tyrannus Motiam expugnarat Carthaginienſium. Congregatos enim, quos ex illo reliquos fecerat excidium, Lilybæi collocarunt. Ita Diod. Sic. *Ecl.* Lib. XXII. T. II. p. 498. ex Edit. Veſſelingii Amſtelodami 1746.

(*r*) Reineſ. p. 311. n. 31. III. ex Fazel. L. VIII. *Sic. Dec. pr.* f. 153. hanc refert mendoſe & variantem a Sponiana *Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. V. p. 176. n. 3. & a G. L. Caſtello *Ant. Inſcr. di Palermo* pag. 8. n. XVI. qui ex lapide exſtante *Panormi in cavædio Palatii Senatus* exſcripſit, & ex eo iterum dedi in *Supplem.* ad Claſſ. XV. ubi v. 4. legitur PROCOS. abſque numerali nota V. ut habet Reineſ. v. 5. Adi ad hanc Celſiſs. Principis Turriſmutiæ eruditiſſ. adnotat. l. d. pag. 130. & ſeqq.

gignendi caſu nomina a nemine ſuſtentata addiderim, nec quæ votiva non ſit, literis DD. tabulam clauſerim, etſi in his crebro fiat.

Imperatorem Egnatium (*a*), *Arcum Triumphis Inſignem* Firmi ab Interamnatibus *Ob Amorem Juxta Cives* (*b*) erectum, *Aurelianum Auguſtum Principem Juventutis* (*c*), ſeu mavis *Principes Civitatis* * Imperatori *Dono Dantes*, pro joculariis habeto.

Cur memorem Municipium *Claudium* (*d*), *Maxentii* Manes (*e*), *Termantiam N. R.* Gratianique Conjugem *Piiſſimam* ab *Augure* cultam, & *Fauſtina* (*f*) nomine donatam, quæ *Flavia Maxima Conſtantia* a Conſtantio patre in Goltzii nummo prædicatur?

A Boldonio *Lucenſem* (*g*) epigraphen certatim arripuere Reineſius & Sponius, *in Columna nuper eruta* (*h*), quam nemo vidit umquam: tam futili profecto teſtimonio *Coloniæ Lucenſium* non egebat, apud Livium, Paterculum, Plinium diſerte laudata: * nugas ageret, qui Inſcriptioni refellendæ operam daret, qua ineptius confictam vix reperire eſt: Tertii & quarti ſæculi encomia, & formulæ Auguſto aptantur, qui Sponio quidem placuit tam *elegantibus exornatus epithetis*, quamvis nomine, prænomine & profeſſione patris mulctetur miſere, ac ſocietatem patiatur Neronis *Romanorum ſemper Auguſti*, nec non *Divi Tiberii Claudii Quarto Ejus Anno*; vix tanti erat *Libertas Hetruſcae Reipublicae*. In eodem cenſu, quod conſequitur epigramma (*i*), deſcribas.

Aſſentior Fabretto (*k*) *Albenſe* monumentum, dum Fucini lacus Emiſſarium deſcriberet, tamquam

(*a*) Reineſ. pag. 316. n. 41. III. ponit Patavii in *ædibus Scard.* ex *Urſat. Mon. Patav.* f. 316. Vid. Reineſ. not.
(*b*) Pag. 318. n. 42. III. *Firmi in Arcu Triumphali*.
(*c*) Pag. cit. n. 43. III. * Vid. ejuſdem Reineſ. not.
(*d*) Pag. 324. n. 57. III.
(*e*) Pag. 325. n. 58. III. ubi verſ. 2. D. M. MAXENTII &c. „ Ita Capacius (ait Reineſ.) recenſet L. II. C. 29. p. 885. „ quanquam aliud fuerit in ſaxi verſu primo, nimirum „ D. N. &c.
(*f*) Pag. 325. n. 59. III.
(*g*) Pag. 330. n. 74. III.
(*h*) Spon. Sect. V. *Miſcell. Erud. Antiq.* p. 168. Sed ante hos eam edidit Boldonius Epigraph. L. IV. p. 462. ex *Hiſt.* MS. Nicolai Tucci.
* Errat Cl. N. A. aſſerens, *neminem vidiſſe unquam co*lumnam, in qua eſt Lucenſis epigraphe exarata eſt; nam præter Pinitesium (*Antichità di Lucca*) Danielem de Nobilibus. (*Diſcorſi dell' Antichità ſimilmente di Lucca*) Tuccius ipſe in Hiſtoria Authographa, eam vidiſſe, his verbis teſtatur: *Ereſſero* (i Lucchesi a Claudio) *una colonna di marmo Orientale nel Foro, che era in quella parte della Città, che oggi ſi chiama la Piazza dell' Erba, la quale Colonna conſervante anco la memoria di quel Secolo con una nobiliſſima Iſcrizione formata di caratteri sì antichi, che a pena per l' ingiuria del tempo ſi diſcernono. ſi conſerva appreſſo Lodovico Buonviſi altrettanto amico dell' Antichità e delle buone lettere, quanto ſtrenuo della Religione, e di tutte le virtù; Queſta Colonna adunque contiene la ſeguente Iſcrizione quantunque notata in parte colle antiche abbreviature Romane:*

AVGVSTO . LIBERATORI . NATIONVM
ORBIS . ROMANI
INSTITVTORI . LIBERTATIS . ETRVSCAE . REIP
CONSERVATORI . MILITVM . TVTORI . LEGVM
ET . BONO . REIP . NATO
COLONIA . LVCENSIVM
DIVO . TIBERIO . CLAVDIO . QVARTO . EIVS ANNO
NERONI . INVICTO . PATRI . PATRIAE . ROMANORVM
SEMPER AVGVSTO.

Hodie etiam vetuſtiſſima hæc columna exſtat in ipſa urbe Luca apud Nobilem V. D. Franciſcum Bonviſium P. L. ut ego αὐτόπτης obſervavi, ſed adeo exeſa, & monſtroſa eſt, ut medica manus apponi nequeat. De ea ſponſionem non faciam, cum recte legi non poſſit; jamque ſpuriis accenſuerint duo Clariſſ. Viri Murat. MDCCXCVII. I. & Maffejus: ſed tantum de ejus exiſtentia & antiquitate teſtari non renuo.
Veniam dabit mihi Lector, ſi obiter verba faciam de laudato Tuccio P. L. cum ejus Opera adhuc inedita ſint, & parum nota. Is fuit Protonotarius Apoſtolicus, & Juriſperitus, qui cum vigeſimum primum annum vix egreſſus, primum in Piceno, mox Bononiæ Generalis Auditor, deinde Anconæ Nepotis Summi Pontificis, tum Romæ Card. Camerarii locum tenens, Sedi Apoſtolicæ XII. fere ann. inſerviſſet; & in Patriam reverſus complures pro ea Legationes obiviſſet, præſertim ad Maximilianum II. ad Rudolphum item II. Cæſſ. & Romam denique ad Gregorium XIV. Pont. Max. obiit Lucæ an. 1615. prid. non. Mart. Ejus opera MSS. ſunt, & authographa extant apud Nobb. Fratres Tuccios.

Storia di Lucca diviſa in X. Libri.
L' *Anno Faſto diviſo in 13. Libri, nel primo de' quali ſono raccolti alcuni Scolj, ovvero Annotazioni opportune all' intelligenza del reſtante, e ne' ſeguenti ſi contengono diverſi notabili avvenimenti accaduti in ciaſcun giorno di tutto l' anno.*
Diſcorſi ſopra Cornelio Tacito.
Elogia Inſignium Lucenſium.

Sed ſoſios de Tuccio pertractat eruditiſſimus Vir Bernardinus Baroni Nobilis Lucenſis in *Bibliotheca Scriptorum Lucenſium*, quam publici juris facturus eſt, ſomma laude Patriam ſuam illuſtrare, & omni ſtudio, ac diligentia Civium ſuorum memoriam propagare contendens.

In ænea Trajana Tabula Placent. col. VI. verſ. 2. & 3. legitur:

AD. F. IMP. N. ETRE. P. LVCENSIVM.

& verſ. 60.

COLONI . LVCENSES . PVBLICE . PROFESSI .
SVNT . SALTVS . PRAEDIA . &c.

(*i*) Pag. 331. n. 75. III.
(*k*) Fabr. De Col. Traj. p. 403. Memb. II. de *Emiſſario Fucini*, & Reineſ. pag. 333. n. 81. III. ita hanc referunt, & ponunt *Avellani ad lacum Fucinum ex Sched. Langerm.*

IMP . CAESARI . DIVI
NERVAE . FIL . NERVAE
TRAIANO . OPTIMO
AVG . GERMANICO
DACICO . PARTHICO
PONT . MAX . TRIB . POT . XXIII
COS . VI . PATRI . PATRIAE
SENATVS . POPVLVSQ . ROMANVS
OB . RECIPERATOS . AGROS
POPVLISQ . ALBENSIBVS . RESTITVTOS
QVOS . LACVS . FVCINI . VIOLENTIA
INVNDAVERAT

Sched. Stoſchiana v. 6. poſt TRIB. POT. XXIII. habent IMP. X. CONS. PATRI. &c. v. 9. OB . RECVPERATOS . AGROS . ET . POSSESSORIBVS . RESTITVTOS . Aliter verſus diſtinguunt, & jun-

quam commentum recens explodenti. *Senatus Populuſque Aletrinus* (*a*) magnifice, & peculiari hic inflexione inſcribitur; nam Municipium *Aletrinate* Cicero enunciavit, & *Aletrinates*, *Alatrinates* Livius, Plinius *Aletrienſes*.

Regis *Jubæ* titulum (*b*) ubi primum in hac Claſſe inſpexi, etiamſi ſtatim diſpliceret, valere tamen ſivi, moleſtiaque afficere quievi; omnino enim multis, doctiſque Sponii (*c*) præſertim illuſtrationibus avebam parcere; ſed ſtimulante aſſidue ac pungente, qui animo inhæſerat, ſcrupulo, dum regrediens iterum retracto, conſcientiæ meæ ſatisfacere adigor. Hiſpaniæ civitatem ego certe non feram Patronum in Africa ſibi quærentem, & non Romæ florentem aliquem eloquio, ac dignitate virum, ſed Mauritaniæ Regem *Patronum Coloniæ* adoptantem. *Honorificum Carthagini Regem adoptare potuiſſe, & habuiſſe Coloniæ Patronum, quod nondum cognitum Hiſpaniæ deſcriptoribus*, arbitratur Reineſius; at nonne Coloniam a Romanis Magiſtratibus forte vexatam, vel ad cauſam in foro defendendam, aut jura ſua tuenda Patroni opera indigentem Rex Afer præclare juviſſet? Sponius nihil minus avia cogitatione, ut Colonos iſtos aliquo modo agglutinaret Jubæ, e Numidia accerſitos dixit, ut *exhauſtam Hiſpaniam* (florentiſſima id temporis Provincia fuit) *inhabitarent*. Jam vero lapidem *Duoviri* anonymi ponunt, a ponentibus reliquis perperam ſejuncti, nec non Incolæ *Libertini*, quem civitatis ordinem genuinum monumentum docuit uſpiam nullum. Jubæ genealogiam non excutio, a Maſſiniſſa præſertim ad Gaudam, nec Manaſtabale, nec Micipſa memorato, qui, Salluſtio (*d*) teſte, Maſſiniſſæ *regnum ſolus obtinuit*, tranſilientem; ſed illud noto, ejuſmodi ſeriem graduum, ac ſtemmatis ab Imperatoriis ævi Antoniniani titulis arreptam, Jubæ Regis, hoc eſt, Auguſti ætate nondum uſitatam, aut agnitam fuiſſe. Idem dicas de novis, ut jacent, ſingulariis (*e*), & extra locum poſitis; formulam ſiquidem imitantur ante Septimii Severi tempora vix auditam. Satis multa innuiſſe opinor ad Hiſpanicam Inſcriptionem eliminandam, quæ cum rariſſima, imo unica haberi debuerit, cur avidiſſimos Hiſpanorum epigrammatum indagatores, eaque tam profuſa largitate vulgantes latuiſſet omnes, ita ut in Germania, & Gallia e Lindebrogii & Peireskii ſchedis demum emerſerit? *Africanum Monſtrum* (*f*), quod apud Reineſium ſubſequitur, eodem loco habendum.

Inter Acta Hiſtorica prolixiſſima fictitiarum comparet, non ſine multa rerum antiquarum notitia adornata (*g*): abſurda tamen plura continet, vel ab ætate quam mentibus, aliena; ſuperſedeo perſequi, quod Reineſius ipſe monumento nequaquam fidat. Quam diverſæ eſſe debuerint Latinitas & ſcriptura, Senatus Conſultum de Bacchanalibus, cujus ætati documentum accedit, ſatis indicat. Annales etiam antiquitus publice perſcriptos ſcimus, Diurnos non item; quin, ſi Suetonio credimus, Julius Cæſar Conſulatum gerens *primus omnium inſtituit, ut tam Senatus, quam Populi diurna Acta conficerentur* (*h*): in ipſo limine ceſpitaſſe epigrammatarium, erudite adnotatum eſt; nam Faſces alternis diebus penes Conſules viciſſim ſtetiſſe tradidit, cum idem Suetonii locus ſtatuiſſe ex antiquo more Cæſarem doceat *quo menſe faces non haberet* (*i*) Conſul, quomodo procederet. Ridicula (*k*) ſequitur ex Piccartio; *Patavinam* (*l*), & *Vicetinam* (*m*) pro ſpuriis agnitas non attingo.

Divûm, atque hominum fidem in religioſis Sacerdotum titulis quærito. Primam (*n*) primi par-

---

& junctam habent diphtongum. Mutiliorem dedit Mur. CCXXXI. n. 5. uti poſitam in *Urbe Teatina*, Sched. Stoſch. *Romæ*. Fabrettus l. cit. præter alia hæc notat: „ Scire „ debuit ex Xiphilino Reineſius, *regnaſſe Trajanum annos* „ XIX. *menſes* VI. *dies* XV. nec Tribuniciam Poteſtatem „ pluſquam vigeſimam numeraſſe &c. Spurietatem præter- „ ea Inſcriptionis, & recens ineruditi cujuſdam commen- „ tum detegit ...... affectatio archaiſmi in verbo illo „ RECIPERATOS (in quo tamen recedit a Camarra Foe- „ bonius) quod inter obſoleta latinitatis notavit Grut. ſeu „ Scalig. in Ind. Gram. ad Inſcript. 6. pag. XCIV. & I. „ pag. MIC. „ Schedæ Stoſchianæ habent RECVPERATOS pro RECIPERATOS & POSSESSORIBVS, ubi in Reineſiana POPVLISQ. ALBENSIBVS

(*a*) Reineſ. pag. 334. n. 83. III.

(*b*) Pag. 329. n. 70. III.

(*c*) Spon. Miſcell. Erud. Antiq. pag. 145. Sect. IV. ponit *in urbe Carthagine nova*, vulgo Carthagene *Hiſpaniæ*, *e Schedis Peireskii. Vidit, & exſcripſit Caſaubono A. de Bibran Eques Sileſius*. Et eſt hujuſmodi:

REGI . IVBAE . REGIS
IVBAE . FILIO . REGIS
HIEMPSALIS . * N . REG . GAV .
PRONEPOTI . REGIS . MASI
NISSAE . ABNEPOTI . N . E . P . D . I .
IIVIR . QVINQ . PATRONO
COLONIAE
COLONI . ET . INCOLAE
LIBERTINI

* *Nepoti Regis Gaudæ*. Ita Spon.

(*d*) Salluſt. de *Bello Jugurthino*.

(*e*) N. E. P. D. I. „ Interpretor (ait Sponius) ex ſimilibus „ Cæſarum Inſcriptionibus, *Numini ejus plurimum devoti* „ *juſſerunt*: quamquam hæc interpretatio amico cuidam „ erudito non placeat, eoquod, inquit, divinos hos ho- „ nores primis Cæſarum temporibus tributos fuiſſe, non „ reperiat. At ego regero in nummis Ægypti & Syriæ, „ Reges Deos frequentiſſime cognominari, imo & Augu- „ ſtum & alios poſt eum Imperatores, vivos adhuc, Deos „ nuncupatos fuiſſe, iiſque templa erecta. „

(*f*) Pag. 329. n. 71. III.

(*g*) Pag. 340. ubi inquit Reineſius: *Tabulæ, quæ acta Urbana dierum ſeptem anni* V. C. 535 *Coſſ. L. Æmilio Paulo II. C. Licinio Craſſo continentur: cujus exemplum exſcriptum inter Schedas Ludov. Vivis olim repertum Jacobus Suſius communicavit Pighio: hic vero annalibus ſuis inſeruit, additis quibuſdam notulis*.

Vid. pag. cit. & 341. a n. II. uſque ad VIII. Cl. IV.

(*h*) Suet. in *Jul. Cæſ.* c. 20.

(*i*) Idem loc. cit.

(*k*) Idem Reineſ. pag. 343. n. 9. IV.

(*l*) Pag. cit. n. 10. IV. ponit *Patavii in ædibus Seardiani*.

(*m*) Pag. 351. n. 15. IV. ponit *Vicentiæ ex Hier. Capugnano in Itiner. Ital.*

(*n*) Pag. 353. n. 1. Cl. V. *Sacerdotum*, *Pontificum* &c. ponit *Romæ in Hortis Juſtinianeis*. Hanc hic ſubjicio, ne Lector cogatur ſemper adire Reineſium:

NVMAE . MARCIO . M . F .
PRINC . IVVEN .
PRAEF . VRB .
I . PONT . M .
PROCVL . ESTE . PROFANI
FOELIX . NIMIVM . PRIOR . ÆTAS
OMNIS . ÆTAS
DE . SVO . TEMPORE . CONQVESTA
EST .

partem *vindicat ingenuitati*, & acriter propugnat Reineſius; ea tamen (crederes?) *Numam Martium* loquitur, & *Numæ* Regis tempora: proh Superi quid audire cogimur puriorem antiquitatis notitiam ſcrutantes! in ſubſequentibus duabus quodnam eſt ſanum verbum? quænam non commentitia pericope? *Veneris Aedituus* additur ex ſervili fæce. *Cineribus Candidis* juſta perſolvit *Ater* (*a*) argute.

De *Haruſpicibus Auguſtorum*, & de *Haruſpicum Magiſtro* (*b*), Sirmondum & Gutherium ſuſpiciam, ſi doceant, Ordini præſertim Haruſpicum *Dono Dante*.

Quam Chiffletius commentario ſingulari (*c*) exornavit, diverſimode comit Reineſius (*d*): II IVLIA ingenioſe in *Titullam*, & *Pium* in *Publii Libertum* reformat, ſubſcribente Sponio (*e*), ſed vereor, ne fruſtra ſint omnia: Gallicæ mulieri in Gallia vita functæ patria adponitur inuſitate: *Civitatem Arauſicorum* recenſent *Notitiæ*, civem *Arauſionenſem* Sidonius extulit, *Arauſienſem* (*f*) Inſcriptio hæc, & alia (*g*) apud Sponium, ſed quæ pariter non uno laborat loco: Geminia *Mater Sacrorum* rariori munere; *Filium Sacrorum* habet *Gruteriana* (*h*), ſed in ea Dedicatio etiam diſplicet *Jovi*, & *Cultoribus Hujus Loci*: Libertus *Auctus* aliud a patroni prænomine prænomen gerit; ſed multo magis extrema turbat clauſula inepta prorſus, & omnino nihil dicens; ſive enim in ea Severum *Flaminem* cum Chiffletio videas *Monumentum Obſerantem*, ſive cum Reineſio *Prothyron Obſeratum*, abſona æqualiter, & abſurda vides.

Poſt *Præfectum Merkatorum* (*i*) incondite conſignatum, Funus Vibii peragitur *Cum Cura Auguſtalis Muneris Die Muneris Tertio*.

Prolixam *Puteolanam* (*k*) fabulam Capacius, Reineſius, Sponius (*l*) mihi non venditent: nominum laterculum, & Acti exemplar deſcriptum quis dedicari vidit, & quidem ſollemni largitione facta? *Ex Senatus Conſulto* fieri non dicebantur, quæ a municipalibus, ſeu Collegiis, ſeu magiſtratibus peragebantur: frigeſcit eo loco intempeſtiva & nova *Creatis Dendrophoris* notitia adjecta, *Qui Sunt Sub Cura XVvirum*; nec minus *Clariſſimorum* titulus Sacerdotibus nequaquam competens: nomina præterea *Liſius*, *Cupiennius*, *Nantius*, item *Protocenſis*, *Scernanus*, *Leſiginus*; ſed Conſules non prætereo III. ET. SEMEL. ubi *M. Acilium*, & *C. Omollum* intelligendos eſſe, Reineſius docet, non tam e manifeſtis veſtigiis, quam θεοπνόως, ut puto, & *ſomno monitus*, aut *ex viſu*.

Aurigæ fraterculantes (*m*) doctum Sirmondum egerunt præcipitem: *Natione Verna* lapidaria non eſt loquutio; *Palmas Vincere* vix Latina: Circi Factionibus non unus omnibus nomen dabat, ſed uni quilibet; nec illæ ſic deſignabantur *In Albo*, *In Ruſſeo*, *In Praſino*, *In Veneto* (*n*). Memorat *Venetianos* Capitolinus, ſed lapide *Gladiatoris Statuam* impoſitam fuiſſe, admonemur apud Gruterum (*o*), Cavea in Circum præpoſtere illata.

Inauditum verbum *Aedituare* recens Gloſſarii Calepiniani editio recenſuit, ac recepit, Lucretium (*p*) memorans, qui *aedituentes* dixit, non *aedituantes*; ſed vere a duobus hiſce epigrammatis (*q*) decepta, quibus inanius nihil. Ligorii munere utrumque habemus, qui & alia duo a Grutero deſcripta (*r*) effudiſſe non dubito, eadem prorſus forma, *Vixit Annos* totidem, *Aedituavit Annos* totidem: in nominibus peccatur pluries, ſed turpius in (*s*) *Aedituo Sepulcri*, in * *Sacerdote Sergiae Familiæ*, & in clauſula *Fecit Sibi* ** *Et Suis Amicis* (*t*), quæ ridicule excogitata ſunt, & inepte. Reineſius, cum in poſteriori (*u*) *Nonnum* de *Nonio* (*x*) faceret, Panvinium riſit mirantem jure merito, quod Romani, ut *Quinti*, *Sexti*, *Decimi* prænomina ſumſerunt, ita *Secundi*, & *Quarti* non ſumſerint, miratuſque & ipſe eſt *admirationem adſinem dubita-*

(*a*) Reineſ. pag. 359. n. 10. V. ponit *in agro Bergomate e Langerm.*
(*b*) Pag. 360. n. 13. V. ponit *Romæ An. 1605. effoſſam*; a Sirmondo acceptam vulgavit Gutherius L. 1. de *Vet. Jure Pontif.* 3.
(*c*) Edit. Antuerpiæ 1634.
(*d*) Reineſ. pag. 362. n. 14. Cl. V. ſcribit. *Veſontione, In pomario Boreali, juxta viam, ubi propugnaculum a S. Claudio denominatum extrui cœptum A. 1633. erutus.*
(*e*) Spon. *Miſcell. Erud. Antiq.* pag. 156. Sect. V.
(*f*) In cit. Epig. verſ. 2.
(*g*) Spon. pag. 98 Sect. III. loc. cit. Eadem apud Vandal. *Diſſert.* &c. pag. 55. edit. Amſtelod. 1743. in 4. & ex his in *Supplem.* ad Cl. V.
(*h*) Gruter. pag. 12. 5. verſ. 9. 10.
(*i*) Reineſ. pag. 363. num. 16. V. Hanc videſis ad Cl. III. in *Supplem.* ubi *Sacerdotes Claudiales &c.* ex Cl. Joh. de Vita *Inſcript. Benevent.* pag. X. 14. ubi emendata ad fidem lapidis; nam mendoſa extat apud Reineſ. loc. cit. & Murat. cxci. n. 1. quare mirum non eſt, ſi Cl. Maffejus *Reineſianam* non approbat.
(*k*) Idem Reineſ. pag. 369. n. 23. V. *Tabula Lapidea effoſſa e fundo quodam Puteolis, habens in utraque parte eadem inſcripta nomina*; ex Capac. Lib. II. *Hiſt. Neap.* cap. 24.
(*l*) Spon. *Miſcell. Erudit. Antiq.* pag. 55. Sect. II. Art. XI. ex eadem Capacii *Hiſt. Neap.* Attamen variant ad invicem, ac aliter verſus diſtribuunt hi duo Clariſſ. Collectores.
(*m*) Reineſ. pag. 373. n. 26. & 27. V. *Tertio ab V. Romæ via Præneſtina, lapide*, e Sirm. ad Sidon. hanc accepit.
(*n*) Vid. cit. Epigraphes *Reineſianas*.
(*o*) Gruter. pag. MLXXV. n. 9. ex *Gutenſt. Romæ in Palatio Tib. Ceuli baſis, cui Statua gladiatoris impoſita, litera inepta, & barbara, nec ſapit hercle antiquitatem*: ita eſt:

VICTORIA
VENETIANORVM
SEMPER
CONSTET
FELICITER

Hanc retulit etiam Reineſ. pag. 375. n. 32. V. ponit *Via Julia*, & non habet verſ. 4. CONSTET. Et hæc ſubdit: „ Nicol. Alem. not. ad Proc. ἀνεκδ. p. 14. vocat lapidem „ antiquum. Credo, ſi per Venetianos intelligendi ſunt aurigatores factionis Venetæ; ſin Senatus Pop. Q. Venetus, „ non poteſt referri inter antiqua monumenta „.
(*p*) Lucret. Lib. VI. verſ. 1273.

Hoſpitibus loca, quæ compleverant Æedituentes.

(*q*) Ex Reineſ. pag. 388. n. 53. & 54. V. e *MS Antiq Ligorii*.
(*r*) Gruter. pag. CCCXII. n. 5. ponit in *Villa Julia extra portam Flumentanam ad viam Flam. ara marm. grandiſ. litera bona, ſed incorrectis*. Et in repetit. edit. ſubdunt „ Exſcripſit Smetius. Vidit Pighius & habet Boiſſ. VI. Antiq. „ 59. v. 3. ALCIMO. AEDITVO. & Pag. MLXXXVIII. n. 5. aliam ponit *Romæ ad horrea Diocletiani* e Boiſſardo T. VI. 126. verſ. 1. & 2. ASIATICO. AEDITVO.
(*s*) Reineſ. in cit. Epig. 53 verſ. 4. * verſ. 9 ** verſ. ult.
(*t*) In cit. Epig. 54. Reineſ. verſ. ult.
(*u*) In d. Epig. 54. verſ. 2. NONIVS AVILLIVS &c.
(*x*) Vid. ejuſdem not. ad hanc.

bitationis, *& ignorantiæ tanti Antiquarii*: at Fabrettus (*a*) viciſſim, & quidem multo æquius Reineſio illuſit, quod a Ligorio, & Langermanno *Secundi*, *Octavi* & *Noni* prænomina acceperit, deque eorum inventione exultaverit: cur autem de *Primo* ſiluit, quem *in vulgus notum* idem dixit Reineſius, cum nemo prorſus, qui umquam viderit, laudari poſſit?

Impatienter in quiſquiliis iſtis verſor: quid eſt *Seſtertium Meſura Acta* (*b*), & *Libertus Limen* * in tribum mutatus, quam libertorum lapides non enunciant? quid eſt (*c*) *Onuphrius Factione*, & (*d*) *Porta Pertuſa* garritus, & Panormus (*e*) cum Factionibus haud illepidis *Garamantinica*, & *Ceromatonica*, qui *Vixit & Agitavit Ann. XV?* ubi ſtylum agnoſcis, a quo paulo ante *Vixit* & *Aedituavit*. Ex iis factionibus altera Fabretto (*f*) placuit, quod eam videre crediderit apud Gruterum, ubi *Garamanti Nica* acclamatio eſt homini facta *Vince*, aut *Vincas*.

In Magiſtratuum albo Ducheſnii *Amainius Eques* (*g*) mihi ſtatim diſplicet, & *Plebs* SENO. MAN. O. nec non *Proconſul Campaniæ* (*h*), cujus officii intruſionem Sirmondum * & Heinſium ** non agnoviſſe miror, cum ex eo *Trinus Magiſtratus* quaternus fiat, & *Uno Eodemque Tempore* Præfectus Urbi, & provinciæ alicujus Pro Conſule nullo modo eſſe quiſpiam poſſet.

Funebria, & honoraria miſcuit, qui *Patrono Coloniæ Pientiſſimo* (*i*) inſcriptionem dedit; qui *Solemniter Supplicavit* (*k*), funebria, & votiva. Qua loquitur verborum connexione Capacius, cum ſtatuam Neapoli ſtatuit *Civi Ob Memoriam Et Inſtantiam Erga Patriam Civeſque* (*l*)? Nova etiam res *Officialis Vetus*, & *Officialis a Memoria*: eo nomine Magiſtrum (*m*) *Scrinii*, & Magiſtrum *Memoriæ* appellare dedecet; *Officiales* enim pro Apparitoribus habeo: Index *Gruterianus* (*n*), & ex eo recens Calepini editio * *Officiales Conſulis* memorant, ſed Inſcri-ptione

(*a*) Fabret. *Inſcript. Antiq.* pag. 25. col. 2. ita inquit: „ Prænomina *Secundi*, *Octavi*, *&* *Noni*, de quorum inventione exultat Reineſius Inſcr. 54. Claſſ. V. 76. & 78. Claſſ. VIII. & 51. Claſſ. XII. ipſe, cum ſuis Ligorio & Langermanno, in quorum officina nummi plumbei iſtiuſmodi cudi ſolent, ſibi habeat; nam nos talibus Sponſoribus rem novam producere non audemus. Et ſic quoque prænomen *Sergiæ* in femina, quod Reineſius agnovit, & probavit in hac Inſcript. pag. 676. n. 80. XII.

SERGIA . FLAVIA . LVSINIANA &c.

„ confidenter rejicimus, cum *Sergia gens Patritia fuerit*, „ *vel unius Virgilii teſtimonio*,

Sergeſtuſque, domus tenet a quo Sergia nomen.

„ ut ait Urſinus ad nummum hujus Familiæ, & ex pluribus apud Gruterum Inſcriptionibus palam fit.: ita ut tria potius nomina tolerari debeant in hac muliere, recepto more, de quo plura exempla congerit in ſua ænigmatica Helia Lælia Criſpide Ill. Comes Carolus Cæſar Malvaſia a pag. 151. per tot. illud Cap. IX. quam novum hoc prænomen, nulla neceſſitate cogente, ex nomine affingere. „

(*b*) Idem Reineſ. pag. 389 n. 55. V. verſ. 5. * verſ. 1.

(*c*) Pag. cit. n. 56. V. ponit *Via Aurelia*.

(*d*) Pag. 390. n. 59. V. ponit *Romæ extra Portam Pertuſam*.

(*e*) Pag. 392. n. 64. V. ponit *Via Præneſtina*. Quæ ita eſt:

M. COELIVS M. L. PANORMVS
AGITATOR
FAC. GARAMATINIC.
VIXIT . ANN. LVII.
AGITAVIT . ANN. XV.

Factio (ait Reineſ.) CEROMATONICA *vel Ceromanicarum dicta eſt a ceromate, quo ſolibant inungi Athletæ*. Epig. hic attuli, ut magis textus intelligatur, ideoque de hac, ſicut de cæteris in examen adductis a Cl. N. A. ſponſor non ſum.

(*f*) De *Col. Trajan.* cap. VIII. pag. 254. ubi ad cit. Inſcript. ait „ Factionem *Garamantinicam* in *Ceromatonicam* immutans, quæ ſi *a Ceromate*, *quo Athletæ inungebantur*, nomen deducit; cum id reliquis omnibus commune fuerit, nulla hinc factionis, vel diviſionis notas haberi poteſt: & quid tande.n Aurigæ cum Ceromate? Succurrere potius homini debuiſſet ſimile apud Gruterum ſuum verbum (niſi quod prius elementum, abrupto ibi marmore, deficit) in ſeq. Inſcript. pag. CCCXXXVIII. 2. expreſſum.

M . AVRELIO . LIBERO
PATRI . ET . MAGISTRO
ET . SOCIO . DOMINO
ET . AGITATORI . FACTIONIS
PRASINAE
AVRELIVS . CAECILIVS . PLANETA
ROTOGENES . OB . III . PALMAR
HOC . DONVM . VOVIT
NATIONE . AFRI

: : : A R A M A N T I N I C A

G E N T I N I C A

„ unde videtur, factionem Praſinam, quæ cum Garamantinica in Gruter. Inſcript. jungitur, unam, & eamdem cum illa eſſe; & propterea in Reineſiana, ſub hoc tantum nomine, (ſive teſſeram & cognomentum vocare libeat) aliud præcipue intelligi.

(*g*) Pag. 395. n. 3. Cl. VI.

(*h*) Pag. cit. n. 4. VI. * *De Reg. Suburb.* ** *Not. ad Claudian.* p. 5.

(*i*) Pag. 398. n. 10. VI.

(*k*) Pag. cit. n. 11. VI.

(*l*) Pag. 399. n. 13. VI. ponit *Neapoli in ædibus Bonaventuræ e Capacio* I. *Hiſt. Neap.* c. 8.

AVRELIO . SYMPHORO
AVG. LIB. OFFICIALI . VETERI
A . MEMORIA . ET . A . DIPLOMA
TIBVS
EXORNATO . ORNAMENTIS . DECVRIONA
LIBVS
ORDO . SPLENDIDISSIMVS . CIVI
OB . MEMORIAM . ET . INSTANTIAM . ERGA . PA
TRIAM . CIVESQ.

Hanc dedit etiam Spon. pag. 169. Sect. V. *Miſcell. Erud. Antiq.* ex ead. Capacii *Hiſt.* ac aliter diſponit verſus, & lin. 7. non habet SPLENDIDISSIMVS, ſed tantum ORDO CIVIT.

(*m*) Reineſ. pag. 407. n. 28. VI.

(*n*) In Ind. Gruter. p. XX. * Cl. Jacob. Facciolatus in d. recenti Calepini edit. v. *Officialis*, *Miniſter Magiſtratus* Vid. ubi citat. Gruter. Inſcript. pag. 422. n. 7.

ptione (*a*) male accepta, quam non Conſulis, ſed *Provinciæ* Præſidis *Officiales* ponunt. Sponius (*b*), cum hanc item recenſeret epigraphen, de Neapolis nomine ab Auguſto impoſito nos docuit, quamvis Neapolitani, Annibale Italiam premente, in Hiſtoria tam ſæpe occurrant. At nonne Reineſius (*c*) *Vicentinis* quoque ſe credulum præſtitit Bruti, & Ciceronis *In Senatu* patrocinia jactantibus? de *Cacinae* tamen monumento (*d*) iidem non impetrarunt.

Plura prætereo, ne moroſus videar: inter ea *Decurionem Tuſculanenſium Quæſtorem Rei Publicæ* (*e*); *Aedilitare Spectaculum* cum *Magna Cœna* (*f*); *Scipionem Africanum Triumphantem bis* (*g*). *Lazii Gavium* (*h*) Præfectum, ut vult Reineſius (*i*), & *Julium Præſidem* (*k*) eodem habeamus loco, quo *Adlectum Aerario Pontificum*, ubi *Collegium Centonariorum Uxorem* (*l*) laudat.

Raro videas quod non ex aliqua ſaltem parte claudicet: nec monſtra deſunt prolixis quandoque enarrationibus nobilitata: *Archontem Decimum* (*m*) delirat Capacius? *Arkarium* fuiſſe Reineſius contendit; *Diſpenſatorem Illyrici* ſomniat Piccartus? Procuratorem fuiſſe Reineſius (*n*) docet; *Proconſule* (*o*) cognominis loco effutit Langermannus? ad Macedoniæ Pro Conſulem detorquet Reineſius.

Captarum a Marcello Conſule Syracuſarum idem (*p*) memoriam videt, ubi Echinadas captas non minus mire Rupertus * viderat. Memoratum a Val. Maximo Clodii Pulchri filium in *Urna* (*q*) reperit, quæ nihil loquitur, quod urnæ aptetur. *Honoribus Veterum* (*r*) ſubſcribit, qui quomodo eadem eſſe familia poſſent, cum e gentibus diverſis eſſent, nec adoptionis indicium præſeferant, vellem explicaſſet. *Centurionem Officis*, & *Optionem Præfecti Pratorio* (*s*) (inaudita, & perquam mira profecto munera) neſcio quem creat, cui nomen quoque *Collegii* ſponte, & ſibi ingenita liberalitate largitur. Minutatim haud perquiro, nec ſingulatim perſequor.

Actorum claſſem (*t*) multa præclara exornant, maculant perpauca; eminet inter hæc *Bæbius Gemellus* (*u*) (a Sponio (*x*) repetitus, qui *antiquiſſimam* conjicit) loca ſepulturæ *Municipibus Singulis Incoliſque*, hoc eſt, populo univerſo ridicule parans: & illa a Boldonio (*y*) decerpta, quæ, cur recenſuit Reineſius (*z*), cum *cerebro carere* * dixerit, *quiſquis pro genuinis* haberet?

Militaria hybridum ſtatim epigramma (*a*) contaminat; deinde *Veteranus Natione Gracus* (*b*), cui Filius facit alio *Procurante*; paulo poſt *Emiſſus Ad Vexilla* (*c*). Quænam ſermonis conſequentia in his verbis (*d*), *Prælio Navali Facto In Coloniam Deductus*? De Byzantinorum tamen prælio quodam feliciter interpretatur Reineſius, * minime advertens, *Actiaci* (*e*) cognomine Heroi ſuo impoſito majus quicquam muſſitare voluiſſe epigrammatarium navale prælium memorantem: edita multo ante a Trinagio hæc ine-

---

(*a*) Hæc ad rem in cit. Gruteri Epig.

L. IVLIO &c.
Verſ. 9. PRO PR. PROVINCI
AE . AQVITANIAE . CON
SVLI . OFFICIALES
EIVS . PROVINCIAE . AQVITA
NIAE . OPTIMO . PRAESIDI &c.

(*b*) In not. loc. cit. ad relat. Epig.
(*c*) Reineſ. pag. 400. n. 15. VI. ponit *Vicentiæ*.
(*d*) Pag. 401. n. 17. VI. hanc etiam ponit *Vicentiæ*.
(*e*) Pag. 408. n. 29. VI.
(*f*) Pag. 409. n. 32. VI. ponit *Surrenti in D. Antonini* a Capac. Lib. II. *Hiſt. Neap.* cap. 12.
(*g*) Pag. cit. n. 33. VI. ponit *Romæ in zophoro marmoreo extracto e ruinis Baſilicæ D. Petri ad Forum*.
(*h*) Pag. 419. n. 46. VI. *in Turri alta Caſtri Leibnicii in Stiria, Epiſcopi Seccovienſis* ex Lazio L. XII. Comm. R. R. 5. 3. c. 9.

M. C. AVI.
MAXIM.
PRAETOR . CLAVD.

(*i*) *Eſt* (ait Reineſ. in not.) *de* M. GAVIO MAXIMO *Præf. Pratorio &c.*
(*k*) Pag. 421. n. 51. VI. ex Lazio loc. cit. 5. 7. c. 7. in *oppido Melico, ſeu Medelica Norici ad Danubium*.

IVLIVS . PRAESES . IVS. (*forte* PRÆSENS. Reineſ.)
REDDEBAT . MELISSAE.

(*l*) Pag. 422. n. 56. VI.
(*m*) Pag. 429. n. 70. VI. ponit *Neapoli apud Johan. Paulum San-Felicium* ex Capac. L. I. *Hiſt. Neap.* C. 8. ubi verſ. 4. & 5.

FELIX . ARX . X.
REIPVBLICÆ . NEAPOLITANORVM &c.

(*n*) Reineſ. pag. 439. n. 86. ponit *Venetiis apud S. Coſſianum ex Collectan. Piccarti*; & ſuſpicatur *imperfectum ſaxum*, ubi legitur:

SER. PARTHENIANO
DISPENSATORI
ILLYRICI.

Ad hanc in not.
(*o*) Pag. cit. n. 87. VI. in *Liburnia ex Schedis Langerm.*

P. SILIO P. F. PROCOS.
PATRONO
D. D.

(*p*) Reineſ. in not. ad Epig. 99. VI. p. 444. *Romæ in vinea ad S. Petrum in Vinculis infra Thermas Trajanas*. Celſ. Cittad. *Tr. della origine della lingua volgare* C.8. a Fulv. Urſino.

M . CLAVDIVS . M. F.
CONSOL
. . HINNAD . CEPIT.

* Vid. Reineſ. cit. not.
(*q*) Pag. 454. n. 116 VI.
(*r*) Pag. 471. n. 124. VI.
(*s*) Pag. 464. n. 131. VI. Vid. not.
(*t*) Vid. Claſſ. VII. *Legum SCtorum* &c.
(*u*) Pag. 489. n. 20. Cl. VII.
(*x*) *Miſcell. Erudit. Antiq.* Sect. VII. & ex eo in *Supplem.* ad Cl. XI. ubi videſis variantes a Reineſio.
(*y*) Boldon. *Epig.* Lib. II. Memb. XXVII. n. 167. pag. 137.
(*z*) Reineſ. pag. 506. n. 33. V. * Init. not.
(*a*) Pag. 509. n. 2. Cl. VIII. ubi Epigraphe duabus linguis conflata, Græca ſcilicet & Latina.
(*b*) Pag. 510. n. 3. VIII.
(*c*) Pag. 513. n. 9. VIII.
(*d*) Pag. 516. n. 516. VIII. * In not. ad hanc.
(*e*) Vid. cit. Epig. quæ ita incipit:

M. BILLIENVS . M. F.
ROM. ACTIACVS &c.

ineptia fuerat, quam recenſuiſſe miror Fabrettum (*a*) quoque, & *Pogiano* Vicetinorum pago Municipii privilegium indulſiſſe.

Inauditam vocem *Contiro* in Latinitatis ſacrarium invexit recens Lexicon Patavinum (*b*) ex titulo hic recenſito, qui mihi nequaquam probatur; nam iſthuc nominis *Cladi* ſive *Claud. Caro* (*c*) quid eſt? & quomodo inter tirones adhuc cenſebatur, qui (*d*) annos XXXVII. exegerat, & Stipendia jam confecerat VII. imo ex Fabretto (*e*) XVII. nec placet monumentum ab *Heredibus*, poſitum *Et Contironibus*: comperendinare attamen oportet, uſque dum lapidem viſam, quem extare affirmat Fabrettus: eoque magis quo vocem *Contiro* nequaquam improbo, qui *Concivem* in Muſeo videam.

Jam vero, quæ in hac militari turma diſplicent maxime, uno ſpiritu memorabo: ſunt ſiquidem (*f*) *Aliger. XII. Legionis Fretenſis*; (*g*) SEP. & SEPT. *Eques Singularis D. N.* cum Conſulibus anni Urbis vigeſimi & quingenteſimi; (*h*) *Tarullus Tatens*; (*i*) *Beneficiarius Conſularis Curator Legati*; (*k*) *Veteranus Honeſtæ Miſſionis* cum *Cive Sumlocennenſi*, & * *Cogitatia Cupidiciana*; (*l*) *Optio Peregrinorum*; (*m*) *Decurio Miſſus ex Ala*; (*n*) *Familia DD.* cum *Servinc.* (*o*) *Familia Hic Sita Eſt* cum *Præfecto Turmarum Legionis*; (*p*) *Præfectus Turmæ Speculatorum Auxiliar.* (*q*) *Faber Ferrarius*, & *Lignarius Machinarum Bellicarum*, qui *Fecerunt Loco Donato*; (*r*) *Miles Ex Armamentario Imperatoris Domitiani*, (*s*) *Procurator Decuriæ*, (*t*) *Speculator Exercitus* cum *Miniſtro*; (*u*) *Secundus* prænomine, *Auſpicalis* cognomine, (*x*) *Everinus Eros*, (*y*) *Larvus Comes Legionis*, (*z*) EX. N. SING. *Domo Thracia*; conſimilia demum alia, ut minora, & nihil dicentia relinquam; itemque mutando, & commutando reſtituta; nam *Scenicum*, exempli gratia, in *Beneficiarium Conſulis* (*a*) migrare jubet Reineſius, ad quem locum cogitaveram num σκηνοποιὸς lateret, ſive tabernaculorum militarium fabrefactor.

Claſſem nonam Piccarti collectanea & Langermanni ac Ligorii ſchedæ ferme conſtituunt; quapropter furfuris & ſcoriæ inſit plurimum, neceſſe eſt. Piccartus inſueta formula (*b*) *Dat Merenti*, & (*c*) *Meritæ Dat*: ab illo præſertim ſunt mire adſimiles. *Baſſus Germanus Germanicianus Druſi Caeſaris Natione Vejus* (*d*), *& Nereus Natione Germanus Peuccenus Germanicianus Neronis Cæſaris* (*e*), *& Valens Germanus Germanicianus Tiberii Cæſaris Natione Batavus* (*f*), ubi vel plures eidem homini nationes adſignantur, vel ſervis plura & incongrua nomina.

Bini incedentes magnifice ingrediuntur Ligorius, & Langermannus, *Apparitore Auguſti*, & *Præcone Peculiari* (*g*) ſtipati; at nonne obmuteſcent miſeri, & hiſcere vix poterunt, ſi clauſulam explicare jubeantur ſuam? E Ligorio autem ut ceteras paſſim hauſiſſe hanc quoque Langermannum conjicio, quod Ferrariæ ponatur Inſcriptio, quam tamen Jucundi Codex *in caſtro Fare* ponit; in eo etiam (*h*) *Calphurnia Telluris* mentio abeſt. Iiſdem exinde Auctoribus gens (*i*) *Anampeja*, (*k*) *Eperaſtus Ornator*, (*l*) *Reſpectus Præpoſitus* cum *Poſteris Conſervis*; (*m*) *Caſtor Thyllius*, (*n*) *Chironomonta Parens*, & ſervi tribus nominibus.

Viſuntur etiam in hoc ordine (*o*) *Ex Tabularis*, (*p*) *Verna Herbologo*, & officia mira; viſitur *Pierius Præceptor*, & *Titulus Cum Valvis Aeneis* (*q*); *Decia Mater* & *Trophinus*, qui *Fecerunt Conjugi* (*r*); *Euphrates*, qui *Procuravit Pauſilipo* (*s*).

Ni-

(*a*) Fabret. pag. 716. n. 371. ex *ſchedis Vaticanis ad Pogianum Municipium*, at varians & mutilior *Reineſiana*.
(*b*) In cit. Edit. Calepini v. *Contiro*: *Simul tiro, ut commilito: ſimul miles*: ubi Facciolatus nullam aliam auctoritatem adducit pro hac voce, quam illam ex hac Reineſ. Epig. n. 10. Claſſ. VIII. pag. 517. ubi verſ. 7. CONTIRONES.
(*c*) In cit. Epig. verſ. 2. CLADI CARO &c.
(*d*) Verſ. 5. VIXIT . ANNIS . XXXVII.
(*e*) Fabret. pag. 138. num. 131. ponit *Via Nomentana prope Temp. D. Agnetis in pariete*: ubi verſ. 2. CLAVD. CARO &c.
(*f*) Pag. 521. n. 30. VIII. verſ. 2. ALIGERO &c. *Legendum* (ait Reineſ.) AQVILIGERO.
(*g*) Pag. 524. n. 37. VIII.
(*h*) Pag. 526. n. 40. VIII.
(*i*) Pag. 532. n. 52. VIII.
(*k*) Pag. 534. n. 55. VIII. * verſ. 7. COGITACIA. Reineſ.
(*l*) Pag. 534. n. 56. VIII.
(*m*) Pag. 535. n. 57. VIII.
(*n*) Pag. 537. n. 61. VIII.
(*o*) Pag. 538. n. 63. VIII.
(*p*) Pag. 539. n. 64. VIII.
(*q*) Pag. cit. n. 65. VIII.
(*r*) Pag. 541. n. 70. VIII.
(*s*) Pag. 542. n. 72. VIII.
(*t*) Pag. 543. n. 73. VIII.
(*u*) Pag. 544. n. 76. VIII. verſ. 2. &c.

SECVNDVS . CLAVDI
VS. SEX . F . PALATINA
AVSPICALIS &c.

(*x*) Pag. 544. n. 77. VIII.
(*y*) Pag. 546. n. 81. VIII.
(*z*) Pag. 546. n. 82. VIII.

(*a*) Pag. 524. in not. ad Epig. 35. VIII.
(*b*) Pag. 549. n. 2. Claſſ. IX.
(*c*) Pag. 562. n. 35. IX. verſ. 3.

DORIO . TOPIARIVS
MATRI . MERITAE
DAT .

(*d*) Pag. 551. n. 7. IX.
(*e*) Pag. 560 n. 31. IX.
(*f*) Pag. 568 n. 47. IX.
(*g*) Pag. 552. n. 9. IX.
(*h*) In cit. Epig. verſ. 3.
(*i*) Pag. 572. n. 55. IX.
(*k*) Pag. 575. n. 62. IX.
(*l*) Pag. 577. n. 78. IX.
(*m*) Pag. 581. n. 80 IX. ponit *Florentiæ apud Guiccardinios e MS. Antiq. P. Ligorl*. Eandem refert Gorius *Inſcr. Antiq.* T. 1. pag. 233. n. 24. & inter ſpurias non recenſet:

CASTOR . THYLLIVS
CAESARIS GERMANICI L.
GEMELLI VNCTOR

In not. Idem Gorius ait „ Reineſius &c. pro CASTOR THYLLIVS, legit CAESO RVTILLIVS GEMELLVS, an ſana Minerva, alii videant.
(*n*) Pag. 585. n. 96. IX.
(*o*) Pag. 551. n. 6. verſ. 3.
(*p*) Pag. 557. n. 20. IX.
(*q*) Pag. 562. n. 34. IX.
(*r*) Pag. 567. n. 46. IX.
(*s*) Pag. 568. n. 48. IX.

Nimius videri nolim, ſi *Felicis Augusti Liberti* (*a*), quam Sirmondus ad Sidonium (*b*) protulit, in dubium epigraphen revocaverim: hunc *Scapulanum* veriſimilius dictum putaret Reineſius a Scapula quodam, non Patrono quidem, ſed anteriori domino, quam *Scapularium* Sponius (*c*), qui huic titulo monſtrulum aliud ſociat, ab arte, vel officio ignoto: at quid erit deinde D. III? Liberto autem *Zothecam Publice Dederunt*; quis doceat quidnam *Honoris* fuerit Zothecam dare? & ubinam quidpiam hujuſmodi memoretur? rurſus cur, quam *publice dederunt*, Atimetus *Sua Pecunia Adornavit?* dare ſcilicet in monumentis non eſt tantummodo *decernere*, ſed præſtare, exhibere, condere. Duplicarios, cum de tacticis ſermo eſt, milites dictos novimus, qui duplici ſive ſtipendio, ſive annona fruerentur; *Triplicarios* nemo, ut opinor, audiit, niſi ab hoc titulo, cui nec Duplicarii quadrant, utpote civilia munera memoranti.

Collegii laterculo (*d*) caput defuiſſe ſuſpicor, & poſteriori manu inſitum, quod apparet, ac ſuperadditum; cur enim ſingularis præſignatur Conſul, & is quidem Helvius Pertinax Auguſtus, numerali etiam nota non de more ſubjuncta, ſed præmiſſa? & quænam Lenunculariorum cum Tabulariis conjunctio, Corporatorum cum Auxiliaribus commixtio? Nec Sodalitatis homines *Plebis* nomine deſignatos videre memini.

Informes, quæ ſequuntur cum Decuriis emptis, & inconditis nominibus, velut (*e*) *Oneſimus Iſochryſianus*, vel * *Amianthus Nicanorianus*, haud magnifacio. Quid autem ſani in hac claſſe habetur? & quænam veterum Inſcriptionum forma in iis Collegiorum nominibus? nec inculpate claudit (*f*) *Epagatus Turranius*; cognomina enim nominibus præponere conſueverunt quidem Scriptores haud infrequenter, lapides vero non item, & * *Capenates Fœderatos* qui memoret, aut noverit, non reperio.

Aſclepiadis monumentum (*g*), quod Reineſium *in primis adfecit*, perperam inſcribitur *Parentibus* & *Fratribus*; is etiam a Trajano *VII Civitates Impetraſſe* inſulſe dicitur, & poſt natalem diem intempeſtive memoratum, perquam inepte *Adſediſſe Magiſtratibus Populi Romani Ita ut in Aliis & in Provincia Aſia*.

De Domitio Afro Oratore, ut hic ſtatuitur, epigramma (*h*) qui probant, ut & nobis probari poſſit, quid ſignificet, & quomodo coaleſcat, oſtendant.

Statorem (*i*) non Proconſulis, aut Prætoris, aut Principis, ſed *Nemauſi* qui recipiam? Sponius (*k*) huic titulo appendicem dedit.

Rhoe Maritum Fecit ſermo eſt, qui *Baſilicam Aſinam* (*l*) deceat; at * *Atrienſis* ſervi munera, de quibus Pignorium & Fabrettum (*m*) conſule, feminam haud decebant: ineptius memoratur infra *Scurra Atrienſis* cum *Regia*, aut ſit *Regione Decima* (*n*).

Quid ſibi vult (*o*) *Titulus Datus Ob Conſervas Pediſſequas?* quid (*p*) ænigma paulo ante propoſitum? *Antiquitatis elegantem particulam* Reineſius (*q*) vocat, quam curat *Felicia*, *Sive* *Feli-*

(*a*) Reineſ. pag. 570. n. 52. IX.

(*b*) Lib. VIII. Epiſt. 16. Hanc iterum dedi ex Reineſio l. cit. ut facilius animadverſiones Maffejanæ hic agnoſcantur:

TI. CLAVDIO AVG. L. FELICI
SCAPVLANO D. III. Q. III. QVINQVENNALI
INMVNI TRIPLICARIO BENEMERENTI
EX CONSENSV DECVRIAE VNIVERSAE
HONORIS CAVSA ZOTHECAM
PVBLICE DEDERVNT
ATIMETVS L. SVA PECVNIA ADORNAVIT.

(*c*) Pag. 232. Sect. VI. ponit *Reate* ex *Camelio & Sched. Barberin.* verſ. 2. legit SCAPVLARIO, & non habet Q. III. & *ad lævam*

C. IVLIO
GLYCEROTI
FELICIS SCAPVLANIS
DEC. III. Q. D.

(*d*) Reineſ. pag. 589. uſque ad 595. n. 1. Claſſ. X. *Romæ in in Vinea Joh. Bapt. Stallæ effoſſa* 1581. Julius Jacobonius miſit Venetias Aldo Manutio, qui habet *Comm. ad Lib. I. de Offic. Cicer.*

(*e*) Pag. 597. n. 3. X. verſ. 24. * verſ. ult.

(*f*) Pag. 605. n. 13. X. verſ. 1. * verſ. 6.

(*g*) Pag. 608. n. 4. Claſſ. XI. ubi in not. Reineſius ait „ Hæc „ me Inſcriptio in primis adficit, quippe nuſquam lege„ re memineram, quod ea me docet de Aſclepiade Pru„ ſenſe medico, imperante Trajano, Adriano, & T. An„ tonino, cum ſervili conditione fuiſſet, a quodam Cal„ purnio manumiſſum, civitatem Romanam & Jus alia„ rum VII. impetraſſe &c.

(*h*) Reineſius in not. ad mutilam Epig. 12. XI. pag. 613. inquit: *Eſt de Domitio Afro Oratore* (quamvis nullo pacto legatur in cit. Inſcript.) *& Cauſidico, qui, Imp. Nerone, ſummis honoribus viguerat*. Tac. Lib. XIV. ann. 19. &c.

(*i*) Reineſ. pag. 615. n. 19. XI. ponit *Nemauſi* ex Graſſ. in *Ant. Nem.* p. 196.

D. M.
SEX. AVRELI
ZOSIMI
STATORI. NEM.
AVRELIA. COS
MIA. FRATRI
PIISSIMO

(*k*) Spon. pag. 170. n. 5. Sect. V. ponit *ibidem ex iiſdem*, ac addit:

L. LETIVS. MARVLLVS
IIIIII. VIR AVG. DECVR. ORNAM.

(*l*) Pag. 623. n. 3. XI. * verſ. 2.

(*m*) Vid. Fabrett. Inſcript. Antiq. pag. 9.

(*n*) Pag. 649. n. 121. IX. ponit *Via Appia*.

SCVRRA
ATRIEN. REGIA
DEC.

(*o*) Pag. 626. n. 53. XI.

(*p*) Pag. cit. n. 51. XI.

(*q*) Pag. 630. in not. ad Epig. 64. XI.

Felicius Romanus Libellicus, & quæ *Arrium Atilium* invehit *Lie .... In Valeriverniorum*; ubi *Utriclarios Ernaginenſes Alethenſes*, & *Beterenſes* idem videt : uti paulo poſt inauditum *Allorem Beneficiarium*, cujus *Sacrobema Conjux* (a). *Pro Somno Viria* facit *Zophilus Muſicus* (b); pro *Suis Libertis*, non ollarium, ſed *Sarcophagum* ſtruit *Ampycides* (c): contra poſt corrupta plura quæ ſequuntur, & male farcta.

Servaenus Arrius F. Liberto uni *Fideliſſimo Tabulario Tignario* non *Ollarium* tantùm, ſed quod lepidius eſt, *Lampadarium* (d) donat. Quid exotica artificia memorentur, aut munera *Harundinarii* (e), *Altiliarii* (f), *Principis Piſcatorum* (g), *Doctoris Librarii* (h)? quid nomina CNIS MI *Sutoris Et Pelorinis Cantricis* (i), aut iterum *Germanicianus Leonta Unctor* (k), *Largonius Heros Malaca* (l), *Satyrus Lucifer* (m)?

Strictius, ſi fieri poteſt, & quam citiſſime inferias percurramus, & manes. *Memoriam Facere Rudem a Fundamento* (n) tam lapidaria eſt phraſis, quam facere * *Ab Inchoato*, & apprime reſpondet ** *Annatis Eorum Vel Ex Genere Libertis; Criſpo Lepidiſſimo* (o) e Capacio eruto nihil plane lepidius; quamvis non aberret longius *Florentinus* neſcio a quo *Extructus*, & *Latus P. VIII.* (p), *Nepotillanum* (q), *Serpentem* ICTVM (r), & in *Vocladenſi Prælio Occiſos* (s) eodem loco habe, quo *Merulam* (t) rhetoricantem, & inſito inter ſe *Salviam*, & *Plinium* (u) in imaginariis locis.

Sergiam Flaviam Luſinianam (x) tamquam prænomine inſignitam Reineſius protulit; admiſit epigraphen Fabrettus, prænomen rejecit, quod *Sergia* gens fuerit, & *tria potius nomina tolerari debere in hac muliere* docuit; verum Appiorum quoque nota gens eſt, nihilominus Appii prænomen in Claudiis præcipue recipitur, & *tria nomina* ferre illos quoque dicimus, qui prænomen gerunt. Optimo tamen jure prænomen iſtud expellitur, cum inauditum, tum fœminæ datum; at mihi Inſcriptio ipſa valde ſuſpecta eſt levi teſtimonio ſuffulta, & inſuetis prorſus enunciationibus conſtans : * *Dulciſſimo Nepoti Ex Filia*, de qua etiam adjicitur, ** *Quæ Mei Amantiſſima Fuit*; quid deinde eſt † *Integra Monumentum Conſtitui*?

(a) Reineſ. pag. 631. n. 65. XI.
(b) Pag. 634. n. 72. XI.
(c) Pag. 635. n. 75. XI.
(d) Pag. 643. n. 100. XI.
(e) Pag. 617. n. 27. XI.
(f) Pag. 620. n. 33. XI. verſ. ult. AVIARIVS. ALTILIARIVS.
(g) Pag. 621. n. 37. XI.
(h) Pag. 650. n. 123. XI.
(i) Pag. 628. n. 58 XI.
(k) Pag. 619. n. 32. XI.
(l) Pag. 640. n. 89. XI.
(m) Pag. 644. n. 101. XI.
(n) Pag. 655. n. 12 Claſſ. XII. *Adfect. Parentum erga Libertos.* * Vid. not. Reineſ. ad cit. Epig. ** verſ. 7.
(o) Pag. 661. n. 30. XII.
(p) Pag. 663. n. 37. XII.
(q) Pag. 670. n. 62. XII.
(r) Pag. cit. n. 63. XII.
(s) Pag. 671. n. 65. XII.
(t) Pag. 675. n. 77. XII.
(u) Pag. cit. n. 78. XII.
(x) Pag. 676. n. 80. XII. * Verſ. 3. 4. ** Verſ. 5. † Verſ. ult.
(y) Pag. 679 n. 92. XII.
(z) Pag. 681. n. 96. XII.

Ulterius progredientibus ſepulcrum occurret EVMORPHIANO poſitum (y) *Vita Sua Annum Agenti XXI.* formulam *Vixit* quis umquam ſic extenſam vidit? Ut fidam *L. T. Vruo Sibi Amantiſſimo Qui Vixit annos XVII. Educatus Literis Græcis Quam & Latinis* (z), ægre quidem adducar: nec faciliorem multo me Frehero præſtiterim, a quo *Acceptius Varuſius & Totia Patres* (a), Guichenonii monſtris (b), & ſingulariis ſomnialibus immorari piget.

Cui placeat *Inſtejus Conveniens*, quamvis *Vita Nitidus Culto Decoratus Forma Specioſus* (c)?

Parentum Adfectus obſignantes *Turpilia* & *Biſio* (d), *Calderii* ponuntur, qui agri Veronenſis pagus eſt thermalibus aquis prænobilis: idem & Sponius præſtitit : at Felicianus eamdem Inſcriptionem recenſens, e Græco verſam teſtatur. Græcum ipſum epigramma apud Gruterum (e) reſpice, quod & animadvertit Fabrettus, non de *Turpilia*, ſed de *Homonoea*, & *Atimeto* loquens, quibus nominibus Felicianus pariter affert, aliquanto etiam concinnius redditum, & nullis *Junonis Fontibus* memoratis, quos Saraina, & Carottus hanc epigraphen primum vulgantes intruſere, ut Calderio aptarent, & *Junonis* ibidem circa id tempus ſomniato Templo. Interpolationes perſimiles Gadius Magulla, & Petronius Probus Calderio pariter addicti apud Pantheum, & Sarainam, exindeque apud Gruterum ſunt paſſi. Homonoeæ carmina ſic reddi poſſent :

Quæ cantu longe melior Sirenibus, ipſa
Quæ ad menſas fueram grata magis Venere,
Quæve ut hirundo loquax jaceo nunc heic Homonoea,
Linquo & Atimeto perpetuas lacrimas.
Cui jucunda quidem vixi, dulcem tamen iſtam
Dæmon inopinus ſtravit amicitiam.

Statua Erecta Patri *Veraci & Innocenti* (f), *Storaciactes & Moſchidiactes* (g) *Heredes Pudenti Matri* facientes (h), *Fineta Varaccia Popidia Mater Conjux Filia* (i); *Quartionia Ex Voluntate Teſtamenti* (k); *Proximonia & Liberaninus* (l); Sertoria *Domo Aequo* (m); *Rebricis Vixilla* (n); *Salvi Mercuri In Suo Sibi Poſitus Liberi Superſtites* (o); *Aedicula Genialis* (p); *Gadiſia* (q), *Mai-*

(a) Pag. cit. n. 97. XII.
(b) Pag. 686. n. 111 112. 113. XII.
(c) Pag. 691. n. 124. XII.
(d) Pag. 696. n. 136. XII. ponit *Calderii* ex Panvin. *Antiq. Veron.*
(e) Gruter. pag. DCVII. n. 4. & ab ipſo Grutero Bonada Tom. III. pag. 475. Cl. IX. n. VII.
(f) Reineſ. pag. 701. n. 14. Cl. XIII. *Adfectus Liberorum erga Parentes.*
(g) Pag. 702. n. 17. XIII.
(h) Pag. 707. n. 29. XIII.
(i) Pag. 710. n. 39. XIII.
(k) Pag. cit. n. 40. XIII.
(l) Pag. cit. n. 41. XIII.
(m) Pag. 712. n. 45. XIII.
(n) Pag. 716. n. 60 XIII. ubi Verſ. 3. REBRICIDI VIXILLAE.
„ Vera (ait Reineſ. in not.) lectio eſt BEBRYCI. Hoc
„ enim cognomen etiam aliis commune, ut doceo in
„ *Eponymia* gentis adpellatione petitum, ut *Afer*, *Bithy-*
„ *nicus* &c. Bebrices autem populus Aſiaticus, tum &
„ Galliæ Narbonenſis &c. „
(o) Pag. 717. n. 63. XIII.
(p) Pag. 718. n. 64. XIII.
(q) Pag. cit. n. 65. XIII.

Mailorius (*a*); quamplures aliæ vel dicentes nihil, vel loquentes præpoſtere, *Liberorum* querimonias turpiter dedecorant, & fidem infirmant.

Minus contaminata apparent Conjugum ſuſpiria, quorum, cum minimi ut plurimum momenti ſint, pauca quædam attingam.

Miſere rhetorizat Capacius (*b*), apud quem *Tot Lacrimarum In Morte* quis fundat, neſcitur. *Conjugem Conſervatricem* (*c*) & *Uxorem Indulgentiſſimam* (*d*) exoptet ſibi quilibet, ſed non in lapidibus.

Creonita & *Mundus* (*e*); Conjux *Pietate Plena*, quæ *Libens* ſepulcrum ponit (*f*): *S. Spurio Decur* (*g*); *Liberalis Hedonicus* nuptiarum diem conſignans (*h*); *Gerulonius Satyrus Cum Spira Sua* (*i*); *Gnoria Faa* tam mire a Reineſio (*k*) transformata, *Cineribus Locus Sacer Vix Vnan* (*l*); *Modeſti Qui Idem & Aſyaragius* (*m*); *Caia Plinia* Palermiana (*n*); *Xinne* cum *Cimbiliata* (*o*); *Matuſſius Ganitus* (*p*); *Tapuricia Ververatus* (*q*); *Speciatia* & *Luttonius* (*r*), ubinam, & quibus meritis ſibi fidem concilient?

Supereſt in hac claſſe *Flavius Maximus*, qui *Fecit Coniugi*, & *Suis Parentibus*, deinde *Hagne Conſervae Meae Loco a Domina impetrato* (*s*). Superſunt carmina (*t*) vetuſtas Muſas minime redolentia; & *Perperneia Sibi Et Genio Suo* * ponens. Supereſt denique *Lymphatum* epigramma (*u*) Panvinio injuria imputatum.

Ex brevi plorantium Fratrum choro *Alionnam* (*x*) exime, & *Pollionem* (*y*) Piccartianum, & *L. Decimiolam* (*z*), & *Chreſtenen Pontiam* (*a*), cujus gentilitium perperam propoſitum cum *Conſervae* nuncupatione ſociatur; ibi *Oecunrae* in *Oecumene* Reineſius * transfert, ſed ex contextu legi multo aptius poſſet, *Et Cynirae*: ſicuti in illa (*b*) *Meneſtrato Antonia Druſi*. Meneſtratum haud probo, & ſervi nomen ab acephalo epigrammate avulſum ſuſpicor, poſt quod ſervi officium ſequeretur, *Meneſtratori*, hoc eſt, *Miniſtratori Antoniae Druſi*, ut in aliis *Miniſtrator Caeſaris*.

De *Sodalitatibus Ex Voto* (*c*), de *Manibus Gentis Suae* (*d*), de monumento poſito *Sine Vlla Querela* (*e*), de eo, qui *Tribuit Cui Meruerat* (*f*), de *Operis Aerotionis* (*g*) ſermonem habebimuſne? habebimus de *Pliniis*, & *Succeſſoribus* (*h*), de *Meritis Quæ In Eos Contulit* (*i*), de *Via Appia Aditum Ambitum Oſſa Reponent, Liceat* (*k*); de *Homine Reſpiciente Caſus* (*l*), de *Aſapha Judæo Poſteros Vitante* (*m*), de *Caecilio* (*n*) natalis *Horam* non ſolum memorante, ſed illam quoque, qua *Elatus Eſt*?

Liceat ex his vepribus ſe extricare tandem, liceat diutino & moleſtiſſimo tædio cedere, & clauſulas, ſi quæ ſunt in reliquis, inſolitas, abſurda nomina, erronea ſigla Lectoris perſpicaciæ ſatis jam ex anteactis periculis cauti ac circumſpecti amandare.

Appendicis (*o*) priores præcipue paginas rejice, & *Doctoris Secutorem* (*p*), & *Curatores Anni III.* cum anno adnexo CXXXVII. (*q*), ad quem Reineſius Cæſarianam Epocham ſomniat, & *Maximularium* (*r*), & *Numidam Anteſilanum* (*s*) cum ſequentibus quatuor, ac poſtremis tribus, quibus magnum hoc Inſcriptionum Syntagma infeliciter obſignatur.

III. *Jac. Sponii Miſcellaneorum Eruditæ Antiquitatis diſquiſitio.*

Reineſio dimiſſo, ad Sponii Miſcellanea accedamus, qui quæcumque, & undecumque potuit Elogia anterioribus *antiquorum monumentorum Collectoribus ignota* ſummo ſtudio conquiſivit *, & in publicum bonum magnifice cuſa vulgavit. Ex fictitiis, quibus aliquando eſt deceptus, plura quidem jam ejecimus, ſive Reineſiana ſcrutantes, ſive in lapidibus extantia, & a nobis contrectata excutientes; reliqua ſummatim percurramus. *Ex Voto Promiſſo* (*t*), & *Vt Sis Mihi Propitius Militibus Centurionibuſque Meis* (*u*), Romanæ neque formulæ, neque lo-

(*a*) Reineſ. pag. 718. n. 66 XIII.
(*b*) In Epig. relata a Reineſio pag. 722. n. 5. Claſſ. XIV. *Adfectus Conjugum*.
(*c*) Pag. 227. n. 18. XIV.
(*d*) Pag 736. n. 53. XIV.
(*e*) Pag. 737. n. 57. XIV.
(*f*) Pag. 738. n. 58. XIV.
(*g*) Pag. cit. n. 59. XIV.
(*h*) Pag. 742. n. 73. XIV.
(*i*) Pag. 743. n. 76. XIV.
(*k*) Pag. cit. n. 77. XIV.
(*l*) Pag. 749. n. 97. XIV.
(*m*) Pag. 754. n. 114 XIV.
(*n*) Pag. 756 n. n. 124. XIV. ex Pol. Palerm. ubi verſ. 2. O. PLINIA &c.
(*o*) Pag. 762. n. 144. XIV.
(*p*) Pag. 770. n. 167. XIV.
(*q*) Pag. cit. n. 170. XIV.
(*r*) Pag. 775. n. 181. XIV.
(*s*) Pag. 779. n. 191 XIV.
(*t*) Pag. cit. n. 192. XIV. eandem refert Fabret. pag. 420. n. 381 *ex Schedis Barberinis*; ex eodem Bonada Tom. II. pag. 420. Claſſ. IX. n. 94. at omnes inemendatam; ad fidem Lapidis vero Gorius *Inſcr. Antiq. Etr.* Tom. I. pag 147. n. 58 & videſis in *Supplem.* ad Claſſ. XXI, Alia carmina confer in hac Claſſe pag. 780. n. 195. & pag. 781. n. 200.
* Pag. 782. n. 201.
(*u*) Pag. cit. n. 202. ponit *Veronæ ex Antiq. Veron.* Panvinii.

(*x*) Pag. 783. n. 2. Claſſ. XV. *Adfectus Fratrum & Sororum*.
(*y*) Pag. 787. n. 13. XV. e Piccart.
(*z*) Pag 790. n. 22. XV.
(*a*) Pag. 780. n. 19. XV. * In not.
(*b*) Pag. 786. n. 11. XV.
(*c*) Pag. 794. n 2. Claſſ. XVI.
(*d*) Pag. 795. n. 3. XVI.
(*e*) Pag. 796. n. 7. XVI.
(*f*) Pag. 798. n. 15. XVI.
(*g*) Pag. 800. n 20. XVI.
(*h*) Pag. 804. n. 36. XVI.
(*i*) Pag. 805. n. 38. XVI.
(*k*) Pag. 807 n. 46. XVI.
(*l*) Pag. 813. n. 66. XVI.
(*m*) Pag. 820. n 20. XVII.
(*n*) Pag. 822. n. 30. XVII.
(*o*) Pag. 1007. *Appendix Miſcellaneorum, quæ dum colligerentur, ſuis ſe locis ſubduxerant.*
(*p*) Pag. 1024. n. 23. Append.
(*q*) Pag. 1026. n. 28.
(*r*) Pag. 1028. n. 36.
(*s*) Pag. cit. n. 38.
* Edita fuerunt *Miſcellanea* Sponii Lugduni 1685. poſt Syntagma Reineſii, quod prodiit Lipſiæ 1682.
(*t*) Sponius pag. 4. Sect. 1. ponit *Romæ ex Schedis Bagarrianis*.
(*u*) Pag cit. ponit *Salonis ex Marulli* MS. & ego ex eo in *Supplem.* ad Claſſ. I. ubi de *Apolline*.
Cum autem plures Sponii Epigraphes relatæ fuerint ab Immortali Muratorio, rem ingratam Clariſs. Literarum Cultoribus

quutiones ſunt. *Proclianus* (*a*) ſubſequens mendoſe claudit, ut alii in hac collectione multi. Urnulam, *Ne Tangito o Mortalis* (*b*), recentem luſum fuiſſe, certo certius eſt, quamvis & Fabretto (*c*) impoſuerit.

Aqua Tepula (*d*) Ligoriana frigeſcit quam maxime; nam Aquarum Inſcriptiones ſecus conceptas vidimus, & tam inepte inchoatur hic *Aqua Julia Imperator Cæſar*, quam incongrue deſinitur *P. Mill. X.* Nova præterea ad *Aubulos* ſignificandos cuditur nota, nec Aqua Julia per tubulos deducebatur, nec Auguſto, qui RIVOS *Aquarum Omnium Refecit* (*e*), de tubis aquæ Juliæ a milliario decimo *poſitis* titulus quadrat: adde Agrippam gentilitio ſuo, quo ejus novitas arguebatur, in publicis monumentis numquam uſum eſſe.

Secundanum cum *Flaminica Diva Druſilla* (*f*) Pingonius quodammodo adglutinat? Inter lapidaria numina Nymphas *Nutrices* viderat nemo, & *Nymp. Nutr.* (*g*) pro *Nymphis Nutricibus* antiquum compendium non olet; ſicuti nec antiquam epigraphen ea verba *In Lavacro Agrippinæ* (*h*).

Colatur nolim *Signum Herculis Servatoris D. N. Imp. D. Trajani* (*i*): neque enim ſignis quinam *Fieri Curaverit* ſubſcribi ſolet, & per ſingulariam D prænomen *Decimus* indicatur, non *Decius*; quin Imperator is *Trajanus Decius* in lapidibus enunciari ſolet, non *Decius Trajanus*. In *K. Varrio Architecto Exercitus* (*k*) inuſitate ſingula occurrunt, & peccat poſtremum nomen. *Eugenii* clauſula *Voto Suſcepto Libens Merito* (*l*) non bene coaleſcit; ubi Sponius *Ex Præfectus* legit, ac *Comes Domeſticus* *, *Ex Præfecto*, & *Comes Domeſticorum* legendum intelligis. Fortaſſe ὑπονοίας ſuſpicionem ſphalmata quandoque procreant: in eadem pagina dictiones *Hoc Tibi Precor* (*m*) hexametrum terminant, quod apud Gruterum (*n*) inculpate legitur, *Hoc Tibi Prætor*.

Quo loco de Dendrophoris diſputatur non inerudite (*o*), de Inſcriptione * reliqua nullum omnino efficiente ſenſum verba velim fuiſſent facta; mihi e veteri lapide eas exceptas nugas non dicent.

Plura quoque in proxima diſplicent; *Philetus Libertus M. Ulpi Arvati Nepos*, verba *Anni Primi* a reliquo Sermone diducta, *Pon. LXXXX.* quod nihil dicit, & *IIII. H. H. Dei Soli* (*p*), ubi forte fuerit *in honorem Dei Solis*. Exinde *Col. Aequi. Fabr.* & *Diſp. Municipii Riditar.* cum *Republica Splendiſſimarum* (*q*) mihi ægre probentur.

Danium Lugduni fruſtra *exſcripſit* editor de *Anima Ablata*, & *Corde Recondito* neſcio quid effutientem, Aramque *Infraſcriptam* memorantem, atque *Inſcribentem Sibi*, quamvis *Alumno* (*r*) poſuerit anonymo. Paullo ante de Collegii ſtipe collecta (*s*) interpretatur Sponius abſurdam & importunam omnino clauſulam, * *LXXX. COL. Stipavit*: paulo poſt quid ſibi hæc ſyntaxis velit? *Imperatoris Trajani M. Auſtronius Argenti Pond. IX. Reddidit Dedic. K. Aug. IIIIII Et III. N.* (*t*): Bis ſubſequens (*u*) *Pabulariorum Collegium*, non adducar, ut recipiam; quid enim negotii Pabularios geſſiſſe putabimus? priorem ex his, quæ Fabretto (*x*) pluſquam ſuſpecta eſſe debuit, attigimus in Reineſianis: Collegiorum *Luſtra* non ab Urbe condita, ſed a Collegio conſtituto computabantur; & *Pollius* Libertus, cum ſervitutem ſerviret, *Pollianus* nuncupari vixpoterat.

Altera (*y*) Pabulariorum Duoviros recitat poſt eorumdem Quatuorvirum in anteriori memoratum; ii *Collegio* neſcio quid *Dedicant*, & dictionem *Quinquennalitate* ſine cohærentia interponunt.

Ad quodnam Inſcriptionum genus *Nomina* revocabimus, quæ *Decuriones Adſcripſerunt*? & quid epigraphe iſta omni peragitur? & undenam ea formula depromitur, *Qui Hoc Collegium Dedicant* (*z*), ſeu *Dono Dant*? vetuſta tempora tam hæc ſapit, quam *Sodalitas* (*a*), quæ conſequitur, *Pudicitia Servanda*.

Jovi Tempeſtatium Divinarum Potenti (*b*), & *Vintis Bonarum Tempeſtatium Potentibus* (*c*) libentius aliis honorem habebunt Poetæ, a quibus ea manavit loquutio:

> *Di maris, & terræ, tempeſtatumque potentes*: (Virg.)

Cur

toribus me non facturum duxi; ſi eas, quæ ab eo fuerant prætermiſſæ, in hac mea noviſſima Sylloge iterum referam, etiamſi ex illis ſint in examen adductis a Clariſs. Maffejo, quas Eruditorum judicio, ut de omnibus faciam, lubenter ſubmitto, ut in Supplementi Præfat. innui.

(*a*) Spon. pag. 4. ponit *Hailbronnæ ex Reineſio*.
(*b*) Pag. 23. Sect. I. Art. VII.
(*c*) Pag. 21. *Inſcr. Antiq.* n. 91. ex *Schedis Barberinis*.
(*d*) Pag. 32. Sect. II. Art. VII. Confer hanc in *Supplem.* ad Claſſ. I.
(*e*) Gruter. pag. CLXVII. n. 5.
(*f*) Spon. pag. 36. Sect. II. Art. VII.
(*g*) Pag. 37. l. cit. ex eo ad Claſſ. I. in *Supplem.* ubi de *Nymphis*.
(*h*) Pag. cit. ubi ait: *erant Romæ Balnea Agrippinæ, ad quæ pertinebant duæ repertæ ſtatuæ, in quarum baſi inſcriptum*:

IN LAVACRO AGRIPPINAE.

(*i*) Pag. 50. l. cit.
(*k*) Pag. cit.
(*l*) Pag. cit. * pag. 51.
(*m*) Pag. 50.
(*n*) Gruter. pag. XLIII. n. 7.
(*o*) Sponius pag. 56. & 57. Sect. II. Art. XI. * Pag. 56. cit. Vid. Claſſ. VII. ubi de *Dendrophoris*.

(*p*) Pag. 57. l. cit.
(*q*) Pag. 58. Varians apud Murat. MCXVI 6. qui ponit *Salonæ* prope *rudera Amphiteatri*, & apud Cl. Zachariam *Marm. Salonit.* Cl. IX. n. IV. p. XXII. minus deturpatam habes; in *Supplem.* ex eodem Sponio ad Claſſ. XVI. Hanc non reſpuit CL. Corſinius in ſuis adnotationibus MSS. ad cit. *Marm. Salon.* quas mihi pro ſua humanitate, qua pollet, communicavit.
(*r*) Pag. 66. & 67. Sect. II. Art. XI. Vid. ad Claſſ. VII. *Supplem.*
(*s*) Pag. 66. Vid. ad Claſſ. VII. l. cit.
(*t*) Pag. 67. l. cit. & ex Sponio ad cit. Claſſ. VII.
(*u*) Pag. 68. Vid. cit. Claſſ.
(*x*) Quæ incipit: APOLLINI INVICTO apud Fabret. *Inſcript. Antiq.* pag. 23. n. 104. ex *Schedis Barberinis*: *Sed ſuſpecta*, & varians apud Reineſ. p. 239. n. 275. I.
(*y*) Spon. pag. 68. Vid. cit. Claſſ. VII. *Supplement.*
(*z*) Pag. 69. Sect. II. Art. XI.
(*a*) Pag. 70. l. cit. ponit *Romæ in Hortis Juſtinianeis & exſcripſit*; ex eo ad Cl. VII.
(*b*) Pag. 76. Sect. III. n. X. ponit *in Africa non longe ab urbe Conſtantina*. Deſcripſit D. de la Fon, Propugnaculi Franciæ in Africa ad Mediterraneum tunc temporis Præfectus. Hæc ad Claſſ. I. ubi de *Jove*.
(*c*) Pag. 77. ponit ibidem. VITIS pro VENTIS ſculptum eſt Quadratarii errore. Vid. quæ ad hanc notat Sponius.

Cur vero Legionis oblatio a *Calvitino* dedicatur provinciæ *Pro Pratore*? Mox equidem *Mercurium* videbimus *Lucrorum Potentem* (*a*), quem recenſuit Fabrettus (*b*) quoque; ſed ibi nec arridet clauſula *Ex Voto Damum Poſuit Et Dicavit Locus Datus Decreto Decurionum*.

Juppiter etiam *Domeſticus*, quem *Veteranus L. M.* (*c*) abrupte colit, parum arridet, ac votum multo minus, quod compendiis novis, & recondita formula *B. OP. Imperarunt Poni Nemauſenſes* (*d*). Quid de inauditis Jove, & Junone *Patulciis* (*e*) dicam, quibus dedicata eſt ædes antequam facta? illam (*f*) quidem *Præfectus Fabrum Oſtienſium Faciendam Coeravit E II. P. De Senatus Sententia*, & Collegium Conſulum, commixtis nominibus, quodque nullis Faſtis nomen dedit umquam, inſignivit.

Juno etiam *Soſpita*, a Cicerone de Natura Deorum deſcripta, inferius *Patulcia* (*g*) dicitur ſine exemplo, & quam honorifica ac decenti Deæ feminæ appellatione quilibet norunt: e Ligorio prodiit, a quo hauſit Reineſius (*h*), ut & ſubſequentem (*i*), in qua rurſus ſolemni in votivis, ad hanc diem a nemine, quod meminerim, animadverſa ſpuriorum lapidum nota, numini uni plures ex ejuſmodi titulis adponuntur, qui ſimulacra indigitabant diverſa; *Sacerdos* ſiquidem *Junonis Regina Siſpita* conſignatur, cum ex Junones diſſitis in locis colerentur, docente Livio Lib. XXII. ob prodigia procuranda decretum fuiſſe, ut *Junoni Regina in Aventino*, *Junonique Soſpitæ Lanuvii majoribus hoſtiis ſacrificaretur*: hinc & proxima *Juno Moneta Regina* (*k*) exſibilatur, ut de *Jove Siſpite* (*l*) ſileam, a quo fieri ſoſpes nolim, & de *Junone Albana*, (*m*) cui V. D. D. (explicat mire Sponius *voto aram dedit*) Flora Auguſti Liberta, quæ Eurychiæ nomen adſumpſerat.

Silvanabus quoque, & *Quadribis* (*n*) inventi ſunt qui ſacrificarent; nec non qui *Deum Peninum* (*o*) a Livio acceptum *Optimi Maximi* titulo augentes, æquiparatem Jovi; lepida ſunt, quæ hoc loco fabulatur Guichenonius; * hujus Dei ſtatuam Auguſtum, victis Salaſſiis, dejeciſſe, Terentii Varronis Inſcriptione (*p*) repoſita.

Apollinem *Præſtantem* (*q*) habet Reineſius (*r*) quoque, ſed cum abſurdis ſiglis, & e ſuſpecto fonte; item Gruterus (*s*), ſed informem prorſus: Dedicatio per tria D immodice ſignificatur, & ante ponentium nomina collocatur perperam: deſipuit, *Ordinem* qui ſomniavit *Peregrinorum*, ſed nugas egit præcipue maximas, qui cum Titi Auguſti, ut legendum videtur, Liberto Merobaudis Conſulatum ſociavit, ipſique Merobaudi Catullinum Collegam dedit, ab Almelovenio miſere hujus Inſcriptionis fide, quamvis contra monumentorum omnium auctoritatem, receptum, Faſtiſque illatum.

Pruras & *Piras* (*t*) Fabretto (*u*) emendanti demando; neque enim commentitia eſt epigraphe, ſed mire corrupta, ſicut & Spanhemianæ *Q. Raeſti* (*x*) clauſula. *Organius* (*y*), qui bis *Sacerdos* nuncupatur, & duplici Sacerdotio gaudet, perpetuo fere ceterum inſtituto derogat; novum item munus *Corporis* artificum *Sacerdos* gerit: quidnam autem artificii *Lutores* factitaſſe opinabimur? *Lotorum* forte legamus, cum paullo ante *Collegium Lotorum* (*z*) memoretur; at quid inauditis pariter *Lotoribus* cum *Tectoribus* erat ut conjungerentur? nec ea verba *Collegium Lotorum* in eo titulo a Fabretto (*a*) quoque deſcripto ſuſpicione apud me vacant, utpote loco minus quadrantia, & adjacentibus ægre cohærentia: ſed in epigrammate noſtro *Ceres* etiam *Conſervatrix Organiana* mihi negotium faceſſit, tum ob appellationem duplicem, tum quod *Organiana* non ab illuſtri gente aliqua, ut par eſſet, nuncupatur, ſed a Liberti cognomento, hoc eſt, a ſervili nomine, quo ante libertatem adeptam utebatur.

Pollucem cum additamento (*b*) *Dei Vintii*, *Nymphas XI. Griſelicas* (*c*), *Porcernes* (*d*), Deos *Proxumos* (*e*), & *Proxſumos* (*f*) cum *Ino* (*g*) proximo haud equidem magnifacio.

Somnus Aeternalis multis apud Fabrettum funereis lapidibus conſignatur, *Aeternalis Genius* (*h*) necubi appareat, novi, nec quid eſſet: * *Arrentum*, ſive ſis, *Argentum Scanicum* multo minus:

(*a*) Sponius pag. 91. Sect. III. n. XLII.
(*b*) Apud Fabret. pag. 624. n. 10. varians. Ei ſuſpecta non eſt. Vid. Claſſ. I. ubi de *Mercurio*.
(*c*) Spon. pag. 78. n. XIII. Sect. III. ponit *Neomagi ex Smetii Antiquit. Neomag.* ubi inquit „ *Jovem* ſuum *do-* „ *meſticum Brato Miles Veteranus Lubens Merito* venera- „ tur, vel quod *domum* ſuam poſt militiæ pericula reverti „ permiſiſſet, vel quod ei *domi* tunc Aram collocaſſet, „ eumque pro Optimo Maximoque Penatum ſuorum colere „ in poſterum inſtituiſſet „
(*d*) Pag. 80. n. XVII. Sect. cit. Vid. ejuſdem Sponii interpretationem l. cit. & in *Supplem* ubi iterum hanc epig. recuſi.
(*e*) Pag. 81. Sect. III. Vid. Claſſ. I. ubi de *Jove*.
(*f*) Vid. ad cit. pag. ſub n. XX.
(*g*) Pag. cit. ad fin. & ex eo ad Claſſ. I. ubi de *Junone*.
(*h*) Mutila in 1. verſ. apud Reineſ. pag. 59. n. 33. I.
(*i*) Spon. pag. 82. n. XXI. *ex Spanheim. de utilit. Numiſm.* eadem apud Reineſ. pag. 383. n. 47. V.
(*k*) Pag. 83. n. XXIV. ponit *Roma*, & exſcripſit: relata ad Claſ. I. ubi de *Junone*.
(*l*) Vid. cit. Epig. ſub n. XXI.
(*m*) Pag. 82. n. XXII. & Claſſ. I. ubi de *Junone* ut ſupra.
(*n*) Pag. 84. n. XXVI. *In ruinis Carnunti, prope Viennam Auſtria, in Pago Pedernel effoſa*.
(*o*) Pag. 85. n. XXX. Sect. III. & ex Sponio ad Claſſ. I. ubi de *Diis Exoticis*.
* Guichenon. in Hiſt. Sabaudica.

(*p*) Quæ eſt hujuſmodi ex Spon. pag. 86.

I. O. M. GENIO LOCI FORTVNAE
REDVCI TERENTIVS VARRO.

(*q*) Pag. 86. n. XXXII. Sect. III. Vid. Claſſ. I.
(*r*) Pag. 239. n. 276. I. ſed non eſt eadem ac *Sponiana*.
(*s*) Pag. XXXVIII. n. 8.
(*t*) Spon. pag. 88. Sect. III. ponit *Roma in Hortis Juſtinian.* & exſcripſit.
(*u*) Mutila apud Fabret. pag. 689. n. 106. verſ. 1. & 2. Vid. in *Supplem.* ad Claſſ. I. ubi de *Diana*.
(*x*) Spon. pag. 89. Sect. cit. & in *Supplem.* ad Claſſ. XI.
(*y*) Pag. 90. Sect. III. n. XXXIX. & ex eo ad Claſſ. I. l. cit. ubi de *Cerere*.
(*z*) Pag. 64. Sect. II. Art. XI.
(*a*) Apud Fabret. pag. 435. n. 19. varians in 8. verſ. & deeſt ult. Vid. Claſſ. VII. in *Supplem.* ubi de *Collegiis Lotorum*.
(*b*) Pag. 92. n. XLV. Sect. III.
(*c*) Pag. 94. n. XLIX. Sect. cit.
(*d*) Pag. 95. n. L. Sect. cit.
(*e*) Pag. 96. n. LIV.
(*f*) Pag. cit.
(*g*) Pag. cit. n. LV.
(*h*) Pag. 102. n. LXVII. Sect. III. cit. * Verſ. 4.

nus: ecqua vero gente Marci erant Libertæ patroni, quæ poſt manumiſſionem *Trepte* appellatur? hocce epigramma Reineſius (*a*) aliquanto melius deſcribit, ut & ſubſequens (*b*), in quo tamen *Genium Paciferum*, & formulam *Animo Libenti Dedicaverunt* non excipio libens.

Mutillia (*c*) ex incognita gente *Hoſiri* poſuit incognito numini; ni quæ *Imperio* loquitur pro *ex juſſu*, *Hoſiri* ſcripſerit pro *Oſiridi*: nec ſecus ſcribitur apud Reineſium (*d*).

Matres inter & *Matronas* vota præſertim movent, quæ *Civis Nervius* (*e*) [non urbis aut oppidi, ſed gentis ſeu populi nomen] *Matribus Mopatibus Suis*, & *Milites Vexill.* (*f*), ac *Gabiabus* (*g*) Victor ænigmatice dicant; ea tamen longe perſpicua ſunt, ſi *Fano HER. AVSC. Orrits* (*h*) comparentur. *Trittiam* (*i*); *Deæ Seg. F.* (*k*) in Pondere Camdeni *Votum Fecit* (*l*), *Agbonem Deum* (*m*), *Deam Nympham* (*n*) non eſt operæ pretium excutere.

Gregem vero Deorum, inter quos *Felicitas*, *Caeleſtis Fortuna*, & *Iſis* (*o*) in maſculum verſa, qui lapide uno demereri voluit, ſibi pacifice habeat, dummodo deridiculam in *Voto Conſacrato* clauſulam ſummoveat *Pro Se Suiſque Heredibus*. Sequentes hujus Sectionis paginæ mala prælum ſubierunt alite; vix enim continent quod lætus libens recipias. Quid eſt (*p*) *Lares Agrippa?* (*q*) *Pediſſimachus Marmor?* (*r*) *Surrentino Deo? Jovi & Fidei Cand.* (*s*) cum *Coſ. Suffragator?* Quid eſt *Arvalus* modo (*t*) *Apollini*, modo (*u*) *Saturno* titulus datus? nihil ineptius priore ex his epigrammatis, ubi integrum viſitur, hoc eſt, apud Octavium Rubeum, inauſpicato collectionem ſuam hac ipſa epigraphe ingredientem: in altera (*x*) *Valerius* cognomenti loco eſt, *Commodus* gentilitii.

Deum Noctulium (*y*), qui tam eſt auditus, quam ejus cliens *Virlius*, nocturnis phantaſmatis accenſeo. Qui hæc verba *Tyllino*, *Et Germanico Felicitatem Divinitatem* (*z*), antiquo lapidi indita fuiſſe putat, profecto neutiquam utitur Apolline dextro.

Non reticebo, neque unam ex his Inſcriptionibus, quarum aliquæ paucis ab hinc annis repertæ dicebantur Brixiæ, & in agro Brixiano, ubi quam plures ceteroquin optime cuſtoditæ ſunt, hodie reperiri, imo nec a viris doctis, quos conſului, umquam viſam eſſe, quo quidem in mendacii ſuſpicionem aliquam ſtatim adduci ſoleo. Illa quoque, qua poſt inemendatas aliquot, & poſt *H. Templum Cum Fontibus*, *SV.* (*a*) & cum æque monſtroſa clauſula, terminatur Sectio, nequicquam perquiſita eſt: in ea turbat aliquantulum Mercurius *Reipublicæ Conſervator*, *Eutiphro* ingenui hominis cognomen, *Callinius* (*b*) illuſtris in ea regione hodiernæ familiæ gentilitium.

In Geographicis periculum perſæpe eſſe, experientia didici. Non inficete profecto concinnatum dixerim Viſigothorum Regis titulum (*c*), ſed quænam hæc in Galliis *Heraclea* eſt a nemine umquam memorata quod noverim? Ataulfo Alarici nepoti poſt invaſam Galliam magnificum ſtruitur elogium *Ob Electam a Se Heracleam in Regiæ Majeſtatis Sedem*: at illum brevi temporis ſpatio, quo eam Provinciam vexavit, Narbonam præcipue inſediſſe, Scriptores (*d*) docent; *apud Narbonam*, ſiquidem ex Idatio *Placidiam duxit Uxorem*, & ejectionem ejus e Gallia his verbis Oroſius (*e*) tradit: *Conſtantius magna gerendarum rerum induſtria Gothos a Narbona expulit, atque abire in Hiſpaniam coegit.* Quomodo etiam intelligantur monumentum ſtatuentes Anatilii *Narbonenſes Arecomici?* Anatilii, & Arecomici regiones fuere, quorum capita Nemauſus, &, ſi Ptolemæum audimus, Maritima, aut Narbonenſes ſatis fuerat enuntiare, velut communi toti Provinciæ nomine, aut cum Narbonenſibus Nemauſenſes ſociandi, non Arecomici, & dimittendi Anatilii, quorum obſoleverat nomen: cur autem iſti omnes *Vandalicæ Barbariei Depulſorem* Ataulfum vocent, non eſt eruere.

Ex Joffredi Hiſtoria Nicienſi *Baſſillae* (*f*) monumentum prodit capite & calce inquinatis: præterea non bene in eo ſonat, *Impatientiſſimo Dolore Eius Adflicti*, aut *Rhodiſmani* nomen Græcogermanicum, aut *Commen. Alp.* ſenſu nullo. Ab eodem fonte paulo ante mutilata epigraphe (*g*) deducta eſt, ex qua quomodo libet ſuppleta nihil non monſtroſum efficias, & poſthac mirifica deducetur, quam, cum ſic deſinat, *Agonotheta Epiſcopo Nicaenſium Amici* (*h*), ſerio nihilominus excepit Sponius, & illuſtravit. Nec extra aleam eſſe dixerim *Mattuciam* (*i*), de qua immatura morte *Subtracta* ex quo *Pago* fuerit præter morem adjicitur, & ex quo *Vico*.

Multo plures in hanc Sectionem ex Guichenonii Hiſtoria Sabaudiæ ſunt invectæ, quantum an ulla ſit, quæ recipi tuto poſſit, vehementer dubi-

(*a*) Reineſ. pag. 245. n. 293. I.
(*b*) Spon. pag. 102. n. LXVIII. Sect. III. Reineſ. vero pag. cit. 245. n. 294. I.
(*c*) Pag. 103. n. LXXIII. Sect. cit.
(*d*) Reineſ. pag. 236. n. 268. I.
(*e*) Spon. pag. 105. n. LXXVII. Sect. III. cit.
(*f*) Pag. cit. n. LXXVIII.
(*g*) Pag. 106. n. LXXIX.
(*h*) Pag. cit. n. LXXX.
(*i*) Pag. 108. n. LXXXIV.
(*k*) Pag. 109. n. LXXXVI.
(*l*) Pag. 110. n. LXXXIX.
(*m*) Pag. 111. n. XCII.
(*n*) Pag. 113. n. XCIV.
(*o*) Pag. cit. n. XCV. Sect. III. cit.
(*p*) Pag. 114. I.
(*q*) Pag. cit. 3.
(*r*) Pag. cit. n. XCVI.
(*s*) Pag. cit. n. XCVII.
(*t*) Pag. 115. n. XCVIII. 1.
(*u*) Pag. & n. cit. 2.
(*x*) In cit. Epig. verſ. 3. & 4.
(*y*) Pag. cit. n. XCIX. & in *Supplem.* ad Claſſ. I. ubi de *Deo Noctulio*.
(*z*) Pag. 115. n. XCIX. 2.
(*a*) Pag. 117.
(*b*) Pag. cit. Epig. ult.
(*c*) Pag. 157. in princip. Sect. V. & ex eo ad Claſſ. XV. *Supplem.*
(*d*) *Chron. ad an.* Abr. 2430.
(*e*) Oroſ. Cap. ult.
(*f*) Pag. 158. Sect. V. ex *Joffred. Hiſtor. Nicienſ.*
(*g*) Pag. 155. Sect. cit. ex eadem Hiſtor. Vid. Claſſ. XVI. *Supplem.*
(*h*) Pag. 193. ex eadem Hiſtor. Ego ex Sponio ad Claſſ. XV.
(*i*) Pag. 191. Sect. cit.

dubito. *Urvino* (*a*) quis fidat *Ponti a Julio Caeſare apud Aſtam Præfecto?* Quis *Gallo* (*b*), qui Latine loquens *Fortitudinem* Corpori tribuit, & cui poſuerunt *Civitas Aſtenſis Et Nati?* quantum his omnibus fidendum ſit, *Aelianae* (*c*) elogium abunde docet, ipſiſſimum cum reliquis ſtylum præſeferens; neque enim quicquam magis ſtolide confictum facili negotio reperias, cum id huic mulieri dicantur Aſtenſes decreviſſe *Ob Civitatem a Belloveſi Furore Servatam*. Poſt *Tilium*, qui inuſitata formula *Militavit in Britannia* (*d*), *Gardinum* laudat *Aſtenſis Civitas Ob Civitatem Proprio Aere Sublevatam* (*e*): exinde miſere neſcio quis, & recenti acumine, rhetoricatur *monumentum* dicans *Pro Re Magnum Pro Pietate Parvum* (*f*); adeo melius *Agnanus* duplex *Natus Romae Aſtae Edocatus Memor Extremi Fati* (*g*), ſed incondita ſigla, futilemque clauſulam adjiciens non memor antiqui moris.

Magnifica eodem Auctore teſtimonia, a Cellario ipſo excepta, ac repetita, Albenſis territorii pagus nulli Geographorum veterum agnitus oſtentat: profertur ſcilicet, non Decurionum ordo cum plebe, ſed *Senatus Populuſque Cerialis P. Cornelio P. F. L. N. Africano* (antiquo agnomine improprie in cognomen verſo) *Et Gn. Pompejo Magno* non Ceriæ, ſed *Alba Inſtauratoribus* (*h*), ut inſueta formula legere cogimur lapidem, *Dans*: necnon *Celſus Aedilis Plebis Cerialis Quæſtor* (*i*); quæ verba e Gruterianis (*k*) decerpta puto, in quibus *Aedilis Cerialis Quæſtor*, & *Quæſtor Aedilis Plebis Cerealis* laudantur; ſed ibi non municipales aliqui, ſed Ædiles Cereales, qui Romæ rei frumentariæ præerant, indigitantur: in hoc epigrammate illa præcipue diſplicent nullo juncta coagulo; *Præfecto Coh. Breucor: Municipio Suo Alba Pompeja Patrono Coloniarum Municipiorum*: Senatorium quoque & Senatorum Ordinem omnes frequenter legimus, *Ordinem Senatus* non ita: quatuor oppidorum adjecta nomina ex uno Plinii (*l*) loco videntur mutuo ſumpta. Unde autem ſumpſit nugacia & inconnexa verba, *Sub Provinc. Luſitaniae J. D. Col. Jul. Aug. Flor. V.* quæ alibi ſcriptitat? Formula *Devictis Dacis* (*m*), qua Foroclaudienſes Centrones utuntur, nuſquam in lapidibus, quod meminerim, obſervatur.

Ridiculi *Nantuates* ſunt, qui Auguſtum jam rerum potientem *Patronum* (*n*) habuiſſe jactent. Inſcriptio, *Imp. Caſare Auguſto Calvus Patavinus Privatum* (*o*), quid ſibi velit ſcire aveo quam maxime, & cur numerus ante *Coſ.* ponatur. *Urbis Præſes* in duabus (*p*) quidem conſignatur, ſed nove & indocte, ubi præſertim de Seguſini Municipii Rectore agatur, qui etiam Rector in civitatibus ſingulis, Romano ſtante imperio, nullus erat; Præſides enim non oppida, ſed *provincias Regentes* appellabantur, ut præcipue Juriſconſultus libro Digeſtorum primo, tit. 18. priſcique lapides perpetuo docent. Has omnes Sponius a Guichenonio ſumpſit, imo & aliam, quæ fruſtra evaſerat; nam in ea Valentiniani ævo, cum tot nomina viri illuſtres ſibi circumdarent, Alpium Cottiarum Præfectus per quatuor literulas *Q. Mag.* ſignificatur, & hodiernum elogiorum ſtylum olfaciet unuſquiſque, ubi audierit, *Thermas* ab eo *Firmatas*, & quas *Uſui Seguſinae Reddidit Civitati*, id vero *Ne Quid Vel Utilitati Vel Urbis Deeſſet Commoditati* (*q*).

Provinciæ Hiſtoria monumentum (*r*) ſuppeditat, quod *Heredes* ſignant, nomen præter uſum ſupprimentes ſuum, ac *Moltelia* gens antea non agnita diſtinguit. *Brigantini* (*s*) duabus tantum literis BR. obſcure perſcribuntur, eorumque *Ordinem* Poſuiſſe magis decebat, aut Juſſiſſe, quam * *Fieri Curaſſe*. Alpium maritimarum Procurator, quem ad Provinciæ regimen Sponius (*t*) evehit, una ſit *facie* contentus; nam ſi Janum æmulans & alteram hic ſuperadditam ſibi ſumat, terriculamento erit tamquam deformiter larvatus.

Occurrunt & alia mire corrupta: *Fundemq* (*u*), *Laterano* (*x*), H S. trecenta millia nummum (*y*) ex abrupto, *D. S. Cemenſe Vico* (*z*). Bis *Ordo Cemenelenſis* (*a*) producitur; ſed hinc *Præſes Optimus*, hinc *Gallienus Junior* (*b*) fidem elevant: admiror equidem Cl. Bandurium (*c*) de Cornelia Salonina agentem hanc recitaſſe epigraphen, nec monſtrum animadvertiſſe in oculos ſtatim incurrens, ubi Salonina *Gallieni Junioris Conjux* enuncietur: virum ſiquidem ejus Gallienum nullus Scriptor, aut monumentum eſt, quod *Juniorem* dixerit; Saloninorum autem cum Julii, tum Cornelii, quibus Gallieni Junioris aptari nomenclatio poſſit, quorumque alterum *multi Gallienum*, *multi Saloninum hiſtoriæ prodidiſſe*, Capitolinus docet, mater habita eſt Cornelia Salonina, non conjux. De Ptolemæi

Sali-

(*a*) Sponius pag. 158. Sect. cit. n. 1. Vid. Claſſ. XV.
(*b*) Pag. cit. n. 2.
(*c*) Pag. cit. n. 3. relata ad Claſſ. XV.
(*d*) Pag. 158. n. 4. Sect. V. Hanc Epig. reperies ad Claſſ. XV. in mea Sylloge, ſicuti alias *Sponianas* prætermiſſas a Clariſſ. Muratorio, ut jam innui, ad ſuas Claſſes relatas. Quas videſis, ſi pro hiſce nolis ſemper adire Sponium.
(*e*) Pag. 159. n. 5. Sect. cit.
(*f*) Pag. cit. 159 n. 6.
(*g*) Pag. cit. n. 7.
(*h*) Pag. 163. Sect. V.
(*i*) Pag. 164. in princip.
(*k*) Vid. Gruter. CDXXXIII. 1. & CDXLI. 4.
(*l*) Plin. Lib. III. Cap. V.
(*m*) Spon. pag. 185. n. 2. Sect. V.
(*n*) Pag. 192. Sect. V.
(*o*) Pag. 196. Sect. cit.
(*p*) Pag. 198. Sect. cit.
(*q*) Pag. 157. Sect. V. Hæc in mea Collect. ad Claſſ. XV.
(*r*) Pag. cit. ponit *Antivoli* ex *Bouche Hiſt. Provinc.*
(*s*) Pag. 159. in fin. Sect. cit.
* Vid. Sponii lectionem pag. cit. & pag. 160.
(*t*) Pag. 161. *in oppido Chorges Delphinatus, lapis ſive cippus duabus faciebus inſcriptus*. Gruter. pag. CCLXXXVII. 7. ponit ibidem *in via militari, qua Mediolanum ducit, prope a ntera Druentiam in cippi parte averſa, a Surita qui vidit*. Prior facies apud Gruter. deſideratur, altera eſt valde incorrecta: ideoque utramque ex Sponio habes in *Supplem.* ad Claſſ. XV. Vid. Cluv. Lib. I. *Ant. Ital.* Cap. 32.
(*u*) Pag. 160. in princip. Vid. Claſſ. XV. cit. *Supplem.*
(*x*) Pag. 161. n. 1.
(*y*) Pag. cit.
(*z*) Pag. 163. verſ. 2.
(*a*) Pag. cit. in princip. in duabus Epigraphis.
(*b*) In citatis Epigr.
(*c*) Tom. I. pag. 242.

Salinis, vel *Salinenſibus* (*a*) teſtimonium ex eadem Hiſtoria * afferri ſolet (*b*), quod patriæ profeſſio in patria ipſa, & ante cognomentum locata, nec non forma illa *Supra Modum Aetatis Pientiſſimo*, magnopere infirmant.

Peireſcianus *Titullus* civitates valde diſſitas, Deam Vocontiorum & Ariminum mire complectitur (*c*); in altera * enim Duovir, & Pontifex; in altera Flamen ** prædicatur; & Curator Muneris, *Pagi Epot.* præterea *Præfectus* (*d*) fuit: *Heredes*, qui ponunt, ſe haud nominant; eos forte puduit dictionis *Loco* adeo extra locum adhibitæ, ejuſque loquutionis *Curatoris Ad Deam*.

Poſt præclaram ac genuinam (*e*) Paganorum pagi Lucreti in Arelatenſium finibus; contaminatam adhuc vides *Auxiliaris Præfecti Prætorio* (*f*): in ea ad lacunam *De Arelate Ma .... Milliaria Poni*, non Scaligerum (*g*) tantum rideas, *Mamiliariam* vocari Arelatem putantem, ſed Sponium (*h*) pariter & Guirannum * de *Matre Milliaria* interpretantes: in promptu eſt legere *De Arelate Maritimam*, vel *Maſſiliam*, vel quid hujuſmodi, *Milliaria Poni Juſſit*: ita ſcripſeram, cum in mentem venit inſpicere, num ad hanc epigraphen quicquam adnotaſſet Gruteriana editio recens; eadem autem ferme deprehendi, quæ & mihi occurrerunt.

De quinque e Peireſcio milliariis cippis (*i*) Auguſti nomine inſignitis multum ambiget qui me audierit in Gruterianis monentem, priorum Imperatorum ejuſcemodi monumenta legitima non obſervari: peccare etiam ipſo exordio videntur ſinguli; pro *Imperator* enim (*k*) *Pater Patriae* præmittunt, vel (*l*) *Caeſar*. Cum de ſubſequente (*m*) verba Sponius fecit, quid ſibi velit mendoſus finis *Vianis Lacuns Dat*, monere debuerat.

Neapolitanum *Sacerdotem Augurum Agon othetam* (*n*), *Nemauſum* cum *Sinodo* (*o*), *Philologum* (*p*) connexui ſermonis neutiquam proſpicientem derelinquamus: nec quoties exeſorum lapidum tenebricoſitas *exſcribentem* in literulis quibuſdam fefellerit, minute perſequamur. Oritur ea præſertim ſuſpicio in *Cogitatinio Juveni*, (*q*), in *Mercurialia Caſata* & *Filia*, quæ *Decimino* ponunt *Vivae* (*r*), ſtato ponentibus *Sibi* verbo, & in uno & altero epigrammatis verſu, quod quanta cæteroquin elegantia fuerit, vel illud teſtari diſtichum poſſit,

Nam temere emiſſus non ad mea funera clavus
Haſit, & in tenero vertice delituit. (*s*)

Oritur etiam in Trojana baſi, ubi Rufum non earum Coloniarum *Principem*, ut Sponius explicat, putaverim, ſed potius *Eorumdem Principum* (Juli Cæſaris & Auguſti) etiam in *Pariana Colonia Flaminem* (*t*) fuiſſe.

Ortona (*u*), quam Plinius (*x*) oppidum nude vocat, in Coloniarum albo ex ſchedis Barberinis deſcribitur; *Ordo* tamen *Ortonenſis* (*y*) inferius videtur intruſus. *Dedicatio Junoni Kal. Januariis* (*z*) facta ſignatur extra locum. Ægre, & non ſine prolixis additionibus, atque inſertionibus *Peireſciana* (*a*) coaleſcet: * *Impendium Redderet Dedicationis XII. Sportularum*. *Domitius Pompejus* (*b*) nullo ſanandus pharmaco proſcribitur.

M. Antonino Tribunitia Poteſtas XXIIII. haud congruit, nec ejus honorario titulo clauſula de *Muro & Turre Una* (*c*). *Beatiſſimi* titulus (*d*) Chriſtianiſmum quodammodo olere videtur, ſed in eo valde illa ſingulariter: *a claſſe Romana cum eorum nota interemptus & a ſociis conclamatis S. C. ex ærario civi nobiliſſimo*. *Janii Satyri* (*e*) non placent nomina, nec finalis *Mil. Suo B. M.* Puteolanæ quatuor (*f*) ex Capacio adveniunt miſeranda ſpecie: cujus Filius *Cn. Aſinius* * fuerit, non dicitur, ſed cujus Nepos: *Genio Coloniæ D. M.* præmittitur (*g*): miri homines *Filius*,

(*a*) Sponius pag 198. Sect. V. * Ex Bouche *Hiſt. Provinc.*
(*b*) Cedlat. Lib II Cap. 2.
(*c*) Pag. 164. Sect. V. ex Peireskii Sched. ponit *Ventavon urbe Pedemontii*. In *Supplem.* ad Claſſ. XVI.
* In cit. Epig verſ. 4
** Pag. cit. in fin. ponit *Aptæ in æde Cathedrali* ex iiſdem Sched.
(*d*) In cit. Epig. ad not. 4. verſ. 5. 6. & 7. Præfectus forte *Pagi Epotiani*. Vid. Sponii not.
(*e*) Pag. 165. Sect. V. Vid. Claſſ. XVI. meæ Noviſſimæ Syllog.
(*f*) Pag. 166. in princip.
(*g*) *In Comment. ad Auſon.*
(*h*) Sponius ad hanc in not. * appellat *Guyranum Nemauſenſem*.
(*i*) Pag cit. 166. n. 1. 2. 3. 4. & pag. 167. n. 5. cit. Sect. V.
(*k*) Pag. cit. 166. n. 2. 3. & pag. 167. n. 5. quæ ita incipiunt:

PATER . PATRIAE
IMP . CAESAR . DIVI . F.
AVGVSTVS &c.

(*l*) Pag. cit. 166. n. 1.

CAESAR . DIVI . F.
AVGVSTVS &c.

Vid. Claſſ. VI. in *Supplem.*
(*m*) Pag. 167. in fin. ponit *Genevæ & exſcripſit*. Ex eo ad meam Claſſ. XVI.
(*n*) Pag. 169. Sect. V.
(*o*) Pag. cit. n. 1.
(*p*) Pag. cit. n. 4. Vid. Claſſ. XVI.
(*q*) Pag. 172. Sect. V. ponit *Lugduni*, & *exſcripſit*.
(*r*) Pag. cit. in fin. ponit *ibidem*; Relata ad Claſſ. XI. in *Supplem.*
(*s*) Pag. 173. ponit ibidem Sarcophago reperto ad D. *Irenæum anno 1678. nunc in ædib. prope Noſocomium*, & *exſcripſit*. Eadem anui Cl. Bonas. T. II. Claſſ. VII. n. xxxv. pag. 249. & in *Supplem.* Claſſ. XVII.
(*t*) Pag. 173. Sect. V. *inter rudera Trojæ urbis Baſe Statuæ*. *Exſcripſit* Sponius.
(*u*) Pag. 174. Sect. V. in duabus Epigraphis COLONIA ORTONAE. His confer ad Claſſ. XVI.
(*x*) Natur. Hiſt. Lib. III. cap. XII.
(*y*) Pag. 174. Sect. V. Vid. cit. Claſſ. XVI.
(*z*) In not. ad Epig. pag 175. Sect. cit. ubi D. D. K. I. ideſt *Dedicata ara Kalendis Januaris*, vel *Junii*.
(*a*) Pag. 178. Sect. V. ex Schedis Peiresk. in *Supplem.* ad Claſſ. XVI.
* Verſ. 7. & ult.
(*b*) Pag. 179 Eadem in MS. Cod. Biblioth. Vatic. ſub n. 5249. deſcripta fuit etiam a Cl. P. Daniele Farlato. Vid. Claſſ. II. *Supplem.*
(*c*) Pag. 180. Sect. V.
(*d*) Pag. 181. & in *Supplem.* ad Claſſ. XI.
(*e*) Pag. cit. 181. Sect. V.
(*f*) Pag. 182. ponit *Puteolis* ſub n. 1. & 3. ex *Capacii Hiſt. Neap.* & ſub n. 2. & 4. Neapoli ex eodem *Capacio*, & ſub n. 5. *Puteolis ex Sched. Barberin.*
* In Epig. ſub. n. 1. verſ. 1.
(*g*) In Epig. ſub. n. 2.

D. M.
GEN. COL. &c.

lius, *Tilius*, & *Acrielus* (*a*) tam fatue loquuntur quam qui maxime: *Berytenſium*, & *Hierapolitanorum* ſuſpicienda commixtio, & Puteolis *conſiſtentia*, & *Imperatoris Cæſaris* (*b*) anonymi cultus.

Sepulcrali elogio, quod Lugduno afferunt *Aſcia* & *Quies Aeterna*, de Navali *Interamnatium Nartium* (*c*) appendicem quis adglutinavit? *Martii Maſculi* (*d*) contextum & compendia quis corrupit?

Ex Gallica Hiſtoria quadam Milliarias Columnas quatuor (*e*) Meneſtrierius, & Sponius adoptant, quas mihi repudiare liceat. Nihil ab hujuſmodi lapidum formula alienius; *Maximino Seguſia* L. I. interpretatur Sponius (*f*) *Lapidem primum*; placeret aliis magis *Leuca prima*: at abſurde utrumque, & omnino inuſitate, cum univerſi id genus cippi iis ſingulariis ſolemniter obſignentur M. P. numerali adjecta nota. Quænam vero orationis conſonantia *Maximino Seguſia Leuca prima*? quin nec ejus, qui ponit, nec urbis, ad quam via ducebat, in iis titulis legi nomen ſolet, ut ex Muſei noſtri indubitatis arguere eſt: & hic non *Seguſiæ* nomen tantummodo, ſed magnifica intempeſtive eloquia, *Colonia Julia Felix Libera*. Maximini item nomen plurimum mihi ſuſpicionis ingerit, cum genuinum ejus lapideum monumentum extare noverim nullum: in cauſa fuerit, quod ob inexplebilem crudelitatem *orbis terrarum in odium Maximini* demum *conſenſerit*, & Romæ acclamatum ſit: *inimicus Senatus in crucem tollatur*, *hoſtis Senatus ubicumque feriatur* (*g*); exinde: *Maximini nomen olim eraſum nunc animis eradendum* (*h*): ita ex Capitolino, apud quem de *eraſo nomine Maximinorum* iterum mentio eſt. Magis tamen turbant *Sarmatici Maximi*, & *Dacici Maximi* elogia, quæ ex Gruterianis Maximini Inſcriptionibus (*i*) fideliter excepit, qui hos cippos primum cudit: at oſtendimus ſuo loco, ex hoc ipſo & Gruterianas labare; nam de Germania a Maximino victa, & magnam partem direpta Hiſtorici docent; de Sarmatia, aut Dacia non item: imo, ut ex Capitolino diſerte diſcimus, *pacata Germania*, *Sirmium venit* (ubi hoſtes nulli) *Sarmatis inferre bellum parans*; ſed de Gordiano inaugurato, & Senatus Conſulto adverſus eum lato nuncium accipiens, reverſus eſt confeſtim, nec quicquam præſtitit eorum, quæ cogitaverat: confirmant abunde numiſmata omnia, quæ Germanicum quidem appellant, numquam Dacicum, aut Sarmaticum. A Grutero item ſumpſit epigrammatarius noſter, quod *Maximinum* Cæſarem, ut in libris perpetuo apparet, *Maximum* vocet; qui ſi eo nomine uſus eſſet, non erat profecto, cur Maximinorum ſenior & junior memorarentur, nec cur Alexander ad Mammæam matrem ſcriberet: *ſi Maximinus ſenior dux noſter, & quidem optimus non aliquid in ſe barbarum contineret, jam ego Maximino juniori Theocliam* (ſororem) *dediſſem*. Exiliora in his titulis prætermitto, ut inſueta illa *Principi Noſtro*, *Principi Romano*, vel *Romanorum*, & ſimilia.

Tiburtinæ a *Senatu Populoque* poſitæ *rariſſimum modum* miratur Sponius (*k*); at adeo rarus eſt, ut ægre a me fidem impetret. Ridiculum quidem eſt, hinc nominum, hinc dignitatum, officiorumque ſtruem congerere, quæ quibus aptentur, divinare nemo poſſit; ſed non præterea in tanta ingenuorum hominum turba tribus tantum prænomen adponitur? cur patris profeſſio uni tantum? quid eſt *Lurycii Herculaneo*? quid *Sodali Antoniniani Veriani*? Proconſulem *Sortito* quis viderat? *XXviros monetales* quis audierat?

Præneſtinæ (*l*) mendis non vacant; non vacant *Reatinæ* (*m*), quarum quinta infectior ceteris apud Gruterum (*n*) eſt integra: poſtremam omnino deſpice, in qua nec Reatinum Præfectum, nec cognomentum officio poſtpoſitum, nec *Vacatione Donatus*, nec Conſules Sigonianis, ac Urſinianis Legum fragmentis vetuſtiores recipio.

In *Surrentinis* (*o*) *Trajanus* (*p*), & *Trajanus Parthicus* (*q*), ſine Auguſti, aut Divi titulo, *Valerius* neſcio quis *Conſtantinus Gratiano Auguſto* (*r*) ſociatus; & *Magna Cœna* (*s*) cum involucris pluribus præcipue diſplicent.

In exotica formula *Taurobolium Movit* (*t*) ſubſiſto, ſed neque *Criobolio Aemobolium* (*u*) conjungi vidi, neque epigraphas eo modo claudi. Ubi *Exattius* (*x*) ſcribitur, SEX. *Attius* reponatur, de quo in Gruterianis ambigebamus. In poſtremis duabus (*y*) *Reipublicæ Suæ Ulpiæ*, & *R. P. Sua Ulpia* dure inſeruntur, & non ſine defectu, ac novitate quadam Ulpiam Trajanam numquam Reipublicæ Ulpiæ nomine deſignatam in lapidibus reperiri: Marco Antonino *Pii* adjectio perperam facta.

Ad *Officia*, & *Artes* accedens, illud moneo, non de ſingulis, ne moroſus videar, me verba facturum, quæ mihi ſuſpicionem moveant; ſed pro canone habendum, profeſſiones exoticas uno tantum in altero titulo, qui præſertim & aliud quiddam novitatis contineant, infirme inniti. Munus *a Diplomatibus* in Reineſiano *Sympboro* repudiavimus; idem in Sponiano (*z*) & Fabret-

(*a*) In Epig. ſub. n. 3. verſ. 1. & 2.
(*b*) In Epig. ſub n. 4.
(*c*) Pag. 183. Sect. V.
(*d*) Pag. 184. n. 3.
(*e*) Pag. 186. & 187. n. 1. 2. 3. 4.
(*f*) Vid. ad has Sponii not.
(*g*) *Hiſtor. Aug.* Scriptor. VI. Tom. II. pag. mihi 43. cit. edit. Lugd. Batav. 1671.
(*h*) Pag. 58. Tom. II. cit. edit.
(*i*) Gruter. pag. CLI. & CLVIII.
(*k*) Pag. 189. Sect. V. exſcripſit: ex eo in *Supplem.* ad Claſſ. XVI.
(*l*) Pag. 194. ex *Schedis Barberin.*
(*m*) Pag. 196. & 197. n. 1. uſque ad n. 6. ponit *Reate.*
(*n*) Pag. DXXXVIII. n. 2.
(*o*) Pag. 197. & 198. n. 1. uſque ad 6.
(*p*) In Epig. ſub n. 1. verſ. 1.
(*q*) In Epig. ſub n. 2. verſ. 1. & 2.
(*r*) In Epig. ſub n. 3.
(*s*) In Epig. ſub n. 6.
(*t*) Pag. 200. Sect. V. n. 1. verſ. 4.
(*u*) Pag. cit. n. 2.
(*x*) Pag. 203. ponit Romæ, & *exſcripſit*.
(*y*) Pag. 204. *Utramque exſcripſit Excell. Ant. Soderini Nobilis Venetus.*
(*z*) Pag. 209. Sect. VI.

tiano (*a*) *Saturnino* prope eſt ut agam, qui *Sardonichi* faciens *Alumno Fideliſſimo*, parum uſitato loquitur, & nomen ſuum præter morem præmittit.

Miniſterium *a Laguna* (*b*), quod, quid rerum eſſet, nemo doceat, bis adtulit Gruterus, ſed inſititiis tabulis, nihil opitulatur, nihilque ei auctoritatis iſta adjicit, in qua *Servus* tribus nominibus, & inſueta ſigla exarantur.

A Potione tres (*c*) numerantur; tres itidem apud Gruterum; fictitie, ni fallor, ubique: quorſum initium iſtuc *Domo Mortui?* quid nominis *Corintba?* *Sextium Paccium*, & a Grutero allatum, Sexti Pompeii libertum ſi volumus, nec *Paccius* erit, nec *Sextius*; ſi ingenuum, cur in famulatu detinetur? *Servus* demum recenſetur a Potione, qui appellatur *Tiberius Julius*.

Implicantur etiam plures (*d*), & a ſphalmatis involvuntur, velut ubi Rationes videmus *Volut*, ubi *Patrone Pater*, ubi *Cuſtos Officiorum* iterata clauſula; nec Auguſti Libertus placet *Quartionis Decumi* nominibus adſumptis, nec paulo ante *Veſtium Gladiatoriarum* mentio nuſquam audita.

Cubicularios (*e*) ejicere indecorum propemodum eſt; vix tamen me contineam; nam *Thallum* Fabrettus (*f*) bis deſcribens, integro verſu modo auxit, modo minuit: *Cub. Fec. Conſ.* pro *Cubicularius*, *Fecerunt*, *& Conſervi* dura videntur, & inuſitata compendia; de *Acte N.* muſſitare non audeo, quod & in aliis appareat; quamvis mirum ſane ſit, Neronem Auguſtum libertula una ſignificari, & formula uxoribus ſolemni, *Acten Neronis*, pellicem dici, quam etiamſi *parum abfuerit, quin ſibi juſto matrimonio copularet* (*g*), neutiquam tamen copulavit. *Claudeo Memoriam* conjungens, & *Cubiculum* (*b*) nihil eſt quod conciliet fidem; Helio *triclinium* demit, & *mulier jacens* (*i*).

Ter Miſerrima Supervixit (*k*), ut nos includeret: *Tritor Argentarius* (*l*), *Ars Caractearia* (*m*), *Faber Balneator* (*n*) intruſi videntur fuiſſe; *Cerdones* (*o*) depravati; item *Epainus* cum *Coco* (*p*) ſi quidquam eſt. *Paccium Libertum* & *Servum Pacoras* Libertus comitatur *Auguſti a Veſte Imperatoris Privata* (*q*).

Plures tædio victus, aut aliquas ſui parte corruptas, aut etiam ſuſpectas tranſilio: *Civem Helveticum* tranſilire nequeam; nimis enim aperte nugatur, cum pro ſalute *Ratiariorum Superiorum Amicorum Suorum De Baſi Sancta Silvano* (*r*) verba dat.

Hinc etiam faceſſant *Refector Pectinarum* (*s*) & hominis unius *Speciaria* (*t*), cujus Contubernalis ſciri abnuit, & *Suntonator*, qui patroni ſui Regis *Tholomei* (*u*) tam abſone nomen cantat. Gryphi *de Lazio Ab Aqua Curtia* (*x*), de *Villico Riſinum* (*y*), de *Acil. Cociavi* (*z*), & *Urnamentario* ne remorentur properantes quæſo.

In Militaris Sectionis limine ipſo offendimus: ægre quidem mihi eſt, quod Inſcriptionem peramplam (*a*) cum a Sponio, tum ab Academico Nemauſenſi tam fuſe, tamque magnifice excul-

(*a*) Eadem apud Fabret. pag. 349. num 19. & Murat. pag. DCCCLXXXV. n. 4. ex Donio ponit *Molæ in S. Laurentii*. In adnotat. inquit „ *Diplomata* duplices Tabellæ fuerunt, in „ quibus benefacta Auguſtorum ſcribebantur, eorum Sigil- „ lo munita. Ad ea conſcribenda adhibitus fuit *Titus* „ *Ælius* iſte *Saturninus*.

(*b*) Pag. cit. 209. in fin. ponit *Romæ*, & exſcripſit; quæ ita incipit:

C. IVLIO DARDANO LIVIAE
AVG. SER. A LAGVNA &c.

„ Ubi adnotat: Servos a *Laguna*, ſive *Lagena*, idem ſæpe „ ac ſervos a *potione*; unde in Inſcript. *Gruteriana* utrum- „ que Officium conjungitur „. Vid. Gruter. Epig. pag. DLXXVIII. n. 1. in qua legitur:

M. VLPIO. AVG. LIB.....
A POTIONE. ITEM. A LAGVNA. &c.

& Claſſ. XXV. in *Supplem.* ubi titulum retuli extantem in *Muſeo Tuſculano* olim Eminentiſſ. Paſſionei, in quo habetur:

LEONTIA. &c. ADPORTATRICE
MINALAGVNARA.

Ideſt *Leontia* (ut ego legi) A PORTA TRICEMINA (pro *Trigemina* olim Porta Hoſtienſis, hodie S. Pauli) LAGVNARIA ideſt A. LAGVNA. *Lagenarum* ſcil. Fabricatrix. *Laguna* pro *Lagena* ſumitur etiam a Clariſſ. Facciolato Lex. Lat. V. *Lagena*, In *Gloſſis Cyrilli* eſt λάγυνος, *lacuna*, ubi *laguna* legendum, ait cit. A.

Cit. Epig. videſis in *Rom. Subterr* Tom. III. P. 118. n. 35. & apud Cl. Matth. Jacutium Benedict. Congr. Montis Virginis in *Vetere Bonuſa & Menna Titulo* pag. 11. edit. Romæ 1758. 4. ubi non recte eam interpretatur, ut obſervavit Cel. Eduardus Corſinus, qui meam lectionem probare non dedignatus eſt: & hanc ſequutus fuit Ampliſſ. & Clariſſ. Præſul Benedictus Paſſionei *Iſcrizioni Antiche* Claſſ. XII. n. 64. pag. 122.

Ex cit. igitur Epigraphis eruitur *Miniſterium a Laguna* non ſolum fuiſſe inter officia *Domus Auguſtæ*, ſed etiam inter *Artes & officia minora*.

(*c*) Spon. pag. 210. Sect. VI.

(*d*) Vid. cit pag. 210.

(*e*) Pag. 212. cit. Sect. VI. n. 1. 2. 3. ponit *Romæ*, & *exſcripſit*.

(*f*) Pag. 52. n. 298. Plenior vero ac eadem cum *Sponiana* loc. cit. n. 3. pag. 125. n. 34.

(*g*) Suet. in *Ner. Claud.* Cap. 28.

(*b*) In cit. Epig. ſub n. 2.

(*i*) Ad d. Epig. ſub n. 3. *Subeſt Triclinium, in quo mulier jacet: ante & retro ſtat juvenis*.

(*k*) Pag. 219. Sect. VI. n. 3. ex eo ad Claſſ. *Supplem. XIII.*

(*l*) Pag. cit. n. 4.

(*m*) Pag. 220. Sect. V. a me relata ad Claſſ. XIII. ubi ejuſdem Sponii not. videſis.

(*n*) Pag. 220. ponit *Florentiæ in villa Strozzi*. Hæc apud Fabret. pag. 73. n. 67. & Gorium *Inſcr. Antiq. Etr.* Tom. I. pag. 402. n. 196. Apud hos accuratior eſt *Sponiana*, uti in Mur. CMXXXVIII. 6. ex Gorio. „ *Balneatores* (ait Sponius) inter „ *Fabros* recenſeri, rarum mihi videtur . . . niſi dicamus „ eos ita nuncupatos fuiſſe, qui balnea fabricabant. „ Et Gorius ad hanc ſcribit: *P. Victor* ultra DCCC. *balnea Romæ fuiſſe ſcribit publica, & privata ingenti ſumtu, ac magnificentia, & pretioſis marmoribus, ſtatuis, picturis, & periſtyliis extructa*. Cur autem FELIX & Aſinius, ſi tot Balnea erant Romæ, non poterant & ipſi eſſe Fabri Balneatores? Et cur intruſos fuiſſe, non docet Cl. N. A.

(*o*) Idem Spon. pag. 221. Sect. VI. ponit has duas Epig. *Romæ ex Schedis Barber.* Vid. Claſſ. XIII. in *Supplem.*

(*p*) Pag. cit. 221. n. 2. Sect. VI.

(*q*) Pag. 222. n. 2. Sect. VI.

(*r*) Pag. 231. Sect. VI. *Ara Genevæ reperta in Rhodano* anno 1678.

(*s*) Pag. cit. ponit *Aſtæ*.

(*t*) Pag. 232. Sect. VI.

(*u*) Pag. 234. Sect. cit. *Exſcripſit Genuæ*. Vid. *Supplem.* Claſſ. XIII.

(*x*) Pag. 233. Sect. VI. ego ex eo ad Claſſ. XIII. Reineſius vero pag. 582. & 583. n. 83. 84. 85. IX. ex hac unica *Sponiana* tres efformat.

(*y*) Pag. 235. n. 1. verſ. 4.

(*z*) Pag. 238. in fin. Sect. VI.

(*a*) Pag. 239. Sect. VII. Art. I. effoſſa an. 1664. *e fundamentis Murorum antiquor. Nemauſi*.

cultam, atque illuſtratam repudiare cogar, atque exſibilare; verumtamen a viris doctis iſtis explanatum primo velim, quodnam illuc Inſcriptionis ſit, cui generi adſignanda, quo in ordine reponenda: nam nec funeraria eſt, nec honorariarum modo, ac formulis prorſus utitur: quamdiu militarit *Feſtus*, & quid acceperit, hiſtorice enarratur, monumenti Auctore neutiquam indicato. Cuinam exinde in veteri titulo videre occurrerit profeſſionem hominis, in cujus gratiam fit, ante ipſius nomen recitatam? cuinam lapidem ab integra, & ſolemni *Tiberii Cæſaris Divi Auguſti Filii Auguſti* appellatione exordientem, qui ejuſdem honori minime deputatus eſſet, ſed militis cujuſdam ſui? Imperatorum etiam nomina, cum velut fortuito incidunt, ſtrictim & nude enunciantur; *Caii Cæſaris Unctor*, *Tiberii Auguſti Praguſtator*: minime tamen *Miles*; nam *Milites Cohortis* vel *Legionis* turmatim in lapidibus, *Imperatoris* autem *Miles* nondum apparuit: *Miſſicios* pariter Alæ, & Cohortis vidimus, vel ex Ala, aut Cohorte, Auguſti alicujus non vidimus. Quam rurſus ab antiquis inſtitutis alienum, quod huic Miſſicio militiæ præmia, & Miſſionis commoda non Imperator ipſe, ſed Decuriones tribuant? quænam vero præmia? primo *Accepit Frumenti Modios L.* quo ſi Frumenti Publici diſtributio reſpicitur, ea nec Tiberii tempore, neque in municipiis peragebatur; ſi largitio Veteranis decreta, a Conſtantino demum emanavit; imo conſtitutionem, ex qua honeſte miſſi *quinquaginta modios* accipiebant utriuſque frugis, Valentinianus & Valens tulerunt (*a*) profitentes, militibus emeritis, præter agros ad eorumdem culturam, & animalia & ſemina ſe præbere, tantum aberat, ut Decurionum municipalium decreto ea præſtarentur. Novo deinde loquutionis Miſſicius noſter *Accepit Balneum*, novoque munificentiæ genere *Accepit Aream*, quæ quidem *Inter Duos Turres* jacens adſignata eſt per *Puſonium Uudecimvirum*. Denique quantaquanta hæc Inſcriptio eſt, nihil niſi fallacia eſt. Eam forte ſibi neſcio quis paraverat, ut eſſet quod commentariis inſtrueret, & unde doctrinæ laudem aucuparetur. Duas *ſedecennarii numeri Legiones*, & quod eadem eſſe non poſſet Flavia & Valeria, aliaque id genus explanationi inſperſa non attingo.

Depravata *Umidi Aviti* (*b*) tranſmiſſa, Legionum *Comites* ſive *Comitos* inſpiciamus; e ſchedis omnes (*c*), Barberinis autem vix credo, cum Fabrettus (*d*), qui eas multum trivit, nullius meminerit niſi unius ex iſtis, quæ e Vita Colotii. Legiones a *Comitibus* ea ætate adminiſtratas, qua Romana nomina, atque inſtituta vigerent adhuc, ipſaque adeo tribus profeſſio mihi profecto ægre admodum perſuadebitur: de *Medullia* (*e*) Hiſpaniæ Monte, & Auguſti patria quid hic doceat Sponius, non aſſequor: Medulliam inter antiqui Latii populos, qui, Plinio (*f*) ſcribente, jam *interierant ſine veſtigiis*, numerari video, & Medullios inter Alpinas gentes ab Auguſto ſub imperium populi Romani redactas recenſeri: difficilior inventu erit Geographorum filiis *Natio Tiſia*; ut nec *Aſprinia* inter gentes, nec *Aſellius*, aut *Paruinus* reperientur inter cognomina: adoptavit hocce epigramma Fabrettus, & oppidum *Tiſia* Cluverium Brutiis adſignaſſe indicavit; verum id etiam incongruens etiamſi in ſchedariis iſtis titulis frequens, quod poſt *Nationis* verbum non provinciæ, aut populi; ſed oppidi, aut civitatis nomen ſequatur.

Sed in his præclare agitur, ſi cum illa (*g*) comparemus a Borghinio, & Fabretto (*h*), quæ *Damaſonem* affert tamquam gentilitium cum *Geniani* cognomento, & cum *Evocato In Prætorium*, & cum Tito *Auguſti Noſtri* appellatione aucto, vix ante Septimium Severum audita.

De *Abinnaeano* ut quæram, ad *Nationem Trampe* (*i*) iter non inſtituam, nimis enim diſſitam, ac diſterminatam ſuſpicor.

Q. Coeline Ob Virtutes Torquibus Eſt Decoratus (*k*); nullius generis veterem Inſcriptionem ſapit, & loquutio eſt antiquorum lapidum populo prorſus ignota: in ſubſequentibus a mendis tibi caveas: effugit etiam paulo ante (*l*) *Præfectus. Turm. Alae II. Leg. I.* quod nihil dicit.

Nos reviſum Guichenonius venit, binaſque (*m*) affert fallacias, quæ patriſſant apprime: quo diverterant Sponii mens, atque ingenium, cum Senatum, Populumque Aſtenſem benigne excepit, Cæſari *Domitori Galliarum*, & de *Allobrogibus Triumphatori Lætitia*, & *Grati Animi Ergo* futiliſſima monumenta exerentem?

De *Auguſto Murum Reficiente* (*n*) *Pomerium Reſtituente* (*o*), vel *Ampliante* (*p*), *Apollini ex ſtipe* (*q*), de qua reticentia fit, cultum exhibente, fides penes Auctores ſit.

Neronis ſtemma (*r*) uſque ad Abnepotis gradum demiror, & cur Tiberio *Divi* appellatio non tribuatur, cum tribuatur *Claudio*, non intelligo.

Plura ſparſim peccant, quæ cum verſus unius repaſtinatione, aut aphæreſi purgari queant, omitto. Contra addi oportet quiddam *Albanenſi* (*s*)

(*a*) *Cod. Th.* l. 7. tit. 20.
(*b*) Pag. 253. Sect. VII. Art. IV. Hæc in mea *Sylloge* ad Claſſ. XI.
(*c*) Pag. 255. Sect. VII. Art. IV. & ego ex eodem Sponio ad cit. Claſſ. præter *Fabrettianam*.
(*d*) Fabret. pag. 607. n. 57. Q. ASPRINIO. &c. *ex Authore Vitæ Colotii*.
(*e*) Vid. ad cit. Epig. Sponii not. pag. 255.
(*f*) Lib. III. cap. V. pag. mihi 40. lin. 41.
(*g*) Idem Spon. pag. 259. Sect. VII. Art. IV. ponit *Romæ ex Sched. Barber.*
(*h*) Varians apud Fabret. p. 618. n. 153. *ex Schedis Vaticani.* Videſis Claſſ. XI. *Supplem.*
(*i*) Idem Spon. pag. 259. varians apud Murat. pag. MLXXXVIII. n. 1. varians verſ. 4. & 5. qua de cauſa in mea *Sylloge* ad cit. Claſſ.
(*k*) Pag. 262. Sect. VII. Art. IV. & in *Supplem.* ad Claſſ. XI.
(*l*) Pag. 258. cit. Sect. in *Supplem* ad Claſſ. XI.
(*m*) Pag. 265. Sect. VIII. n. 1. 2. Hæc poſtrema mutila apud Grut. pag. CCXXV. n. 5. Binæ in *Supplem.* ad Claſſ. IV.
(*n*) Pag. cit. 265. n. 1.
(*o*) Pag. cit. n. 2.
(*p*) Pag. cit. n. 3.
(*q*) Pag. cit. n. 4.
(*r*) Pag. 267. Sect. VIII.
(*s*) Pag. 270. Sect. VIII. *Albani*.

a Fabretto (*a*) quoque recenſitæ, ut aliquid dicat; quid enim ſibi vult *Imperatoris Severi Minervae Sacrum?* præceſſit fortaſſe *Pro Salute*; ſed nec dum ſatis, cum duo poſtremi verſus nugatorii videantur eſſe: vidiſſent hæc ſæpe eruditi Collectores, dummodo ad ſignificationem eorum, quæ deſcribebant, eruendam animum appuliſſent.

Monſtrum Inſcriptionis eſt, quod *Felix Rufinus* (*b*) exhibet, & quod *Petronius Fauſtus* (*c*), rhapſodia numiſmatum: exhibet & Fabrettus (*d*) non ex Barberinis ſchedis, ſed e Vita Colotii. Septimii Getæ epigrammata, ſceleſti fratris juſſu olim attrita, non reperiuntur; *Sæcularia Sæculi Felicitas* eo loco nihil eſt.

Gratiani (*e*) *Boiſſiana*, & *Rigordiana* Juſtini (*f*) pulchre inſtructæ ſunt ad riſum. Præſtantiſſima exinde Documenta ſubduntur, quibus rem antiquariam auxit magnopere Sponius, & exornavit.

Inter ſuprema officia parcius fallacias videas: pro jocularia tamen Abucciæ (*g*) epigraphen habeas, prænomen oſtentantis, & quæ *conlibertis ſuis Porticum Scamna* & *Menſas* (*h*) apparet: in proximis quoque duabus ne te magnopere oblectes. At non ne ego Ligorii fabricam video? ejus certe technas apprime refert ſepulcrum *Dedicatum Kulendis Aprilibus* (*i*), & Conſulum collegio ſpecioſum; Conſules autem quam longinque accerſiti! nempe quibus memoria hæc ante Senatus Conſultum de Bacchanalibus probaretur inſcripta, quod ad extrudendam abunde eſt: monumentum *Facere Cum Liberis Commune*, inter lapidarias formulas non computatur, nec inter funerea vocabula *Diſtegum* pro monumento; habetur quidem & in ſubſequenti, *Diſtegum Fecerunt C. P.* (*k*) quod explicatur *communi pecunia*, ſed modo pariter exotico, nec authentico compendio: habetur etiam unica vice apud Gruterum (*l*), unde in novam Latini Gloſſarii editionem *Diſtegus* defertur, typographico mendo, ut opinor; nam *Diſtegum* eſſet, ut *Triſtega* non ſemel memorantur in ſacris paginis: at illa quoque Gruteriana Inſcriptio merum commentum olet, ut oſtendimus; nec *Diſtegum* tamen conſtantis duabus contignationibus operis ſignificatione ejicio, ſed pro ſepulcro nude adhibitum, ubi contignationes nullæ. Aquilejenſis (*m*) Patroclorum *Anima Merenti*, in qua Gervonia pœnam interminatur non *vendere* volenti tantum, ſed & *Emere*, *Aut* (quod vix intelligo) *Exantiſclare*, parum plane ſapit, & poſtremo etiam verſu claudicat: verum Sponium jam dimittamus.

IV. *Inſcriptionum antiquarum Raphaelis Fabretti diſquiſitio.*

POſtrema, quæ Fabretti eſt, collectionum maximarum, atque e multis, diſſitiſque regionibus conquiſitarum, cæteris ferme præſtat ſingulis, quod prima dici poſſit, quæ ſpuriis & commentitiis Inſcriptionibus tam fœdum in modum non ſcateat: non caret equidem; ſed ſi maximum epigrammatum numerum ſpectes, ac cum hucuſque recenſitis συλλογαῖς compares, depuratiſſima longe eſt. Fictitiarum, quæ irrepſerunt, plures jam notavimus variis in locis: ceteras, de quarum ingenuitate ambigi poſſe judico, jam percurramus. Ex anonymorum titulorum ſerie, quam Auſonii epigramma cum lapideis Inſcriptionibus computatum inchoat, quoſdam expulerim. Haud inficior, reperiri poſſe nullis ſignatas nominibus funerarias tabulas: ingens proſtat in Muſeo noſtro marmorea baſis, in qua DIS MANIBVS legitur, prætereaque nihil; arcæ ſanctitas eo forte lapide indicabatur infimæ plebeculæ, ſeu vilium mancipiorum cineribus deputatæ; urnas nihilominus, quæ hic afferuntur, iis tantum verbis inſcriptas, *Ne tangito, o mortalis, reverere Manes Deos* (*n*); tum,

O tu, qui multas hoſpes luſtraveris urbes,
Dic, quo vidiſti ſtemmata plura loco (*o*),

fidenter rejicio, & pro recentibus commentis habeo; neque enim ejuſmodi lemmata faciunt ad rem, neque antiquis aptantur moribus. Quorum ſunt prima verba, *Contubernali* (*p*), & *Hic Se Vivo* (*q*) non inter ſupprimentes nomina, ſed inter acephalos lapides numerarim; incipientem *De Nil In Nil* (*r*), inter res nihili. Fabellis itidem parum abeſt quin accenſeam elingues fere poſtremas duas, cum his ſimillimas aliquando viderim nupero ſcalpro exaratas.

Ut de prænominibus perdocte diſputatur, negotium aliquanto faceſſunt ex iis non paucæ, quas vir eximius non uſurpavit oculis, ſive *oculata manu*, ut ipſe alibi ex Plauto loquitur, non exſcripſit. Auguſtorum Liberti *Fauſtus Phylax* (*s*), & *Fauſtus Januarius* (*t*) unde ſibi ſumpſerunt nomina? *Tertiorum* (*u*) a Scaligero mittitur, illique quiſnam Teſtamento Fieri Juſſerit, neſcis; alter a Pighio eſt e Ligorianis; ſubſequitur qui *Fecit* & *Paravit* clauſula ænigmatica; exinde qui alio jam loco exſibilatus eſt. Verumtamen ægrius aſſeritur *Quartus*: ex iſtis quæ primo occurrit, cognomentis caret, feminis prænomen tribuit, *Quartum* cum *Tertia* ludibunde ſociat,

(*a*) Pag. 679. n. 49. ponit ibidem *apud Paulum Panizzam ex Schedis Barberinis*, at variantem.
(*b*) Pag. 271. Sect. VIII.
(*c*) Pag. 272. *ex Sched. Barber.* ponit *Romæ* in unico lapide.
(*d*) Fabret. pag. 755. n. 613. *in vita Colotii*. Primam partem Epig. ponit in *Urnula alla Petraja*, alteram *in Horto Ronconii*.
(*e*) Idem Spon. pag. 276. Sect. VIII.
(*f*) Pag. 277. cit. Sect.
(*g*) Pag. 287. Sect. IX. n. 4.
(*h*) Pag. 288. n. 12.
(*i*) Pag. 292. n. 1. Sect. IX.
(*k*) Pag. cit. n. 2.
(*l*) Pag. DCCCXXVII. 6.
(*m*) Pag. 294. Sect. IX.
(*n*) Fabrett. pag. 21. n. 91.
(*o*) Pag. cit. n. 93.
(*p*) Pag. cit. n. 86.
(*q*) Pag. cit. n. 92.
(*r*) Pag. cit. n. 85.
(*s*) Pag. 23. n. 99.
(*t*) Pag. cit. n. 100.
(*u*) Pag. cit. n. 101. 102. 103.

ſociat, *Fratribus* (*a*) ponitur, cum unius tantum præcelſerit nomen, & ex Apiani fide pendet: alteram repudiavimus jamdudum. Ubi (*b*) QVART. ſcribitur, peccatum forte veteribus epigrammatum congeſtoribus ſolemne, qui inter ſchedas retulit, peccavit, ſingulariam Q. eo pacto explicans, atque extendens; in eodem certe titulo VIGESIM. *Hereditatium* videmus, quæ in marmoribus XX. apparere ſolet: ubi exhibetur *Quartius* (*c*), jam prænomen exuitur; rem præterea involvunt gentilitio duplici *Quartia Terentia* (*d*), & *Quartinia Babaeria* (*e*), Pauxillum & in *Septimo* auctoritatis eſt: *Comiti Univerſis Felix* (*f*) verba ſunt fortuito prolata; notæ * DD. cur iterantur? Conſules a die cur Ligoriano more deducuntur?

Proximam Grutero Mazochius dedit, duos vides ſine prænomine, ſine cognomine duos (*g*); itaque pro *Septimus* (*h*) legam *Septimius Valerius*, ut ſuis pariter complementis nominis deſtituitur heic *Aurelius Claudius*; ſed quam dabimus non ineptam hoc loco explicationem compendiis illis * Q. MIL. K. PR? e Caſtris Prioribus Equites Singulares reperiuntur, non *Veterani*, aut *Quæſtores Militares*, qui etiam non in lapidibus reperiantur, dubito; bis apparere, aut ter apud Gruterum, ſed nævis ubique adpoſitis: ineptit pariter verſus ille ** H. V. HIC. & ſententia vitiat, atque intercidit.

Mihi tamen ſingula hæc omnino prænomina explodere nequaquam mens eſt, cum probe norim, ubi de nominibus agatur, mira quæque & inſueta occurrere aliquando poſſe: plura certe ſemel, aut bis deprehendas prænominum vice fungentia vocabula, quæ vix alias videris: Nero & Paullus modo cognomenti loco, modo prænominis cui non occurrerunt? *Statius* (*i*) prænomine, *Venefavos* (*k*) nomine, *Marcus* (*l*) cognomento habentur inferius: non ergo ob novitatem tantum, aut raritatem prænominum memoratas Inſcriptiones arguo, ſed quod aliis etiam de cauſis minus placent.

In eadem pagina exhibitam improbavimus in Reineſianis; at ratio, ob quam Fabrettus *Sergii* prænomen *confidenter rejicit*, nempe quia Sergia gens Patricia fuerit, nullius momenti eſt: an non Servia, Appia, Publia, Lucia, Maria, Statia, Numeria inter gentes habitæ? *Olus* (*m*) Aulus eſt; attamen per ſingulariam * O. ſignificatum in lapide fuiſſe, vix crediderim; Q. fuit, ut opinor, cujus cauda vel exeſa, vel a quadratario leviter efficta, exceptoris oculos fefellit; quin ipſa parum ſapit Inſcriptio, & aliæ quoque hoc prænomine in eadem pagina integræ ſanitatis colore non renident uſquequaque; quid enim eſt *Maſſam Calcare* (*n*) cum reliquis? & cur omnino placeant *Sibi Libertabuſque*, & *Patricius* cognomine, *Atinus* (*o*) gentilitio?

Taurinenſis (*p*) e Pingonio etiam poſt Fabretti emendationem inemendata eſt, ſi quid eſt; nam *Lobertus* ſe Libertum non dicit, cognomen præſefert neutiquam ſervile, & vel patroni prænomine non utitur, vel *Statius Aebutius Secundus Statio Aebutio Secundo* incondite *Fieri Curat*. Optime ceteroquin *Statii* prænomen Fabrettus comprobat, ut & *Salvini* ex genuino marmore Ravennate a me quoque viſo & exſcripto: ſed illud in ſubſequenti epigraphe haberi non puto: ea ſiquidem militaris laterculi fragmentum continet, ac duo Conſulum Collegia, quæ a reliqua nominum ſerie, vel ſpatio interpoſito, vel grandiuſculis elementis diſtinguere oportebat, rite interpoſita comprobant: cum vero in iſtis militaria officia notis præſignata nominibus præmitti ſoleant, compendia illa (*q*) SAL. BVL. FVL. pro miniſteriis potius, quam pro prænominibus accipio: quidnam autem in iis lateat miniſteriorum, non in promptu eſt dicere; cum plura ejuſmodi adhuc obſcura, & inexplicata, ubi de figlis ſermo erit, viſuri in progreſſu ſimus: *Salpiſta* forte priori compendio ſignificatur; *centum Salpiſtas uno crepitu concinentes* a Carino & Numeriano in ſpectaculis exhibitos tradit Vopiſcus, tubicines Græco vocabulo appellans; in ſubſequentibus forte BVC legi debet, & *Buccinator* intelligi, ut in conſimilibus aliis pluries.

Luſorio verbo, & cognomine nec Græco, nec Latino nos *Hauranus* decipit *Ex Epicureio Gaudivigente Choro* (*r*). Ovidiorum tumulus *Dedicatus* eſt præter morem, & *Limitis* ac *Foſſae* (*s*) meminit præter uſum.

Veſtalium Virginum ſepulcrales tituli deprehendi non ſolent; Veſtalibus autem parentes, vel adfines funus feciſſe, & ſepulcrum poſuiſſe, tam credibile eſt, quam ſi hoc idem de ſacratis hodie vivo Deo Virginibus, quæ paternos lares valere in perpetuum juſſerint, & procul a conſanguineis omnibus naturæ concedant, diceretur: quis autem profeſſionem ante patris nomen collocari, tabellamque veterem hoc inſcriptam ordine conſpexit; (*t*) *Clodiae Virgini Veſtali Appi Clodii*

(*a*) Fabret. *Inſcr. Antiq.* pag. 24. n. 106. cap. 1.
(*b*) Pag. cit. n. 108.
(*c*) Pag. cit. n. 110.
(*d*) Pag. cit. 109.
(*e*) Pag. cit. n. 108. verſ. 6.
(*f*) Pag. cit. n. 110.
* In cit. Epig. verſ. 5. & ult.
(*g*) Pag. 25.
(*h*) Pag. cit. n. 111. verſ. 7.
* In cit. Epig. verſ. 4. ** verſ. 6.
(*i*) Pag. 26. n. 107.
(*k*) Pag. 27. n. 121.
(*l*) Pag. cit. n. 124.
(*m*) Pag. 26.
* Pag. cit. n. 118.

D . M
O . TERTVLL . FILIO . O
TERTVLLVS &c.

(*n*) Pag. cit. n. 115. verſ. 7.
(*o*) Pag. cit. n. 116.
(*p*) Pag. 27. n. 126. eadem apud Gruter. pag. CMXXX. n. 4.
(*q*) Pag. 28. n. LVII.
(*r*) Pag. 29. n. 130. ponit *Neap. apud Januarium Pintum in Sigillo figlino*.

STALLIVS . GAIVS . HAS . SEDES . HAVRANVS . TVETVR
EX . EPICVREIO . GAVDIVIGENTE . CHORO

(*s*) Pag. cit. n. 134.
(*t*) Pag. 30. n. 138.

Clodii Filiae Piiſſimae? Mira nomenclatio eſt, ſive anonymiam mavis *Patris Reatini* (*a*), mira etiam & nuſquam viſa tot ſimul prænominum ὀλογραμματία, nihilominus ſubſiſto; neque enim ad decretoriam, capitalemque ſententiam ſatis haberi puto.

Mulierum prænomina, pro quibus olim maxima ſunt bella pugnata, confirmantur heic a Fabretto quoque; ego quidem ea tantummodo ratione admiſerim, quoniam, ut dixi, inſueta quæque, quod uſum nominum ſpectat, quandoque occurrunt; multas ceterum ad ea tuenda Inſcriptiones afferri video, in quibus gentilitia nomina multo aptius, quam prænomina per ſingularias ſignificari poſſunt, gentilitia ſiquidem ſic prænotata perſequitur alibi Fabrettus ipſe: nec pro nomine tamen, nec pro prænomine *L. Septimiae* (*b*) notam habuerim; nam octo nomina, & ea quidem magnam partem jocularia in hac femina congeruntur; *Patabiniane Tyrhae Odae Nathianae, Nutrix*, Liberta ſequitur quatuor nominibus, quorum prius CQ. felix qui aſſequatur; clauduntur tamen omnia *Feliciter* *, ſed ridicula in funerario lapide clauſula.

Suſpicionem faciunt incondita *Cognati Liviorum Decur.* (*c*); & *Ti. Claudi Pothi L. Delicium Gethus* (*d*): multo magis paulo ante *Vitor*, ſive *Victor* velis, ſive *Ultor*, qui *Concubinae & Uxoribus* (*e*) incongrue facit, ineptèque prorſus poſt concubinæ nomen Uxores indiſtinctim aggerat, eaſque iterum cum *Concubinis Libertis Libertabus Servis Ancillis* nullo exemplo miſcet.

Prægustatores repudiavimus Gruterianos, quod ſingulos macula quædam inficeret; idem obſervare eſt in Fabrettianis: etenim *Ceriali Prægustatori*, & *Domitiæ Antiſtiæ* (*f*) (apud Sponium (*g*) eamdem Epigraphen exhibentem *Antiquae*) quis *Fecerit Hunc Titulum*, non conſtat, & *Conjugem Delicium* nulla, quod ſciam, nuncupavit mulier: inferius autem Claudii Auguſti Libertus *Auguſti Noſtri Prægustator* (*h*) dicitur, quæ formula ab ævo Claudii quantum recedat, alias monui: perperam etiam in clauſula *B. A.* cum ſoleat A. B. M.

Inter dicatas Genio monſtri ſimilis videtur mortualis tabula, ſic exordiens, *Dis Parentium Et Genio Vituli* (*i*); nec non deſinens *Genio Vius* (*k*) poſt prænomen patris extra locum poſitum: nec libenter *Genio L. Julio* (*l*) lego ſub *ſimili ſtatua*: funebrem in lapidem *Genio Domini Noſtri* (*m*) inſcribi, eique *Pompeium Peregrinum Amicum* dici, cui placeat? *Genium Numinis* (*n*) nihil hæſitans repudio; repudio pariter *Fontem Sermonenſem*, qui in ara veteri *Sulmonenſis* eſſet;

Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis (*o*);

nec *Gangalam* recipio Libertum Cæſaris, & *Chryſeri* nomen præmittentem.

Everinus Eros cur poſt formulam *Hic Situs Eſt*, & poſt Pedes in fronte, & in agro deſignatos, *Se Vivo Comparavit* (*p*) ſuperaddit? fac mittamus iſta; cur tribum profitetur, libertus cum ſit? ita heic adnotaveram, cum obtulit eadem (*q*) ſe mihi inferius inculpata; nam pro *L. LIB.* eſt *L. F.* & poſtremus abeſt verſus, *Verus* ſubſequens e *Suſa* dicitur, cum *Suſis* ſcribendum eſſet:

Non tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis (*r*).

E Roderico Caro excerpta privati hominis *Pronepotem* & *Abnepotem* recenſet (*s*), quod in Auguſtis tantummodo reperitur; *Municipium Salpeſanum* nominat, de quo nec Plinius, nec vetus Auctor verbum fecit ullus, quod ſciam, & inter L. Marcii honores publice decretos poſt *Locum Sepulturæ*, atque *Impenſum Funeris Ornamenta* memorat *Decurionatus*.

Sub finem capitis *Vas*, & *Tigrides*, & *Seneca* (*t*) ludibundus, Fata vinum aliquando ſurreptura incuſans, recentem fabricam videntur ſapere.

(*a*) Pag. cit. n. 141.
(*b*) Pag. 31. n. 148.
* En integra cit. Epig. quam ponit *in Angulo Domus ad D. Caliſti*.

L. SEPTIMIAE. PATA
BINIANE. BALBIL
LE. TYRHAE.
NEPOTILLE. ODAE
NATHIANAE. CQ.
AVR. PVBLIENA
ELPIDIA. NVTRIX
PATRONAE. DVLCIS
SIMAE. ET. AMANTISSI
MAE. FELICITER

(*c*) Pag. 34. n. LXII.
(*d*) Pag. 43. n. 241.
(*e*) Pag. 42. n. 234.
(*f*) Pag. 44. n. 246.
(*g*) Spon. *Miſcell. Erudit. Antiq.* Sect. VI. pag. 230.
(*h*) Pag. 718. n. 395.
(*i*) Pag. 72. n. VI. Cap. II.
(*k*) Pag. cit. n. 63.
(*l*) Pag. cit. n. 64.
(*m*) Pag. 73. n. 70.
(*n*) Pag. 77. n. 87. ponit in *Hortis Palumbariis ex Schedis Barberinis*.

GENIO
NVMINIS.
FONTIS SERMON
CHRYSEROS
CAESARIS
NOSTRI LIB
GANGALA.

(*o*) Ovid. *Triſt.* Eleg 10.
(*p*) Idem Fabret. pag 83. n. 129. ex *Schedis Vaticanis*.
(*q*) Pag. 138. n. 136. ex *Schedis Lelii*.
(*r*) Propert. Lib. 2.
(*s*) Idem Fabret. pag. 105. n. 249.
(*t*) Pag 115. n. 295. Fragmentum *in atrio Ædium Nobb. de Cinciis ſub vaſe utrinque anſato, & Tigribus hinc inde alterum pedem anteriorem ſuper eo imponentibus*.

CVM MIHI MORS ANIMAM
RAPIET ET IAM NON POTE
RO BIBERE FATAQVE VI
NVM IQVA APSTVLERINT
SIC SEPELITE ROGO SENECA
· · · · · · · · · · · · · · · · ·

pere. Paulo poſt *Salios Veronenſibus* (*a*) tribuentem hallucinari ſuſpicor Fabrettum, nec de *Saliis* ſiquidem, nec *Marte* ab iis culto quicquam hiſcunt noſtratia marmora; quin copulatrix particula, quæ præponitur, nominis potius, quam muneris indicium eſt; *Longino*, & *Quinctio & Valerio* lapidaria eſt loquutio, *Seviro*, *& Pretori*, *& Sacerdoti* non item.

Pagina 123. neſcio quo fato ingrata mihi ſiſtitur, & injucunda: diſplicent in ea *Proſdocionis* feminæ *oſſa Dat Domum Horeſtes*; & importuna interpellatio *Numquid Vis* (*b*): diſplicent *Candia* gens, *Pater Verax*, eidemque *Statua Erecta* (*c*): non placent *Stephani*, *Moſchidis*, *&* *Diodori* commixta blandimenta, & confuſa; nec adeo magnopere *Cavaria* (*d*) nomen, cognomentum *Dia*, & *Hymnianus* (*e*) patronum non memorans.

Procuratores hereditatum, ſeu Viceſimæ hereditatium occurrunt pluries; *Qui Proc. In Ratione Hered. Ad Leges Prædiorum*, videram neminem, nec ſatis intelligo; clauſula *Sine Controverſia* hujuſmodi epigrammata obſignari non ſolent, nec *Dies Centum* (*f*) ſine menſium mentione numerari: ex quibus tamen nihil ultra, quam ambigendi, hæſitandive argumenta eruo.

Dis Iniquis unica inſcribitur tabula, nec minus ſingulariter *Is Vixit*; jocularii quoque res agitur nominibus in unum hominem collatis, *Muſcae Charito Soſiſſinae Benedicto* (*g*).

Quam longo ſuſpectæ diſtineantur intervallo, vides; perpetuis enim, quas aliis in locis obelo jam notavi, dimiſſis, ad prædivitis, eximiiſque Inſcriptionibus perquam referti Capitis finem jam propero: ſub quem *Bellum Varianum* haud recipio, nec qui eo bello Occidit, ſive Cecidit; ejus tituli membra nullo præterea glutine cohærent inter ſe; *M. Caelius M. Caelio*, exinde *P. Caelius Fecit* (*h*); tribus, patria, Legio Annis, *Bellum Oſſibus* ridicule adhæreſcunt. Proxima etiam haud concordata *Terentio Rufenio Munatio Quæſtores* (*i*) quantum mereantur fidem, alii judicent; multo tamen minorem mereretur huic gemina *Ravelo Cominio Malio Quæſtores* (*k*), quæ ænigmatice clauditur, quamvis extare dicatur *Venuſii*, in ea perperam habetur *Senatud Conſuluere Et Cenſuere*: nam litera *d* nec pro *m* uſurpabatur antiquitus, nec verbis addebatur in vocalem non deſinentibus; *poblicod*, *preivatod*, *extrad Senteutiad* in Senatus Conſulto de Bacchanalibus ſcribitur: *Senatum Conſulere*, & *Cenſere* non ejuſdem erat; neutrum autem Quæſtorum, ſed alterum Conſulum, alterum Senatus ipſius. *Saltator HER. V. M.* Holſtenio reddatur (*l*).

Proximum Caput adhuc purius & incontaminatius eſt; pauciſſima enim habet, ad quæ ſubſiſtas: involuta aliqua, ἄτοπα, velut, *Conſervat. Peculi Per Quem Adquiſivi* (*m*); &, *Cui In Ipſa Dei Caſtitas Permanſerat* (*n*), & alia quædam non tanti ſunt, ut continuo repudies, præcipue quæ non in Muſeis, aut beatorum laribus, ſed in ipſis Romanis Vineis, lapidariæ veritatis ſedibus, Fabrettus viderit.

Recenſentur in hoc Capite *Luſciniæ* tumulus, quem in *Veſtigio Veteris Romæ* Bellorius protulit, ut inter gentis *Domitiæ* ædificia, quæ in colle Hortulanorum extabant, *Domitiorum Aviarium* aſſereret: urnulam, quæ hocce epitaphio ſuperbit, antiquam eſſe, oculatis teſtibus Fabretto & Bellorio neutiquam contenderim; epitaphium ipſum non veteres jocos, ſed recentes nugas ſapere, mihi ab his contendi nolim. *Luſcinia Philumena* (*o*) cognata videtur facere *Licinia Filumena*, quæ *Dis Avibus* frigide invocatis, ad Catulli *Pipilantem* paſſerem, & *Digitum* adpetenti dantem ſtatim confugit: Plutonem deinde arcano ferme nomine, & mere Lycophroniano compellat, *Inter Pulla Leptynis Loculamenta* defunctam collocans ſuam; λεπτοὺς ſcilicet contubernales habet Pluto, & macrum populum, tenuemque; quo reſpicit, ni fallor, Horatii verſus, *Et Domus exilis*, *Plutonia*, nempe quam turba incolit exilis, *volucrique ſimillima ſomno*: ſub finem Avicula iſta *Cantrix* in pſittacum, aut corvum abit, quæ *Blando Roſtello Salve Toties Cecinerit*; ſciſcitabatur Perſius in *Prol. Quis expedivit Pſittaco ſuum* Χαῖρε; rogarim ego, *Quis expedivit Luſciniæ* Χαῖρε *non ſuum?* nihil tamen magis recentem jocum comprobat, quam vocum inepta colluſio, *Avis Avia Averna Vale Et Vola*; numquam enim apud veteres παρονομασίας deprehendere eſt agglomeratas, & ſi qua, rariſſimo quidem occurrat, leviter inſperſam videas, nec ſine lepore ac ſale, ut Terentianam illam *inceptio eſt amentium haud amantium* (*p*).

Accidit aliquando ut de *Caſpio Trierarcho Tiberii Cæſaris* (*q*) ambigerem. Trierarchum certe militari, & eximia dignitate, qui vel Triremi imperaret, vel etiam claſſi, aut ſaltem claſſis parti, cum *Trierarchum Liburnicarum navium* memoret Tacitus (*r*), ſine prænomine, & ſine cognomine titulo inſcribi abſurdum videtur: adde, *Trierarchum Tiberii Cæſaris* tam nove audiri, ac duce, quam in Centurionem Cæſaris

(*a*) Pag. 116. n. 296. at mutila uti in *Nov. Theſ.* pag. CLXXIII. n. 6. integra vero in *Muſeo Veron.* p. CXV. n. 5. Ex eo in *Supplem.* ad Claſſ. III. ubi confer N. A. notam, in qua præter alia, quæ diſerte adnotat, ſcribit: „ *Salius* quidem poſſet & „ nomen eſſe, heic tamen pro Sacerdote malim accipere. „
(*b*) Pag. 123. n. 26. Cap. III.
(*c*) Pag. cit. n. 27.
(*d*) Pag. cit. n. 28.
(*e*) Pag. cit. in fin.
(*f*) Pag. 146. n. 176.
(*g*) Pag. 189. n. 434.
(*h*) Pag. 241. n. 647.
(*i*) Pag. cit. n. 652.
(*k*) Pag. 242. n. 665.
(*l*) Pag. 243. n. 668.
(*m*) Pag. 252. n. 38. Cap. IV.
(*n*) Pag. 268. n. 116.
(*o*) Pag. 332. n. 494. ex eodem Bonada Claſſ. XII. n. LIV. pag. 539. Tom. II. ponit in *Muſeo Marchionis Maximi in vaſe minutiſſimis characteribus*.
(*p*) Terent. *in Andr.*
(*q*) Pag. 362. n. XIV. Cap. V.
(*r*) Tacit. Hiſt. II. Cap. XVI.

ſaris vel Tribunum Tiberii audiremus : ſervus forte hic latet Trierarchus nomine ; plures enim habentur cauſæ, ex quibus aliquando duplex mancipiis adhæreat nomen ; ſcrupulus tamen adhuc pungit de Tiberio Cæſare præter morem nude enuntiato.

Contra nulli umquam obnoxius hæſitationi fui, urnæ titulum legens, quam *cineribus Pertinacis Auguſti recipiendis adhibitam* (*a*) facilis heic loci nimium, ac credulus pronuntiavit Fabrettus : plura ejus Imperatoris epigrammata, & monumenta confićta ſunt, quin & confinguntur in dies ; nam recentiſſimum haud ita pridem mihi oblatum fuit : qui autem credi poterat *arculam marmoream palmalis longitudinis* Pertinacis funus continere potuiſſe, qui non crematus, ſed conditus fuerit, & non anguſte, ſed magnifice ? teſtatur Capitolinus ; *reliquiæ ejus, recuperato capite* (per milites abſciſſo) *in ſepulcro avi uxoris locata ſunt : & Julianus ſucceſſor illius, corpus ejus, quanto potuit honore, funeratus eſt* (*b*) : Inſcriptio quidem nihil funerei habet, cum honoraria potius conſtet formula, inſcite urnæ indita :

DIVOS
PERTINAX
AVG
S . C ied, *Senatusconſulto*

Adjacet Baronii *Petra Scelerata* (*c*), quæ impoſtoris ſcelus vere videtur ſapere ; quam inaudita ſuperſcriptio *Aeternae Animae*, quam incondita quæ ſequuntur ! quam illa ἀσύνθετα, & ἀσύνδετα, *Hunc Placentia Habet Patria Quem Roma Creavit Marmoreo Poſitum Solio Aramque Sacravit !* quænam clauſula, *Curante Patruo Filio Innocentiſſimo !* quid parergi præſtat unicum verbum Ἀνθρώπινα ?

Gydnus Tiberii Germanici Supra Hortos (*d*), nec munere multum placet, quamvis alios *Supra* recenſeat Gruterus, nec domini appellatione, cum Germanicus Cæſar nuncupari ſoleat, non Tiberius Germanicus.

Officium pariter *Triticarii* (*e*) neutiquam arridet, nec *Leoninæ facies*, nec Deus inter liberti nomen, ac cognomentum intruſus ; veſtigia Templi Silvani, quæ in eo nemore adſeruntur, quiſquam forte tueri voluit. Ubi ridicule & inconcinne compacta glomerantur aliqua, vides alibi rejecta : iis accenſendum epigramma ſuſpicor, quod maternum defunctæ nomen, pro paterno ſic muſſitat ; *Fabia Nata Fabiaque Cerealis* (*f*), deinde incompoſite Nomen *Fabiorum Curtiorum Compoſitum Tumulo Semper Sub Tartara Vivunt*, de quo tamen nihil præfracte affirmarim.

In ſexto Capite quid pro *Immuni Inteſtato* (*g*) veniat, vellem explanaſſet Fabrettus ; aliud enim quid ab *Immuni* ſit oportet, & ab eo, cui *ſacri faciendi permiſſio data eſſet*, cum de vita functo agatur ; obſcuriora multo quæ conſequuntur : *Quod Ex Funere Ejus Superfuit Per Spironte Et Dextrum Quæſtores Quartum* (*h*) : hæc quid ſibi velint, & quid hoc monſtri ſit, alii viderint.

Quæ apud Feroniæ Templum reperta (*i*) dicitur, fidem apud me neutiquam impetret : a quorumcumque veterum titulorum ſtylo recedit nimis, & cuicumque manumiſſionis generi, ritibuſque adhibitis nimis hæc repugnant,

BENEMERENTI . SERVI
SEDEANT
SVRGENT . LIBERI (*k*)

ſediſſet enim ubicumque libuiſſet mancipium quodvis, qui *neque cenſu, neque vindicta, nec teſtamento liber factus eſt, non eſt liber*, ut docuit Cicero (*l*) : & inter hujus actus cæremonia pilei acceptionem ſcimus fuiſſe, & vindictæ, ſive lictoriæ virgæ, ictum, aut impoſitionem, unde Horatius (*m*)

...... Quem ter vindicta, quaterque
Impoſita haud unquam miſera formidine privet ?

tum circumactionem a Prætore, *Verterit hunc Prætor, momento temporis exit Marcus Dama ;* ſeſſionem autem in manumiſſione memorari nullam vidimus.

L. Manlio quiſnam *Fecerit*, eumque *Erga ſe Indulgentiſſimum* (*n*) appellavit, adhuc expectamus ſcire ; pariterque quomodo in eo *Regis Sacrorum* & *Fictoris Pontificum* munera coaleſcerent tam diſparata, ut unum qui fungebatur, nobiliſſimo Sacerdotio præditus eximia ſacra a ſolis Regibus olim factitata obiret, qui alterum, figlinis, aut cereis operibus concinnandis vitam toleraret, ut Deorum icunculas, vel ſimulatas hoſtias effingeret.

Prolixum ubi proxime recitari vidi conſultum municipale (*o*), ex loco ipſo mihi ſtatim offucias timui : genuina, quæ ſuperant, imitari quidem

(*a*) Pag. 379. n. 191.
(*b*) *Hiſt. Aug. Script.* Tom. I. pag. mihi 568. cit. edit.
(*c*) Pag. 378. n. 190. Vid. Baronii Annal. ad An. 192. n. IV. & V. Tom. II. pag. 347. & 348. ex Edit. Lucæ 1738.
(*d*) Pag. 380. n. 195.
(*e*) Pag. 401. n. 295.

P. AELIVS . AVG . LIB
binæ Leoninæ facies
SILVANO . SAN
CTO
totidem Taurinæ
CALLINICVS . TRITIC
D D

In arula Silvano dicata in nemore prædii Nob. Matronæ Paullæ de Mutheiis prope viam Oſtienſem ; ubi & veſtigia Templi Silvani.
(*f*) Pag. 418. n. 372.
(*g*) Pag. 449. n. 60. Cap. VI.
(*h*) Pag. cit. n. 58. & 59.
(*i*) Pag. cit. n. 60.
(*k*) Pag. 454. n. 73. *P. la Cerda* (inquit Fabret. l. cit.) *apud Terracinenſe Feroniæ Templum, repertum fuiſſe hunc lapidem ait, quem etiam a Willhelmo a Loon de Manumiſ. relatum videmus.*
(*l*) *Topic.* cap. 2.
(*m*) Lib. II. Sat. VII. verſ. 75.
(*n*) Pag. 460. n. 89. ponit in *Muſeo Magnino*.
(*o*) Pag. 463. n. 95.

dem conatus eſt veterator non indiligenter; locis tamen pluribus ita provolvitur, ut neminem latere poſſit, qui veterum Acta pernoverit, eorumque ſtylum, ac formulas calleat. Qui contulit, ac de *Monimo* honorando refert, non *Verba Facere*, ut ſolemne erat, dicitur, ſed *Cenſere;* quod verbum ad eos ſpectabat, qui poſt relationem ſententiam dicerent, vel ad Senatum, aut Magiſtratum ipſum, ubi decerneret. Relatione propoſita ac peracta, ridicule, atque inconnexe conſequitur, *Tum Univerſi Cum M. Junius*, & poſt integrum demum decretum interpoſitum, *Cenſuerunt*, quod a præmiſſo olim nomine *Univerſi* pendet: inepte etiam ſic obſignatur *In Decurionibus Fuerunt XXVI.* quæ nec legitima clauſula eſt, nec Latina, & alio prorſus modo, qui & quot Senatores, aut Decuriones *Adfuerint*, enunciari ſolet. Nove item auditur *Columnarium Publicum;* mirifice conſignantur verba, *In Ara Et Municipium*, quæ nec ex ſe ipſis, nec cum aliis juncta quidquam ſignificent; lepidiſſimum denique loquutionis genus, *Munificus Ad Munera Omnia Facienda*.

Recenſetur in hoc Capite decantatiſſimum *L. Scipionis* monumentum (*a*), de quo perfunctorie agere nequaquam congruit, cum alterum ſit e vetuſtiſſimis omnium duobus, quæ celebrantur, cumque ante Fabrettum ab Aleandro, Caſtellinio, Sirmondo, Seldeno, Gualtherio, Gozzio, Reineſio (*b*), aliiſque pluribus allatum certatim fuerit, commendatum, illuſtratumque:

HONC . OINO . PLOIRVME . CONSENTIONT . R
DVONORO . OPTVMO . FVISE . VIRO
LVCIOM . SCIPIONE . FILIOS . BARBATI
CONSOL . CENSOR . AIDILIS . HIC . FVET . A
HEC . CEPIT . CORSICA . ALERIAQVE . VRBE
DEDET . TEMPESTATEBVS . AIDE . MERETO *

Nullum equidem tam docte confictum uſquam memini, nec tam adpoſite in manus hominum datum: rumor enim initio percrebuit, ad *portam Capenam*, ubi ex Livio (*c*) Scipionum monumentum olim viſebatur, anno MDCXVI. repertum eſſe, rudibus literis toſo inciſum; addit Gualtherius (*d*), *a Franciſco Auguſtinio repente, nondum primariæ ejus vetuſtatis origine vulgata, XX. aureis emtum*.

Obſoleta, ac tempori congruens vocum forma, ſtyli ſimplicitas, hiſtoriæ conſenſus fidem omnino, & undequaque videntur conciliare: *Cornelium* ſiquidem *Barbatum* memorat Livius, qui anno Urbis Varroniano CCCCLI. Pontificis Maximi obiret munus; idem procul dubio qui paulo ante Dictator fuerat, anno CCCCLVI. Conſul, CCCCLIX. Pro Prætore caſtris præpoſitus, quamvis Barbati cognomine non exhibeatur amplius; unde eruat Sirmondus, Dictatorem anno Urbis CCCCLVII. comitia Conſulum creandorum cauſa habuiſſe, non video. Filius ejus L. Cornelius Scipio an. Urbis CCCCXCV. Corſos Conſul vicit; quamobrem de capta Corſica opportune videtur in epigrammate mentio facta. Ego nihilo minus meram hic fallaciam venditari, & eruditi cujuſdam hominis luſum vix ambigo: nam quæſo primum, cur in laudibus ejus, qui Pœnos, Sardos, ac Corſos vicerit, Corſica ponatur tantummodo, quæ victoriarum pars fuit infima: Lucium Scipionem ſcilicet triumphaſſe *De Pœnis Et Sardinia Corſica*, Faſti docent Capitolini; quapropter magnum Pœnorum nomen, quos Scipio *terra marique expugnavit*, ut Florus (*e*) loquitur, prætermiſſurus non videtur omnino fuiſſe, qui antiquitus elogium concinnaſſet: Sardinia quoque præ Corſica conſignanda erat; nam Scipionem *in Sardinia contra Sardos, & Corſos, & Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnaſſe*, Liviana tradit Epitome (*f*); ejuſdemque victoriæ appendix quædam fuit Corſica, ſi Florum (*g*) audimus: *ſerpente latius bello, Sardiniam Adnexamque Corſicam tranſiit;* nec de Aleria capta quicquam hiſcit, ſed Caralæ Sardicenſis urbis excidium utique memorat: quis ergo credat, Corſicam tantum, & Aleriam honorario L. Scipionis monumento, ejuſque præconiis deputato antiqua manu indi potuiſſe? Jam vero ex ſtatuis tribus, quæ T. Livii ætate extra *portam Capenam* in Scipionum monumento extabant, hanc Inſcriptionem nulla certe præſetulit; qua poſita, ambigi non potuiſſet, quem repræſentarent, nec putatum communiter eſſet,

(*a*) Pag. 461. n. 90. Hanc Romæ in Bibliotheca Barberina obſervarunt in autographo Cl. N. A. & Eruditiſſ. D. Franciſcus Seguierius.
(*b*) Pag. 410. n. 34. VI.
* Sirmundus ita legendam cenſuit: *Hunc unum plurimi conſentiunt Romæ Bonorum optimum fuiſſe Virum L. Scipionem. Filius Barbati. Conſul, Cenſor, Ædilis hic fuit. Hic cœpit Corſicam Aleriamque Urbem Dedit Tempeſtatibus Ædem merito*. Hæc illuſtrata fuit ab Hier. Aleandro brevi Commentario, ſed multa cum eruditione, tum in iis, quæ ad Gramaticam, tum in iis, quæ ad Hiſtoriam pertinent; & a Jac. Sirmondo Soc. JESU cum eruditis *Animadverſionibus* A. 1619. Acceperat a Nic. Fabricio Peireſcio Rob. Cottonus; ab hoc Seldenus *prol. Synt.* de *DIS Syris* c. 3. meminitque Guth. Lib. III. de *Offic. Dom. Aug.* c. 32. „ Eo plurimi (ait Fabrett. ad hanc loc. „ cit.) facienda, quo per ipſam inſigne habetur indicium „ de eo, qui Tempeſtati Ædem dedicaverat, de quo Ovi„ dii Interpretes ad Carmina illa Lib. VI. *Faſtor*.

Te quoque Tempeſtas &c.

(*c*) Liv. Lib. XXXVIII.
(*d*) *Tab. Sic.* Pag. 152.
(*e*) Lib. II. Cap. II.
(*f*) Liv. *Epit.* Lib. XVII.
(*g*) Lib. II. Cap. II.

eſſet, ad Africanum, Aſiaticum, & Ennium ſpectare; ſiquidem, Livio teſte (a), *duæ P. & L. Scipionum dicebantur eſſe, tertia poetæ Q. Ennii*. De Scipionis hujus Ædilitate, ac Cenſura nemo eſt qui doceat; nec propterea epigraphen damnarem; potuerunt enim a Livio omitti, & poſſunt etiam in ejus deliquio latere; ſed ideo adnoto, quod magnopere verear, ne L. Scipionem cum Scipione Africano epigrammatarius miſcuerit, cujus memorantur & Ædilitas, & Cenſura; hanc una cum P. Ælio Pæto, illam cum M. Cornelio Cethego A. V. DXLII. obſiſtentibus tribunis plebis, *quod nondum ad petendum legitima ætas eſſet* (b), adminiſtravit. Magnifacta præſertim eſt Inſcriptio iſta, quod de Templo Tempeſtatibus dato meminerit, cujus auctorem perquirentes Ovidii interpretes ad illud (c),

Te quoque, Tempeſtas, meritam delubra fatemur,
Cum pene eſt Corſis obruta claſſis aquis,

in varia diſtrahuntur, inquit Fabrettus; & neminem eſſe hominum, qui pentametrum illud ſatis intellexerit, niſi qui ab hoc monumento edoctus, notat Seldenus: verumtamen illa formula *Dedit Merito* importune prorſus lapidi conſignatur non votivo, & qui non, cum data eſt Ædes, ſit poſitus, ſed ejus facti hiſtoricam tantummodo mentionem contineat: quin ad honores Scipionis maximos non tam Ædes Data pertinebat, quam Dedicata; quamobrem multo aptius in Inſcriptione *Dedicavit* ſcriberetur, quam *Dedit*: confundere hæc & promiſcue habere, videtur heic loci Fabrettus, quamvis Templa ædificaret ferme qui vellet, non item Dedicaret, ac perraro acciderat, ut idem qui voverat, & Dedicaret, primarioſque Reipublicæ viros ob vovendum Templum, aut excitandum certaſſe numquam legamus; ob Dedicandum vero non infrequenter; certe cum ædem Concordiæ *ſumma invidia nobilium* Dedicaret C. Flavius, negabat Pontifex Maximus *more majorum niſi Conſulem, aut Imperatorem poſſe Templum Dedicare* (d). Ego quidem, illum Ovidii locum in cauſa fuiſſe puto, cur hujus fallaciæ textor, qui illuc reſpexit, cum Tempeſtatum Æde Corſicam tantummodo in monumento conjungeret, ceteroſque Scipionis triumphos tranſcenderet. At quid opus plura? nonne locus patet, ex quo priores duo hujus Inſcriptionis verſus hauſti pene ſunt ac decerpti? Ciceronis nempe liber de Finibus ſecundus, in quo hæc habentur: *non elogia monumentorum id ſignificant? velut hoc ad Portam; UNO ORE CUI PLURIMAE CONSENTIUNT GENTES POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM*: item in Catone Majore, carmenque appellat ſepulcro inciſum *UNICUM PLURIMÆ CONSENTIUNT GENTES POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM*, utroque loco non L. Scipioni, ſed Atilio Calatino elogium hocce Cicero teſtatur poſitum; quo ſatis conſtat, nugas egiſſe qui alio tranſtulit: probe ille quidem ab eodem L. Scipionis ævo epigraphen mutuatus eſt, cum Atilius Calatinus quoque Dictator ac Conſul priore Punico bello floruerit; at inhæſit nimis tranſcribens potius, quam imitans. Loquutio demum ipſa, ac ſcriptura non ita rancidulam ætatem ſapiunt, ut de affectata ultro citroque vetuſtate deferri nequeant. I in E convertebant ſæpe, at non in nominativis, ita ut *Ploirume* dicerent loco *Plurimi*, & *Hec* pro *Hic* aut *Heic*: *Luciom Filiom*, vel *Filio* pro *Filium* reciperem, non autem *Filios*. Notæ R. & A. inſuetæ eo loco, & vel importuna ſignificatione, vel nulla.

Inter Chriſtiana monumenta, quæ in præſentia comperendinantur, duo viſuntur ethnicorum, quæ ab incorruptæ antiquitatis ſacrariis eliminari omnino velim: literatum in primis amuletum, ſeu votivam oblationem mavis, *penſili ex ſuccino*, ut Fabrettus (e) loquitur, & *in Pedis formam perforatum* rem ipſam Venetiis aſpectans Cl. Montfauconius (f), ita eſt deceptus, ut felicioris ævi nedum veteris autumavit opus: *extat ibidem Pes humanus ſuccineus Veneris laudibus inſculptus, quod opus florentiſſimam artis olet ætatem*. Verum quod artificium ſpectat, quiſnam Pedem illum, aliaque id genus non multis ab hinc annis Romæ elaboravit, fuit qui typis proderet: quocumque autem fuiſſet artificio, materia ipſa antiquis cimeliis deditos de recenti joco admonere levi negotio poterat; quis enim, quæſo, eſt qui inter vetuſtæ ætatis reliquias quicquam ſuccineum viderit? aut quis tot ferre poſſe ſuccinum ſecula, & tam longum perdurare in ævum, re perpenſa, credat? cum enim concretio quædam ſit, ſive ex *defluente pinei generis arboribus medulla* (g), ſive ex alio ſucco denſata, qui fieri poſſit, ut inter terræ viſcera, ubi marceſcit denſum ferrum, ac corrumpitur, non diſſolvantur aliquando labentibus ſeculis, ac formam mutent (h) *Gummea fletiferi ſuccina trunci*? fictilibus quidem, vel marmoreis capſulis quæcumque apprime clauſa, & obſignata fuerint, ab aere, & ab humore tuta, utcumque durare videntur poſſe; ſed in iis Templorum donaria, & votivas Deorum laudes nemo collocavit umquam. Nihil tamen materia obſtaret, aut operis ratio; Inſcriptio ipſa fallaciam abunde prodit:

D . M
VENERI
SS
FELICI CONSERVAT VICTRICI
CVPIDINI CAELEST GENITRICI
MATRIQ.
DEVM
C
CAES *

Nego

(a) Lib. xxxviii.
(b) Lib. xxv.
(c) *Faſt.* vi.
(d) Liv. Lib. IX. in fin.
(e) Pag. 564. Cap. VIII. in not. ad Epig. 104.
(f) *Diar. Ital.* pag. 71.
(g) Plin. Lib. xxxvii. Cap. III.
(h) Auſon. Id. 6.
* Idem Fabret. pag. 564. n. 104.

Nego ſiquidem D. M. ad *Deae Magnae* ſignificandum Romanas notas eſſe; nego *Deæ Magnæ* titulum Veneri in monumento competere; nego SS pro *Sanctiſſimae* in tabula veteri me vidiſſe; nego *Felici Conſervatori Victrici Genitrici* priſcam verborum collocationem, aut rythmum ſapere; nego de *Cupidine Cæleſti* monumenta, aut lapides quicquam loquutos eſſe; nego *Genitricem Cupidinis* apte, ac non ſupervacue dici, quæ in eodem elogio *Deum Mater* appelletur; nego denique ab antiquo homine Matrem Deum nuncupari Venerem potuiſſe, quam recentes quidem poetæ doctrinam amplectantur, veteres autem ſacerdotes ac Theologi piaculo, titulo & nomine fraudari ſuo, ac de vetuſtiſſima tantæ maternitatis poſſeſſione Cybele deturbari poſſe.

Ex Marulli & Lucii Schedis *Salonenſem* titulum (*a*) videas, quem attulerat Sponius (*b*) quoque: huic de lapidaria lingua ac phraſibus vix pauculum quid eſt aſperſum: tumulati militia, & militaria dona ſic indicantur; *Fuit Ordinis Militaris Coh. I. Habuit VII. Spolia XI Coronas:* quæ ab antiquis formulis quam recedant, vides: deterius adhuc, & de Romano milite incongruentius; *A Claſſe Romana Cum Eorum Nota Interfectus Periit:* quomodo autem cum funebri lemmate Deorum Manium honoraria concordat clauſula *S. C. Ex Aerario Civi Nobiliſſimo*, quæ item ex ſe plurifariam, & quocumque fere in verbo peccat.

Inter novas Gentes, quarum prænotationem ab ipſis Inſcriptionibus ſegregare debuerat typographus, nonnullas eſſe e ſchedis arreptas, in quibus aliqua peccetur litera, ſuſpicio eſt præcipue ubi in *us*, non in *ius* deſinitur; latet enim quandoque jotæ adumbratio alteri literæ adpicta, aut tenuiter ſuperpoſita.

In hac Inſcriptionum congerie Puteolana minus placet, in qua *Dendrophori* (*c*) ex prænominum ſimilitudine componuntur, ita ut eodem utentes una proſtent; quæ prænominum obſervatio & conjunctio in nullo umquam lapide viſa eſt, quod meminerim: magis dedeceat patrum prænomina a Libertis oſtentata; *Libertinos* ſignificari docet Fabrettus in adnotationibus, quod ſemel habeatur ὀλογράμματως *Libertinus*; at literam L. vel compendium L I B. in veterum monumentis quis vidit? quis etiam vidit liberos homines libertinum genus memorare, atque ultro citroque profiteri? præterea cur cognomenta fere ſingula libertos indicant? nec laudetur clauſula *Hoc Signum Et Epulum DED.* In *Auni-*

diena Vlpia titulum (*d*) additum ſuperiori ſuſpicor recenti manu; quænam enim hæc Deorum Manium cum *Urina*, & *Viſo Nutricis* mixtura?

Legio XXXX. (*e*) aliquanto majori indiget auctoritate, ut recipiatur, quam Inſcriptionis unicæ e ſchedis hauſtæ; nihil enim exſcriptoribus facilius, quam numeralem enim notam invertere; novo item exemplo legitur *Legio Auguſti*, & *Centurio Claſſicus;* poteſt hic quidem de maritima ſtipendia faciente intelligi, ſed forma etiam tituli neſcio quid novitatis habet. Ex iiſdem ſchedis

M. EPVLLIO
PROCVLO . L. F. ARIO
CLAVD
TI. CAEPIONI*
DASPONI . COS.

Et reliqua.

Si Gruterum audimus, gens Epullia, ad quam aſſerendam inſcriptio affertur, nulla eſt; idem enim epigramma ſic recitat;

M. APVLEIO . PROCVLO . L. F
CLAVD. TI. CAEPIONI. HISPONI
COS. &c. **

Ego neutrum ex his monumentis admiſerim; Conſul enim ſive *Daſpo*, ſive *Hiſpo* mihi eodem loco eſt, & ab iiſdem Faſtis arreptos puto; pater extra locum; cognomen *Caepio* in gentilitium adſumptum; & cum unius honori deputatum epigramma ſit, qui plures dignitates adminiſtravit, cur prælaudantur M. Epullius Proculus, & Tiberius Caepio Daſpo?

Idem rurſus codex *Quinquennalem Sacerdotalem* obtrudit nobis, & *Nymphas Digniſſimas* cum *Fornacia* (*f*) gente.

Repudiabat & ſubſequentem (*g*) amicus vir, & doctus, cum quo hæc aliquando percurrebam, ob inauditum *Auguſtum Glucerum*, ſeu *Glucerium*; ſed ita accipi debet, ut Primitivus fecerit Vicarius *Glyceri*, qui Imperatoris ſervus eſſet.

Gentem *Mundam* (*h*) cudit Capacius, & perpolit; ſed nec *Mundum* comprobat, nec *Cleonitam* titulus qui ſic deſinat, *D. D. Fecit*. Ligorianos *Squeternios* (*i*), quos jure merito in

 Com-

(*a*) Pag. 588. n. 194.
(*b*) *Miſcel. Erud. Antiq.* pag. 181. Sect. V. Hanc in judicium adduxerat Cl. N. A. ſupra num. III., ubi de Sponio. Vid. ad Claſſ. XI. in *Supplem.*
(*c*) Pag. 601. n. 21. Cap. 9.
(*d*) Pag. 604. n. 43.
(*e*) Pag. 619. n. 167. ponit *in agro Tudertino ex Schedis Vaticanis*, ubi verſ. 4. & 5. legitur:

CENTVRIO . LEGION. XXXX
AVGVSTI CAESARIS &c.

* Pag. 620. n. 169. Maffejus addit ult. verſum.
** Gruter. pag. MCXI. n. 1. *Ravennæ in vico S. Agnetis confuſe deſcriptum*, e Pighianis.

(*f*) Pag. 623. n. 198. ponit *in ſuburbio Budæ ex ſchedis Vaticanis*.

NYMPHIS
M. FORNACI
VS . VERVS . Q. Q.
SACERDOTALIS
DIGNISSIMIS
MERITO

(*g*) Pag. 623. n. 200.
(*h*) Pag. 632. n. 278.
(*i*) Pag. 647. n. 408. *e Ligorianis*;

Commentario exſibilat, nollem in ſerie una cum legitimis civibus collocaſſet.

Poſtremum Caput ingreſſis S. P. Q. GABIORVM * occurrit, cui poteſtatem abrogare nequaquam cunctabimur; inſcriptio enim eſt nihili, & quæ a veterrimo, quo urbs Gabiorum vix poſt Romanos Reges audita floruit, ævo manare nequeat: controverſiam de Gabiorum ſitu fuit opinor qui confiсto eo lapide tentavit dirimere.

A. ATILIVS CALATINVS COS (*a*) e longinquo nimis aſſeritur, & in *ſepulcralis arcæ* titulum minime conformatur. Holſtenii *Profanos lapides* (*b*), & Budenſem *Cuſtodem Fluminis* (*c*) ne moremur.

Adjacent *Curatores Locorum Publicorum Dedicandorum* (*d*), quos non admitto, vel *Perſequendorum* ſint oportet, vel *Judicandorum*; apud Gruterum (*e*) verbum hoc prima caret ſyllaba, quam ex proxima inſcriptione ſupplere in promptu eſt.

Tres (*f*) perpetuæ habentur de *Aeni Diſpenſatoribus* Inſcriptiones ſchedaceæ, quæ ſuſpectionem ingerunt ſingulæ. Id muneris modo ſervus gerit *Xanthus* (*g*), modo *Patroclus* (*h*) Libertus, modo *L. Junius Domitiani Auguſti* (*i*) nec ſervus, nec libertus; neutrum enim L. Junii patiuntur nomina.

Aeniam gentem audivit nemo; & cur eidem homini tres adeſſent Diſpenſatores, quorum duo neutiquam e ſervili conditione, ut mos obtinebat? *Aenei frumenti*, de quo Conſtantini M. ſingularis extat (*k*) Conſtitutio, diſpenſationem innui, ſunt qui ſuſpicentur; ſed Diſpenſatores potius a domino, cui famulabantur, quam a re adminiſtrata denominari ſolent; & quid præterea ad Romanos lapides facit *ænei* frumenti præſtatio, quam, quæcumque demum ejus nominis cauſa fuerit, indubitatum eſt, in Africa peractam fuiſſe; idem enim frumentum in Conſtitutionis titulo vocatur *Carthaginenſe*, & ejuſmodi penſitationi illius urbis Magiſtratus fuiſſe apparet obnoxios. Nec omittendum, harum Inſcriptionum primam Claudiam *Spicarium* incondite loqui, unde ſuſpicio exoritur, nugatorem alicubi *Pſycharium* vidiſſe, nec intellexiſſe; exinde ſecundum Domitiani Auguſti nomen inconſulte proferre, & ἀνακολυθῶς; tertiam denique a Boiſſardi, & Carpenſis villæ nominibus apud Gruterum (*l*) dedecorari.

Quid ſibi vult (*m*) *Marcellus Signum Et Aedem Votum Solvens*; & quidem *Pro Bene Adorato Numine*? Quiſnam gentium *Deas* (*n*) *Deaſque Caſiam Et Maritum* conſecravit una?

Eximium *P. Helvii Pertinacis* monumentum (*o*) excipere vellem perhonorifice, liceret modo tranquillo animo, ac conſcientia tuta; ſed valde turbant qui ponunt *Capenates Fœderati*: nam Pertinacis ævo deſierant ferme, ut opinor, liberarum Immunium, & præcipue Fœderatarum civitatum conditio, ac tituli: Capena autem illa ætate exiguum quid erat, ſi quid erat, cum vetuſtiſſimis tantum temporibus memoretur: quin nullis temporibus Fœderis jure ornatos fuiſſe crediderim Capenates; neque enim ii ſponte ſe dediderunt, vel eximio aliquo beneficio Populum Romanum demeruerant, ſed poſt acerrima bella cum Etruſcis ceteris fracti demum, atque in poſterum redacti ſunt. *Sperandus*, ſi Prætorem velis, Municipio non congruit; ſi Præfectum, Fœderatis non competit. Diſplicent etiam elogia *Ducis*, & *Principis* SEN. & *Principis Omnium Virtutum*, Pertinaci adpicta.

Deus Munif. (*p*) & *Magna Dea Nortia* (*q*) nuptias inter ſe maturare velim, quoniam de hac in libro de Philologiæ nuptiis agit Martianus Ca-

* Pag. 672. n. 6. cap. X. d. Epig. *In oppido* (ait Fabrettus ad hanc) *Zagaroli, unde opinio aliquorum invaluit, ibidem loci Gabios extitiſſe, nullo vetuſtatis veſtigio adjuvante: imo contra Strabonis & Dionyſii tradita, per nos obiter expenſa in Diſſert. III de Aq. & Aquæd. n. 316. Certius igitur lapis ibi aſportatus fuit e vero Gabiorum loco, ad quod Zagaroli ſatis amplum territorium ſe extendit.*

Præter Gabiorum urbem olim Latii, alteram in Sabinorum provincia fuiſſe, perquam erudite probat Reverendiſs. Abbas D. Petrus Aloyſius Galletti Romanus, & Monachus Caſſinenſis V. C. in Libro, cui titulus: *Gabio antica Città di Sabina ſcoperta ove è ora Torri, ovvero le Grotte di Torri*. Edit. Rom. 1757. in 4.

(*a*) Pag. 673. n. 12. *ex ſched. Biblioth. Chiſianæ*.

(*b*) Pag. 674. n. 14. *in Valle Gaudentii prope Tibur ex ſchedis Holſtenii*.

LAPIDES . PROFANEI . INTVS . SACRVM

(*c*) Pag. 675. n. 2. *In trabe triangula lat. fere ped. unius, long. cub. IV. ex ære duab. clavis in extremitate ſuffixa in Danubio prope Budam reperta:*

DORVS . LARO
HVIVS . FLVMINIS
CVSTOS

(*d*) Pag. cit. n. 18.
(*e*) Gruter. pag. CC. n. 5.
(*f*) Pag. 678. n. 40. 41. & 42.
(*g*) Pag. cit. n. 42.
(*h*) Pag. cit. n. 40. verſ. 5.
(*i*) Pag. cit. n. 41.
(*k*) Cod. Theod. l. 14. tit. 25.

(*l*) Pag. DCCVII. n. 11.
(*m*) Pag. 680. n. 56. *Bergomi apud Mazzolenos*.

SIGNVM
ET AEDEM
PRO BENE
ADORATO
NVMINE
M. VETTIENVS
MARCELLVS
VOTVM SOLVIT
L . M

(*n*) Pag. 680. n. 57.
(*o*) Pag. 688. n. 99.
(*p*) Pag. 697 n. 187. *In arula marmorea cum Mercurio peceſato penes V. C. Franciſc. Graverolium Nemauſenſem:*

DEO . MVNIF.
SACRVM.

(*q*) Pag. cit. 189. *Florentiæ ex ſchedis Barberinis*.

MAGNAE . DEAE
NORTIAE

Eadem apud Gorium *Inſcript. Antiq. Etr.* Tom. 1. pag. 329. n. 85. *In Ædis S. Reparatæ fundamentis* reperta. Ubi idem Gor. ad hanc pag. cit. & ſeq. inquit: „ Dea Nortia localis ἐντόπιος, ἐπιχώριος, Etruſcorum, quam Juv. „ Sat. X. *Nurſciam* appellat. Putabatur eſſe Fortuna, „ Tyche, Nemeſis. *Primus Reineſ.* edidit Claſſ. I. n. 131.

Capella; ceterum tam Nemauſi *Munif.* fuiſſe puto, quam *Nortiam* Florentiæ, ubi nemo eſt qui viderit (*a*).

Inſigne ut videtur, quamvis acephalum monumentum, quod *in fauce Stagni Oſtienſis* (*b*) exſtare dicitur; verebar quodammodo attingere, & multa mecum evolvi, ut tranſgredi liceret, nec de ſtatu dejicerem: nullo quidem exemplo duorum Auguſtorum tituli conjunctim heic enuntiantur, *Felices Invicti Conſules Patres Patriae*, qui nomini quique ſuo ſingulatim redduntur in monumentis omnibus; dure etiam *Proconſules* loco *Pro Conſulibus*; attamen deglutiſſem iſta, ac tranſiliiſſem: verum qui admittantur *Germanici Maximi*, *Britannici Maximi*, *Perſici Maximi?* Marcus ac Lucius *Auguſti Germanici Maximi*, *Parthici Maximi* nuncupentur probe; at non *Britannici*, quo numquam intulerunt bellum, nec *Perſici*, cum ante Artaxerſem, qui, Severo Alexandro imperante, Parthorum regem Artabanum profligans, imperium a Parthis ad Perſas rurſus tranſtulit, Perſarum nomen nullum eſſet. Commodus una cum M. Aurelio Auguſtus dictus eſt, & Germanicus; at Britannicus poſt ejus mortem ſolummodo, & Parthicus, aut Perſicus numquam. Septimius Severus & Caracalla Auguſti ſimul, & Parthici Maximi, & Britannici Maximi, at *Germanici* Severus numquam, Caracalla Patre tantum vita functo; *Perſicus* neuter ex iis, cum Parthorum adhuc regnum ſtaret; numiſmata enim exſtant Caracallæ cum Tribunitia Poteſtate XX, hoc eſt extremis diebus ejus percuſſa, in quibus *Victoria Parthica* viſitur. Severus Alexander Perſici Maximi elogium optimo jure ſibi vindicare poteſt, qui ſolemnem de Perſis triumphum habuit; Germanici quoque; ſed Imperii conſortem admiſit nullum, cumque Elagabalus in vivis ageret, Cæſar tantum fuit dictus, & cum Perſis nondum confluxerat. Nullum tamdem invenias in Romana Hiſtoria loculum, ubi hæc conſiſtere Inſcriptio poſſit, quam aliena fide, & cum diſcutiendis, quæ offerebantur, ſchedis tempus non amplius ſuppeteret, recenſuiſſe opinor Fabrettum. Hæc autem ipſi fidem adhibens ſcribo, de nomine Aurelii Antonini mutile præmiſſo; quod niſi adeſſet, de Diocletiano, & Maximiano Auguſtis epigraphen explicarem, quibus Germanica, & Britannica, & Perſica Victoria hos titulos peperiſſe potuit.

Ex *Schedis Peniæ* duo (*c*) afferuntur epigrammata

(*a*) *Inter Florentinas has quoque recenſemus, quæ hoc tempore non extant; verum eas viderunt, & deſcripſerunt docti viri:* ita cit. A. de hac, & aliis pag. cit. 329. & 330. monet.

(*b*) Pag. 697. n. 190. *In fauce Stagni Oſtienſis, & ante Arcem Nobb. de Sacchettis.*

IMPP. CAESARES
AVRE . . . .
ONINVS . . . .
. . . .
PII. FELICES. INVICTI. AVGVSTI
GERMANICI. MAXIMI. BRITANNIC
MAXIMI. PERSICI. MAXIMI
TRIBVNITIAE. POTESTATIS
COSS. PATRES. PATRIAE
PROCONSVLES
PONTEM. LAVRENTIBVS
ADQVE. OSTIENSIBVS
OLIM. VETVSTATE. COLLABSVM
LAPIDEVM. RESTITVERVNT
. . . .
. . . .

(*c*) Pag. 699. n. 208. & 209.

SALASIAE. L. F. MERVLAE
ANN. XIII. D. V. PROH. DOLOR
ET. LACHRYMAE. MERVLA
MATER. INFELICISSIMA
SIBI. IPSA. ET. SVIS. O. V. F.
NASCENTES. MORIMVR. FINISQVE. AB. ORIGINE. PENDET

Tarracinæ,
Ex iiſdem Schedis.

IMMITIS FERRO SECVIT MEA COLLA MARITVS
DVM PROPERO STRICTI SOLVERE VINCLA PEDIS
DIRVS ET ANTE THORVM NVPER QVO NVPTA COIVI
QVO CECIDIT NOSTRAE VIRGINITATIS HONOS
NON CVLPA MERVISSE PRAESENTIA NVMINA TESTOR
SED IACEO FATI SORTE PEREMPTA MEI
DISCITE AB EXEMPLO CRISPINAE DISCITE PATRES
NE NVBAT FATVO FILIA VESTRA VIRO

Primam Donius inemendatam, & mutilam uti *Sutrii* poſitam adfert Claſſ. X. n. 18. ac ex eo Cl. Bonada Claſſ. VIII. n. XIII. pag. 314. Tom. II. iterumque a Fabretto cit. Claſſ. n. XXXIII. pag. 324. emendatam exhibet: Alteramve item ab eodem Fabretto Claſſ. VI. n. XXIX. pag. 119. cit. Tom.

mata, de quibus Lectori judicium delego; moleſtiam infert exclamatio interjecta, & ſolitarie poſita, *Prob Dolor & Lacrymae!* tum quæ *Suis Omnibus Vivens Facit*, cum *Suis Omnibus* legi non ſoleat. Suppoſita carmina, tertio aucta diſticho, vindicat Fabrettus in Emendationibus (*a*); ſed ex eodem *Penia*, qui apud ipſum fidem conciliat, ſpurium Hexaſtichum alterum (*b*) paulo poſt exhibetur: ardua ſæpe res eſt ex ſtylo tantummodo ſententiam ferre; at ille mihi recentem Poetam videtur verſus præcipue detegere: *Sed jaceo fati ſorte perempta mei*: ſortem enim pro fato uſurpaverint veteres, *ſortem fati* dixiſſe, mihi ægre admodum perſuadebitur.

Bellunenſem jocum (*c*) ſerio ne excipiamus. Imperatorum *Negotiatores* inter Auguſti domus Officia non computantur; *negotiatores ſervos* memorat Labeo (*d*), ſed *C. Aelius* noſter ingenuus erat, & ſervis ſtipatus, quorum *a ſervitute ut liber tandem evaderet*, *alacriter mortem admiſiſſe* dicitur. In eadem pagina (*e*) *Gnei Aſinii* cognomentum tacent *Puteolani*, & patrem; quorum autem nepos eſſet, novo ritu, & permiro recitant.

Veronenſem *Glauci Mutinenſis* (*f*) Codices aliqui noſtri præferunt, ſed labante fide; nugatur ſiquidem nimis dum *Planctam Suum Procurare* nos monet: adſtant involucra *Cenſores Curavit De Sen. Sent.* (*g*) & *Fil. Decur. Urbe Salvia* (*h*); cum quibus accenſeri poteſt *Beneficiarius Leg. Leg.* (*i*) qui *Votum Solvit* Deo nulli, *Suſcepta Ex Orco Fide*, quæ propterea nigricans, ac propterea reprobata eſt.

Involutus item Docimi titulus (*k*), qui bis *Fecit*,

(*a*) Pag. VII. ubi Fabrettus ait: *Inter Spuria ac ſuppoſititia* &c. *reponi video hexaſticum Criſtinæ*, quod nihilominus fide egregii viri *Franciſci Paniæ Sacr. Rot. Auditoris, & Auguſtino Tarraconenſi Archiep. patria, dignitate, & eruditione proximi, reponendum*, & duobus cum illo verſibus, ac nomine Criſpinæ ſupplendum duxi.

(*b*) Pag. 372. n. 594.

QVI PATRIAS CONSVMPSIT OPES VENTRIQVE DICAVIT
HIC SITVS IGNAVAE GLORIA PRIMA GVLAE
QVIQVE SIBI IVGVLVM SECVIT NE PAVPERE MENSA
FACTVS INOPS TRISTES DVCERET INDE DIES
SPARGE MERO DAPIBVSQVE IGITVR NON THVRE SEPVLCHRVM
HOC APICI REDEAT PRISCVS IN OSSA CALOR

„ Fictam (ut ait Fabrettus) Inſcriptionem hanc ſuſpicatur idem Author, ex quo eam deſumpſi; adjuvatque eandem ſuſpicionem Martialis traditio, qui Epig. XXII. Lib. III. *Veneni potione* extinctum dicit. „

(*c*) Pag. 703. n. 238. *ex Valerio Antiq. Bellunen. Ser.* 2.

C. AELIVS ASPRENAS COMMODI
CAES. NEGOT
QVO NEMO MORTEM ALACRIVS
ADMISIT QVOD A SERVORVM
SVORVM SERVITVTE TANDEM
LIBER EVADERET
HOC AVTEM TESTAM. CAVIT
POSTERIS INSCRIBI &c.

(*d*) *L. Servis* D. *de leg.* 3.

(*e*) Pag. cit. n. 245.

CN. ASINIO
POLLIONIS.ET.AGRIPPAE.NEPOTI
PVTEOLANI.PATRONO.PVBLICE

Puteoli ex Capacio.

(*f*) Pag. 709. n. 307.

GLAVCO..N
MVTINENSI
PVGNAR.VII.Θ
QVI VIX. ANN
XXIII. D. V. AVRE
LIA MARITO B. M
ET AMATORES HVIVS
PLANETAM
SVVM
PROCVRARE
VOS MONEO IN
NEMESE NE FIDEM
HABEATIS
SIC SVM DECEPTVS
AVE. VALE

In Hortulo D. Zenonis Veronæ.

(*g*) Pag. cit. n. 301.

P. MAGIVS P. F } CES
Q. MINVCIVS. L. F }
BASILICAM FAC
CVRAVIT. DE.SEN.SENT

Cantazarii ex Schedis Barberinis. CES. pro Cenſores omiſſo N. ut in COS.

(*h*) Pag. cit. n. 302.

L. HOSTILIO. L. F. AEM. TVLLO
FIL
DECVR . URBE
SAL VIA

(*i*) Pag. 710. n. 317.

M. AVREL
REDITVS
BF.LEG.LEG
II. ADI.P.F
SEVERIANAE
V. S. L. M
SVSCEPTA. FIDE. EX. ORCO

In Villa Salmar. in pariete Eccleſiæ ex Sched. Vatic.

(*k*) Pag. 714. n. 355.

D . M
M. VLPIVS. AVG. LIB
DOCIMVS. FEC. VLPIO. IRENE
FILIO. FECIT. ET. PRO
PINQVIS. EIVS. ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE EORVM

E Schedis Barberinis.

Fecit, ac præter morem *Propinquis*, & nomen *Irenes* maſculo tribuit.

Illam (*a*) vereor attingere, qui *Sarcophagi* majeſtate ſe tuetur; accidit tamen quandoque, ut Inſcriptionis aream, quæ intacta remanſerat, recens ſcalprum inſcripſerit: *Donum Dedit* votivas certe tabulas potius decet, & poſt ea *Fecit* quaſcumque dedecet.

Conſules Municipales, quos injuria impugnaverat Reineſius (*b*), *Piſano* lapide fulcit Fabrettus (*c*), quem Noriſius edidit, atque illuſtravit: ſuſpicione apud me non vacat; neutiquam tamen ob Piſanum Conſulem, cum & Brixianas inter municipia cetera lapidibus pluribus Conſules obſervarim, quod nominis ſequiori ævo quoque ea civitas retinuit, ut in marmorea duodecimi ſeculi exſtanti tabula (*d*) animadverti, in qua *Conſules Brixiæ* ſignantur: nec item *Piſanum* monumentum ob primi tantummodo Conſulatus notam reſpuerem, quamvis ſingulari pene exemplo, præſertim cum non de Romanis Conſulibus, ſed de Duoviris agatur municipalibus: at forma me maxime Inſcriptionis turbat, quæ complementum ſuum expectare videtur quodammodo, & funerarii præſefert nihil præter Deos Manes præfixos. Jam *Felix Herculeo* ſi qui facit, & cui fit, deſignat, ſervilia capita habemus; quorum nulli præſtantiſſima Piſanæ Reipublicæ munera congruant; ſi unius hominis nomina ſunt, ponentis mentio deeſt, & peccare videntur utraque, cum de *Felice* prænominis loco unicum afferatur exemplum, & cum *Herculeus*, aut *Herculius* ſequi debuiſſet, non *Herculeo*; quem enim e Theſauro Gruteriano advocat Noriſius tamquam caſu recto *Flavius Herculeo*, recte legitur apud Gruterum *Flavio Herculeo*. Cur itidem cognomentum ſuum, ac prænomen patris viro illuſtri non adponuntur?

Collegium Salutare (*e*) ſero opitulatur Serano *In Itinere VR. Defuncto Et Sepulto*, & quidnam ei ita ſe habenti *Donum Det* non intelligo.

Spediolejus (*f*) parum arridet, & quid Zodiaci Signa ad Grammaticum Latinum? *Conſulem MV.* cum *Curru triumphali* (*g*) Florentiæ non eſt qui viderit. Quod *Cales. Adſcripſit Conſul*

(*a*) Pag. 718. n. 396.

D . M
T. FL. PHEDIMO
T. FL. IONICVS. PATRO
NO. SVO. DONVM
DEDIT. DVLCIS
SIMO. BENEME
RENTI. FECIT

Sarcophago in Ædibus Nobb. de Palutiis.

(*b*) Epiſt. XXVIII. ad *Rupertum*, pag. 139.
(*c*) Pag. 723. in not. ad Epig. 439. pag. 772. quæ ita eſt:

AEMILIAE
C. FIL. CAL
LISTAE
C. F. CONIV
GI. L. TVRCI
FAESASI A
PRONIANI
COS
AVFIDENATES
D . D

A Caſtel di Sangro, ex Schedis Chiſianis.

„ Conſul iſte (ait Fabret. pag. cit. 723.) *L. Turcius Apronianus*, Romanis Faſtis ignotus, Duumvir Aufidenæ Samniticæ Urbis eſſe potuit, qui honoris, ſive ambitionis gratia, id nominis uſurpare auſus ſit eadem notione, qua ſe Burdigalæ Conſulem vocat Auſonius,

Diligo Burdigalam, Romam colo, Civis in hac ſum,
Conſul in ambabus ....

„ Scio equidem non placuiſſe hoc Reineſio (loc. cit.). ibi. *De Coſſ. municipalibus non poſſum amplius dubitare, ab ignaris antiquitatum Romanarum nobis fabricatos fuiſſe, quanquam & Scipio gentilis noſter 2. de Juriſd. 5. e Caſauboni Not. ad Apol. Apul. eos conetur obtrudere.* „ Qui „ Auſonium poetice potius, quam proprie locutum aſſerit „ Epiſt. XXXI. pag. 160. Sed prævalet Eminentiſſ. Noriſii authoritas hoc lapide fulta, alioque, quem nuper „ Piſis erutum oſtendit in *Cenotaph. Piſan.* pag. 41.

D . M . S
FELIX. HERCVLEO
EQ. P. AED. II. COS. I
PONT. PERP
REIP. PIS

„ in quo difficultatem mihi non facit ſuſpicio illa doctiſſimo viro oborta ob inſolitam enumerationem primi „ Conſulatus: innititur quippe iſta enunciationi antecedenti bis geſtæ Ædilitatis; quemadmodum vidimus „ Cap. IV. n. 495. Magiſterium primum ibi expreſſum, „ ubi bis, & tertium alii exercuiſſe dicuntur. „

(*d*) Rub. pag. 67.
(*e*) Idem Fabret. pag. 743. n. 512.

D . M
M. IVL. SERANO
ANN. XXXII.
IN ITINERE VR
DEFVNCTO ET
SEPVLTO COELIA
ROMVLA
MATER FILIO
PIISSIMO
ET COLLEGIVM
SALVTARE
D . D

e Schedis Vaticanis.

(*f*) Pag. 744. n. 519.

C. SPEDIOLEIO. CEREALI
GRAMMATICO. LAT

In Hortis Mediceis ſub ſtemmate viri togati, circa quem ſigna Zodiaci.

(*g*) Pag. 745. n. 537. & Gor. *Inſcr. Antiq. Etr.* Tom. I. p. 329. n. 90.
Sarcophagus in opere Eccl. Metr. ex Schedis Vinc. Borghinii.

D . M
Q. PETRONI
MELIORIS
COS. MV

Fabrettus non habet D. M. ponit *Florentiæ in ſarcophago, in quo Currus triumphalis.* Et inquit „ videtur an *Municipalis Conſul*, de quo ſupra &c. hic deſignetur. Gorius pag. 330. ad hanc. COS. MV. ideſt *Conſulis Municipalis*.

ſul (*a*), quantum ad me attinet, fruſtra adſcripſit: valde etiam ex antiquo Claudius advenit Conſul cum *M. Perpena*, & Judicem Veneficiis agit, quod magiſtratus nomen audierat nemo. *Aſaphat Judæus Ob Grandem Nummum e Patria Pulſus*, & poſteros ſepulcrum ingredi vetans, *Quouſque Reſurgat* (*b*), nec antiquum hominem loquela refert, nec Judæum. Ingenioſius nihil interpretatione per doctum municipem meum perpetuis ſiglis adjuncta (*c*), quæ inter vetera nequaquam tamen deſcripſerim.

Inter illas, quas Goetius contulit, Arelatenſis lamina (*d*) vel non ita ſe habuit, vel pro recenti chimæra habebitur: confuſe etiam, & inemendate anteriorem præſertim tabulam (*e*) ſuſpicor exceptam, ſi tamen umquam extitit, vel ſi impoſtura non fuit muſtea, ut indicant POS. S. ante *Votum Solvit Civ. El.* cognominis loco, & ea *Ratiariorum Superiorum Amicorum Suorum*. Quid de *Opere Valli* (*f*) dicamus? quod cum ex aggere & vallis, hoc eſt, ſudibus conſtrueretur, mirum videri poſſit lapidea Inſcriptione dedicatum fuiſſe, & cur præcipue a *Vexillatoribus?* legerim potius *Vexillationes;* quæ ſequuntur compendia, ex autopſia reſtituat qui poteſt.

Inter Emendationes (*g*) bini ex ſchedis Piniæ Gruteriano titulo (*h*) adjiciuntur verſus a recenti editione accepti, quos antiqua nec ne prognata Muſa putemus, non declaro; at ne minimum quidem ad ſepulcrale monumentum facere in propatulo eſt.

* * * *

V. *Variarum Inſcriptionum in jam laudatis Operibus non adductarum diſquiſitio.*

EGO quidem cum ad implicatiſſimam hanc ſpuriarum Inſcriptionum explanationem acceſſi, id mihi ferme perſuaſeram fore, ut ubi quatuor illas congeries ampliſſimas excuſſiſſem, omnibus abſolutum numeris conſtaret opus, nihilque mihi, quod pretium facere labori poſſet, inveſtigandum amplius ſupereſſet. Eò autem poſtquam perveni, hanc mihi fruſtra video ſpem inhæſiſſe, & hallucinatum profecto me in hac cogitatione eſſe ſentio: nam aliquot ſuperiori ætate edita fuiſſe non omnino comtemnenda fictitia epigrammata deprehendo, quæ in maximis iis collectionibus non ſunt inſerta, & quod rei caput eſt, proximis temporibus, nuperrimiſque doctorum hominum voluminibus quam plurima de novo prodiere, ac prodeunt continenter in dies, de quibus niſi verba fecerim, deſipere videar, & hujuſce operis inſtituto nequaquam ſatisfeciſſe. Cum vero vix fieri poſſit, ut quæcumque uſquam gentium omnino vulgata ſunt, infinitiſque pene libris interſperſa, hujus generis monumenta homini uni occurrerint, ac pertractentur, illa in medium adduxi, ſatis habeant viri eruditi, quæ, me accurate, ac diutius indagante, in manus ſors tulit, ut inciderent, quæve cum utilitate quadam, & abſque inutili dictarum rerum repetitione percurri, ac recenſeri poſſint. Quam plura autem teruntur volumina falſis titulis referta, quæ hic a me ne memorabuntur quidem; quod eos titulos etiam diſcuſſis Corporibus, Gruteriano præcipue, Auctores, ut fieri ſolet, hauſerint, atque exſcripſerint: aliorum

(*a*) Pag. 748. n. 553.

ADSCRIPSIT. CALES. COS. CVM...
R. COLONIAM. DEDVXIT. GRAVISCAM...
Q. IIIVIR. A. A. A. F. F. AED. CVR. IVDEX. VENEFICIS. P. R
REPETVNDIS. CVRATOR. VIS. STERNVNDIS. COS. CVM. M. PERPENA

Duo fragmenta ex Sched. Barber. olim ad uſum liminaris S. Martini in Montibus.

„ Duo hic (ſcribit ad hanc Fabrettus) e Claudia Gente „ Conſules inſignes viri memorari videntur, P. Claudius Pulcher, qui Graviſcæ Coloniæ deducendæ Triumvir fuit An. V. DLXXI. & C. Claudius P. F. qui An. „ DLXXIV. cum M. Perpena Coſ. proceſſit.

(*b*) Pag. 749. n. 558.

(*c*) Pag. 751. n. 585.

LP. IL. O. T. A. A. RR. I.
QS

Verona, circa operculum Vrnæ Sepulchralis.

„ Ænigma (ait Fabrett. loc. cit.) primo aſpectu putavi, „ & adhuc reputo: Atqui D. Canonicus Blanchinus, a quo „ exemplar nactus ſum, hanc Interpretationem adjunxit. *Lucius Pater Impuberi Lucilio Ollam Triſtis Aptavit Ad Rogi Reliquias In Quo Serventur.*

(*d*) Pag. 756. n. 623.

SAN. A. B. C. SAC. HOL
DIA. IN. TER. DEF. AMP.
AREL. CAL. MAR. OLIM
III

Arelate in lamina ærea ad ripam Rhodani reperta.

„ Omnes (inquit cit. A.) hujus pag. Inſcriptiones ſuæ „ peregrinationis Anglicæ, Gallicæ, & Italicæ fructus in „ hoſpitale contractæ amicitiæ munus obtulit Vir. Cl. Gothofredus Chriſtianus Goetius Lipſienſis; qui ad hanc „ poſtremam ſuorum praxim, qui Kalendarii Gregoriani „ neceſſariam non receperunt, vetuſtumque dierum computum adhuc retinent, obſervat, aliis hoc idem eveniſſe, ut quibus Calendæ advenerant, aliis, duorum dierum anticipatione *tertio Calendas* dicerentur.

(*e*) Pag. cit. 756. n. 622.

DEO. SILVA
NO. PRO. SAL
RATIAR. SVP
AMICORVM. SVO
RVM. POS. S.

(*f*) Pag. cit. n. 619.

IMP. C. T. AELIO
HADRIANO. ANTO
NINO. AVG. P. P
VEX. LEG. VI. VIC.
P. F. OPVS. VALLI
P. ∞. ∞. ∞. ∞. C. XLI.

Marmor Erskini Scotiæ Urbe repertum.

(*g*) Pag. VI.

(*h*) Gruter. pag. DCCCLXV. 9. ubi in repetit. edit. Fabretti verſus.

rum unam tantum & alteram, inter ſpurias quam plures attingam, quod illæ tantummodo de novo ſint editæ, vel quod ceteras tunc notarim, cum de exſtantibus in marmore a me ſpectatis ſermonem habui. Nugaciſſimas quoque, ineptaſque prorſus epigraphas, cujuſmodi, exempli gratia, non pauca exhibet Apianus, minime attingam, quod earum futilitas cordato cuique per ſe ſtatim pateat.

In libris antiquioribus exigua nobis meſſis eſt reliqua. Tacuinus minime repetitam ab aliis legem habet *de re Venerea*, quæ incipit, *Jura viſundi, conſectandi, ſuſurandi*, a Feliciano quoque recenſitam, ſed tamquam ludibundum quid, & recentis epigrammatis jocum. Inter Simeonii Epitaphia titulum hunc (*a*) notavi, quem apud memoratos compilatores videre non memini:

C. CAESAR
AVG. F.
COS
VIAS. OMNES
ARIMINI STERNIT *

multo aptius apud Panvinium (*b*) in Faſtis *Sterni* ... Noriſius (*c*) Inſcriptionem iterans Caji Cæſaris Conſulatum ex ea evidenter oſtendi ait, quæ etiamnum appareat Arimini in foro; at mihi ſuſpecta eſt quam maxime: nam C. Cæſar, Conſulatu in Syria inito, eumdem *ultra finis extremas Populi Romani bellum gerens peregit*, ut Cenotaphium loquitur; quamobrem de Ariminenſi in Italia municipio eo tempore cogitaſſe, vix adducor ut credam: nec poſt Conſulatum ad Italiam acceſſit; ſed, bellicoſiſſimis devictis gentibus, aut in fidem receptis, diem obiit in Lycia. Adde curam viarum ad Conſules nequaquam pertinuiſſe; adde, unam nominatim aut alteram mutatam, aut reſtitutam viam ſæpe in lapidibus conſignari, *Vias Omnes* numquam: & quid ſunt *Viæ Arimini Omnes?* certe quæ intra civitatem erant; at illæ ad municipalem ædilem, non ad Romanum ſpectabant Conſulem.

Ab Hiſpanicis Hiſtoricis, Scriptoribuſque etiamſi quam plures exhibeat Gruterus, ut vidimus, Inſcriptiones acceptas, quæ ſuſpicione non carent; multæ rurſus ejuſdem generis apud præclariſſimæ illius gentis Auctores poſteriores, in aliis regionibus parum tritos, deliteſcunt, ut ita dicam, quas curſim innuere pergam. Rodericus Carus in Hiſtoria Hiſpalenſi *Dulcinillam* profert quamdam ex ignoto *Municipio Siarenſi*, quam cum Dulcinea illa percelebri ſociare non

dubitarim, *Fortuna* præcipue *Domina Fato Ejus Dempta*, & *Mira* illius tituli *Deſidia* ſuadentibus. *Circulos Solares*, gryphoſque ſubſequentes ab eodem Caro explicatos fidenter rejiciat, qui *Monumentum* non amet, quod *Decii Oſſa Vetera Quirini Comitantur*. Carmonenſes *Roma Aureis CC Equites* excipiet, qui intelliget; ſicuti Ordinem *Hienipenſium* colet qui noverit. Idem in *Conventu Juridico Hiſpalenſi Fulgetram* conſecrat, & Paulinam profert, *Qui Bello Aſſurgente* Pro Rep. Arucitana *Bello Retinenda*, multa fortiter geſſit; illum propterea honorant *Arucitani Veteres Et Juvenes*: quæ retuliſſe, refutaſſe eſt.

Octo recitat epigrammata Hyacinthus Arias de Quintanaduenas in Antiquitatibus Alcantaræ, quorum nullum veritatem ſapit: in iis vel ſenſus excutitur nullus, vel *C. Julius Caeſar*, & *Octavianus Auguſtus Lanciam Lacetaniam Accipiant*; & *Tago. Fluminum Principi* Ara *Pro Inundatione* ponitur.

Barnabas Morenus in Hiſtoria Emeritenſi lapidem affert de Via Cæſarauguſtana *Emeritam Uſque Reſtituta*, in qua nova habetur, atque importuna loquutio, *Per Partes*, & Domitianus Veſpaſiani cognomentum, quod numquam uſurpavit, oſtentat.

Ludovici Lopezii Cæſarauguſtana Hiſtoria Auguſtum Cæſarem *Murum Dediſſe* docet, *M. Vipſanium Agrippam Conſulem Fieri Curaſſe*; verumtamen Agrippa nec Vipſanii nomine uſus umquam eſt in publicis monumentis, nec Romæ Conſulatum gerens Hiſpaniæ fabricis præſidere potuit.

At non una vice Petrus de Roxas Hiſtoriam Toletanam Inſcriptionibus diſtinguens, atque illuſtrans peccat: in illis enim vix quicquam ſani eſt: monſtra, ac res nihili, ut omittamus, nec non *Titaſa. Salviam, Quæ Propter Avaritiam Occidit Filios Suos*: antiqua ibi Geographia novis oneratur gentibus; nam *Municipes Triunchenſes*, qui Metropolin male muſſitant, Municipia *Irpinenſe* & *Monotenſe*, Ordinem *Barcicallenſem*, *Mentercos*, aliaque non ſua nomina invenit, & miratur: antiquam ibi Religionem inconditi inceſtant ritus, & male compacta Numina; *Hercules P. Endovellic. Tolet. Hercules Pater Toleta Deus Manticulus*, ob quem *Circenſes Quo die Quot Annis Toleta Celebrant*; *In Loco Subterraneo Cloacinae Deæ Aliquot Homines Gentis Superſtitione Devoti*, ubi *Ex Auctoritate* non Præfecti, aut alterius Magiſtratus, ut priſca fert formula, ſed Imperatorum Diocletiani & Maximiani ad Romanarum Inſcriptionum exemplum, ab inconditi neſcio cujus Præſidis Legato Tagi

 ripæ

(*a*) Pag. 72.

* Hanc iterum ſic exhibet Maffejus *Inſcript. Var.* pag. CCCLXIV. n. 5. ponens *Arimini in Platea*.

C. CAESAR
AVGVST. F
COS
VIAS. OMNES
ARIMINI. STERN

& in adnotat. ſcribit: „ Mirum paronama unde irrepſerit, „ quo in Obſ. *tom.* 4. pag. 356. literæ COS omiſſæ fuerunt, & omiſſionem probare viſus ſum, effari nequeo; „ nam in archetypo apud me exemplo adhuc extant. „ Errorem non ex aliorum monitu, ſed ex ipſa libri „ inſpectione, ſtatim ac in lucem exiit, agnovi, ita ut „ exemplaria plura manu, & calamo emendata ſint. „ Ter hanc affert Maffejus cit. locis & ſemper variantem aliquantulum.

(*b*) Panvin. ad An. DLIV.

(*c*) *Cenotaph. Piſan.* pag. 243.

ripæ terminantur. Non vacat in iſtiuſmodi nugis ultra immorari.

Obſcura & ambigua quædam tituli per Fratrem Hieronymum a Conceptione in Gadibus Illuſtratis enunciati quandoque continent, ſed quæ ſphalmatis & exſcriptorum paroramatis imputari poſſint. Qua defenſione uti profecto nequeant aliqui ex iis, quos in Hiſtoria Regni Valentiæ Gaſpar Scholanus recenſuit: nam *L. Bebiae* epitaphium *Nobilis Pardi* nomina deturpant, & prænomen feminæ, & inepta formula *Amiciſſimus Amicae; C. Terentium* incondita verba dehoneſtant, & recitationes tumulo haud congruæ, & illa, *Prob Dolor Hic Tam Longe Malo Coeli Contagio Cecidit:* Dianae *Maximae Alba Vacca Et Nigra*, & *Mourma* & *Torta* reprobantur ex omni parte: nihil ſunt, *Q. Li. Gal. Hiſpano*, & *Corſyanini* Herus, & *Ruf. Gal. Rufino Pro Charitate*, & *Tanne Gadenia P. N.* & *Saetabi Auguſtorum*, & *C. Antonius Conſul*. Quam aberret, quæ *Claudio Imp. Victori O. F.* dicatur, ejuſdem Claudii Gothici ab eodem Scholano exinde prolata honoraria epigraphe teſtatur, quæ authentica ejus Imperatoris formula conflata eſt; genuinæ ſiquidem plures in hac Hiſtoria conſignantur.

Inter exhibitas a Martino de Roa in Antiquitatibus Aſtigitanis *Sæpe Victor* diſplicet, & *Vis Corporis Magna*, & *Iſtoricus Pedagogus*, & *Sep. Timenus R. P.* & *Cyprius Muticarienſis*, & *Statua Funeri Facta*. Matriti Hiſtoria tres omnino informes titulos recenſet.

Franciſci de Pedraza Granatenſem Hiſtoriam quid memorem? nonne in ea *Mater Valeri Auguſti*, & *Veſpaſianus In Honorem Hieroſolymitani Belli* prædicantur; *Baſilica*, quæ *Conſules Hoſtes Najades* involucro uno commixta afferuntur?

Ut ab Hiſpania ad Italiam me conferam, Neapolitanam Capacii Hiſtoriam præ manibus ſumam. Commentitiis Inſcriptionibus profecto haud caret, quarum maximam partem apud Gruterum, & Reineſium inſpicere eſt. Reperire apud illos mihi non contigit *Senatum Populumque Neapolitanum*, non Numini cuidam, ut ferebat formula, ſed modo *Dono Dantem L. Baecio* (*a*) Cominiæ gentis nomen pro cognomento adhibentem; modo Marco Antonino Auguſto *Patrona Indulgentiſſimo*, cum nec Imperator apte dicatur *Patronus*, & civitatis Patronus minus adpoſite vocetur. *Indulgentiſſimus* ſub finem Libri primi *Criſpum & P. Corneliam* (*b*) audire pudeat. Fragmenta ſunt ſparſim plura, quibus utaris nolim. Nolanus Ordo *Domitium Domitianum* (*c*) incondite blaterantem ne obtrudat, & regionem ſuam in Provinciarum cenſu computans tam inſcite ne deprimat. Abellæ *Coloni, Et Incolae M. Propr.* (*d*) colentes quid nobis obloquentur, enodet nemo.

Inter Siculas docte a Gualtherio collectas Tabulas *Reſpublica* non placet *Lilybitanorum* (*e*), quæ Reipublicæ alterius, *Agrigentinorum* nempe, *Concordiae* ſacrum facit, & Proconſulem, ac Proprætorem in eodem ſociat.

Fines Inter Vandalos Et Gothos cum *Milliario IIII.* (*f*) non conſentiunt. *Lites In Monte Eryco* (*g*) excitavit ne *Spinoſas Erycina ferens in pectore curas?* Honoraria.

LIVIAE AVGVSTI
DEAE
MVNICIPIVM *

utitur Hadrianus Valeſius quoque; at jejuna nimis videtur formula, & *Deam* non ſine additamento *Vocontiorum* Itineraria conſignant, & mirum videri poſſit, a Gallica urbe dicatum lapidem, & quidem prægrandem in Sicilia reperiri: quin Gruteriana epigraphe non municipium, ſed Coloniam vocat, & quidem Auguſtam.

Deformes aliquot tranſilio, aut informes, inter quas quid de *Tulliola* dicam, *M. Tullii Filia* (*h*), ex Terentia uxore, ut commentatur editor in animadverſionibus? quid de Locrorum civitate (*i*) *Soli Deo Subdita Et Populi Romani Amica?* quid de Marcelli honoribus (*k*) *Fugato Hannibale Direptis Syracuſis?* Ad calcem duo Senatus Conſulta afferuntur, quam plurimis probantium, & faventium hominum nominibus circumſepta, & *Rempublicam Primo Bello Punico Conturbante* facta, quæ aniles fabellas amantibus ablegamus.

Tomaſinius (*l*) de Donariis a Grutero ſæpius deceptus, hanc præterea exhibet a Naudeo traditam:

NEPTVNO . SACRVM
C. ANNIVS . NEPTVNI . DIALIS
VOTO . SACRAVIT

ubi ab antiquis formulis *Voto Sacrare* deſciſſit, & ridicule *Dialis*, qui Jovis flaminem ſonat, Neptuni dicitur, & pro Neptunali habetur: *Concordialem* videmus in aliis pro Sacerdote Con-

(*a*) Capac. pag. 59.
(*b*) Idem pag. 350.
(*c*) Idem pag. 862.
(*d*) Idem pag. 897.
(*e*) Gualther. pag. 17. & in edit. Meſſanæ 1624. ſub n. 15.

CONCORDIAE . AGRIGENTI
NORVM . SACRVM
RESPVBLICA LILYBITANO
RVM DEDICANTIBVS
M. HATERIO CANDIDO . PROCOS
ET . L . CORNELIO MARCELLO Q
PR . PR

Eandem exhibet Excellentiſſ. Princeps Turris Mottæ *Antic. Iſcr. di Palermo* pag. 91. Gruterus pag. c. n. 10. nonnihil variantem in verſ. 3. LILYBAETANORVM legens. Aliam epigraphem *Municipii Lilybitanorum* habes in mea *Sylloge* ad Claſſ. XVI.
(*f*) Idem Gualther. pag. 22.
(*g*) Idem pag. 23.
* Gualther. in cit. edit. Meſſanæ n. 308. & apud laudat. Principem Turris Mottæ loc. cit. pag. 193. in not.
(*h*) Idem pag. 51. juxta cit. edit. a Cl. Maffejo.
(*i*) Idem Gualther. pag. 55.
(*k*) Idem pag. 64.
(*l*) Thomatin. Cap. XXV.

Concordiæ Deæ, non Concordiæ Dialem. Idem de Teſſeris (*a*) Rubei Brixianam arripit, lapidi numquam creditam, hoc initio ; *D. M. Imp. Caeſar Pro Salute Divae Corneliae :* quam qui confinxit, ſtupeam ſperavit, puto, poſteritatem fore.

Inter *Monumenta Patavina* (*b*) lapis de *Feo Conviba*, qui non extat, in gemini ſui gratiam fabrefactus fuit. Inſulſam *C. Sextii* næniam cur prolixe enarrat Cl. Urſatus, atque illuſtrat, qui ſuſpectam ſibi tamen eſſe poſt illa omnia non diſſimulavit?

Lapidariæ Muſæ carmina quandoque concinunt, quæ nullam cum antiquis lapidibus cognationem habent. Diſticha de nummis, quos *Heres Reddidit*, & de *L. Volumnio*, ſenſum efficiunt nullum, *Antilla* noſtratem prodit Rhetoricam, Viatorem eo impetu compellans. Adjacentem titulum non continuo ejicerem (*d*) :

FOECVNDAM . NOVIES . ROMAE . NATAM . OBRVIT . ALTE
POST . DVOS . ME . NATOS . ARCEIANENSE . SOLVM
SERGIA . MI . NOMEN . FVERAT . VOLVMNIVS . INQVAM
CONIVX . FATA . CVIVS . FAVSTA . FVERE . PARVM

Color certe non malus, & neglecta in poſtremo verſu proſodiæ ratio fidem conciliat : ubi *duos* legitur, *duo* ſubſtituere in promptu eſt ; at eam dictionem præter rationem Grammaticam Virgilius extulit : *Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra Viros :* verbum *inquam* forte ex mendo acceſſit, & in eo cognomen latet ; at *Arcejanenſe* vel a mendo procul dubio, vel ab interpolatione eſt : ſteterit enim Romanorum ævo pagus is Vicetinorum ſi lubet, Latina inflexione *Arcilianum* enunciatus eſſet, non vulgari *Arcejanum*. Uno ſpiritu quæ haud ex legitimis cum vetere Muſa nuptiis, ſed e recenti, furtivoque concubitu prognata ſunt epigrammata, memorabo : paſtoritium de Theone & Thyrſi ; bellicrepum de Amazonibus ; inhoneſtum de Saviano ; Tulli Hoſtilii hiſtoria *ex marmore antiquiſſimo*, quod *Veronæ* non *reperit* Auctor, ſed ſomniavit ; Heſiones epitaphium ; tum Terentii, Floridi, ac Lucani ; præter alia ex veterum Poetarum Catalectis jam nota. Noſtrates quoque etiamſi perelegantes Poetas illa ſapiunt, in quibus a Lucretia inviolati pudoris teſtes advocantur, *Ante virum ſanguis*, *ſpiritus ante Deos*: quamvis Scaliger in Catalectis Sulpicio Luperco epigramma tribuat ; & ubi Seneca rebus humanis valedixit :

Cura, labor, meritum, ſumpti pro munere bonores
Ite, alias poſthac ſollicitate animas ;
Me procul a vobis Deus avocat &c.

vel ubi Feltrinum oppidum valere Julius Cæſar jubet :

Feltria perpetuo nimium damnata rigori,
Forte mihi poſthac non adeunda, vale.

In *Fragmento* (*c*) Ferrarienſi *Domitiæ* titulus dimidiam partem genuinus eſt, & ſupereſt in exteriori muro majoris Eccleſiæ : medietas, quam hic dextram vides, compoſita eſt infauſtis avibus, ita ut ex adjacenti *Oviario* prodiiſſe putari poſſit. Qui Aurelii Porphyrii epigraphen repaſtinavit, *Aſciam* (*e*) a Lugdunenſibus mutuo acceptam minime intellexit : illam ſiquidem in hominis cubitum transformatam præfixit ; poſtquam autem funeraria obganniit plura, ad *Interamnatium Navale* repente commigrat. *Ollius Tertullianus* (*f*) votiva, ſepulcralia & honoraria miſcet : Ollius alter valeat cum Prætorii Præfectura ſua, & cum *Urnis Marmoreis VI.* In *Saltuario Virtutis* antiquitatis notitia nos deſerit, ſtudiumque nihil ſuffragatur.

Seldenus de Dis Syris ænigma profert a Camdeno acceptum (*g*), de cujus verbo *Tramai*, ne hariolari *quidem* auſus eſt ; at non vidit vir doctus, in iiſdem prorſus tenebris & quæ ſequuntur, cubare, cum res ſit nihili. Beyerus in Additamentis futiliſſimam de *C. Lepido*, & *Manina Lympha* (*h*) ex Apiano tabulam arripiens, *egregiam* vocat. Pagius in Diſſertatione Hypatica Lazianum commentum exhibens, a Grutero quoque referri affirmat, ſed hallucinatur (*i*) : fruſta quidem Gruteriana quædam inibi ſpectantur, ſed ridicule conſuta : utrum de Hadriani, an de L. Fabiani honore agatur, nemo dixerit : *Quæſtorem Turbantium* fac in *Quæſtorem Urbanum* reficiamus ; at poſt ejus viri magiſtratus & munera Imperatoris tituli quid præſtant? ponentis mentem ſuper his ſciſcitari, ac conſulere nequaquam licet, is ſiquidem nullus eſt. Hanc Inſcriptionem tamen tanti Pagius fecit, ut, cum in ea contra Hiſtoriæ, ac numiſmatum fidem Hadriani Tribunitiam Poteſtatem XXII. conſignari videret, illam in Dacia mortuo quidem Hadriano, ſed mortis nuncio nondum allato, inſculptam fuiſſe excogitarit.

In Diario Literatorum Parmenſi Italiæ (*k*) olim ac ſeculi decus, & numquam mihi ſine oborientibus lacrimis memorandus, P. Bacchinius hanc vulgavit epigraphen : *M. Alfedius L. F. Marcellus Pius Parentium Ingenio Bellus Cantor Riſor Aetatula Prima Heic Requieſcit :* de qua nihil ultra enuncio, quam ſuſpicioni obnoxiam eſſe, ipſius lapidis, quem P. Bacchinius non vidit, inſpectione purgandæ : ſuſpicionem

(*a*) Idem Cap. XII.
(*b*) Pag. 139.
(*c*) Pag. 104.
(*d*) Pag. 21.
(*e*) Pag. 26.
(*f*) Pag. 33.
(*g*) Pag. 184.
(*h*) Pag. 87.
(*i*) Pag. 33.
(*k*) Tom. I. pag. 35.

autem aliquam excitat, quod facientis nomen non appareat; quod verba *Pius Parentium* non connectantur: quod *Heic* & pueri nomina veteri *Requieſcit* omnino vergenti ætati competant; quod demum *Ingenio Bellus*, & *Aetatula Prima* bellullum nimis, ac lepidulum videantur epitaphium conſtituere.

Inter Felſineas Veronenſem Malvaſia recenſuit de *Squillio Imperatore*, ac *Patrono* (*a*), quam nos nec habemus, nec volumus. Repudiari & a Bononienſibus, iis ſaltem,

Queis meliore luto finxit præcordia Titan,

illam (*b*) puto, quamvis in adjuncta Differtatione repetitam, quæ de *Triumviratu Sancito* mentionem facit.

Quidnam officii gereret *Hermes Ab Inſtrumento Auxiliario* (*c*) doceri expeto, & cur ſepulcralis titulus poſt defuncti nomen voce *Sacrum* tam nove claudatur.

Opelentius, & *Lucentinus* (*d*) adeo incondita commiſcent, ut, poſtquam multa effutierunt, nihil dixerint: idem fere ſubſequenti (*e*) *Plaria* contingit.

Atticilia quid cognominis eſſet, & *Peſtis* quid *Dira Negarit* (*f*), non intelligitur: multo minus quid ſibi velint *Antigonus & Livia* cum *Curatura Sua*, & *Pariete Ab Anglo Trichillae Picto* (*g*).

Ridicule deſipit *P. Sextius* cum *Seditioſam* & *Saeviſſimam Conjugem* memoriæ mandat, deinde *Optatiſſimam* (*h*) appellat.

Alia ſunt, quæ in ſuſpicionem veniant, ſed injuria, cum ſanari emendatione poſſint: quin laus Malvaſiæ debetur non minima, quoniam ſchedas optimas pertractavit, atque in tanta monumentorum congerie perpaucas e ſubdititiis produxit.

Sed me decantatiſſima *Aelia Criſpis* (*i*) jam vocat, quæ non modo Alexandri de Nigris, & Petri Menguli diſſertationibus in hoc volumine, aliorumque in aliis, eſt ornata, ſed libris integris, atque elaboratiſſimis pertractata pluries. Tres & quadraginta (credite poſteri) Scriptores numerat Malvaſia in Opere majori forma ſpeciatim edito, qui ob monumentum iſtuc atramentum & operam perdidere; ac eos quidem Italos, Gallos, Anglos, Belgas, Germanos. Quam mira autem, quam varia, quam diſcrepantia inter ſe commenti ſint, qui in tam implexo ænigmate antiquorum ſapientiæ partem haud

(*a*) Malvaſia *Marmora Felſinea* pag. 16. Sect. I. Cap. II. edit. Bononiæ 1690. in 4. fig. ponit *Veronæ in Lapide prope S. Nazar.*

L· CARPVRNIO· L· F· PVB· SQVILLIO
Q· IMPERATOREM· TRIB· PL· PRAEF
D· D·
PATRONO

Murat. DCLXXXV. n. 5. ponit ibidem *e Schedis Paciediani*, & *Jacobi Valerii*, & Farneſiis; at variantem, & aliter diſtribuit verſus. Vid. ejuſdem not.

(*b*) Malvaſia pag. 272. Sect. V. Cap. XIII. Sed prius retulerat pag. 145. Sect. IV. Cap. II. hoc modo:

DIVO· IVLIO· C· F· OCCISO
M· AIMILIVS· M· F· Q· N· LEPIDVS
M· ANTONIVS· M· F· M· N
C· IVL· DIVI· F· C· N· OCTAVIANVS
AD· HVNC BONONIEN· AGRI· AMNEN
A· D· V· K· XBR· AD· PRID· IAN·
D· R· O· IIIVIRAT· SANCIVERE
C· ALBIO· C· F· CARINATE } COSS.
P· VENTIDIO· P· F· BASSO }

Hanc uti commentitiam, & futilem jam improbaverat ipſemet Malvaſia pag. 610. Sect. X. Cap. IV. ubi de *Inſcriptionib. Fictitiis*, ſeu *Apocryphis*; quamvis Sect. IV. Cap. II. pag. 145. cit. ita ſcribat: *Hanc aſſeruerunt centies Majores noſtri, atque hos inter non parum multi, qui ipſiſſimis oculis inſignitum ea olim Cyppum ſe conſpexiſſe, propriiſque manibus tranſcripſiſſe literis tradiderunt. Conſentit MS. Codex, ab Excellentiſſ. olim Montealbano poſſeſſus D. ab hinc annis, & eo amplius membrana exaratus, quique ipſam* (ut ſupra exhibuimus) *ex archetypo lapideo deſcriptam nobis obtulit. Eam quam nimia temporis* (pergit idem Malvaſia pag. 610.) *diuturnitate conſumtam renovavit P. Poinus Servita*, teſte Alidoſio pag. 74. 3. Vid. cit. pag. *Marmor. Felſin.* ubi adfertur. Aliis verbis conceptam adtulit *e Schedis Langerm.* Reineſius 67. II. pag. 285. & ad hanc in not. ait: *quiſquis eſt author iſtius tabulæ, ſane minime antiquus*. Nemo non videt hujus Lapidis falſitatem.

(*c*) Pag. 229. Sect. V. Cap. IV.

D. M. T. AELIO
AVG. LIB
HERMETI
AB INSTRVME
NTO AVXILIAR
IO SACRVM

(*d*) Pag. 345. Sect. V. Cap. XIX. & Murat. pag. CDXXXV. n. 5. ex eodem ſine ulla ſuſpicione.

(*e*) Pag. cit. & Murat. pag. CLXVIII. n. 4. Vid. not. ubi præter alia ſcribit: *Quarta linea non uno errore fœdata mihi creditur* &c.

(*f*) Pag. 456. Sect. VIII. Cap. I. *e Schedis Vaticanis*.

ATTICILIAE
PRENOME MARCI
AE. PESTIS. CVI. DIRA NE
(*ſic*) GAVIT

(*g*) Pag. 471. Sect. cit. Cap. IV.

ANTIGONVS LIVIAE
LIVIA AE. F
CVRATVRA SVA PARIETE MOP
PICTO AB ANGLO TRICHILLAE
IN CIRTIONE VSQVE AD OSTIVM
PI
A VIBIO HABITO L. APR

(*b*) Pag. 529. & 530. Sect. VIII. Cap. XII. *ex Schedis Vaticanis.*

D. B. I
TVLLIAE IANVARIAE
SEDITIOSAE ET SEVISSIMAE CO
NIVGI
STERILIQVE
P. SEXTIVS CVRSOR OPTATISSI
MAE. P

(*i*) Pag. 579. Sect. I. Cap. I.

haud contemnendam latere arbitrantes, huic argumento ſe devoverunt, accipe & obſtupeſce. Fuere qui cantilenam iſtam omnem de *Regula Caſtitatis Militari* neſcio cui *Religioni* injuncta interpretarentur, & qui de materia prima: fuere qui de Filia naſcitura, ac ſponſa deſignata, ſed aborto intercepta; qui de tribus fato functis meretrice, viro, & puella; qui de generatione, & privatione; qui de cannabe, de malo Genio, de Nympha, de aqua marina, ſeu pluvia, de Niobe, de anima, de idea Platonis, de Eunucho, de lapide philoſophico, de lite, de amore, de umbra, de muſica. Multo magis, quam tot inania ſomnia, profecto miror, impoſturam & fallaciam neminem in tanta turba olfeciſſe: Fabrettus (*a*) ipſe ob tria nomina hanc *Criſpidem* memorans, calculum addere viſus eſt. Unice Sponius, qui lapidem vidit, novitium ſtatim agnovit: frigide reponitur, ex antiquo, qui interibat, renovatum fuiſſe; at inſpectione nihil eſt opus, ubi antiquitatis larva in ipſo epigrammate nulla. Officit ſtatim hoc ipſum, quod ſcriptum contineat; quos vetuſtis funerariis lapidibus numquam inſculptos vidimus, ſed e recenti commento non ſemel: officit deinde nugax ſermo & ineptus, & nihil dicens: quam futiliter monumentum ipſum *nec molem*, *nec pyramidem*, *nec ſepulcrum* eſſe, mango iſte prædicat? qui Grammaticam minime conſuluit, cum *Androgina* dixit pro *Androgynus*, & *jacere aquis*, *jacere terris*, ac quod lepidius eſt, *jacere Cælo*. Nomina ipſa mendacium ſtatim detegunt: *Criſpis* ſiquidem nec Romanum cognomentum eſt, nec Græcum: cur non *Criſpa* dixiſſent, ut Latina efficit lingua? *Aebutiam Criſpam* lapides exhibent, ut Caſtam, Nigram, non *Caſtidem*, *Nigridem*: multum operæ Malvaſia inſumſit, ut XXIV. conſimilia mulierum nomina colligeret; at non animadvertit, Græca eſſe univerſa, *Helpis*, *Chryſis*, *Eleutheris*.

Peccatur item in altero, cum trium nominum homo *L. Agatho Priſcus* inter Romanum prænomen, ac cognomentum gentilitii nominis loco libertinum cognomen ridicule inferat: multa hic pariter idem Auctor lapidem omnem movens Agathorum nomine conſignatum, ſed a cognomentis rationem gentilitiorum nominum nequaquam diſtinguens. Multa in hoc volumine ſuppoſititia epigrammata recenſentur, vel alibi repudiata, vel indigna, de quibus ultro citroque ſermo habeatur.

Inter Ariminenſes Garuffii nova omnia, ubi *Aelienus Pet. Caeſidia*, & *Picentes Salvete* (*b*) informia multa in illis *Ni. Maximo Teſtamento* (*c*), *Have Mei Miſerere* (*d*): *Entellus Dedicate* (*e*), *Suoſonus Ded.* & *Alumno DDD* (*f*). At nonne *Imp. Caeſar Divi F. Auguſtus Murum Dedit Curante Flaminia Correctore & Piceni* (*g*), quod magiſtratus nomen aliquot tantum poſt Auguſtum ſecula eſt auditum? Cæſarem haud

D M
ÆLIA LÆLIA CRISPIS
NEC VIR NEC MVLIER NEC ANDROGYNA
NEC PVELLA NEC IVVENIS NEC ANVS
NEC CASTA NEC MERETRIX NEC PVDICA
SED OMNIA
SVBLATA
NEQVE FAME NEQVE FERRO NEQVE VENENO
SED OMNIBVS
NEC CŒLO NEC AQVIS NEC TERRIS
SED VBIQVE IACET
LVCIVS AGATHO PRISCIVS
NEC MARITVS NEC AMATOR NEC NECESSARIVS
NEQVE MŒRENS NEQVE GAVDENS NEQVE FLENS
HANC
NEC MOLEM NEC PYRAMIDEM NEC SEPVLCRVM
SED OMNIA
SCIT ET NESCIT CVI POSVERIT

(*a*) Cap. I. pag. 25. ubi inquit: . . . . Prænomen *Sergiæ* in „ femina, quod Reineſius agnovit, & probavit in hac „ Inſcriptione 113.

SERGIA . FLAVIA . LVSINIANA &c.

„ confidenter rejicimus . . . . . ita ut tria potius nomina „ tolerari debeant in hac muliere, recepto more. de quo „ plura exempla congerit in ſua ænigmatica Ælia *Lelia* „ *Criſpide* Ill. Com. Carol. Cæſ. Malvaſia &c.

(*b*) Garuff. pag. 12. Murat. ex *Clementino* pag. MLXVII. n. 3. ponit *Arimini in Columellis*

Q. ALLIENVS . P . F
ET . CAEFIDIA
MATER . SVA
PICENTES SALVETE

Hujus epig. Auctor vapulaſſet a Priſciano pro tertio verſu.

(*c*) Idem Garuff. pag. 16.

(*d*) Idem pag. 26.

(*e*) Idem pag. 34. Gruter. pag. CDLXIV. n. 4. habet

C . RVFELLEIO
ENTELLI . LIB &c.

(*f*) Garuff. pag. 35.

(*g*) Idem pag. 55.

haud moror, qui *Rubicone Superato Commilitones Suos in Foro Ariminenſi Collocutus* eſt (*a*).

Brixianarum Rubei priores duas ejice, & *Foſſam in Luco Decretam* (*b*), & *Jovem Imperatorum* (*c*), & *Deliam Diam Nemorum* (*d*), & *Brixiam Romanam* (*e*), quas fabellas nullus umquam excepit lapis. Votivorum epigrammatum in regione unam ſeriem mirare, & adfluentiam: Mercurium *Valerius Nero Et Nemo Valerius Non Sine Merito* (*f*) colunt, nec ſine luſu: *Conſtantem Acuti*, *Sirum Diae*, monſtra id genus alia prætereo. Ovidiorum (*g*) *Locum Dedicatum* non probo. *Salutis Tumulus* cum *Diva Julia* (*h*); *Sulpicius* patris loco Jovem memorans; (*i*) Atilia *Tranſeuntes Per Viam Vocans*; *Menſura Olearia* cum *Signo*; *Amici* quoque *Ponentes* (*k*) in longum valeant.

Averoldius in Appendice ad Pictarum tabularum recenſionem ſcabroſis forte lapidibus, ut nonnumquam evenit, eſt deceptus, cum Neptunum ſociavit & *Vires*, cumque *Martiali Sac. Aug.* exhibuit.

Doctiſſimus, & dum hac veſceretur aura, mihi amiciſſimus Philippus a Turre Adrienſis Epiſcopus, plures, atque eximias Inſcriptiones vulgavit, quarum unam, aut alteram in dubium revoco. Hanc de Diis Aquilienſibus agens emiſit:

DITI
PATRI
IVLIA . BARACHVS
FECIT . VIVA . SIBI *

in qua nec *Barachus* feminæ aptatur, nec *fecit Diti Sibi* recte procedit, nec *Diti Patri* pro *Diis Manibus* ſepulcralis recipit formula.

Paulo poſt *Auguſtae Bonæ Deæ Cereri* (*l*) immerito ſacrari videtur Ædes; nam Auguſti epitheton Deorum nomini in votivis tabulis poſtponi ſolet, non præmitti; neque item ſolent tituli plures, qui nominis rationem habent, ſimulacro uni in genuinis lapidibus imponi, ſollemnibus quibuſdam, & perpetuo adhærentibus exceptis, ut cum Mater Deum *Magna Idea* nuncupatur. *Cereria* per ſe quoque mihi eſt ſuſpecta; nam exemplum, quod e Grutero adducitur, de *Matre Deum Cereria* in mendo cubare manifeſtum eſt, & e tota epigraphe nihil certi elici. *Faſtus Barbonius*, qui dedicavit, lepidum ex prænomine videtur caput: poſſet tamen *Fauſtus* reponi prænominis vice (*m*) aliquando habitus.

Auguſta rurſus *Bona Caſtrenſis* (*n*), & *Domna Bona* (*o*) tam miris nominibus, nec tamquam Imperatrix recipi poteſt, nec tamquam Deæ coli; & *Bai* filius *Veteranus Ex* innominata *Claſſe*, ſi *Veſtiarii* cognomine utebatur, illud ante profeſſionis indicium collocare debuit; ſi vendendarum veſtium, aut conficiendarum artem cum veterana militia conjungit, res novas narrat. Forte in ipſis lapidibus aliud quid erat; aſt ego de iis loquor, quæ offeruntur.

Ab antiqua manu illa etiam nequaquam puto;

AQVA . DEI . ET . VITAE (*p*):

& in

(*a*) Idem pag. 48.
(*b*) Rubeus pag. 60.
(*c*) Idem pag. 83.
(*d*) Idem pag. 98.
(*e*) Idem pag. 126.
(*f*) Idem pag. 143. Hæc apud Murat. pag. XLIX. n. 9. Sed ibi deſunt duo poſtremi verſus; ego ex *Schedis D. Abb. Petri Gnocchi* ad Claſſ. I. ubi *de Mercurio*.
(*g*) Idem Rubeus pag. 286.
(*h*) Idem pag. 297.
(*i*) Idem pag. 303.
(*k*) Idem pag. 325.

* Phil. a Turre *Monum. Veter. Antii.* pag. 303. edit. Romæ 1724. in 4. fig.

Non animadvertit forſan heic Cl. N. A. id quod obſervat ad hunc lapidem Eruditiſſ. Joh. Dom. Bertoli in Libro, qui inſcribitur *Le Antichità di Aquilejo* &c. pag. 104. & ſeq. ubi ſcribit: *Dal Codice del Ramberti pag.* 209. *pare, che ſi ricavi, che quivi Monſig. del Torre abbia confuſa una Iſcrizione coll' altra, facendone di due una ſola, cioè congiungendo la Lapida Sepolcrale, che* Giulia Baraco vivente *ſi avea preparata, coll' Ara dedicata a Plutone:* Diti Patri. *L' Ara nel Codice inedito del Lamberti ſi vede da lui riportata, come qui ſotto* n. LXXXIII.

DITI
PATRI

e dice che ſi ritrova nell' entrar della Chieſa del Monaſteto di S. Benedetto in Aquileja: *e l' altra Lapida eſiſtente in altra parte della medeſima Chieſa, è queſta* n. LXXXIV.

IVLIA . BARACVS •
FECIT . VIVA . SIBI

Donde parrebbe, che queſte due pietre foſſero affatto diſtinte, e che non aveſſe che fare, come vorrebbe Monſignor del Torre, l' una coll' altra, eſſendo la prima fatta Diti Patri, *e l' altra a* Giulia Baracho, *che* fecit viva ſibi. *Mi conferma nel mio penſiero il Bellone, il quale nel ſuo Codice riferiſce ſolamente il ſuddetto Epitafio di* Giulia Baracho, *e non l' Ara di* Dite *da lui nemmeno oſſervata.*

* *Baracus* ibi ſcribitur abſque aſpiratione, neſcio an Typothetæ oſcitantia, cum ſupra pag. 104. ſcriptus ſit *Barachus*.

(*l*) Idem Phil. a Turre loc. cit. pag. 309. & Cl. Bertolus, ubi ſupra pag. 107. n. LXXXVIII. ex eo in *Nov. Theſ.* pag. XXXIII. n. 8.

AVGVSTAE . BONAE . DEAE
CERERIE . SACRVM
... YSTIS . L . TICHE . AEDEM
... I . DE . PECVNIA . SVA . FECIT
FASTVS . BARBONIVS
IIII . VIR . D . D .

(*m*) *Vid. Fabrett.*
(*n*) Idem Phil. a Turre pag. 311. & Bertolus pag. 108. n. XC. ex eo Cel. Murat. pag. XXXIII. 7.
(*o*) Idem Phil. a Turre & Bertolus pag. cit. num. XCI. ex eo Murat. pag. cit. n. 6.

DOMNAE . B .
SACRVM
SEX . BEBIVS
BAI . FIL . VET . EX . CLASSE
VESTIARIVS
V . S . L . M .

Bellonius & Mur. verſ. 3. BAEBIVS.

(*p*) Idem Præſul a Turre, pag. 320. & Bertolus pag. 111. n. XCVI. Adlata Epigraphe ſcripta erat in plumbea Fiſtula reperta, ubi olim Dei Diomedis Templum. De hoc Numine loquitur S. Auguſt. *de Civ. Dei* Lib. XVIII. Cap. XVI.

& in Collectione e Capodalei ſchedis,

AMICIS . LIBERALIBVS (*a*):

plures in ea Collectione ſuſpicionem movent, ſed, ut opinor, e ſphalmatis, quibus non ſemel vitiantur, ut ſuo loco indicare pergam.

In Hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis tres Inſcriptiones afferuntur, quarum tertiam repudiavimus ſuo loco, reliquas duas Ligorius auctor depretiat. Quid eſt *Colon. Papienſi Aeliani Aureliani*? & quomodo ea verba concordant? Quid ſunt *Papieni*, quos una apud Gruterum Inſcriptio laudat, & ex fictitia, itemque a Ligorio? quid eſt Papia antiquitus, ubi de Ticino agatur? In altera importune *Augur DD. Gratuitus*, & e genuinis titulis decerptas notas pro *Quæſtore*, *Aedili*, & *Quatuorviro Aedilitia Poteſtate* inſulſe omnino ac ridicule interpretatur Ligorius, *Qui anno Quatuorvirati a Papienſium Auguribus decretum datus*.

Franciſcus Dinus in Antiquitatibus Umbrorum de *L. Sylla* (*b*) inanilogam epigraphen profert, ubi *Decuriones Indicto Nomine Lucianenſes* ſe, ac Licinianum ſuum fruſtra conſecrare adnituntur: paſſibus æquis procedunt duæ de *Licitianenſi Dom. Atrienſi* (*c*), & de *Aictio Liciniano*, pluribus nominibus repudiandæ.

Academia Inſcriptionum, quæ Pariſiis eſt, Acta ſua, & Hiſtoriam edidit non ita pridem Eximie multa; ſed ubi ad veterum monumenta ſe confert, communi fere extra Italiam fato, labitur ut plurimum. Tamquam præclarum quid hunc primo titulum (*d*) producit:

D . M .
SVLPICIO
NOTO ADESTE
SVPERI *

Obtinebat antiquitus in vulgo, illius memoriam labefactari, qui ſepulcrales titulos legeret, ut e Catone conſtat, qui cum ejuſmodi nihilominus ſtudio operam daret, *nec*, inquit, *ſepulcra legens vereor*, *quod ajunt*, *ne perdam memoriam* (*e*). Verum eorum memoriæ, qui prædictam epigraphen pro antiqua habuerunt, nihil profecto pertimeſcendum; apparet enim, inter funereos veterum titulos quam minimum eſſe verſatos. Mira exinde proferat neceſſe eſt, qui novitium epigramma tamquam vetuſtis temporibus exaratum interpretandum ſuſcipit; quamobrem pro *Superis* fuere inter Academicos, qui *Deum vivum*, ac *Sanctos* ejus intelligerent; fuere qui defuncti conjunctos ſibi ac dolori ſuo Deorum opem ſic implorantes crederent; quæ ſententia neſcio utrum majori hallucinatione admiſſa fuerit, aut rejecta; rejecta eſt ſcilicet, quod ante verbum *Adeſte* punctum non appareat, nec verſus ibi reſumatur. In hanc demum explicationem conſenſere, a ceteris haud veriſimiliorem multo; Superorum nomine viatores venire, quos Notus iſte (ſeu nothum mavis) ut oſſibus parcerent, invocaret.

Lugdunenſis ſubſequitur Inſcriptio, quæ centum ab hinc annis eruta dicitur; cui cum recenti ſcalpro addita quædam eſſent, ex ea unice additione Sponio, ac Meneſtrierio in ſuſpicionem veniſſe: ceterum præclariſſimum elogium inculpate ſic legi, nullique νοθείας ſuſpicioni obnoxium eſſe:

I . O . M
CL . ALBINO . C . FV . C
P . GAL . AVG . ET . LVG
LIBERTATIS . ADVERS
SEVERVM . ACERRIMO
VINDICI *

Lapidis conſpectu nihil indigemus, ubi nullum pene verbum eſt, ex quo ſuppoſitio certiſſime non arguatur. In ipſo ingreſſu honoraria jam miſcentur ac votiva, cum *Jovi Optimo Maximo* ridicule præſcribatur in lapide Albini Auguſti honoribus deputato. Qui vetus monumentum ita eloquens laudant: *Clodio Albino Conjuratorum fugatis Copiis Protectori* [ut legendum docent (*f*)] quive ea verba in veteri marmore ſic exprimi potuiſſe putant, C. FV. C. P. eorum profecto (ignoſcant Viri Clariſſimi) de priſcorum marmorum loquela, & ſiglis fando aliquid nunquam quicquam pervenit ad aures: Cur etiam profligatas ab Albino Severi Auguſti legiones *Conjuratorum copias* muſteus heic epigrammator appellat? cur qui in nummis eſt *Imperator Cæſar Decimus Clodius Albinus Auguſtus*, in hoc lapide honori ejus dicato dignitatis præfationibus, ac prænomine ipſo mulctatur, Auguſti titulo in importunum locum rejecto? cur qui monumentum ponit, ſe ipſum occultat? quid eſt *Vindex Libertatis adverſus Severum*? quam minimum profecto artificii, atque calliditatis in hoc mendacio eſt.

Ejuſdem farinæ ſunt quæ in eodem Tomo (*g*) proferuntur deinceps, atque illuſtrantur:

TRES

(*a*) Idem Phil. a Turre pag. 393. Bertolus pag. 306. num. CDXXXI.
(*b*) Pag. 32.
(*c*) Pag. 59.
(*d*) *Hiſt. de l' Academ. Royale des Inſcr. & Bell. Lettr.* Tom. I. pag. 259. edit. á Amſterdam 1719.
* In *antiqua Urna*, quam ad Academiam miſit Cl. P. de la Chaize.
(*e*) Cicer. de Senect.
* Hiſt. cit. Tom. I. pag. 262. n. 1. & ſub n. 11. loc. cit. Vid. eamdem Epig. ubi *addita quædam recenti ſcalpro*.
(*f*) En integra Epig. lectio pag. 264. loc. cit.

Iovi Optimo Maximo
CL*odio* ALBINO *Conjuratorum Fugatis Copiis*
Protectori Galliarum. AVG*uſto*
ET LVG*dunenſium*
LIBERTATIS ADVERS*us*
SEVERVM ACERRIMO
VINDICI

Hanc Inſcr. tuetur Dominus De Boze. Vid. Hiſt. cit. p. 262.
(*g*) Pag. 361. Tom. I. cit. Hiſt.

TRES PROV. GALL.
PRIMO V. MONUM. IN SVA CIVI
TATE POSVERVNT LOCVM OR
DO CIVITATIS VIDVC. LIBEN
TER DED. P. XVIII. AN. PIO
ET PROCVLO COS. *

Viri alicujus illuſtris, cujus nomen in altero baſis latere haberi traditur, honores ſimulantur publice poſiti: at quid eſt *Primo V. Monum.?* quid hæc ſignificant, & cum ſermone reliquo quî conglutinantur? *Poſuerunt in ſua civitate*: ſi *civitas* urbis hic ſignificatione ponitur, ridiculum eſt in urbe una tres Galliarum provincias concludere, quæ propterea diceretur *Sua*, hoc eſt, *Civitas Galliarum*, ut paulo poſt *Civitas Viducaſſium?* ſi in eo ſenſu accipitur, quo ſcripſit Plinius (*a*), *oppidum Vediantiorum Civitatis Cemelion*, & Tacitus (*b*), *Galliarum Civitates in Remos convenere*, nempe pro gentium ſocietate in Rempublicam unam coaleſcente; ridiculum eſt nihilominus in Republica, tamquam in ſolo aliquo, monumentum poni, & Gallias omnes in civitatem, hoc eſt, in commune unicum conſtringere. *Pedes XVIII.* importune numerantur; loci enim menſura ſepulcralibus indebatur titulis, non honorariis. *An. Pium, & Proculum*, quibus Conſulibus Inſcriptio conſignatur, anno Urbis CMI. nomen dediſſe enarrator affirmat: quod mihi nec eo anno, nec alio ullo ea nomina aut in lapidibus, aut in faſtis, aut in legibus, aut in Scriptoribus reperienti permirum accidit.

Subeſt & alia pag. cit.

DEO MARTI
C. VICTORIVS
FELIX PRO SE ET
IVNIO FILIO SVO
ET MATERNÆ VIC
TORIS CONIVGIS
MEÆ. V. S. L. M. DIALE
ET BASSO COS. IDIBVS
MARTIS **

Ubi honeſtius aliquando proceditur, nec tamen ſine periculo, & ambiguitate: etenim *Deum Martem*, aut *Deum* Jovem, aut *Deum* Mercurium in ſinceris lapidibus numquam vidi. Conſulem *Dialem* audivit nemo, niſi, cum Cicero in unius diei Conſulem luſit; *Materna Victoris*, ſi patrem ita profitetur, præter morem agit, nam *Julia Titi* uxor intelligi ſolet, non filia; ſi a conjuge ſic denominatur, jam qui verſu ſecundo *Victorius* erat, verſu ſexto *Victor* evadit; quænam autem, præcipue in lapide non infimi quidem ævi, loquendi concinnitas hæc eſt? *pro Junio filio, & Maternae Conjugis?* ſexcenti habentur *pro filio & conjuge*, vel *pro ſalute filii & conjugis* perpetuo exhibentes. Binos, qui conſequuntur, titulos ablegare, durum nimis videri poſſit, & inurbanum; cum duobus tantum, aut tribus verbis contenti lateant fere, ac minime ſe efferant: attamen ſingulariis Q. K. quam inepte mortualis epigraphe clauditur? & a dictione *Memoria* quam nove incipitur? *comparavit memoriam*, hoc eſt, *monumentum* apud Gruterum legitur; ſed formula, quæ bis hic legitur, apparet nuſquam.

Una (*c*) ſupereſt, quam admittere quidem aveo, ne hujus tomi univerſas repudiem; ancipitem me hæc tamen reddunt: *Silicia* NA. M GIDDE DOMO AFFRIKA. Sigla enim ſi ſpecto, gryphum potius ſapiunt, quam Inſcriptionem; ſi ſcripturam, Africa fert nova monſtra; ſi formulam, Urbis nomen requirit illa, *domo Verona*, *domo Mediolano*, non orbis terræ partis; ſemel quidem apud Gruterum habetur *domo Africa*, & ſemel *domo Aſia*, ſed in nullius auctoritatis titulis, ut ſuo loco oſtendi: nec præpoſitio *de* apte intruditur, quæ locum quidem haberet, ſi patriæ tantummodo nomen poneretur; dicitur nempe *M. Valerius Mediolano* pro *de Mediolano*; at non cum additur *domo*: quid enim Latine eſſet *de domo* Mediolano? Contendet quiſpiam ignotum quoddam, corruptumque geopraphicum nomen ſubeſſe, velut *Natione Magide?* at id ſi concedimus, eo importunius ſuperadditur *domo Africa*.

To-

* Hanc integram refert Cel. Murat. ex Cl. N. A. *Gall. Antiq. ſelect.* pag. 83. & ſeq. edit. Veronæ 1724. in 4. ubi abſque ulla ſuſpicione ab eodem exhibetur. Mutilam, & non ſine mendis prius ediderat Sponius *Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. VIII. pag. 282.

In cit. *Hiſt.* adferuntur tantum ſex ultimi verſus partis Epigraphis in fronte baſis exaratæ, & variant a Maffejo & Moratorio.

(*a*) Lib. III. Cap. V.

(*b*) Hiſt. Lib. IV. Cap. LXVIII.

** Eadem in *Nov. Theſ.* pag. CCCLVIII. n. I.

(*c*) Integram hic referam ex cit. Tom. I. pag. 366.

D. M. S
SILICIA. NA.
M GIDDE. DO
MO. AFFRIKA
EXIMIA PIETATE
FILIVM SECVTA
HIC. SITA. EST
VIXIT. AN. LXV
CN. IANVARI
VS FIL. POSVIT

Eadem apud Murat. pag. MCCLXXVIII. n. II.

Tomus II. *Sponianam* exhibet, de qua jam egimus, Tom. III. *Gruterianam*, non ſine hallucinatione ſuppletam *Et libris*, atque explicatam de Thallo Auguſti Liberto (*a*), cum Thallus memoretur Libertus Abaſcanti; Abaſcantus vero Auguſti Libertus dicitur ab epiſtulis: minus congrue dubitatum eo loco eſt pro Θάλλῳ (ſcribendum fuit Θάλλῳ) Γάλλῳ legi debuiſſe, & Galli nomen Græce ſic potuiſſe enunciari; ea ſiquidem inflexio nomina arguit e Græcorum verborum participiis educta.

Tom. I.

Tomo IIII. quæ tria epigrammata (*b*) ante alia exhibentur, cum in *Gruterianis* verſaremur, ejecimus: genuinum autem, ac pulcherrimum *Lugdunenſe* (*c*), quod ſubſequitur, damna ſarcit omnia, ac ſatis, ſuperque volumen illuſtrat.

H h

(*a*) *Memoir. de Litter. tirez des Regitres de l' Academ. Royal. des Inſcript. &c.* Tom. III. pag. 361.

THALLO
ABASCANTI
AVG. LIB
AB. EPISTVLIS
LIB

Eadem apud Gruter. DLXXXVII. 5.

(*b*) *Memoir.* cit. Tom. IV. pag. 83.

PRO SALVTE
DD. NN.
SANCTISSIMORVM
IMPP.
BONO EVENTVI MIL.
EXERCITVS. *GS. MATER
NVS PERLETVS MIL.
LEG. VII. PR. P. F.
STRATOR.

* GAIVS. Gud.

Gruter. pag. CI. n. 7. verſ. 6. MATERNIVS, & in fin. uti mutilam affert; quod minime notatur in cit. *Memoir.* De hac ſupra col. 289.

BONO EVENTVI
APONIA C. F. MONTANA
SACERDOS DIVAR.
AVGVSTAR. COL. AVG. FIR.
EDITIS
OB HONOREM SACERD.
CIRCENSIBVS.

Grut. pag. CI. num. 8. lin. 1. BON. pro BONO. Pigh. BONI EVENTVS & in fin. tres alios verſus addit.

Mutila in cit. Tom. IV. & integra heic exhibetur ex *Not. Salmaſii ad Spartian. Hiſt. Aug. Script.* Tom. I. pag. 66. cit. edit.

NVMINIB. DEORVM. AVG. IOVI. OPT. MAX
AEDEM. VOTO. SVSCEPTO. Q. LEPIDVS. M. F
M. CVRIVS. M. F. COSS. III. S. P. Q. R
IMP. CAES. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F. D. NERVAE
NEP. TRAIANO. HADRIANO. AVG. PONT. MAX
TRIB. POT. II. COS. II. QVOD. VNVS. OMNIVM. PRINCI
PVM. ET. SOLVS. REMITTENDO. SESTERTIVM
NOVIES. MILLIES. DEBITVM. FISCO. NON
PRAESENTES. MODO. SED. ET. POSTEROS
SVOS. PRAESTITIT. HAC. LIBERALITATE
SECVROS. IVLIA. AVG. MATER. AVGG. ET
CASTRORVM. MATRONIS. RESTITVIT
SABINA. AVGVSTA
MATRONIS
DIVVS. AVG. PONT. MAX. EX. S. C.
REFECIT

„ Qui loquutionem illam (ait Salmaſius), *novies millies ſeſtertium, debitam fiſco* minime intelligebant, mirifice locum „ illum conturbarunt, reponendo *novies millies, centena millies, centena millia nummûm, debitum fiſci*, quæ eſt mera „ balbuties. In eam ſummam, quam repoſuimus, conſentiunt etiam veteres Hadriani nummi, ab eruditis hominibus prolati RELIQVA. VETERA. HS. NOVIES. MILLIES. „ ABOLITA. Hoc eſt, *reliqua vetera ſeſtertii novies millies abolita*. Sic enim loquebantur, quæ ſumma ad Gallicanum collybum ſi revocetur, non XVIII. tantum milliones „ aureorum ſolatorum, & præterea ſeptingenta quinquaginta millia excurrentia efficiet, ut cenſet vir doctiſſimus; „ ſed viginti duo milliones, & præterea ſummæ excurrentis, aureorum ſolatorum quingenta millia: quod probari „ facile poſſet, ſi res aut locus exigeret.

Hanc iterum edidi, quia aliquantulum variat apud Gruter. pag. X. n. 6.

(*c*) In cit. Tom. IV. pag. 111. *Mem.* &c. quæ incipit:

TAVROBOLIO MATRIS D. M. ID. &c.

Eadem apud Murat. Tom. I. pag. CCCXXXIII. Tab. n.

Hujus pereximii Marmoris Lugduni reperti 1704. eruditam explicationem D. de Boze Vir. Cl. videſis in cit. Tom. a pag. 111. uſque ad 151. & apud doctiſſ. Ephemerides Trevoltienſes, apud Cl. Phil. a Turre, atque in Opuſculis a Doctiſſ. P. Calogierà Venetiis editis.

Taurobolii præcipuos ritus Prudentius deſcribit Poeta Chriſtianus IV. Sec. hoſque refert etiam in Hymno S. Romani.

ARTIS CRITICÆ LAPIDARIÆ

F I N I S.

OBSERVATIONES
CL. V. JOSEPHI DE BIMARD LA BASTIE
BARONIS MONTIS SELEVCI
AD NONNVLLA LOCA
NOV. THES. VETERVM INSCRIPTIONVM
CL. V. LVD. ANTONII MVRATORII.

PAG. III. n. 2. Fruſtra laborat Muratorius ; falſa eſt hæc inſcriptio. Sed præterea fallitur cum in notula *L. Aurelium Verum Aug. M. Antonini* fratrem vocat *Ælium Antoninum Verum :* numquam ille dictus eſt *Antoninus* (*a*).

Pag. cit. n. 8. ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ lege ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ.

VIII. 11. Ad Inſcr. *Corcyrenſem* dicatam *Iovi Caſio* notat Muratorius („ Corcyræ præſertim colebatur *Jupiter Caſius*, ſive *Caſſius* a Monte Caſio in Syria poſito, ubi ejuſdem Jovis Templum. „ Erat & alter *Mons Caſſius* in Ægypto, Strabone teſte, atque ibi pariter ſimile Templum ſpectabatur. „) Sed quid hæc ad *Jovem Caſium* Corcyræ cultum? non unus ſane idemque eſt cum illo, qui in nummis Seleuciæ Pieriæ repræſentatur ſub figura lapidis rotundi dimidiati. Hic in Corcyræorum numiſmatibus ſub habitu viri nudi ſedentis dextra ſceptrum gerentis, ſiniſtra genibus impoſita. Præterea Corcyrenſium Jupiter *Caſius* dicebatur ab urbe Caſſiope ſita in Occidentali Promontorio Inſulæ Corcyræ. Falſum præterea, *Jovem* hunc dictum eſſe *Caſium* & *Caſſium :* in nummis ſemper eſt ΖΕΥΣ ΚΑΣΙΟΣ cum ſimplici Σ, nunquam duplici. Sed vide quæ breviter notavi ad *Scient. Numiſm.* T. I. p. 423. 424. Ceterum ille *P. Hetereius Rufio*, qui illam Inſcriptionem poſuit, aliquis fuit fortaſſis ex poſteris Liberti *Heterei*, qui caſtaneas bis in ſemetipſas inſerere primus cœpiſſe dicitur a Plinio L. XVII. cap 17. ubi dum ejus nomen opportune reſtituit Harduinus, litteram H appoſuit, a quo incipit, cum eam ſervent MSS. ab eo allegati in *Not.* & *Emend.* ad H l. n. 22. iiſque adſtipulatur Inſcr. *Corcyrenſis*.

XVI. 8. ΑΡΤΕΜΙΣΙΝ ΓΡΑΙΑΙΣ, hæc ita vertuntur, *Iunonibus Græcis* (*b*). Eadem eſt cum XXXVIII. 5. ubi legitur ΠΡΑΙΑΙΣ & vertitur, *Dianis Manſuetis*.

Hanc Inſcriptionem invenerat Cyriacus Anconitanus prope Lebadeam, non vero *Orchemeni*, ut pag. XVI. 8. ait Muratorius, aut *Leucade*, ut pag. XXXVIII. 5.

ΓΡΑΙΑΙΣ certe vox nihili eſt ; nam Γραῖα eſt anus, non vero *Græca*, cum Græci nuſquam a ſemetipſis Γραῖοι dicti ſint. Falſum præterea, Græcos plures Junones, & plures Dianas agnoviſſe ; Junonem ſuam Romani cuique mulieri tribuerunt ; at id de Græcis nullibi legitur. Vitium aliquod hic irrepſit forte legendum ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΦΕΡΑΙΑΙ. Dianæ Phæræ, cujus meminere Callim. *Hym. in Dian.* v. 259. Pauſan. L. II. pag. 104. & 137. & Lycophr. Legerat Cyriacus ΠΡΑΙΑΙΑΣ, ut videre eſt in *Inſcr. per Illyr.* ab eo repertis n. 217. nullas alias Græci Γραίας agnoverunt præter Phorci, & Cetus filias Pephredonem & Enyonem, ut Heſiod. *Theog.* v. 270. ſeqq. quibus tertiam addit Dinonem Appollodorus L. II. Cap. 4. ideo Græas dictas, quod natæ ſint canæ. Sed de his conſulendi Gyrald. de Diis Synt. v. p. 155. & Natal. Comit. *Mythol.* L. VII. Cap. 12. pag. 741. cit. edit. hæ fortaſſis alicubi in Græcia cultæ, & ea de cauſa Dianæ adjunctæ : quod ſi verum ſit, legendum erit ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΚΑΙ ΓΡΑΙΑΙ *Dianæ* & *Græis*. Ἀρτέμιδες plurali numero reperiuntur tantum in hoc Sanchoniatonis loco a Philone Byblio Græce verſo apud Euſeb. *Præp.* L. I. cap. 10. pag. 37. Κρόνῳ δὲ ἐγένοντο ἀπὸ Ἀςάρτης θυγατέρες ἑπτὰ τιτανίδες ἢ Ἀρτέμιδες.

XIX 1. ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΚΑΙ ΥΓΙΑΙ ΘΕΟΙΣ ΙΛΑΝΘΡΟΠΙΟΙC, *Aeſculapio & Hygiæ Diis Hominum Conſervatoribus*, primo legendum ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΙΙ, ſecundo vertendum, *Hominum Amatoribus*.

Ibid. 4. ΜΕΛΑΝΘΙΟΣ ΕΠΙΤΕΛΕΥ ΙΑΤΡΕΥΘΙΣ ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ ita vertitur *Melanthius Morbo Depulſo Perfecit* (votum) *Aſclepio In Gratiarum Actionem*. Sed legendum ΕΠΙ ΤΕΛΕΥΤΗ, & vertendum *Melanthius Letho Proximus Sanitati Reſtitutus Æſculapio, In Gratiarum Actionem*.

XXII. 9. L. MINICIVS APRONIANVS GAL. TARRAC. *Breviatæ voces* GAL. TARRAC, inquit Muratorius, Gallæcum Tarraconenſem *produnt, ita ut intelligas* Gallæcos *Populos, quos alii* Callæcos *appellant, in* Hiſpania Tarraconenſi *fuiſſe ſitos*. Hiſpania diviſa erat in duas provincias, ulteriorem ſive Bæticam, & citeriorem, quæ aliquando Tarraconenſis dicta fuit. At nemo unquam abſolute ſe Tarraconenſem dixit, ut ſignificaret ſe in provincia citeriore natum eſſe ; Tarraconenſis tantum dicitur, qui Tarracone natus

(*a*) Vide ad hanc Cl. Cannegieter. in Epiſt. ad Jac. Phil. Dorvillium *de Inſcript. quibuſd. Syilog. Murat.* & ipſum Murat. in *Addend. & Corrig.* Tom. IV. pag. 12. in Append. ubi ſcribit : „ In adnotat. pro *Ælio Antonino Vero*, lege *Lucio Vero Auguſto*.

(*b*) Murat. loc. cit. in *Corrig.* inquit : *Junonibus*, ſcribe *Dianis*.

natus eſt, quare legendum GAL*eria* TARRACO*nenſis ;* nam Tarraconem in Tribu *Galeria* cenſitum eſſe oſtendi (*a*).

XXIII. 9. In titulo Inſcriptionis laudatur paries Amphitheatri Delphorum, ubi nullum unquam fuit Amphitheatrum.

XXVIII. 3. MACRONIS CON. FER. NOR. refert Muratorius interpretationem D. Bertoli, qui legit *Confector Ferri Norici*, aut *Conductor*. Tum ſubdit : *Laudanda ſententia, dummodo in Norico* * *Fodinæ Ferri habeantur*. Non meminit hic Muratorius ferri *Norici*, cujus mentio apud Plinium l. XXXIV. c. 14. Nummi Hadriani a Bouteroue editi p. 103. in cujus poſtica legitur METallum, NORicum ; quare non dubito quin legendum ſit, *CONductoris FERrariarum NORici*.

XXXI. 2. Videndum utrum jam edita fuerit a Sponio (*b*).

XXXII. 3. Accuratius trutinanda adnotatio: ait nempe : Aut *Junones* tantum, aut Deas filios enixas *matrum* nomine intelligi ſibi videri ; ſententiam mutavit, lecto Keillero, & Banierio.

XXXV. 1. Edita inter *Cyriac.* n. 219. ubi legitur ΕΙΛΕΙΘΙΗ. Item 4. ejuſd. pag. eadem eſt, cum *Cyriac.* 221. Sed hic iterum Cyriacus legit ΕΛΕΙΘΙΗ & tres præterea lineas addit. Fruſtra Muratorius *Ilithiam* urbem Ægypti quærit. Diana *Ilithia* Murat. nota eſt.

XXXVII. 1. & 2. Una eademque ſunt (*c*).

XLV. 9. SEDES AETER. SVNT. lege CVIVS SEDES A TERGO SVNT.

L. 3. Poſtremam lineam LEG. XXII. PP. F. exponit *Legionis* XXII. *Piae Pollentis* aut *Praetoriae* Felicis, ſeu *Fecerunt*. Sed legendum *Legionis* XXII. *Primigeniae Piae Felicis aut Fidelis*.

LX. 6. Accuratius examinanda.

LXIII. 5. Inſcriptio dicata HERCVLI IMPERATORI Commodum Aug. reſpicit.

XCII. 6. In marmore, ubi conſules ita notantur L. POMPONIO FLACCO L. F. L. COELIO. RVFO coss. ſubeſt hæc nota. An. V. C. 720. anno videlicet Salutis XVII. Leg. An. V. C. 769. ut infr. p. CCCI. 1.

XCVII. 1. Trutinanda & conferenda cum Reineſio (*d*).

XCIX. 2. Nihil intererat hic denuo edere cum multis mendis inſcriptionem, quæ minus mendoſa legitur apud Gruterum, & ſervata elementorum forma. Illam Scaliger illuſtraverat *Anim. in Euſeb. Chron.* (*e*)

CII. 7. DEO SILVMIO DOMESTICO. Legere pores DEO SILVANO DOMESTICO, & commentitium Deum explode. De Silvano Domeſtico vid. Cuper. *Inſcr.* & *Marm. Antiq. Illuſtr.* ad calc. *Apoth. Homer.* p. 279.

CIV. 1. Inter Sepulchrales reponenda.

Ibid. 3. Spuria & recens, teſte ipſomet D. de *Boze* (*f*).

CV. 9. ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΕΙΣ ΥΠΟ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ, non eſt, *Ab Ipſo Miſſus In Patriam*, ſed *Ab Ipſo Remiſſus In Patriam*, *Reſtitutus Patriae*.

CVII. 10. Lamina ærea argentata inſcripta DEAE BIBRACTI, quam ex ſchedis ſuis profert, minime reperta fuit in Luxemburgi agro, ſed Auguſtoduni. Vid. *Utilit. des Voyag*.

CVIII 1. Quæ hic Pariſiis collocatur ex Paulo Petavio, eadem eſt cum illa, quæ Antemaduni Lingonum extitiſſe refertur p. L. 6. (*g*).

CXII. 1. Trutinanda. Item pag. CXVII. 2.

CXVIII. 1. Loco ΕΞ ΕΠΙΤΑΤΙC lege ΕΞ ΕΠΙΤΑΓΗC (*h*).

CXXV. 5. ΕΞ ΤΗΣ ΕΥΧΗΣ ... ΠΟΛΕΜΙΚΗΣ ΝΕΟΛΑΙΑΣ vertitur, *Ex Voto Bellicoſae Juventutis*.

CXXXII. 3. ver. 11. ET ANTIOTES lege ET ANTIOPES, & ita intelliges ex duobus *Ceriolaribus* alterum *Satyri*, alterum *Antiopes* effigiem retuliſſe (*i*).

CXXXVIII. 3. Extat multo emendatior apud Grut. MVII. 7. fruſtra hic EX SITV Muratorius hariolatur eſſe EX *finibus*, legendum EX SCITV ut apud Grut. id eſt, *ex Scito*, *ex Decreto*. Male etiam lin. penult. legit FINIBVS : nam in Grut. CIVIBVS. & ita ſenſus poſtulat. (*)

CXXXIX. 1. Conferenda cum *Sylloge Numiſm.* edit. Londin. 1708.

CXL.

(*a*) Vide Cannegieter. loc. cit. ad hanc Epig.

* Murat. loc cit. ad d. Epig. XXVIII. 3. ait : „ Dele verba illa : *Dummodo in Norico* &c.

(*b*) Plures Sponianæ editæ fuerunt a Cel. Muratorio, qua de cauſſa ab eo prætermiſſæ aſſeruntur in *Supplem.* ad ſuas Claſſes, ut innuimus in *Præfat.*

(*c*) Prior apud Murat. ex Ligorio uti *Romæ* poſita exhibetur cum Schemate Dianæ : Altera ex P. Lupo uti *Ariciæ* exiſtens ſine ſchemate, quæ lin. 2. habet SAC, cum prior habeat SACRVM. Variant quoque ad invicem in linearum diſtributione.

(*d*) Varians ap. Grut. XXXVI. 5. qui ex Apiano ponit *Neapoli apud Actium Sincerum*.

(*e*) Ad hanc Muratorius ſubdit : *Jampridem ediderat Gruterus* pag. XXVII. 1. *Correctiorem poſtea dedit Montfauconius* &c.

(*f*) Dubitavit Ipſemet Muratorius, qui ad hanc ſcribit : *Antiqua ne, an recens ſit Inſcriptio hæc, aliis inquirendum relinquo*.

(*g*) Utramque inſpice ; nam aliquantulum variat.

(*h*) Hæc apud Gorium *Inſcr. Antiq. Etr. Append.* Part. III. pag. 126. n. 131. quæ in Palatio Magni Ducis Etruriæ extare dicitur, ſed hodie deſideratur : Ibique hæc adnotantur : *Inter Gudianas adſeritur pag. LXIV.* 10. *perperam tamen exſcriptam fuiſſe perſpicuum eſt in quinto & ſexto verſu ; in quibus ſcriptum arbitror :* ΕΞ ΕΡΙΤΑΓΜΑΤΟC ΘΕΩΝ. Eadem ita Latine redditur : *Claudia Callicratea, & Cornelius Diadumenus ex praecepto Deorum hanc aram dedicarunt*. Variat *Muratoriana a Goriana* in 4. & 5. lin.

(*i*) Notat Muratorius : „ CERIOLARIA, ut alibi dixi, candelabra fuerunt. In uno ex iis ſignum *Satyri*, hoc eſt, Satyri cernebatur ; in altero ſignum *Antiotis*. Sed quid „ *Antiotis?* Adeo abſtruſæ literæ in marmore ſunt, ut „ legi etiam poſſe videatur MVTIOTES. Sed longius hoc „ ab intelligentia noſtra abſcedit. Num ergo *Bacchi*, ſive „ *Dionyſii Anthii* imago illa fuit, qui nempe *Floridus* „ *Bacchus* Athenis dicebatur, & colebatur ?

Τὸ ANTIOPES recte legit Bimardus, ut opinor, Græce Ἀντιόπη, quæ erat Nictæi filia, & uxor Lyci Thebanorum Regis. Hanc cum Juppiter in Satyrum mutatus compreſſiſſet, Lycus repudiavit, uxoremque Dircem ſuperinduxit, quæ Antiopam in carcerem conjecit. Verum, inſtante partus tempore, illa, ruptis vinculis, in Cithæronem montem ſe recepit, ubi Amphionem, & Zethum peperit, qui a Paſtoribus inventi, & educati maternæ injuriæ ultores extiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecto. Qua de re eſt Pacuvii Tragœdia. Vid. Perſ. Sat. I. verſ. 77. & Cel. Faciol. V. *Antiopa*. Ex his arguitur igitur, alterum ex Candelabris repræſentaſſe Jovis in Satyrum mutati ſignum, & alterum Antiopes ſignum ab eo compreſſæ.

* Mur. l. cit. ad d. Epig. CXXXVIII. 3. ait : „ In Adnotatione lege : Is interpretatur *Ex Situ* pro *Ex Scitu*, & quidem recte pro *Ex Scito*, ſive *Decreto*. Pro *Finibus Cremonenſium* Gruterus habet *Civibus Cremonenſium*.

CXL. 4. Exſtat ap. Cyriac. n. 221. ubi pro ΕΝΤΕΔΟΝΟΣ legitur ΕΝΓΕΔΟΝΟΣ pro ΘΗΛΟ. ΘΙΟΥ ΘΗΛΟΥΘΙΟΥ

CXLVIII. 2. REG. I. CO. III ARARVM &c. ait Muratorius : In linea 3. quid ferat breviatum illud co. non invenio; nam *Columnas Ararum* minime novi. Legiſſet ſaltem *antiquas urbis Notitias* SEX. Rufi, & P. Victoris, apud quos legiſſet in Regione I. VICVS TRIVM ARARVM. Idem etiam reperiſſet in baſi Capitolina Regiones & vicos Urbis referente, quæ exſtat apud Grut. Unde nemo eſt qui non videat evanuiſſe duas priores literas lin. 3. marmoris Muſei Card. Albani, & legendum eſſe VICO III ARARVM.

CL. Tab. 13. cenſet Muratorius, Calendarium Aquitanum marmori inſculptum eſſe temporibus Auguſti, ſed Tiberio jam imperante illud exaratum fuiſſe diſcere poterat ex eo quod legitur ad D. XV. Cal. Octob. FER. EX. S. C. Q. E. DIE DIVO AVGVSTO HONORES CELESTES A SENATV DECRETI SEX AD (lege ET) SEX COS. imo poſt Sejanum extinctum, quod ita legantur ad Idus Septembris : FER. EX. S. C. Q. E. D. NEFARIA CONSILIA QVAE DE SALVTE TI. CAES. LIBERORVMQ. EIVS ET ALIORVM PRINCIPVM CIVITATIS DED. P. R.......

CLIII. 4. FVRIVS OCTAVIANVS COS. PONTIF. FIL. fortaſſe inquit Muratorius *Conſulum Pontifex* non recte; lege *Conſul Pontifex*.

CLVIII. 1. penſitanda.

CLX. 5. Eadem revera cum CLVII. 4. prior meretur accuratius examen : Exſtat apud Cyriac. n. 133. (*a*).

CLXIII. 4. CERIOLARIS ET. N. XXX. *in poſtrema linea*, inquit Muratorius, *Syllaba* ET *ſuperfluit, aut depravatus eſt locus, fortaſſis ibi* AER. *legendum*, *ſcilicet aereis numero triginta*. Imo vero nihil mutandum; ſed lege ET *Nummos* XXX, vel *nummorum* XXX *millia*.

In CLXXII. 1. Quomodo collegium Augurum agnoverit Muratorius, diſpicere nondum valui.

CLXXV. 2. penſitanda. Extat apud Cyriac. n. 38. ibi pro ΚΑΡΙΞ legitur ΚΑΡΥΞ ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣ pro ΦΙΛΙΣΤΩΝΟΣ. Item CLXXXII. 1.

CLXXXIII. 1. Legendum TITVLLA non TERTVLLA.

Ibidem 4. 5. *Sacra ab Roma* & *Sacra Romanienſia*, videntur Sacra a Romanis invecta, cum coloniæ Mutina & Verona deducerentur, ad diſtinctionem Sacrorum Municipalium. Minime vero ſacra, quæ circulator aliquis in has urbes intuliſſet. Vid. de his *Maff. Ver. Illuſtr.*

CLXXXV. 5. aut falſa, aut male deſcripta; nunquam enim Veſpaſianus dictus eſt IMP. XXVII.

Ibid. 4. SODALES BALLATORES CYBELAE videndum quid ſit (*b*).

CCXIX. 1.

C. IVLIO. C. F. CAESARI
IMP. TRIVMVIRO R. P. C.
PATRONO
D. D

Hæret heic Muratorius : *Quænam ſit* (inquit) *Reſpublica hac C. decernere neſcio. Calatina, Capuana, ſive Campana, aut alia quæpiam, heic mihi latet*. Dubitationem eximamus Viro Docto. Poſitus eſt hic lapis Cæſari, qui poſtea Auguſtus dictus eſt, dum Triumviratum priorem agebat cum Antonio & Lepido; tunc enim dicebatur *C. Julius C. F. Cæſar Imperator Triumvir Reipublicæ Conſtituendæ* (*c*).

CCXXI. 1. Confer cum *Itin.* Sponii, & Wheleri.

Ibidem n. 9. Fruſtra dubitat Muratorius num cos. *Deſignatus* fuerit *L. Cæſar Auguſti Fil.* Vid. *Cenotaph. Piſan.*

CCXXII. 5. Fruſtra dubitat Muratorius, num hæc Inſcriptio ſpectare poſſit ad Cajum, aut Lucium Cæſares Auguſti Filios, neuter ſimul fuit Pontifex & Augur. Pontifex tantum fuit Cajus, Augur tantum Lucius.

CCXXV. 2. Quæ Cordubæ in *quodam vaſe* exſcripta dicitur, efficta eſt ex nummo, quem vid. apud Vaillant. *Colon.*

CCXXVII. 2. Accuratius & ſuo ordine diſpoſita extat apud Gruterum.

CCXLI. 6. Spuria & eadem cum *Gruterianis* duabus.

CCXLII. 2. Ait Muratorius, ſibi per DECVMANOS NARBONENSES deſignatos videri Publicanos, qui *Decumas* exigebant; non recte (*d*).

CCLI. 3. Jam edita a Fabretto & illuſtrata a Paulo Alexandro Maffejo in *Diario Eruditorum Veneto*.

Ad CCLV. 8. falſo aſſerit Murat. Claudium Gothicum in nummis dici Cajum & Marcum.

CCLXVI. 7. Extat apud Reineſium, aut Gruterum (*e*).

CCCXIV. 2. *Torquatum Aſprenatem* & *Lateranum* Conſules Ordinarios aſſignat An. Ch. 94. Sed in Faſtis omnibus hoc anno Collega Torquati dicitur *Clemens*. In not. ait Mur. Plinium L. 36. c. 25. habere hunc verſum *Lucillianum :*

Ante pavimenta atque emblemata Vermiculata.

Sed fallitur (*f*) : Exſtat verſiculus ille apud Cicer.

(*a*) In *Muratoriana* pag. CLVII. 4. deſiderantur tres ultimi verſus epigraphis 5. cit. pag. CLX. edit. E Schedis Barberinis Cyriaci. Vid. Cannegiet. loc. cit. ubi fuſius de hac Epig.

(*b*) Illud BALLATORES *ſphalma* (inquit Murat.) *exſcriptoris videtur, niſi ſit a Græco* Βαλλω & Gallos, *aut* Corybantes *ſignificet*. Eadem apud Malvaſiam. *Marmor. Felſin.* Sect. VII. Cap. VII. pag. 425.

(*c*) Sibi ipſi dubitationem ſuſtulit Vir. Eruditiſſ. loc. cit. ubi ad d. Epig. CCXIX. 1. inquit : „ Dele notam, & ſcribe : „ *Triumviro* R. P. C. fortaſſe *Rei Publicæ Conſtituendæ*.

(*d*) Vid. ad hanc integram Muratorii notam.

(*e*) Extat quidem ap. Reineſ. 73. III. Fabrett. Cap. VII. pag. 526. n. 371. Don. Cl. II. n. 156. & Cel. Corſinum in Eruditiſſimo Opere, cui titulus : *Series Præfect. Urbis ab U. C. ad Ann. uſque MCCCLIII. Sive a Chriſto nato DC.* pag. 359. edit. Piſis 1763. in 4. ubi *Audax* Præfectus Urbi an. V. C. 1227. Chr. 474.

(*f*) In duobus Editionibus Plinii, quæ apud me exſtant, habetur profecto *Lucillianus* verſus a Cel. Murat. allatus : in quarum una, ſcilicet excuſſa Venet. 1525. ſupra cit in *Art. Critic. Lapid.* col. 332. legitur : *Arte pavimenta* &c. in altera vero Lugdunenſi 1553. *Ante Pavimenta* &c. ut in cit. not. Murat.

cer. de *Orat. L. III.* c. 43. & Non. Marc. p. 188.

CCCXV. 5. Eadem infra refertur CCCLV. 1. & ubique incertus lector dimittitur (*a*).

CCCLVIII. 1. Non recte refertur ad An. Chr. 233. cum pertineat ad An. Chr. 443.

CCCLIX. Ad An. Chr. 238. non bene vertitur, dum priorem conſulem adhuc vocat M. VLPIVM CRINITVM, cum jam ab omnibus eruditis notum ſit vocari debere *Annium Pium*.

CCCLXI. 3. Eſt principium inſcr. quæ integra prodiit apud Grut. (*b*).

CCCLXIV. Confer cum edita a Maffejo ad calcem Patt. 1. *Ver. Ill.*

CCCLXVII. Non levi errore Conſul nominatur FL. CL. AVRELIANVS IMP. cum Imperator *Aurelianus* diceretur *L. Domitius Aurelianus Auguſtus*.

Ibidem ad an. 274. idem Imperator vocatur VALERIVS AVRELIANVS.

Ibidem ad An. 279. conſul dicitur M. AVR. VALERIVS PROBVS AVG. III. at *Probus* nunquam *Valerius* dictus fuit, ſed tantum *Aurelius*.

CCCLXVIII. 1. Quid hic faciat Inſcriptio reperta in vico *Vieux*, mirari ſubit. Nimium ſuſpicionibus indulget, qui in DIALE Diocletianum quærit.

Ibid. 2. Exſtat, ni fallor, apud Grut.

CCCLXVIII. CCCLXIX. CCCLXXI. *Diocletianus* nuncupatur *Aurelius Valerius*, quamvis numquam aut in lapidibus, aut in nummis dicatur *Aurelius*, ſed tantum *Valerius* (*c*).

CCCLXXXVIII. 2. habetur apud Grut. (*d*).

CCCXCVII. 4. refert ad Aurelianum Coſ. cum Stilichone Inſcriptionem L. Marii Maximi, qui vixit ſub Severo; & in qua mentio ſit Byzantii.

Ad CCCXCVIII. 4. notat in 2. lin. VIRGINII id eſt, *Conjuges*. Imo *Virginii* non ſignificat ſimpliciter *Conjuges*, ſed vir & uxor, qui nuptias una contraxerunt.

CDIX. 1. Nihil attinebat referre Inſcriptionem, quæ ad neutrum Varanem Coſſ. ſpectare poteſt. Nullus Legatus Propr. Augg. poſt Conſtantinum.

In CDXIV. 8. hæ notæ DN. ANASTASIO PP. AG. CONSL. male exponuntur *Domino Noſtro Anaſtaſio Patre Patriæ Auguſto Conſule*; legendum enim, *Domino Noſtro Anaſtaſio Perpetuo Auguſto Conſule*. (*e*)

CDXVII. 1. Ad an. 510. quo Coſs. fuere Boethius & Eutharicus; hæc in nota habet Muratorius: *Infra ad annum Chriſti 522. is ipſe Boethius iterum Conſul cum Symmacho occurret*. Male; non idem eſt: is enim pater fuit Boethii & Symmachi, qui Coſſ. fuere an. 522.

CDXXXIII. 8. Corruptiſſima, & non bene verſa, ſed quam integritati ſuæ reſtitui poſſe putem.

CDXXXIX. 1. Jam edita fuerat p. CCCXXXVII. 5. ſine ulla mutatione; quare nihil intererat eam hic denuo inculcari. Solummodo, cum in Muſeo Albano extitiſſe dicta fuiſſet, monendi erant lectores hoc falſum eſſe, ſed eam a D. *Hans* Sloane pretio comparatam (*f*).

CDXLIII. 7. Edita in *Miſcell.* Sponii.

CDLIV. 6. Eadem cum DCXV. 3.

CDLVI. 4. Accuratius delineatam deſiderabat, quidni & accuratiorem delineationem repetebat a *Comm. Acad. Humanior. Litt.* ubi didiciſſet hunc lapidem ante an. 1724. effoſſum fuiſſe.

CDLXXI. 2. ΩΡΑ ΚΑΙ ΤΥΚΗ pro ΩΡΑ ΚΑΙ ΤΥΧΗ (*g*).

CDLXXII. 2. Exſtat ni fallor apud Grut.

In CDLXXIV. 1. Male reperta dicitur in Amphitheatro, cum ipſamet Theatrum & Proſcænium nominat.

CDLXXVII. 7. Confer cum Grut. (*h*)

CDLXXXI. 5. Exſtat apud Grut. (*i*)

CDLXXXIV. 4. Perpendenda ap. Cyriac. n. 66. De *Pronomo* notandum in CDXC. 3.

In Not. ad DIII. 2. non capio quid ſit *Juridicus Pannoniæ Inferioris*; ſed lego PROCVRATORI *Divi* ANTONINI AVG*uſti* PII IN PANNONIA INFERIORE.

DXV. 5. HABVIT DEC. VIAT. CONSVLAREM ET COLLEG. DENTR. ROMAN. Q. Q. P. P. FVIT. legit Muratorius, *Habuit Decuriam Viatoriam Conſularem*, *Et Collegium Dendrophororum Romanorum*. *Quinquennalis Perpetuus Fuit*. Sed legendum: *Et Collegii Dendrophororum Romanorum Quinquennalis Perpetuus Fuit.*

DXVII. 4. *Præfectus Tutelaris* nullus eſt, ſed fuit *Prætor Tutelaris* (*k*).

T. II. p. DXLV. 2. ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ vertit: *Prætorem Agente Urbis Ariſtone Filio Dionyſii*: verte *Curante Prætore Urbis Ariſtone &c.* At rurſum oberrat ad DCXLV. 1. & credit, vim vocis τεχνῖται nondum ſatis perſpexiſſe viros doctos.

Ibi-

(*a*) Vide ad utramque notas Cel. Murat.

(*b*) Pag. CCCCXLIII. 6. ſcribitur „ Tabula ænea inventa in Hiſpaniis, exſtatque apud Ant. Auguſt. Epiſc. Tarraconen. Grut. Non eſt inventa in Hiſpaniis; quid enim *Veſtinis* Italiæ cum Tarraconenſibus, ſed a quodam docto Viro eſt delata in Hiſpaniam. Initium Fragmenti Muratoriani non pertinere ad cit. Grut. epigraphem puto: nam Cel. Murat. accepit uti exiſtentem in *urbe Teatina* a Cl. *V. Alexandro Betti e Congr. Matris Dei*, qui obiit Romæ X. Kal. April. 1752. ut teſtatur Frid. Sarteſchi *De Script. Congr. Cler. Regular. Matr. Dei* pag. 322. edit. Rom. 1753.

(*c*) Mur. loc. cit. in Corrig. &c. pag. CCCLXVIII. & ſeqq. ait: Pro C. AVR. VALERIVS DIOCLETIANVS ſcribe C. VALERIVS DIOCLETIANVS.

(*d*) Pag. XXVIII. 6. Sed mutilior, & varians.

(*e*) Ita etiam legerat ipſe Murat. ad cit. Epig. in *Addend.* & *Corrig.* loc. cit.

(*f*) Vide utramque, quia variant ad invicem.

(*g*) Vid. *Muſ.* Veron.

(*h*) Pag. CLXXXVII. 4. aliquantulum variat.

(*i*) Pag. CLXXIII. 5.

(*k*) In cit. Epig. *Muratoriana* clare legitur Q. RANIO *&c.* TVTEL. PRAEF. .... Forſan Marmorarii, vel Excerptoris oſcitantia ſcriptum fuit τὸ PRAEF. pro PRAET. In *Gruteriano* Lapide, ut verum fatear CCCLXI. n. 1. a Cel. Murat. cit. ad d. Epig. habetur

L. ARADIO &c.
PRAETORI. TVTELARI
* * * * * *
PRAEFECTO. VRBI &c.

De hoc Præfecto vid. Cl. Corſinum de *Præf. Urb.* ad An. V. C. 1090. Chr. 337. pag. 188.

Ibidem 3. ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΔΙΟΝΥΣΟΝ ΤΕΧΝΙΤΩΝ; ibi in nota: *Techvitæ vox, non Artifices vulgares ſignificat, ſed Athletas, Pugiles, atque alios id genus homines in Ludis Dionyſiacis operantes*. Sed ex A. Gellio diſcimus, τυς περὶ τὸν Διονυσον τεχνιτας eſſe ſcenicos Artifices. Ad DLIX. 3. laudat A. Gell. & ait nonnullos viros Doctos cenſuiſſe, hos Artifices Dionyſiacos fuiſſe Hiſtriones. Lib. 20. cap. 4. (*a*)

DXLVI. 2. Edita eſt inter *Inſcript.* Grut. *Palmyren. Traject.* ad Rhen. An. 1698. n. 5. Sed ibi lin. 4. recte legitur ΕΠΙϹΗΜΩΙ, non vero ut apud Murat. ΕΥϹΕΙΜΩϹ, quæ eſt vox nihili. Occaſione epochæ ita in fine ſignatæ ΕΤΟΥϹ ΝΥ Λ̄. ΜΗΝΟϹ ΞΑΝΔΙΚΟΥ *anno* 450. *XXX. die menſis Xanthici*, notat Cl. Muratorius hunc eſſe annum Chr. 138. vel 139. Quum Palmyreni uterentur epocha Seleucidarum, quæ exordium cepit anno V. C. 454. ante Æram Ch. 301. Sed ex Celeberr. Card. Noriſii opere *de Epochis Syro-Macedonum* ab Muratorio laudato diſcimus, Seleucidarum æram non ſurgere ab anno V. C. 454. ſed ab autumno anni 442. ante Chr. Nativ. 312. Si vero annis 454. ab ipſo Muratorio numeratis addideris CDL. in marmore Palmyreno ſignatis, inde exurget An. V. C. 903. quo decurrente poſita fuerit hæc Inſcr. Is vero non fuit æræ Chriſtianæ An. 138. vel 139. ſed 150. decurrens. Si recte rationes ſubduxiſſet, vidiſſet 30. Xanthici anni 450. æræ Seleucidarum incidiſſe in menſem Aprilem anni V. C. 892. poſt Chr. 139. non vero 138. ut perperam adnotator Anglus ad Inſc. Palmyren.

Ibidem. 4. verba ΠΛΕΙϹΤΟΝΙΚΟΥ ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ vertit *Incomparabili Admirabili*; quid ni harum vocum intellectum petebat ex P. Fabro in *Agoniſticon Libb.* aut Oct. Falconerio ad *Inſcr. Athlet.* Lin. ult. Male ΝΟΜΟΦΙΛΑΚΩΝ pro ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΩΝ.

DL. 2. Hæret cum Cl. Montefalconio ad vocem ΗΓΕΜΟΝΑ ΛΕΓΙΩΝΟΣ Ā ΑΘΗΝΑΣ. *Si Græcis*, inquit, *foret* ΒΟΗΘΗΝΑΣ *pro adjutricis ſupplendam hanc vocem opinarer*. At ego non a Græcis, ſed a Latinis fuiſſe *Legionem primam Minerviam* didici. De hac, non vero de ulla legione *Athenienſi*, ut putavit. Cel. Montefalconius, hic agitur (*b*).

Ad DLI. 1. ait Murat. „ *At in hoc lapide* „ (Athenienſi) *habemus etiam Senatus* Sexcen- „ tumvirûm. *Infra quoque videbimus in eadem* „ *urbe Senatum* Tercentumvirûm. Sed diſtin- „ guenda ſunt tempora. Solonis ætate cum qua- „ tuor tantum Athenis tribus eſſent, centum ex „ unaquaque Tribu lecti Viri Senatum Quadrin- „ gentorum conſtituebant. Cum poſtea, ferente „ Cliſthene, Decem factæ eſſent tribus, ex ſin- „ gulis 50. viri deſumpti ſunt, ex quibus conſta- „ ret Senatus 500. Poſtea vero additis, in gratiam „ Antigoni & Demetrii tribubus, duabus, quæ „ mox in Ptolemæi & Attali nomen tranſierunt, „ 600. fuit conſilium Sed denique civitate im- „ minuta, Conſtantini, & ſucceſſorum tempori- „ bus Senatores ad 300. redactos docet Inſcr. „ quæ infra affertur DLX. 1. Conſ. Meurſ.

DLIII. 1. Extat apud Spon. tum in *Miſcell.* tum in *Itin.*

Ibid 3. ΚΑΙ ΛΑΒΟΝΤΑ ΤΑΣ ΤΗΣ ΑΡΙΣΤΟΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ΤΕΙΜ. ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ. Mur. *Et Ornatum dignis optimo Magiſtratu honoribus ſecundum Legem*. Non recte.

Ibid. 4. ΜΑΡΚΟΥ ΟΥΛΠΙΟΥ ΔΑΜΑ ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ, In nota. *Paradoxi*, Ideſt, *Admirabilis. Occurrit hæc vox in aliis Græcorum monumentis, ſuſpicante me, vel publicum aliquod officium, vel ſplendidum titulum a Republica acceptum ea voce deſignari*. Non bene. Paulo melius ad DCXXX. 1.

DLVI. 3. & 4. in not. ait Mur. *Monoſyllabo* AR. *breviato indicantur Decuriones Arelatenſes finitimi Nemauſo. Geminæ Teſſeræ Hoſpitalitatis mihi creduntur*. Non recte. Cum ſint duo cippi lapidei 500. pondo ad minimum. Erant termini, vel indices poſiti in limitibus AREÆ, quæ decreto Decurionum data fuerat *T. Julio Feſto militi Miſſicio*. Vid. Spon. Miſcell. pag. 239. (*c*)

DLIX. 3. ΚΑΙ ΒΑΚΧΟΝΤΟΝ ΘΕΟΥ. Vertit Mur. *Et Fanaticum Dei*. In not. *In ſchedis meis legitur in 7. lin.* ΒΑΚΧΟΝΤΟΥ ΘΕΟΥ *Bacchantis Dei. Scribendum cenſeo* ΒΑΚΧΟΝΤΟΝ, id eſt, *Bacchantem ſeu Fanaticum ejuſdem Dei*. Perperam Mur.

DLXIII. 1. Litteras ſingulares lin. 13. Q. F. P. D. E. R. I. C. interpretatur: Quo Facto Patres De Ea Re Ita Cenſuerunt. *Imo Quid Fieri Placeret &c.*

DLXVIII. 3. & 4. ΑΣΤΥΝΟΜΗΣΑΝΤΑ vertit *Qui Urbis præfecturam geſſit: Urbis præfectura functus eſt*. Vertendum *Qui ædilitate functus eſt*.

DLXX. 3. ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙϹ ΠΥΛΑΙΑϹ ΗΡΙΝΗϹ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΣ ΤΩΝ ΑΙΤΩΛΩΝ ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ ΑΛΕΞΑΜΕΝΟΥ ΔΑΜΩΝΟϹ. Audi Murat. Verſionem: *Sub Ariſtagora Archonte in Delphis Pilaea Herines Hieromnemone Ætolorum, Duce Belli Alexameno filio Damonis*. Ex his patet, aut Murat. bene hic non advertiſſe, aut ſaltem intellexiſſe, *Pileam Herinem* vocari *Hieromnemonem Ætolorum*.

DLXXII. 1. Quid ni eam potius repetebat ex Ficoronio, qui eam æri inciſam exhibuit?

DLXXIV. 1. (partim edita jam a Grutero pag. CCVI.) lin. 13. in Mur. NON PROVATION, ſed PROVOCATION legi debet.

DLXXXIX. accurate penſitanda & conferenda cum Cyriaco.

DXCIX. 2. extat apud Sponium.

DCVI. 1. ad calcem his BASSEO RVFO ET MACRINO VINDICI P. R. PRAEF. ait Murat. *Ceterum*

(*a*) Vide Not. ad A. Gell. loc. cit. pag. 1111. Edit. cit. in *Art. Critic.* Lugd. Batav. 1666.

(*b*) Cl. Bimardus non animadvertit heic *Addenda & Corrigenda* Cel. Collectoris in Append. Tom. IV. pag. 13. ad cit. Epig. ubi idem ſcribit: „ ΛΕΓΙΩΝΟΣ Α ΑΘΗΝΑΣ „ ideſt: *Legionis I. Minerviae*. Hæc a Domitiano inſti- „ tuta, atque in aliis Lapidibus memorata. Propterea „ dele duas priores lineas Adnotationis. „

(*c*) Vide Spon. Epigr. loc. cit. *T. Jul. Feſti* a me relatam ad Claſſ. XI. ubi ex ipſo Sponio diſces, quid ſit *Area inter duas Turres* huic Militi *adſignata*.

rum in calce Epiſtolæ Septimiani legendum puto VINDICI PROPRAETORIBVS *fortaße* Quinquennalibus. Sed legendum PRAEFECTIS PRAETORIO ; nam talem fuiſſe *Baſſeum Rufum*, diſcimus ex Dione.

DCX. 1. Fragmentum Actorum Senatus non primus vulgavit Grævius, ſed Reineſius Cl. IV. n. 2. uſque ad 8. qui acceperat a Pighio Ann. P. R. T. II. p. 378. 380. denuo cum notis edidit Dodwell. *Append.* ad *Pral. Acad.* pag. 665. Nihil ergo attinebat illud denuo edere: ſed quandoquidem ab aliis *Inſcr.* Editoribus prætermiſſa colligere inſtituit, hic inferere debebat aliud Frag. ex iiſdem actis, quod ex Apographo Voſſiano publicavit idem Dodwell. ead. App. p. 690. 692. præterea annus, quo Coſſ fuere L. Æmilius Paulus II. & C. Licinius Craſſus, non fuit V. C. 580. ante Chr. 168. ut ait Muratorius, ſed V. C. 586. Sed forte eſt Editoris, ſeu Typographi mendum.

DCXIII. 4. PVCHARVM. V. INGENVA non eſt *Pucharum* feminæ nomen & v. *Vivens*: ſed legendum PVGHARVM *Quinque*, conjugis nomen eſt tantum *Ingenua*.

DCXIV. 1. *Legativum Epulum* eſt *Epulum ex Legato*, non vero *Legativum*, hic *viaticum Legatorum*.

DCXVII. 1. male in *Secutoris* inſcript. mutat PRIMOPALO in *Primipilo*. V. Xiphil. & alios *Script. in Commodi vita*.

DCXIX. 1. fruſtra eam tuetur Murat. Falſa eſt.

Ibid. 2. SECVNDA AVDIS eſt certe SECVNDA RVDIS. Quid ſit, exponet Inſcr. Grut. ſimillima.

DCXXXII. lin. 6. ANTIOXEA TEΣ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΝ ΟΙΚΟΝ &c. vertit *Et Antiochenum* (civem) *Ad Lauri Domum*: non advertens Ἀντιοχίαν Πρὸς Δάφνην dictam fuiſſe Antiochiam Syriæ Metropolim (*a*).

DCXXXIII. 2. Conf. *Corcyr. Ant.* Card. Quirin. & quæ alibi notavi.

DCXL. 1. ΘΕCCΑΛΟΝ ΥΠΑΤΑΙΟΝ, vertit *Theßalum Magiſtratu functum*; imo *Theſſalum ex Hypata*, ſcilicet ex Theſſalica urbe, de qua tam multa Apul. *Met.* L. I.

DCXLVIII. 1. Seriei primæ linea ult. male legit ΤΗΝ ΕΥΖΑΡΤΗΣ ΑΣΠΙΔΑ; unde vertit *Euzartes Scutum* (*b*), & in nota ſubjecta: *Undenam*, ait, *dictus & qualis fuerit poſtremus ludus*, *appellatus* Euzartis Scutum, *me ignorare fateor; Eruditorum erit inquirere*. Sed legendum ΤΗΝ ΕΙΣ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ *Scutum apud Argos*, & de eo agone conſule Paramigraphos Græcos & Doct. Reineſium.

DCLI. 1. Semper ΘΕΟΠΙΕΥC male pro ΘΕΣΠΙΕΥC.

DCLII. 2. hic & ſemper alibi LVSVS IVVENVM. Ei ſunt *Juvenales Ludi* a Nerone inſtituti ex Suet. & aliis, quod merito emendandum.

DCLIV. 2. omnino ſpuria.

DCLX. 4. conf. *Anim.* Salmaſ. ad *Aurelian. Vopiſ.* cum nota Muratoriana.

DCLXI. 1. ΟΙ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙ non ſunt Unctores, ſed qui unguntur.

DCLXIII. 1. Affert ex P. Montfauconio verſionem nobiliſſimæ Inſcript. Græcæ, quæ extat *Venetiis in Biblioth S. Marci*, & Græcam deſiderari ait: Sed Græcam jam edidere Grut. CDV. & Montfauconius ipſe *Diar. Ital.* p. 43.

Seviros & Auguſtales in Claſſe Magiſtratuum congeſſit, licet hi Sacerdotes Auguſti eſſent. Vid. DCXVI. 1. 2. DCLXVII. 2. 3. DCLXXI. 1. DCLXXII. 3. DCLXXVII. 3. 4. 6. DCLXXVIII. 5. 8. DCLXXXIV. 1. DCLXXXV. 2. DCLXXXVI. 7. 8. DCXCII. 1. DCXCIII. 2. DCXCIV. 2. 7. DCXCVI. 3. DCXCVIII. 7. DCCI. 1. DCCIV. 9. DCCVI. 1. DCCXXV. 1. DCCXXXIV. 3. DCCXLI. 5. DCCLXI. 3.

DCLXVII. 6. In not. ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ *Galatarchen*, ideſt, principem, ſeu unum ex primoribus inter Galatas: Et in DCCI. 5. γαλατάρχης ipſe eſt Princeps Reip. Galatarum.

DCLXVIII. 3 Extat apud Grut. aut Reineſ.

DCLXIX. 7. LICTOR CASTRIVM DECVRIAR videndum quid ſit; nam ibi aqua hæſit Muratorio.

DCLXX. 5. omnino fictitia.

DCLXXVI. 3. PR. LEG. TI. CLAVDI. CAE. PR. PROVINC. MAESIAE diſquirendum an *Maſia Provincia* ſub Claudio.

Ibidem 8. Nota non mihi placet.

DCLXXVIII. 3. BF. LEG. LE. eſt *Beneficiarius Legati Legionis*: fruſtra hic hariolatur Mur. *Legati Legionis Ferrariæ, Fretenſis* &c.

DCLXXXII. 6. 7. exſtant apud Gruterum & forte Sponium.

DCXCV. 5. nulla LEG. V. CLAVD. P. FEL. Sed VII. legendum.

DCCI. 2. Apud Gruterum.

DCCVI. 4. Vocat Caſterium hominem Gallicum ad hanc in nota, cum non ſit Gallus.

DCCVIII. 7. ΟΙ ΣΥΝ ΑΥΤΩ ΚΑΤΕΛΘΟΝΤΕΣ ΕΙΣ ΟΛΟΓΕΣΙΑΔΑ ΕΜΠΟΡΟΙ ΑΝΕΣΤΗΣΑΝ ΑΡΕΣΑΝΤΑ ΑΥΤΟΙΣ: Vertit Mur. *Qui cum ipſo profecti ſunt ad Emporium Vologeſium, bene de ipſis meritum ſtatuerunt*. Verte: *Qui cum ipſo Vologeſiadem profecti ſunt Mercatores, quod ipſis acceptus fuerit, erexerunt*. Et conf. Inſcr. Grut. Palmyr.

DCCX. 6. TI. IVLIVS. CERIALIS. EX. D. III. Not. Murat. *Olim fuere Ædiles ceriales in varias Decurias diſtributi. Cerialis* hic eſt Ti. Julii cognomen, & is fuit judex ex Tertia Decuria.

DCCXI. 6. extat apud Gruterum.

DCCXVI. 5. lin. 9. PRAEF. AFR. SAT. minime mutes cum Muratorio in PRAEFECTUS AFRICAE SITIFENSIS. Sed lege PRAEFECTUS AERARIO SATURNI (*c*).

DCCXVII.

(*a*) Vide eumd. Murat. in *Addend.* & *Corrig.* loc. cit. ad d. Epig. ubi emendat. cit. adnotationem ſic ΚΑΙ ΑΝΤΙΟΧΕΑ &c. ideſt Civem ex *Antiochia, quæ eſt ad Daphnem*. Vid. MXXV. 3. ubi eadem recurrit.

(*b*) In *Addend.* & *Corrig.* ad loc. cit. ad d. Epig. inquit Muratorius ipſe: „ Corrige ſcribendo (in poſtrema lin.) ΤΗΝ „ ΕΙΣ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ Ideſt: *Argivum Clypeum*. „

(*c*) Muratorius ipſe in *Addend.* & *Corrig.* pag. 13. ad cit. Epig. ante Cl. Bimardum adnotavit, corrigendum eſſe verſ. 9. in τὸ PRAEF. AER. SAT. liceat *Præfectus Aerarii Saturni*.

DCCXVII. 6. DECVRIALI ALLECTO ITALICAM EXCVSATO A DIVO PIO. Not. *Deſideratur heic aliquid, puta ab Italica expeditione excuſato*. Sed quæ expeditio *Italica* ſub Pio? nihil deeſt. *T. Manilius* inter Decuriales Municipii Italicenſis allectus fuerat, ut ab eo munere excuſationem obtinuit ab Imp. Antonino Pio. Clauſulam Inſcript. non recte quoque exponit Muratorius.

DCCXIX. 3. TRIBVLES TRIB. IOVIS AVG. ſunt *Tribules Tribus Jovis Auguſti*. Nihil hic de Sacerdotibus, aut Sodalibus cogitandum.

DCCXXIII. 5. & 9. Q. minime mihi videtur eſſe *Quinquennalis*, ſed *Quæſtor*.

DCCXXIV. 1. PRO. K. mihi videtur *Procurator Cæſaris*.

DCCXXIX. 4. MIL. LEG. A. A. II. PRIMIGENIAE. legendum LEG. XXII. PRIMIGENIAE.

DCCXXXIX. 2. Provincia Dora eſt nomen Libertæ.

Ibid. 5. Familiam *Quintiam* Patriciam cum *Flaminia* plebeja miſcere videtur.

In DCCXL. 3. nihil deſideratur, neque ibi eſt ſphalma.

Ad DCCXLIV. 3. *Odænatum* vocat regem Palmyrenorum.

Ad DCCXLV. 1. Ex eo quod in Inſcr. legatur ΤΟΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΔΟΥΚΗΝΑΡΙΟΝ notat: Ducenarii *in militia ducentis ſcholaribus præerant*. Quæ nihil ad rem. Confer Salm. ad *Hiſt. Aug.* & Inſc. Grut. Palmyr. (*a*)

Ad DCCXLVI. 8. *At Duumviri Quinquennales per quinquennium juri dicundo præerant*.

DCCXLVIII. 5. Extat apud Gruterum.

DCCXLIX. 3. Siglæ C. I. P. C. N. M. minime ſonant, ut voluit Maffejus: *Colonia Julia Pia Conſtantis Narbonis Martii*; ſed *Colonia Julia Paterna Cæſarea* &c.

Ibid. 5. Non bene quæ adnotantur de *Prytanibus*.

In DCCLIII. 3. C. P. non ſunt *Cinerarium Poſuit*, vel *Curavit Ponendum*, ſed *Clariſſimus Puer*.

DCCLXIV. 3. nihil hoc fragmentum ad *L. Titium Cerealem*, ſed ad *Minicium Natalem*: hunc ego ſupplere tentavi in Diſſ. de *Leg. Rom.* Extat apud Gruterum.

DCCLXVI. 5. confer cum Grut. CCCCIII. 1. & videndum, num pertineat ad Domitium Afrum, ut vult Muratorius.

DCCLXXIII. 7. COHOR. I. ALP. EQ. E. minime cum Mur. mutandum EQ. P. *Equo Publico*: ſed legendum *Cohortis Primæ Alpinorum Equitatæ*, ut in aliis Gruterus.

DCCLXXIV. 3. in antepenultima lin. *Signiferum Haſtatorum* fruſtra quærit Murat. & ea de cauſa ignorat, quid ſibi velit in penultima SECH. Sed lege in antepen. SIGNIFER *Heres*, in penult. vero *Duplarius* SECundus *Heres*. Vide etiam *Secundum Heredem* infra in DCCXC. 2. Notandum præterea, lin. 3. hunc militem dici *Natione Beſſum* CLAVDIA APRIS, id eſt, ex *Colonia Claudia Apris*, cujus meminere Plinius & alii, quamque inde inter *Beſſos* ſitam fuiſſe diſcimus.

DCCLXXV. 1. N. PAN. non eſt *Numeri Pannonici*, ſed *Natione Pannonio*: Neque *Numeri* ſunt *Legiones*, aut *Legio* ulla *Pannonica*.

DCCLXXVI. 5. nulla Legio III. Valeria; neque apud Grut. 359. ulla leg. XXX. *Valeria Victrix*, ſed *Ulpia Victrix*. Fuit Legio XXX. *Val. Vict.* falſum eſt, hanc ideo dictam *Valeriam*, quod ex Militibus e *Valeria* Provincia collectis formata fuiſſet: cum nulla eſſet Provincia *Valeria*, quo tempore inſtituta eſt hæc Legio. (*b*)

Ad DCCLXXVIII. 2. Omittit interpretationem ſiglæ ∞, quæ eſt *milliaria*.

Ad DCCLXXX. 1. Ubi TRAIECTO IN COH. VII. PRAET. Notat: *Hic primo Trajecti, nunc* Utrecht, *militavit tum Romæ inter Prætorianos*. Imo lege: *Trajectus eſt*, ſeu *Tranſlatus* in Cohortem VII. Prætoriam; exempla præſto ſunt apud Grut. & Inſcr. DCCLXXXVI. 2.

In DCCLXXXVII. 7. ARA. MIL. FR. ARAtione *Militaris Frumenti*, neque, ut putat Murat. ſub voce ARA deliteſcit hujus militis patria. Exempla alibi proſtant.

DCCXCIII. 6. penſitanda.

In DCCXCV. 2. Fruſtra laborat ut *Vivinacium*, vel *Viminacium* quærat in Gallia; Nam hic *Gallus* non Patriæ nomen, ſed viri cognomen eſt.

DCCCXVI. 8. perpendenda.

DCCCII. 7. Fruſtra hæret, eo quo τό POTENTIAS ſit inter nomen & cognomen; exempla hujus rei attulit Reineſius, quem vide.

Ibid. 8. fruſtra in OCCEIS urbis Gallicæ nomen quærit: Eſt OCCEIS*us* in *Gallia*, vel in *Gallæcia* hic miles.

DCCCVII. 4. credo extare apud Gruterum.

DCCCIX. 1. lin. penult. ex ΤΥΜΒΟΡΥΧ..Ι facit ΤΥΜΒΟΡΥΚΤΣ, quæ vox Græca non eſt, vel ΤΥΜΒΟΡΥΧΙΑΣ, quod verbum verſus menſuram corrumpit. Tu lege ΤΥΜΒΟΡΥΧΟΥ.

DCCCXIV. 4. Ex LEG. PRIIT tu minime fac cum Murat. LEG*ionis* PRAEt*oriæ*, ſed LEG*ionis* PR*imae* ITALICAE.

DCCCXV. 1. ſpuria omnino.

DCCCXVII. 3. Nulla unquam legio XXVI.

DCCCXIX. 7. emendanda ex alio authographo.

DCCCXXIII. 7. VETERANO EX NAEFYLECE cave interpreteris cum Maffejo & Muratorio *Templi Cuſtode*. De Naofylacibus conſule Scheffer. de *Mil. Naval. vet.*

DCCCXXV. 1. Siglæ lin. antepen. corruptæ ſunt.

DCCCXXXIV. 2. omnino ſpuria. Nulla legio XXI. *Minervia*, nullæ turmæ legionum, nullæ denique Legiones Equitatæ, ſed tantum cohortes.

DCCCXXXVII. 7. CO. I. NAVT. non eſt *Cohors Prima Nautarum*, ſed *Collegium Nautarum*.

In DCCCXXXVIII. 2. Ↄ. LEG. V MAC. ET. LEG. P. MINERVIAE non eſt *Centurio legionis Quintæ*

(*a*) Salmaſius in d. *Hiſt. Aug.* Tom. I. pag. mihi 533. cit. edit. in *Art. Critic. Lapid.* ſupra inter alia hæc adnotat. Ducenarios *igitur procuratores, Dio vult, dictos a numero pecuniarum, quas in ſalarium accipiebant, quibus ducena ſeſtertia erant conſtituta, hi dicebantur* Ducenarii: *Quibus centena* Centenarii: *Quibus ſexagena*, Sexagenarii.

(*b*) Apud Gruter. loc. cit. verſ. 10. legitur LEG. XXX. VAL. VICT. &c.

Quintæ Macedonicæ & Legatus Primæ Minerviæ; imo legendum *Et Legionis Primæ Minerviæ*. Præterea falſum, Legatos fuiſſe poſt Tribunos, imo ante Tribunos & Præfectos Legionum erant.

DCCCXXXIX. 5. lin. 4. cave cum Mur. legas COH. XV. TVR. VERI. ſed COH. XV. VRB. *Centuria Veri*, nullæ Turmæ in Cohortibus Urbanis, & ubi adeſt nomen *militis*.

Ibid 8. perpendenda.

In DCCCXLI. 1. bene quod ſpuriam eſſe ſuſpicatur: ſed non recte cum Tribunos alis Equitum præfuiſſe fatetur.

DCCCXLII. 1. Emendatior in *Obſ. Litt. Veronenſ.* (*a*).

Ibidem 3. In hac *Principem Equitum Romanorum* excogitat: Sed PRINCEPS hic nihil aliud, quam *Q. Philii* cognomen.

DCCCXLVII. 7. fruſtra Velites in militia poſt Marium quærit.

DCCCLXIV. 3. Perpende notam.

DCCCLXV. 6. Nulla *Legio X. Claudia Pia Felix*, ſed XI.

DCCCLXVIII. 5. reſtituit inſcriptionem: Nullibi Dii omnes *Manes*: Nullibi *Legio XV. Trajana*.

In DCCCLXXII. I. MIL. TER. LEG. II. non eſt *Militi Tricenario Legionis &c.* ſed *Militavit Ter Legione Secunda*.

Ibid. 2. Commentitia eſt LEGIO II. ADIVTRIX RERVM *bellicarum*. lege FRVMENTARIO.

DCCCLXXIX. EN ΑΛΙΕΥΣΙΝ Muratorio eſt *in Maritimis navigationibus*, niſi ſit *in Eleuſi*. Quid *in Ægina Megara*. Vid. quæ dixi in not. ad Marm. Montfauc. T. 1. hujus Theſauri.

DCCCLXXXIV. 4. & DCCCLXXXV. 3. *Pueri Aug.* ei ſunt, qui nunc *Paggi*. Vid. & DCCCXCV. 2.

Ibid. 7. perpendenda.

DCCCLXXXVIII. 8. conferenda cum *Comment. Caroli Patini*.

DCCCLXXXIX. 4. de *Livia* in not. inquit: *quum ipſa palam ſedebat, tamquam Imperatrix*. Vox *Imperatrix* Romanis auribus inaudita; cum enim abeſſet res, nondum verbum inventum erat. Eſt poſterioris ævi commentum (*b*).

DCCCXCIII. 8. ACTOR XXXX GAL. eſt *Actor Quadrageſimæ Galliarum*, non *Galatiæ*.

CMVIII. 6. perpendenda vox LOTAR. unde naſci non poteſt LOTARIA pro *Lotrice*, ut vult Muratorius.

CMXVIII. 4. Fallitur cum de Octavia Auguſti Sorore intelligit, non de Octavia Claudii filia Neronis uxore: ſcrupulum demere poterant nomina trium Claudiorum.

CMXX. 2. Quare Marcella Minor fuerit, quæ Agrippæ nupſit, exponere debuit.

In CMXXII. 36. nihil mutandum; ſed legendum FELIX GERMANICIANVS PVLLARIUS.

CMXXIV. 3. A. IANO. AB. ATRIO. non eſt, ut viſum Muratorio, *Atrienſis ad oſtium* Aulæ, ſive Triclinii, cui *a Jano* nomen erat. Sed potius *Curator Jani Atrienſis*, id eſt, Statuæ, vel imagini Jani in Atrio poſitæ.

CMXXXII. 2. perpendenda.

CMXXXVI. 9. Qui ſint *Fabri Tignarii*, docet Mazochius Epiſt. de *Aſc. Sepulcr.*

CMXXXVI. 13. perpendenda.

CMXLI. 2. nihil mutandum. Vide & CMXLIII. 4.

CMXLVIII. 9. SCALPTORIS VCLARI eſt opificis, qui oculos ſtatuis ſcalpebat, aut gemmis. Alia omnia commenta non attendenda ſunt.

CMLVIII. 1. examinanda verſio.

CMLXI. 6. V. in pen. lin. non *Viatorem*, ſed *Votum*, aut *Voto* ſignificat.

CMLXIII. 3. lin. 5. & 6. lege SCRIBAE AEDILIUM CVRULIUM ET SCRIBAE *Quæſtorio*. Et non *Sacrarium*, ut opinatur Muratorius, quem Veteres pro *Sagriſtano* non agnoverunt (*c*).

CMLXIV. 8. Qui ſint *Tribuni Palatini*, vellem nos docuiſſet Muratorius; ego tantum cognoſco *Tribum Palatinam*.

CMLXVI. 7. Sejoboethum novum Sculptorem creant tum Muratorius, tum ex quo iſte Inſcr. habuit, Falconerius, ex male intellectis locis iſtis:

ΔΑΙΔΑΛΛΑΩΝ ΜΕΡΟΠΕϹϹΙΝ
ΕΜΗϹΑΟ ϹΕΙΟΒΟΗΘΕ
& ΤΟΙΟΝ ΤΟΙ ΠΑΙΑΝ ΑϹΚΛΗΠΙΕ
ϹΕΙΟΒΟΗΤΟϹ
ΧΕΙΡΟϹ ΑΓΑΛΜ' ΑΓΑΘΗϹ
ΤΕΥΞΕΝ ΕΑΙϹ ΠΡΑΠΙϹΙΝ

Primo loco vertendum: *hanc Dei recens nati imaginem ſculpens Boethe, mortalibus reliquiſti, monumentum tua præſtantia in arte tua.*

Secundo loco: *talem Paean, Aeſculapi tui ſtatuam Boethus perfecit docta manus opus.* σεῖο utrobique ponitur pro σοῦ. *Boethus* ſculptor ſatis notus.

CMLXXVIII. 3. CONS. eſt *Conſervo*.

CMXCI. 2. CORNELIAE. A. L. non eſt *Auli Cornelii Libertae*, ſed Auguſtæ (id eſt *Corneliæ Saloninae*) *Libertae*.

MXI. 3. pertinet certe ad Publicanos.

MXIII. 5. accuratius perpendenda. Interim falſum eſt lin. 5. SOLO MI eſſe pro SOLI MIHI e ſuperiore lin. repetendum A SOLO: MI. pro MIhi (*d*).

MXXVI. 5. Quandoquidem Alceſtis dicitur patria *Aphroditiade* ex Aſia, fruſtra hic quæritur *Aphrodiſias* Ciliciæ; intelligenda eſt enim *Aphrodiſias* Lydiæ.

MXXX. 1. Edita minus mendoſe; præſertim ab ἀντιγράφοις Sponio & Welero. Legendum igitur ΑΙ ΔΕΙΣ ΑΘΗΝΑΙ &c. & ΑΙ ΔΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ &c. perfecto ſenſu, qui aliter nullus eſt.

MXXXVII. 8. ΕΚ ΚΕΡΑΜΕΩΝ fruſtra refertur ad *Ceramum Cariae Urbem*. Hic agitur de Demo Athenienſi. Ibi-

(*a*) Confer hanc ad Claſſ. XI. *Supplem.* ubi ad lapidis fidem ex *Obſerv. lit.* Tom. IV. p. 350. & ex *Muſ. Veron.* CCCLXIV. 2. retuli.

(*b*) Vide Cel. Murat. not.

(*c*) Vide Gruter. pag. DCXLIII. n. 4. ubi lin. 4. & 5. ſcribitur:

FILIO. EIVS. SCR. AED CVR. ET SCR. Q. &c.

(*d*) Recte legit Bimardus MIhi; nam verſ. 4. & 5. habetur:

... FABRICAVI. A
SOLO. MI. ET. CONIVGI. MEO &c.

Ibidem ΜΥΡΡΙΝΟΥΣΙΟΥ. eſt Demi nomen.
MXLI. 2. *Coos Inſula* (Murat. in not.) Cos dicitur non Coos (*a*).
MXLVIII. 5. ΕΞ ΕΝΚΛΥΣΕΟΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ vertit *Ex Enclyſeo Patrio Deo*, & de hoc *Enclyſeo* multa quæritat. Sed legendum ΕΞ ΕΝΚΕΛΕΥΣΕΩΣ *ex imperio, juſſu patrii Dei;* ideſt *Marna*.
MLVIII. 6. In Inſcr. Athenis reperta, ubi occurrit ΜΕΛΙΤΕΥΣ notat in Mari Hadriatico eſſe Melitam inſulam; ſed, cum ejus cives ex Stephano dicerentur Melitæi, ſermonem hic eſſe ait de celebriori *Melita*, cujus cives *Melitenſes*: neutra hic intelligitur, ſed pagus Atticus, de quo vid. Meurſ. & Spon.
MLIX. 2. Græca non bene converſa.
MLX. 7. ΜΥΡΡΙΝΟΥΣΙΟΥ non ex urbe Æolidis, ſed ex pago Attico.
MLXI. 7. DECVMANI NARBONENSES ei ſunt, qui Decimas ab aratoribus exigebant.
MLXIV. 2. 3. Perpende Muratorii notas.
MLXV. 7. Perpende ſimiliter adnotationem.
MLXVI. 3. ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ in Athenienſi marmore ei eſt ex *Paeanio* Acarnaniæ oppido; imo *Atine* ex pago Attico, de quo Meurſ. & Spon.
MLXVII. 2. a quo unquam dictus fuerit *Ordo Populi*, neminem novi.
Ibid. 4. IIVIRI. D. M. P. ipſe ait, reſtitue IIVIRO & ſiglas interpretare, *Decurioni Municipii Placentini*: Sed interpunge rectius, & nihil muta IIVIR. I. D. M. P. id eſt, *Duumviro Juridicundo Municipii Placentini*.
MLXXIV. 7. 8. 9. 10. 11. 12. in Nota fruſtra quærit duas *Pruſias*, præter tres a Geogr. memoratas. *Tres tantum* Pruſias, inquit, *Bithyniæ memoratas habemus a Strabone*, *Plinio*, *Photio*, *Stephano*. At ego inquam, nulla urbs unquam dicta fuit *Pruſia*, ſunt duæ *Pruſae*, altera ſub Olympo monte, altera ad Hypium fluvium, tum *Pruſias* ad mare. Nulla ex his in recto fuit dicta *Pruſia*, quod neceſſe foret, ut in plurali accuſativo tres Pruſias dicere liceret.
MLXXX. 1. Non recte ſuſpicatur accidiſſe aliquid in prima Olympiade; non enim hic de ludis Olympiacis agitur, qui in Elide celebrabantur, ſed de aliis ad imitationem magnorum Olympicorum Sebaſtopoli inſtitutis, ut in variis aliis urbibus Aſiæ. Vid. Spanhem. Epiſt. ad A. Morell.
MLXXXIX. 1. Quærit an CIV. TRIBOCORVM ſit *Brocomagum*, aut *Helcebus*, tum aliquid ſuſpicatur de *Argentorato*. Non bene hæc adducuntur: CIVITAS TRIBOCORVM idem eſt ac *Reſpublica Tribocorum*.
Ad MXCIII. 6. ait de *Veſontione, nunc in Ducatu Burgundiae*; imo in comitatu Burgundiae.
Ad MCX. 1. *Optatus* non fuit *Libertus C. Paquii Pardalae*, ut aſſerit Murat. ſed e contra.
Ad MCXI. 7. *Narbo Martium*, ſed lege *Narbo Martius*.
MCXV. 6. 7. notandæ.
MCXVII. Quid SALIUS MARTIALIS CAPULATUS?
MCXXVI. 4. non monuit extare apud Gruterum (*b*). Confer verſionem Latinam cum mea.
MCXXIX. 6. ΑΜΕΛΙΣΑΡΧΩ &c. *Amelius Iſarcho* Non recte. Lege ΑΜΕΛΙΟΣ ΑΡΧΩΝ. ΤΕΚΝΩ ΑΜΩΜΩ: ΣΕΙΩ. *Filio* (fort.) *Inculpato Suo*. Lege *Filio Inculpato Juſto*.
MCLIII. 11. De *Frumento accepto* adnotandum.
MCLVI. 3. TERETINA non Patriam ſignificat, ſed Tribum.
MCLX. 6. Corruptiſſimam hic ex Marchione Alexandro Capponio N. V. & non bene tranſlatam profert, quam MLXXII. 3. a Bimardo recte emendatam dederat.
MCLXXXIX. 9. ΜΑΞΙΜΑΝ ΤΗΝ ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗΝ, vertit Murat. *Manimautem, quae & Irene*, imo *Maximam, qua & Irene*.
MCCVI. 9. Non monuit exſtare apud Gruterum, lineamque fere integram omittit, in qua reperitur vox AREP. de qua in nota dubitat (*c*).
T. III. MCCXXXIX. 11. ΑΝΠΕΛΙΣ *Anpeoes*, nomen pariter ignotum, ſive pro virili, ſive pro feminino accipiatur. Lege ΑΜΠΕΛΙΣ *Ampelis* nomen notiſſimum. Eadem ſine ulla mutatione iterum editur MDXVIII. 8.
MCCXLI. 11. ΕΥΧΡΩΤΙ; male ſuſpicatur Muratorius legi poſſe ΕΥΕΡΩΤΙ *bene Amanti*.
MCCXLII. 7. ΑΠΟΛΑΥΣΤΗ hic non eſt *Delicioſa*, ſed nomen proprium.
MCCLXX. 6. conferenda cum *Gruterianis* & exponenda, reſtituendaque (*d*).
MCCLXXVI. 7. *Campania Colonia* explodenda (*e*).
MCCLXXXII. 11. penſitanda.
MCCXC. 1. l. 3. ΘΑΝΗΡ. lege Ο ΑΝΗΡ.
MCCXCII. 7. D. M. ET. AET. M. L IVLII. QVARTILLI &c. *Aetius fuit iſti nomen a manumittente &c.* Nullus hic eſt Aetius. Imo legendum D. M. ET AETernae Memoriae L. IVLII &c. (*f*). MCCXCVII.

(*a*) Coos, Cos Strab. Ptol. inſula maris Ægæi Cariæ adjacens. Ferrar. Lexic. Geograph. ex Edit. Mich. Ant. Baudrand. V. Coos.
(*b*) Pag. DCCIII. 1. Gruterus hanc latinam non reddidit; & Muratorius accepit a Clariſſ. N. A.
(*c*) Hanc Muratorius acceperat ab ipſo Bimardo, & putavit accuratiorem eſſe ea, quæ adfertur in Hiſt. Acad. Reg. Pariſ.
(*d*) Ex Grutero DCCXLIV. 1. hic reſtituitur:

D. M
Q. TITIO. SERTORIANO
Q. TITIVS. SEVERVS
FILIVS. QVEI. COLL
ANN. DEDIT. HS. CCCC. N
AD. ROSAS. ET. ESCAS. DVCEN
DAS. EI. OMNIBVS. ANNIS

(*e*) Muratorius ipſe in not. ad cit. Epig. ait: „ Cenſet eruditus quidam vir, hanc lapidi interpretationem eſſe adhibendam: *Sedato Coloniæ* (Capuæ ſervo Publico) *Campania* (ex Campania nomen in manumiſſione adepta) „ *Phronimæ Patri* &c. Ingenioſa, ſed audax interpretatio. „
(*f*) Ipſemet Muratorius idem recognovit in *Addend. & Corrig.* pag. 14 Tom. IV. ubi ait: „ Dele notam & ſcribe: „ Ideſt, *Dis Manibus*, *& Æternæ Memoriæ L. Julii*.

MCCXCVII. 7. nota expendenda. Conf. cum MCCCIV. 1. MCCCV. 13. MCCCXII. 4. MCCCLIV. 10. MCCCLXII. 8. MCCCLXIII. 13. MCCCLXXIII. 14. MCCCXCII. 13. MCDIX. 6. MDCX. 3.

MCCCIV. 7. Conf. not. Murat. cum iis, quæ dixi in Epiſt. ad Mazochium.

MCCCXXI. 10. Græcam reſtitui poſſe puto.

MCCCLVIII. 5. Quærenda apud Grut. (*a*).

MCCCLX. 5. Siglæ S. A. S. Sunt *Somno Aeternali Sacr.* (*b*).

MCCCLXXII. 11. Incertum an ibi de *Stellatina* Tribu agatur, & ipſe eandem referens MCCCLXXIV. 2. Aliter omnino interpretatur dimidiatas voces (*c*).

MCCCLXXVI. 11. Emendanda verſio e Græco.

MCCCLXXXII. 8. OCTAVIAE FELICITATI. SIGNO. LEONTI. & inf. AVR. FELICISSIMVS. SIGNV. LEONTIVS. putat Mur. hic deſignari ſignum quoddam, quo loculus in ſepulchreto, vel Columbario dignoſceretur, & loculo horum conjugum appoſitum fuiſſe ſignum leonis. Non recte: *Signum* eſt *populare agnomen*, ut fuſe expoſui in Diſſ. de *Orig. Cularon.* (*d*) *Et Epiſt.* ad Mazoch.

MCCCXCVII. 1. Extat alibi, lin. 5. ΤΡΙΣΣΟΝ non bene vertitur *Duarum*. lin. ult. ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΕΙΑΣ nomen eſt proprium feminæ.

MCDXXV. 9. eſt apud Sponium.

MCDXXXIII. 7. penſitanda.

MCDXXXVII. 13. Verſio mutila.

MCDL. 1. reſtitui & verti poteſt.

MCDLI. 6. lin. 2. Λ. ΑΤΕΙΛΙΟΣ ΚΑΙ ΣΕΙΛΙΑΝΟΣ *Lucius Atilius* & *Silianus* .... *facit*. At ſi diverſus eſt *Atilius a Siliano*, ſcribendum fuit: *fecerunt*. Sed legendum ΚΑΙCΕΛΛΙΑΝΟC *Caeſellianus*.

MCDLIV. 2. ΑΝΤΙΔΙΟΝ ΤΕΡΤΙΟΝ ΝΩΝΑΙC eſt quod latine dicitur: *Ante Diem tertium nonas*. Ead. iterum MDXXXI. 2. (*e*).

MCDLX. 7. facile reſtituenda.

MCDLXIX. 1. vertenda.

MCDLXXX. 1. confer cum Fabr. pag. 749. n. 562.

MDII. 11. reſtituenda & accuratius vertenda.

MDXIV. 3. recens videtur & affectationis plenum epigramma (*f*).

MDXVII. 14. P. Q. XVIII. id eſt, inquit Muratorius, *Pedes Quaquaverſum Octodecim*. Malim ego *Pedes Quadrati* XVIII.

MDXIX. 4. nihil deſideratur, licet contrarium aſſerat Muratorius.

MDXXI. 13. reformanda & vertenda.

MDXXXIII. 9. videndum an ſit *Tribus Matia.*

MDXXXVIII. 9. recte quod *Publicum* hic pro ſervo publico non accipit; nam iſte *Vernam* habuiſſe dicitur.

MDXL. 10. Notandum de *Mamma*.

MDXLIV. 10. Diverſa ſunt Patroni, & Liberti nomina, quod & in aliis notandum, & cauſa inveſtiganda, nempe MDLXIII. 5.

Ad MDLXI. 12. docendum quid *Janus Medius*.

MDLIV. 11. Spuriam puto, ſin minus inter ſepulchrales non debet reponi.

MDCXXXIII. 1. ECTON EMON ΠΑΝΤΟΝ TVTO EMON. Mur. *Sextum meorum omnium eſt: hoc meum*. Non bene & nullo ſenſu. Ignorans lapicida literis Latinis ſententiam hanc Græcam expreſſit, quæ ſic Græce ſcribi debet ἐκ τῶν ἐμῶν πάντων τοῦτο ἐμόν; *ex omnibus meis* (bonis). *hoc meum, ideſt, Solum mihi ſupereſt ſepulcrum*.

In MDCXXXVII. 17. Quærendum, quid DORITANVS.

MDCLXXXVII. 2. epigramma Neapolitanum non recte converſum.

MDCXCIII. 12 aliquot errata in verſione alterius Epigrammatis.

MDCCIV. 7. non bene verſa.

MDCCXV. 8. de *Follibus pecuniae ſpecie*, *ſingularem Diſſertationem dediſſe Petavium S. J.* affirmat Muratorius. At de his, ni fallor, tantum diſſeruit in *Animadverſ. adverſ. Salmaſ. ad Tert. de Pall.* & in *Maſtigophoris*.

MDCCLX. 1. *Cn. Valerius Soranus* memoratus in hac Inſcript. nihil commune habet cum *Valerio Sorano* Ciceronis familiari.

MDCCLXVII. 18. *Sacra Aula* pro Cœlo quæras.

MDCCLXXVI. 3. conf. cum not. Smith. ad *Mon. Palmyr. p.* 45.

MDCCXCII. §. 3. aut potius *Scenicos*, imo lege *ſcenicos*, eſt σκην, non σκιῶν.

MDCCXCIII. ad §. 8. *Ita Auguſtodunum Aeduorum* (*Gallice* Autun) Conſtantiæ, *ſive* Conſtantinæ *nomen ſibi procuravit*. Falſum ex male intellectis Eumenii verbis in *Gratiarum Actione ad Conſtantinum Aug. qua Vide* (*g*).

Ibid. ad §. 9. inter Chriſtiani nominis hoſtes reponit Philoſtorgium cum Zoſimo, Libanio & Juliano Cæſare, unde quis putet gentilem fuiſſe Philoſtorgium, qui tamen Chriſtianus fuit, ſed Arianiſmo infectus.

MDCCXCIV. §. 10. inquirendum, utrum Conſtantinus lege lata omnino Gladiatoria ſpectacula prohibuerit.

MDCCXIX. 2. Quia de cauſa ſpuriam illam cenſeat Murat. dicere debuiſſet.

Ibid. 5. alia & potiora dixi in marg. Miſc. Sponii.

MDCCC. 2. male deſcripta, ſed ab omni falſi ſuſpicione immunis eſt.

CLA-

(*a*) Pag. DCIX. 8. ubi varians, & quatuor poſtremi verſus deſiderantur.

(*b*) Murat. loc. cit. ad d. Epig. ait: Siglæ S. A. S. explicandæ *Securitati Æternæ Sacrum*.

(*c*) Idem loc. cit. ad hanc Epig. inquit: *Dele notam & Scribe*: Legendum opinor MARIO STEPHANO VLPIA ZOE Conjugi *dulciſſimo*.

(*d*) Vid. Murat. Tom. I. col. 88. & ſeq.

(*e*) Ibi quoque Muratorius explicat: *Ante Diem tertium Nonarum*.

(*f*) Hanc iterum edidit Cl. Bonada Tom. II. Claſſ. VII. n. 6. pag. 226. aliquantulum variantem: Et in adnotat. ſcribit: *Hoc ſi Epigramma conferas cum Jo. Joviani Pontani Naniis, aut earum hanc partem eſſe aliquam ſuſpicabere, aut eas hinc aliquid mutuatas eſſe. Jure delendum, ait Muratorius, nomen poeta excidiſſe*.

(*g*) *Panegyrici Veter.* pag. 257. Edit. Pariſ. 1655.

CLARISS. CANNEGIETERI
EPISTOLA
AD CL. V. IACOBVM PHIL. DORVILIVM
DE INSCRIPTIONIBVS QVIBVSDAM SYLLOGES MVRATORIANÆ.

MIrifice ſum delectatus Theſauro Inſcriptionum, qui a Cl. Muratorio nuperrime editus eſt, lucubrationibuſque Nobiliſſimi Viri Joſephi Bimardi, quae Tomo primo praemittuntur, doctis hercle & laborioſis. In horum virorum merita exſpatiarer hoc loco, ſi iis praedicandis par eſſem, aut leges, quas Miſcellaneis tuis ſcripſiſti, ferrent. Volitant illi per ora virûm, poſteraque ſemper creſcent laude recentes. Quae vero cognoſcenti illorum ſcripta in mentem mihi venerunt, paucis tibi exponam, Vir Clariſſime, quo nemo peritius, cum de re ipſa, tum de meo in aeſtimandis ſummorum Virorum meritis animo judicare poterit; id, quod addo, ne quis ignarus de meo hoc conatu forſitan aliter exiſtimet.

* Tom. I. pag. 10. Illuſtris Bimardus proponit Tabulam in Neuſtria olim inventam. Ante Sponius illam dederat; Neque longo abhinc annorum intervallo grande illud Italiae ſuae decus Scipio Maffejus, in epiſtola ad Paullum Galeardum, quae inſerta eſt Galliae Antiquitatibus pag. 82. Pleraque, quae diſcrepant in horum editionibus, in medio ſint; cauſſas diſcrepantiae, qui volet, ex Bimardo cognoſcet; qui fata marmoris hujus, qua eſt in venerandae vetuſtatis monumentis tractandis maxima induſtria, perſequitur. Tabula illa habet:

IN PROVINCIA LVGDVNENSI QVINQVE FISCALES CVM AGEREM. Maffejus *Fiſcali* ... edidit, lacunamque vocis ſupplet *fiſcalia* legendo. Rectiſſime, ſiquid video. In lapide apud Fabrettum Inſcript. cap. 9. num. 290.

FECI
SECVRE SOLVS SEMPER FISCALIA MANCEPS.

diſcimus ex his lapidibus, alium *agere*, alium *facere* fiſcalia. Agit Procurator Caeſaris locans ea, & mercedem dein a mancipe aut conductore, id eſt, publicano, exigens. Sed *facit* manceps aut publicanus, dum ea cogit, ſeu colligit. *Agit* Magiſtratus, atque is, qui pro Magiſtratu eſt, *facit* privatus. Ille commodo Reipublicae, hic ſuo. Inde locutiones *agere cum populo*, *agere leges*. Contra *facere medicinam*, aliamve artem quaeſtus ſui cauſſa. Quod ſi fiſcalia egit in Provincia Lugdunenſi Aedinus Julianus, intelligimus, in illa eum Procuratorem Caeſaris fuiſſe, aut Rationalem. Et quia deceſſor ejus Claudius Paullinus in Concilio Galliarum, ex conſenſu provinciarum accuſatus eſt, eo jure, atque ea poteſtate fuiſſe puto, qua fuit dein Rationalis rerum privatarum per Gallias, cujus meminit Notitia Imperii Occidentalis. Mox iſte Claudius Paullinus Legatus Aug. Pr. Pr. appellatur, quo honore illum puto deinceps eſſe functum, ut & Leg. Aug. Pr. Pr. provinciae Britanniae. Quae vero illa quinque fiſcalia fuerint, ex te, Vir Eruditiſſime, cupio diſcere, aut ex eo, cui Lugdunenſis provinciae natura, & ratio antiqua penitus perſpecta eſt.

Sequitur in Tabula: PLEROSQVE BONOS VIROS PROSPEXI. Maffejus habet *perſpexi*, quod magis probo, & congruit vulgato Latinorum Scriptorum ſermoni, a quo tamen haud raro recedunt monumenta ſculpta.

PROPTER SECTAM intellige hoc loco ſacerdotium. *Qui Deos colit*, ut eſt apud Statium, *Sacerdotes amat*. IN CONCILIO GALLIARVM veriſſimum puto, quod egregie docuit Ill. Bimardus, Concilium hoc Galliarum Lugduni fuiſſe habitum, in loco Gallis omnibus, ob ea, quæ memorat Strabo Lib. IV. pag. 208. opportuniſſimo. Habitum autem ad templum & aram Auguſto excitatam communi Galliarum omnium decreto, teſte Strabone Lib. IV. pag 192. Neque enim ibi ſacrorum tantum cauſſa coibant Galliarum proceres, ſed & conſiliorum de re ſua publica. Vid. Dion. Lib. LIV. pag. 544. haud aliter ac Latini in monte Albano, ac Jones in Panionio, quo de Strabo Lib. XIV. pag. 639. Stephanus de Urb. τέμενος ϗ πόλιν nominat in littore, ſi nemus, aut lucum deſignat; dicas ſimile fuiſſe τέμενος illud Galliarum ad Lugdunum, quod Galli ex relligione antiqua in lucis & nemoribus conveniebant. Fuit praeterea ad Araris & Rhodani confluentes, ut eſt in Livii Epitome 136. Quod flumina Galli numina praecipua habuerunt. In Lugdunenſe hoc gentium concilium & panegyrin, atque in hunc lucum admiſſi ad dicendum Gallorum Rhetores, magna cum procerum ex omnibus Galliarum regionibus, tum Romanorum civium frequentia, de qua Strabo pag. 129. Nec mirum ſi tota mente, atque omnibus artubus contremiſcentes umbratici illi doctores verba fecerunt, unde Juvenal. Sat. I. v. 42.

Palleat, ut nudis preſſit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

Nam quod Viri docti omnes, quot ſcio, pavorem hunc ferularum, & lingendi ſcripta ex juſſu Caligulae, de quo Sueton. cap. 20. arguunt, in eo,

* Vid. ejuſdem Cl. *Bimardi* de *addendis*, *mutandis*, *atque corrigendis in ſuis Diſſertationibus*, quæ in Tom. I. *Theſ.* *Muratoriani* reperiuntur, Præfatiunculam in Secundo Tomo inſertam.

eo, ſi quid judico, a vero aberrant. Nam neque conſtat, certamen illud Lugduni fuiſſe inſtitutum; neque, ſi fuit, ad Juvenalis, aut Suetonii aetatem duravit. Imo videtur dubitare Suetonius, an alicubi terrarum id fuerit. Ita namque ille: *Edidit & peregre ſpectacula. In Sicilia Syracuſis baſticos ludos, & in Gallia Lugduni miſcellas. Sed & certamen quoque Graecae, Latinaeque facundiae.* Vides non addi locum iſtiuſmodi certaminis. Et, ut animadvertas rem dubiam viſam Suetonio, ita pergit: *Quo certamine* FERVNT *victoribus praemia victis contuliſſe, eorundem & laudes componere coactos; eos autem, qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.* Panegyriſtarum iſtiuſmodi in Gallia orationes habemus Principibus dictas, Rhetoraſque aetate ſua celebriores recenſet Auſonius. Ex quibus licet intelligere, non loco vili habitos fuiſſe in ea gente.

T. SENNIO SOLLEMNI SOLLEMNINI FILIO. Non dicit praenomen, ſed cognomen; quia, ut ante praenomine, ita dein cognominibus diſtinguebantur agnati. Sic pag. 107. M. Magi Potentini filii memorantur, alter cognomine Macrini, alter Attilii. Quare fratres nonnunquam iiſdem praenominibus appellatos videas. Nec erravero forte, ſi exemplum adduxero ex pag. VI. num. 1. Muratorii Inſcr. ubi duo P. Curtii P. Filii, alter cognomine Victor, alter Primus. Certe huc pertinet pag. 79. 2. NEMONIA CALLISTE NEMONI EVTYCHETIS CVM DVOBVS N. M. FILIIS EVTICHIANO ET GEMELLINO. pag. 94. n. 9. D. VETVRIVS ANTIGONVS D. VETVRIVS SP. F. D. VETVRIVS ALBANVS PATER CVM FILIIS. Exempla alia aliunde ſuppetunt.

RECEPTA EX. Haec, & quae ſequuntur, vitiata erant temporis diuturnitate in lapide, ut notatum Maffejo. Equidem ea, ut tradita ſunt a Bimardo, ſana praeſtare nolim. Mihi multa obſcura, parumque apta videntur. In his, ut cetera omittam, *judiciariae ferrariae*, Maffejus habet *judici arcae ferrar.* Arcam intellige ferrariarum fabricarum, quas duas meminit in Lugdunenſi Provincia Auctor Notitiae Imperii Occidentalis, alteram Matiſconenſem ſagittariam, alteram vero Auguſtodunenſem loricariam. Adde Maffej. in Galliae Antiq. epiſt. 14. Neque judicium de ferrariis his, atque arca earum, alienum eſt a perſona tribuni militum, qui in Tabula noſtra dicitur fuiſſe Valerius Florus. Tribuni namque armorum curam, imo & judiciorum inter milites gerebant. Non vero ſolus judicabat de fabris Tribunus, ſed una cum Praefecto fabrûm, qui proprius eorum judex appellatur a Vegetio Lib. II. cap. 11.

Ceterum fuerunt ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum, ut nos docet Notitia Imperii & Nov. 85. quae ad Baſilidem Magiſtrum ſacrorum officiorum eſt ſcripta. Adde L. 6. & 7. C. de Fabricens, quae ad Euſemium Magiſtrum officiorum. Sciendum autem in ferrariis illis, atque in armamentariis milites opera feciſſe. Ita miles baltearius ex armamentario Auguſtorum apud Reineſ. pag. 541. n. 89. Fabrett. Inſcr. pag. 572. n. 145. miles Caſſidarius ex armamentario Caeſaris Domitiani Germanici Fabret. n. 147. Reineſ. n. 70. miles Sagarius Fabret. n. 148. Reineſ. n. 71. Neque iſtiuſmodi tantum officinis, quae ad militiam ſpectabant, ſed & in figlinis & lautumiis. Inde opera dolearia legionum nominibus notata, maxime per Rheni limitem. Cujus rei monumenta plurima exſtant in his terris, id eſt, ad Rhenum. Vid. Scriver. Antiq. Batav. pag. 186. Grut. pag. 514., 515. Cauſſa tantum laborum erat, ut iis in officio continerentur milites, atque a ſeditionibus prohiberentur. Quare non ſequor hic Ill. Bimardum, qui arcam ferrariam in illa Tabula intelligit, non ἐκλογεῖον, ſed σιδηροτεχνεῖον. Fuerunt autem operarii illi milites in armamentariis, atque haud dubie etiam in aliis officinis, per decurias diſtributi. Huc pertinet decuria armamentaria infra apud Murator. pag. 83. de qua aliter Muratorius. Sed ad Tabulam redeo: quid autem hoc? Tribunus LEG. III. AVG. fuit judex arcæ ferrariæ in Provincia Lugdunenſi? Unquamne autem ea legio in Gallia tetendit? illa enim, teſte Dione, quod & Bimardo obſervatum, caſtra habuit in Numidia. Neque dicendum, Valerium Florum, qui hoc tempore judex arcæ ferrariæ erat, antea fuiſſe Tribunum. Oſtendimus namque, judicium illud convenire tribunatui. Quare dicendum, Alexandri Severi & Maximini tempore (altero autem poſt necem hujus anno monumentum poſitum eſt) ad propulſandum Germanici belli periculum legionem tertiam Auguſtam in Gallias eſſe traductam, quo multas copias ex regionibus, ſub alio ſole calentibus, traductas narrant Herodianus, Capitolinus in Maximinis, & alii: aut, quod verius puto, numerum legionis in ſcabro lapide, & vitioſa, exeſaque ejus parte minus vere deprehenſum eſſe. Forte junctæ fuerunt duæ priores lineæ, ut exiret numerus VI. quæ legio in lapide antiquo Gruteriano Auguſta cognominatur. Quanquam enim utramque ſextam (duæ enim fuerunt) a Gallia removet Dion, perſpexi tamen ex monumentis haud paucis, alteram ad Rhenum, atque in Gallia habuiſſe præſidia. Haud ita pridem lapidem unum detexi, quem Vexillarii Leg. I. Minerviæ, Legionis VI. Victricis, Legionis X. Geminæ Herculi Saxano poſuerunt. Dabo monumentum hoc opportuniore loco, haud longe abhinc intervallo ex terra erutum:

V. MONVMENTVM, id eſt, *Vivo Monumentum.*

CLAMIDEM CARBASINAM DALMATICAM. Chlamidem carbaſinam in feminis fero, novimuſque Gallicas feminas lineis veſtibus delectatas fuiſſe. Forte autem Carbaſina per ſe ſenſum abſolvit, ut Dalmatica & aliae enarratae Iſidoro Orig. 19. cap. 22. Nihil addo amplius, quia incerta eſt ſcriptura.

TOSS AM BRITT. Toca & Tocha a Cangio exponitur rugatus pileolus, credo eandem eſſe tochæ, quam Bimardus dicit. In lexico Britannico Latino, quod in Originibus Gallicis edidit Boxhornius, reperias *Tocc pilius.*

Diſſer-

Diſſertat. 1. cap. 4. pag. 16.

Veter. coh. vi. pr. loco ii. vir. Multa comminiſcitur eruditiſſimus Bimardus, ut, quid *loco* hic valeat, nobis eruat. Quid ſi dicamus *Logodunum* ſignificari, id eſt, Lugdunum? Varie hæc vox exaratur in monumentis antiquis, ut multæ voces Gallicæ & barbaræ Λυγδῶν, Λυγιδῶνον, *Lugdunum*, *Lygdunum*, *Lugodunum*, *Lugudunum*, aliisque modis. Obſervandum autem, Catronium, qui in hoc monumento memoratur, in aliis oppidis, atque regionibus alios honores geſſiſſe, Lugduni duumviratum, pontificatum Arimini, præfecturam pagi Epotii, quo nomine hunc pagum deſignat Ill. Bimardus, flaminium Auguſtale ad Deam. De ſcriptura *loco* pro *logo*, uſuque promiſcuo C. & G. dicetur infra. Verum impenſius placet *loco* hic poſitum pro in hoc loco, ſive in hoc municipio. Sic Murator. Inſcr. pag. 44. n. 4. *III. vir loco*. Auguſtales loci N. id eſt, noſtri apud Fabret. Inſcr. pag. 404.

Diſſert. 1. cap. 5. pag. 24.

MVNER. G. POMP. MART
ESSE. LIB
FAVSTVS .... XXXVII.
N̄. ARABVS
EVCHE. CONTVBERN. DE. SVO (*a*)

Graſſerus (quod miror non animadverſum Bimardo) in Antiquit. Nemauſ. pag. 79. vocem *ſodali* præmittit: hoc modo. *Sodali muner.* inventam haud dubie in ipſo lapide, quam vocem & res ipſa requirit. Si deſiderabatur ea tum, cum Ill. Bimardus lapidem inſpexit, temporis edacitate, negligentiave, aut injuria hominum eam exoleviſſe puto. Sodales munerum fuerunt munerarii, qui ſocietatem inierant aut edendi, aut locandi gladiatores ad munera iis Magiſtratibus, qui edere volebant. Hujuſmodi ſocietates fuerunt factæ ad locandos equos Circenſes, unde in monumento Gruteriano pag. 338. n. 2. M. Aurelius magiſter dicitur, & ſocius, dominus, & agitator factionis praſinæ. Nam Romæ quidem Magiſtratus, omneſque illi, qui munera dabant, e ſuis ludis gladiatores edebant, in quibus ludis magnas copias alebant. Sed alia ratio fuit magiſteriorum municipalium & colonicorum. Qui, ut erant tenuiore fortuna, abhorrentes a damnoſa iſtiuſmodi ſagina, ſicubi muneris edendi neceſſitas eſſet, gladiatores a ſodalitatibus conducebant. Atque inde Exercitor Factionis in Murat. pag. 83. n. 5. quæ vox nota ex jure Romano. Nec audio Muratorium, qui exercitatorem hic intelligit. Fuit autem C. Pomp. Mart. & ſodalis & Eſſedarius, (veriſſime namque Eſſedarium hic ſignificari monuit Bimardus) id eſt, fuit non tantum ſodalis & ſocius ſodalitatis ejus, quæ gladiatorum ſuorum operam locabat, verum ipſe quoque auctoratus eſſedo pugnabat, haud aliter, atque M. ille Aurelius & ſocius fuit, & agitator. Alii alia ad ludos locabant. Choragi ea, quæ ad ſcenicos pertinebant.

Diatriba de Dis ignotis cap. 8. pag. 59.

Apollini Granno Magonno Q. Sicinivs Trio d. s. d. Apollinis Granni aræ pleræque ad oppidum Laubingen Auguſtanæ Diœceſis ſunt inventæ: vid. Grut. pag. 37. n. 13., 14. pag. 38. n. 1. 2. 3. quare nominis cauſſam, atque originem in illo loco, regioneve quærendam puto. Abſque eo ſi ſit; nomen hoc a Grannona, aut Grannono repetere auſim, quæ oppida recenſentur in Notitia imperii a Pancirollo edita pag. 174. Utrumque oppidum (Valeſius unum fuiſſe opinatur) in littore Armoricano, illud in Saxonico fuiſſe dicitur, unde cultus illius Apollinis facile in oppoſitam Britanniæ inſulam migravit. Do lubens, Mogonnum, in eodem lapide ſacratum, diverſum eſſe Apollini, ſed a Moguntiaco amne nomen habere tum credam, cum quis lapidem, aut monumentum ejus aliud produxerit ad illum amnem inventum, a quo Herburg in Alſatia (qui locus eſt inventi lapidis, quo de agimus) aliquot paſſuum millibus abeſt.

Append. cap. 1. p. 64.

SOLIMARAE
SACRVM
AEDEM CVM SVIS
ORNAMENTIS
FIRMANA. C. OBRICI. E
MATER
D . S . D

Bimardus unam vocem videtur accipere *Solimaram*. Ego dubito. Nam Soli & Mare data eſt hæc ædes. Solis, ſive Apollinis cultus in Gallia viguit, aut *ſoli*, id eſt, terræ *Maram*, loci genium interpretor, ſic *ſoli adytuus* Sueton. in Aug. c. 5. Maras enim nymphas Gallorum, & ſoli, locique genios cognovimus. Confirmat meam opinionem, quod multas Matres Mairas & Matronas Gallorum, Britannorum, vicinorumque populorum ex Keyſleri Antiquitatibus Septentrionalibus accepimus, cognomine, aut dicam potius loci nomine diverſas, nullam tamen duobus nominibus conflatam.

Nihil verius hoc Bimardi monito pro *Obrici E* legendum eſſe *Obrici F.* Sed quid hic *Mater?* Scio, matres in monumentis ſcribi, verum ita ut diſtinguantur a liberis; ſed nulla hic illius rei cauſſa

(*a*) Vide Murat. l. cit. col. 23. & ſeq. ubi hanc Epigraphen ter repetit, ſcilicet ex Graſſero, ex Marmore, & ex Epiſt. MS. Sorberii, & variantem. Eſſet ad marmor Kanegieterana, ſi verſum 3. ita afferret: FAVSTVS..... D. XXXVII.

cauſſa. Paucis dico, mater hic ſacerdotem ſignificat, aut ſacerdotum antiſtitam. Hæc honeſta, hæc pia monumenti illius cauſſa eſt, quod ipſa ſacerdos ædem cum ornamentis Deæ ſuæ dedit. Mater ſacrorum appellatur in monumento Veſontienſi, quod primum in lucem ex tenebris protraxit & commentariis ornavit Chiffletius, deinceps expoſuit Reineſius Inſcr. Cl. 5. n. 14. pag. 362. de qua Inſcriptione dein plura dicemus, atque ita Pater ſacrorum Gruter. pag. 1102. n. 2. adde Reineſ. pag. 96. & Havercamp. ad Tertull. Apol. c. 8. Tranſiit appellatio hæc ad Chriſtianos, & durat in monaſteriis pontificiorum, in quibus Patres, Matreſque dicuntur. Inde & Abbates & Papæ nominati. Pater patratus priſcis Romanis notus. *Mater nata & facta* eſt in Inſcriptione Colonienſi in Sylloge Murator. pag. 165. n. 5. Sacerdotium ejus appellatur ibi *matratus*. Ad quem lapidem dein plura a nobis proferentur. Cave autem Deam Semelam Bacchi matrem accipias. Semela illa Colonienſium Dea Topica fuit. Nollem Muratorius pag. 114. n. 1. Hominis ſepulcrum, non votum Deo lapidem dixiſſet. Nam, ut mittam ædem, ſacrum quid illæ notæ D. S. P. *de ſua pecunia*? Sepulchro ea an ſtatuæ, aut templo conveniunt? Cujus, niſi ſua pecunia, mater filiæ ſtatuat monumentum ſepulchrale? non ergo opus hoc addito in ſepulchro. Contra vero in illis, quæ non tantum ſuis, ſed & alterius, & publicis impenſis dabantur, id neceſſarium.

Diſſertat. cap. 2. pag. 91.

Egregia prorſus ſunt, quæ Ill. Bimardus de legione prima Minervia, ſignatoque per Conſules militiæ anno. Faxit Deus, animumque addat præſtantiſſimo Viro, ut perficiat opus, quod meditatur, de Romanorum legionibus, earumque præſidiis, & hibernis, quod unum deeſſe videtur ſcriptoribus, monumentiſque antiquis illuſtrandis. Minerviam legionem Στρατόπεδον Ἀθηναῖον nominat Dion. Lib. 55. Ἀθηνᾶς in Marmore Muratorii pag. 150. num. 1. quod nollem tentaſſet Vir Clariſſimus. Quod autem negat, & acriter pugnat adverſus Fabrettum Bimardus pag. 98. centurionem primipili aquilam non geſtaſſe, in eo me aſſenſorem non habebit, prohibetque Vegetius de Re Militar. Lib. 2. c. 8. *Vetus autem conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primipili, qui non ſolum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos in prima acie gubernabat.* Quibus verbis nihil diſertius. Valet quoque idem Vegetii locus ad retrahendum ab offenſione Fabrettum, qui, ut Ill. Bimardus docet, Aquiliferum, & primipili centurionem ex Cæſare Bell. Gall. Lib. 3. cap. 64. eundem exiſtimavit primo principi. Porro non debuit Fabretti illam ſententiam, quam priore loco poſui, novitatis inſimulare, quam dudum Lipſius docuit, multiſque argumentis probavit de Milit. Rom. Lib. 2. dial. 8. Sed mitto hæc, atque ad lapidem, quem illuſtrandum cepit Bimardus, me confero. In eo Sex. Sammius dicitur aquilifer factus anno XIII. Niſi ſcirem, Tiberium Imperatorem extremis vitæ ſuæ annis, rejectis imperii, atque exercituum habenis, ſocordiæ ac voluptatibus in Capreis ſeſe corrumpendum dediſſe, de qua re Sueton. cap. 41. (per id tempus autem aquila puero data eſt) animum inducere non poſſem, unquam factum fuiſſe in exercitu Romano, ut immaturæ ætati legionis totius ſummam commiſerint. Siquidem is centurio eſt, cujus ductum & juſſum, ut Dionyſius auctor eſt Lib. 9. ſexaginta centuriæ ſequuntur. Et tamen, ut verum fatear, ne ſic quidem mihi impero fidem, quanquam haud ignarus ſum inſtituti Auguſti, de quo idem Suet. in Aug. c. 38. qui militiam auſpicantibus non tribunatum modo legionum, ſed & præfecturam alarum dedit. Nam qui militiæ Romanæ rationem perſpectam habent, non ignorant, centurionum operam in prælii concurſu graviorem fuiſſe, quam Tribunorum. Nec legionis exiſtimationem, niſi conſervata aquila, ſalvam fuiſſe. Sed de Aquilia liceat interrogare, utrum anno tertio decimo Aquilifer factus ſit Aquiliæ, ſeu Aquilejæ, an vero ter militaverit Aquilejæ? verum integram pono inſcriptionem, ut cuivis judicandi copia fiat.

SEX. SAMNIO. VOLT
SEVERO. E. LEG. PRIMA
GERMANICA. QVI
FOR. COS. QVO. MILIT.
COEPT. AQVILIFER
FACTVS. EST. ANNO. XIII.
AQVILIAE. TER. MILITAVIT
D. FACTVS. C. ANTIS
TIO. VETERE. M. SVIL
LIO. NERVLLINO. COSS
EX. STA

Quid refert in ſepulchrali cippo commemorari, aut poſt mortem ſciri Aquilejæ militiam ingreſſum eſſe, aut ter militaſſe? Siquid video, ineptum utrumque. Nec convenit huic loco urbs Aquilia. Dicam quod ſentio: ſtatim, ut inſpexi titulum, de menda ſuſpectum habui, & quia offendebat præ ceteris AQVILIAE TER, cœpi mox cogitare anne ea verba negligenter excepta ſint ab eo, qui deſcripſit ex lapide. Suſpicabar autem exaratum fuiſſe in hoc AQVILIFER, neque dubitavi, poſteaquam ex Gudio didici, qui eandem inſcriptionem pag. 183. n. 3. priore loco, id eſt, verſu 5. eodem errore pro AQVILIFER deſcriptum fuiſſe AQVILIAE TER. Illam moram ſi ſuſtuleris, via facili procedes, hoc modo: ANNOS TREDECIM AQVILIFER MILITAVIT, DECVRIO FACTVS C. ANTISTIO VETERE M. SVILLIO NERVLLINO COSS. Niſi mavis his Conſulibus hoc monumentum poſitum, quod nolo. Decurio autem factus eſt Cularone, ſive Gratianopoli, ubi extitit lapis. Quod ſi animadvertiſſet Bimardus, eum inter illa monumenta recenſuiſſet, ex qui-

quibus probat, Cularonem municipium fuiſſe populi Romani. Quod is EX. STA. *Ex ſtatuto* explicat, metuo ut exemplo adjuvetur hujus locutionis, mihi quidem nullum ſuppetit, non certe ætatis argenteæ linguæ Latinæ, qua hoc monumentum eſt poſitum. Videat ergo Vir Illuſtris, an S illud, nunc puncto interjecto divulſum, revocare velit ad litteram *x* proximam, atque exponere *exs teſtamento*. Soliti namque nonnulli veterum *s* ſubjungere illi litteræ duplici, de qua re conſulantur Grammatici. In marmoribus crebrum eſt *maxſimus*, *uxſor* & alia ſimilia. In Gallicis monumentis frequens *exs*, ut in Nemauſenſi, quod recenſuit Bimardus in Diatriba cap. 5. pag. 54. *ex voto*. In Lugdunenſi apud Spon. pag 171. Miſcell. *Exſ. voto*, quod male Vir doctiſſimus *ex ſuo voto*. Nam & mox num 4. *Vixs.* atque in Calaronenſi *exs. ſ. p.* ubi itidem ut hic interjecta diſtinctione abſciſſa eſt a ſua voce hæc littera; ſignificant enim illa *exs teſtamenta fecit*, *poni*, vel *fecit*, *poſuit*; nec non in lapide Auguſtano pag. 123. ubi lege *exs ſtipe*; perperam namque & hic disjungitur.

Diſſertat. 2. Num. XXI. *pag.* 102.

D . M
T. CAMVLI L. F. LAVERTI
EMERITI. LEG. III. GALLIC
HONESTA. MISSIONE. DO
NATI. AB. IMPER. ANTONINO
AVG. PIO. ET. EX. VOLVNTATE
IMP. HADRIANI. AVG. TOR
QVIBVS. ET. ARMILLIS. AVRE
IS. SVFFRAGIO. LEGIONIS
HONORATI. CAMVLIA. SOROR
EIVS. ET. PATEGORIA. E
MERITA. EIVS. PATRONO. OP
TIMO. ET. PIISSIMO

Titulum hunc primum cognovi ex Maffeji Galliæ Antiq. pag. 69. Vellem declaraſſent Viri, qua ſunt inſigni doctrina, quid ſit *Emerita ejus*. Ego concubinam interpretor, quæ annos militiæ ſuæ apud patronum complevit, id eſt, nunquam ab eo diſceſſit. Nam cum de jure dubitaretur, an liceat libertæ divertere ex concubinatu patroni, atque ob id multæ deſtituiſſent ejus torum, Pategoria illa ſeſe officio hoc ſuo perpetuo, & irrupta copula jactat in hoc monumento, id quod patrono optimo & piiſſimo excitavit. Dubitatum fuiſſe de eo jure intelligimus ex l. 11. D. *de Divort.* atque in eam ſententiam l. 1. D. *de Concub.* exponit Heineccius ad l. *Jul.* & *Pap.* lib. 2. cap. 10. pag. 250. In gloſſis eſt *emeritis* μεγίςαις, ὑπερβαλούσαις. An ad concubinas pertinet? non puto; quanquam certum eſt, concubinam patroni ſui honeſtiore loco fuiſſe, nec matronæ nomen, aut matris familiæ honeſtatem amiſiſſe. Vid. l. 13. D. ad L. *Jul. de Adult.* & l. 41. D. de R. N.

Joſephi Bimardi Epiſtola num. 11. *pag.* 117.

PRO. SALVTE. IMP.
CAES. PI. AVREL. ANTO
NINI. AVG. TECTVM
PORTICVM
CUM. SVIS COLVMNIS ET
PAENVL. DVABVS ET OPER. TECTO
SEX VICIVS SEXTVS DECVR
D. S. P. D. POLLION. II. ET AFRO N. C. S. (*a*)

Pænulis Bimardus nullum locum dat in exſtructionibus, quare is mutat in pennulas, aut pinnulas, pinnaſque tecti porticus exponit. Sed anne exiguum porticus tectum fuerit neceſſe eſt, quod cum pinnis eſſet ornatum, duas tantum oſtentet.

Soucietus pænulas, vela, atque aulea accipit. Verum architectonicam eam vocem eſſe, ex Vitruvio diſcimus lib. 10. cap. 12. *ſupra catinum pænula, ut infundibulum inverſum, eſt attemperata*. Fuit tecti genus, ad avertendas aquas porticibus, columnis, aliiſque minoribus ſtructuris impoſitum. Non differt multum a tegurio, quod vocabulum eſt in Inſcript. Murator. pag. 89 n. 3. Tectum porticus Bimardus hic juncta accipit, ego malo diviſe accipere. Sed pedem hinc promoveo ad Inſcriptiones Muratorii.

Pag. 111. *n.* 2.

I . O . M
PRO SALVTE
ET VICTORIA
IMP. CAESARIS
M. AVRELII. L. AVRELI. VERI. F
D. PII. NEPO. DIVI. HADRIANI. PRON.
DIVI. TRAIANI. PARTH. ABN.
DIVI. NERVAE. ADNEPOTIS

Nepos Divi Pii ſolus Commodus eſt. Commodus ergo eſt M. ille Aurelius, qui in hoc titulo commemoratur. Atque ita L. Aurelius Verus, cujus ille filius eſſe dicitur, non alius erit, niſi M. Philoſophus. Quæro autem exemplum aliud, quo hic illis nominibus appellatur, quanquam haud ignoro, Philoſophum mutaſſe nomina, & in ineunte ætate *Verum* eſſe dictum. Vide Capitolinum in ejus vita cap. 1. Alium ſcrupulum injecit Bimardus. Si licet libere, quod ſentio, proferre, mihi hæc Inſcriptio ſuſpecta eſt.

(*a*) Bimardus loc. cit. col. 117. lin. 4. PORTICVS lin. 7. SEX VIREIVS & lin. ult. AFRO II. CS

Pag. V. n. 2.

C. LVNIVS. M. F.
III. VIR. A. V. D. I. II. VIR. NOLAE
IIII. VIR. QVINQVENNAL.
AR. DE. SVO. FACIVND &c.

Haud neſcio fuiſſe Triumviros in municipiis & Coloniis, ſed qui Triumviri A. V. D. I. ſint, fateor me ignorare. Quandoquidem vero Bimardus ſcribentis incuriam arguit, auſim eam hoc modo emendare VI. AVG. I. Sevir Auguſtalis primus, ut deſignetur primus Auguſtalium. Sic ſacerdos primus in monumento Viducaſſino pag. 10. Diſſert. Bimardi. Adde Reineſ. ad Cl. I. n. 99. Atque ita forte pag. 91. n. 4. VI, AVG. præter ſummum, id eſt, Auguſtalis ſecundus, proximus nempe a ſummo. Dicerem, Auguſtalem Juniorem ſignificari, ſi putarem Sevirum Jun. pag. 6. n. 1. & pag. 11. n. 8. Auguſtalem deſignari. Nec repugnabo, ſi tu voles, illud I adnectere numero ſeq. quo facto erit III VIR Nolæ.

Pag. VI. n. 5. J. O. M. M. V. H. V. S. LI. M. In lapide Neomagenſi, quem Cuperus edidit in monumentis antiquis Harpocrati adnexis, eſt non *li*, ſed *le*. Ad ſententiam nihil intereſt utro modo legas.

Pag. VIII. n. 5. IOVI APENINO. T. VIVIVS. COMOGENES. in notis vides *Jovem Apeninum ſive Peninum*, unde aliquis ſuſpicetur, Apeninum & Peninum Jovem, montemque eundem viſum fuiſſe auctori earum, ſed ſuſpicionem illam delebunt ea, quæ mox ſequuntur. Errorem tamen alium erravit auctor notarum ad Gud. Inſcript. pag. 54. a. *6.* Qui Peninum Apenninum dictum ſcribit, ut Spaniam pro Hiſpaniam. Sed quis neſcit montes hos ſitu & natura diverſos eſſe? Hic finit, ille dividit Italiam. Plura non addo de re nota. In ſuo loco uterque lapis inventus eſt, hic Muratorii Apennino ſacer Iguvii, quod Umbriæ oppidum eſt ad Apenninum montem, ille Gudii in Pedemontio ad Alpes Peninas. Sed quid in mentem venit Vibio Sequeſtri ſcribenti *Apeninus Italiæ uſque ad Anconam porrectus?* non enim ad Anconam tantum, ſed per omnem Italiam, quam longa eſt, porrigitur. Verum Italiam hic proprie dictam accipe, cujus terminus Ancona eſt, teſte Mela lib. 2. cap. 4 Jovi juga montium fuerunt ſacrata. Tyrius Maxim. in Orat. 38. Dei Penini titulum paulo aliter exhibet Gudius dicto loco, aliter Muratorius hac pagina n. *6.*

Pag. VIII. n. 10. Notarum auctor Jovem Cæleſtem & Jovem Cæleſtinum memoratum Grut. pag. 18. n. 2. eundem opinatur, de quo ampliandum cenſeo. Rectius forte exiſtimabit alius, Jovem hunc Cæleſtino homini, aut Cæleſtinæ familiæ peculiarem fuiſſe Deum. Ita Hercules Ælianus Grut. pag. 1069. n. 10. Pluto Nervianius, Proſerpina Nervania Reineſ. Claſſ. I. n 234. quibus votum ſolverunt Nerviana Olympuſa ſacerdos, & Nervianius Ferox Hierophanta Hecatæ. Dianæ Lycimnianæ CAntius L. L. Lycimnius Lycimnianus Gudius pag. 30. n. 5. Dianæ Arduinnæ Belianæ Belius pag. 29. 9. Antonius Cæleſtinus eſt apud Reineſ. Cl. XVII. n. 5. Muratorio aſſentitur Fabrettus Inſcr pag. 130. ubi haud paulo correctiorem exhibet Gruterianam inſcriptionem.

Pag. X. n. 2. IOVI DOMESTICO contenderunt olim de hoc Cuperus in Apotheos. Hom. pag. 278. Spon. Miſcell. pag. 78. iterum Cuper. in Harpon. 235.

Pag. XI. n. 9. PRAEF. LEG. V. M. C. ad hæc ita Cl. Muratorius, *ſcilicet præfectus legionis quintæ, (niſi ſit Ulpiæ) Macedoniæ (niſi ſit Martiæ) Conſtantis*. *Martiæ* ſcribitur Trebellio Pollioni, in Claud. cap. 14. certe librariis ejus, ſed in tegulis in agro Clivenſi inventis, quas ſervo, eſt MARC. ei aliquando Claudius ille præfuit, unde videri queat, C. id eſt, Claudiæ nomen accepiſſe tum, cum ille eſt Imperator factus. Suſpicatur Caſaubonus ad illum Pollionis locum poſt Dionem Caſſium fuiſſe conſcriptam.

Pag. XI. n. 4.

I. O. M
DIS. ET DEABVS
AELIVS. VALENS. ET. LVCIVS
QVADRATIAN. CENTVR. IVLI
FORT. PRI. PRI. ET. C. MARCELLIN
TRIB. MIL. OB. XIII. LEG.
SERVATAM IDIB. MART.
P

Notat hæc Cl. Muratorius. *Primi duo fuere Centuriones cohortis Juliæ Fortis Primæ Prætoriæ, quippe legendum puto* PRI PRAE *vel* PR. Verius exiſtimo *Ælium Valentem & Lucium Quadratianum Centuriones* fuiſſe, Julium autem Fortem principem. Hi autem, ut & *C. Marcellinus Tribunus militum ob* tertiam decimam legionem *ſervatam Idibus Martiis* hoc monumentum poſuerunt. Servatus gradus & ordo principalium nominum, quo verbo olim appellata ſcribit Vegetius de re Mil. lib. 2. cap. 7. Nam primo loco poſuit centuriones, ab his eſcendit ad *primum principem*, qui proximus erat Aquilifero, centurionum omnium primo, & primipilo, ut ante docui. His ſuperior erat Tribunus militum. Vid. Vegetium loco, quem dixi. Rariſſimum, fateor, primi hujus principis nomen eſt in monumentis vetuſtis; & forte, ſi occurrit alicubi, hariolantium opinionibus, & perperam exponentium conjecturis id depravatum eſt: ipſe etiam dubitavi aliquando, an PR. PI. aut PIL. hic ſcriptum fuiſſe crederem. Verum nihil nunc muto, confirmatus auctoritate Vegetii. Lapis effoſſus eſt Albæ Juliæ in Dacia, quæ Provincia eſt, in qua Dion militaſſe tradit Leg. XIII. Cohorti prætorianæ, quam Muratorius in eo ſeſe inveniſſe

niſſe putat, hic locus non eſt. Ut hic mentio fit principis prioris, ita principis poſterioris, & haſtati poſterioris in alia Muratorii inſcriptione pag. 505. n. 19. quæ inſignis eſt ad rem hanc declarandam inſcriptio.

Pag. XI. n. 6. Aram Sac. f. n. c. de. id eſt, aram ſacram fecit, nunc dedicavit. In notis Magnonis n c. nunc exponitur. Malo tamen No. de *Nonis Decembribus*. Dedicationis namque dies ſæpiſſime in aris adjicitur.

Pag. XII. n. 6. Non animadvertit, ut video, Cl. Muratorius, non ſe lapidis titulum, qui mutilatus eſt, ſed Keuchenii, de eo ſupplendo conjecturam exhibere. Neque tamen conjectura Keuchenii eſt, ſed Ewichii, qui titulum ex lapide exeſo in hunc modum deſcripſit:

. . . VNONI
. . . RVÆ PRO
. . . SEXTI. IVL
. . . ONTINI

Verum utcumque complananda hæc lacuna, illud ex veſtigiis & reliquiis conſtare puto, Sextum Julium Frontinum in eo memorari. Nobilem autem Strategematum, aquæ ductuum, aliarumque rerum ſcriptorem eum eſſe, adfirmare non auſim, nec tamen id negare liquet. Atque, ut dicam, quod ſentio, adfirmanti pronior ſum. Conveniunt nomina, convenit ætas, alia. Hoc certum, Coloniam eam, ad quam inventus lapis eſt, deductam eſſe a Trajano, atque inde Coloniæ Trajanæ nomen accepiſſe. Imperantibus autem Flaviis, ſecutiſque principibus, Nerva & Trajano, honores atque imperia geſſit Frontinus ſcriptor, domi, militiæque clarus, in Britannia, forſan etiam in Dacia. De Britannia Tacitus in Agric. cap. 17. De Dacia ipſe in præfatione rei agrariæ, de qua mox plura diſputabimus. Et cum id præterea præfatio illa declarat, aliis Imperatoris ſui expeditionibus interfuiſſe, Imperator autem ille Domitianus fuit; quid ni putemus interfuiſſe Frontinum rebus, quas adverſus Cattos, imo etiam adverſus Batavos, (nam & hanc gentem armis tentavit, ut in alio libello oſtendi) geſſit? Fuerunt autem Batavi vicini iſti loco, in quo lapis ille Junoni & Minervæ a Frontino conſecratus, eſt inventus. Verſatum ergo illum in his terris fuiſſe, aut militiæ cauſſa, aut Britanniam petendi, aut ex ea redeundi, quis inficiabitur? aut ſi inficietur, quibus rationibus oſtendet, id factum non fuiſſe? Sed mitto tempus, ſub Domitiano actum. A Trajano deducta illa Colonia eſt, ad quam ille lapis eſt inventus. Curæ ſibi eam Coloniam habuiſſe maximum Imperatorem inde arguo, quod eam ampliſſime ornavit primo nomine. Ulpia namque Trajana eſt dicta, dein civitate, ad extremum caſtris legioni triceſimæ. Miſit itaque eo Viros cum rationis deducendi coloniam, tum rerum militarium peritos. Ullum in his priorem fuiſſe Sexto Julio Frontino, quem illud monumentum, & libelli de limitibus & re agraria, de coloniis, de aquæ ductibus, de ſtrategematis loquuntur, exiſtimandum non eſt. Sibi quidem adſtruendæ rei militaris ſcientiæ ſatisfeciſſe viſus eſt Frontinus, ut præfatur in Strategematicon libris. Nec dubium eſt, eundem viſum fuiſſe optimo principi. Teſtis eſt Vegetius de re milit. lib. 2. cap. 3. eum ab ejuſmodi induſtria comprobatum fuiſſe Divo Trajano. Quare haud difficulter ſibi quis perſuaſerit, inter eos Viros fuiſſe Frontinum. Sed video, quid dicas, fruſtra a nobis ejuſdem Frontini illos fœtus cenſeri, quos dudum viri docti diverſorum auctorum eſſe oſtenderunt. His itaque reſpondendum eſt, non ita, ut, quicquid unquam quiſquam de hac re ſcriptum reliquerit, ad examen revocem, ſed ut de eo diſputarem, quod noviſſimi operum Frontini Editores prodiderunt, Goeſius, Tennulius, Polenus: Nam Cl. Oudendorpius, qui haud ita pridem Strategematicon libros recenſuit, ſatis habuit aliorum judicia indicaſſe. Tennulius autem & Polenus Goeſii potiſſimum ſententiam probant. Hic in notis ad ſcriptores rei agrariæ pag. 28. opus de limitibus agrorum Frontino noſtro deberi negat, quod auctor illius operis, cum id emitteret, tironem ſeſe fuiſſe, & ſcribendi novum, in initio ejus fatetur: tempus vero illud fuiſſe, cum Imperator Domitianus victoria Daciam reſeravit: conſtare autem e Tacito, jam Veſpaſiano iterum, & Tito Conſulibus, Frontinum Romæ præturam geſſiſſe, atque ob id non obtuliſſe eum ſub Domitiano *Primum ſedulitatis impendium*, aut *Celſo*, aut cuiquam alii. Verum videtur Goeſius Vir nobiliſſimus aberraſſe longe a ſententia auctoris, quam propoſuit in Præfatione hujus operis de limitibus. Ex qua, ſi advertas, intelliges, nec tironem fuiſſe Frontinum, cum illud opus emitteret; emiſiſſe namque longo poſt intervallo, quum illud ſcribere inſtituerat. Nam poſteaquam manum ei primum admoverat, mox in aliam, atque aliam provinciam belli, militiæque cauſſa raptus eſt, qua re fuit factum, ut, poſthabita libri illius cura, omnem animi impetum ad rem militarem, & gloriam bellicam contulerit. Quoad tandem reſerata ab Imperatore Dacia, ad ſeptentrionalem plagam miſſus eſt, aut ſua ſponte profectus, ubi otium nactus intermiſſum illud opus, collectis ſcidis, quæ diſperſæ erant, reſumſit & perfecit. Hæc quæ dixi, auctor declarat in illa præfatione his verbis: *Habeat apud te quandam excuſationem, quod non potuerit eo tempore conſummari, quo genus hoc ferventibus ſtudiis noſtris diſputatum eſt*. Et paullo poſt: *Intervenit clara ſacratiſſimi Imperatoris noſtri expeditio, quæ me in ipſa ſcribendi feſtinatione præpediit. Nam, dum Armorum magis exerceor curis, totum hoc negotium velut oblitus intermiſeram, nec quidquam aliud, quam belli gloriam, cogitabam*. Atque iterum mox: *Ad conſummandum hunc librum, veluti ad vota reddenda, properavi: Poſtquam ergo maximus Imperator victoria Daciam proxime reſeravit: ſtatim ad ſeptentrionalem plagam tranſire permiſit. Ego ad ſtudium meum, tamquam ad otium, ſum reverſus, & multa velut ſcripta foliis, & ſparſa,* in

in artis ordinem laturus recollegi: Non verba omnia, quæ exſcripſi, ſana præſtitero. Secutus ſum editiones vulgatas. Ex Goeſiana editione illud eſt: *victoria Daciam reſeravit*; quam veriorem ſum arbitratus, etiam tum, cum Goeſianam nondum inſpexeram. Recte porro Goeſius Domitiani Daciam victoriam intelligit, non Trajani, quam Tennulius ſignificari putabat. *Reſerare* enim, *aperire*, *patefacere* Provinciam is dicitur, qui primus eam ingreditur domandi cauſa; conſummare autem qui debellat, & in provinciæ formam redegit. Pomponius Mela Lib. 1. cap. 6. de Britannia: *Tam diu clauſam aperit ecce Principum maximus*. *Patefacere provincias*, *reſerare regionem* ſunt apud Ciceronem. *Conſummare* apud Flor. Lib. 1. cap. 18. Daciam autem reſeravit Domitianus, conſummavit Trajanus. Ad quam Borealem provinciam ierit, non addit Frontinus, niſi ipſam Daciam accipias, aut Sarmatiam; nam & Sarmatas bello appetiit Domitianus. Nil vetat Rheni, eamque plagam accipere, quam Batavi & vicinæ Batavis gentes habitaverunt, quas arctois & ſeptentrionalibus nationibus accenſebant veteres. Iterum vides locum dari Frontino ponendi illum lapidem in his terris. Tu autem cave credas Goeſio, *primum hoc impendium ſedulitatis*, ideſt, hoc primum opus ſuum cœptum fuiſſe atque inſtitutum Frontino ſub Dacico bello, ſed diu antea ei manum admoverat, relictumque diu & deſtitutum perfecit calente eo bello, aut paullo poſt. Quod autem vir Nobiliſſimus dicit Frontinum fuiſſe tironem, cum id emitteret, video quid errarit, nempe *tirocinii rudimenta*, quæ Frontinus dicit ſe deponere apud Celſum, interpretatur Goeſius de tirocinio militiæ. Verum locum quæſo diligentius expendas, non ibi agi videbis de tirocinio Frontini, ſed de tirocinio libri ſui. Ita namque in eo Frontinus: *Itaque quo cultior in quorundam notitiam veniat, omnia tibi nota perlaturus ad te primum liber iſte feſtinat, ut apud te tirocinii rudimentum deponat*. Deponit autem tirocinium liber apud Celſum, quod antequam ſeſe publico & omnium judicio committit, illum primum adit, datoque quaſi experimento, oſtendit, quid valeat, poſſitque. Quare addit: *Nam ſi meretur a te publica converſatione ſufferre univerſorum oculos, a te potiſſimum incipiat*. Ut tirocinium in caſtris deponit miles, in foro adoleſcens poſito exercitationis ſuæ rudimento, atque hoc modo peritiorum de ſe judicia explorat, ita liber tirocinii deponit rudimenta apud eum, quem rogat, ut ſeſe legat, & de dotibus ſuis judicet an dignus ſit luce, & hominum omnium lectione. Tædet plura addere in re liquida, & manifeſta. Alterum argumentum, cur Frontino Goeſius Strатematicon auctori eripiat de limitibus opus, ex eo ducit, quod in hujus præfatione ſcriptor dicit permiſiſſe Imperatorem, ut ad ſeptentrionalem plagam tranſiret, cum de Frontino Martialis lib. 10. epigr. 58.

> *Anxuris æquorei placidos adamare receſſus,*
> *Et propius Baias, littoreamque domum.*

Septemtrionalem plagam, receſſum ad ſeptentriones ſitum, Goeſius intelligit, receſſus autem Frontini Anxurus & Bajanus in ſeptentrionem non vergebant. Quaſi vero illo tempore, cum bellum adverſus Dacos gereretur, gentem atrociſſimam, in tanta mole rerum de receſſibus amœnioribus cogitarit, aut ſi cogitavit, de ea ſua mente ſeſe in præfatione jactarit. Nil dico de interpolato, mutatoque temere priore verſu, nil de aliis doctiſſimi viri argumentis; ſerio enim egiſſe eum, cum illa ſcriberet, vix puto. Propero porro ad ea, quæ de ſcriptore libelli, de Coloniis, aut dicam potius de auctoribus ejus prodidit in iiſdem notis pag. 142. iiſque paucis defungemur. Primo dicit, non unius hominis hoc opus eſſe, neque id nego. Multorum enim eſſe ſentio, non tantum quia ex libro Balbi, atque ex mappis Albanenſium acceperunt multa, ſed quia diverſa inſtituti, ordiniſque ratio diverſos auctores prodit. Exemplis parco, ut tempori parcam. Hoc apertum ordine litterarum pars operis decurrit, cur non univerſum? nempe quia alius ſcriptor alio ſenſu ſcripſit. Credo accidiſſe Julii Frontini laboribus, quod principum in aliqua arte, illuſtriumque Virorum ſcriptis pleriſque accidit, ut ſplendor illorum, nomina obſcuriorum præſtrinxerit ac deleverit, meritaque eorum lucrifecerit. Nullus autem opportunus magis locus acceſſionibus his, quam in hujuſmodi opere, quod in modum Catalogi, atque indicis eſt concinnatum, quale eſt hoc Frontini de Coloniis, in qua quæque pene res paucis verſibus abſolvitur, nulla cauſſarum ſerie, aut nexu. Promtum itaque & facile fuit cuivis de ſuo addere, quodcunque de patriæ agris, de vicinorum, de aliis, in quibus verſatus fuerat, aut fando, legendoque cognoverat, & quid de iis poſteriores Frontino principes conſtituerant. Neque autem fraus hæc deprenſu facilis eſt ob ſtili diverſitatem, quia in eo opere vix ſtilo locus eſt, quod verbis technicis eſt compoſitum, atque ob id nullius facundiæ capax. Quod miror in mentem non veniſſe illis, qui orationem aliam in Coloniis tradendis inveniſſe ſibi ſunt viſi. Verum aliam in ſtratagematis ſermonem Frontini ob id carpit Goeſius, quod ſcripſit, urbem, oppidum, coloniam muro ducere, pro circumducere. Dubito autem utrum barbarum magis, urbem muro ducere, id eſt, circumdare, an urbem muro circumducere. Nec tamen ob id parum Latine Frontino, aut quicunque alius illius panni auctor eſt, dictum puto, urbem, oppidum, aut coloniam muro ducere. Sed alio ſenſu, aliaque verbi ſignificatione. Muro urbem ducit, qui muro adjecto, adjectoque pomœrio, quod muro addi ſolebat, producit, atque extendit. Atque ita *muros ducere* dixit Virgilius Æn. I. v. 427. ubi Servius locum Salluſtii addit. Quæ porro Nobiliſſimus Goeſius de imperitia, erroribus & culpis commemorat, ea velim ad interpolatores impe-

imperitos referantur. Illud namque mihi viciſſe ſatis eſt, illi de Coloniis libello nonnulla intereſſe a Frontino profecta, Frontinumque rerum colonicarum peritia inclaruiſſe, unde fieri potuerit, ut Coloniæ Ulpiæ Trajanæ cauſſa in his locis ſit verſatus, cujus rei cauſſa hæc a nobis ſuſcepta eſt diſceptatio. Cetera, quæ ex libris, teſtimoniiſque veterum vindicantur Frontino, & quæ præterea ad vitam ejus pertinent, non proſequar, quia aliena ſunt huic loco. Diſſeruit multa de iis politiſſimus Polenus in prolegomenis editionis ſuæ de aquæ ductibus hujus Frontini, in quibus vitam ejus omnem per Conſules digeſſit. Partem eorum repetiit, & editioni ſtrategematum præmiſit Eruditiſſimus Oudendorpius. Satis diu nos Frontinus retinuit, & forſitan plus, quam ſatis diu; quare ad Muratorii inſcriptiones redeo, ſi hoc adjecero, aliud Frontini hujus monumentum ab editoribus illis prætermiſſum habere Fabrettum in Inſcript. pag. 543. Coloniam vero Ulpiam Trajanam eſſe apud Grut. pag 40. n. 6. ubi IIIIII. Vir. C. V. I. quod Scaliger in indice, ſed perperam, explanat *Curiæ uſus titulo*. Verum de ea re dicetur a nobis in alio loco.

Pag. XIV. n. 1.

IVNONI
CLAVDIAE LIVIAE L.
MELPOMENE

Muratorius hoc marmor vitiatum dicit, corrigitque *Claudia*. Verum Juno Claudiæ, genium Claudiæ deſignat. Veteres namque *ſingulis & genium & Junonem dederunt*. Seneca Epiſt. 110. Plin. 2. cap. 7. Quare non dubitandum, Libertabus quoque ſuam Junonem obtigiſſe. Neque tamen neceſſe eſt Claudiam hoc loco libertam accipere, ſi libertam Melpomenen dixeris, quod licet. Bene ergo habet lapis Gruterianus pag. XXV. n. 9. in quo *Junoni Claudiæ*, nec opus emendatrice manu Muratorii. Dixi alibi, Genios proprios Viris, Junones feminis fuiſſe: idem docet Murator. infra pag. 16. n. 7. atque alii ante nos. Quocirca parum abeſt, ut credam num. ſeq. *Junoni* eodem ſenſu poni. Senſus certe commodus erit, ſi legas IVNONI IVSTAE. N. id eſt, noſtræ, pro cujus Juſtæ Paternæ ſalute liberti, libertæque ſacrum faciunt Junoni ejus. Nam Juſtam hic nomen hominis eſſe docet vox *ejus* quæ ſequitur.

Pag. XV. n. 6.

IVNONI
PAGI
FORTVNENSI

Quod Fortunenſi pro Fortunenſis ſcribitur, peccatum in Grammaticam dicit Muratorius. Non nego de noſtri temporis Grammaticis. Antiqui vero Grammatici noverunt, litteram ſibilantem in fine frequentiſſime detractam fuiſſe cum in verſu, tum in oratione proſa.

Pag. XVI. n. 8. ΑΡΤΕΜΙΣΙΝ ΓΡΑΙΑΙΣ exponitur *Junonibus Græcis*, cur non *Dianis?* Sed plura dicemus infra pag. XXVIII. n. 5.

Pag. XVII. n. 7.

PIETAS SECVN
DI CONTVBER. M. AQ.
ARCVM ET CANDE
LABRVM &c.

Tentavi ita CONTVBERNAL. ARCVM. Arcum interpretor forficem, quo candelam emungebant. In gloſſis arcus ψαλὶς, inſtrumentum dictum a ſimilitudine arcus, & ψαλίδα id eſt, forficis. Pietas nomen ancillæ, aut libertæ, nec infrequens hoc cognomen, etiam virorum apud Romanos.

Pag. XVIII. n. 2.

AESCVLAPIO ET
HYGIAE
DOMITIVS
MAGNVS
PRAEF. ALAE
XAIABVM SE
VERIANAE ET
I. PHRAE VET

Obſervatum Muratorio, in iis mendum cubare: id quod ita exigimus: pro XAIABVM legimus X. ARABVM. nempe alæ X Arabum & I. PHRAE, id eſt primæ alæ THRAE ſive Thræcum VET. id eſt, Veteranorum. Ala Arabum Severiana eſt vel ab Imperatore Septimio Severo, qui res in Arabia feliciter geſſit, unde Arabicus eſt dictus, vel Alexandro Severo, qui multos Orientis populos ſacramento adegit ad Germanicum bellum: exſtat autem ille lapis Budæ ad Danubium. Thræces eſt apud Feſtum, quod male ſollicitat Dacerius. Fabrettus Inſcr. pag. 189. *Doctor Thræc.* Soliti Romani Thraces, Threces & Thræces ſcribere. Adde Dauſq. de Orthograph.

Pag. ead. n. 5. Peſſime habitus eſt hic titulus, ut multi alii in hac Muratoriana ſylloge, incuria & culpa exſcribentium:

AESCVLAPIO
DEO
C. ALLIVS. IANVARIVS
MEDICVS. PACENSIS
TESTAMENTO. LEGAVIT
OB. MERITA. SPLENDI
DISSIMI. ORDINIS
DEI. QVI. NOV. ATRI
VM. PRAESTITERIT
ADIVSIAS. HERES
FAC. CVR (a)

Tu

(a) Murat. verſ. 3. C. ATTIVS

Tu vide an ita refingi malis DEOQVE NOVO ATRIVM PRAESTITIT. Merita ordinis accipio, non quæ dedit ſplendidiſſimus ordo nempe Decurionum, ſed quæ accepit. De hujuſmodi vocabulis active & paſſive ſignificantibus in priſca lingua Romana diſputantem lege Gellium Noct. Attic. Lib. 9. cap. 12. Quanquam autem non ignoro, atria etiam dedicata fuiſſe, eſt tamen, cur malim credere Æſculapio Medicinæ Deo Jatrium datum eſſe; vox autem ἰατρεῖον ex Græcia Romam tranſiit: ut hoc loco *præſtare* pro dare ſic apud Avien. phænom.

. . . . . . *Aſtraque cancro*
Præſtitit. . . . .

Adjuſias nomen hominis barbari eſt, cujuſmodi plura in monumentis. Forte tamen corruptum hoc loco.

Pag. XX. n. 3.

DOMINO. AESCVLAPIO
ET. HYGIAE. EX. PERMISSV
EORVM. NEGOTIATIONIS
FABARTAE. GRATIAS
AGENTES. NVMINI
ET.......TIS. EORVM
I. IVLIVS. GVNESIA
CVS. ET. CAECILIA
BALBILLA. CERI
OLARIA. QVO. SATV
RI. ET. MVTIOLES
LIBENTES. DONVM
DEDERVNT (a)

Dicit *ex permiſſu*, hoc rarius in aris & donariis, quam *ex imperio*, *ex juſſu*, *ex viſu*. Nonnunquam ipſi per ſomnia, atque incubationes imperia ea, atque permiſſus, quæ mens vigilans optabat, acceperunt, frequentius vero ſacerdotum præſtigiis ex compendio ſunt conficta, quod & alibi notatum doctiſſimo Muratorio. Quod autem Pontanus ex Macrobio Saturn. 2. cap. 3. Æditium ea nunciaſſe docet, conſulentibus, in eo non perſpexit ſententiam Macrobii, narrantis æditum *prædicaſſe reſponſa numinis ſui*, quod & hodie faciunt æditui miracula Divi ſui, cujus templum cuſtodiunt, venditantes. Aut vero ſacerdotes ſunt, qui reſponſa ad conſulentes ferunt, atque ex horum collegio fuit internuncius Villedæ, de quo Tacit. Hiſt. 4. cap. 65. & quos Deorum interpretes dicit Virg. Æn. III. verſ. 359. & Æn. X. verſ. 175. qui tamen de vatibus hoc nomen uſurpat. Lactant. Lib. IV. cap. 27. *Nam, cum Diis ſuis immolant, ſi adſiſtat aliquis ſignatam frontem gerens, ſacra nullo modo litant. Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates*. Videtur hic verſus eſſe antiqui Poetæ, niſi forſan Lactantio imprudenti exciderit. Vatem accipio ſacerdotem, reſponſa Dei nomine, quæ ipſe finxit, nunciantem. Sequitur in lapide *Negotiationis Fabarta*. Sed vere monuit Muratorius legendum *Fabariæ*. *Negotiationis* dicit, ſed intellige *negotiatores*, ſic neceſſitudines pro neceſſariis, ſervitia pro ſervis, conjugia & matrimonia pro conjugibus, & multa alia. Scriptum porro *negotiationis* pro *negotiationes* ut crebro *i.* & *e.* permutantur, ita mox *mutioles* pro *mutiolis*, pergit. AGENTES NVMINI. ET.... TIS exple MERITIS. CERIOLARIA QVO. Ipſa ratio & exempla aliorum monumentorum exigunt *duo*, atque ita ſcriptum fuiſſe reor, ſed male exceptum a deſcriptore. SATVRI ſcriptum pro SATYRIS abjecta littera ſibilante, de qua ante monui ad pag. XV. num. 6. Satyros ſignificari etiam Muratorius vidit. Sed alium quærit, qui *mutioles* exponat. Conjecturam meam proponam, judicium aliorum eſto. Lego illa hoc modo *Cereolaria duo*, *ſatyris & mutiolis*, id eſt, cum ſatyris & mutiolis: ornata ſatyris & mutiolis. *Muto* Priapum ſignificat, atque illud, quo Viri ſumus. Inde eſt diminutivum *mutio*, ut ſolent diminutiva in *o.* atque *io* terminari; ab homo eſt homuncio, a puſus, puſio, atque inde origo multorum cognominum expeditur, ut Lupionum a Lupo, Blæſionum a Blæſo, porro Felicionum, Gallionum, Pollionum, quod eſt a Paullus, Stephanionum a Stephanus, atque innumera alia. Inde & Cæſario Cæſar parvulus ex Cleopatra natus, nec non luſcio. Hæc & alia nomina, quæ feſtinans prætereo, obſcuritatem nonnullis objecerunt, quam iſto, quo dixi, modo facile diſpellimus. Atque hinc intelligimus, quare Fuſio Caleno ipſum Ciceronis nomen diminutivum fuerit viſum: interpretatus enim κικέρκυλον, κικερώνιον, aut κικεράκιον & κικέρδιον, ut eſt apud Dion. Caſſ. Lib. 45. pag. 303. Sed redeo ad mutiolum. Ut a *puſio* ὑποκοριστικὸν eſt puſiolus, ita a *mutio*, mutiolus, in nullis autem verbis ὑποκοριστικωτέρως invenias veteres, quam in nequitiæ vocabulis. A mutione porro ſunt *mutonius*, *mutinus*, *mutoniatus*, quæ partim e Poetis, aliiſque ſcriptoribus, partim ex gloſſographis facile eſt eruere. Quis autem ſalacibus ſatyris aptos neget mutiolos? mutones & mutiolos ejuſmodi conſpiciendos dedit Begerus Theſ. Brandenb. Tom. 3. pag. 427. Lacernam mutoniatam pag. 435.

Pag. XXII. n. 9 APOLLINI. L. MINVCIVS. APRONIANVS. GAL. T. P. I. Muratorius explanat per *Gallæcum Tarraconenſem*. Equidem malo *Galeria* (tribu) Tarraconenſem, non provinciæ ejus hominem, quem vult Muratorius, ſed Tarraconis urbis civem, cujus Genio idem, ut videtur, Minucius monumentum erexit, quod habet Gruterus pag. III. n. 3. ex quo honores ejus in illa urbe geſtos præterea cognoſces. Ita autem in illo lapide *Genio. Col. I. V. T Tarrac. L. Minicius. Apronianus. II. Vir. Q. Q. Teſtamento. ex Arg. Libr. XV. poni. juſſit*. Eodem teſtamento lapidem hunc Muratorianum Æſculapio poni juſſit. Tarracon Colonia Julia Togata fuit dicta. *II. Vir. Q. Q.* id eſt, Duumvir Quinquennalis. *Pag.*

(a) Murat. verſ. 7. T. IVLIVS GVVESIACVS

Pag. XXIII. n. 13.

APOLLINI
BELENO
C. AQVILEIENS
FELIX
QVOD. VILLE
CVMMARVM (a)

Id eſt, civis Aquilejenſis, aut Coloniæ Aquilejenſis: ſic pag. ſeq. n. 5. C. Aqvileiensis Diadvmenvs. Quæ ſequuntur in illo monumento qvod Villi Cvmmarvm. ſententiam non abſolvunt, & nonnulla iis deeſſe puto, nec probanda mihi videtur Muratorii conjectura. Qvod. vovit. dedit. Villicvs. Cvmmarvm. aut qvod vovit Villicvs. Quod autem attinet ad illam inſcriptionem, quæ pag. ſeq. n. 5. oſtenditur, abrupta portio eſt integri tituli, qui eſt apud Grut. pag. 37. n. 3. Apud Muratorium hæc tantum exſtant: C. Aqvileiensis Diadvmenvs b. v. s. apud Grut. Fonti Beleno C. Aqvileiensis Diadvmenvs b. v. s. M. Hostilivs Avctvs IIIIII. b. s. d. Vir. Intelligis inde male notas B. V. S. explanari Muratorio: *Beleno votum ſolvit*. Cauſſam non video, cur non exponatur *bene*, id eſt, feliciter votum ſolvit. Rarius quidem hoc in titulis, quam *l.* aut *a. g.* id eſt, lubens, animo grato, non tamen plane illud inſolens. Turbat multa in hoc lapide Reineſ. Syntagma infr. pag. 1011. quæ vellem non fugiſſent Muratorium.

Pag. XXIV. n. 1.

APOLLINI
BELENO. AVG
TIB. CLARISTIO
ET. CORNELIAE. Q. TICILAN
CONIVX. CVM. FILIS. CLAVD
CONSTANTE. FEROCLANO
EVTICHIANAE. AERISTIONE
EX. VOTO. POSVER. SIGNVM
CVPIDINIS. L. D. D. D.

Veriſſime in his dividit Muratorius *Tib. Cl. Ariſtio*. Ipſe præterea hæc divido Cornelia. Eq. & paullo poſt *Fero Cl. Ano.* & denuo Evtichiana e id eſt *&c.*

Pag. XXVII. n. 1.

APOLLINI SOLI INVICTO
MENANDER MAGVS AGG. N̄. N̄.
SIGN. H. VOVIT.

Illud Agg. corrige in Avgg. id eſt, Auguſtorum. Ita in Inſcriptione Gudiana pag. 105. num. 5. Q. Heterivs Hermetio N. Thr. sacerdos Dei solis et Magvs Avgg. n. n. et Heteria Pontina ollas II. Cupio ſcire illos Auguſtos, qui publice Magos aluerunt, aut Magos, qui domus Auguſtæ officiis ſeſe inſeruerunt, & Magos Auguſtorum dixerunt, atque hoc nomine in publicis monumentis ſignificari voluerunt. Non ignoro, Imperatores æquo curioſiores, aut rebus duris compulſos, magicas artes accinctos fuiſſe nonnunquam; dicas tamen in obſcuro eos arti huic operatos fuiſſe, quæ publice erat illicita. Ulpianus Lib. V. tit. 23. *Magicæ artis conſcios*, inquit, *ſummo ſupplicio adfici placuit, id eſt, beſtiis objici, aut cruci ſuffigi. Ipſi autem Magi vi exuruntur*. Quare Tertullianus de Idololatria cap. 9. poſt Evangelium nuſquam inveniri aut ſophiſtas, ſcribit, aut Chaldeos, aut Incantatores, aut Conjectores, aut Magos, niſi plane punitos. Servius etiam ad Virg. Æn. IV. 493. qui, Conſtantinis Imperantibus, vixit, Magicam artem Romanis ſemper damnatam, & probroſam habitam teſtatur. Verumtamen etiam hoc ſcio, ingeniorum in Imperatoribus diverſitate, rerumque, de quibus conſulti Magi reſponderant, varietate habitos eos fuiſſe lenius, aſperius, nonnunquam etiam extra pœnam. Inſigne eſt in hanc rem teſtimonium Ulpiani ejuſdem apud Auctorem Coll. LL. Moſaic. & Rom tit. 15. §. 2. Quem locum, ſi diligenter expenderis, intelliges, non tam ſcientiam illarum artium damnatam fuiſſe, quam exercitium; neque hoc promiſcue, ſed de ſalute principis, de fatis Reipublicæ & de arcanis imperii, a quarum rerum cura cum prohiberentur tantum privati, non etiam princeps, dubitari poſſit, an non Magos ſuos habuerint principes, non quidem Magos illos, quos maleficos ob criminum multitudinem vulgus appellat, ut eſt in L. 5. c. de Malef. & Mathem. ſed ex aſtris rerum futurarum præſcios, cetera vitæ integros, atque abhorrentes a maleficiis. Notum namque Mathematicorum, Magorum & Chaldæorum innoxia diſciplinarum & gentis eſſe vocabula, æruſcatorum & ſceleratorum hominum præſtigiis infamata. Denique magiæ vox late patet. Vid. Iſidor. Lib. 8. cap. 9. nonnullaſque artes complectitur, quas Romæ probatas novimus. Sed quocunque ſenſu Magos Auguſtorum in his monumentis dici credas, illud compertum eſt, Imperatores Romanos Magorum opera uſos eſſe, etiam eos, qui id hominum genus ex urbe expulerunt. In quorum numero Tiberius eſt, de quo Tacitus, Ann. 2. cap. 32. Suetonius, atque alii illius temporis Hiſtorici. Ceteros expulit, Thraſyllum, tamen ſemper ſecum habuit. Vide Dion. Caſſ. Lib. 58. in fin. Neronem Plinius ita magicis artibus indulſiſſe ſcribit, Lib. 30. cap. 2. ut nemo validius ulli artium faverit. De Hadriano Aurelius Victor, & præcipue Xiphilinus, qui eum ſcribit, aquam intercutem curaſſe artibus Magicis. Vid. p. 797. De Didio Juliano Spartianus cap. 7. de Caracalla Dion. Lib. 77. pag 877. De Aureliano Vopiſcus pag. 805. De Diocletiano Victor

(a) Murat. verſ. villc

ctor Aurelius & Auctor de Mortibus Perſecutor. cap. 10. ubi vid. not. Quare Tacitus Lib. 1. Hiſtor. cap. 22. id hominum genus dicit, quod Romæ vetabitur ſemper, & retinebitur. M. Cato de Re Ruſtica Lib. 1. cap. 5. hæc Villico præcipit: *Haruſpicem*, *Augurem*, *Hariolum*, *Chaldæum ne quem conſuluiſſe velit*. Contra vero Columella, in vitiis ſegetis & pecorum gravioribus, ne ab illicitis quidem artibus abſtinendum cenſet. Ita namque ille:

> *At ſi nulla valet medicina repellere peſtem,*
> *Dardaniæ veniant artes.* . . . .

Quod conſilium ille agricolis dedit, cujuſque generis homines ſibi præceptum eſſe ſunt arbitrati, maxime medici, quod, ut alicubi Cicero ſcribit, ſalutis expediendæ ratio omnis honeſta eſt. Teſtatur Plinius Lib. 29. cap. 1. natam eſſe e medicina magiam. Multa congeſſit in hanc rem Rob. Keuchenius in Prolegomenis ad Serenum Samonicum p. 58. & ſeq. Ipſe Cato, quo nemo vir gravior extitit Romæ, magicos ſuſurros & carmina docet ruſticos cap. 160. Hoc enim velim præterea advertas, Magum illum in Gudiano lapide N. THR. id eſt, natione Thracem fuiſſe. Thraces autem, & Theſſali magicæ artis ſtudioſi fuerunt præ ceteris. Hæc ſcripſeram, cum conjectura alia ſub acumine ſtili naſcebatur, quam paucis exponam. Utrumque lapidem, qui Magi Auguſtorum meminerunt, dum iterum intueor, perſpicio, magum utrumque ſacra feciſſe Deo Soli. Alter enim Apollini Soli invicto ſignum vovit, alter ſacerdos Solis fuit. Solem hunc Mithram fuiſſe puto. Is enim Sol invictus, & Deus Sol appellabatur. Cultus ejus frequentiſſimus & ſummus fuit ſub Cæſaribus. Inde animo ſententia ſurrexit, Magi nomen proprium fuiſſe Solis hujus, aut Mithræ ſacris. Hoc certum, ex Perſide ad Græcos, Romanoſque per Aſiam, atque in Europam tranſlata, totoque Romano imperio ſanctiſſima, celeberrimaque fuiſſe. Ex eadem Perſide & nomen & honos venit Magis, eorumque diſciplina eſt orta, quod putidum fuerit exemplis declaraſſe. Hinc in opinionem veni, una cum ſacris Mithricis etiam Magi nomen veniſſe a Perſis. Atque, ut Dei Mithræ nomen mutatum non eſt in gentibus exteris, ita quoque magiſtrum ſacrorum ejus nomen ſuum in iiſdem gentibus conſervaſſe. Cum autem ſacerdos Dei Solis, & Magus diſtinguatur in Inſcriptione Gudii, credibile eſt, Magum dictum eſſe eum, qui ſacris tanquam vates & haruſpex intererat, & principi nunciabat, quæ ad illum pertinebant. Ut autem primi Magi Perſæ, ita deinceps illi ex quacunque gente modo diſciplinis magicis imbuti eſſent atque initiati, fuerunt cooptati. Nam Heterius Hermetio natione Thrax fuit. Julius Firmicus de Erroribus Prof. Relig. pag. 8. ubi de Mithricis ſacris, meminit etiam Magorum. *Vos itaque, qui dicitis in his templis rite ſacrificari, non magorum ritu Perſico, cur hæc Perſarum ſacra laudatis?* An hic Romanos coarguit, qui ſacra Mithrica a Perſis acceperant, & tamen non ritu Magorum antiquo peragebant? Sed locus eſt mutilus.

Pag. XXVII. n. 2.

D. D. INVICTO	
PRO . SAL . MAXIMI	PER . VAL .
ET . FIL . EJVS . TITV	SECVRIAN
LENVS VRSINVS	O PATRAE

Ubi Muratorius *Marmorarii mens*, inquit, *fortaſſe fuit*, *ſcribere* PRO VALERIO SECVRIANO PATRE. *ſed aliud ſcripſit*. Verum lapis hic non poſitus eſt pro Val. Securiano patre, ſed pro Maximo & filio ejus Tituleno Urſino per Val. Securianum patrem. Auctor Inſcriptionis Grammaticæ artis & caſtigatoris ſermonis ignarus fuit, ut multi monumentorum auctores: neque iis infrequens conſtructio præpoſitionis *per* cum caſu ſexto. Reineſ. pag. 86. n. 42.

PER SACERDOTE
VALERIO PANCARPO

Pag. XXVII. n. 4.

SOLI DEO
INVICTO
FERONIVS CENSOR
SIGNI.

id eſt, *ſignifer* in militia, *Cenſor* in colonia, niſi *Signum* locum malis. Hæc Muratorius. Equidem credere malo, Feronium Cenſoris cognomine fuiſſe dictum, ut apud Grut. pag. 14. n. 4. 5. & pag. 848. n. 13. nec non Reineſ. Cl. IX. n. 74. cognomina inde deducta ſunt *Cenſorius*, & *Cenſorinus* paſſim obvia. Vide an & malis ita diſtinguere SIGN. I. ideſt, ſignum unum: nam ſigna cum ſua tum aliorum Dis dedicabantur; atque ita paullo ante n. 1. SIGN. H. VOVIT id eſt, ſignum hoc vovit: nec non pag. 58. n. 3.

VENERI GABINAE
ET ALBANAE SANCTAE
PRO SALVTE L
IVNII PRIMOGENI
ET SECVNDINO FIL
L. IVNIVS FELIX PATR. CVPEDINIS
II. AER. PRO SALVTE POSVIT

intellige ſigna duo ænea Cupidinis Veneri matri fuiſſe dedicata. Huc pertinet eadem pagina n. 6.

VENERI
PLACIDAE
CVM SIGN
CVPIDIN

pag. 79. n. 1.

GE-

GENIO COLONIAE PVTEOLAN
SACR
FORTVNAM
PTOLEMAIS ISSA
CVRANTE
GALERIA CVPROGENIA
MATRE

Fortunam intellige ſignum Fortunæ Deæ Genio Coloniæ Puteolanæ conſecratum. Addidi hoc exemplum ex multis, quia id ſollicitat Muratorius *Fortunata* legens pro *Fortunam*.

Pag. XXVIII. n. 3.

PRO SALVTE
TIBERI CLAVDI
MACRONIS CON
FER . NOR . SER
VIL . SPELEVM CVM
OMNI APPARATV FECIT

Spelæum Mithræ ſignificatur. Vid. Reineſ. pag. 94. & quæ hic Muratorius, qui dubitat in Norico ferri fodinas haberi; verum docebunt id eum Plinius Lib. 34. cap. 14. in quo de ferro. Adſcribo locum, quia in Editione ea, quæ nunc præ manu eſt, male diſpunctus. *Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro eſt. Seres hoc cum veſtibus ſuis, pellibuſque mittunt. Secunda Parthico. Neque alia genera ferri ex mera acie temperantur. Ceteris enim admiſcetur mollior complexus. In noſtro orbe, vena alicubi bonitatem hanc præſtat, ut in* Noricis: *Alicubi factura, ut Salmone aqua.* Duxit me ad hanc diſpuntionem Iſidorus Lib. 16. cap. 20. Noricus enſis celebratur Horatio Lib. 1. Od. 16. verſ. 9.

. . . . . . *quas neque Noricus*
Deterret enſis. . . . . . .

Idem Epod. 17. verſ. 70.

Voles modo altis deſilire turribus,
Modo enſe pectus Norico *recludere*.

Ferrarias iſtic officinas fuiſſe, in quibus ferrum coquebatur, docet Ovidius Metam. Lib. 14. verſ. 712.

Durior & ferro, quod Noricus *excoquit ignis*.

Copiam ferri Rutilius Itinerar. I. 351.

Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis:
Qua nihil uberius Norica *gleba tulit*.

Neque etiam nunc ibi copia deficit.

Pag. XXIX. n. 6.

CERERI AVG
HEDOMACVS PVB
II VIR . MAG . OB HON
LIBTAT . R . ET . HERCVL
AVG .

Muratorius pvb. ii vir. mag. interpretatur ſervum publicum Duumviralis Magiſtratus. Verum non amo inſuetam hanc locutionem. Scio Publicos Prætorum, Augurum, atque aliorum dici; verum hic ſignificari puto Hedomacum, qui ante Publicus fuerat, dein Duumvir eſt factus. Non nego, Publicum ſervum fuiſſe, verum & hoc ſcio, vix fuiſſe, ut Publici pro Servis haberentur: nam & pro dimidia parte teſtari poterant. Ulpianus tit. 20. §. 16. Nomina Romana, uxores filias habebant, quibus carebant ſervi privatorum. Vide Inſcriptiones duas memorabiles in marmorib. Felſin. p. 498. 499. illa eſt:

D . M
HELIO . AFIN
PVB . AVG
SESTIA . PSYCHE
CONIVGI . B M

hæc:

DIIS MANIBVS SACRVM
VIVENIAE . L. F. HELPIDI
VIXIT. ANNIS XVI. MENSIB. VI
FECER. HELIVS AFFINIANVS PVBLICV
AVGVRVM. CVM. SEX. PSYCHE CONIVGE
FILIAE PIENTISSIMAE

Helium & Sext. Pſychen eoſdem in utroque lapide memorari, dubitandum non eſt. Repetit utramque Inſcriptionem Fabrettus Inſcr. pag. 336. n. 501. 502. nec non Muratorius pag 170. n. 4. ubi ſcribit, in hoc ſepulcrali lapide conſpici juvenem & puellam junctis ſuper ara manibus, cui tres panes impoſiti, quod ſignum dicit matrimonii initi per confarreationem. Non ſubiit, credo, animum Muratorii locus Taciti Annal. Lib. 4. cap. 16. de deſuetudine confarreatarum nuptiarum tempore Tiberii Cæſaris. Quare autem nuptias ob difficultates maximas, quantumvis ampliſſimi ſacerdotii ſpe oſtentata, nobiliſſimi Romæ fugerunt, has Servus *Publicus* contraxit? Deſino plura, ne ineptire videar. Addo aliam ex marmoribus Felſineis pag. 371. Publici.

*
* *
* * * *
* * * * * * * * * *
* * * *
* *
*

LAETVS PVBLICVS POP. ROMANI
AQVARIVS AQVAE ANIONIS
VETERIS. CASTELLI. VIAE
LATINAE CONTRA DRACONES
ET FLAVIA DIONYSIA FECE
RVNT SIBI ET ACILIAE
ARGIRIDI
FILIAE VIX. AN. V. XXIV.
M. II. D. VIII. ET. LIB. POS
TERISQVE EORVM
H. M. H. N. S. ET DOLVS
MALVS ABESTO ET
CALVENTIAE . . . TINAE, ITA. ADI
AMBITV . . . VMENTI PERTI

Libentius hunc titulum hic pono, quod egregie confirmat Cujacii emendationem ad ſanandum locum Ulpiani modo prolatum ex Tit. 20. §. 16. qui ita editur: *Servus publicus prætoriani parte dimidia teſtamenti faciendi habet jus*. Ille corrigit *Servus publicus Populi Romani*, Obſerva porro uxorem Læti Publici iſtius *Flaviam Dionyſiam* dici, filiam vero *Aciliam Argyridem*, quæ nil abeunt a civium Romanorum, Libertorumque nominibus. Filiæ nomen Aciliæ docet Lætum Publicum fuiſſe Acilium dictum. Imo Helii Aſiniani filia, de qua ante L. F. nominatur, unde docemur, Helium illum Publicum etiam prænomen habuiſſe, In verſu 8. AN. V. errore quadratarii, an deſcriptoris exaratum eſt pro ANN. & in verſu 13. & 14. lege, atque expone ITVS ADITUS AMBITVS MONVMENTI PERTINENT ad ... ſed fines ſcripti olim perierunt. Non mirandum autem, ſi Lætus oſtenſurus priorem conditionem publicum ſe maluit dicere, quam libertum, quæ vox extremam mortalium ſortem, quæ ante fuerat, oſtendit, illa vero eam, quæ libertati proxima eſt, atque in ſervitute honeſtiſſimum locum. Soliti autem multi in lapidibus non fortunam tantum præſentem edocere, ſed omnes honorum gradus, quibus ad illud faſtigium, in quo monumentum erigentes ſteterunt, ſunt producti, enarrare. Unde in eodem titulo nonnunquam aliquis miles caligatus, & proconſul appellatur. Hoc certe nemo mirabitur, hominem ex publico libertum ad Duumviratum aſpiraſſe, ſi quidem curules & municipales honores cum libertis ſæpiſſime fuerunt communicati. Fuiſſe autem ſervum hunc publicum, inde ſcimus, quia ex publico factus Duumvir Libertati & Herculi Auguſto ob honorem vota reddidit, & gratias perſolvit. Honor a Libertate habitus libertas fuit, ab Hercule Duumviratus. Libertas Dea cum in aliis monumentis, tum in nummis multis celebratur. Hercules autem *poſt adoptionem cœlitum, juventæque connubium perpetuus eſt virtutis adſertor, omnibuſque fortium virorum laboribus favet*, ut Mamertinus in Panegyr. 2. Maximiano Aug. dicto, ſcriptum reliquit. Atque hinc detenditur lectio lapidis, quem Antonius Antinorius Aquilanus miſit ad Cl. Muratorium, hoc modo ſignatus:

PATRI REATINO SACRVM
OB HONOREM AVGVST
VIVIRI AVGVST
T. BITVINVS FELIX
LICINIVS SVCCESSVS
POMPONIVS MODERATVS
. . . VS HERMEROS L. D
. . VS ACHORISTVS D. D

Pater Reatinus Hercules eſt; Huic honorum, Auctori, & virorum fortium adjutori ſeviri Reatini, quorum nomina ſequuntur, hoc monumentum poſuerunt, ob honorem Auguſtalitatis. Quare miror, Cl. Muratorium in verſu ſecundo AVGVSTOR. edidiſſe. Forte aliquis in illo lapide, quo de agimus, Herculem Auguſtum ipſum Imperatorem accipiat, aut tacite duntaxat eum reſpici credat; neque id mihi rejicitur, dummodo veriſimile fiat, Imperatori rem ejuſmodi curæ fuiſſe, MAG. in Inſcriptione illa nomen coloniæ, aut municipii deſignat. Velim ſcire, an marmor inventum ſit Rhodigii, ubi id adſervari ſcribit Muratorius. Factum enim eſt ſæpe, ex quo tempore monumentorum antiquorum ſtudium calere cœpit, ut marmora in loca alia tranſportata fuerint, nonnunquam etiam in loca longinqua. Rhodigio non admodum longe diſtat Acelum Plinio memoratum Lib. 3. cap. 19. Si M litteram primam a proximis avellas, exibit M. AG vel AC: nam C & G, ut jam ante docui, pro iiſdem literis fuerunt habitæ, atque ita municipium Acelum ſignificabitur. LIBRAT pro LIBERTAT. R in P quod *poſuit* notat; mutarem, niſi in lapide Domburgenſi litteram eandem inveniſſem.

D E A E N E H A L E N N
A E I A N V A R I N V S
A M B A C T H I V S P R O
S E Ē S V I S V. R. L. M.

verſus extremi hæc ſententia eſt: *Se & ſuis votum reddidit lubens merito*. Cicero de LL. Lib. 2. cap. 9. *Caute vota reddito*.

Pag. XXX. *n.* 6.

M A T R I
M I A E T I N V S
A S S I A N V S
V. S.

Cl. Muratorius Matrem magnam accipit, Sed quia in agro Brixiano repertus eſt lapis, matribus, id eſt, Nymphis, & *Diis topicis* eum votum puto. Nam non in Gallia tantum Tranſalpina, ſed & in Citeriore matres illæ cultæ fuerunt, ut Mediolani. Murator. pag. 93. n. 3. 4 5. 6. 7. 8. Cremonæ pag. 94. n. 1. in agro Novarienſi n. 2. 3. Et pag. 32. n. 3. in lapide Aſculi invento etiam matres commemorantur ita:

VE-

VESTAE
ET MATRIBVS
T. CELERINVS
TEM. PORTIC.
CVSTODIARVM
D. S.

Aſculum hoc Picenum, an Apulum ſit, non additur, nec ſcire intereſt; cum utrumque oppidum Gallis alienum fuerit. Ingenue fateor, ignoratum mihi diu fuiſſe, Matres has ab Italis, qui Galli non erant, fuiſſe, cultas, nec tamen video, quæ aliæ Matres hic deſignentur.

Pag. XXXIII. n. 8.

AVGVSTAE BONAE DEAE
CERERIE SACRVM

Apud Gruter. pag. 1010. n. 2. Magna Deûm mater Ceraria appellatur. Lapis ille Muratorianus inventus eſt Aquilejæ, hic Gruterianus prope Venetias. Venetorum & Carnorum, quorum caput eſt Aquileja, proximi agri ſunt, & fines. Quare puto utrique Deæ ab eodem loco hoc nomen hæſiſſe. Alius lapis poſitus fuit Aquilejæ BONAE DEAE PAGAIAE apud Gud. 54. n. 4. quod tamen vir doctus mutat in PAGANAE. Verum operæ pretium fore opinatus ſum in conſpectum producere lapidem utrumque, quem eundem puto. In Gudiano Theſauro hoc modo recenſetur pag. LIV. n. 4. *Ex Codice MS. qui eſt Florentiæ penes V. Cl. Franc. Redium, Inſcriptio hæc reperta Aquilejæ in domo cujuſdam Canonici, eſt in Cod. pag.* 135. *a. i.*

BONAE DEAE PAGAIAE RVFIA C. F.
FESTA CAESILIA Q. L. SCVLACE
MAGISTRAE D. P. S. DECIDIA L. F.
APVLEIA DEPVPIA L. L. PEREGRINA
MINISTRAE BONAE DEAE AEDEM
FECERVNT D. P. S

apud Muratorium ita pag. XXXIII. n. 5. Aquilejæ e Philippo Turre V. Cl.

BONAE PAGANAE
RVFRIA C. F. FESTA
CASILIA Q. L. SCYLACE
MAGISTRAE
D. P. S.

Mihi Gudiana verior videtur. Quare nolim tam inclementer ſtatuiſſet Illuſtris Bimardus de Gudianis Inſcriptionibus in Diſſertatione ſua præmiſſa Theſauro Muratoriano pag. 33. & 34. Credo virum egregium, & literatæ Galliæ non poſtremum decus, Muratorianas omnes non perſpexiſſe eo tempore, cum iſta ſcriberet.

Pag. XXXVIII. n. 5.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΥΡ. ΠΑΡΜΕΝΩΝ
ΚΑΙ Η ΓΥΝΗ ΑΥΤΟΥ
ΑΥΡ. ΕΙΣΙΔΟΤΗ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΝ
ΠΡΑΙΑΙΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

tunc idem titulus, quem producit Muratorius pag. *16*, n. 8.

ΑΥΡ. ΠΑΡΜΕΝΩΝ ΚΑΙ Η ΓΥΝΑ ΑΥΤΟΥ ΑΥΡ. ΕΙΣΙΔΟΤΗ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΝ ΓΡΑΙΑΙΣ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Vides omnia gemina in his, niſi quod alter plenior his verbis ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ & ΓΡΑΙΑΙΣ pro ΠΡΑΙΑΙΣ habet. Sunt & hæc diverſa, quod hic extitit in Orchomeno Bœotiæ, & e Schedis Farneſii miſſus eſt a P. Franciſco Andreaſſo. Ille extitit apud Lucadem (Leucadem deſignari putes in inſula Leucadia) deſcriptus a Muratorio e ſchedis ſuis. Cupio cognoſcere, unde Vir Clariſſimus collegerit ſchedas illas ſuas: Utrum ex monumentis antiquis αὐτόπτης, an ex commentariis aliorum? id quod verius puto, quia ſchedæ iſtæ haud raro fallunt. Deſcripſit ante tria ſecula eundem lapidem Cyriacus Anconitanus, ut eſt cognoſcere ex inſcriptionibus, quæ Cyriaci hujus nomine circumferuntur pag. 32. n. 217 qua pagina Inſcriptiones memorantur, quæ Cyriaco illi luſtratæ ſunt in Bœotia cum IIII. Kal. April. Levadeam, ſive Lebadiam veniſſet. Non autem Lebadia longe abeſt Orchomeno, interfluente Cephiſſo amne, cujus pontem a Cyriaco ſignificari puto, ad quem inventus ille lapis; neque alium intelligendum ſchedis Muratorianis, quamcunque illæ Lucadem demonſtrent. De Ἀρτέμισιν πραίαις præclare nonnulla diſputata ſunt in proximis Miſcellaneis pag. 153.

Verum miſſis tandem Inſcriptionibus Muratorianis, confero me ad Geminiæ Secundæ ſepulchralem cippum, de quo me nonnulla proditurum dixi. De eo interpretando diſſident Joannes Jacobus Chifletius & Thomas Reineſius. Ille in libello ſingulari edito Antwerpiæ 1634. Hic in Inſcriptionum Syntagmate Claſſe V. n. 14. Repertus iſte lapis eſt Veſontione in Gallia anno ſuperioris ſæculi XXXIII. Titulus hic eſt:

GEMINIA II IVLLA
ARAVSIENSIS MATER
SACRORVM HIC
ADQVIESCIT
D. IVL. PI. AVGVSTVS. CON. PI
ISSIMAE ET AVRAE
SEVERI. QVI. M. PRO. F.
OBSER

II Chif-

II Chifletius ſecundam exponit vel nominis numero, vel naſcendi ordine, a quo ordine nomina indita in titulo apud Muratorium pag. LVIII. n. 3. IVNII nempe PRIMOGENI ET SECVNDINI FIL. IVLLAM vero cognomen gentis dicit. Contra vero Reineſius commiſtis inter ſeſe litteris omnibus TITVLLAM procudit. IVLIAM edit Muratorius pag. 183. n. 1. Sed corrigit TERTVLLAM. Sponius conjecturas omnes Reineſii, quanquam preſſo nomine, non probat tantum, ſed & in titulum tranſtulit, quod exemplo peſſimum. Equidem autem Chifletium ſequor hominem doctum & diligentem, domo Veſontione. Quare exiſtimandum, aut ab ipſo luſtratum eſſe lapidem, ut ab eo, cui is recte fidem haberet. Hoc certum, nec animum, nec ingenium, nec copiam Chifletio defuiſſe explorandi, explorataque fideliter tradendi. Nec abhorret ſcribendi ratio. Nomina *Primus*, *Secundus*, *Tertius*, atque alia numerorum notis in monumentis nonnumquam exarata videmus. Gruter. pag. 93. n. 9.

SEX. POMPEIVS. I. COGNOMINE PANDVS

Jullus pro *Julo* ſcriptum ex more nonnullorum geminantium hanc literam, quem labdaciſmum dixerunt. Julus autem nomen Romanum eſt. Non otium nunc eſt, exemplis & teſtimoniis ſingula firmandi. Antonii filius adulter Juliæ Julus creditur dictus, teſte Horatio & Tacito. Vid. Boecler. ad Vellejum Lib. 2. cap. 100. Ab *Jullus* eſt *Jullinus*, quod nomen eſt apud Gruter. pag. 769. n. 6. *Arauſienſis* pro *Arauſionenſi* ſcriptum fuiſſe docet Chifletius ex Sidonio Apollinari Lib. VI. ep. 12. Verum longiorem hunc nominis tractum placuiſſe olim multis dubito, haud magis, quam *Veſontionenſes*, eadem ratione formatum a *Veſontione*, qua *Arauſionenſes* ab *Arauſione*. Civium nomina a Veſontione oppido deducta diligentiſſime colligit idem Chifletius in Veſontione Part. I. pag. 12. Illam tamen terminationem, quam dixi, nempe *Veſontionenſis*, non invenies. Similiter *Arauſionenſis* terminationem exulare videbis ab iis, quæ Valeſius conquiſivit in Notitia Galliarum, nec non Savaro ad Sidonium Lib. VI. epiſt. 12.

Quæ ſit mater ſacrorum, & de voce *adquieſcit* erudite diſputat Chifletius, quare ea intacta prætermiſit Reineſius. Aliquid a nobis dictum eſt ſupra ad Append. Differt. Bimardi cap. 1. pag. 64. & plura proferentur aliquando deinceps. Verum de iis, quæ ſequuntur, in alia omnia illi rurſus diſcedunt. D. IVL. PI. AVGTVS. Chifletius *Decium Jullum Pium Augtum* nominat. At vero Reineſius *D. Julium Publii Libertum*, Muratorius *D. Ulpium Auctum Decium* Chifletius prænomen plebejum dicit. Verum *Decimum* prænomen eſſe, *Decium* vero gentis nomen, nemo, credo, ignorat. Quare prænomen illud nonnunquam *x* numero deſignatur, ut apud Fabrettum pag. 669. n. 73. X BERITIVS APOLLINARIS. Jullum ob id probat, quod Julla ſuum hoc cognomen a marito adſcivit. Hæſit is error multis, uxores maritorum nominibus fuiſſe dictas. Carolus Cæſar Malvaſia & Reineſius eum tuiti, acriterque ob id oppugnati ab Ezechiele Spanhemio, & aliis. Hoc loco plane adſentior Reineſio, qui *Julium* ſignificari putat, quod crebrum nomen in Gallia fuit, inde a temporibus Julii Cæſaris Galliarum domitoris.

Augtum, inquit Chifletius, *alibi non legi*, *etſi auctum multis locis*. Verum litteras C & G pronunciatione quorundam duntaxat, non vero origine & natura diſcrepare, atque ob id miſceri in antiquis monumentis, omnes tradiderunt, qui de litteris & ſcriptura veterum meminerunt, Quinctilianus & plerique Grammatici veteres, Pierius, Valerianus, Voſſius, Dauſquius, alii. Nonnulla etiam in hoc genere antea nobis ſunt propoſita.

Pi utrum *Pium*, an alium notet, ut *Piſonem*, *Piſtum*, *Piſticum*, *Pitinnum*, quæque alia ſunt antiquorum cognomina, ejuſdemque initii nomina (nam & nomina pro cognominibus uſurpata aliquando fuiſſe cognovimus) non pugnaverim. Sed cur in P. L. mutet Reineſius, cauſſam nullam video, diverſo, ſi hanc ſcripturam admittimus, Patroni & liberti prænomine; ille namque Decimus, hic Publius nominatur.

De vocibus *Con. piiſſimæ* nulla addubitatio eſt. At vero hæc *Et Auræ Severi* rurſus turbant. Auram Severi conjugem accipit Chifletius. At vero Reineſius & Muratorius *Aureliam*. Ille præterea *Severinam* inde exſculpit. De Severina nihil; neque enim illud nomen lapis, aut antiqua ſcribendi conſuetudo rejicit. Ego *Auræ* ſervandum reor, quia nulla mutandi neceſſitas adigit. Reſtant in monumento QVI. M. PRO. F. OBSER. Chifletius ita ſupplet: *Qui monumentum pro flamine obſervavit*. Reineſius in hunc modum: *Cujus monumentum prothyron* (ſolita ſibi ſecandi arte PROF mutat in PROT id eſt, *prothyron*) *obſeratum eſt*. Addit porro Chifletius aliorum de illis verbis conjecturas, quorum alii legebant *pro foribus obſeravit*: alii *pro fonte obſeravit*. Mox ſubjungit alterum libellum, quin dicam potius illius, quem dixi, libelli partem alteram, in qua verum exequiarum ritum ſeſe tradere opinatur, quem ex illo lapide ſibi detexiſſe eſt viſus. Neque deeſt ſuæ interpretationi & firmandæ ſententiæ Reineſius, quæ ex ipſorum libris cognoſci malo. Requires nunc, ut, quid mihi de hoc lapide in mentem venerit, exponam. Dico paucis notas, & verba ita explano, *quim pro filio* (ſi *quim* ad Severum referas, pro *quem* poſitum accipias, velim; ſin ad *Auram*, pro *quam*) *obſervavit*. Vides diſtinctione exſtincta literam M revocari in ſuam ſedem. Sive autem diſtinctio illa appareat in lapide, ſive a deſcribentis ingenio ſit, quod ſæpe deprehendi, hoc compertum eſt, non ſuo ſemper loco, certe non eo, quo nos conſuevimus, diſtinctiones a veteribus, cum ſcriptoribus, tum quadratariis fuiſſe repoſitas, mediiſque vocabulis nonnumquam inſertas, id, quod notatum diu Fabretto.

Quim pro *quem* ex more vetuſto eſt. Sciendum namque pronomina *is* & *quis*, omniaque

ex

ex iis compoſita, ut *aliquis*, *ecquis*, cætera formam declinationis tertiæ fuiſſe ſecuta per utrumque numerum, & caſus omnes. Feſtus EM pro EVM *ab eo*, *quod eſt* IS. Iidem IM *ponebant pro* EVM, *a nominativo* IS. De pronomine QVIS in promtu mihi ſunt ſingulorum caſuum exempla, nunc defungar Servii teſtimonio ad Virgil. Æn. 1. verſ. 99. quem cognoſces eadem, quæ dixi, docentem. Tantum ea nunc proferam, ex quibus liquet *quem* feminine fuiſſe uſurpatum pro *quam*. Gruterus pag. 688. n. 2. QVEM *Dii amaverunt*, HAEC *moritur*. Fabrett. Inſcr. pag. 165. n. 301. QVEM *vice* FILIAE *attendit* pag. 732. n. 452. HAEC *eſt*, QVEM. Spon. Miſcell. pag. 229. & Donius pag. 401. Non dicam nunc *em* & *im* in caſu quarto quemadmodum miſcuerint veteres. *Obſervare* eſt reſpicere, curare. Paullus in l. 132. de Verbor. Oblig. *Quidam cum filium alienum tradenti promiſerat certam pecuniæ quantitatem, ſi eum aliter, quam ut* FILIVM OBSERVASSET. Verbum verbo expreſſit Vitalio in monumento, quod, ut dixi, eſt apud Fabrettum, QVEM *vice* FILIAE ATTENDO. Obſervare enim attendere eſt. Neque ſane ſanctius vocabulum, quam hæc duo, ex Latio in mentem venit. Ejuſmodi dico vocabulum, quod minus nequitiæ, invidiæque minus habeat. Quanto autem ſimplicior hic verborum ſenſus eſt, tanto magis mihi ille probatur, & ſimplicitati monumentorum antiquorum conſentaneus. Unum hoc addere liceat, quanquam nihil detractum volo diligentiæ ac ſedulitati Chiffletii, aut illius, qui titulum, quo de agimus, ex lapide excepit, nata tamen aliquando mihi dubitatio eſt, an lapidis pars, quæ *Julla* nomen habet, aliquid vitii contraxerit, & quidem ad locum L poſterioris, forte quod calculus exemtus ex eo fuerit, exciderit ve, & lacunulam reliquerit, cujuſmodi lacunas in Gallicanis monumentis complures deprehendi. Admodum enim paucæ, certe in locis ad Rhenum, aliiſque a Rheno haud longe remotis, ex marmore ſunt: Plerique omnes ex lapide ſcabro, & maxime calculoſo. Quæ quidem res aliquando fraudi fuit ſummo Viro Giſberto Cupero in hoc titulo:

MERCVRIO
REGIS . VE
FORTVNE
BLESIO BVR
GIONIS . FIL
V . S . L . M

quem ita exaratum exhibet in monumentis antiquis, libro de Harpocrate ſubjectis pag. 183. atque ex Cupero Muratorius pag. 50. n. 7. Variis expoſitionibus tentat hunc lapidem Vir ille eruditiſſimus, & fateor, non exiguum ſcrupulum eam locutionem, quam veram putabam, mihi injeciſſe, quoad tandem in ipſum lapidem incidi, qui exſtat & adſervatur etiam nunc Zutphaniæ, in ædibus Illuſtriſſimi de Heeckeren, Satrapæ Comitatus Zutphanienſis. Perſpexi autem punctum, quod in verſu ſecundo litteris S & VE interjectum eſt, non a ſculptore, aut quadratatario factum, ſed veſtigium eſſe ejecti inde calculi, in cujus ima, ſummaque parte apices litteræ I deprehendi, & hanc veram ſcripturam

REGI SIVE

de qua nunc nihil addo. Similes lacunas in aliis lapidibus per has terras detexi, quæ cum litteram in hoc titulo vitiarint, peritiſſimoſque Cuperi oculos feſellerunt, eodem forte modo in Veſontienſi lapide I litteræ non una parte labem impreſſerunt, induxeruntque deſcriptorem ejus, quantumvis hominem doctum, ut pro I legeret L, atque adeo IVLLA pro IVLIA. Hoc certum, ſi IVLIA legatur, me aliam vocem non eſſe deſideraturum. Non quod Juliæ, cognomen alterum Geminiæ eſſe velim, ſed quod Arauſionem coloniam Juliam dictam credo, ob id, quia eam ab Auguſto deductam opinor, ut multas alias in Gallia Narbonenſi. Scio a Goltzio nummum Neronis venditari, in quo *Colonia Arauſio*, ſed qui præter Goltzium hunc nummum viderit, novi neminem. Nam Hadrianum Valeſium, qui meminit ejus in Notitia Galliarum, Goltzii fidem ſequi puto. Errant autem illi, qui ex eo Coloniæ Arauſienſis conditorem Neronem dicunt. Si quidem jam eo tempore, quo Mela de Situ Orbis librum ſcripſit (ſcripſit autem ſub expeditione Imperatoris Claudii Britannica) Colonia illa jam deducta erat. Ita namque idem Mela Lib. 2. cap. 5 ubi de Gallia Narbonenſi, *Urbium*, *quas habet*, *opulentiſſimæ ſunt*, *Vaſio Vocontiorum*, *Vienna Allobrogum*, *Avenio Cavarum*, *Arecomiorum Nemauſus*, *Toloſa Tectoſagum*, *Secundanorum Arauſio*, *Sextanorum Arelate*, *Septimanorum Beterra*. Arelate Colonia Julia dicta Paternæ cognomine. Vide Murator. pag. 1109. n. 6.

Arauſienſis hic lapis mihi in memoriam revocat nummum, de quo variæ & diverſæ feruntur ſententiæ doctiſſimorum virorum, Camdeni, Bouterovii, Meneſtrierii, auctoris anoymi Memoriar. Literar. Trevult. nec non auctoris Anonymi Religionis Gallorum Priſcorum, quem Jacobum Martinum dicit, diligentius expendit, & exigit Gotfr. Chriſt. Rhotius in libello de Nominibus, vocabuliſque, quibus Medicos, eorumque artem adpellarunt Veteres Germani pag. 23. Quorum tamen nulla mihi placet. In nummi parte altera caput galeatum eſt, cujuſmodi in pleriſque nummis Gallorum priſcorum titulus eſt SECVSIA, in altera figuræ duæ, altera major & gradientis, altera minor. Illa manu dextra clavam geſtat, ſiniſtro brachio exuvias leonis torquet, ut Herculem cognoſcas. Galli Herculem generis ſui auctorem ferunt, ſati ab eo, illo tempore, quo a domito & occiſo Geryone Italiam petiit, peragrata Gallia, quæ mare noſtrum contingit, teſte Ammiano Marcellino Lib. XV. De lapidibus, telis Herculis, per campos ibi ſparſis vide Strabonem pag. 183. Medio pene inter campos illos & Seguſianos, quorum civitas Lugdunum eſt, loco Arauſienſes habitant.

Quo-

Quocirca puto, Herculem Arauſienſem in eo ſignatum ex voce ARVS, id eſt, Aruſienſis, vel Aruſionenſis. Hoc modo *Aruſione* in Tabulis Peutingerianis pro *Arauſione*, nec non *cludo*, *claudo*, *rudus* & *raudus*. Vid. Feſt. in *Rudus*, atque alia. Gallos Herculem ab oppidis ſuis dixiſſe, notum. Hercules Deuſonienſis in nummis Poſtumi Auguſti a Deuſone oppido Germaniæ inferioris. Hercules Macuſanus in iiſdem forte a Maguſa non Arabiæ oppido, quod cenſuit Keyſlerus & Plinius Lib. VI. cap. 29. Maguſum nominat, ſed quod Maguſam dicit Anonymus Ravennas Geograph. Lib. IV. cap. 26. unde & ſitum ejus perſpicimus. *Item juxta prænominatum fluvium Moſela, quam Franciam Rhinenſem nominavimus, ſunt civitates, id eſt, Tulla, Scarbona, Mecuſa, Gaunia, Treoris, Nobia, Princaſtellum, Cardena, Conbulantia.* Verum de hoc plura alias.

LAPIDVM VETVSTORVM
EPIGRAMMATA
ET
PERICVLVM ANIMADVERSIONVM
IN ALIQVOT CLASSICA
MARMORVM ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΑ
ACCVRANTE

CHRISTOPHORO SAXIO
A. M.

In hac Lucenſi Editione ſunt ad ſua loca Clariſs. Auctoris *Addenda* & *Emendanda*, in Lipſienſi An. MDCCXLVI. ad calcem Operis poſita.

REVERENDISSIMO . ILLVSTRISSIMO . EXCELLENTIS
ET · PRINCIPALI · DOMINO

DOMINO

HENRICO

SACR. ROM. IMP. COMITI

A BRŸHL

LIB. BARON. IN . FORSTA . ET . PFOERTEN
DYNASTAE . GROCHVICENSI . RANISDORF BIRCKEN
PESTERVICENS . NISCHVIC . RELIQ.

AVGVSTISS. SARMATARVM REGIS

ET . DVCIS . SAXONIAE . NOVEMVIRI
INTRA . PALATIVM . ET . CONSISTOR
COMITI . ORDINIS . PRIMI
PRAEPOSITO . LEGION. SAXONICAR
FISCI . REGII . AERARII . OMNIVMQ.
COLLATION. ET . VECTIGAL. SVMMO
QVAESTORI . ET . CVRATORI . PRIMICER
OMNIB. PALATINIS . DIGNITATIB
AETERNA . CVM . LAVDE . FVNGENTI
PRAEFECTO . TVRMIS . SAXON
EQVIT. SINGVLAR. IN . POL
TRIBVNO . COHOR. BRVHLIANAE
FIDEL. VALENTIS . VICTRIC
CAPITVLI . D. PETRI . BVDIS. PRAESVL
ORDINVM . AQVIL. ALBAE . S. ANDR. ET
S. ALEXANDR. EQVITI . LATICLAVIO
REIPVBL. STATORI . ET . MVSARVM . ANTISTITI . PIO . FELICI
ARTIVM . ET . INGENIOR. INCOMPARABILI . ARBITRO
CVIVS . ANIMVM . SAPIENTIA . VVLTVM . GRATIAE
OBSIDENT
HOC . QVICQVID . EST . IN . PRISCA . MARMORA
STVDII
DEVOTISSIMA . HVMILLIMAQ. MENTE

L. LV. MQ.

SACRVM ESSE IVBET

CHRISTOPH. SAXIVS

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

CUM præclariſſimæ artes & ſcientiæ novum cultioremque habitum, barbariei maculis feliciter abſterſis, inducerent, in eam divinitus operam incubuerunt viri Erudititiſſimi, ut non modo libros certatim in lucem protraherent, ſed inciſa quoque notis marmora publicis, per quæ vita & ſpiritus rediit bonis poſt mortem ducibus, ſtudioſiſſime conquiſita ab interitu vindicarent. Quæ contentio rerum geſtarum memoriæ, totique adeo liberaliori diſciplinæ quantam ſalubritatem, quos nervos attulerit, vix *Gudii* foret, at quanti viri, nedum mei ingenioli, pluribus demonſtrare. Intelligebant quippe homines ſapientiſſimi, inexhauſtas antiquorum temporum opes in lapidibus ineſſe, multa familiarum, Conſulumque nomina, SCta, centum alias Doctrinæ copias, abſque his ſi eſſemus, ignorari, & ſepultas jacere. Quapropter eam maxime ob rem nonnulli longinquis in regionibus peregrinati ſunt, perituraque alioquin marmora chartarum fidei mandarunt. Atque hujus quidem rei gloria Tranſalpinis ab initio priva fuit, donec primus apud nos *Chuonradus Peutingerus* etiamſi non ſimilia auderet, re tamen plus etiam præſtaret, quam hi, quorum veſtigia ſequi videbatur. Quanquam enim apud Italos mature illa ſtudia flagrabant, nec pauci certe (*a*) admirabili prorſus diligentia in deſcribendis, digerendiſque lapidibus verſabantur, quorum multos labores vel famæ obſcuritas recondidit, vel fata interceperunt, nemo tamen, quantum ſcio, ante hunc, quem dixi, *Peutingerum* data opera aliquam ſaxorum literis ſignatorum farraginem publicis excudere typis aggreſſus erat. Claſſico utor teſte, ipſo ejus libro, cujus titulum operæ pretium eſt cognoſcere: *Inſcriptiones vetuſtæ Romanæ & earum Fragmenta in Auguſta Vindeli-*

corum & ejus Diœceſi cura & diligentia Chuonradi Peutinger. Auguſtani Juriſconſulti antea impreſſæ, nunc denuo reviſæ, caſtigatæ ſimul & auctæ MDXX. In fine hæc leguntur: *Excuſa ſunt hæc antiquitatum Collectanea in ædibus Joannis Schoeffer Moguntiaci anno Chriſti MDXX. menſe Auguſto* (*b*). Non hæc obſervarem, niſi etiam nunc errare viros doctos invenirem, qui emiſſorum in lucem titulorum incunabula ab *Hutticbio* (*c*), *Mazochioque* repetere ſolent.

Mox ſummorum virorum induſtria vires cepit, tantaque lapidum ſupellex undequaque corraſa & diſperſa magnis in voluminibus fuit, ut infinita propemodum mole & copia, præſertim poſt *Muratorianam* συναγωγὴν, laborare incipiamus. Uti autem omnis literarum elegantia hac monumentorum lectione expolitur, atque augetur, nemoque facile eſt, qui in Græcorum, Romanorumque rebus geſtis, ac ritibus pernoſcendis ſtudioſe, & multum volutatus his luminibus carere velit; ita, quoniam in pulcherrimis ceteroquin corporibus non pauca adhuc ſqualent marmora, nullus dubito, quin caſtigata, & terſa omnes cupiamus. Ad id vero bonum, quod deſideramus, adipiſcendum, qua via & ratione uti nos oporteat, tantum mihi non ſumo, ut, quid ſequi nos in emendando, illuſtrandove, quid maxime ſpectare, quid effugere debeamus, vel ſcienter me putem animo complexum eſſe, vel tradere aliis ſubtiliter audeam. Docet enim me non ſolum ingenii mei pudor, ſed ipſe rerum illarum non minimus uſus, quantopere enitendum, providendumque ſit; ut intelligentibus viris perſuadeas, in iis legibus, quas generatim & tenuiter ratione concludis, aut veritatem ineſſe, aut utilitatem. Sed non deſunt ſcilicet magnorum virorum *Scaligeri*, *Reineſii*, *Fabretti*,

(*a*) Inter quos eminent nominatim *Kiriacus Anconitanus*, *Felix Felicianus*, *Joh. Marcanova*, Medicus Patavinus. *Johannes Jucundus*, *Michael Ferrarius* Regienſis, & alii a *Reineſio* in Præfat. ad Syntagma, *Burmanno* in Præfat. ad repetitam Gruteri editionem, & *Muratorio* itidem in præf. ad *Nov. Theſaurum* laudati *Kyriaci Anconitani* ſumma in has literas merita cum multis ex argumentis, tum *Leandri Alberti e Deſcriptione Italiæ* pag. 432. in primis vero cultiſſima e præfatione Clariſſ. *Laurentii Mehuſii* ad *Itinerarium Kyriaci* libenter, eumdeque agnoſcimus. Sed quod vult ejus cauſa vir doctus contra *Burmannum* pag. 55. ita nos non movet, ut Collectionem Marmorum vetuſtorum ab ipſo publice curatam eſſe exiſtimemus. Premunt eam rem ſilentio σύγχρονοι, & tribules. *Simlerus* quaſi famam incertam ſecutus, nec quo anno, nec ubi prodierint Epigrammata, commemorat. *Joh. Marcanovæ* memoriam & nomen ſcripto celebravit Bernardinus Scardeonius de antiquitate urbis Patavii Baſ. 1560. fol. L. II. Claſſ. X. pag. 239. 240. quem vide: Ejuſdem peramplam Inſcript. Syllogen laudat Illuſtriſſ. Maffejus in Præf. elegantis opuſculi de *Siglis Græcorum lapidariis* pag. 23. 25. De *Felice Feliciano*, & Fratre *Joh. Jucundo* adi Illuſtriſſ. March. Maffei Veronam illuſtratam P. II. p. mihi 98. & 135. ed. in fol. & præfat. ejuſdem libelli, quem indicavimus. In hunc vero cenſum nec debent, nec poſſunt venire amores, & ſomnia Poliphili, h. e. Hypnerotomachia *Franciſco Columnæ* tributa vulgo, (de qua vide *Memorabilia Reg. Bibl Dreſdenſis* Syll. I. n. 53. a pag. 65.) etſi ſciam, *Apianum*, & *Amantium* ejus generis carbones ſuis Inſcriptionibus inſeruiſſe, quod contendenti paginas 194. 233. 263. 280. 283. cum foliis verſionis *Beroaldinæ* 93. 89. 93. 95. 85. 85. 87. facile apparebit.

(*b*) Priorem editionem *Mettenii* fide laudat Cl. *Jo. Georg. Lotterus* in *Hiſtor. vitæ atque meritorum Conradi Peutingeri* c. 2. §. 5. p. 44. Vid. Ejuſd. Epiſtolam ad *Joh. Georg. Schelhornium*, Lipſ. 1731. 4. & A. E. 1731. Menſ. April. p. 198

(*c*) Ipſe *Joh. Hattichius* in Epiſtol. *ad Theodoric. Zobelium* (p. 328. T. III. *Georg. Chriſtian. Johannis ſcript. Hiſt Mogunt.*) *nolui tamen*, inquit, *credere illis, qui deſcripſere, ſed ipſe omnia meis oculis inſpexi, &, an ſincere omnia depicta fuerint, laborioſe perluſtravi imitatus in hoc Chunradum Peutingerum, Auguſtanum, Juris doctorem, & perquam ſollicitum antiquitatis, & hiſtoriarum indagatorem, qui ante me Auguſtæ Vindelicorum omnia, quæ potuit, perquiſivit diligenter, & ne corraderentur injuria temporum, excuſioni dedit &c.* Conf. *Beati Rhenani ad Theodoricum Greſemundum* J. C. Epiſtolam ad *Pomponii Læti Antiq. urbis Rom.* p. LIII. Oper. 1510. 4.

Gudii exempla, quibus ad imitandum propoſitis, non ſalebroſus, nec aſper erit ad illam virtutem curſus, præſertim ſi apparet, omnibus ingenuis artibus, quæ miniſtræ, & comites recti judicii eſſe debent, perpolitum te, inſtructumque acceſſiſſe. Cumque ſpes olim ab Ill. *Maffejo* oſtenſa de *arte lapidari* formulis conſtringenda, vinciendaque adhuc nos feſellerit, tametſi ejus potiundæ nunc non tenuem oſtendat *Becellius* (p. 117. de Sig. Græc.) auctor ſane, ſuaſorque iis omnibus non defuerim, qui harum literarum docta ſimplicitate tenentur, ut diverſis temporibus editas *Jac. Phil. Dorvilii*, viri non modo ad omnem literarum excellentiam, ſed vetuſta quoque marmora eleganter, acuteque interpretanda nati, & facti Diatribas (*a*) legant, indeque ſibi, quod æmulentur, capiant, πρακτις illud & in judicando levitatem, quam vitent.

Interim quæ in libris veterum tractandis, emaculandiſque ſuprema lex eſſe debet, ut a fontibus primum hoc eſt Codicibus manu exaratis, poſtea ab ingenio ſcribentis, & noſtro medicinam verecunde petamus, ea quoque in ipſos lapides prototypos, ſi quid video, opportune cadit. Ex quo conſequitur, ut, qui animum inducunt titulorum formas, ſcripturam, verſus quam integerrimos dare, editas Inſcriptiones cum ipſis lapidibus committere teneantur. Eſt hæc via, quam terendam ſuadeo, anfractu longo, & plena tædii; non nego; ſed regia tamen. Eſt valde difficilis: fateor; ſed aliter tamen hæc ſacra non conſtant. Præclare Græci: Τὰ καλὰ δύσκολα: Quid erat, quod Sponium ad labores, & diſcrimina itinerum tam vehementer impellebat, ſi incredibilis voluptas, & ſpes curioſe perluſtrandorum marmorum non fuit? Quæ peregrinantem ſedulitas, quantulacumque etiam non nemini videtur, fruſtrata non eſt.

Nolo jam *Seldeni* adcurationem in exſignandis lapidibus commemorare, quam vulgus haud dubie cavillabitur nimiam, ridebitque; doctus vero quiſque, ut elegantem, ne dicam neceſſariam, laudibus proſequetur. Videſis ipſam ejus præfationem ad *Marmora Arundelliana* p. m. 102. ed. *Matterii*, ac, quomodo vir olim doctiſſimus adſcitis arbitris *lavando, ac ſæpius detergendo lectioni accomodatos* lapides reddiderit, cognoſces.

Maneat ergo, quicquid in Epigraphis certi, & veri ineſt, id omne Archetyporum fide, tanquam validiſſimis tibicinibus ſuſtentari. At enim vero cum *mors quoque ſaxis nominibuſque veniat*, quid mirum, ſi ex tot marmoribus, quæ *Kyriacus*, *Ligorius*, aliique olim viderant, pauciſſima hodie ſuperſint? Plurima namque fabri, laniones marmorum peſſimi, vel calcis coquendæ ad miniſterium contriverunt, vel in extructionibus ædium ſubinde occultarunt (*b*). Sed bonum tamen factum, literatos lapides dudum e conſpectu ſublatos, & in ruderibus ſepultos chartarum munere vitam reciperaſſe, & reſurrexiſſe. Hinc optimis, ac veriſſimis rerum antiquarum monumentis id officium debetur, ut, ſi quando Archetypi, advertante fortuna, nos deſtituant, illorum ſaltem hominum exempla, qui Inſcriptiones a ſe viſas literis conſignarunt, ſtudioſe conquiramus, eorumque ad fidem prave hactenus vulgata emendemus. Quæ res cum ab aliquo tempore mihi digniſſima viſa ſit, in quam nonnihil operæ inſumerem, nullam moram interponendam eſſe putavi, quin id, quod propoſitum, maximeque optabile omnibus bonis eſſe debet, conſequerer; ſiquidem commode, & ex voto mihi accidit, ut præſtantiſſimorum aliquot Virorum Schedas Epigrammatographicas partim compararem mihi, partim in itinere ab amicis utendas acciperem. Proinde nunc non vereor, ne mea ſedulitas nonnullis putidior, aliis odioſior videri debeat, quod illarum beneficio non modo germanam ſcripturam revocare tentaverim, eluutis aliquibus maculis, quæ pulcherrimas ceteroquin marmorum ἐκδύσεις inſederant, ſed poſt largiſſimam quoque *Gruteri*, *Reineſii*, *Sponii*, *Fabretti*, *Gudii*, *Muratoriique* congeriem, nonnulla vetuſtatis λείψανα e tenebris in lucem protraxerim. Uti vero ingenuum hominem decet habere, quam acceperis, gratiam, ita officii mei ratio poſtulat, ut nominatim laudem, per quos profecerim.

Primæ ſcaturiginis, quæ agellum irrigavit noſtrum, auctor eſt *Carolus Cluſius* (de l'Eſcluſe) Atrebas, vir præter alia ingenii decora, quibus explenduit, in Epigraphis deſcribendis ſubtiliter acutus, & elegans. De qua virtute non ſolum ipſe mihi viſus eſt teſtimonium dixiſſe: *Erant*, inquiens, *plerique alii veteres lapides muro inditi* (ſc. in arce Eberdorfenſi am Moſſ.) ſed adeo corruptis aeris injuria, & attritis characteribus, ut nec legi, nec intelligi poſſent, Wolfgangus Lazius aliquos ex his expreſſit, ſed adeo negligenter, & non obſervato interdum verſuum ordine, nec abbreviationum forma, ut valde mirandum ſit; quemadmodum animadvertere poterit, qui hæc, quæ ſumma fidelitate ex ipſis lapidibus excepi, cum iis, quæ ipſe evulgavit, conferet: Sed ipſa quoque rerum argumenta, hoc eſt, ſchedæ ejus loquuntur tam ſcite κατὰ τὴν καλλιγραφίαν, & nitide exaratæ, ut ornatius radio incidi, exprimique vix potuiſſent. Occurrunt ibidem antiquarum rerum pulcherrimæ ſpecies, & lineæ ſingulari cura adumbratæ, quarum indicio Graphidis callentiſſimus dici, haberique meretur. Quicquid igitur vir eximius in peregrinatione Franco Gallica, Hiſpanica, Luſitanica, Dacica, & locorum finitimorum vel ipſe obſervavit, (*c*), vel ex D. *Apollonii Menabenii* Medici, & *Theobaldi* (non Theodori, ut *Gruterus* vult in præf.) *Hogrelandii* adverſariis hauſit, id omne ſcito Inſcriptionibus *Smetianæ*, *Lipſianæque* farraginis ſua eum manu adtexuiſſe. Atque hujus quidem Autographi, quod e *Burmania-*

(*a*) V. *Miſcell. Obſervat. Crit.* Vol. VII. Tom. I. n. 1. & *Miſcell. Obſervat. Crit. Nov.* Tom. III. p. 100. it. Tom. IV. p. 317.

(*b*) Gud. *Inſcript. Praſ.* p. 14. it. Cel. Murat. *Praf.* ad Tom. I. *Nov. Theſ.*

(*c*) *Non enim, quod multi peregrinantes hodie faciunt* (ſunt verba *Everardi Vorſtii* Medicinæ Profeſſoris Clariſſimi in Orat. de *Caroli Cluſii vita & obitu* pag. 8.) *quæ Caroli Cluſii Curis poſterioribus, ſeu plurimarum non ante cognitarum,* aut

maniano Muſeo ad me tranſiit, cum auctoritas, tum ſplendor a me facile impetravit, ut publici inde quædam commodi gratia decerpere ſtatuerem.

Quoniam igitur lectionis veritas, imprimis quod ad *Cluſiana* ſpectat, a mea in poſterum pendebit fide, ipſe quidem ſummam adhibui curam, ut literulæ omnes exemplo illi accuratiſſime reſponderent, neve ipſi adeo nævi, ſi quos forte, aliorum judicio, lapicidarum incuria fudit, aut humana parum cavit natura, omitterentur, laboravi, non immemor aurei illius dicti, quod eſt apud *Pagium* (*a*) *: expedit*, inquietem, *ut tam numiſmata, quam manuſcripta eo, quo diximus, modo deſcribantur. Cum verum ſit illud, quod Seneca prodit, in quo prato non niſi lucertam alter invenit, poteſt alter leporem capere.* Alterum invenere ſtudia mea præſidium in Codice MSpto *Antiquitatum Mediolanenſium Andr. Alciati*, de quo egregie Cel. olim P. *Burmanus* in Epiſtola ad Lectorem ſcripſit *: Andream Alciatum*, inquiens, *quoque Juris Conſultorum principem variarum Inſcriptionum Silvam, opus multæ & lectionis & obſervationis præ manibus habuiſſe teſtatur, qui id apud eum viderat, Hadrianus Junius in Epiſtolis p.* 100. *qui & a VVechelio illud, ut excuderet, impetrare nitebatur.* De hiſtoria vero hujus Codicis alius erit exponendi locus.

Tu interea inſpice, ſi voles, *Jo. Ant. Caſtellionei Mediolanenſes Antiquitates ex urbis paræciis collectas*, Mediol. 1625. p. 25. 37. 218. & *P. Gratioli de præclaris Mediolani ædificiis* librum Mediolani editum an. 1735. 4 Equidem tria, immo quatuor (*b*) memini harum Antiquitatum exempla ſupereſſe (*c*). Unum, quo Gratiolius uſus eſt, haud diverſum, ut puto, ab *Archintiano*, quod *Gudius* ad *Gruterum* p. 649. n. 1. & paſſim alibi laudavit, quodve in Ambroſianam Bibliothecam migraſſe ſuſpicor inductus iis, quæ lego ap. *Murat. in Nov. Th.* 732. I. alterum in ſplendidiſſimo illuſtris *Ortellii* noſtri Muſeo ſervari audio, tertium qualiacunque mea ſcrinia cuſtodiunt. Cuinam horum Autographi nomen & honos competat, prius non auſim, quam ſub aſpectum ſingula venerint, judicare. Doctiſſimam certe manum libro meo adplicuit, quiſquis fuit, tot monochromatibus & picturis linearibus inſigniter repleto, ut elegantius forte eo in genere vix fingere liceat, multa vero antiquitatis capita inde non protrita depromi poſſint. Ex quo fonte manavit non ſolum quicquid titulorum ſaxis inſculptorum nunc primum, quod ſcio, publicis excudendum formis tradidi, ſed etiam quicquid ſubinde ad *Gruterum*, & alios adnotatum a me Lector vides.

Non minus auxilii præſtitit nobis Inſcriptionum *Gruterianarum* theſaurus, *Petri Scriverii* doctiſſimis obſervationibus abunde locupletatus, cujus uſum Cel. olim *Abrab. VVielingius*, ICtus & Anteceſſor Trajectinus, pro ſua in nos benevolentia, dum viveret, humaniſſime impertivit. Si qui vero exiſtiment, talia nos repetiiſſe, quæ doctiſſimus *Eduardus Holthenus in Corrig. & Animadvert. ad Grut.* ex iiſdem occupavit, eos neceſſarium ducimus admonere, oculis uti ſuis, non alienis ne pigrentur.

Silentio denique non prætereundas eſſe cenſeo *Arnoldi* Buchelii Inſcriptiones, quas corpori olim *Smetiano* vir doctus paſſim adlevit, unde pauculos quoque mihi flores decerpendi poteſtas facta eſt. Servatur id exemplum in urbis Trajectinæ Muſeo publico, cujus mentionem quoque injecit *Keyſlerus in Antiquitatibus Septentrion. p.* 266.

His vero omnibus non pauca de meis interſperſa habes, inprimis quod ad *Gudii* titulos, locupletiſſimumque omnis antiquitatis promtuarium *Muratoris* attinet, cujus viri Celeberrimi, quem poſtremo loco nominavi, etſi operoſis laboribus nonnihil obſtrepere auſus ſum, gloriæ tamen nuſquam quicquam detractum cupio. Non enim feci id carpendi ſtudio, ſed tantum ut ſuum cuique tribueretur, & pro ſe quiſque intelligeret, quam facile etiam in hoc literarum genere ſumma ingenia labi poſſint, ni aciem ingenii intendant. Tu interim, Lector candide & erudite, his λεπτολογίαις, ſi tanti eſt, utere, meiſque in poſterum rebus & ſtudiis fave.

CA-

aut deſcriptarum ſtirpium, peregrinorumque aliquot animalium novis deſcriptionibus, quibus & omnia ipſius opera, aliaque ab eo verſa (ut Animadverſiones in Bellonii obſervationes, Aromatum hiſtoriæ Garziæ ab Orta, Chriſt. a Coſta, aliique *augentur, aut illuſtrantur*, acceſſit in Offic. Raphael. 1611. 4.) *perfunctorie, aut veluti canis Nilum lambit, exteras Regiones obibat, verum penſiculate minutiſſima etiam quæque animadvertebat, nec ſolum verum naturalium ibi naſcentium indagatione contentus quidquid præterea ad ſitum, antiquitates & populorum mores ſpectaret, mente, & oculis attentiſſime obſervabat. Cui inter cetera fidem facit tabula illius Chorographica Galliæ Narbonenſis, quam Theatro ſuo Geographico Abrah. Ortelius inſeruit.*

(*a*) *Diſp. Hypat.* Part. II. c. 6. pag. 151. Conf. Relandi *præf. ad Faſtos* a verbis : *Ceterum ita verſatum &c.*

**** 6.

Grut. *Theſ. repetit. edit.* p. 4.

(*b*) V. *Elenchum Codicum MS. e quibus Joh. Baptiſta Donius Inſcriptiones antiquas exſcripſit* n. III. pag. 564. *Inſcription. Donian.*

(*c*) V. pag. 29.

CAPVT I.

§. I.

IN ruinis fani cujuſdam agri Mediolanenſis Ara inventa

DIANAE
BVCOLVS
MC SERVI
VS LM

e Schedis *Alciati*.

Gallianum oppidum tametſi dirutum *metrocomiæ* tamen nomen ſuo adhuc tempore ſervaſſe, author eſt *Alciatus*, ejuſque vetuſtatem hoc monumento teſtatam fieri ſcribit. Galliæ togatæ *Saltus Gallianos*, qui Aquinates cognominabantur, longeque Mediolano aberant, *Plinium* Hiſt. Nat. L. 3. c. 15. tradere memini, (Conf. *Cellar. Geographiam Antiquam* L. II. c. IX. p. 536.) oppidum Gallianum hujus regionis, neſcio an ab ullo veterum adnotatum. Ipſe vero lapis indice, quid velit, non indiget. Singulares literas M C interpretatur *Alciatus*, *Militiæ Comenſis Serviens*, eodem modo, quo notas in alio marmore apud Gruterum 393. 4. obvias, MM. *Militiæ Mediolanenſis* reddidit, eamque vocem de Collegiis, qualia erant fabrûm, centonariorum, dendrophororum, & ſi quæ his ſimilia accipi vult. *Serviens* autem idem eſt ac Miniſter, quod munus minime ſervilis conditionis fuiſſe ex alio marmore *Epityncbani* ad *Muratorium* p. 526. 6 infra a nobis laudando intelligitur. Servum ſcilicet non fuiſſe, id, præcipue *Alciato* judice, declarat, quod in perſonam ſervi nec teſtamenti factio, nec legitimi heredes cadere poſſunt, quos tamen habuiſſe illic legitur. Quamquam enim *Ulpianus* in *Fragm.* tit. 20. de teſtament. §. 16. cenſet, ſervum publicum parte dimidia teſtamenti jus habuiſſe, illud tamen jus non tam puto ad ſervos Municipiorum, aut Corporatorum, quam ad Vrbis, & populi Romani ſervos pertinuiſſe. Notanter enim additur populi *Romani* : nam ita legendum eſſe, non *Prætoriani*, aut *Prætoriſve*, nemo poſt *Cujacium* in dubium vocet. V. *Schultingium* τὸν ναὸν ad illum l. Huic autem ἐξηγήσει noſtræ ab alio lapide firmamentum, & auctoritatem require *Grut.* 107. 1. ubi inter Miniſtros Serv. & Magiſtros quædam neceſſitudo intercedere videtur. Conf. alium 189. 4. Militiæ igitur Comenſi ſervientem pro officiali artium, & ἐργοδιώκτῃ, vel ſodali Fabrorum Collegii ſumere auſim. Quo minus vero hoc in loco ad Cel. *Muratorii* expoſitionem (*a*) conformare nos poſſimus, impediunt ſane cum rationes modo commemoratæ, tum ipſa quoque literarum τῷ SERVI elementa, quæ nominandi caſu hoc loco efferri debent. Ceterum opportune *Symmachus* L. X. ep. 34. p. 406. ed. Par. harum ſodalitatum coitiones, & diſciplinam ſic laudavit : *hic lanati*, inquiens, *pecoris invector eſt ; ille ad victum populi cogit armentum ; hos ſuillæ carnis tenet functio : pars urenda lavacris ligna comportat. Sunt qui fabriles manus anguſtis operibus accomodant : per alios fortuita arceantur incendia. Jam caupones, & obſequia piſtoria, frugis, & olei bajulos, multoſque id genus patriæ* SERVIENTES *enumerare faſtidium eſt*. Conf. *Reineſ.* Claſſ. I. n. CV. p. 145. a quo magiſtro hunc locum didici ; prætereaque magnum *Jac. Godofred.* ad l. 2. L. XIII. T. IV. Cod. *Theod.* de *Excuſationibus artificum* & L. XIV. a Tit. II. VIII. de *privilegiis Corporatorum*, it. *Guid. Pancirollum* virum non modo omnis Juris, ſed humanitatis quoque conſultiſſimum in ſingulari, quem contexuit ad finem *Notit. dignit. utriuſque Imp.* Catalogo de *corporibus artificum* p. 21 Totum vero corporatorum genus quis jure ambigat dici poſſe urbanam militiam, cum ordinem non modo illi quendam caſtrenſium more militum ſervarint, ſed ad murorum quoque & portarum cuſtodiam, quotiens uſus exegerit, uti *Pantapolæ* in urbe, (v. *Novell. Theod.* 43. p. 93. T. VI. P. II. *Cod. Theod.*) cogi potuiſſe videantur. Nequid ſigillatim exponam de centonariis, utricularii, naviculariis, fabris lignariis, & σιδηρουργοῖς, quos conſtat operibus civilibus non minus, quam caſtrenſibus operam navaſſe (v. Cel. *Schwvartzii Miſcell. polit. humanitat.* c. 11. *de Colleg. Utricular.* §. XXII. p. 51. S) Militiam certe pro quavis cura, officio, & procuratione, quam quis obire dicitur, accipere jubet lex 1. Tit. XX. L. VI. *Cod. Theodoſ. de Comitibus ordinis primi art. diverſ.* p. 112. & l. 38. tit. I. L. XII. de *Decurionibus* p. 397. Tom. 4. in primis vero lex. 4. Cod. de *fabricenſibus*, & *Nov* 85. *Juſtiniani* Imperat. *de armis*. Item alia inſcriptio, *Mediolani in d. Stephani æde juxta altare majus eruta*, quam nunc ex iiſdem Alciati ſchedis in lucem profero :

M . ATVSIO
M . F . OVF
GLYCERO
EQ . R . IIVIR . I. D. M. P.
PONT . QVAEST . AER
PATRON . ET REPVNCT
COLL . AER . COL . M.
TERTIVS RVFELLIVS
VERVS IIIIVIR A . P.
OB MERITA EIVS QVAE
ERGA SE SIVE PARENTES
SVOS SEMPER INNOCENTER
EXHIBVIT L. D. D. D

atque

(*a*) Pag. 950. n. 8.

atque ſic interpretor : *Marco A. Marci filio, Ouſentina, G. Equiti Romano, Duumviro Juri Dicundo Militiæ Palatinæ Pontifici, Quæſtori ærarii, Patrono & Repunctori Collegii ærarii Collationis Mediolanenſis T. R. V. quatuorvir ædilitia poteſtate* O. M. E. Q. E. S. S. P. S. S. I. E. *locus datus decreto decurionum*.

Alciatus in his notis A. P. deprehendere ſibi viſus eſt *Anni primi*, vel *Annonæ præbendæ*, quæ interpretatio etſi exemplo non deſtituitur v. *Grut.* 358. 6. nondum tamen omne punctum fert, quod frequentius & expreſſius de IIIIviratu legitur *ædil. poteſt.* apud *Grut.* 473. 5. & *Murat.* 666. 9. Repunctorum munera alio loco inveſtigabimus, V. interim *Murator.* 1067. 4. Jam ad cetera propero.

§. II.

Prope *Adduam* verſus *Laudem Pompejam* templum fuit Herculis antiquiſſimum, in quo extitit pervetuſti operis menſa marmorea cum hoc elogio:

HERCVLI SACR
C. MASCARPIVS
SYMPHORIO V̅I̅VIR
SEN. AVG. C D D
ORNANDAE . C. AB . ORD
SPLENDID. M. M. HONOR
C. MASCARPIO
FESTO FILIO EQ. R.
EQ. P. V̅I̅VIR IVN
DEC. TOT SOL.
ex *Alciatinis*.

Gruterus ex Apiano mendoſam dedit p. XLIII. 8. Ejus ſenſum ſic clariorem reddo : H. S. C. M. S. *Sevir Senior Auguſtalis, creatus decreto decurionum O. curiæ ab ordine Splendido Municipii Mediolanenſis honoratus*, C. M. F. F. *Equite Romano, equo publico, Seviro Juniore Decurione Totam* (ſc. impenſam) *ſolvente*.

Sevirorum Auguſtalium Seniorum & Juniorum frequens eſt in lapidibus mentio, quorum loca ex Indicibus compilare nec opus eſt, nec placet. Inſpice ſis *Reineſ.* ad Claſſ. I. 99. *Fabretti Inſcript.* c. 5. p. 403. & *Murator.* Claſſ. III. p. 192. Sed totum hoc dignitatis genus difficillimos habet explicatus, ſi diſcrepantes *Reineſii* & *Noriſii* ſententias ad ipſorum lapidum veritatem excuſſeris. Erudite & ſubtiliter quidem *Reineſius* in Epiſtol. 31. ad *Rupert.* p. mihi 178. *obſervavi*, inquit, *ubi Seviri & Seviri Auguſtales in eadem republica diverſum corpus conſtituere*. Sed dolendum, hac ipſa lege ſua virum magnum uti neſciviſſe. Equidem, re diu mecum reputata, haud immerito opinor, Seviros, ſive nude, ſive cum adjunctione muneris, quo funguntur, laudatos, proprie ad magiſtratus civiles pertinuiſſe, quales ſunt diſertis verbis *Seviri Juri Dicundo præf. vigil.* apud *Gruter.* 385. 6. item *Seviri quinquennales Juri Dicundo quæſtor. Reipublicæ* ibid. 397. 2. *Seviri Curator. ærarii Mediolanenſis* ibid. 43. 11. 12. & apud *Fabrett. Inſcript.* p. 409. c. 5. n. 334. *ædilis Sevir* apud *Gruter.* 43. 9. Dicuntur autem modo *Seviri* ἁπλῶς *Grut.* 64. 1. 2. & paſſim : modo *Seviri urbani Gruter.* 358. 6. & 471. 5. mox *Seviri Auguſtales Gruter.* 355. 6. 423. 5. 6. & in aliis locis bene multis, ſi ſcilicet Auguſtorum beneficio in decuriones allecti fuerant. Sic *Auguſtalis curator munerum publicorum Grut.* 483. 9. & *Murat.* 618. 3. qui iiſdem partibus officii functus eſſe videtur, quibus in urbe Ædiles, a cujus generis magiſtratu non alienam eſſe dixeris *Munerarii* appellationem fide lapidis apud *Murat.* 615. 3.

Erant enim munerarii, qui vel ludos edebant, vel gladiatores conducebant. Eodem ſenſu accipi credo Sevirum Auguſtalem *Choragiarium* apud *Gruter.* 475. 2. quod ludos ſcenicos edebat. Ita quoque *Auguſtalis* apud eumdem *Grut.* 57. 6. Marti Auguſto gratias refert pro honore duumviratus. A qua juſſione Auguſtorum puto nomen *decurionum Auguſtalium* apud *Murator.* 1069. 4. & 1102. 4. proveniſſe.

Inde quoque perſpicitur, quod obiter moneo, *Auguſtalem Juri dicundo*, quem *Reineſius* in lapide *Gruteriano* animadvertit, abſque præfecti vocabulo recte dici. V. *Notit. dignit. Cod. Theodoſ.* T. VI. P. II. p. 24. Conf. *F. Henr. Noriſ. ad Cenotaph. Piſan.* Diſſ. I. p. 77. edit. Venet. 1681. fol. Ipſos autem *Seviros* in decurionum ordine fuiſſe, non eſt quod dubitemus, quoniam in lapidibus per appoſitionem decuriones appellantur. Eo pacto *Gruteriana* excitant p. 344. 6. 385. 2. & 475. 5. *decurionem Sevirum : Gudiana* 8. 2. *Decurion. Col. Sevirum :* item *Muratoriana* Auguſtalem Sevirum Decurionem 193. 7. Ceterum dividi *Seviros* in *Seniores* & *Juniores*, res nota eſt. Nunc videant, qui *Noriſiana* opinioni tantum tribuunt, an *Petronius* Seviro Auguſtali faſces, inſigne magiſtratus civilis, jure affinxerit. Encolpius enim hanc ſolam ob cauſam faſces cum ſecuribus in poſtibus fixos mirari videtur, quod duumviris in coloniis non faſces, ſed bacilla dabantur, uti graviſſimus harum rerum magiſter *P. Burmanus* ad c. 30. *Satiric.* p. 152. ed. nov. docuit & ex *Ciceron.* Agr. II. 34. intelligi poteſt. Hos igitur, quos dixi *Seviros* ab *Auguſtalibus* h. e. Sacerdotibus in honorem Cæſarum inter Divos relatorum inſtitutis diverſos eſſe, marmora apud Grut. 68. 3. 472. 8. 475. 6. & 477. 7. *Fabrett.* c. 5. p. 405. n. 310. & *Murat.* p. 205. 3. & 1104. 7. teſtantur. Quid enim opus erat addere *& Aug.* ſi ſeviri ſemper Auguſtales; v. *Murat.* ad n. 2. p. 193. Hi proprie a decurionibus legebantur, v. Grut. 19. 6. & 400. 5. nec in decurionum ſemper numerum relati, recte judicante *Noriſio* (v. *Murator.* 200. 4.) Sed his inferiores eſſe videbantur.

Propterea mirari nos non ſubeat, quare Sevir Auguſtalis ſimul Μυροπώλης, hoc eſt, emptor, venditorque unguentorum ap. *Reineſ. Claſſ. V.* n. 39.

& *Na-*

& *Navicları*ius *Marinus* fuerit ap. *Murat.* 195. 3. niſi forte hic *Sevir Naviciariorum* Collegii ſubintelligatur, qualem ex *Grut.* 445. 6. *Noriſius* dedit l. d. p. 77. Cum vero duumviros *Fabrett.* cap. 5. pag. 402. n. 302. patronos Coloniarum, quatuorviros quinquennales, præfectos fabrûm *Fabrett.* cap. 5. p. 409. n. 340. & 344. item Grut. 48. 8. 9. nec non Decemviros *Stlitibus judicandis* Grut. 485. 5. item præfectos militum & equitum *Gud.* VI. 1. & X. 1. honoribus Sevirorum Auguſtalium ornatos legamus, non abſurdum erit ſtatuere, magiſtratus veteri exemplo gubernantium civitates ejuſmodi ſacerdotii munera obiiſſe. Quod ſi opinari malis, in antiquis elogiis omnia officia, quibus quiſque perfunctus eſt, in unum tempus ſæpiſſime conferri ſolere, tuo fiet arbitratu, nos non magnopere intercedemus. (*a*) Atque his expoſitis, facillime nunc hujus arx noſtræ titulum perſequemur.

Notas illas CDD quoniam perſpicuæ ſunt e *Grut.* 368. 7. nec quenquam poſſunt morari, jure prætereo. Conſtat quoque, decurionum ordinem, ipſamque adeo univerſitatem populi in municipiis & coloniis ſplendidam vocari. Sic dicitur apud *Fabrett.* cap. 3. pag. 119. num. 6. *ordo & populus Splendidiſſimæ Coloniæ.* Pluribus exemplis parco, quæ ex Indicibus corradi nullo negotio poſſunt; v. *Ind. Scalig. ad Grut.* pag. XL. it. *Murat.* Claſſ. VII. p. 2165. verum aliquid obſcuritatis habere videtur formula: *ornandæ Curiæ ab ordine ſplendido* Municipii Mediolanenſis *honoratus. Reineſius* ad Claſſ. VI. 41. pag. 413. hic loci intelligit ornamentis decurionalibus ab ordine Splendidiſſimo M. M. honoratum. Sed huic ſcilicet explicationi ejus vitiatus *Gruteri* lapis favebat, noſter refragatur. Equidem ſuſpicor Maſcarpium non modo Auguſtalem, hoc eſt, ſacris faciundis præfectum, ſed honoratum quoque decurionem ornandæ curiæ cauſa creatum eſſe, quod eam vim habet, ut credamus, ne ornamenta decurionalia cum illo fruſtra communicata eſſe viderentur, decuriones aliquam ei muneris publici curam demandaſſe, ut ornaret curiam, vel ipſos jam tum ex ejus honoribus non contemnendos laudis fructus cepiſſe. Similem formulam præfert ſilicea arca apud *Alciatum*, Mediolani in Raſtellorum vico juxta prætorii parietem ab ipſo olim viſa, & hac Epigraphe inſignis:

VERCELLENSIS FLAMINIS ME
DIOLA Q. ATILIVS EVTYCHES
VIVIR AVG. C. DD. ORNANDAE C.
VXORI KARISSIMAE QVAE VIX.
CVM EO ANNIS XV. SINE VLLA
QVERELA

Cum vero alii eſſent gratuiti, hoc eſt, ornamenta acciperent ſine ſumtu ſuo, & erogationibus publicis, alii contra propter indultos honores opere quodam publico vel inſtituto, vel refecto, aut certam pecuniæ ſummam viritim diſtribuere, aut epulum inſtruere tenerentur, decebat ſane pietatem filii in hac re præſtanda vicem patris ſuſtinere. Erat is non nomine, ſed re decurio, præterea eques Romanus equo publico honoratus, quam dignitatem ex fragmento lapidis Vigevanenſis (*b*) hactenus, quantum novi, inedito diſcimus:

D M
ST·TILI TF
HONORATI
EQ. R. EQ. P. FLAMIN
* CVR. REIP. AVG. TAVRIN
STATILIVS. SATVRNINVS
PATER. ET. STATILII CASSIAN
HONORATVS FILI

Trita eſt & pervulgata *equitum Romanorum equo publico* in priſcis marmoribus memoria. Rectiſſime *ſciendum*, inquit *Lipſius* de *Militia Rom.* L. I. Dialog. v. p. m. 24. Oper. ejus T. III. fol. *ipſorum equitum duplex corpus fuiſſe, alios equo publico, alios ſine eo. Illi vetuſtiſſimi, & proprie, ac ſoli equites olim dicti .. . Solos*, Plinio auctore, *equites dictos olim ab ipſa re & quibus militares ſive publici equi: ſed poſtea ... omnes, quibus annuli aurei pecuniæ indices, ac teſtes... certum igitur hoc genus & manſit ad inferiora tempora diſtinctum. Cicero in Antonium Philipp. VI. Altera ſtatua ab equitibus Romanis equo publico, & in lapidibus principum ævo ſæpe occurrit inter dignitates.* Eodem modo egregie, ut ſolet omnia, *Ratbodus Hermannus Schelius* in quantivis pretii notis ad *Hyginum Gramaticum* p. 64. non negat *ſub Imperatoribus equites Romanos equo publico fuiſſe, ſed eos in equitatum legionarium vulgo dilectos. Immo fuere*, inquit, *inter hos, qui caſtra in vita nunquam viderunt. Exemplum habes in Ovidio.* Reliqua omnia in ipſo libro legi merentur, quod vir doctus rem totam ſubtiliter explicuit. Quare, ne aliorum ſcrinia me compilaſſe putes, a qua literarum peſte tota mente abhorreo, verbum non amplius addam. Inſpice quæſo, ni grave eſt, doctiſſ. *Olivierii* Not. ad *Marmora Piſaurenſia* p. 104. & 105. & Cel. *Schwartzii Exercitat. Academ. de inſignibus Ordinis Equeſtris* §. 10. & 16. Atque hæc ad ſuperius Epigramma noſtrum, in quo de *Seviris togatis:* Sevirorum militarium, qui turmis præerant, longe diverſa erat ratio, de quibus alio fortaſſis tempore diſputabimus. Interim marmor in arcis ruderibus *Arciſiati* olim inventum, depromptumque ex *Alciatino* penu opponere juvabit, quod a viris doctis qui lapides in unum corpus redegerunt, itidem minus vulgatum eſſe reor:

C CVR

(*a*) Cum ſub prælo ſudaret libellus, hæcque jam edita eſſent, ecce redditur nobis *Loyſii de Bochat Epiſtolica diſſertatio*, unde certior factus ſum (p. 48.) virum egregium in Epiſtolis ſuis, quas nondum videre mihi licuit, de Sexumviratu Auguſtali accuratius expoſuiſſe, *mediamque hujus quæſtionis metæ inter doctos, num meri ſacerdotes ſeviri illi eſſent, an magiſtratus, inter affirmantes, & negantes univerſe* ſententiam amplexum eſſe. Pace tamen viri Nobiliſſ. contendere auſim, particulam ET æque minus redundantem hoc loco videri poſſe, quam *Noriſio* viſa non eſt, cum Auguſtalitatem a decurionatu ſecernendam eſſe, recte moneret.

(*b*) De hoc oppido vid. *Leandr. Alberti Deſcriptionem Italie* p. 686.

* Leg. CVRIALIS. Gud. 126. 5.

C CVR RVFINO
TR MIL LEG XIII
SEVIR TVRMIS
DVCEM IIIVIR
AAAFF C CVRTI
VS PATR
L DD

§. III.

Gambalothi, ſive *Gambolate* ſecundum *Leandrum Albertum* [*in deſcriptione Italiæ* pag. 686.] quæ eſt Novarienſium, & Ticinenſium civitas, in D. Euſebii æde menſa marmorea id inſcriptum habuit:

MART SACR
NOMINE
C. GEMINI PRISCI
PRAEF. EQ AL. AVG
PRAEF. COH. I. BREVN
LIBERO COMMEATV
PRAEF. FABR. MIL. COHI PR
PIARVS ET
MARTIALIS LIB
D . S . P .
ex *Alciati codice*.

Titulum hoc modo exprimendum cenſemus : *Marti Sacrum* N. C. G. P. *præfecti Equitum alæ Auguſtæ*, *præfecti cohortis primæ Breunorum* L. C. *præfecti fabrûm*, *milites cohortis primæ prætoriæ* P. E. M. *liberti de ſuo poſuerunt*. Nemo expectabit, ut omnia illa, quæ de præfectis cohortium, & fabrorum dici poſſunt, huc tranſcribam. Præfecti fabrûm cujus generis fuerint, e *Vegetio* de *Re Milit.* Lib. II. cap. XI. manifeſtum eſt. Præterea quis noſtram ferat de ratione numerorum in cohortibus diſputationem, cum doctiſſ. *Prideauſii* Commentarius ad marmor cxxxv. (*Marmor Oxonienſium* pag. 493. 495. ed. *Matter.*) in promptu ſit? Aliud quiddam in hoc lapide nos moratur, quod ad examen revocare libet.

Nimirum quæri poteſt, quo pacto, qui præfectus cohorti dicitur, ſimul equitatui præeſſe poſſit. Proprie enim reique publicæ ſecundum mores turmis præpoſitos, præfectos & decuriones dixeris; contra legionum cohortes a tribunis, centurionibuſque rectas eſſe quis ignorat, teſte *Vegetio* L. II. c. 14. 9. & 12. Ipſam certe præfecti vocem ad turmam, item tribuni, centurioniſque ad cohortem, & legionem antiquitus pertinuiſſe, egregius Ciceronis locus (pro Marcello c. 2.) non incommode demonſtrat : *nihil*, inquientis, ſibi *ex iſta laude centurio*, *nihil præfectus*, *nihil cohors*, nihil turma decerpit. At enim vero cum præfectus in ala etiam priſcis legibus idem fuerit, qui tribunus apud Legiones h. e. cives (vid. *Rad. Herm. Schelium ad Hyginum* p. 74.) ad alam autem non turmæ ſolum, ſed cohortes quoque ſociorum, & auxiliariorum pertinuerint, nemini debet mirum videri, apud *Livium* quoque L. 25. 14. *Vibium Accuaum cohortis Pelignæ* præfectum dici. Sed uti converſis rebus ſub Auguſtorum imperio diſciplinæ quoque veteris, & morum immutatio ad caſtra tranſiit, & cum re nomina quoque confuſa ſunt (v. *Lipſium de Militia Rom. L. II. Dialog. IV.* p. 42.) ita accidit quoque, ut *quæ antea* Legiones (ſunt verba magni *Ezech. Spanhemii* in *Orbe Romano* c. xxi. p. 504.) e *Romanis tantum*, *ſeu Urbani iidem*, *ſeu Latini*, *vel Italiam inhabitarent*, *civibus conſtabant*, *e provincialibus poſtea*, *ut plurimum deligerentur ; quæ* auxilia *vero e ſociis olim*, *ut notum*, *ſeu provincialibus conſtabant*, *ea e nationibus barbaricis*, *quæ vel pretio*, *vel ſponte in eam ſe militiam dabant*, *conſcriberentur*. Poſteris quoque temporibus introductum eſt, ut alarum vocabulum tamquam proprium, & ſuum vindicaret eques non Urbani & equeſtris, ſed Italici, provincialis immo externi, ſed honeſti ſanguinis, (Lege *Schelium* ad *Hygini Gromat.* p. 67. 70. piget enim plura tranſcribere) necnon mos invaluit, ut ſingulis alis præfectus adeſſet, propterea quod, eodem *Schelio* judice, & magiſtro L. d. p. 74. *alæ non connexæ legioni ab alia ad aliam interdum traducebantur*. Si vero negem, multa hujus generis in lapidibus, & Scriptoribus poſterioris ævi aſpera, & obſcura propter variatam temporibus illorum vocabulorum ſignificationem videri, mentiar: Nam turbant ſane cohortes, & turmas illis ad equeſtrem militiam, (v. Gruter. 1108. 5. Reineſ. Claſſ. VI. n. 128. & Claſſ. VIII. n. 23. & *Marmor. Piſaurenſ.* in Not. *Olivierii* p. 96.) his ad peditatum nonnumquam traductis, (v. *Reineſ.* Claſſ. VIII. n. 63.) a qua conſuetudine non abhorret commune illud *Plinii* L. x. Ep. 107. *Rogatus*, inquientis, *Domine*, *a P. Accio Aquila Centurione cohortis ſextæ equeſtris*, *ut mitterem tibi libellum ; Et Ammiani Marcellini L. XIX. p. mihi* 133. *obequitabat*, inquientis, *comitante cohorte regali;* Item *L. XXIV. p.* 277. *Et Imperator ira gravi permotus reliquos ex ea cohorte ad pedeſtrem compegit militiam &c.* Atque his, opinor, cauſis inductus vir ſummus *Reineſius dediſcere* nos jubet, *quod non obſcuri magiſtri docent*, *equites tantum alarum fuiſſe*, *non cohortium*, *& pedites cohortium*, *non alarum*. (V. Claſſ. I. ad n. 3. pag 16.) Sed quemadmodum alterum hoc, ſi recte explicetur, dare poſſum, quod nec vetuſtas quidem cohortes alarias ignorat; ita vereor, ut illud alterum tanquam extraordinarium, novum, & ſub Cæſaribus natum moribus majorum, veræque antiquitati, item bellicæ ſuperiorum temporum formulæ accomodari poſſit. Confirmant hæc, quæ de cohortibus equitatis latius excuſſit doctiſs. *Schelius* ad *Hyginum* in Not. p. 86. ſeq. Ceterum non eſt quod moneam, cohortes, & alas nomina ſua accepiſſe vel a populis, e quibus conſtabant, vel ab auctore, vel provinciis, cujus rei teſtis claſſicus eſt lapis noſter *alam Auguſtam & cohortem Breunorum* referens.

Duæ vero res mihi in primis videntur eſſe memoratu dignæ. Nam primo huic lapidi notitiam debemus: *cohortis primæ Breunorum*, deinde novam aliquam φων *libero commeatu*, eodem auctore, accipimus: de *Breunis* nihil habeo dicere, niſi quod coniiciebam primum, forte legendum eſſe *Breuc.* h. e. Breucorum, uti eſt in aliis Marmoribus apud *Spon. Miſc. Er. Antiquit.* Sect. v. p. 164. Gudium 119. 2. Muratorium 1040. 2. & in Cliviano marmore apud Cel. *Cannegieterum*

rum in elegantiſſ. diſſ. de *Brittenburgo* p. 58. ſeq. Sed illico me ſuſpicionum mearum pœnitentia ſubiit, poſtquam legere cœpi ad hujus monumenti illuſtrationem erudite congeſta ab *Alciato*. Operæ igitur pretium eſt de illa gente facundiſſimi, politiſſimique olim Juriſconſulti ſententiam ex Adverſariis ejus cognoſcere : *Sunt Breuni Alpini populi, qui etiamnum dictam vallem Breuniam colunt, prope Lepontios, ut eſt apud Plin. L. III. v. 20. Ptolemæus* (*a*) *alios Breunos in Vindelicis inter Lycum, & Oenum ponit,* (*b*) *Caſſiodorus Libro variorum primo, Breones ſub duce Rhetiarum milites fuiſſe atteſtatur. Paulus Diaconus in hiſtor. Langobard. Lib. IV. in regione, inquit, Breonum ſanguis de nubibus fluxit, & interni fluvii rivulus aquas cruoris emiſit* (*c*). *Dion Cocceus Hiſtor. Lib. LV.* (*d*) *Breunos populos commemorat verſus Illyricum, quibus rex a divo Auguſto datus ſit Batho nomine. Sed ii nihil ad Alpinos homines pertinent, de quibus hic agi mihi magis ſit veriſimile* : hactenus *Alciatus*. Adde locum elegantem *Horatii a Cellario* G. A. Lib. II. cap. 7. pag. 423. Tom. I. laudatum. Alterum illud, quod mihi quidem reperire licuit, eſt ejuſmodi, ut vehementer animi pendeam utrum in principio verſus nota PR exſcribentis incuria, aut temporis edacitate exciderit, an τὸ *libero commeatu* cum *Breunis* aptum, & nexum, videri debeat.

Saxorum certe elogia nondum me ad verum via certa duxerunt. Quod ſi præfectum ſumis libero commeatu, hoc eſt, commeatui, judicem te, Lector erudite, ſtatuo, utrum annonariæ rei in caſtris cognitorem probes, qui curam gerit, ne frumentum deſit militibus, neu quis flagellet annonam, (unde liberalitas Cn. Sulpicii intelligenda apud *Grut.* 172. 14. qui in commeatum legionibus magnam pecuniæ ſummam legavit) an curſus publici caſtrenſem præpoſitum hoc loco malis, cui generi quam ſimiles ſint *curſuales præpoſiti* in urbe apud *Symmachum* Lib. II. Ep. 46. & l. 9. tit. 29. *de Curioſis* Lib. VI. *Cod. Theod.* non conſtituam. Sin alterum magis arridet tibi, quod ipſe quoque propius verum puto, commeatum accipias neceſſe eſt de ratione ſtipendia merendi, ad quam nemo poteſt ingratiis, & vi cogi, ſed ubi quis ſua ſponte militiæ nomen dat, domumque redeundi quocunque tempore libuerit, immunitate gaudet, quam divinationem ipſa vox *commeatus* peperit. Eſt enim proprie epiſtola tribuni, vel præpoſiti, cujus beneficio miles poterat ante ſtipendia emenſa ab obſequio militari, ſigniſque diſcedere, (v. *Stevvech* ad *Veget.* Lib. II. pag. 116. 117.) qua tamen poteſtate ne comites rei militaris abuterentur, *Conſtantinus* imperator l. 2. & 3. tit. 1. *de re militari* & l. 1. tit. 12. de *Commeatu* Libr. VII. Cod. *Theod.* providit. Nihil ergo impedit, quo minus cohortem illam Breunorum voluntariam, ſive liberam ſumamus, cui ſcilicet commeatus non intercluſus, ſed itus, redituſque integer fuit. Ut libere animi mei ſententiam profitear, deſiderantur ſane in literatis monumentis exempla, quibus idem ſtabilitur. Interim melius, certiuſque, ſi quis conjecerit, vatem ego optimum perhibebo. Reliqua hujus lapidis perſequi nec attinet, nec tui eſt, Lector erudite, ſtomachi. Poſſum conjecturam facere de meo.

CAPVT II.

SCHOLIA IN IAN. GRVTERI THESAVRVM.

2. 6. verſu 2. *Cluſii* quidem ſchedæ pro VLP. exhibent VP. adeo ut hæ duæ literæ ſignificare poſſe videantur : *utriuſque Pannoniæ* (argum. n. 7. pag. 482. Grut.) ſed quoniam in duobus aliis titulis ſervant VLP. (v. Grut. 40. 2. 3.) literam L hic puto caſu excidiſſe. Ceterum C O NT notat *Contariorum;* quales fuerint, ipſius *conti* vocabulum demonſtrat. V. Auctores a *Pitiſco* laudatos in *Contarii* v. 4. Non eſt apud *Cluſium* ER ſed TER ideſt, ut ego interpretor TERtius. Locum, in quo repertus eſt titulus, his verbis notavit idem vir diligentiſſimus : *In Ebersdorf am Moſſ hoc eſt, ad Paludes arce Generoſi viri Hieronymi Beck a Leopoldsford muro inſiti hi lapides. Diſtat autem illa arx cum pago adiacente aliquot milliaribus ſub Vienna Auſtriæ.*

2. 12. De Protectoribus vid. *Henric. Valeſium Ammian. Marcellini* Lib. XIV. num. XIX. P. m. 33.

3. 2. Quoniam is lapis *Engedini*, ſive Enedini, ut ſcribit *Cluſius*, in *Tranſilvania* viſus eſt, ipſa ejus verba repetere placet, quibus omnes illius regionis lapides a ſe congeſtos recenſuit : *Epigrammata collecta in Tranſilvania per Rm. Philippum de More de Chiula Præpoſitum majorem Agriæ, Protonotarium Apoſtolicum, ac Ser. principis Ludovici Dei gratia Ungariæ ac Boemiæ &c. Regis Conſiliarium,* & *Secretarium, ejuſdemque ad illuſtrem Senatum Venetum oratorem. Collata deinde a Carolo Cluſio cum exemplari Antonii Verantii Archiepiſcopi Strigonienſis, & ad illius normam pleriſque locis emendata Viennæ Auſtriæ Anno* MDXXCVIII. Verſu 4. miror *Gruterum* fide ſchedarum *Cluſii* ſcribere potuiſſe OPPELLIVS, cum *Urſinianam* iſtæ lectionem edant. Ita quoque vult *Scriverius* in ſchedis ſuis.

4. 4. v. 2. T. AVIANO *Cluſ.* ſed malim utique cum *Gudio* TRAIANO v. 5. D O M N N. S A N C ✠ S S I ita in literis *Cluſii* expreſſum eſt, quod notemus propter rationes Calligraphiæ lapida-

(*a*) Vid. Geograph. Lib. II. cap. 13.
(*b*) Vid. c. XI. pag. mihi 31.
(*c*) Vid. c. 2.
(*d*) Pag. 568. & 571. edit. Leuncl.

lapidariæ. v. *6.* & 7. verba : AVIANVS AVG LIB deſunt, & pro AVRARIAR legitur AVRA℞O. Sed retinendum utique Aurariarum, id eſt, fodinarum (v. *Reineſ. Claſſ.* I. n. VI. p. 19.) ſive Metallorum auri, quia in alio marmore apud *Burmannum de Vectigalibus populi Romani* c. VIII. p. 122. eſt PROCVR. FERRARIAR. quod autem vir magnus *Collegium Aurarium* explicat per Collegium metalla exercentium, vereor, ne id nimis durum videri poſſit. Sed legendum utique ap. Grut. 114. *6.* Collegium Aurariorum ex p. XII. *6.* hoc eſt, eorum, qui ab *Ammiano Marcellino ſequendarum auri venarum periti* dicuntur L. XXXI. p. 447. ed. Pariſ. 1636. 4.

4. *6.* B. F. Beneficiariorum memoria in lapidibus eſt tralatitia : de vi & poteſtate hujus verbi conſule *Reineſ.* Claſſ. VIII. 35. it. Ejuſd. Epiſtol. 23. ad *Rupert.* p. 81. 82. it. *Fleetvvood* in *Syll. Inſcript.* p. 37. *Lingenii Opuſcul. Theotiſc.* P. III. p. *62.* ſeq. & *Murator.* 778. 4.

4. 11. Cippus quadrangulus. Ad hunc locum vid. *P. Lambecium*, *in Commentar. Bibl. Vindobon.* a p. 47. 49. 2. L. 2. c. 2. Hujus tituli argumento Viennam olim a cohortis Fabianæ ſtativis Fabianam nominatam fuiſſe *Lazius* credidit, repugnante tamen *Lambecio*, qui *Com. Bibl. Vindob.* T. 1. p. 33. L. 2. c. 1. *utinam*, inquit, *inveſtigare poſſem, ubi nunc vetus illa extaret inſcriptio, explorarem ipſe meis oculis, utrum Lazius, an Cluſius meliori fide eam deſcripſiſſet. Donec enim ea de re fiam certior, totam controverſiam de vera hujus Inſcriptionis lectione in medio relinquendam cenſeo. Interim certiſſimum eſt, quomodocumque demum ea legenda ſit, nulla profecto ratione inde colligi poſſe, Viennam olim nominatam fuiſſe Fabianam.* Verum ſalva res eſt. Tale vocabulum in Cluſianis plane non invenitur. Eſt contra manu ejus ſic ſcriptum AP℞VSII. Uter utrum fide, & accuratione vincat, non opus eſt pluribus demonſtrare. *Lazium* certe vanitatis reum faciunt multorum intelligentium virorum de eo judicia, ipſumque adeo *Lambecii* (a) teſtimonium, *quanta*, inquientis, *Lazii in deſcribenda, & publicanda antiqua illa inſcriptione fuerit negligentia, & incuria, cuilibet videre & judicare licet, ſi ejuſdem Inſcriptionis exemplum a ſupra memorato Pighio deſcriptum, & Herculi Prodicio inſertum cum Laziano illo mutilo, & mendoſo apographo contulerit.* Immo nec in uno quidem lapide deſcribendo conſtantem rationem & formam tenuit, ſed pro lubitu verſus digeſſit, & immutavit. Verum eſſe, quod ſcribo, facile cognoſcet is, qui hanc ipſam Inſcriptionem *Rer. Viennenſ.* L. I. c. 4. p. 14. ab eo laudatam cum alio loco *Commentar. de Repub. Rom.* L. 12. Sect. 3. c. 7. p. *976.* contendere haud gravabitur. Miſere eum contaminaſſe Inſcriptiones, auctor eſt *Gruterus* ipſe in *Animadvert.* p. 285. 4. *Reineſius* in Epiſt. 31. ad *Rupert.* p. 164. & nuperrime elegantiſſimus, doctiſſimuſque *Hagenbuchius* in *Diatribe* de *græcis Theſauri novi Muratoriani marmoribus metricis*, qui p. 26. *peſſimum lapidum exſcriptorem* vocat.

5. 4. verſ. *6.* Bongarſianæ lectioni favere videntur *Cluſiana*, quod literæ P C punctis carent. Levia hæc ſunt, fateor, ſed quæ interdum non neceſſarias emendationes γεωμετρικῶς convellere, & veras approbare poſſunt.

6. 3. SARMIZ deeſt in *Cluſianis*, ab hoc titulo alium ſejunxit vir doctus in ruinis antiquæ urbis, *Varhel* nunc dictæ, ideſt, in loco Caſtrorum a ſe viſum, deſcripſitque tanquam a ſuperiori diverſum. Quare nos non decet eundem ſilentio præterire. Ejus formula hæc eſt :

AVSPICIIS CAE
SARIS DIVI NERVAE
TRAIANI AVGVSTI
CONDITA COLONIA
DACICA
PER
M. SCAVRIANVM
EIVS PROPR

Si quis nimiam in nobis criminetur diligentiam, cum jubemus *Gruterum* ipſum p. XXII. n. 10. & 11. it. 260. 12. & 13. inſpicere. Intelligentibus rerum arbitris hæc ſatisfacere poſſunt exempla, tameſi plura in promptu; iniquis vero & indoctis ne centum quidem.

6. *6.* verſ. *6.* MVTIANVS. Cluſ. verſ. 7. *Scaliger* in Ind. Hiſt. *Horologiarium* templum explicat. Quibus fidiculis ſubſtantivum extorquere potuerit *Pitiſcus* (b) non intelligo. Notemus Juliam Caracallæ hoc loco Matrem dici, contra aliorum famam, qui novercam volunt. *Q. Soſii Falconis & C. Jul. Erucii Fructi Clari* Conſulatus quomodo componi poſſit cum elogiis Baſſiano Caracallæ tributis, parum liquet : niſi forte ſumas, templum illis conſulibus votum, & inchoatum, annis vero ſex, ſeptemque circiter ſerius perfectum eſſe, quo tempore a patre adhuc vivo Auguſtus dici potuit. Aliter tamen, longeque ſubtilius veritatem hujus tituli ad vivum reſecavit doctiſſ. *Herm. Lingenius in Opuſcul. min. Theotiſc.* P. III. n. 3. §. 12. 13. 27. & 28. etſi §. 31. ipſe quoque ſententiam ſuam deflectens in noſtras ire partes haud recuſet. Conſ. ſimul *Hadriani Relandi præf. ad Faſtos* *** 1 2. qui Spanhemii rationes ſecutus, probabile eſſe arbitratur Fulconem & Clarum fuiſſe ſuffectos Conſules.

7. 4. Lapidem ſic inſcripſit *Cluſius : In Hornegg ad Nicrum*, auf den *Michelsberg foris ad latus portæ templi pertinentis ad Teutonicum ordinem apud oppidulum Gundesheim dimidio miliari a VVimpfen civitate Imperiali, obſervabat Archonatus Anno MDLXXXVI.* verſ. ult. pro L. L. ſcripſit plane LI. Ab utroque vero lapidis latere ornamenta conſpiciuntur, quorum non meminit

(a) L. d. l. 2. c. 8. p. 637.
(b) In Lexico Antiq.

minit *Gruterus*. Facie nimirum ejus ad occidentem poſita latus ſeptentrioni adverſum habet guttum, malleum, & inſtrumentum ad formam cochlearis, latus contra meridiem ſpectans ſeceſpitam, & infra pavonem oſtendit: Unde conjectare libet, aram hoco poſitam, in eaque ſacrum Junoni oblatum fuiſſe.

10. 1. In Indice hujus columnæ poſt verba: *Supra pontem illum admirabilem Gardo impoſitum* hæc addidit *Cluſius: qui tribus fornicibus ſibi invicem impoſitis aquaductum ſuſtinebat, qui Nemauſum per ſubterraneos meatus decurrebat.*

10. 2. v. 2. PVT. CIV. forte *Puteolanæ Civitatis*. SCRIV.

11. 3. *Repertus lapis in civitate Colozvvar* ita *Cluſ.* qui verſ. 8. MVNICIPIO legit, hoc eſt, in Municipio milites conſiſtentes, ſive ſtativa habentes. Notam ultimam S̄I non agnoſcunt ejuſdem chartæ.

12. 6. v. 1. I. O. M. in literas non retulit *Cluſius*.

13. 14. v. 2. MONTVNATES Alc. in ſchedis. Epigr. 16. *Scriverio* videtur dubiæ vetuſtatis inſcriptio.

14 5. Illud P. in principio verſus 4. *Cluſio* ignotum. Epigr. 11. v. 4. & 5. ita deſcripſit Cluſius:

L E . X. G. V O
S O. L E. L I

16. 2. Hanc merito ſuſpectam vocat *Scriverius* in ſchedis. Epigr. 3. vera lapidis figura e *Cluſianis* poteſt agnoſci. Non enim integer, ſed aliqua ſui parte mutilus eſt. Ita ſcriptum reperio:



I O M
M A E C I
V S. C L
V S E X
O T O
P O S I T

Poſit ultima longa recte pro *poſivit*, ita quoque in multis aliis lapidibus, v. *Ind.Grammat.* ut apud *Virgilium*, *it* pro *ivit* haſta Tago. Æn. IX. 418. conſule *Erythræi Ind. Virg.* ſub hac voce, *Catullus* in ſæcul. Carmine ad *Dianam* p. 80. ed. Voſs. *Quam mater prope Deliam depoſivit olivam* &c. Plura in lapidibus obſervata v. apud *Urſatum* (*Annotazioni ſopra la lettera quinta degli marmi eruditi del Conte Sertorio Orſato* p. 102.) Epigr. 14. BASIDE *Scriverius* ingenioſe explicat *cum baſi de Suo*, quaſi ſcriptum ſit CVM BASIDS.

17. 9. *Scriverio* ſuſpecta videtur.

19. 5. verſus aliter digeſti apud *Cluſium*.

21. 8. in verſu ultimo habent *Cluſiana* SAC. F. hoc eſt, Sacra fecit.

23. 4. v. 2. pro ABVRNIVS leg. *Cluſ.* ABVRNVS titulumque ita inſcripſit *Alba Julia in curte domus divi Georgii*. Epigr. II. ſequitur *Gruterus* de hac tabula ſententiam *Velſeri* in *Monumentis Auguſtanis* p. 206. ed. *Venet.* 1594. fol. explicatam. Sed in alia omnia abit *Scriverius* in Schedis: *videtur*, inquiens, *villicus, ſive diſpenſator domino reddere rationem*.

24. 2. verſ. ult. ſingulares literas V. S. L. P. *Arnold. Buchelius* in Notis Manuſcriptis ad *Smetium* ita expreſſit: *Votum Solvit Loco Privato*. Epigr. 11. IVNONI ARGEIAE hoc eſt, Argeæ ſeu Argivæ græc. Ἀργεία, de qua v. *Cicer. Nat. Deor. I.* 29. Repetitus eſt hic titulus ſine cauſa a *Muratorio Nov. Theſ. Inſcript.* T. I. p. XIV. num. 7.

28. 2. ad hoc ſaxum vid. *Henr. Valeſium* in Annotationibus ad Ammianum Marcell. L. XV. p. mihi 75.

33. 2. *Ad dextram*, inquit *Cluſius*, *cippus Muro applicatus quadrangulus, qui nunc excipiendis per ferream laminam ſtipidibus ſervit, hanc Romanis characteribus expreſſam inſcriptionem habet. Paulo ſupra hunc cippum muro inditus eſt lapis, humani capitis formam ſculptam habens, quale fere fatorum Valentiæ Hiſpaniæ obſervare, dum iſtic eſſem, memini.*

34. 6. hoc marmor emendatius protulit *Laur. Begerus* in *Spicil. Antiquit.* p. 97. quem vide. (*a*)

36. 11. de *Apolline Beleno* præter auctores a Cl. *Schedio de diis Germ.* pag. 163. cap. 7. memoratos, eleganter differentem vide *Reineſ.* Cl. I. n. 51. p. 98. qui eodem in loco pag. 101. Inſcriptionem tertiam pag. ſeq. ſupplet & emendat. Conf. Salmaſium ad *Jul. Capitol.* in Not. p. 253. it. *Iſaac. Caſaub.* pag. 186. ed. *Salmaſ. Hiſt. Script.* Pariſ. 1620. Non modo Aquilejenſes, ſed Galli quoque, judice *Scriverio*, Apollinem patria lingua Belenum vocarunt: *vox ipſa gallica*, pergit ibidem vir doctus, *antiquiſſima*, & *ſagitta ita dicta eſt ab Apolline* βελενον. *Veneno Gallos ſagittas imbuere proditum eſt: v. Galenum, & de venatorio Gallorum veneno v. Celſum:* hæc SCRIV. Sed vereor, ut extrema hæc accurate, cogitateque ſcripta fuerint, quod neutrius mihi locum invenire licuit. Dacos quidem & Dalmatas tradit in Libro ad Piſonem περὶ τῆς θηριακῆς cap. 10. pag. 462. ed. op. *Galen.* 1538. P. II. περιπάστειν αὐτὸ (hoc eſt, ἐλάνιον ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων νῦν καλύμενον) Τοῖς ἀκίσι τῶν βελῶν, καὶ οὕτως ὁμιλῆσαι μὲν τῷ αἵματι τῶν τιτρωσκομένων ἀναιρεῖν δύνασθαι. Sed de Gallis nihil relatum legi.

Interim de herba, qua Gallos in venatu tinxiſſe ſagittas, ſcripſit *Scaliger* ὀπάιν in *Lect. Auſon.* Vide locum claſſicum *Plinii* Hiſt. Nat. L. 27. cap. 11. & L. 25. c. 5. ibique interpretes. Adde quoque *le Antichità d' Aquileja da Gian-Domenico Bertoli* pag 95. & 96.

40. 1. v. 4. BROCHVS Sched. *Cluſ.* v. 6. iſtud PRAE abeſt, in lateribus autem cippi Avis & urna. Epig. 8. v. 2. SACR. non extat in *Cluſianis*, nec verſu ultimo duplex L. Epig. 13. aliter apud *Cluſ.* verſus ordinati v. 6. & 7. pro PII. & P. P in ejus autographo L. V. E. R. invenio.

44.

(*a*) Eadem eſt Epigraphes apud Gruter. loc. cit. cum fig. deſcriptione.

44. 7. verſ. 9. MEDIOL. ita *Alciati* ſchedæ, & ſic recte conjecit *Reineſ.*

46. 1. v. 2. PRO SALVTE IM. *Cluſ.* Epigr. 3. v. 3. vocabulo SVI carent *Cluſiana*, eumque lapidis indicem præferunt : *Zaazſebes in Domo Judicis Regii*.

47. 11. Albæ Juliæ in Dacia ante portam Præpoſituræ. Veteres ſimul omnes Inſcriptiones, quæ ibi reperiebantur, collegiſſe Menabenium & Hogelandium ſe curante annis LXXXVII. & XCI. ſupra MD. memorat ib. *Cluſ.*

49. 2. *Alciati* Codex meus calamo exaratus verſus alio modo ordinatos exhibet.

53. 3. V. 3. pro L. STATIVS Alc. ſcribit SATRIVS (*a*) & v. 5. pro AMANDVS legere jubet L. AMARANDVS Epig. 15. v. 2. nota 7. a *Cluſio* omiſſa.

57. 7. apud *Cluſium* tantum verſus tres, iſque Index: *Marmol junto à la torre de Corunna quæ veteribus Clunia fuiße dicta exiſtimatur*. v. 1. SAEVIVS apud *Nonium in Hiſpania* p. mihi 169. v. 6. DANIENSIS ita *Cluſ.* pro quo Gruterus ait, ſe in *Pighianis* reperiſſe DIANENSIS v. ult. LVSITANVS EX V. *Cluſ.* unde natum forte apud *Nonium* l. d. EXVL.

64. 10. v. 2. p 279. Huic cippo, & alii cuidam infra pag. CVI. n. 12. obvio titulum fecit *Cluſius* : *Sabariæ e foro euntibus ad arcem* [*quæ ſatis ampla extremam oppidi partem occupat qua occidentem ſpectat*] *non procul ab ipſa arce muro quarumdam ædium, quæ ad dextram ſunt, impoſiti conſpiciuntur bini cippi latera portæ earumdem ædium claudentes his inſcriptionibus*.

67. 10. aliter verſus diſtinguit *Cluſ.* & v. 6. pro NN AVG. leg. (*b*) NN AVGG.

68. 3. Quantum proſit editos lapides cum ſchedis virorum doctorum contendere, hoc certe monumentum teſtatur. Rectius enim modo, elegantiuſque in *Antiquit. Mediolan. Alciati* expreſſum, ſed multis, variiſque picturis, quæ marmor illuſtrant, exornatum. *Stylobathæ* namque (utamur verbis *Alciati*) *poſterior facies duarum mulierum imaginibus conſpicua Hygiæ ipſius & Panacos formam repræſentans, quæ ambæ inter Æſculapii liberos in majore fuere veneratione; in lateribus vero, quæ ſtatuæ adſunt, faces in manibus habent, quæ ſcilicet indicant, quemadmodum is Deus ab ardente pyra Mercurii ope evaſerit, cum ejus mater Coronis uterum ferens telis Dianæ excidiſſe, ipſeque deinde expoſitus, additis in cuſtodiam cane & capra, ut Lib. II. Pauſanias Sophiſta ſcribit.* (*c*) Paulo aliter rem narrat *Ovidius Metamorphos*. L. II. v. 628. Apollini id beneficium tribuens, quod Mercurio aſſeritur :

Non tulit in cineres labi ſua Phœbus eoſdem
Semina : ſed natum flammis, uteroque parantis
Eripuit, geminique tulit Chironis in antrum.

69. 4. verſus aliter conſtituti apud *Cluſ.* in cujus ſchedis voces etiam nonnullæ deſiderantur ut v. 2. P. AEL. & in fine PEDES XXX. F. Erudita eſt *Reineſii* interpretatio notarum M. SEP. quam vid. *Claſſ.* I. n. 8. p. 22.

77. 3. Spurium hoc Epigramma, æque ac ſuperius p. 65. 9. judicat *Bimardus* in Epiſt. ad Ill. *Maffeum* ap. *Muratorium Nov. Theſ. inſcript.* T. 1. p. 120. neſcio an jure. Quin viderit ille Auguſtanum lapidem, non dubito, ſed credendumne, *Urſinum*, ac *Smetium*, viros oculatiſſimos ſumis deceptos eſſe, qui itidem ſuos vidiſſe teſtantur? Varia eſt ſæpe marmorum fama, ut Scriptorum, nec opus eſt nodum tam internecino gladio diſſecare. Poſcit autem vir olim Celeb. ut aliquis ſibi tam notum reddat *T. Annium Aurelium Verum*, quam ipſe *P. Martium Verum*, rebus fortiter in bello geſtis clarum, demonſtraverit. Sed quemadmodum non ſequitur, ut, qui faſces tenuerint, ex libris veterum approbentur, neceſſe ſit, quod bene multa Conſulum nomina, niſi per lapides tranſmiſſa ad poſteros fuiſſent, ex Annalibus raro cognoſcerentur, ita vereor, ne maxima pars ſplendidarum illarum de nominibus propriis diſputationum interdum fruſtranea & anceps videatur, quod in Romanorum nominibus exponendis domeſtici nonnumquam Scriptores, nedum Græci, dormitare ſolent. Igitur do quidem, *Martium Verum in Capitolini* Vero laudari : Annium contra nuſpiam. Sed an hoc argumento aliorum monumentorum diverſa tradentium fides ſimpliciter elevari poſſit, nondum perſpicio. Si enim *Pagium* audimus (*Diſſ. hypatic.* P. I. C. 4. §. VII. p. 33.) poſſunt interdum Inſcriptiones veræ eſſe, tametſi cum hiſtoria non uſquequaque conſpirent. Adhæc labuntur ſæpe quadratarii διαλφάβητοι, quorum vitia jure nominaveris *errata fabrilia*. Neque lapidum propterea Epigraphæ, ut numi, monetariorum culpa mendoſi, deſinent eſſe ſinceræ vetuſtatis. Forſan non immerito quærit Cel. *Muratorius* p. 339. n. 4. *Quei ergo*, inquiens, *in hoc lapide idem nuncupatur P. Martius Verus? Num cuncta hæc nomina in ipſum confluxere? An error latet in aliquo ex hiſce Epigrammatis?* In unum certe hominem diverſa ſæpiſſime prænomina & nomina conferri neminem fugit, qui evolvendis Romanorum ſcriptis, faſtiſque vel mediocrem operam navavit. Vide quæſo magnum *Reineſium* ad Claſſ. VI. n. 128. cujus exemplis illud e veteri SCTO depromtum addemus : *Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio ap. Cœlium* in Cic. *Epiſtol. ad Div.* VIII. 8. lege quoque, ni grave eſt, doctiſſimam *Hadr. Relandi Præf. ad Petri* fratris *Faſtos* a verbis : *quod ſi plura nomina* **. 7. Quare non eſt, quod quis miretur, *Verum*, qui in Faſtis ad A. C. 179. vulgo *Veſpronius Candidus*, it. ſimpliciter *Veſpronius* nominatur, præeunte *Pagio*, (*Diſſ. Hypat.* p. 218. de quo tamen prænomine operæ pretium eſt audire *F. Henr. Noriſ.* in *Epiſtola Conſulari* p. 460. T. XI. *Theſ. Græ*.) aliis nunc cumulari, onerarique prænominibus. Proinde

(*a*) Ita in not. repetit. Edit.
(*b*) AVGG. *Urſini Schedæ* ita in not. repetit. Edit.
(*c*) Vid. *Corinthiac.* p. 170. 171. ed. Kühn.

inde nullus equidem dubito, quin lapicidæ, cum ſolum nomen *Veri* (qua forma eſt apud *Caſſiodorum* in *Chronico* p. m. 1347. *oper.* it. in *Faſtis Idatianis* ad a. 179. p. 258. T. XI. *Theſ. Græv.* & *Faſtis Anonymi* ib. p. 356.) in tabulis publicis reperirent, omnium ejus prænominum ignari alii hoc, aliud alii adpoſuerint.

78. 1. *ad infimos gradus Palatii. Cluſ.*

80. 4. V. 10. ET. MARIAN. LIBERTI. in *Cluſii* autographo deeſt. *Epigr. 6. Scriverius* in *Antiquit. Batav.* p. 205. ſibi, quid ſignificet CVR. LADAE non liquere, fatetur ingenue. Sed vid. *Herm. Ulr. Lingenii* (Opuſcul. min. Theotiſc. P. II.) Conjecturas ſuper quibuſdam aris ignotorum Deorum a p. 8. 14.

83. 1. V 2. PISCIANVS ita *Cluſ.* Schedæ, verſuſque ibi ſex numerantur.

85. 9. V. 2. SARAPIO *Cluſ.* haud dubie nomen illius hominis, qui pro ſalute ſua Diis gratias agit. Nomen vero Dei, cui votum ſolvit, eraſum eſſe puto. Mirum qui *Grutero* in mentem venire poterit SERAPID. Eodem pacto ex hominis nomine Deum effictum eſſe, ſimile exemplum docet apud *Murator.* T. I. 106. 2. Quamquam non inuſitatum fuit apud Græcos, Romanoſve Deorum, Dearumve nomina ſibi mortales impoſuiſſe, quod egregie excuſſit *Reineſ. Claſ. I.* n. 44. p. 88. 89.

88. 13. V. 8. LVCIA habet *Cluſ.* non LVCINA. Per bonum Deum Puerum Poſphorum *Bodelotius Dervallus* (l' Utilité des Voyages ad pag. 213. in Add. Tom. I.) intelligi vult Harpocratem, cujus tamen opinionem doctioribus examinandam relinquit *Cuperus* in *Harpocrate*, quam vide pag. 125. Ego ipſum *Luciferum* ὀυρανίας Ἀφροδίτης ἀστέρα malim, qui proprie Deus bonus dici poteſt, vel quod eſt *bonæ Deæ Veneris Cnidiæ* (ita dicitur ſcilicet in lapide apud *Reineſ. Claſſ. I.* num. 92. quem ex *Sponii Miſcell.* Sect. III. n. 47. p. 94. & *Marmor. Oxonienſibus* n. 42. p. 34. ed. *Matter.* obiter emendabis) comes indivulſus, vel quia bonam, hoc eſt, ſalutarem & auſpicatam toti rerum univerſitati affert & prænunciat lucem. De *bonis Deabus* v. *Reineſ. Claſſ. I.* n. 125. p. 161. 5. Adi quoque Ez. *Spanhem. de uſu & Præſtant. num.* diſſ. XI. p. 337. T. II. Quoſdam ſine neceſſitate in hoc titulo legere *Albæ Auguſtæ* monet *Cellar.* G. A. L. II. p. 481.

89. 1. V. 2. PRIATTIVS leg. *Bucbelius*. Epigr. II. hunc titulum bis deſcripſit *Cluſius*, utrobique tamen conſtanter legit v. 1. MARTI poſt v. 6. fide chartarum *Cluſianarum* reſtituendum nomen VALENTINVS eſſe cenſeo. v. 7. Apulum non M. hoc eſt, Municipium, ſed COL. in iiſdem audit.

91. 1. V. 4. SABINVS in *Bucbelianis* deeſt.

94. 10. V. 1. VOGEGO *Bucbelius*; male. Scribendum ſine dubio VOSEGO. v. *Scaliger.* in *Gruteri Corrig. & Animadvert.* it. Cel. *Oudendorpium* ad *Cæſ.* de *Bell. Gall.* IV. c. 10. qui *Voſegi* in textum recipere non dubitavit. Adi quoque ejuſd. *obſerv.* ad *Lucanum I.* 397. ubi tamen nihil in textu, quod miror, immutavit vir Cel. P. *Burmanus*. Vulgarem quoque lectionem *Harduinus in Plinio* L. XVI. Sect. 76. p. 34. T. II. retinuit.

95. 1. V. 4. VASIO habet *Cluſ.* non VRSIO v. 6. Scriptum forte Ͼ L. unde efficitur Colon. Apud. Simile exemplum vide in *Reineſ. Claſſ. I.* n. 194.

99. 10. tribus verſibus diſtinxit *Bucbelius*, & v. 6. IIIIviratum, it. v. ult. triplex D D D agnoſcit.

103. 5. 10. ESD mendum abſurdum, pro quo e *Cluſianis* reponendum SED. ib. v. 13. plenius ſcribitur SEMPRON. Epigr. 6. v. 7. SEXTINIANVS ita Corpus *repetitæ* ed. ſed vetus & prima, item *Cluſii* ſchedæ SEXTIANVS. forte ſincerius. Eædem v. 13. LEGG pro LEG malunt, cui tamen lectioni non adhæſerim. V. 16. illud I poſt PISONE omittunt, & verſ. ult. Conſulem Maximum plenius exhibent MAXIMO. Ceterum inſcriptionem *Cluſius* ait ſe reperiſſe non Jaurini in Dalmatia, uti *Gruterus* adnotat, ſed *Taurini in Tranſilvania*.

107. 1. V. 2. in Alciatino Codice meo PVSIO eſt, non PVSILIO, quarum illa mihi videtur vera lectio eſſe. Sed quid ſibi v. 9. COMITATVS velit pro COMPITVM non intelligo, viderint naſutiores.

108. 2. V. 1. habet *Cluſ.* notam Centuriæ ⅁. recte. Eſt enim leg. *Genio Centuriæ* uti n. 5. 6. cod. fol & ap. *Murat.* 76. 10. v. 2. TIB. ſic *Cluſ.* ſchedæ & v. 4. OPTIO cuſtodiunt pro OSTIO, quod poſtremum jure quis probet? Hic enim optio proculdubio eſt vicarius centurionis, quanquam legionis & cohortis mentio deſit. Alibi enim nude ponitur v. p. LXXXVI. 9. & LXXXVII. 2. ap. *Gruter.* & *Murator.* 819. 1. Conf. ad hunc locum *Maffei obſerv. liter. T. I.* p. 189. num. 19.

110. 1. V. 6. Literæ ſingulares TP. S. L. Cluſio incognitæ, v. 7. THREPTVS non THRAEPTVS eædem chartæ ſervant.

111. 9. Illius regionis lapidibus hunc Indicem adſcripſit *Cluſius: In arce Zolonock ſupra Neapolim Auſtriæ omnes hæ Inſcriptiones a Carolo Cluſio, at obſervatæ & exceptæ ex ipſis lapidibus:* De hoc autem Epigrammate ſic *ſuperior* inquit, *hujus fragmenti (ut arbitror,) pars duplo fere longior ex eleganti albo, duroque & polito lapide in eadem arce Zolonock eſt; ſed characteribus adeo attritis, ut nihil legi queat, immo vix quidpiam conſpici præter illorum quædam veſtigia.* Verſ. 4. ſuaſu *Cluſianorum* ſupplendum arbitror TREVERORVM.

117. 1. V. 2. C. PISO ita *Panvinius*; atque ſic legitur quoque ſupra 116. 5. v. 2.

130. 1. notas C. R. *Scriverius* in ſchedis explicat *Civium Romanorum*, verſuque ultimo lacunam ſupplet STRATEGVS. non infeliciter, ut opinor. Sed cum duplex ſit hujus verbi poteſtas, v. *Reineſ. Claſſ. I.* 72. p. 113. & *Anton. Van Dale* Diſſ. V. Cap. III. de *Strategis ac Scribis Græcorum* p. 408. ſeq. vix definire auſim, utrum στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων, hoc eſt, præfectus armorum, an prætor, ſummus civitatis magi-

magiſtratus, intelligi debeat. Epig. II. referendus hic lapis inter Jovi dedicatos. Meus enim *Alciatinus* liber, diſertis verbis præponit I. O. M. & mox v. 2. legere jubet VICTVLLIENVS. Perplacet omnino Alciati viri doctiſſimi in hoc ſaxum animadverſio, quam interire non patiar, ſive quod Index hujus Epigraphes apud *Gruterum* emendatior redditur, ſive quod ipſe lapis multum inde lucis accipit. Eleganter ſane: *in ea*, inquit, *dubitari poteſt, quomodo viſu monitus ſit Victorinus, an* κατ' ὄναρ, *ut apud Homerum eſt, ideoque Jovi dicatum ſit monumentum, quoniam* καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, *an vero per augurium, quod fere indicat aquila, utraque ex parte effica, niſi quod altero loco pilam pedibus, roſtro pennam teneat, altero autem trunco inſidens, anguem mordicus ſtringat, quod acceptum ex Homer. Iliad.* XII. *arbitror, de varia Hectoris, Polydamantiſque in ejus augurii interpretatione ſententia, quem locum Virgilius L. XI. Æneid. tranſtulit.* Et hæc quidem *Alciatus*. Adi tu *Sam. Clarikium* ad loc. Homeri laudatum v. 200.

158. 8. non Viennæ Auſtriæ hoc columnæ fragmentum repertum fuit; ſed in *Reinzveg* vico diſtante pene dimidio milliari ab urbe Vienna. Refert deinde *Cluſius*, Hieronymum Beckium in ſuas ædes transferri curaviſſe. Sæpiſſime literarum nexus *Gruterus* neglexit tanquam hoc loco in VALERIANO pro VALERIANO & NOBLSS. pro NOBILISS. quam ſane pingendi rationem immutare fas non eſt. Oriuntur enim inde errores quam plurimi, docente *Reineſio Claſſ* I. n. 14. p. 33. *Claß.* V. n. 47. p. 383. Claſſ. VIII. n. 64. p. 539. it. in *Excerpt. var. Lect.* pone *Epiſtol.* XIX. ad Hofman. p. 53. ſeq.

164. 3. ad titulum lapidis: *allatus ex Petronella MDVIIII. Cluſ.* mendoſe *Latius* in *Comment. de Republ. Rom.* Sect. VII. c. 5. habet GRACIANI. V. 3. IVSSIONE Laz. & ſic quoque Cluſiana mea. v. 5. rectiſſime conjecit *Gudius* legendo AEQVITIO, quod jam ante eum obſervavit *Henr. Valeſius* in Annotation. ad *Ammian. Marcell.* L. 31. p. m. 433. Conf. eund. ad L. 26. p. m. 319. Schedæ enim meæ clare EQVITIO *Lazius* contra hæc duo vocabula EQVITIO COMITE omiſit. V. 7. LEONTIO *Cluſ.* Notas PP. interpretari malim Pro Prætore. V. 8. pro AVXILIARES mendoſe *Lazius* AVRELIANES *v. Lambec. Comment. Bibl. Vindob.* L. 2. c. 8. p. 636. ſeq. LAVRIACENSES ſic *Cluſiana* v. 12. PERDVXERVNT ſine litera S. & v. ult. PERFECTIONES plane deſunt.

169. 7. *Budæ in ædibus Sigiſmundi Epiſcopi. Cluſ.* verſus apud eundem alio modo conſtituti. Inſcriptio tamen ipſa quoad orthographiam fidelior apud *Smetium* fol. 146. n. 22. animadvertente quoque *Ed. Holtheno in var. corrig.* ad hunc l. verſ. 2. *Cluſiana* nobis offerunt FELICIVM verſ. 8. MACR. eſtne fortaſſis *Macrobius*, aut *Macrinus?* verſ. 9. FVSCINIO & v. 15. CELERIMVS non CELERINVS liber *Cluſii* habet. De officiis Speculatorum diſputavit, ut ſolet, elegantiſſime *Reineſius Claſſ.* VIII. n. 1. p. 509. it. *Gorius* ad *Don. Inſcript. Antiq. Claſſ.* VI. p. 262. n. 136. Speculatores igitur Legionum & Cohortium qui fuerint, conſtat. Sed Speculatores Coloniarum quales ſint, haud dictu proclive. Hujus enim generis hominem prima ſpecie offerre videtur lapis in agro, etiamnum dicto *Solfeld*, cis flumen Dravum erutus, & ab Ill. *Jordano* in *originibus Slavorum* P. III. Sect. 28. p. 132. *Apparat. Geograph.* evulgatus, quem tamen Speculatorem vir doctus non vidit, qui in exponendis ceteroquin monumentis literatis non admodum felix & verſatus eſſe videtur. Hunc ipſum lapidem ſuum:

D. I. M. VLPIVS VALERI
VS SPECV .... C PRIMAE NOR.
VOTVM A. PARTE SVSCEPT. SOL
L. L. M.

ſic explicare inſtituit: *Dis inferis Manibus Ulpius Valerius ...... Colonia primæ Noricorum votum a patre ſuſceptum ſolvens locum legit memoriæ.* Non damno quidem illud *inferis Manibus* propter lapidem *Velſerianum* (v. Monum. Agr. Auguſtan. p. m. 255. n. XVIII.) ſed in ceterorum lapidum expoſitione multa non ad palatum, quibus non immorabor. Scilicet in lapide Sabarienſi p. 111. & Oſtervicenſi p. 131. notas V. F. perperam reddidit *votum fecit ſibi*, quod barbarum eſt. Votum ſuſceptum enim dare & ſolvere (v. *Murat.* 106. 3.) item voto ſuſcepto fieri aliquid jubere novimus, alterum non novimus. Neque huic loco talis formula convenit, quod quæ ſolvuntur, non quæ fiunt, vota in lapidibus adnotantur, nec ullum numen præſcribitur, cui votum ſolvi debet. Legendum potius *Vivus fecit*. Sed ad ſuperiorem titulum revertor. Senſum ita refingere præſtat: *Deo Invicto Mithra* (uti Cel. *Muratorius* ſuſpicatur 1980. 2.) ſive *Dianæ Invictæ Marcus Ulpius Valerius Speculator* Legionis (in literis enim majuſculis C. & L σύγχυσιν quotidie ſolet fieri, cui conjecturæ favet lectio Muratoriana d. l.) *primæ Noricorum votum a Patre ſuſceptum* (pro quo habet *Murat.* Fratre ejus cept.) *Solvit Lætus Lubens Merito*. Sin *Jordaniana* lectio magis placet, vide an SPICVLATOREM vel SPECLARIVM ſive SPECVLARIVM Col. e Fabricenſibus unum exſculpere poſſis. Utriuſque generis mentionem injecit *Gutherius de offic. Dom. Aug.* L. I. c. 44. p. 299. & L. III. c. 12. p. 615.

174. 1. Accuratius in Schedis *Cluſ.* SAER & TESTAMENT

177. 3. Eandem ſic retulit Ill. *Maffeus* in *Obſervat. Liter.* T. I. p. 185. n. 17.

190. 10. Corrupta quidem eſt & oſcitanter deſcripta, ſed diverſa tamen a ſequenti num. 11. *Scriverius* enim in Schedis ita: *Similis*, inquit, *columna viſitur* non Nemauſi, ſed *in pago Manduel ab urbe Nemauſo duabus leucis diſtante cum ſimili inſcriptione*. Ad Epigr II. e *Cluſianis* nihil habeo quod addam, niſi quod verſ. 6. duplex illud PP non compareat.

199. 2. Deſunt in *Cluſian.* tres priores verſus

ſus, reliqui duo aliter digeſti. Diſcimus inde nomen urbis *Mirobricæ*, hodie forte *Ciudad Rodrigo*. De termino Auguſteo S. Auguſtali vide ſis *Scriptores Gramaticos Julium Frontinum* de Coloniis p. 143. 146. it. *Latinum & Myſrontium togatos Auguſtorum Auctores* in *Goeſiana* Sylloge p. 255.

201. 4. poſt. c. LARTI Alciatinus meus Codex præfert GARVLI.

223. 3. ante *Gruterum Luc. Patus* in libro de *Menſuris* L. 3. p. 1634. T. XI. *Theſ. Græv.* publicavit, poſt *Gruterum* ſæpiſſime alii, inter quos *Reineſius* Claſſ. IV. n. 17. p. 352. *Fabrettus* c. 7. p. 526. *Gudius* teſte *Koolio in Iudice* p. LXIX. e quibus tamen nemo homo laudavit Gruterum. Congius autem ipſe ex Italia migravit in auguſtiſſimum Auguſti noſtri Muſeum, quod vere regii pectoris ad poſteros commemoranda liberalitas in horto majori prope Dreſenam marmoribus vetuſtis, anaglyphicis operibus magnifice inſtruere juſſit, ubi idem antiquitatis monumentum me videre ſumma cum voluptate memini. Si res minime obſcura graviori teſte indiget, ecce præſto eſt Auctor Sylloges marmorum antiquorum (*Recueil des Marbres antiques qui ſe trouvent dans la Galerie du Roi de Pologne à Dreſde* 1733. fol. reg. Tab. 184.) quem adeas quæſo, ſimulque notas in v. 1. pro CAESARE, quod placet, neſcio quo auctore legi CAESARI. Ejuſdem tituli mentionem injecit *Keyſler* in *Itiner. Noviſſ.* P. II. p. 1078. Omnes hi quidem utcumque expreſſerunt vaſis ænei literas, ſed quis primum, quis ſecundum dederit, nemo, uti par erat, indicavit. Veritatem hujus congiarii nonnullos vocaſſe in dubium, adnotat *Græv.* d. l. in *Grut. repetita*. *Edit*. Sed quinam ſint, non prodidit. Vti vero ab his maxime priſca monumenta νόθας accuſari ſolent, qui intelligentiæ ſenſu abundant, ita non miremur, quare *Everard. Otto* magnæ celebritatis, nec minoris doctrinæ vir hoc Epigramma in ſpuriis habuerit (v. *de Ædilibus Coloniar. & Municip. librum ſingul.* c. X. p. 354. ed. Traject.) Id ſaltem mirari nos ſubit, quomodo vir humaniſſimus pro acumine ſuo parachroniſmum in titulo videre poſſit, quem nemo unquam vel vidit, vel videbit. Nihil enim in faſtis tam certum, quam ſextus Veſpaſiani & quartus Titi Conſulatus. v. *Faſtos Conſulares* ad Ær. Chriſt. 75. apud *Murator.* Tom. 1. p. 309. n. 1. it. *Anton. Pagii Diſſert. Hypat.* c. 10. §. 1. p. 183. & c. XI. §. 10. p. 204. Ex *Suetonii* Tito c. 6. apparet, Titum filium T. Flav. Veſpaſiani natu majorem patri *collegam & in tribunitia poteſtate, & in* SEPTEM *Conſulatibus fuiſſe*.

228. 3. mendoſe expreſſit Gruterus. Indicem lapidis ſic concinnavit *Cluſius*: *C. V. Joannes Leunclavius Conſtantinopolin proficiſcens in Cyanea inſula prope Conſtantinopolin obſervabat*. Ipſum vero titulum ex Manuſcripto hoc modo refingere liceat:

DIVO CAESARI AVGVSTO
L. CLANNIDIVS
L. F. CLA . . . . PONTO
extremam lapidis partem Sphynx ornat

a *Sponio* in *Miſcell. Erudit. Antiquit.* Sect. VIII. p. 265. n. 5. eandem Inſcriptionem repetitam invenio.

234. 6. quoniam hoc ſaxum literatum in Hiſpaniis *Cluſii* Epigrammatibus primum locum obtinet, non incongruum videtur Indicem illorum καθολικὸν huc tranſcribere: *In Hiſpanica*, inquit ille, *mea peregrinatione ego Carolus Cluſius multas inſcriptiones veteres obſervabam & fideliter excipiebam. Deinde Valentiæ a Nobili quodam Hiſpano, qui longe plures, quas obſervaſſe ajebat, deſcriptas habebat, ut exciperem, impetrabam. In Belgium redux anno MDLXV. Brugis Flandriæ nobili viro Marco Laurino Domino de VVaterbliet, mutuo dabam: Sed nunquam illas deinde recipere ab ipſo potui. Video, Smetium nonnullas in librum ſuum intuliſſe, non tamen omnes: nec diſtinxiſſe illas, quas ego obſervaveram, ab iis, quas ex alio deſcripſeram. Cordubæ tamen, & Valentiæ tum etiam in Luſitania elegantes quaſdam a me obſervatas, ab ipſo neglectas animadverti. Sequentes igitur in ſchedis deſcriptas, & ab aliis ſepoſitas poſtea reperi*. Idem poſtea hunc lapidem talibus nominatim verbis ſignavit: *In Jaen quæ Virgaon Alva Plinio* (immo Virgao, quæ Alba v. L. III c. 1.) *Virgiana Ptolemao cenſetur en la ſalida de la Tgleſia para el mercado ſe hallan eſtas letras*. Verſus apud Gruterum confuſi. Nam qui ultimo loco poſitus eſt, primo debuerat collocari. Rectius ordinem ſervavit *Ligorius*. Atque ita *Cluſii* chartæ:

MVNICIPIVM ALVENSE VIRGAONENS. D. D.
L. CAESARI AVG. F. DIVI † NEPOTI PRINCIPI
IVVENTVTIS AVGVRI COS DESIGNATO
C. DEDICAVIT

Unde verum ſane urbi nomen non in hac modo Inſcriptione, ſed in alia quoque non minus corrupta 249. 3. vindicatur. Sed cur v. 2. † pro IVLI? Religioſe ſecutus ſum exemplum meum, maiuſque cum illo fortaſſis peccare, quam intelligendo facere, ut ſubimpudens viderer.

243. 7. verſ. 7. poſt CONSERVATORI cenſet *Scriverius* in ſchedis hæc vocabula excidiſſe: CAERIMONIARVM PVBLICARVM RESTITVTORI AED, unde rurſus p. 244. numerum 7. inſtaurare cupit, pro ædium, *rituum* legendo.

246. 3. v. 1. INCLITO Onuphrius. & *Cluſius* infra 273. 5.

252. 2. *Taurini in Tranſilvania ad aram maximam* lapidem *Cluſius* vidit, qui priores duo verſus non agnoſcens alia ratione ceteros ordinat.

dinat. Faſti docent, L. Ælium Verum Hadriani filium cum P. Cælio Balvino Vibulio a. p. C. N. 137. Conſulatum ſecundum geſſiſſe (v. *Reineſ.* Epiſtol. 27. ad *Rupert.* p. 112. Faſtos Almelovenii p. 136. & *Murator.* T. I. 325. 6 cum nondum fortaſſis adoptatus ab Hadriano ſuperiori anno ſub nomine L. Ceionii Commodi primum faſces tenuiſſet. Adoptionem enim factam fuiſſe, vergente propemodum ad finem Conſulatu primo, aut poſt Calend. Quinctiles, cum ex dictis Spartiani mihi videor intellexiſſe (v. Scriptor. Hiſt. Aug. ed. Salmaſ. Pariſ. 1620. p. 11. *eundem Commodum ſecundum Conſulem deſignavit*) tum ex titulo apud *Murator.* (l. d. n. 4. Conf. quoque *Anton. Pagii* Diſſ. Hypat. 5. de Conſulibus Cæſar. P. 1 c. 3. §. 13. 14. p. 27. ſeq.) Sed alius hic me ſcrupulus tenet, quem animis legentium eximere tentabo. *L. Ælius* hoc loco ſecundum Conſul ſumitur cum Hadriano tertium conſule, quod quo modo fieri poſſit, Faſti opem veſtram! An commentitiam eſſe Inſcriptionem argutabimur? Apage ignavam rationis concluſionem! Parum olei & operæ requirunt ejus generis criminationes. Sed pro his ſcilicet numeralibus literis *Maſſonus* (a) legere vult P R quas ſignificare poſſe putat PRovinciam, hoc eſt, Pannoniam. Non male, meo quidem judicio. Nam *Spartianus*, loco dicto, *quem*, inquit, *pratura honoravit ac ſtatim Pannoniis impoſuit*. Jure igitur v. 5. relinquimus enormem numerum COS IIII in *Cluſianis* planiſſime expreſſum.

259. 3. v. 3. ANNIVS pro ANNIVS & v. 10. GAVIDIA pro GLAVDIA *Cluſ.* atque ſic quoque Illuſtriſſ. Marchio Maffeus in *Obſervation.* litterariis T. I. p. 177. & 186. Epigr. 5. Tenendum eſt, *Cluſium* in Schedis ſuis τὸ HC ω N & ω C ſemper ita ſcripſiſſe HC, ωN & ωC. Recte *Caſaubonus* v. 5. pro ΔAIMONHC legit: ſic enim ſchedæ *Cluſii* ΔIAMONHC. v. 7. ΘPAων fuit in lapide, non ΘPAKων; attamen *Cluſius* in margine: *forte* τῆς Θρᾳκῶν ἐπαρχίας.

260. 13. v. 5. vocabulo FILIAE Cluſiana carent.

267. n. 2. 7. En aliud exemplum lapidis Imperatoribus Caracallæ dicati, quod tali Epigraphe ſignatum edunt *Cluſiana*: *En Martos Sunto a Jaen permaneſcen ynſmias de ſus edificios y muchos marmoles eſculpidos, entre ros quales es eſte:*

IMP. CAESARI. M. AVRELIO
ANTONINO AVG. F. SEPTIMI
SEVERI. PARTI. ARAB. BRIT
RESPVBLICA TVCITANORVM
D. D. D

Prima ſpecie videtur eſſe idem cum *Gruterianis* inſcriptionibus, quas indicavi. Sed nullibi tamen Elogium *Britannici* apparet, & reſpublica hæc apud *Gruterum*, *Reineſium* & *Muratorium* conſtanter duplici C ſcribitur, quod utrum jure factum, videant alii. *Ptolemaus* ſaltem, *Cellario* teſte, G. A. p. 77. & *Pliniani* Codices *Tuati vetus* offerunt, adnotante Cel. *VVeſſelingio* ad *Anton. Itinerar.* p. 432. Septimium Severum cognomento Britannici ornatum dabit *Reineſ. Claſſ. II.* n. 79. p. 294.

272. 2. *Alba Julia in ſummis gradibus, quibus aſcenditur in palatium principis*, *Cluſio* viſa Inſcriptio.

277. 3. Cluſii ſchedæ ſic: *Eliberis civitas magna & populoſa fuit duabus leucis diſtans a Granata bazia la Cartuſa a la miſma puerta que llaman d'Elvira, adonde ſe hallan ynſmias de edificios antiquos de adonde ſe ſaco un marmol que eſta al preſente bazia S. Yſabel monaſterio de monias, que es baſa de una eſtatua, cujas letras ſon.* Titulus ipſe quatuor tantum verſibus abſolvitur apud *Cluſ.* qui v. 5. pro AVG habet SVC. v. 6. poſt MAIESTATIQVE addit EIVS. & v. 8. ordinem ILIBER una litera L. deſignat.

307. 8. v. 9. pro ET IVL habet *Buchelius* FL.

318. 8. titulo adjungit *Buchel. in via Ripenſi* & v. 4. CHYSI DIANI exhibet, it. v. 5. CRESPEDIANI omiſſa litera E, nec minus IIVIR pro NVIR. atque ſic *Gudius* quoque ex ipſo lapide reſtituit. Bis eandem retulit Inſcriptionem *Fabrettus Inſcript.* c. 6. p. 493. n. 185. & illo altero loco, quem laudat editio *Grut.* repetita.

320. 3. *In limbo ſuperiore fornicis illius, ſub qua tranſeundum*, ea ſcilicet parte, quæ verſus Maſſiliam ſpectat, *hæc eſt inſcriptio duobus verſibus comprehenſa*: ita *Cluſ.* qui nos admonet, v. 6. pro RVFI ſcribendum eſſe RVFFI.

345. 3. Idem Epigramma in literas retulit Illuſtriſs. *Maffejus* in *Obſervat. literar.* T. I. p. 192. n. 37. (b) Sed mallem uterque & *Gruterus* & *Maffejus* veram lapidum ſcripturam retinuiſſet. Ita enim eſt in *Cluſianis* v. 3. CL pro COL v. 5. TE pro ET. v. 6. ADOPTIO pro ADOPTIVO. v. 7. MARCELLI. v. 8. LECION pro LEGION. Idem dicendum eſt de

346 2. ubi autographum *Cluſii* v. 4. IVLANI. v 5. FLAML TE v. 6 CL. APVL. TE ADOPTIVE. v. 7. 8. PÆL MARCELLI. V. E. EX. pro quibus notis prima *Gruteri* editio habet VET. EX. repetita VET. IX. v. 9. C4. v. 10. TE. I. ADIVT. DA FDS. Epig. 3. *In civitate Colozuvar* repertum eſſe lapidem, auctor eſt *Cluſius*, qui non modo verſus aliter diſtinguit, ſed etiam v. 3. ad num. XXVIII. in margine adſcripſit *al.* XVIII. it. v. 8. pro D. AELIVS ponit P. AELIVS. Epigr. 5. v. 7. recentior *Gruteriani Theſ.* editio APOLENSIS expreſſit, rectius princeps APVLENSIS & ſic in ſchedis noſtris: adde Illuſtriſſ. Marchionis Maffei *Oſſervazioni Letterarie* T. I. p. 195. n. 44. & p. 173.

358. 2. hanc baſim marmoream Dreſenæ vidi in Muſeo Regio. Exſcripſit eandem Auctor *Sylloges antiquorum Marmorum* (*Recueil des Marbres antiques* Tab. 194.) ſed negligenter & mendoſe, ut puto. Tertius enim verſus deeſt, & v. 5. pro AB radio pictum eſt AD.

358. 5. Eandem Inſcriptionem dedit Illuſtriſs. *Maffe-*

(a) Vid. *Ed Holſten. in Corr. & Anim ad h. l.*
(b) Iterum in *Muſ. Vindobon.* CCXLII. 3.

Maſſejus in *Obſervat. Literar.* p. 193. num. 40. Tom. I.

370. 3. de hoc Symmacho vid. *Henr. Valeſ.* in Annot. ad *Ammiani Marcellini* Lib. XXI. p. m. 199. & p. 331. ad Libr. XXVI.

371. 5. v. I. *Cluſiana* præferunt BOSONAE pro BONOSAE. & v. 2. XXVIII. pro XXXVIII.

372. 6. non Strigonii, ſed *Albæ Juliæ in corte Præpoſiti. Cluſ.* Siglas illas VM per τὸ Municipii explicari a *Reineſio*, altera *Theſ. Gruter.* editio prodit. Sed quo in libro hunc locum emendare vir magnus tentaverit, fruſtra quæſivi. Ubicunque illa ἐξηγήσεως ſita ſit, mihi tamen nondum probatur. Colonia enim Aquenſis Pannoniæ quomodo ſimul eodem in loco Municipium dicetur? Quid impedit vero, quo minus legamus? SEX. VIR AV hoc eſt, AVguſtalis MAgiſter COL. AQ. ita *Sevir Magiſter Auguſtalis* apud *Murator.* p. 197. 5. & *Magiſter Auguſtalis Coloniæ Septimæ* ap. Eund. p. 1117. 5. Suſpicor vero literam A cum V ligatam a quadratario fuiſſe, quam cum non agnoſcerent deſcriptores, eoque omitterent, eam revocare jubet analogia. Ceterum Sevirorum Magiſtri quales fuerint, cognoſcas velim ex *Reineſ. Inſcript. Claſſ. I.* n. 168. p. 185. & *Epiſt.* XXXI. ad *Rupert.* p. 157. 177. *ſeq.*

390. 2. pro dimidia litera ⊃ *Cluſius* ſemper plenam D exhibet. Sic autem Inſcriptionis ſenſum clariorem reddo: *P. C. P. H. R. A. I. T. Legato pro Prætore P. A. P. Legato pro Prætore P. A. Legato Auguſti Legionis Decimæ Geminæ C. I. M. Decurio Coloniæ Karn. E. P. E. V̄. decuriis digniſſimo locum dedit decreto decurionum.*

396. 8. 2. puto legendum eſſe Caii Filio Ouf. hoc eſt, Oufentini tribu.

397. 2. v. 4. SCRIV. ita interpretatur: *Sevir quinquennalis primæ Decuriæ*. Notam Ī quis neſcit numeralem eſſe, ut aliæ quæcunque ejus generis, ſi linea ſuperius inducta teguntur; ſed, cum deſit illa, malim ſubintelligere *Sevirum Quinqu. Juridicundo*.

402. 4. v. 3. legendum utique *Galatiæ* pro GALAITAE, quo mendo repetitam Theſ. Grut. edit. laborare video. v. 8. meo periculo commutes LIBVRIAM in LIBVRNIAM. & v 15. CO Ī RE ... OR in COH. Ī. RAETORVM ex binis Inſcriptionibus 373. 4. & 524. 3. (ubi v. 4. pro COR reſtituendum COH) it. *notitia utriuſque Imperii Pancirolliana* c. 150. p 232.

413. 2. v. I. pro LVC. FL. *Cluſius* habet LVC FIL.

414. 6. v. 3. e ſchedis *Cluſii* legendum PRI. PRCOS. hoc eſt, Legato Auguſtali Principali (τῷ ἐν τέλει) Proconſule. Interpretatio *Reineſiana*, cujus nova *Gruteri* ἰνδίκος meminit, πυκνῶτας; Equidem non poſſum concoquere ejus *Proprætore Conſulem*: propius verum eſſet, ſi *Præpoſito Q. Conſulari* legere maluiſſet, qui honos eidem Furio n. 5. aſſeritur verſu 4. Cluſiana præferunt SARMAE Epigr. 7. Enedini repertus lapis *Cluſ* qui verſu ult. pro COL habet COLL.

421. I. *Scriverius* in ſchedis teſtatur, Nemauſi viſum a ſe eſſe Epigramma, *ubi Amphiteatrum olim*.

431. 5. alius plane verſuum ordo in Alciatino meo codice, qui verſ. 2. non IIIIVIR. BONDICOMENSIS. ſed I$\overline{\text{IIII}}$I *Bodincomagenſis* præfert. Nolo hic ſilentio premere, quæ non incurioſe ibidem *Alciatus* de hoc nomine diſſeruit: *Libet & hanc*, inquiens, *menſam ex vicinis mutuari, nempe ex Ferrarienſi oppido Odolengo, ubi vicem altaris in Michaelis templo præſtat, quod caſtrum olim Bodingomagum fuiſſe rectius quis exiſtimaverit, quam Blondus, qui ad Bondinum Ferrarienſe id nominis transfert, vel Georg. Merula, qui hiſtor. Lib. VI. eum improbat, cum tamen ipſe nihil certe offerat. Padum autem ipſum Ligures Bodincum dicebant, ut Plinius Lib. III. c. 16. tradit, quod eorum lingua fundo carentem ſignificaſſe ait. Sunt, qui etiamnum Celtica lingua bodem mangeln fundo carere interpretentur, ut Tſchudus Helvetius. Sed ego Magum pro vico accipi ſupra teſtatus ſum, & illud mangeln barbarum ex vulgari noſtro idiomate ortum arbitror mancare, manu carere, unde mancus in Lege Salica* (a). *Traditur primitus coluiſſe Francos locum, qui Bodenchaim diceretur, quaſi dicas Bodincorum regionem, ſeu tractum. Sed hoc nihil ad flumen Padum pertinet.* Hæc *Alciatus*. Conf. Leandrum Albertum in deſcript. Ital pag. 385. qui ſemper Bondicomagum, & Cellar. Geogr. Antiq. Lib. II. c. 9. pag. 529. ibid v. 5. AVE pro VALE Codex offert. Ceterum BODINCOMAGENSIS e *Donii* ingenio provenerit. Legitur autem in *Donii Inſcript. Ant. Claſſ. V.* p. 203. n. 165. ad quem locum vid. Cel *Gorium*.

437. I. v. Maff. *Oſſervazioni Letterarie* T. I. p. 192. n. 38. 441. 10. Recte *Scriverius* huic Inſcriptioni *Luſii* nomen vindicat. De *Luſiis* & gente *Luſia* vid. *Caſaubon.* ad *Spartian.* p. 12. ed. *Salmaſ.*

442. I. verſ. 4. *Scriverius* mavult X̄V̄ VIR SACRIS FACiundis.

467. 4. pleniorem dabit *Maffejus* in *Obſervat. Lit.* T. I. p. 197. 212.

474. 8. *Buchelius* l. d. ſic deſcripſit:

CIVES ROMAN

QVI MITYLENIS NEGOTIANTVR

476. 6. in principio tituli D. M. habent *Cluſiana*, deinde v. 2. IVLIO non TVLLIO produnt. *Epigr.* 8. v. 2. ad literarum nexus non attendit, qui nobis QVAS obtruſit. In *Scriverii* Schedis ſcriptum reperio CVAES hoc eſt, QVAEST. qua in re *Gruterum* in *Corr. & Animadv.* mihi præiviſſe nunc video.

478. 6. Cum apud *Gruterum* operæ non raro ὀρθογραφίαν lapidarem neglexerint, opus eſt eandem ex ſchedis *Cluſ.* curioſius decerpere. Proinde ſcribendum v. 2. DEC non DEC ITEM pro ITEM ita in reliquis. v. 3. VET pro VET. v. 4. & in ſeq. AV pro AV conſtanter v. 5. IN-

(a) *Tom. 32. de debilitatibus p. 61. ed Eccard.*

5. INSEQVENTI NÆ CONT v. 7. VENERIO v. 8. VETERANO. v. *6.* reponendum CENSORINIANO quam lectionem video probari Ill. *Jordano* in *Apparat. Geograph. ad Orig. Slavicas* Sect. XXVI. p. 111. Quot & qualia antiquitatis monumenta eodem in loco *Cluſius* invenerit, diligenter pro more in literas retulit, cujus dicta nonnihil & mea repetiſſe, & tua, Lector erudite, cognoſſe intereſt. *Ad ingreſſum,* inquit, *arcis Sabariæ ad ſiniſtram ſub patula arbore elegans tabula marmorea in eodem oppido eruta, & columnæ fragmento impoſita conſpicitur, in qua nulla fuerat inſcriptio. Sed A. 1544. D. Petrus Bakith de Lac Capitaneus Sabarienſis ſuum nomen & officium in ſui & ſuorum monumentum inſculpi juſſit in ejuſdem tabulæ limbo. Ingreſſo autem priorem arcis portam apparet in ſiniſtro latere impoſita tabula quadrangula e lapide albo ſequentem inſcriptionem* (hanc ſcilicet a *Grutero* exſcriptam) *continens. Patuit deinde magna area, in qua templum adjuncto cœmeterio; poſtea ingreſſus alteram arcis portam muro inſitus conſpicitur ad ſiniſtram dimidius lapis tener admodum, in quo trium ſtatuarum ſuperiores a genu partes. Media ſuccincta erat, dextra ſublata puſillum quidpiam, ſed informe gerens, ſiniſtra deorſum propendente majuſculum aliquid ex humero dependens, hæc equinum caput habet ore ad dextram obverſo. Dextra ſtatua muliebris videtur, manu dextra quidpiam attritum & corruptum tenens, ſiniſtra ſerpentem in ſinus ſe flectentem, cujus cauda ad mediam uſque ſtatuam fere protenſa eſt. Siniſtra porro ſtatua baculum, ſeu haſtam puram dextra manu tenet: quid vero in ſiniſtra habeat, conſpici non poteſt. An hæ tres ſtatuæ Junonem, Cererem & aliam Deam quampiam exprimunt. Domus vero angularis, quæ in foro eſt, qua meridiem ſpectat, multa habet columnarum e duro cineritii coloris lapide fragmenta, quarum nonnulla adeo craſſa ſunt, ut duorum virorum ulnis vix comprehendi poſſe arbitrer: iſtic etiam ſunt varia & elegantia columnarum epiſtylia affabre & diverſis modis ſculpta. In iiſdem ædibus ego Carolus Cluſius, dum Sabariæ urbem perluſtrabam III. Non. Aprilis 1585. elegantes & duriſſimos lateres erui conſpiciebam pedem geometricum & amplius longos, ſex aut octo uncias latos, tres vel interdum quatuor craſſos. In ipſo etiam foro magnarum & craſſarum, ſimilique lapide conſtantium columnarum fragmenta jacent. Inveniuntur præterea cum in ipſo oppido, tum extra ejus pomœria nonnunquam a fodientibus ædificiorum ruinæ, quorum pavimenta verſicoloribus quadratis lapidibus conſtrata ſunt. Eruuntur etiam iſtic plerumque veteres numi: ſed maxima ex parte Conſtantini, Galieni & poſteriorum Imperatorum. Habuit olim eadem urbs Aquæductum, cujus canalis hominem repentem capere poſſet, per quam fontis (qui paullo infra Rohonez ſeu Rechnitz Illuſtr. Balthaſaris de Batthyan eſt) frigidiſſimæ & ſaluberrimæ aquæ in Sabariam decurrebant duriſſimo trito ex comminutis lateribus & calce conflato interius illitus, ut ex fragmentis, quæ quotidie multis locis eruuntur, apparet: producebaturque is aquæductus non minus, quam per tria milliaria ſecundum colluum radices.* Hæc *Cluſius*.

482. 5. 7. aliter diſtinxit verſus Illuſtr. *Maffeus* in *Obſerv. Liter.* Tom. I. pag. 190. 191. n. 35. 36.

494. 7. v. *6.* VIRBIALI v. *Bimard.* diſſert. II. p. 85. 86. ap. *Murat.* T. I.

498. 2. D. M. non agnoſcit Mſc. *Cluſii*, neque v. 2. HYGIAE. ſed IYGIAE refert.

505. 2. v. ad hoc marmor *Edmund. Chiſulli* Not in *Marmoribus Oxonienſibus* p. 530. ſ. ed. *Matterii*, ipſumque Cl. *Matterium* in *Cons.* & *Adnot. Specim.* p. 589.

518 *6.* v. I D. M. omittunt Cluſiana, & v. 5. STIP. habent.

519. 5. verſ. *6.* plenius chartæ *Cluſii* ALBANVS. it. v. *6.* MEMORIAE POSVERVNT. & v. *9.* clare ITVRAEORVM offerunt. Supra conſpicitur *juvenis cujuſdam ſtatua, non dimidiata viri* imago, ut vult *Grævius* in *Holth. Corrig.* & *Animadvert.* En ipſam iconem in fronte libelli expreſſam, cui aliud ejuſdem loci monumentum ſuo elogio deſtitutum adjungere placuit, quod videre cupientibus tanto minus debui invidere, quo humanius mei ingenioli Scriptores hodie ferre ſolemus, ſi ab artis ſubtilitate cum ornamenta ſibi deeſſe cernunt, a picturis gratiam aucupantur. Infra titulum duo equi ſtrati apparent.

524. *6.* Nulla re differt a ſuperiori 368. *6.* niſi quod illa integrior eſt. Interim *Cluſius* v. 2. CATTO & v. 3. VIO AVG STA ſcribendum judicat. Eandem quoque Inſcriptionem memini e *Latio* afferre P. *Lambecium Comment. Bibl. Vindobon.* L. 2. c. 2. p. 40.

526. 4. aliter diſtinguit *Cluſius*, verſuque 2. plene ANTONINI nec non v. 5. DIEBVS II it. v. 8. VALENTINA omiſſo ſimul prænomine VAL expreſſit.

528. 8. Non *Albæ Juliæ*, ſed *in ruinis antiquæ urbis Sarmizægethuſæ*, ubi nunc eſt vicus *Varhel* dictus, repertum eſſe lapidem affirmat *Cluſius*, cujus fide v. *6.* AVRELIANVS malim.

533. *9.* notemus in *Cluſianis* occurrere v. 2. RECEBALI. v. *9.* FRATR & v. 10. POSIERVNT.

537. 1. v. *Maffei Oſſervazioni Letterarie* t. I. p. 195. & 211.

542. 7. v. 2. male *Gruterus* MAG. EQVES: Autographum *Cluſii* majori cura fractum lapidem, & verborum fugientes lineas ſic notavit.



v. 5. vide num per literam S intelligendum ſit ſtipendiorum, & per ISES. forte H. S. EST hic ſitus eſt. Ad hæc quoniam in ſchedis meis v. *6.* pro TE, invenio FR non ſine ratione in hanc opinionem adducor, ut credam deſignari FRAtre. VEX. eſtne vexillifer?

545. 3. ad hiſtoriam lapidis, Indicemque pertinent hæc *Cluſii* verba: *Petronella, quæ Carnuntum veterum fuiſſe putatur, ſex infra Viennam milliaribus, non procul a Danubii flumine in ipſa arce. Qui cippus deinde, curante Generoſo viro Hieronymo Beck a Leopoldſdorf, tranſlatus eſt in ipſius arcem Eberſtorf am Moß, & parieti,*

ſive muro, qui ſeparat aream, qua eſt ante arcem, ab horto, inſertus cum pleriſque aliis. Dum enim annonæ præfectus eſſet is Nobilis per Ungariam, ut erat antiquitatis diligentiſſimus obſervator, quoſcunque lapides veteres Inſcriptiones continentes adquirere potuit, in ſuam arcem congeſſit. Vectura autem corruptiores, minuſque integri redditi ſunt hujus lapidis characteres, quam dum Petronellæ eram, Anno MDLXXVII. obſervarem. De Petronella s. veterum municipio Carnutenſi adi *Henr. Valeſium* in Annotat. ad *Ammianum Marcell.* L. 30. p. m. 406. 407. & *Petri VVeſſelingii* præclari literarum in Belgio herois not. ad *Antonini Itinerarium* p. 247. nec non Ill. *Joh. Chriſt. de Jordan Originum Slavic apparatum Geographicum P. III.* ſect. 25. n. 403. p. 98. 100. ubi præſto erit titulus memorabilis ad portam arcis *Petronellæ* conſpicuus, quem tamen non modo in *Jac. Sponii Aris ignotorum Deorum* (T. VII. Theſ. Antiquit. Græc. n. 7. p. 242.) ſed in ejuſdem quoque *Miſcell. Erudit. Antiquit.* Sect. III. p. 84. n. 26. animadverſionibus bonæ frugis pleniſſimis ditatum me legere memini; doctiſſ. *Jordanus* male ibidem correxit & reſtituit SYLVANÆ loco SYLVANABVS. Numerum enim pluralem defendunt multa aliarum Dearum exempla ut *Junonibus Murat.* 17. n. 1. 6. *Fortunis*, *Grut.* 79. 2. *Matronis Junonibus Murat.* 93. Fortunis Antiatibus ib. 614. 3. Equidem verſum primum ſic judico ſupplendum eſſe:

SYLVANABVS ET DIS TRIV
QVADRIBIS

quod ultimum vocabulum hac forma retineri debet pro QVADRIVIS. ita enim ſæpiſſime lapides B pro V ponunt. (v. *Indic. Gruterianum eorum, quæ ad rem Grammatic. pertinent* c. XIX.) Deas Trivias & Quadrivias agnoſcunt *Gruterus* 1015. 1. & *Reineſ. Claſſ. I.* n. 140. p. 171. Conſule tu ad hunc l. Cel. *Cannegieterum* de *Brittenburgo* p. 29. qui eundem nobis lapidem ex *Sponii Miſcell.* deſcriptum eruditiſſimis, ut ſolet, obſervationibus illuſtravit. Equidem ad ea, quæ exorſus ſum, exponenda revertor. Elegantiæ latinæ curioſis non ingratam rem facturos nos eſſe ſperamus, ſi literarum ſpecies lapidi redonabimus. Habent autem ſchedæ *Cluſii* v. 2. TA non AD v. 3. AN pro AN & v. 5. EIVSDEM pro EIVSDEM.

547. 1. ex Sacello arcis Neomagenſis in curiam tranſlatus lapis, ubi cum aliquot aliis parieti inſertum in porticu vidi. Edidit primo *Smetius Inſcript. antiq.* libr. fol. CLXVII. n. 15. accuratius, quam *Gruterus*. Duo autem in eo glyphi ſunt, quos interpretum cruces merito dixeris, alter in verbo LVIDONIA conſiſtit, per quod *Scriverius* in *Antiquit. Batav.* (v. *inferior. Germaniæ provinciar. unitarum Antiquit.*) intelligit domum, hoc eſt, ut *Cuperus* in *Monumentis antiquis* p. 226. clarius explicare videtur, *locum, cui Luidonia nomen*, unde Deam Hludoniam nomen accipere potuiſſe, ibidem conjicit; alii contra *tribum* ſignificari putarunt, quorum ſententiæ *Scriverius*, relicta priore, adſenſit ab *Holthenò in Corrig. & Animadvert.* notatus. Equidem, quid de hoc vocabulo ſtatuendum ſit, affirmare non auſim. Poſteaquam enim in ipſo lapide animadvertiſſe mihi viſus ſum non LVIDONIA ſed hanc literarum colligationem LVI EONI A nihilo ſum factus certior. Interim [illegible], quare Clar. *Holthenus* Scriverianam alterius gryphi, ſive notæ hieroglyphicæ explicationem e Schedis, quibus uſus eſt, dare neglexerit. Eam nunc velut poſtliminii jure in lucem proferre placet, ut, quid ſigla hæc ſibi velit, omnes intelligant. Sibi autem perſuadet vir doctiſſimus, notam illam cum præcedentibus cohærere. En ipſa ejus dicta: *Illuſtris Scaliger in Indice interpretatur: hunc locum ſibi teſtamento ordinavit. Sunt enim*, inquit, *literæ hæ H. L. S. T. O. quæ interpretatio ſi vera eſt, quid volunt ſibi proxime adſcripta literæ iſtæ H. E. C. Quare hæc nota, ut dixi, cum præcedentibus connectenda, & me divinatore interpretanda:* HEREDES OSSA HOC IN LOCO SEPELIRI (ENDA) CVRAVERVNT. vel: OB HONOREM OSSA HOC IN LOCO SITA SVNT vel: HOC IN LOCVLO HEREDVM CONSENSV S. CONCESSV OSSA HIC INFRA LOCATA SVNT. *Quarum interpretationum una aut vera eſt, aut vero proxima. Quod ſi alicui hæc conjectanea forte diſpliceant, nova inſuper accedat interpretatio, nimirum iſta:* HEREDES OB HONOREM TITVLI LOCO SCVLPI CVRAVERVNT. *Sic τὸ I annexum literæ H valet T quomodo Scaliger interpretatur, ſeu Humatis ſit terra levis. Circulo incluſa verba. Circulus autem nihil valere debet.*

561. 2. duos hic miſcuit titulos *Gruterus*, quos auctoritate Codicis mei Alciatini dividendos eſſe cenſeo.

561. 4. v. 4. recte Hermes Schallauczerus (*a*) teſte *Lambecio Comment. Bibl. Vindob.* L. 2. c. 2. p. 41. CELSINVS. ita enim *Cluſii* ſchedæ CELSIN. in fine lapidis delphinus apparet.

564. 3. v. 3. PILIPIS *Cluſ.*

594. 7. D M. exulat in *Cluſian.* v. 2. legendum VIRIO & v. 9. DIOGENES. titulus alio verſuum ordine digeſtus.

601. 10. v. 5. TRAS. Scriv. ingenioſe explicat *Transferat*.

608. 5. notæ D. M. *Cluſianis* incognitæ, quibus v. 3. AVGG placet.

612. 8. Extat jam in Muſeo Regio Dreſenenſi. Editus quoque titulus a *Rybiſchio in Monumentis viror. doctorum* Tab. 108. & in *Gudianis* denuo apparet LVI. 3.

661. 11. v. 5. ARB. forte ARBITRATV. v. 6. OCTAVI hoc eſt, *Octavia*.

673. 6. v. 1. legendum BROGIMALINVS. ſic enim in *Cluſii* chartis ſcriptum: BROGIMALINS.

710. 11. verſ. 2. legendum VARONIA MATER. ita enim ſculptum in ſaxo: MATER.

717.

(*a*) *Vid. quoque Lazium Com. Reipubl. Rom. Lib. V. c. 17. P. 560.*

717. *6.* Eadem cum ſuperiori p. DCLVI. 10.

718. 7. non Viennæ Auſtriæ, ſed in *Eberſtorf am Moſſ* vidit & excepit *Cluſius*, in cujus Autographo v. 3. DIBVRGIVS reperio.

744. *6.* v. 1. legend. TVTITIAE uti v. 3. TVTITIA non TVTICIA. ſic *Cluſ.* ſchedæ.

763. 7. *Arnoldus Buchelius* ad Smetium ſic refert Inſcriptionem 749. 1. in hunc lapidem vid. *Theod. Janſ. ab Almeloveen Conjectanea*, quæ extant in *Antiquitatum e ſacris Prophanarum ſpecimine* p. 141. ſeq.

C. BEGNIVS
CASSIAE VXORI
SVAE OPTATAE
NON LVBENS FECIT
SED FATVM
VOLVIT

767. 7. *in ripa Mariſſi fluvii*. *Cluſ.* qui v. 4. EVCHARISIVS pro FL. CHARISIVS habet.

777. *9.* v. 8. EG intelligendum ERGA SE bene merenti fecit.

779. 5. v. 1. reponendum e *Cluſianis* AIONIS. v. 2. ESE. & v. 3. COIVX.

803. 7. *in tabula ſub ſtatuis duabus*, *Cluſ.* cujus manu v. 4. VABRILO & v. 5. COIVG ſcriptum reperio.

812. 5. D. M. deeſt in *Cluſ.* quibuſcum malim v. 4. VALENTIA & v. *6.* PROCVRAVIT.

816. 5. Quoniam is lapis Sabariæ inventus eſt, a fortuna ſibi datam occaſionem nonnulla de urbis ſitu & monumentis præfandi haud quaquam dimittit *Cluſius*. Quæ cum *Jordanianam* deſcriptionem & ſubtilitate narrandi, & dictionis cultu longe ſuperent, non injuria ab oblivione vindicanda cenſuimus. *Sabaria*, inquit vir doctiſſimus, *D. Martini patria*, *Ungaris Sambath hely*, *hoc eſt*, *Sabbathi locus*, *Germanis Stein am anger*, *quaſi dicas*, *lapides ad prata*, *appellatur*. *Angern enim Auſtriaci vocant ſicciora illa prata*, *ſive herbida loca pagis proxima*, *ad quæ jumenta & anſeres paſcendi gratia concedere ſolent*. *Ampla olim fuit urbs*, *ut ex ruderibus*, *quæ ad dimidium fere milliare in ejus oppidi*, *quod nunc reſtat*, *circuitu quotidie eruuntur*, *colligere licet*, *D. Claudii*, *ut Plinius teſtatur*, *colonia*: *jam vero exiguum oppidum muris*, *partim luto macerato conflatis*, *partim lapideis*, *ſed informibus cinctum*: *amplum tamen forum obtinens*, *licet lapidibus non ſtratum*. *Hujus medium quadrangula turris occupat*, *ſingulis lateribus horologium habens verſutili manu horas indicans*: *ædes humiles ſunt*, *maxima ex parte ſtramine tectæ*, *reliquæ ſcandulis*. *Extra mœnia*, *quæ orienti obverſa ſunt*, *ſtatim portam egreſſis occurrit dirutum Templum*, *& a Turcis ante aliquot annos incendio corruptum*, *in cujus anteriore muro*, *non procul a foribus lapidis fragmentum poſitum eſt leonem jacentem ſculptum habens*, *poſt quem Numidæ forſitan cujuſdam Regis caput prolixa & in cincinnos contorta & implexa barba*, *atque coma præditam*, *quale fere Quirini*, *aut Sabini caput in veteribus numis exprimi ſolet*. *Ad orientem hibernum tendentibus*, *ponte ligneo ſuperandus eſt Gunſa amnis hieme intumeſcens & noxius*, *qui paullo infra oppidum torrentem Brentam excipit per imbres & hiemes tranſitu difficilem & periculoſum* [*is autem ſupra oppidum qua ad occidentem vergit*, *fluit*, *& e montibus inter Robonoz*, *ſive Rechniz & Güinß oppidum ſitis oritur*, *ut Gunſa in iis*, *qui ſupra id oppidum Gunſſ ſunt*, *montibus*, *ſcaturiginem habet*] *deinde longius progreſſis puteus oſtenditur*, *cujus aqua tinctus fertur D. Martinus*, *dum Chriſtianæ religioni nomen dedit*, *& vicinum huic exiguum templum eo loco*, *in quo D. Martini parentes habitaſſe*, *& ipſum natum ajunt*. *Id templum porro ingredientibus ad lævam muro indita eſt hæc tabula lapidea*, *quadrangula fere*. *In illo vero templo ad Chori dextram ſacellum eſt*, *in cujus altari repoſita ſtatua lapidea D. Martini ſedens*, *brevis admodum*, *ſed magno capite prædita pro ſtatuæ proportione*, *raſa barba*, *craſſo ſacerdotali*, *ſive doctorali pileo inſignita*.

816. *6.* verſ. *9.* SEXTIAE SVPVTAE ANN. XXX. Illuſtriſs. *Maffejus in Obſervationibus literariis* Tom. I. pag. 198. n. 51.

826. n. 7. plura ejuſmodi imprecationum fulmina in violatores ſepulchrorum vibrata collegit *Fabrettus* Inſcript. c. 2. p. 107. ſeq. Conf. *Marmi Eruditi del Conte Sertorio Urſato* p. 355. Inſcriptionem a *Fabretto* p. 110. n. 270. laudatam offendi quoque in *Scriverii* Schedis Autographis, ſed itidem ſine facta mentione loci, ubi primum eruta fuit. Cæcilii vero prænomen hoc modo adumbravit vir doctus Ͼ CAECILIVS Ͼ. Qui baſin ſtatuæ Fauſtinæ Conjugis Antonini Pii dedicavit, per Deos quoque obteſtatur homines, ne quid auferant, vel amputent. Is enim verborum græcorum pro vetuſtate exeſorum, fugientiumque ſenſus eſt: Πρὸς θεῶν σοι μηδὲν ἀκρωτηριάσῃς ἐνθάδε. v. *delle Statue antiche Greche e Romane P. I. in Venezia* 1740. *fol. Tab* 25.

828. 10. veram & Archetypi ſimilem ſcripturam *Cluſii* chartæ ſervant v. 3. VXOR pro VXORI. & v. 7. ANIM exhibentes. Conf. *Holtheni varior. Corrig. & Animadvert. ad hunc locum.*

834. *6.* *in Cœmeterio D. Stephani*, *qua egredimur verſus macellum*, *& Danubium ad dextram Tabula eſt*. *Cluſ.* qui v. 3. SIB & v. 4. IVCVNDÆ pinxit. Epigr. *9.* figura lapidis prorſus a *Cluſiana* abludit, utpote quam altius prominentem, multiſque & variis pigmentis a *Cluſii* manu decoratam videmus. V. 4. ibidem ſcribitur L. AVIA hoc eſt, *Lucia Avia*.

873. 15. vitioſa Inſcriptio, accuratius tamen, Manuſcriptoque *Cluſiano* convenientius expreſſa pag. *914* 8. cui ultima verba addes: PRIMVS AVLEVS VITAL.

890. 1. verſ. ult. Supple; *Et ſi quos habuero liberos*.

993. 1. habet quoque *Ferretius*, ſed vitioſe Lib. I. Mem. 25. p. *63.* ultimos verſus ſic reſtituo:

Fini-

Finibus Italiæ monumentum vidi Vobernai,
In quo Attui corpus conditur examine.

930. 12. *Torda quinque ab Alba Julia miliaribus a latere templi, quod eſt in foro in pariete ſpectante plateam publ. Cluſ.* qui v. 4. BINVNTIS clare exhibet, & ubique ANIS pro ANNIS ſcribit; verſu autem ultimo inter PATRON. & BENEMER notam Ɛ inſerit. Conf. *Maffei oſſervaz. Letterarie* Tom. I. p. 200. & 212.

1006. 2. Emendatior infra p. MLXIII. 4. v. 1. intellige IVNONI REGINAE & v. 2. legas velim AEL.

1029. 3. induci debet hæc Inſcriptio. Eſt enim fragmentum alius infra laudatæ p. MCI. 8.

1030. 7. multo elegantiorem, & ad finem prototypi expreſſam vide infra p. 1094. 1.

1055. 6. vid. quæ ad hunc locum habet *Joh. Ant. Caſtellioneus Antiq. Mediol.* p. 181.

1066. 5. vide annon titulus infra p. MLXX. 1. prolatus eodem poſſit cenſu & numero haberi.

1070. 4. de hujus lapidis Epigraphe quid ſcribat Doctiſſ. *Lingenius in Opuſcul. Theotiſc.* P. II. n. 1. §. 4. a p. 43. operæ pretium eſt legere, ubi non ſine ratione p. 65. vir doctus timet, ne ſtatua Herculis, quam *Matthæus Gargonius* in vernacula Walchrici comitatus Hiſtoria (*VValcherſche Arkadia* te *Leyden* 1715. Part. I. p. 201.) ejuſque fide *Keyſlerus* (in *Antiquit. Septentrion.* & *Celt.* Sect. II. c. 3. p. 200.) lapidi Herculis Maguſani temere imponendam judicavit, e cerebro utriuſque nata eſſe videatur. Erutam quidem eo loco fuiſſe aram Neptuni dextra tenentis Delphinum, ſiniſtra tridentem, cum Inſcriptione prorſus exeſa & detrita, nos non ſinit dubitare teſtis hujus rei claſſicus *Olivarius Vredius* (in *Additionibus* ad *Librum prodromum ſecundum Hiſtoriæ Comitum Flandriæ* Brugis 1650. fol. c. 22. p. XLV. nec non Auctor *Deliciarum Belgicarum* (*Delices des Pays Bas* à Bruſelle Tom. IV. ad p. 219.) ſi tanti eſt in hac ingeniorum cenſura minorum gentium ſcriptorem nominare. Sed in illa videlicet ara nihil apparet inſcriptionis. Herculis vero Maguſani lapis ſine icone fuit, quod eorum teſtimoniis, qui utrumque lapidem oculis ſubjecerunt, confirmare poſſum. *Gargonius* uti multa lapidibus antiquis inepta appinxit, ita, ne hanc quoque ſtatuam Neptuni indotatam literis relinqueret, forte fortuna ſibi obviam factum lapidem Herculis nomine ſignatum ſubiecit. Hujus ego rei notitiam, ut multa alia, debeo ſummæ humanitati incomparabilis viri *Petri VVoſſelingii*. Quæ cum ita ſint, quis non videt, totam illam *Keyſleri* ſplendidam divinationem ab urbe Africana Maguſo ductam, nec non Cel. *Ottonis* rationem, quam exinde concluſit (de *Diis Vialibus* c. 10. p. 193.) uno velut ictu corruere. Verbis *Ortelii* de nomine MAGVSANI nonnulla adſcripſit *Scriverius* in ſchedis, quæ, ne quid tanti viri intercidat, apponamus: *Poſtumus vixit circa A. C. 260. vocatur in numis C. CASSIVS POSTVMIVS LABIENVS al. LATIENVS. Extat hæc veteris numi inſcriptio apud Adolphum Occonem IMP. C. M. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. HERCVLI MACVSANO. Hic Poſtumus cum cognomine agente res novas Lolliano in rebellione ab equitibus Romanis eſt interfectus apud Francos, ſive Sigambros, qui ad eum locum confidebant, quo mare Rhenus influit, hoc eſt, Gallia Belgica.* Hactenus *Scriverius*. Germanam Herculis Maguſani ſignificationem diſce ex *Henr. Cannegieteri*. V. Cel. Diſſert. de *Brittenburgo* p. 147. ejuſdemque cultiſſima Epiſtola ad *Jac. Phil. Dorvilium*, Muſurum in Belgio columen, *de Inſcriptionibus quibuſdam Sylloges Muratorianæ* (*Miſcell. obſervat. Crit. Nov.* T. 4. p. 218.) Conf. Auctores a *Fr. Heſſelio* in *Præf. Append.* ad *Gudii Inſcriptiones* ************* ſat magno numero laudatos.

1088. 3. ad hoc Saxum vid. *Fr. Fortunati Schacchi Sacrorum Elaeochriſmatum Myrothecia* pag. 48.

Sed mitto plura, & ad *Reineſii* Syntagma progredior.

CAPVT III.

SCHOLIA IN REINESII SYNTAGMA.

Claſſ. I. n. 84. v. 3. DONAVIT. *Scriverius* in Schedis.

Claſſ. I. 134. p. 168. Imaginem hujus marmoris depictam vide in Fabretti Inſcript. c. 6. p. 467. n. 20.

Claſſ. I. n. 137. Conf. ſupra numer. 28. p. 55. Inſcriptio eſt mutila. Nos integram ex Schedis Scriverii dare potuiſſemus, niſi occupatum hunc laborem a *Sponio* in *Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. III. n. 95. p. 113. vidiſſemus. Nihilominus tamen memoriam ejus, prolatis in medium *Scriverii* conjecturis, redintegrare juvabit, qui poſtquam nos docuerat, ab utraque parte marmori cornu copiæ appictum eſſe, hæc dein verba ſubjungit. *Hic lapis quatuor pedes altus, duos latus, unum craſſus, effoſſus eſt in agro Vormusburgano VII. Jun. 1624. ſpectante Thoma Segheto, qui e veſtigio primus deſcripſit. Tranſlatus eadem nocte Riſuicum, & divenditus poſtea Baldevino de Man quinquaginta florenis, qui Delphos transferri curavit.*

I. O. M. SARAPI. ISIDI &c. } *ſive Deus ſive Dea.*
EVENTO pro EVENTV }

ad verſum IX. *Centuria Legionis primæ Minerviae Piae, Felicis, vel Fidelis pro* SE SVISQ. HER. V. L. CONSECR. hoc eſt, *pro ſe ſuiſque heredibus votum libens conſecravit,* ſeu

ſeu *virginem locum conſecravit ut in aliis Inſcriptionibus* (*a*) ſive : *Centurio Legionis prima monumentum poſuit & pro ſe ſuiſque in eam rem votum libens conſecravit. Ultimæ lineæ ſiglæ* I. E. R. V. L. *varie poſſunt explicari : poterant enim vel ſic ſcribi* LER *tunc ſignificant* SVISQVE LIBERIS VOTVM LVBENS CONSECRAVIT. *vel hoc modo :* HE R.V.L. *tunc eſt Heredibus votum Lib. vel* I E R V L. *tunc forte vel iterum Legatus vel iterum Libripenſ. vel ſi naturali ratione ſcribantur :* I. E. R. V. L. *ſive denotant : ita & redditum votum Lib. conſecr.* vel : *ſuiſque impendio eis remiſſo votum. lub. conſecr. Impendium remiſſum eſt* apud *Grut.* CCCCXXI. I. *forte etiam ſic legi poſſunt literæ* I. E. R. V. L. *In Exercitu Romano Militantibus*. Hæc *Scriverius*.

Claſſ. I. n. 175. olim in Muſeo Smithi, nunc in curia Neomagenſi. *Petr. Scriverius* in ſchedis ſuis curioſius ita diſtinxit :

MATRONIS
AVFANIABVS
T ALBINIVS
I ANVARIVS
L M

apud *Gruterum* p. 90. n. 11. AVFANIS MATRONIS & MATRIBVS. Eundem *Reineſianum* lapidem ediderunt *Sponius* in *Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. III. p. 107. n. 81. *Smetius* in *Antiquit. Neomag.* p. 91. it. *Cuperius* in *Inſcript.* & *Marmoribus* antiquis expoſ. & Illuſtr. poſt *Apotheoſin Homeri* p 268. & *Keyslerus Antiquit. Sept. & Celt.* p. 429. ſeq. quem vide.

Claſſ. I. n 184. p. 19?. his adde baſin columnæ ſcapo ſuo deſtitutam, Deæ *Nebalenniae* ab *Aſcattinio Raſucone* dedicatam, quam nemo homo nec *Sponius*, nec *Gudius*, nec *Muratorius*, nec quiſpiam alius ejus generis monumentorum promus condus præter *Keyslerum* in Antiquit. Sept. & Celt. p. 249. & 250. exſcripſit. Originationem vero topicæ hujus Deæ pluribus inveſtigare velle, neſcio an hominis videatur eſſe abutentis otio & literis. Quis enim poſt *Reineſium* ad hunc locum & Epiſtol. 36. ad Rupert. p. 300. 304. *Sponium*, (Miſcell. Erud. Antiq. Sect. III. p. 110.) *Altingium*, (Notit. Germ. inferior. p. 101.) *Gudium* (v. Inſcript. Præf. Append.) alioſque viros doctos a *Keyslero* loco dicto p. 251. ſeqq. & *Fr. Heßelio* (in Append. *Præf.* ad *Gud.* Inſcript.) copioſe laudatos, vel novam ἐξήγησιν inſtituere auſit, vel ſagacitatis fructum argutando captet? Interim paucis dicam, quæ mihi in mentem venerunt.

Diffiteri non poſſum, ortam mihi eſſe ſuſpicionem e Græcorum νεὸς, novale, & ἀλωὴ ager frumentarius, ortam eſſe vocem, præſertim cum ſint, qui ἁλωὰς ſpiritu denſo efferant, adeoque Deam Nehalenniam præſidem pinguium agrorum videri poſſe, utpote qui etiamnum in Zeelandiæ regionibus putantur fertiliſſimi eſſe. Prævideo jam multos hanc Etymologiam damnaturos eſſe, quod græca eſt. Interim Galli ſane a Maſſilienſibus uſum vitæ cultioris, depoſita & manſuefacta barbarie, didicerant, Græciſque interdum utebantur literis, Cæſare, Strabone, & Tacito teſtimonia paſſim perhibentibus. (vid. Cel. *Oudendorpium* ad Cæſ. L. VI. de *Bell. Gall.* c. 14.) quid ſi igitur ſumas, nonnullos e colonis in Galliam Belgicam miſſis, qui græce erant periti, nomen & cultum numinis inveniſſe, vulguſque docuiſſe, rem profecto a veri ſpecie non admodum abhorrentem ſtatueris. Nec quemquam movere debet lapis Tuitii prope Coloniam Agrippinam effoſſus cum Inſcriptione DEAE NEHALEE, quoniam fieri poterat, ut is, qui egreſſus priſtinis ſedibus aliud domicilium quæſiverat, patria ſacra & topicum ſuum numen deſerere nefas putaret veteri omnium gentium inſtituto, ipſorumque adeo Romanorum, apud quos Dii Trojani magno in honore fuerunt. Verumtamen uti in re admodum retruſa atque abdita aliorum opiniones cavillari non decet, ita nihil ipſe finiendum puto, quare ex diverticulo in orbitam & ad propoſitum revertor.

Claſſ. I. n. 187. integrior eſt in autographo meo Cluſiano, tantum non eadem forma, qualem Cel. *Muratorius* in Nov. Theſaur. T. I. p. 87. 4. ex Duellio inſtauravit. Apud *Cluſium* enim verſus non modo aliter ordinatos, ſed lectionum quoque diſcrimina reperio. Scilicet chartæ ejus v. 7. NYMPIS retinent, it. v. 9. litera D. ante RVFRIVS ejecta, SVPLICIA pro SVLPICIA malunt; denique v. 10. peccati expertes ſunt, quod in *Muratorianis* commiſſum videmus, ubi C. ANIO pro G. ANTO, hoc eſt, Geminæ ANTONINIANAE (v. *Grut.* 5?8. 8.) cernitur. Habet eandem Inſcriptionem *Gudius* p. 57. 7. (Conf. notas *Joh. Koolii* p. IV.) it. Ill. *Maffeus in Obſerv. Literariis* T. I. p. 188. n. 33.

Claſſ. VI. 12. pleniorem non modo *Scriverius* dedit in Schedis, ſed doctiſſimi quoque viri *Sponius* (Miſcell. Erud. Antiq. Sect. IV. 123.) & *Fabrettus* (*Inſcript.* c. 2. p. 102.) literis publicis conſignarunt, unde etiam in *Gudii* Indicem Conſulum p. LXI. tranſiit. *Q. Fabius Memmius Symmachus* eſt idem is, qui Epiſtolas Patris ſui poſt fata in lucem edidit, de quo vide omnino Fabricium in *Bibl. Lat.* L. III. c 14. T. I. p. 652. & T. III. p. 170. ſeq. ſed utroque tamen in loco FLAVII, & FLAVIANI nomen operarum forte incuria perperam expreſſum invenio. Nec placet omnino *Fabretti* lectio verſ. 2. exhibentis Q. AVRELIO NICOMACHO. eſt enim in fine PATRI OPTIMO. Alia ejuſdem forte argumenti extat apud eumdem *Reineſ.* hujus *Claß.* n. 92. in qua recenſenda SCRIVERIVS non modo ſic verſatus eſt, ut locis auctorum veterum, quid Proſocer ἀντιπένθερος, qui Conſocer ὁμοπένθερος videatur eſſe, deinde quæ fuerit Symmachici nominis dignitas, commonſtraret. Priorem quæſtionem Lexica excuſſerunt, quare nolo huic immorari. De *Symma-*

chis

(*a*) Vid. Verbi cauſa *Fabrettum* p. 53. n. 308. 309.

chis grave teſtimonium perhibent veteres Grammatici Vindicianus, Nicomachus Dexter, & Victorianus in antiquiſſimo T. Livii Codice Vaticano; quam ſe emendaſſe alii adſcripſerunt, idque in Symmachorum gratiam feciſſe ſe profeſſi ſunt. V. *Jo. Pierii Valeriani Caſtigationes Virgilianas* ad L. VIII. *Æneid.* V. 642. Cæterum illud alterum quoque Elogium a *Sponio* l. d. *Fabretto* (*Inſcript.* c. 3. n. 3. p. 119.) & in *Gudiano* Indice Conſulum p. LXX. repetitum fuit.

Claſſ. VI. 22. verſ. 1. C. CATINIO *Spon. Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. V. p. 182. n. 5. verſ. 5. HAL *Spon.* vitioſe verſ. 14. CONTENTO expreſſit *Spon.* in numeris enotandis *Reineſius* diligentior *Sponio*.

Claſſ. VI. 34. Antiquæ hujus Inſcriptionis, qua L. Scipionis Barbati F. expreſſum eſt elogium, paradigmata & explanationem vid. in Hieronymi Aleandri antiqua tabula marmorea Pariſ. 1617. 4. p. 3. 13. Eandem habent *Spon. Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. IV. p. 130. *Almeloveniu in Epigrammatibus & Poematibus Veterum* pag. 35. 1. & *Fabretti Inſcript.* c. 6. p. 461. n. 90. Simile Atilii Calatini elogium vide in *Ferret. Muſ. Lap.* Lib. VI. Mem. 39. p. 272. & ſi tanti eſt, in mea *Epicriſi* (*Miſcell. Lipſ. Nov.* vol. II. Part. IV. p. 698.) adde ipſius *Reineſ. Var. Lect.* Lib. I. c. 21. p. 90. 91.

Claſſ. XII. n. 122. poſt verſum 4. omiſſum nomen eſt CLAVDIA AGAPOMENE, quod e ſchedis *Scriverii* nunc demum reſtituimus: v. 7. pro AETATE habet idem autographon ETATE. & v. 7. ante MATER SCELERATA collocatur TE FECIT.

Claſſ. XIII. n. 34. *Arnoldus Buchelius* ad Smetii Inſcriptiones in principio has notas expreſſit:

Θ Э K

Claſſ. XVII. 77. Ad exemplum codicis *Alciatini* ita plene titulum refingendum, corrigendumque eſſe puto:

P. LVCRETIVS P F GAL
h. e. vixit CAT. V. ANN. $\overline{\text{V}}$. M. SEX
IN FR. P. XXV.
IN AGR. P. XX.

Satis de his. Pedem nunc promoveo ad Inſcriptiones *Gudianas*.

C A P V T IV.

SCOLIA IN MARQV. GVDII INSCRIPTIONES.

I. 4. D. CAPITOLINI. CVST. SACR. Diis Capitolinis Cuſtodibus Sacrum.

I. 5. v. 2. TVTEL. NOVARIAE hoc eſt, tutelaribus Diis Novariæ, ſive Coloniæ Novarienſis.

I. 7. an VESTAE ALBANAE? al. ALP.

II. 4. Forum Sempronii omiſſum in Indice Cap. X. Coloni dicuntur Titiani Flaviani an ab Imperatore Tito Veſpaſiano, uti ſacerdotes Titiales Flaviales. Vid. *Reineſ.* Claſſ. V. 40. & infra IX. 7.

III. 3. Eundem titulum vid. ap. *Gruter.* MX. 9.

III. 9. ELECTVS immo ALLECTVS ſive Adlectus, ut in alia Inſcriptione Theatri Sabaudiæ, teſte Lingenio (*de aris ignotorum Deorum opuſc. Theotiſc.* p. 158. ſeq.) quemadmodum Dii adiecti, hoc eſt, minorum gentium. Vide tamen *Gruterum* CCCLXXXI. 3. & hanc *Syllogen Gudianam* pag. 125. 6.

VIII. 1. Sic interpretor I. O. M. V. S. *Titus* C. A. L. P. *præfectus Armamaxis* (hoc eſt, lecticis Molliſſimæ vectationis vid. *Cellar* ad *Curtium* L. 3. c. 3.) *Thenſas*. (ita enim legendum eſſe arbitror) *D. Divalia Sacra Circenſes Coronas dedit donavit*.

X. 5. SVMM leg. SVVM pro L. ARVB forte LARIBVS.

XV. 2. DIVAL. $\overline{\text{II}}$. quid hoc? an *Sacrum divale* XVIII. 4.

XVI. 8. C. IVNIO VERO SVLLANO. malim ſane, C. IVNIO SILANO v. *Grut.* MXLV. 2. quanquam infra quoque p. XLVIII 8. C. IVNIO IVLIO SVLLANO. Adi quoque Indicem Conſulum hujus Sylloges p. 65.

XVII. 1. in notis illa Ano, ſive Anos mihi ignota, nec ulla ejus in Pauſania I. 39. mentio, & filia Celei, credo voluit dicere. Puteus ille ἄνθινον φρέαρ an hoc ab Ano? legendum eſſe propterea exiſtimaverim *Cereri Anthiæ*.

XVIII. 2. CVM SVIS SYBVL. quid hæc ſignificent, aliis divinandum relinquimus. TRAIANVS CRINITVS infra p. 44. 10. M. Vlpius Crinitus dicitur. Eodem cognomine venit apud *Eutropium* L. 8. c. 2. Pertinet lapis ad A. 851. V. C.

XVIII. 8. Cognomen Cereris, ut alia, ab Argypio qui dedicarat. CONSENS dici poteſt uti ante XIV. 10. *Liber Pater Conſens* etſi non negem p. XV. 5. CONSENTIAM quoque uſitatam a priſcis fuiſſe.

XIX 4. P. COR. CAEPIONEI & p. 24. 8. legendum *P. Cornelio Scipione* vid. Faſtos ad A. 809. V. C. Peccatum haud dubie deſcriptoris, non lapidis, quoniam in prænomine & nomine nihil ineſt vitii. Propterea nollem Clariſſ. Nobiliſſimuſque *Corn. Valer. Vonckius*, in *Specimin. Crit. in Varios Auctores* p. 132. c. 35. ſpuriam cenſuiſſet.

XIX. 10. lin. 6. PROPAR. $\overline{\text{III}}$. non intelligo, an pro parte tertia?

XX. 1. Legitur eadem in *Fabretti* Inſcript. c. 9. p. 635. quod jam ibi annotatum eſt. Sed numerus pag. abludit. verſ. 10 LOID. quid hoc? an forte Ludum: videtur enim huic quadratarius ſtudio Archaiſmos in ſcribendo affectaſſe, ut ante *coiravere*, pro *curavere*. Ludum pro gymnaſio gladiatorum ſumere licet. Epigr. 4. 5. MINOTAVRANI & MINOTVRANI vid. LIV. 1. & CV.

& cv. 2. *Fabrettus* c. 9. p. 659. num. 500. & pag. 666. n. 522. conſtanter habet *Menotyranno* quod malim. De hoc vocabulo vide quæ adnotavit *Anton. Van Dale de orig. ac ritibus ſacri Taurobolii* p. 31. & ſeq. & p. 146. *Differt. de Antiquit.* Epigr. 6. n. 5. SACRANI, an *Sacrarii?* uti apud Gruterum p. 1088. 9. *Sacrarius*.

XXIII. 4. SOLI ORIN. forte ſcriptum erat OREN. hoc eſt, orienti. Epigr. 10. DVCL. an legendum forte DVCI MVSARVM?

XXIV. 7. AVX. leg. AVG. ni mavis AVXIMANVS hoc eſt, Col. AVximanæ, quod tamen non probo.

XXV. 4. AEQVANT. Davus ſum, non Oedibus. An urbis nomen? vid. Celeb. *VVeſſelingium ad Antonini Itinerar.* p. 269. in AEQVO. Epigr. 6. L. SEPTIMIO SEVERO vitioſe: M. AVRELIO SEVERO II. & T. Claudio V. P. *Relandi Faſtos* p. 46. ad A. C. 173. & *Murator. Nov. Theſaur.* Tom. I. p. 337. n. 4. Epigr. 9. COLON. QVENC. id nomen civitatis ignoro, forte AVENT. hoc eſt AVENTici, vel AVENSis.

XXX. 1. CORP. LVTORVM. putaram reſtituendum eſſe LICTORVM ex *Reineſ.* Claſſ. I. n. 19. p. 43. ſeq. Sed poſtquam *Collegium Lotorum* in Inſcriptione apud *Falconerium* in *Not. ad Inſcript. Athletic.* p. 24. & ſeq. & *Sponium Miſcell. erud. Antiq.* Sect. II. Artic. XI. p. 64. inveni; non damno LOTORVM, præſertim cum p. 17. 2. hujus *Syllog.* Collegium *Lutorum & Tectorum*, ſeu quod malim, *Tinctorum* occurrat.

XXXII. 8. Crateram Argyro Corinthiam laudat quoque alius lapis apud *Grut.* XLVIII. 1. Cujus generis fuerint hi crateres, non ſatis exploratum habeo. Forte ſpeciem Corinthii æris retulerunt, in quibus tamen plus argentei coloris inerat. Neſcio an contendere poſſimus cum noſtro Tombac blanc. Conf. *Reineſ.* Claſſ. I. n. CV. p. 144

XLIV. 9. TI. CLAVDIO CAES. AVG. L. OVINIO PATERNO COS. quod fieri nullo modo poteſt. Legendum propterea M. Aurelio Claudio, qui Conſul fuit A. V. C. 1021. v. *Faſtos Relandi* p. 235. & *Murator. Nov. Theſ.* Tom. I. pag. 365. 366. n. 1.

XLV. 6. L. APRIO PRISCO PRAESENTE ET M. GORDIANO COS. Plane corruptum par Conſulum non reperi in Faſtis: an a *Ligorii* manu? qui ſæpiſſime Conſules præter jus appinxit, teſte Illuſtriſs. March. *Maffejo*, in opuſculo de *Siglis Græcorum Lapidariis* hoc ipſo anno Veronæ evulgato p. 68. Pertinet forte hæc Inſcriptio ad A. V. C. 932. quo L. *Fulvius Bruttius Præſens*, & *Sext. Quinctil. Gordianus* faſces tenuerunt. Loco Gordiani alii *Condianum* malunt. Vid. *Noriſ. Epiſt. Conſul.* p. 452. Tom. XI. *Theſ. Græv. Ant. Rom.* & *Relandi Faſtos* ad d. A. p. 53.

XLVI. 3. & 5. neſcio cur bis deſcriptus fuerit. idem enim eſt.

LI. 5. SERVIO SERVIANO III. ET C. IVVENTIO VERO, vulgo VARO (intra p. XCVII. 8. nude SERVIANO III. COS.) vid Faſtos *Almelovenii* p. 423. *Murator. Inſcript.* Tom. I. p. 324. n. 5. 12.

LV. 11. de mea *Tanſana* vid. præter *Keysler.* Antiquitates Sept. p. 80. & p. 426. *Lingenii* opuſcula T. I. c. 2. p. 24.

LXXIV. 4. 5. Eadem inſcriptio. MVLIEBRIA AERAMENTA quæ ſunt? an ſupellex ex ære, aut vultus mulierum ære expreſſi, aut leg. MVLIEBRIA ORNAMENTA? vide tamen Cel *Gorium* ad *Donii Inſcriptionum Antiq.* Claſſ. II. n. 35. p. 75.

LXXV. 3. PRAEFECTVS. PRAETORIVS. TABERNACVL. AQVILIFERVM. LEG. II. quis ſit, ignorare me fateor. Munus eſt, prorſus ſingulare, de Præfecto prætorio, hoc eſt Prætoris conſiliario & comite. Vid. explicationem magni *Reineſii Claſſ. I.* n. 233. Licet ne ſuſpicari, hunc ipſum legatum Prætoris in exercitu *tabernacularium* fuiſſe? Collegii *tabernaclar.* mentionem facit lapis apud *Grut.* 642. 8. Quare potius legendum eſſet P. P. TABERNACVLARIVS AQVILIF. &c. At indignum judicabis perſona adjutoris & miniſtri conſiliorum Prætoris in hac arte ſe exercere. Mihi ſane fraudi eſſe noluerim, ſi quis meliora excogitarit.

LXXXIX. 2. contende cum hac *Gruterianam* CLXII. n. 2. & 3.

XCVII. 1. v. *Gruterum* LXI. 3. apud neutrum integra. Hic enim ab initio, ille in fine plura habet. Epigr. 5. D. AELIO BALBO immo D. LAELIO BALBO. vid. p. 34. 3. & Indicem Conſulum hujus Sylloges p. 65.

XCIX. 1. ex Suareſio edidit *Spon. Miſcell. Erud. Antiq.* p. 177.

CVIII. 5. paulo aliter apud Gruterum 330. 3.

CXVII. 4. plane convenit cum *Sponiana;* v. *Miſcell. Erud. Antiquit.* p. 183. niſi quod in hac omiſſæ ſint notæ C. F.

CXX. 1. reſtitui quoque poterat e *Sponio* Sect. 5. p. 145. & *Fabretti Inſcript.* c. 2. p. 101. n. 229.

CXXII. 3. in nonnullis paululum emendatior eſt quam in *Grutero* CDIV 3.

CXXIII. 3. ET IVNIO DIDIANO COS. lege meo periculo TITIANO. V. *Grut.* 407. 8. & 459. 7. it. *Almelovenii* Faſtos ad an. V. C. 998. p. 380. it. *Relandum* ad An. 997.

CXXV. 6. v. 13. pro ELECTVS legi poſſet ADLECTVS vel AV. hoc eſt, Auguſto LECTVS. Sed illam ſcilicet aliorum lapidum auctoritas defendit.

CXXVIII. 6. Eandem v. in *Reineſii Syntagmate* Claſſ. VI. n. CXXII. p. 458.

CXXXI. 2. Eſt jam apud *Reineſium Claſſ.* VI. n. 113. p. 452. hoc loco tamen integrior uno verſu. Repetiit eandem Inſcriptionem *Muratorius Nov. Theſ.* CCI. 2.

CXXXII. 4. verſ. 7. M. VRIEBIO VIRIO leg. VALERIO MESSALA qui an. V. C. 811. cum Nerone Conſulatum geſſit.

CXXXIV. 5. Extat quoque apud *Sponium Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. V. p. 190. nec facile eſt judicare, utra emendatior Inſcriptio, *Sponiana*, an *Gudiana*.

CXL. 8. Is eſt Valerius, cujus mentio fit, non ut ſcribitur ibi, in monumento M. Antonini Pii, ſed M. Antonii Antii Lupi, v. *Gruter.* 356. 1.

CXLVI. 1. ante *Gudium Reineſius* VIII. 74. p. 534. & *Fabrettus* p. 137 n. 127. laudata quidem horum nomina, ſed locorum deſignatio omiſſa.

CLXIII. n. 4. v. 4. FABRORVM RECTOR. MIL. immo TECTOR. vid. ſupra CXLIX. 5. & *Indicem rerum miliar. huj.* Syll. p. XVIII. & XIX. *ſub Tector. prætorian.*

CLXIV. 2. lin. 3. PROCUR. MERITOR. MIL. immo EMERITOR. vid. ſupra CXLVI. 5.

CLXVIII. 3. MENEXI corruptum ex MENS XI.

CLXXIV. 1. v. 8. CREDINEM corruptum pro CREPIDINEM.

CLXXXIV. 4. *Kool* vult in Not. p. XI. *Quadrieris Fortunæ*. Apud *Gudium* loco a Koolio laudato quadriremen lego ita appellatam Fortunæ παρασήμῳ. *Quadrieris* tamen *fidei* miles clariſſiarius eſt diſerte ap. *Murator.* 876. & 877. 3. & 1.

CCIV. 7. EGO ET VARRONE COS corruptum pro CETHEGO pertinet ad A. V. C. 777.

CCXXI. 3. v. 3. immo TENVIARIO. Veſtiarii Tenuiarii quales fuerint, malo *Scriverii* verbis, quam meis demonſtrare. Ita autem Vir olim Celeb. ad *Gruter.* p. MLXVII. 8. *apud eund. Grut.* inquit p. DCL. 8. *veſtiarius tenuiarius Imp. Cæſ. Antonini Pii* p. MCXI. 7. (*a*) *inter officia domus Auguſtæ non ſemel in Inſcriptionibus aliis* (*uti* p. 416. 9. & 578. 3.) *veſtiarii nominati, ſed una hac tantum veſtiarius tenuiarius. Id erat, niſi fallor, bombycinæ veſtis* (*cujus mentio fit apud Juriſconſultos in l.* 25. §. 1. D. *de aur. & arg. loc. & apud Paulum Lib. III. Sentent. tit.* 6.) *Sarcinator tenuiarius dictus, quod veſtis bombycina, ſive ſerica ex tenuiſſimis filis conſtat. Servius in L.* 2. *Georg. Virg. ad v.* 121.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Apud Indos ait, & Seres ſunt quidam in arboribus vermes, qui Bombyces appellantur, qui in aranearum morem fila tenuiſſima deducunt. (*b*) *Iſidorus Lib. XIX. Etymolog. c.* 22. *Bombycina veſtis a Bombyce vermiculo, qui longiſſima ex ſe fila generat; quorum textura Bombycinum dicitur, conficiturque in inſula Coo. Hinc Bombycina tenuia Martialis* (*c*) *dixit:*

Tenuia me madidi violent bombycina crines.

Ita legendum. Vide ibi Animadverſiones meas. De Bombyce autem, & ſerico, videndus elegans locus Clementis Alexandrini L. 2. *Pædagog. c.* 10. *Adhibeat & Plinium* (*d*), *qui plura ſcire deſiderat*, & *Procopium &c. Præterea vetus lapis Tiburtinus Romæ nuper effoſſus via Tiburtina apud Gruterum* (*e*) *etiam Veſtiarium exhibet de vico Tuſco. Vicus Tuſcus octava urbis regione fuit, quæ fori Romani nomine inſignita. Meminit ejus vici Plautus* (*f*) *in Curculion. In Tuſco vico ibi ſunt homines, qui ipſi ſeſe venditant. Horat.* (*g*)

Unguentarius, aut Tuſci turba impia vici.

Ibi vetus Commentator ſcribit, illum vicum modo Turarium dici. In Tuſco vico, ait idem, habitabant lenones, meretrices, fœneratores. Martial. Lib. XI. Epigr. 28.

Nec niſi prima velit de Tuſco ſerica vico.

Juvenal. Sat. 6. *v.* 288.

Vellere Tuſco vexatæ, duræque manus &c.

Brittannicus ibi: lanificio. Tuſco autem, quia in Tuſco vico lanificium exercebatur. Tuſcus autem vicus fuit in urbe, in quo item ad Velabrum conſiſtebant unguentarii & lenones, unde eſt illud Horat. in Sat. aut revera, quia ex Hetruria urbi vicina lanificium profectum erat. Conſule quoque *Muratorium* 939. 6.

CCXLV. 5. emendari poteſt ex *Grutero* 708. 5. & *Ferretii Muſis Lapidariis* Lib. III. Mem. VI. p. 167. Apud *Pithoeum in Epigrammatibus* Lib. III. p. 94. ita legitur:

TARQVITIAE MODESTAE

Hæc fuit eximia ſpecie, miroque decore,
Membraque erant vere corpore digna ſuo.

CCXLV. 8. verſus: *Thrax puer*, ſunt poetæ veteris non ſemel editi, adeoque in marmoree nunquam reperti. Extant in *Catalect. Poetarum a Scaligero* editis Lib. I. p. 189. ed. Lugd. Bat. 1617. & in Epigrammatibus *Pithoei* p. 88. ed. 1596. vid. *Bimard. Diſſ. I.* c. 7. p. 32. *Theſ. Murator.*

CCLVI. 5. idem propemodum ſenſus eſt in alio ejus generis titulo infra 266. 9. quem tamen diu ante publicavit *Gruterus* p. 763. 7.

CCXC. 4. verſus *Quiſquis amore volens*, ſunt *Petrarchæ* ex *Ecloga* III. v. 37. Idem reperio adnotatum a doctiſſ. *Bimard.* in Diſſ. I. c. 7. p. 32. *Theſ. Mur.* & Celeb. *Dorvilio Miſcell. Obſerv. Nov.* Tom. III. p. 151. Sæpiſſime ſcilicet accidit, ut Epigrammata poetarum recentiorum priſcis lapidibus temere adſcriberentur; vid. *Joſeph. Bimard.* Diſſ. I. c. 7. p. 32. 33. *Murat. Inſcript.* T. I.

CCXCI. 1. emendatior eſt in Pithoei Epigrammatibus Lib. III. p. 86. v. *Holth. Varior. Corr. & Animadvert.* ad *Grut.* 789. 6. Cf. quoque *Ferretii Muſ. Lapidar.* Lib. V. *Mem.* 1. p. 305.

CCCXX. 16. NAMA. De hujus vocabuli vi ac poteſtate vid. *Saggi di Diſſertazioni Accademiche* Tom. III. a p. 141. it. *Explication des divers Monumens ſinguliers* p. 281. & *Saggi di Diſſertazioni Accademiche* Tom. II. Diſſ. VI. *ſopra gli Dei Adereuti* p. 109. & ſeq.

CCCXXXVII. 12. Eadem eſt quæ in *Pithoei Epigrammat.* Lib. III. n. V. p. 105. invenitur, niſi quod illic & in *Grut.* 954. 6. it. *Ferret. LIV. Muſ. Lapid.* Mem. X. p. 236. pro *reſidas* exſcriptum eſt *reſerva*. *Pithoeus* tamen mulieris nomen præpoſuit CHRISES B. M. Ceterum demens eſt cautio paganæ ſuperſtitionis, identidem providentis, *ne humus ſit oneroſa, tellus huic tumulo ne gravis eſſe velit, ut umbris tenuis & ſine pondere terra* contigat. Unde intelligi poteſt quare majores noſtri *Monumentorum arduum & oneroſum honorem, ut gravem defunctis*, aſpernati ſint. *Tacit. de Mor. Germ.* c. 27.

Sed nolo his amplius immorari. Ad Cel. *Muratorii Novum Theſaurum Inſcriptionum* me converto.

CAPUT

(*a*) *Adde* 472. 2. 1067. 8. 1117. 6. 1153. 2. 1178.
(*b*) *Pag.* 1299. *ed. Godofr.*
(*c*) *Epigr. Lib.* 14. 24.
(*d*) *Lib. XI. cap.* 22. 5.
(*e*) *Pag.* MCXVII. *n.* 6.
(*f*) *A. IV. Sc.* 1. *verſ.* 21.
(*g*) *Lib. II. Sat.* 3. *verſ.* 218.

CAPVT V.

SCHOLIA IN CEL. MVRATORII NOVVM THESAVRVM INSCRIPTIONVM

TOM. I.

Diſſ. II. *Bimard.* p. 100. Inſcriptionem Donianam de Vaeſio Nigeriano explicuit dudum eo modo *Jac. Sponius Miſcell. Er. Ant. Sect.* VII. p. 256. 257. quod miror non animadverſum viro docto. Neque *Sponii* meminit illo loco Cel. *Gorius*.

III. 9. Eadem apud *Raph. Fabrettum* in *Inſcript. Antiq. Explicat.* c. 3. p. 119. n. 8.

IV. 8. habet ex *Duckerianis* ſchedis *Franc. Heſſelius* in *Præf. Appendice* ad *Gudii Inſcript.* Stell. 6. 1. n. VI. ſed paulo mendoſiorem.

6. 1. Titulus a *Grutero* MVII. 1. dudum ex *Alciatinis* deſcriptus. Epigr. 5. quingentis circiter infra urbem paſſibus e Vahali extractus lapis. Primus eum dedit Ill. *Cuperus* in *Monumentis Antiq.* p. 204. Recte ibidem vir antiquitatum Conſultiſſimus expreſſit in ultimo verſu duplex L. quod commutatum in LI eſſe video. *Jac. Tollius* in *Fortuitis* ad p. 318. unicum L effinxit.

9. 11. Elegantiorem dedit *Sponius* l. d. *Sect. III.* p. 79.

10. 2. Ara extra urbem Noviomagum inventa; vid. *Smetii Antiquit. Noviomag.* pag. 96. ex hujus fronte hauſtam eandem Inſcriptionem reperies apud *Cuperum* in *Inſcript. & Marmoribus antiquis* p. 278. & *Sponium* Sect. III. n. 13. p. 78.

12. 12. Lego eandem in *Sponianis Miſcell. Sect. III.* p. 88.

26. 5. V. *Joannis Vignoli* de *Columna Antonini Pii* Diſſert. cui accedunt *Antiqua Inſcriptiones Selectæ*. *Romæ* 1705. 4. p. 174. ſeq.

31. 2. hoc Epigramma græcum dudum *Sponii* diligentiæ debemus; v. *Miſcell. Erud. Antiquit.* Sect. III. p. 97. n. 58.

35. 6. Eundem titulum vide inter *Sponianos* Sect. VIII. p. 269. & *Fabretti Inſcript.* c. 3. p. 198. n. 476.

36. 5. dudum emiſit *Sponius* l. d. Sect. III. p. 88. n. 34.

37. 1. 2. 3 habet quoque *Spon.* l. d niſi quod in prima deſideretur pictura; v. Sect. III. p. 73. & 88.

38. 4. Eandem protulit *Spon.* l. d. Sect. II. Art. 3. p. 43.

48. 9. pleniorem ab initio ſubminiſtrant *Spon.* l. d. Sect. II. Art. 8. p. 43. & *Joh. Bapt. Donius* in *Inſcriptiox. Antiq.* Tab. IV. n. 1. Ex hoc, & multis aliis monumentis intelligi poteſt quam ſæpe Tom. I. confiteatur, ad *ædificium* ſuum *conſtruendum* ſibi in primis uſui fuiſſe ejus marmora. Nemo igitur ſibi perſuadeat, ſe poſt *Muratorianam συλλογὴν Donianis Inſcriptionibus* ſuperſedere poſſe. Manet his profecto ſuum decus, cum propter lapides a *Muratorio* Viro Cel. neſcio quamobrem, prætermiſſos, tum propter *Gorii* animadverſiones, omni doctrinarum cultu perpolitas.

57. 9. tota lapidis Epigraphe legitur jam in *Sponianis* Sect. 8. p. 273.

59. 7. Conſulas velim *Sponium* Sect. III. n. LXII. p 100.

60. 5. v. *Donii Inſcr. Antiq.* Claſſ. I. n. 99. p. 37.

62. 10. Non ovum ovo ſimilius, quam illa apud *Fabrettum* l. 3. c. 10. p. 692. n 131.

65. 7. Nullum diſcrimen inter hanc, & *Sponianam* Sect. II. Art. 10. p. 50.

66. 2. Eandem accuratius deſcriptam lege in Cl. *Matterii Conject. & Adnotat. Specimine* ad *Marm. Arundelliana* p. 579. pro τυμω habet τιμω Cel. *Muratorius* quidem in *Præf.* ad Tom. I. *Nov. Theſ. Marmora*, inquit, *Oxonienſia, & Antiquitates Aſiaticas egregium Chiſullii opus minime attigi*. Sed utrum recte, & jure factum, ipſe viderit.

67. 7. dudum exhibuit & interpretatus eſt *Sponius* l. d. Sect. VI. p. 231.

69. 9. v. ad hunc titulum *Fabrettianum* epigramma in *Inſcriptionibus* ejus laudatum c. 10. p. 692. n. 129.

70. 9. non opus erat recoquere Inſcriptionem diu appoſitam a *Sponio* Sect II. Art. 8. p. 43.

71. 3. & 4. Ignoravit Vir præſtantiſſimus alteram a *Fabretto* l. d. c. 1. p. 20. n. 82. ambas a *Sponio* l. d. Sect. II. Art. 8. p. 42. luce publica donatas eſſe.

76. 2. Epigramma antea excuſum in Gruteri Collectaneis 108. 2.

80. 3. habent *Monumenta vetuſtatis Kempiana* Londini 1720. 8. p. 40. n. 15. quæ vir præſtantiſſ. utinam in conſilium adhibere non gravatus eſſet.

85. 10. *Sponius* habet v. 4. PATRON. Ceterum diſſimilis eſt *Sponianæ* nullo modo; v. l. d. Sect. III. p. 114. XCV. n. 4.

94. 5. infra urbem Noviomagum ad ripam Vahalis effoſſus lapis. Viſitur nunc in curia: Obſcurius hic Cel. *Muratorius Jac. Tollii Fortuita* ad p. 318. indicat, qui negligentius deſcripſit: Schedæ meæ ſic exhibent:

MATRIBVS
SVIS
MOPATIBVS
M. LIBERIVS
VICTOR
CIVES
NERVIVS
NEG ꟻ FRV
V. S. L. M.

Edidit primum *Job. Smetius* in *Antiquit. Neomag.* p. 93. cujus fide nititur *Sponius* in *Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. III. n. 77. p. 105. V. quoque *Keysleri Antiquit. Septentr. & Celt.* p. 439.

95. 3. integriorem dedit *Fabrettus* l. d. c. 1. p. 30. n. 141.

103. 5. Errat Cel. *Gorius*, cum ad *Donii* Claſſ. I. n. 96. *Inſcr.* p. 31. ſcribit, hunc lapidem a *Fabretto* omiſſum eſſe. Immo offert eum nonnullis literis auctiorem. V. *Inſcript.* c. 6. p. 487. n. 170.

107. 3. vide ſis eandem in *Sponio* Sect. III. n. 82. p. 107.

107. 9. Integrius exſcribendum curarunt *Sponius* Sect. III. n. 40. p. 91. & *Fabrettus* l. d. c. 10. n. 114. p. 690. deeſt enim MENESTRATORI.

124. 3. Eandem ex *Tom. Smitho* dudum protulit *Spon.* in græcis marmoribus Sect. X. *Miſc.* p. 356.

129. 10. Idem marmor exhibet *Spon.* l. d. Sect. II. Art. 8. p. 40.

130. 5. vid. itidem *Sponium* Sect. 5. p. 200.

133. 2. prorſus eadem cum *Sponiana* Sect. VI. p. 235. & *Fabrettiana* c. 1. p. 3. n. 9.

133. 3. pro FAGANAE *Fabrettus* in eadem Inſcriptione c. 10. p. 694. n. 157. exhibet FAGANAI. Conf. *Donii Inſcriptionum Antiquarum* Claſſ. IV. n. 23. p. 141. *Gudii Inſcript.* LIV. 4. & nuperum editorem *Antiquitatum Aquilejenſium* (*Le Antichità d' Aquileia* p. 106.) nec minus Cel. *Cannegieterum* in Epiſtola ad IAC. PHIL. DORVILIVM, virum excellenter doctum, de *Inſcriptionibus quibuſdam Syllog. Murat.* (*Miſcell. Obſervat. Nov.* Tom. IV. p. 208. ſeq.) (*a*)

137. 1. Egregium hoc monumentum *Miſcellaneis* ſuis inſeruit *Sponius*, & doctiſſime illuſtravit in *Marmoribus Græc. Sect. X.* n. 111. pag. 363. ſeq.

139. 1. germanam illius marmoris figuram dabit *Catalogus Numiſmatum Antiquorum ex auro, argento & ære Nobiliſſ. Viri Jacobi de Bary* (Amſtelæd. 1730. quaternionibus) in Tab. XXXVI. quam inſpice, ſi voles.

152. 4. legitur eadem apud *Sponium* l. d. *Sect. III.* p. 371. n. CXVIII. & *Fabrettum* in *Inſcr.* c. 5. p. 389 n. 248. illud καλλικρπικίων quid ſit, & an diſtinguendæ voces ſint, ignorat Cel. *Murarius*. Sed non pœnitebit eum P. WESSELINGII, viri ſummi, *Diatriben de Judæorum Archontibus* c. 9. p. 83. hujus rei cauſa conſuluiſſe.

164. 1. Hac eadem forma occurrit apud *Fabrettum Inſcript.* c. 4. p. 342. n. 524. Epigr. 4. reperitur quoque hæc Inſcriptio in Heſſelian. *Præf. Append.* ad *Gud. Inſcript.* Stell. 5. 2. n. 66.

173. 8. vid. aliud marmor in *Sponianis Miſcell.* Sect. V. p. 189.

176. 4. idem lapis literatus diu prodiit in *Sponianis* Sect. V. p. 187. niſi quod *Murat.* recte exſcripſit v. 7. VICT.

195. 1. multo integrior apud *Fabrettum* c. 4. p. 284. n. 186.

226. 7. vid. quoque eundem *Fabrettum* c. 2. p. 104. n. 243. qui habet COS IIII.

343. 3. & 7. eoſdem lapides ſuppeditat nobis *Sponius* Sect. VIII. p. 269.

244. 2. v. *Spon. Miſcell.* Sect. V. p. 204.

249. 2. inſpice eumdem ib. p. 204.

252. 6. & 9. adi eundem l. d. p. 273. & 274.

254. 1. ab eodem adductum eſſe lapidem, cognoſce ex iiſdem *Sponianis* p. 275.

257. 1. ex *Guichenonis Hiſtoria Sabaudiæ* eandem recenſuit *Sponius* l. d. Sect. V. p. 198. & 199.

259. 2. Huic ſimillimam diu edidit idem *Spon.* Sect. VIII. p. 275.

286. 3. vid. eundem *Sponium* Sect. V. p. 197.

297. 1. Eundem epilogum SCti cujuſdam veteris relatum legimus in *Miſcell. Sponii* p. 277.

308. 1. dudum ex ſchedis *Barberinis* productam videmus in *Sponio* Sect. V. p. 175.

308. 2. antea habuit itidem *Sponius* l. dicto Sect II. Art. XI. p. 69.

309. 1. ab eodem diu prolatam vidi in *Miſc.* Sect. II. Art. VIII. p. 43.

312. cum nobiliſſimo hoc fragmento duorum marmorum alium lapidem ejuſdem fere argumenti committas velim, qui eſt in *Fabrettianis Inſcriptionibus* c. 6. p. 442. n. 49. & p. 443. n. 51.

327. 4. Recenſuit *Donius* in *Inſcript. Antiq.* Claſſ. I. n. 113. p. 40.

330. 6. Eandem tabulam exhibet *Sponius* l. d. Sect. VIII. p. 278.

331. 6. vid. *Spon.* l. d. Sect. III. n. V. p. 74. qui lapidem probabili, & luculenta interpretatione illuſtratum emiſit: vid. quoque *Marmora Oxonienſ.* p. 34. n. 45. necnon *Prideauſium* ad id marmor. p. 490. it. Cl. *Mætterium* in Conj. & Adnot. Spec. p. 582.

334. 3. Eandem literis mandavit *Spon.* loco dicto Sect. II. Art. 8. p. 43.

343. 3. lapis e nemore imperiali effoſſus, publica primum donatus luce ab Ill. *Cupero* in Monumentis antiquis p. 241. quem vide in Schedis meis, forma ultimi verſus hæc eſt:

ML TERN ΈAT ✠ ☉ CO.

352. 2. Conf. *Henr. Valeſium ad Ammianum Marcellinum* L. XVII. p. m. 145.

353. 4. dudum a *Pithoeo* in *Epigramm.* L. I. p. 5. *Grut. Inſcript.* 99. 2. & *Ferret. Muſ. Lapid. Mem.* 16. L. I. p. 33. proditi verſus. v. *Holith.* ad *Gruteri* locum in *Var. Corrig.* & *Animadvert.*

357. 2. in ultimo verſu peccarunt operæ; debuit enim eſſe *Clementiano.* vid. *Cuper. Monument. antiq.* p. 229. Equidem non memini me legere in v. 4. duplex illud VV. ſed viſus ſum inveniſſe LEG. XXXV. SEVERIANÆ & v. 8. ΈΤ pro vulgari ET, cum æternum illud, ſummiſque laudibus extollendum Cenotaphium Mauricii prope Cliviam contemplarer. Sed quoniam nonnulla, ut fit interdum, obiter in palimpſeſto notavi, quæ

(*a*) Hanc Epiſtolam habes iterum editam poſt *Artem Criticam Lapid.* in hoc Volum.

quæ per otium ad prototypi exemplum recognoſcere fortuna negabat, meam certe lectionem mordicus tueri non auſim, præſertim cum nullius hominis magis, quam meis oculis diffidere ſoleam. Nunc tanto ſane cupidius tripodem Hagenbuchianum adirem, certam inde opem petiturus, ſi vir doctiſſimus, quibus literis & cura cœpit *Eumenium Rhetorem* & *Herculem Saxanum* ornare, ceteros quoque ſplendidiſſimi illius Mauſolei lapides enarrare perrexiſſet. Quare non ſolum meo, ſed orbis eruditi nomine aures ſibi velli patietur de promiſſa *Inſcriptionum Bergendalenſium* Sylloge, quarum epularum lautitias, dubium non eſt, quin unuſquiſque poſt egregias promulſides avide expectet. Interea in illorum gratiam, qui Sacrarii ipſius rationes non tenent, haud immerito legendos commendamus *Cuperum* in *Monumentis antiquis* p. 226. *Keyſlerum Antiquit. Sept. & Celt.* p. 191. *Fr. Heſſelium ad Gudii Inſcr. in præf. appendice* * * * * * * * * * * 2. *Cannegieterum* V. C. de *Brittenburgo* p. 36. in primis vero *Joh. Henr. Hagenbuchii* cultiſſimam *Antiquitatum Clivenſium* de HERCVLE SAXANO *Inveſtigationem primam*. In quorum omnium Commentariis cum ſequentis tituli a me eodem in loco obſervati & deſcripti memoriam non invenerim, tanto magis faciundum mihi viſum eſt, ut qualibuſcunque meis literis commendarem. Sunt autem lapidi inſculpta hæc:

FORTVNAE	
SACRVM	
SEXTILIVS	
*l*EPIDVS VET	i. e. *veteranus legio-*
LEG. XXX VV	*nis triceſima Valen-*
*p*RO SE ET SVIS	*tis victricis*.
V. S. LL M	

At dum hæc ſcribo, incidi forte in libellum, cui titulus: *de Uries Cleefsche Luſthoff*, in quo eandem Inſcriptionem relatam legi, ſed confuſis verſibus, ut ſolet homo minime ſtultus quidem, ſed veræ tamen elegantiæ expers. De veteranis diſputantem audi *Sertorium Urſatum* (*Diſcorſo ſopra una Stanza Sepolcrale &c. degli Marmi Eruditi* p. 305.

382. 2. Eandem obtulit diu *Fabrett.* in *Inſcript.* c. 8. p. 565. n. 112.

387. 2. v. *Epigrammata Pithoei* Lib. II. p. 53. Eundem vero titulum a *Grutero* p. 28. 6. memoratum invenio.

391. 5. Eoſdem verſus in *Gudianis* p. 367. 8. legi.

394. 1. Temporibus *Andr. Alciati* inventus lapis in ædium *Gualterii Corbetæ* fundamentis. Ejus ſenſum ſic latine reddidit vir doctus: *Capitolinia quæ vixit annos XXVIII. in lectis Sylvani Conſulatu Eugenii hoc habuit.*

396. 5. habetur ap. *Fabrett.* l. d. cap. 4. p. 269. n. 128.

397. 1. Ignoravit rurſus Cel. *Murarius* verſus: *Ne dubium longo nomen quæratur in ævo*, *in Pithoei* Epigrammat. Vet. Lib. III. n. IV. pag. 104. *Ferret. Muſ. Lapidar.* Lib. III. M. 31. p. 196. nec minus in ipſo *Gruteri Theſauro* p. 1060. num. 6. extare, ad quem locum vid. *Holth. Var. Corrig. & Animadv.*

406. 2. Integrius profertur a *Fabretto* l. d. c. 2. p. 112. n. 277.

422. 6. Conf. *Donii Inſcript. Antiquar.* Claſſ. XX. n. 25. pag. 529. & ad h. l. Cel. *Gorium*.

429. 1. vid. *Gruter. Theſ. Inſcript.* 1161. 8. & *Fabrett.* c. 3. p. 167. n. 310.

450. 1. Vir Cel. non debuerat ignorare, id Epigramma Latinum diu a *Pithoeo* inter *Epigrammata vetera* Lib. I. p. 5. ſincerius forte a *Grutero* p. 162. 1. & *Ferretio Muſ. Lapidar.* Lib. II. M. 34. p. 130. relatum eſſe.

453. 3. habet *Fr. Heſſel. in Præf. Append. ad Gud. Inſcript.* * * * * * 2. n. 62.

464. 5. rurſus eandem deprehendi in utraque Sylloge & *Sponiana* l. d. Sect. VIII. p. 276. & *Fabrettiana* c. 3. p. 208. n. 515.

472. 3. diu memoratum leges in *Sponii Miſcell.* Sect. II *Art.* VII. p. 36.

477. 7. offendes in *Fabretti Inſcript.* c. 3. p. 199. n. 488.

478. 5. in *Fabrett. Inſcript.* cap. 3. pag. 119. num. 4. non plene ſcriptum SERGIVS invenio, ſed hac forma SERG. unde confirmatur Cel. *Murarii* conjectura tribum intelligi debere.

480. 8. eandem deſcripſit *Sponius* Sect. III. p. 114. n. 95.

484. 4. immo ipſe quoque *Sponius* illud marmor prototypum ſub oculis habuit, v. *Sect.* VIII. l. d. p. 279.

485. 4. v. 2. in *Monumentis vetuſtatis Kempianis*, ubi p. 39. n. 5. legitur, FONTEM reperio, non PONTEM.

507. 1. diu in lucem emiſſa & expoſita eſt a *Sponio* in *Miſcell.* Sect. III. p. 73. n. 111. nec minus a *Fabretto* c. 2. p. 103. n. 241. nobiſcum communicata.

514. 3. hujus lapidis memoriam antea jam poſteritati commendavit *Sponius* l. d. Sect. II. Art. XI. p. 63.

517. 3. Cum *Fabretti* beneficio lapidem c. 4. p. 268. n. 115. diu habuerimus, cujus quæſo intererat eundem e *Donio* recognoſcere?

519. 3. principium hujus tituli videſis apud *Sponium* l. d. Sect. II. Art. XI. p. 60. apud quem legitur *Aſſenſ.* ſine aſpiratione.

526. 6. auctiorem, integrioremque reddunt *Alciatina* hoc pacto:

D M	
EPITYNCHAN	
MM. SER.	i. e. *Militia Mediolanenſi*
CISALPINI ET	*Servienti*
TRANSALPIN.	*Patroni Collegii*
PATR. COLL. NAVT COMENS	*Nautarum Comenſium*
HERED. FAC. CVR.	*Heredes*.

Alium

Alium ejuſdem nominis APITVNCHANVM videſis laudatum in titulo *Fabrettiano* c. 6. p. 432. Verum ecce, ne quid diſſimulem, dum recognoſco dicta mea, aliud agenti præter ſpem idem ſe mihi marmor obviam dat in *Apiani* & *Amantii Inſcription. Sacro-Sancta vetuſtatis* p. 27. n. 3. it. *Gudii Inſcript.* p. 143. 7. Sed vel ſic quidem excuſum legere non pigebit. Quare delendum non putavi.

539. 1. Similes prope verſus apud *Gruterum* 1139. 13. & *Ferret. Muſ. Lapid.* L. IV. M. 16. p. 246. Sed plane ibi aliud nomen feminæ, quæ lapidem fieri curarat. Idem titulus intra p. 1399. 8. occurit, neſcio qua cauſa iterum exſcriptus.

TOM. II.

545. 2. græcæ hujus Inſcriptionis memoriam dudum ab oblivione vindicavit *Spon.* l. d. *Sect.* X. p. 327. n. XVI. qui CATOP NEINON exſcripſit.

546. 1. Subtilius deſcripta a *Fr. Heſſel.* in Præf App. ad *Gud.* Inſcript. ****** 2. n. VI.

547. 5. Invenio eandem in *Fr. Heſſelii Præf. Append.* ad *Gudii Inſcript.* ****** 2. n. I.

548. 1. hunc titulum egregie, ut ſolet, illuſtravit Doctiſſim. *Bubierius* in libello, cui titulus: *Explication de qualques Marbres antiques, dont les originaux ſont dans le Cabinet de M*... à Aaix 1733. 4. p. 15.

549. 2. in conſilium adhibe *Fabrettianam* Inſcriptionem c. 6. p. 439. n. 43. quarum unam qui novit, ambas noverit.

550. 1. typis excudendum diu eſt, cum tradiderit *Sponius* l. d. Sect. IV. p. 142. n. 4. in quo tamen deſiderantur verba καὶ ἀσυγκρίτως.

552. 1. v. *Anton. Auguſtini* Dialogum XI. de *Numiſ. & Inſcriptionibus Spuriis* p. m. 296. ed. Rom. 1736. fol.

553. 4 v. *Appendic.* ad *Marmora Oxonienſia* p. 9. ed. *Matter.* n. 170. nec non Indicem *Cl. Matterii* in voce δηματαράδιξη ib. p. 617.

554. 2. hanc memoriam quoque oiferunt *Marmora Oxonienſia* p. 59. n. 171. ed. *Matter.* ubi recte verſ. ultimo τε γονς.

554. 4. integriorem habet *Spon.* l. d. Sect. X. in *Græc. Marm.* 335. n. XLI. quem vide.

557. 3. eandem non minus e tenebris in lucem protraxit *Spon.* Sect. X. p. 335. n. XLIV.

560. 1. *Monumenta Vetuſt. Kempiana* p. 44. n. 45. verſ. 7. præferunt Πρωτοτες, & v. 8. cum *Grutero* Φλαβια Πρωκλα.

562. 1. eumdem *Bubierii* Libellum p. 30. ſeq.

569. 2. verſ. 5. pro αρετης ενεκα habent *Marmora Oxonienſia* p. 61. n. 181. της ευνοιας. vid. tamen *Matterium* in *Conject. & Adnot. Specim.* ad h. l. p. 564. & *Prideauſium* p. 505. conſule.

579. 1. Comparari poteſt exemplo *Heſſeliano* in *Præf. Append.* ad *Gud. Inſcript.* ***** n. 32. 33.

582. ad Tabul. I. id fragmentum legis antiquæ probabiliter, docteque explicuit *Franc. Carol. Conradi* Vir Celeb. in *Parerg.* Lib. III. n. 111. pag. 350. ed. Helmaſtad. 1740. 8. quem omnino vide.

583. 1. præter *Sponium* l. d. p. 5. ſervant quoque *Fabretti Inſcript.* c. 6. p. 442. n. 49. Aſt Clariſſ. *Muratorius* in fine habet plura. Conf. *Sponii Recherches Curieuſes de l' Antiquitez* p. 75.

585. 1. cum hoc & ſequentibus comparare juvabit aliud fragmentum in *Sponii Miſcell. Sect. I. Art.* II. p. 6. obvium.

587. 2 Editam eſſe a *Fabretto* p. 612. c. 9. n. 99. animadverti.

599. 2. Eſt jam in *Marmoribus Oxonienſibus* p. 60. n. CLXXIX.

608. 3. Inſcriptio conferri poteſt cum illa, quæ eſt ap. *Heſſ.* Præf. Append. ad *Gud.* Inſcript. ****** 1. n. 73.

61.. non *Gravius* primum evulgavit; ſed alii viri docti, quos vide laudatos in *Stricturis* meis (*Miſcell. Lipſ. Nov.* Vol. II. P. IV. pag. 638.) De fide horum Actorum facundiſſime, uti ſolet, acutiſſimeque diſputantem Cel. *Joh. Aug. Erneſtium* operæ pretium eſt legere in *Proluſione*, de Actorum S. P. Q. R. *Diurnorum origine ad Suet. Cæſ.* c. 20. Interceſſit hoc loco, neſcio an temere, *Abrah.* Wielingius V. olim Cel. Lib. II. c. 28. *Lection. Juris Civilis: Ego*, inquiens, *interpolata eſſe facile largiar, tota vero ſuppoſita dicere non audeo.* Cujus tamen defenſionis fundamenta ſiquis in aqua poſita exiſtimaverit, non repugnabo. Interim mirum, cur Cel. *Murarius* alteram horum Fragmentorum partem a *Dodwello* editam (in *Lect. Camdenianar. Append.* p. 690.) prætermiſerit.

620. 2. Eandem vide in *Sponio* Sect. III. n. 37. p. 90.

621. 1. his retulit *Pithoeus* in Epigrammat. Lib. III. n. X. p. 119. & in *Prætermiſſis* p. 612. item *Grut.* 948. 10. & *Ferretius* in *Muſ. Lapidar.* Lib. III. Mem. 27. p. 151.

Ibid. *Epigr.* 2. non modo *Gruterus* produxit l. d. ſed *Ferretius* quoque *Muſ. Lapid.* Lib. IV. Mem. 23. p. 255. Emendationem tamen *Pithoei Epigrammata Vet.* Lib. III. n. IIX. p. 114. ſic exhibent:

IANVARIVS FLORO ALVMNO

Florus ego hic jaceo, raptus bigarius infans,
Qui cito dum cupio currus, cælo decidi ad umbras.

622. 4. v. *Sponium* loco dicto Sect. IV. p. 142.

627. 1. Inſpicias velim *Sponium* in *Marmoribus græc.* Sect. X. p. 362. n. 107.

647. 1. totum hoc marmor græcum cum interpretatione latina invenies apud *Spon.* loco dicto Sect. X. p. 336. ſeq. n. 113.

668. 1. v. *Fr. Heſſelii Append. Præf.* ad *Gud. Inſcript.* ******** 1. n. X.

676. 6. occurrit idem lapis in *Sponianis Miſcell.* Sect. V. p 182.

678. 3. v. *Spon.* loco dicto Sect. V. p. 172.

680. 8. Eadem habetur inter *Sponii græca marmora* l. dicto Sect. X. n. 128. p. 374.

682. 7. ſimilis propemodum formæ eſt *Sponiana* in *Miſcell.* p. 183. Omiſſa ſunt in *Muratoriano* titulo XV. populorum nomina, quæ exhibet *Sponius* l. d.

683. 2. prorſus eadem in *Sponii Miſcell.* ſæpiſſime a me laudatis Sect. V. 184. & *Fabretti Inſcript.* c. 9. p. 610. n. 83.

684.

684. 4. v. itidem *Sponium* loco dicto Sect. V. 199.

690. 2. Eundem titulum memoriæ proditum legimus in *Spon. Miſcell.* Sect. VI. p. 232. cujus partem infra p. 708. 8. perperam e *Gorio* recuſam expunge.

693. 2. literas in tertia & quarta linea vir Cel. audaci conjectura explicandas eſſe cenſet *Filii Heredeſque*. Hac ut ſuperſedere queamus, faciunt *Alciatina* mea, quorum ope ſinceram lectionem & interpretationem elicere nobis datum fuit:

D. M.

Q. CONSTANTIS FEL

OVF. VI. VIR. IVN

id eſt *Felicis Aufentina tribu Seviri Junioris*.

708. 3. Ἐρμωναρχῶν male pro ἱερὸς ἄρχων. Eadem cum ſuperiori 152. 4.

709. 1. Hanc menſam marmoream, ſive *Julii Coatiæque* monumentum effoſſum eſſe, tradit *Alciatus*, in divi *Ambroſii* æde, quod ſchedæ noſtræ non modo eleganter depictum, accurateque verſibus ſuis diſtinctum exhibent, ſed diſcrepantes quoque lectiones ab editis offerunt. Legendum propterea ſuadentibus ſchedis v. 4. COATIÆ & v. 6. pro PATRIBVS reponendum PARENTIBVS PIENTISSIMIS.

711. 3. v. *Monum. Vet. Kempiana* p. 40. n. 22.

719. 1. pertinet ad Claſſem I. Deorum. vide pleniorem accuratioremque ap. *Sponium* loco dicto *Sect.* III. p. 114. n. 97.

720. 2. Conſule *Henr. Valeſium* in *Annot.* ad *Ammian. Marcell.* L. XVI. p. m. 118.

724. 8. v. eandem in *Sponio* p. 199. *Sect.* V.

732. 1. adi Cel. olim *Joh. Maſſonis Vitam Plinii* a p. IX-XII. ed. Epiſtol. *Cortian. Plinii*, ubi Inſcriptionem eandem ſubjunctis ad oram variantibus lectionibus laudatam offendes. Haud vidit Cel. *Murarius* non tantum illam alteram C. *Cæcilio Plinio* dicatam, quæ in vico Fegii extabat, ſed etiam hanc, quam ex Ambroſianæ Bibliothecæ penu eductam vult, diu jam a *Grutero* occupatam eſſe v. p. MXXVIII. 5. hac ſola forte novitatis gratia & beneficio curioſos antiquitatum inveſtigatores ſibi devinciens, quod *Alciati* notas in utrumque marmor e ſchedis recenſuit. Nos ex eodem fonte pauca delibabimus. *Alciatinus* quippe Codex meus retinet v. 2. PROC. etſi vitioſam hanc eſſe lectionem cenſeat *Jo. Matth. Geſnerus*, eximium literatæ Germaniæ ſidus, in edit. Epiſt. Pliniar. p. XXVI. ad Inſcript. de Plinio, eandemque vulgatam damnet *Maſſonus* p. XI. not. [1] & v. 8. MIL non MED. hoc eſt præfectus ærarii militaris, de quo munere vid. *Maſſon. in vita Plinii* p. L. ed. *Epiſtol. Plin. Cort.* §. IX. it. Cel. olim *Burmannum* de vectigalibus populi Romani c. XI. p. 193. & Cellar. ad *Plin.* Epiſtol. XIV. libri VII. atque ita quoque *Gruteri* liber, nec non *Panvinius Antiquit. Veronenſ.* L. IV. p. 152. v. 9. *Joh. Maſſon.* auctor eſt, *Alciatum* legere LEG VI. pro LEG III. cui tamen obſervationi refragatur Codicis auctoritas. V. 12. poſt IN TVTELA notas ejuſmodi inſertas videmus HS. CC. v. 13. illud C ante Seſtertiorum notam abeſt. V. 14. adhæſerim ſchedis *Alciatinis* meis, ubi nota numeralis XVIII. lineola includitur, tanquam per errorem quadratarii, ut belle monet *Gruterus*, adjecta. Ceterum quoniam video *Alciatum* a *Reineſio* in Append. omiſſorum n. XXI. p. 1023. *Fabretto* Inſcript. c. 5. a p. 410. & *Joh. Maſſono* in *vita Plinii* p. XXXV. *ed. Epiſt. Plin. Cort.* in explicatione *Seviratus* diſceſſionem feciſſe, ipſa ejus in hunc l. conjectanea tanto lubentius expromo, quo magis literarum intereſt virorum doctorum de rebus dubiis judicia cognoſſe. Sunt autem ejus carminis: *Dignitatum, quæ ſaxo inſcriptæ ſunt, non ita difficilis eſt notio, niſi quod paulo obſcurius eſt, quid Sevir ſignificet. Mihi videntur veteres hanc vocem pro equitum præfecto accepiſſe, ex quibus Jul. Capitolinus* (a) *ab Antonino Pio Marcum Conſulem, Sevirumque turmis Romanorum deſignatum ſcribit, unde & Sevirales ludos dediſſe, opinorque non a Senario numerum deductum, ut Sedigitus & Semeſtris, ſed ex barbarorum militia in latinum Sermonem, ut pleraque caſtrenſia, irrepſiſſe.* Utinam extrema hæc latius, & inductione teſtimoniorum approbaſſet vir rerum antiquarum intelligens.

735. v. 6. *Fabrettus* in *Inſcript.* c. 3. p. 128. n. 47. habet COH. V.

737. 1. Totum hoc Epigramma ita refertur ab *Alciato*, ut verſum 6. plane tollendum, verbaque FRAT & PAT plenius FRATRI & PATRI ſcribenda eſſe cenſeat. Duo ultimos verſus ejuſdem libri fide ita reſtaurare placet:

ET C. SPVRIO VALENTINO VIVIR. V. N. AP

C. TREBELLIO GLONI V. VAS

Notæ V. N. corruptæ ſine dubio ex IVN. forte has AP idem fatum manſit, in quibus latere arbitror AV G. quemadmodum vero poſtrema alterius verſus vocabula explicari poſſint, non ſuccurrit.

774. 6. Eadem inter *Sponiana* Sect. VII. p. 257. ubi *Hediſcus* pro *Hediſtus*.

779. 3. v. *Spon.* l. d. Sect. V. p. 223. qui *Præfectum Vigilum* non agnoſcens ſcripſit PIAR VIGIL. adde *Donii Inſcript. Antiquar.* Claſſ. VI. n. 75. p. 246.

782. 2. Fabrettum quoque ediđiſſe, Cel. *Gorius* monet ad *Claſſ. VI. Doniar. Inſcript.* n. 152. p. 267.

791. 9. v. 2. pro MIL. SICVI. auctoritate *Sponii Miſc.* Sect. VII. p. 243. legendum eſſe cenſeo MISSICIVS, apud quem titulus elegantiori habitu prodiit.

796. 4. Eſt jam in *Sponianis* Sect. VII. p. 261.

799. 4. vid. *Donii Inſcriptionum Antiquar. Claſſ. VI. p.* 242. *n.* 59. 819.

(a) *Vid. Script. Hiſt. Aug. ed.* 1620. *Par. fol.* p. 24.

819. 9. meminerunt hujus Epigrammatis *Fabrettianæ* Inſcriptiones c. 3. p. 205. n. 510.

822. 2. Forojulii viſum eſſe lapidem teſtatur *Spon.* Sect. VII. p. 243.

823. 1. Eandem ex ſchedis *Duckerianis* dedit *Fr. Heſſel.* in *Præf. Append.* ad *Gud. Inſcript.* **** 2. n. 31.

826. 7. v. *Spon. Miſcell.* Sect. VII. p. 255. & *Donii Inſcript. Ant.* Claſſ. p. 269. n. 159.

840. 7. Eandem invenies, ſed ſine imagine militis apud *Spon.* l. d. Sect. VI. p. 210.

842. 2. v. *Fabrett. Inſcript.* c. 3. p. 129. n. 56.

845. 2. adi quoque *Sponium* Sect. VII. p. 260.

848. 5. Eadem apud *Sponium* Sect. VII. p. 257. Cui placet verſ. 4. MASONIANO & v. 7. AVCTVS.

850. 5. deeſt v. 1. prænomen FL. v. 2. AQVIT legendum EQVIT. Sincerius expreſſit *Spon.* Sect. VII. p. 262.

852. 6. dudum luce publica donavit *Sponius* Sect. VII. p. 254.

854. 3. paulo integriorem habet *Gruterus* duobus in locis 469. 8. & 517. 6.

869. 4. eum ipſum titulum vide apud *Sponium* Sect. V. p. 177.

870. 3. Eandem invenies inter *Sponiana* Sect. VII. p. 243.

871. 1. Vid. *Marmor. Oxonienſia* p. 46. ed. *Matt.* n. 140. Conf. ipſius *Matterii Spec. Conject.* ad h. l. p. 586.

876. 1. vid. *Sponiana Miſc.* Sect. VIII. p. 269.

882. 1. vid. *Monum. Vet. Kempiana* p. 41. n. 24.

885. 3. Eſt etiam apud *Sponium* Sect. VI. p. 228. prætermiſſis tamen notis DM ibid. *Epigr.* 4. Nulla in re differt a *Sponiana Miſc.* Sect. VI. p. 209. niſi quod vir doctus olim *Romæ in villa Cæſarini* a ſe exſcriptum eſſe memorat.

891. 11. ſaniora mihi videntur nomina eſſe ap. *Sponium* l. d. p. 212. Sect. VI.

893. 8. forte legendum *Galliarum*, non Galatiæ, ut vult *Muratorius*, argumento lapidis apud *Sponium* Sect. VI. p. 217. obvii, diſertaque verba EX STATIONE XXXX. GALLIARVM exhibentis. Vide, num Actor idem ſit ac Exactor. Ipſum vero lapidis titulum ſervant *Monum. Vetuſt. Kempiana* p. 40. n. 21.

895. 3. marmor ab eodem *Sponio* traditum *Miſcell.* Sect. VI. p. 211.

898. 6. Conf. *Sponium* l. d. *Sect.* VI. p. 217.

900. 9. Eandem recenſuit & interpretatus eſt *Sponius* Sect. VI. p. 207. ubi hæc duntaxat verba deficiunt CONIVGI SVO BENEMERENTI. Sed multo integriorem habet *Fabrettus Inſcript.* c. 4. p. 273. n. XII. quem omnino vide.

901. 1. *Magiſter a Balneis Auguſti* jam innotuerat nobis e *Spon.* Sect. VI. p. 213. *Epigr.* 4. Eadem in *Sponio* Sect. VI. p. 214. ſ. legitur quoque PROVINCIAE in *Monum. Vet. Kempianis* p. 42. n. 28. *Epigr.* 6. Conf. *Fabretti* Inſcript. c. 3. p. 201. n. 492.

902. 2. Eadem in *Sponio* Sect. VI. p. 230. & *Fabretto* l. d. c. 1. p. 44. n. 246. pro *Antiquæ* *Fabrettus* habet *Antiſtiæ*.

905. 6. idem lapis reperitur inter *Sponiana* Sect. VI. p 212. *Epigr.* 9. vid. Pithoei Epigrammat. Lib. III. p. 104. Conf. *Holt. Var.* Corrig. & Animadvertenda ad Grut. 589. n. 1. adi quoque *Ferretii Muſ. Lapid.* Lib. IV. M. 42. p. 279.

911. 3. Conf. *Spon.* Sect. VI. p. 214. in *Opſonator. Epigr.* 8. habet *Sponius* Sect. IX. p. 290.

913. 4. conſule *Donii Inſcription. Antiquar.* Claſſ. VII. n. 150. p. 302.

914. 8. Idem marmor legitur in *Fabrett.* c. 4. p. 274. n. 155.

915. 2. Vid. *Sponium* Sect. VI. p. 209.

916. 10. Servatur quoque in *Sponianis* Sect. VI. p. 214.

919. 6. habet *Fabrettus Inſcr.* c. 5. n. 150. p. 371.

920. 3. dudum tradita a *Sponio* Sect. VI. p. 213.

922. 22. 23. in unam compingit *Spon. Miſc.* Sect. VI. p. 230.

923. 2. hujus inſcriptionis alteram partem deprehendi in *Grutero* 578. 6. & *Fabretto* c. 4. p. 326. n. 457.

924. 4. 5. 8. pro tribus Inſcriptionibus unam offert *Sponius Sect.* VI. p. 233.

925. 1. 2. 3. ex his tribus unam effinxit *Sponius* Sect. VI. p. 222.

926. 17. v. *Monumenta Vetuſt. Kempiana* p. 39. n. 12. *Joh. Petr. Bellorii Veterum Sepulcra* T. XII. *Theſ. Antiq. Græc. p.* 37.

927. 8. Eandem inſcriptionem vide, ni moleſtum eſt, in *Sponio* loco d. Sect. VI. p. 206. Epig. 18. ib. Conf. *Spon.* l. d. Sect. VI. p. 206.

28. 4. dudum prolata a *Sponio* Sect. VI. p. 210. Epig. 16. idem rurſus apud *Sponium* l. d. Sect. VI. p. 206. Epig. 17. itidem exſcripſit *Spon.* ib. p. 209. ubi deeſt LIBER.

929. 1. poſteriorem tituli partem ſigillatim adnotatam invenio apud *Sponium* ib. p. 233. in *Sarcinatrix*.

930. 1. Eſt jam in *Spon. Miſcell.* Sect. VI. p. 233. v. *Strator.* 931. 4. 5. 6. 11. 13. 15. dedit omnes *Sponius* l. d. pag. 221. in *Cerdo Faber.* 222. ſub *ab Hortulo* & *Inſularius* & 234. ſub *Tonſor.*

933. 8. deleatur, infra occurrit p. 947. 4.

935. 7. Eandem vide a *Sponio* commemoratam Sect. VI. p. 232. in *Seplaſiarius*.

936. 1. de Pædagogis v. *Sponium Miſcell.* Sect. VI. p. 227. ſeq.

936. 7. v. *Sponium* Sect. VI. p. 225. ſub *Menſor ædificiorum* & *Architectus* n. 4.

938. 6. 7. Ambæ leguntur in *Sponianis Miſcell.* Sect. VI. p. 220. in *Balneator.* ubi tamen deeſt FELICI, & numerus annorum abludit: nec non p. 236. in *Unctor.*

942. 3. certa eſt ejus memoria in literis *Sponianis* v. *Miſcell.* Sect. VI. p. 226.

944. 9. Conf. *Spon.* loco dicto Sect. VI. p. 219. n 3.

945. 9. Eadem forma produxit *Spon.* Sect. VI. p. 225.

947. 6. Eſt jam in *Sponianis* Sect. VI. p. 222.

948. 2. Eſt inter *Sponiana* Sect. VI. p. 215. ib. *Epigr* 6. Extat jam in *Sponianis* Sect. VI. p. 226. v. *Negotiator Sagarius*.

951. 8. v. *Spon. Miſc.* Sect. VI. p. 235. n. 4.

952. 11. *Spon. Miſc.* Sect. VI. p. 223.

954. 4. pictura ſua ornatam evulgavit *Sponius* ſubtilis monumentorum veterum ſoſpitator Sect. VIII. p. 256. quem vide.

955.

955. 7. extat in *Marmor. Oxonienſ.* p. 35. ed. *Matter.* n. LII.

956. 1. v. quoque *Fabretti Inſcript.* c. 3. p. 200. n. 490.

966. 7. utrumque Epigramma metricum diu ante eodem pacto in lucem produxit *Sponius* l. d. Sect. IV. p. 132. & 133.

967. 1. Græcam hanc lapidis Epigraphen memoriæ proditam legimus apud *Sponium* loco d. Sect. IV. p. 131. ſ.

968. 3. v. *Sponium in græcis marmoribus* Sect. X. *Miſcell. p.* 331. n. 1.

979. 7. Idem Epigramma in *Sponio Miſcell.* Sect. VI. p. 223. ubi AMYMONE.

982. 7. Eadem cum interpretatione probabili habetur in *Sponianis* Sect. VI. p. 231.

989. 1. Eandem memoriam leges in *Reineſii Syntagmat.* Claſſ. IX. 1. it. in *Marmoribus Oxonienſibus* p. 38. n. 79. v. Cl. *Matter.* in *Conject. & Adnot. Specim.* ad hunc locum p. 562.

993. 1. Servat *Sponius* l. d. p. 128. Sect. IV. & in *Fabretti Inſcript.* bis occurrit c. 2. p. 84. n. 145. & c. 8. p. 555. n. 56. *Epig.* 2. e ſchedis Barberinis eruta memoratur a *Fabretto* c. 3. p. 153. n. 226.

1004. 9. extat in *Monumentis* vetuſtatis *Kempianis* p. 39. n. 9.

1011. 3. v. *Spon.* l. d. Sect. VI. p. 217. qui idem marmor literis conſignavit, & interpretatus eſt.

1022. 5. hunc titulum diu ex eodem *Joffredo* melius exſcriptum dedit *Spon.* in *Geographicis Miſcellaneorum* ſuorum Sect. V. p. 158.

1026. 2. Cel. *Murarius* recte adnotavit, Fabrettum græca dediſſe, ſed quoniam locum non indicavit, credo alterius id indicio hominis ſcripſiſſe; vid. c. 10. p. 741. n. 506.

1028. 2. Plenior eſt quidem in *Sponianis* v. Sect. IX. p. 294. ſed ſigillatim Cel. *Murarius* primam partem exſignari juſſit infra p. 1488. 4.

1029. 5. vidit ac deſcripſit *Cluſius*, quo auctore Epigrammatis hujus fragmenta in tales verſuum ordines redigere placet :

LICINIANO IVNIO . . . .
L. COR. . . . . ANOB. . . MELIA . . .
L. IVNI. . . . . . LICINIAN . . . . PATER
. . . . . . VS AMICO . . . . MIR. . . . . . .
IO. . . . . . . STATVAM . . . . . LOCO AS . . . DIS
. . . . ORDINE ARVNDENS. . . . .
. . . . . . CIRCENS. . . . . TVS D. D.

Non abs re quis contenderit, ſi in toto unquam horum monumentorum genere, certe in fragmentis, diligentia & accuratione opus eſſe, cavendumque ſedulo, ne verba mutilata, aut detrita vetuſtate cum integris junctim ſcribatur, ſed præſtare omnino, ut ſuum quæque locum cum omnibus lacunæ notis, poſitis ad utrumque latus punctis, occupare jubeamus. Cujus ſane conſilii magna eſt in utramque partem vis. Omnibus enim præpoſtere poſitis recta quoque ingenia in errores ſubinde prolabuntur, e literis contra, lineiſque ſecundum lapides diligenter expreſſis emendandi, ſupplendique verecundæ conjectiones τοῖς τρίβωσι naſci poſſunt. Index lapidis apud *Cluſium* hic eſt: *Arunda, vulgo Ronda, en la qual Civdad ballaron marmoles antiquos, uno de los quales eſta al pie de una torre de la fortaleza, que tiene eſtas letras aunque quebradas muchas d' ellas.*

1030. 7. *Carolus Cluſius* vidit & excepit, eumque titulum lapidis Epigraphæ fecit : *Auguſtobriga en las comarcas de la puente del Arcobiſpo la buelta de Guadalupe ſellama el lugar villar de Pedroſo, ut indicat marmor ibi repertum :*

FLAVIA RVFINA AVGVSTOBRIG
ANN. XXIIII. H. S. E. S. T. T. L
PAR HONORINA. ET
C. RVSTENVS DETIANVS. FILIAE. FECE.

1032. 3. v. *Monum. Vetuſt. Kempiana* p. 45. num. 41.

1033. 2. Eadem apud *Sponium* Sect. IV. p. 124. etſi in nonnullis emendatior, poteſt tamen viciſſim ex *Muratoriana* utcunque ſuppleri.

1034. 3. pridem editam a *Fabretto* novimus in Inſcriptionibus c. 6. p. 456. n. XVI. & 75. ubi recte legitur FRETRIACO.

1042. 6. v. *Sponium* in *græcis marmoribus* Sect. X. p. 331.

1052. 7. v. eundem ib. p. 331. n. 2.

1053. 2. Eandem ex ſchedis Vaticanis dudum publicavit *Fabrettus* c. 10. p. 686. n. 93.

1054. 3. habet quoque *Spon.* in *Miſcell.* Sect. 5. p. 191. fidelius mea quidem ſententia.

1056. 3. aliter diſtinguunt *Marmora Oxonienſia* p. 60. n. 117. quæ vide.

1057. 2. Perperam repetita Inſcriptio, Invenitur enim jam in *Sponianis Miſcell. Sect. V.* p. 190. & *Gudianis Inſcript.* p. 134. 5. etſi malim FLAM. *Murat.* quam ALIM. *Spon.* Reineſ. Claſſ. VI. n. 114. legere vult AIMILIAE.

1058. 3. Eandem diu ſervarunt *Sponiana* l. d. Sect. V. p. 190. ſ.

1060. 7. verſ. 3. Δωρόθεα legitur in *Monum. Vetuſt. Kempianis* p. 45. n. 40.

1062. 3. extat jam in *Sponianis Miſcell.* Sect. V. p. 169.

1062. 6. Hunc lapidem habes in *Monum. Vetuſt. Kempianis* p. 44. n. 36.

1069. 3. Eadem infra occurrit p. MMLI. 4.

1078. 5. Subtilius expreſſit *Guil. Muſgrave* in Commentario ad *Jul. Vitalis Epitaphium* p. 84. quem vide.

1088. 1. diu dedit & explicuit *Spon.* Sect. VII. p. 259.

1089. 4. exprimunt ζηνόδοτοι *Monumenta Vetuſtatis Kempiana* p. 43. n. 34. quæ vide.

1090. 3. habet jam *Reineſius Syntagm.* Claſſ. III. n. 46. qui conjicit ultimo verſu legendum eſſe SVCCVBOSANO.

1092. 3. Cel. *Murarius*, quæ in hoc marmore exciderunt, aut vitiata ad nos pervenerunt, neſcit, an quiſquam reſtituere poſſit. Immo reſtituet *Fabrettus*, qui longe emendatiorem habet c. 4. p. 280. n. 174.

1101. 1. Sed monumentum hoc doctiſſime recenſuit *Sponius* Sect. V. p. 273. ſeq. *Epigr.* 4. Eandem videbis cum in *Sponio* l. d. Sect. II. Art. XI. p. 61. tum in *Fabretti Inſcript.* c. 5. p. 407. n. 322.

1104. 8. recte vir Celeb. tentavit ultimum verſum, integritati reſtituens COL. CASINAT. Sic enim *Panvinius* CASSINATES, & *Vincentius Contarenus Variar. Lectionum* c. 21 teſte *Scriverio* in ſchedis, CASINATES vero in Collectaneis *Gruteri* p. 431. 7.

1105. verſ. 4. deeſt AVITO apud *Fabrettum*, & in eod. legitur XXVI. qui ceteroquin ſimillimam huic exſcribendam curavit c. 2. p. 104. n. 246.

1106. 6. ampliorem, correctioremque habebis in *Sponio* l. d. *Sect.* V. p. 161. 162. adi non minus *Fabretti Inſcript.* c. 3. p. 221. n. 587.

1107. 7. v. *Donii Inſcription. Antiq.* Claſſ. V. n. 105. p. 188.

1108. 6. male *Sponius Miſcell.* Sect. V. p. 192. n. 4. POAMPI pro POMPT. exſcripſit.

1109. 3. v. *Donii* Claſſ. V. n. 43. p. 172. antecedens titulus n. 42. qui hoc ipſo majoris momenti eſt omiſſus a *Muratorio*.

1111. 3. v. *Fabrettum* c. 2. p. 206. n. 252. qui verſ. 7. DIVIDERETVR & penul. recte habet EDERETVR.

1114. 3. & 8. v. *Sponium* Sect. V. p. 176. n. 6. & 194.

1115. 1. inſpice eund. l. d. Sect. V. n. 194.

1116. 6. caſtigatiorem quoad verſum 8. & 10. dabit *Sponius* l. d. Sect. II. Art XI. p. 58.

1117. 4. apud *Cluſium* in adverſariis nativum ordinem verſuum videre licet. Ita enim diſerte exemplar ejus: *Alcaçar do ſal vicus en el Braço de Setubal : apparent adhuc ruinæ veteres & marmora, quorum unum hanc Inſcriptionem habet :*

C . MELIO..................
DOC . CH . AMPRO . MC IN....
MIL. COLONIA SALABITANA..
.....MERITA IN COLONIA.....

de *Scalabi s. Colonia Salabitana v. Lud. Nonnii Hiſpan.* c. 36. pag. 125. & magnum *VVeſſelingium* ad *Antonini Itinerar.* p. 420.

1130. 3. *Arnoldi Buchelii* notæ ad *Smetium* fol. CLXXI. titulum præferunt : *In Arragonia*, nulla re ceteroquin memorabiles, niſi quod verſuum collocatione diſcrepant v. 1. τὸ S delent, & v. 2. VICTORIANAE ſervant.

1132. 8. jam pleniorem dedit *Fabrettus* c. 3. p. 188. n. 432 quod vel ex repetita Gruteri editione diſcere potuiſſet, ſi eam Vir præſtantiſſ. in conſilium adhibuiſſet.

1134. 1 dudum legitur in *Pithoei Epigrammat.* L. III. n. VI. p. 166. *Grut. Theſ. Inſcr.* 669. n. 10. it. *Ferretii Muſ. Lap.* L. I. *Mem.* 34. p. 59. ſolus *Pithoeus* in verſu ultimo pro *quos* habet *qui*.

1138. 5. habet etiam *Sponius* Sect. IX. p. 292. apud quem verſ. 5. nomen *Sperati* expreſſum.

1152. 3 v. *Monum. Vetuſtatis Kempiana* p. 42. n. 27. Eadem cum num. 8. huj. fol.

1153. 11. priorem hujus tituli partem Cel. *Muratorius* ſigillatim, ut par eſt, intra p. 1660. 8. & accuratius exſcripſit; ſed hoc loco duas inſcriptiones miſcet ſeparatim quoque traditas in *Monumentis Vetuſt. Kempianis* p. 42. n. 30. 31.

1154. 1. Si ſequemur *Alciatina*, ſcribendum erit v. 5. CRESCINTIS pro CRESCENTIS nec id injuria. Etenim I longius productum pro duplici II veteres ſumpſiſſe vereor, ne putidum ſit probare. Duplex autem II quis neſcit vicem τȣ̃ E ſuſtinere. Exempla vid. in *Indice Grammatico Scaligeri* in *Muſeo Moſcardi* I. I. p. m. 73 *Fabrett. Inſcript.* c. 5. p. 397. & *Lingenii Opuſc. Theotiſc.* P. II. n. 1. §. 43. p. 165. Ceterum inclinat animus ſuſpicari diverſitatem numerorum in fine hujus ſtylobathæ expreſſorum vel ſupinitate operarum invectam, vel exſcriptori imputandam eſſe. Noſtra enim ſic producunt :

IN FR P. XVIII. IN AGR
P. XVIII.

1156. 10. v. *Fabrett.* c. 3. p. 185. n. 409.

1161. 10. Extat jam in *Fabretti Inſcript* c. 5. p. 390. n. 251. qui in Cœmeterio Priſcillæ inventum eſſe marmor tradit.

1174. 11. Eadem ap. *Sponium* l. d. Sect. 1. Art. VII. p. 24. qui in *Hortis Juſtinianis* exſcripſit.

1188. 5. hujus lapidis figuram ἀκριβῶς ſcienter depictam v. in *Marmoribus Oxonienſibus* p. 45. n. 139. Conf. Cl. *Matteii Conj. & Adnot. Spec.* p. 386.

1192. 5. græcum hunc Titulum diu cum latina verſione *Sponius* retulit in *græcis marmoribus Miſcell.* Sect. X. p. 351. pro ψυχὸν malim ψυχὴν recte hic *Muratorius* ἀπαλλοτριῶσαι per alienare reddidit. *Epigr.* 9. Corrupta eſt hæc lapidis memoria ex *Pithoei* Epigrammate, quod vide L. III. p. 108. Conf. *Grut. Inſcript.* 697. 7. & *Ferret. Muſ. Lapid.* l. III. *Mem.* 7. p. 170.

1198. 8. Conſule quoque *Pithoei* Epigrammata L. III. p. 93. *Gruter. Theſ.* 677. 12. & 1125. 7. it. *Ferret. Muſ. Lapid.* L. I. p. 52.

1199. 6. Eandem apud *Sponium* l. d. Sect. II. Art. XI. p. 62. diu ante prolatam, explicatamque invenies: magis placet *Sponii* COLL. CENT. quam *Muratorii* COLL. DENDROphorum.

1214. 2. Eundem lapidem oſtendunt *Sponiana Miſcell.* Sect. IX. p. 296. in quibus verſ. 4. M. III. additum & v. 5. FRONIMO vidi.

1217. 2. alio verſuum ordine exhibet Gruterus 1128. 1. ſinceriorem, qua literarum picturas tradunt *Monumenta Vetuſtatis Kempiana* p. 44. n. 38.

1234. 1. habemus jam in *Gudianis Inſcriptionibus* verbo SORTITA pleniorem p. 249. 2. *Epig.* 2. Eadem quoque in *Gudianis* 290. 3. adde *Barthii Adverſar.* l. 52. c. 1. p. 2424.

1235. 3. dedit jam hos verſus *Pithoeus* in *Epigram-*

grammat. Var. L. III. p. 110. it. *Gruter.* 717. 13. & *Ferret. Muſ. Lapid.* L. I. Mem. 39. p. 67.

T O M. III.

1238. 10. Eadem in *Fabrett. Inſcript.* c. 5. p. 391. n. 253.

1241. 12. v. *Monument. Vetuſt. Kempiana* p. 43. n. 33.

1255. 2. literas curioſius pictas exhibent itidem *Monumenta Vetuſt. Kempiana* p. 40. n. 17.

1264. 11. uno verſu auctior, quam in *Pithoei Epigrammat.* L. III. n. VII. p. 113. v. *Gruter. Theſaur.* 733. 9. & *Ferretii Muſ. Lapid.* L. III. M. IX. p. 172. Ceterum in verſu 2. & 3. quædam lectionum diverſitas.

1292. 6. uno rurſus verſu integrior eſt Inſcriptio, quam in *Pithoei* Epigrammatibus L. III. p. 101. & *Reineſ. Syntagmate* Claſſ. xiv. n. 16. p. 726. Sed *Gudius* tamen ex *Ligorio* pleniorem nobiſcum communicavit p. 284. 10. Quæ in tertio verſiculo Vir. Cel. emendanda putat, vel ex *Reineſio*, vel *Gudio* opportune inſtaurare poterit.

1310. 1. vid. *Fabretti Inſcriptiones* c. 2. p. 102. n. 238. in quibus verſus 8. plane deeſt; ſed v. 17. rectius forte IVVEO jubeo, pro jure, & v. 19. AECO hoc eſt, Ego pro AECAS exhibent.

1336. 6. inſpice *Buhierii* interpretationem l. d. p. 3. ſeq.

1342. 11. Eſt jam apud eundem *Fabrettum* c. 3. p. 209. n. 519.

1351. 11. Ante *Gruterum Pithoeus Epigrammat. Vet.* Lib. III. p. 102. addito Indice *Hermes Cocceiæ Nice* recenſuit. Extat quoque inter *Ferretiana* V. *Muſ. Lapid.* Lib. III. *Mem.* 30. p 194.

1359. 6. vid. *Monumenta Vetuſtatis Kempiana* p. 40. n. 19.

1363. 5. inſpice quoque eadem *Monumenta Vetuſt. Kempiana* p. 39. n. 7.

1364. 9. vid. *Pithoei Epigrammat.* Lib. III. p 103. *Grut. Theſaur.* 798. n. 7. *Ferretii Muſ. Lapid.* Lib. II. *Mem.* V. p. 92. adde *Fabricii Antiquit.* p. 90.

1366. 9. vid. *Fabretti Inſcript.* c. 3. p. 223. n. 594. deeſt tamen in his verſu 4. vox: ROSARIVM.

1376. 6. v. *Monument. Vetuſtat. Kempiana* p. 39. n. 4.

1401. 4. lege *Buhierium* l. d. p. 20.

1406. 8. eſt apud *Sponium* l. d. Sect. I. Art. IV. p. 12. & *Fabrettum* c. 3. p. 165. n. 300. uterque tamen habet CONCORDIAM TAM pro CONCORDEM VITAM. Conf. *Donii Inſcript. Antiq.* Claſſ. II. n. 196. P. III. in quibus fruſtra quæſivi verſ. 8. SVBTRACTA ſed invenio SBTA. quas tamen notas *Sponius* & *Fabrettus* illo modo ſuppleverunt.

1418. 5. prorſus eadem cum *Fabrettiana* c. 1. p. 48. n. 277.

1419. 8. Vide omnino *Sponii Miſcellan.* Sect. VII. p. 247. n. 8.

1428. 3. præter *Pithoeum* in *Epigrammat.* Lib. III. n. 5. p. 105. adire commodum erit *Gruteri Theſaur.* 572. 7. & *Ferret. Muſ. Lapid.* L. IV. Mem. 30. p. 262. quorum uterque pleniorem edidit. Rectius *Pithoeus* verſu ſecundo;

Vivere jam quoniam, lucem jam nolo videre:

1433. 5. v. rurſus *Epigrammat. Vet.* L. III. *Pithoei* p. 115. *Grut. Theſaur.* 838. 12. *Ferret. Muſ. Lapid.* L. III. Mem. 14. p. 178. & *Gudii Inſcriptiones* 297. 10. Gudius & Muratorius verſ. 1. ALTORIO ceteri ASTORIO ib. *Epigr.* 8. Conf. *Fabretti Inſcript.* c. 1. p. 9 n. 36.

1438. 17. verſu 6. *Monumenta Vetuſt. Kempiana* p. 43. n. 32. ſervant XXXVIIII.

1444. 5. 6. v. Eadem *Monumenta* p. 40. n. 14. & p. 39. n. 6.

1469. I. apud *Fabrettum* in *Inſcript.* c. 4. p. 288. n. 216. plane eadem, aucta verſione metrica, & accuratior in nonnullis, me quidem judice.

1478. 12. Eſt quoque in *Fabretti Inſcriptionibus* c. 3. p. 217. n. 563.

1488. 4. *Sponii* fide inducimur ut credamus, partem eſſe illius tituli, quem ſupra literis conſignaverat p. 1028. 2.

1491. 1. Miror a viro Cel. nec *Donianarum Inſcriptionum* Claſſ. xiv. n. 37. p. 430. nec *Gorianarum* lucubrationum injectam eſſe mentionem, e quibus tamen Epigramma lapidis reſtitui poterat.

1497. 10. pleniorem cognoſces e *Pithoei Epigrammat. Vet.* L. III p. 103. Gruter. 889. 2. & *Ferret. Muſ. Lapidar.* L. II. M. 19. p. 111.

1500. 1. vidit & exſcripſit *Donius*, ad cujus *Inſcript. Antiq.* Claſſ. xiv. n. 16. p. 425. te, Lector, allego.

1504. 11. apud *Fabrettum.* c. 2. p. 68. n. 32.

1511. 5. dudum ex ſchedis Barberinis excuſſit *Fabrettus* c. 2. p. 67. n. 33. habent quoque *Monumenta Vetuſtatis Kempiana* p. 39. n. 10. utrobique præſtat cognoſcere, quæ de operculis ad lacrymas diſputata ſunt. Illuc capitis primordia lege, hic quæ *Ainſvvorthus* de phialis lacrymatoriis p. 38. & p. 170. diſſeruit.

1512. 16 Conf. *Fr. Heſſelii Append. Præf. ad Gudii Inſcript.* Stell. 6. n. X.

1513. 11. dudum a *Grutero* 897. 8. & *Ferretio Muſ. Lapid.* L. I. Mem. 41. p. 71. tradita.

1521. 13. hæc menda facillime e medio tolli poſſunt, ſi *Sponii* Græc. Marmor. Sect. X. Miſcell. p. 371. & *Fabrettum* in *Inſcription.* c. 3. p. 152. 153. n. 123. legeris.

1522. 2. v. *Holth Corrig. & Animadvertenda ad* repetit. *Theſauri Gruteriani* editionem p. 353.

1523. 5. Eadem in *Sponii Miſcellaneis* Sect. VII. p. 246. n. 6.

1524. 1. inſpice *Fabrettum* c. 3. p. 149. n. 193. qui v. penult. FELICEM pro FEROCEM habet.

1525. 8. denuo recoquit dudum appoſitam a *Fabretto* c. 3. p. 223. n. 595.

1538. 8 vid. *Pithoei Epigrammat.* Lib. III. p. 117. *Gruter* 950. 10. & *Ferret. Muſ. Lapid.* Lib. I. *Mem.* 29. p. 53.

1539. 10 Eſt jam in *Fabretto* c. 5. p. 370. n. 133.

1442. 10. Extat in *Gudianis*, niſi quod illic APOLLONIVS occurrit.

1547. 11. v. eund. *Fabrettum* c. 2. p. 89. n. 166.

1551. 6. Tandem in vulgus prodire juſſit *Spon.* p. 289. Sect. IX. n. 20.

1554. 5. plane eadem in *Fabrett.* c. 3. p. 179. n. 370.

1560. 1. inſpice ſimul *Pithoeum* in *Epigrammat.* Lib. III. p. 120. & *Ferret. Muſ. Lapid.* Lib. IV. M. XI. p. 239.

1562. 2. Hunc ſemifractum lapidem in pariete Vitalis ædis ſe vidiſſe Mediolani ſcribit *Alciatus*, cujus fide reponendum eſſe judicamus v. 2. c. 1. pro GN. & v. 4. GN. F. pro GN. L. *Paridis* nomen adultero ibidem vir doctus tribuit, vel ei, qui infans mortem evaſerit, ut in pera ſit nutritus, quod græci interpretes deducunt παρὰ τὸ Παρείναι τὸν μηρόν, vel ἀπὸ τῆς Πήρας, Sumta hæc eſt obſervatio e *Didymi* Scholiis ad *Homeri* Iliad. M. p. 93. quæ vide.

1568. 4. ap. *Fabrett. Inſcript.* c. 1. n. 280. p. 48. excerptum videbis.

1574. 11. Eadem apud *Spon.* Sect. VII. p. 246.

1575. 1. v. *Fabrett.* c. 2. p. 94. n. 205. in verſ. ultimo EXTERVM plane habet.

1576. 6. vid. *Marmor. Oxonienſia* p. 40. n. 92.

1606. 10. prorſus idem titulus in *Sponii Miſcell.* Sect. IX. p. 289. n. 22. & *Monum. Vet. Kempianis* p. 40. n. 18.

1611. 2. 8. 11. 14. 19. Eaſdem, aut ſimiles certe offerunt *Sponiana* Sect. IX. p. 287. n. 1. & 4. it. p. 288. n. 6. 13. 10.

1612. 1. pertinet ad affectus parentum erga liberos. Elegantiorem vide in *Gudii Inſcript.* p. 226. 1.

1621. 11. Ejuſdem lapidis literati typum, veramque iconem quære in *Marmor. Oxonienſibus* p. 27. ed. *Matter.* n. 32.

1625. 1. Maffejana lectio cum noſtris ſchedis convenit. Mutilum vero & corroſum nimia vetuſtate lapidem cujuſdam *Rothſchützii* literæ teſtantur; unde didici, ſaxum illud ex finitima turri, quam coloni vulgo *Ovidianam* dicunt, in propugnaculum ejus vici tranſlatum eſſe. Eundem lapidem dele infra p. MMXXI. 2. rurſus exſcriptum. Ceterum inſpice *Maffeii obſervat. litterar.* T. I. p. 200. n. 26. & p. 212.

1628. 14. v. *Monumenta Vetuſt. Kempiana* p. 44. n. 37.

1630. 2. dedit eamdem *Bubierius* l. d. p. 21. (a)

1632. 3. v. *Monumenta Vetuſt. Kempiana* p. 40. num. 13.

1650. 17. deſcriptoris culpa SI omiſſum eſt, quod retinent *Fabrettiana Inſcriptiones* c. 2. p. 93. n. 193.

1654. 2. verſus jam a *Gudio* luci datos animadverti p. 317. 9.

1658. 13. vid. *Pithoei Epigrammata* L. III. p. 90. *Grut. Theſ. Inſcript.* 968. 12. *Ferretii Muſ. Lapid.* L. III. M. 26. p. 190.

1660. 8. edita jam eſt in *Monument. Vetuſt. Kempianis* p. 42. n. 30.

1664. 13. nullum dubium eſt, ſcribendum eſſe *Formoſas*. Ita enim *Grut.* 908. 1. & *Ferret. Muſ. Lapid.* L. I. *Mem.* 30. p. 54.

1672. 12. v. *Fr. Heſſelii Præf. App.* ad *Gud. Inſcript.* ****** 2. n. XV.

1677. 2. *Cicero* quoque *Tuſc. Quæſt.* Lib. V. c. 35. Epigramma ejus generis in baſto Sardanapali inciſum ridet, quod *Pithoeus in Epigram. Vet.* Lib. III. p. 82. recenſuit:

Hæc habeo, quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſerat, illa manent pulchra & præclara relicta.

Vid. Cel. *Gorium* in obſervat. ad antiqua Monum. addita *Inſcript. Donianis* n. LXXVIII. LXXIX.

1679. 3. Eſt in *Monumentis Vetuſt. Kempianis* p. 40. n. 15.

1683. 7. literarum ductus religioſius ſervati in *Monument. Vetuſt. Kempianis* p. 42. n. 29.

1694. 10. Eandem in acceptis referimus *Sponio* Sect. VII. p. 245.

1707. 3. v. *Spon. Miſcell.* Sect. X. p. 357. n. CII. Hanc inſcriptionem græcam haud feliciter reſtituit Cel. *Murarius*, jure notatus in *Miſcell. Lipſ. Nov.* T. I. Sect. III. p. 497. Sed integra tamen & emendata legitur in *Fabretti Inſcript.* c. X. p. 733. n. 453.

1711. 1. Eſt jam in *Fabretti Inſcript.* c. 10. p. 731. n. 449.

1722. 3. vid. *Monumenta Vetuſtatis Kempiana* p. 39. n. 3.

1624. 8. edidit *Spon. Miſc.* Sect. X. p. 357. n. CI.

1744. 6. Non unus eſt titulus, ſed tres diverſæ Inſcriptiones, ſi fides haberi debet *Ferretio*, cujus vide *Muſ. Lapid.* L. II. Mem. 12. 13. 14. a p. 103-105. prima Epigraphe apud eundem integrior legitur.

1766. 4. pictura ſua indotatam dimiſit *Cel. Murarius*, quam ex *Sponio* Sect. III. p. 118. n. VI. petere licet.

1769. 1. v. Fabrettum c. 2. p. 88. n. 164.

1769. 2. Hoc diſtichon in *Gudianis* locum invenit p. 336. 7. ubi *Zotichus* ſcribitur pro *Zoicus Epigr.* 7. lectio vitioſa *extraxere*, melius forte *Pith. Epigrammat.* L. III. n. VII. p. 113. *extruxere*; & *Grut. Theſ.* 748. 7. *Ferretiuſque Muſ. Lapid.* L. III. *Mem.* V. p. 168. *texeruntque*.

1771. 2. Integriorem dederunt *Gruterus* 659. 7. *Joſ. Caſtalio* in *adnotat.* ad *Rutil. Itiner.* L. I. v. 25. p. 38. ed. *Almelov.* it. *Ferret. Muſ. Lapid.* L. II. *Mem.* 46. p. 147.

TOMO IIII.

1834. 2. obtulit jam *Reineſius* Claſſ. XX. 33. p. 905.

1841. 5. Eadem Inſcriptio Chriſtiana apud *Spon.* Sect. XI. p. 297.

1880. 2. ipſos verſus e membranis Bibliothecæ Palatinæ edidit *Gruterus* 1176. 11. Sed hi integriores.

1905. 5. omiſſæ ſunt ab initio literæ D D S quas offerunt *Pithoeus* in *Epigrammat.* L. III. p. 83. *Grut. Inſcript.* 1055. 2. *Boldonius* in *Epigraph.* L. I. p. 36. it. *Ferret. Muſ. Lapid.* L. III. *Mem.* 32. p. 197.

1915. 4. Hoc Epigramma & ſenſu commodius, & verſificatione concinnius ex *Alciatinis* ſic profero:

MAR-

(a) Hic finis *Addend. & Emend.* Cl. A. quæ ad calcem hujus operis edit. Lipſiæ erant. Ubi addit: *Cæteris vel prave excuſis, vel minus ſubtiliter dictis, pro tua in nos indulgentia, humaniſſime Lector, veniam dabis.*

MARMORE NATALIS TEGITVR VENERABILE CORPVS
PRAESVLE QVO SACRIS EST SVVS AVCTVS HONOS.
GRANDE DECVS VATVM, SPES ET SOLAMEN EGENIS
NOBILIVM QVOQVE DVX ET PATER VRBIS ERAT.
CONDIDIT HANC SVPERIS POPVLISQVE FAVENTIBVS AVLAM
AEDEQ. CONSTRVCTA PLVRIMA DONA DEDIT.
VNDE QVEANT VIGILES DOMINO SERVIRE PER AEVVM
PROQ. SVIS CVLPIS POSSIT HABERE PRECES
PONTIFICVM IN SOLIO BIS SEPTEM MENSIBVS EGIT
LVSTRA FERE TOTIDEM VIXIT ET HIC SITVS EST.
PVB . SAL . ANN DCCL.

hoc eſt, *publicæ Salutis anno*.

Ad hunc tumulum *Natalis* Epiſcopi, in divi *Georgii* æde etiam nunc extantem, *Alciatus* auctor eſt, ſingulis annis a. d. Id. Majas Sacerdotes omnes religionis cauſa convenire, & inferias celebrare: cum enim ſummum diem habere, quo in divorum numerum eſſet relatus, ceterum religioſiſſime ab ipſis *Georgianis* Canonicis coli, quod templum ab illo ædificatum, ſodaleſque inſtitutos ferunt:

1921. 5. Eadem ap. *Reineſium Claſſ.* xx. n. 449. p. 1004.

1929. 6. habet jam *Gruterus Theſ.* p. 1058. 3.

1981. 3. a *Sponio* dudum publici juris facta l. d. Sect. III. p. 97. n. 57.

1985. 2. dudum prolata ab eodem *Sponio* Sect. III. n. 81. p. 106.

1986. 2 3. 7. omnes extant in *Sponianis Miſcell.* Sect. III. n. 88. & 92. p. 109. & 111.

1986. 8. v. *Monumenta Vetuſtatis Kempiana* p. 45. n. 39.

1990. 6. hunc titulum non in marmore, ſed in maximi moduli numo *Chriſtianæ* Reginæ fuiſſe, *Fabrettus* docet *Inſcript.* c. 6. p. 461. ubi integrum vide. Nihilominus tamen in marmore quoque legi, fidem faciunt *Monumenta Vetuſtatis Kempiana* p. 39. n. 1. quæ vide

2009. 1. vid. omnino *Sponium* loco d. p. 270. & 271.

2013. 12. Extat dudum inter *Sponiana Sect.* IX. p. 302.

2023. 2. Bis a *Fabretto* memoratur c. 3. p. 198. n. 479. & c. 10. p. 679. n. 48.

2027. 8. v. *Spon.* in *Græc. Marmoribus* Sect. X. p. 333.

2030. 1. habet jam *Fabrettus* c. 3. p. 241. ſed abſque imaginibus.

2043. 8. idem marmor eſt in *Sylloge Sponiana* Sect. VI. p. 210.

2045. 1. dudum a *Sponio* luci datam animadverto v. Sect. VI. *Miſcell.* p. 233.

2053. 6. Novis, doctiſſimiſque animadverſionibus hanc Inſcriptionem colluſtratam videmus a *Loyſio Bochato* in *Epiſtolica diſſertat.* Lauſannæ 1741. typis excuſa.

2073. 9. Fallitur Cel. *Muratorius*, ſi perſuaſerit ſibi, Epigramma nunquam antea editum eſſe. Legitur enim in *Pithoei Epigrammatibus* L. III. n. IV. p. 104.

2075. 1. Conf. Inſcriptiones *Ædibus Barberini Hieronymi Tetii a Philippo de Rubei* additas n. 3.

2083. 9. a *Fr. Heſſelio* in *Præf. Append.* ad *Gudii Inſcript.* ****** 2. num. 11. relatam offendes.

Hæc omnia profecto nollem Cel. *Muratorium*, virum tot luminibus omnis doctrinæ clariſſimum fugiſſent, quod dictorum & promiſſi ejus fides inde anguſtior redditur. Ita enim vir eximius in Præfat. ad T. I. *** *Curæ vero*, inquit, *mihi fuit*, *nullam in Syntagma hoc meum inferre Inſcriptionem*, *quæ antea prodierit in Libris* Gruteri, Reineſii, Sponii, *atque* Fabretti, *niſi quando correctiorem*, *aut pleniorem dare poſſe mihi viſus ſum*: *quod etiam adnotavi*. Verum ego tandem manum de tabula. Eſt enim tempus τὸν κορωνίδα ἐπιθεῖναι. Tu, interim, Lector erudite, plura conantibus nobis voluntate & ſuffragio Tuo ne deſis, vehementer quæſumus.

TANTVM!

ELENCHVS
ARTIS CRITICÆ LAPIDARIÆ.

LIBER I.

Scribendi & incidendi literas antiquiſſimus uſus. Col. 1.
Codicibus Inſcriptiones praiſſe par eſt credere. ibid.
De Obeliſcis Ægyptiis. 2.
Eorumdem Inſcriptiones, ſi hoc nomine appellare libet, an explicari poſſint. 4.
Quo tempore ſcribendi uſus inceperit, & quis literarum inventor. 5.
Enochi Patriarchæ tempore ſcribendi uſus an invaluerit. 6.
An hujuſmodi uſus ſtatim poſt diluvium invaluerit. 7.
Scriptores quamplures affirmant, literarum uſum a Phœnicibus ad cateras Gentes emanaſſe. 8.
De antiquiſſimis, & primordialibus Literis nobis notis. 9.
De Samaritanis Literis. 10.

LIB. II. CAPVT I.

De Inſcriptionibus, quæ in Græcorum Libris referuntur. 11.
Æri, & Marmori inſculpendi literas incœpit uſus plane cum ipſis literis. ibid
Inſcriptiones Veteres cum retroacta tempora ſpectent, rationem præmittit Cl. Auctor, cur ævum univerſum in quatuor periodos diſtribuat. 13.
Ad ſecundam temporum periodum progreditur. ibid.
Deorum minorum Gentium, ſive Heroum ad Divinitatem translatorum monumenta in judicium adducuntur. 14.
Pro commentitiis haberi oportet vetuſtiſſimorum Regum monumenta, quorum facta & nomina ambigua ſunt. 15.
Incipit ab Ægyptiis. ibid.
Ad Aſſyrios ſe confert. 16.
Ad Commentitiorum claſſem refert non pauca epigrammata a Veteribus exhibita, quæ Heroas, alioſque illuſtres Viros mythici temporis reſpiciunt. 18.
Nonnullæ Epigraphes, quamvis illorum ſcriptorum tempore, qui eas referunt, exſtitiſſent, falſitatis notam tamen effugere nequeunt. 20.
Non omnia Antiquitatis cimelia ſunt reiicienda. 21.
Ad fabuloſa tempora referri poſſunt aliqua pretioſa Ægyptiorum monumenta, & nonnulla etiam Etruſcorum. 22.
Signa veritatis habent Tripodes, quos Thebis in Bœotia vidit Herodotus. ibid.
De Græcis Epigrammatis, quæ ad hiſtorica tempora pertinent, agitur. 23.
De iis, quæ hiſtorica dici poſſunt. 26.
De uſu pangendi Inſcriptiones ante Perſarum bellum. 27.
Legitimæ credi poſſunt plures Epigraphes a bello Peloponneſiaco, ac ſequentium ætatum. 28.
In judicium adducuntur nonnullæ Inſcriptiones, quæ revera non epigraphes, ſed exercitamenta ſunt. 29.

CAPVT II.

De Inſcriptionibus, quæ in veterum Latinorum Libris referuntur. 33.
Initium ſumitur ab antiquis verſibus Saturniis. ibid.
De Epigraphis, quæ a Cicerone afferuntur. 34.
De iis, quæ a Livio. 37.
De iis, quæ a Valerio Maximo. 38.
De Legibus, quæ a Seneca Rhetore afferuntur. 39.
De Monumentis apud Plinium. 40.
De Inſcriptione, cujus meminit Paterculus. 42.
De iis, quæ apud Tacitum. ibid.
De iis, quæ apud Suetonium. 43.
De Epigraphe a Petronio T. Arbitro relata. 44.
De Senatuſconſultis a Jul. Frontino adlatis. 45.
De Epitaphiis, & legibus, quæ apud Plinium Juniorem. 46.
De Epigrammatis ab Hiſt. Aug. Scriptoribus adlatis. 47.

LIB. III. CAPVT I.

Canones traduntur ad fictitias Inſcriptiones Græce loquentes dignoſcendas.

Can. I. Inſcriptionum Græce loquentium commentitiæ paucæ deprehenduntur. 51.
Can. II. Marmorum inſpectio admodum conducit ad eorumdem veritatem explorandam. 57.
Can. III. Inſcriptionum verba, ac continentia examinanda. 73.
Can. IV. Inſcriptiones recte deſcribendæ, cum ex literarum omiſſione, vel permutatione errores non pauci oriantur. 97.
Can V. Inſcriptiones ſumma diligentia reſolvendæ. 105.
Can. VI. Inſcriptiones ſumma circumſpectione emendandæ, vel ſupplendæ. 112.
Can. VII. Græcorum Epigrammatum verſio ardua, ideoque ſæpiſſime in eorumdem translatione peccatum. 122.

CA.

CAPVT II.

Canones traduntur ad fictitias Inſcriptiones Latine loquentes internoſcendas.

I. *Antiquitatis indubitatum ferme argumentum eſt, cum inſcriptiones in æneis tabulis inciſæ repræſentantur.* Col. 159.
II. *Ad lapidearum Inſcriptionum explorandam fidem, marmoris genus, faciem, coloremque inſpicere oportet.* 161.
III. *Ad ſcripturæ obſervationem, atque judicium literarum tranſeundum eſt.* 163.

CAPVT III.

Exquiruntur, quæ in Lapidibus fictitiæ Inſcriptiones exſtant, & in judicium adducuntur. 187.
Initium a Veronenſibus Monumentis mendacibus in Muſeo Authoris extantibus ſumitur. 188.
Ad eam vetuſtorum Lapidum collectionem accedit, qui in Comitum Juſtorum hortis exſtant. 194.
De iis, qui ſunt in Muſeo Comitum Moſcardiorum. 196.
De iis, qui ſunt Vicetiæ in Comitum Gualdiorum horto. 199.
De iis, qui ſunt Tatavii in Alverſiorum domo. 202.
De iis, qui ſunt in Baſſanorum ædibus. 203.
De iis, qui ſunt in impluvio Nobilium de Lazzara. 206.
De Liviorum Monumentis. 209.
De iis, qui Venetiis ſunt. 211.
De iis, qui in Pontificia Ditione. 213.
De iis, qui Bononiæ. 216.
Ad illas convertitur, quos Malvaſia vulgavit. 219.
De iis, qui ſunt in Etruria. 222.
De iis, qui in Imperiali Cimeliarchio Florentino. 223.
De iis, qui ſunt apud D. Marchionem Riccardium. 234.
De iis, qui ſunt in Nobilium Gaddiorum Ædibus. 245.
Raro occurrunt ſpuria Epigrammata, quibus ſimulacra, aliaque ſculptilia, & ornamenta ſint adnexa. 250.
De lapidibus in eruditum luſum, & ad ornamentum elegans fabrefactis. 257.
De Strozziana Collectione. 264.

CAPVT IV.

Suſpectarum, quæ in Libris ſolummodo ſpectantur, inſcriptionum diſquiſitio peragitur. 267.
I. *Earum, quæ in Gruteri Theſauro.* ibid.
II. *Reineſii Syntagmatis diſquiſitio peragitur.* 391.
III. *Jacobi Sponii Miſcellaneorum Eruditæ Antiquitatis diſquiſitio.* 422.
IV. *Inſcriptionum Antiquarum Raphaelis Fabretti diſquiſitio.* 440.
V. *Variarum Inſcriptionum in jam laudatis Operibus non adductarum diſquiſitio.* 464.
De inſcriptionibus, quæ afferuntur ab Hiſtoricis Hiſpanicis. 465.
Exquiruntur nonnullæ epigraphes, quæ in Capacii Neapolitana Hiſtoria exſtant. 467.
De Tabulis Siculis a Gualtherio collectis. 468.
Lapidariæ Muſæ carmina quandoque nullam cum antiquis lapidibus cognationem habent. 470.
De Ænigmate a Seldeno relato. ibid.
De Nonnullis Epigraphis a Malvaſia relatis. 471.
De decantatiſſima Æliæ Criſpidis inſcriptione. 472.
De nonnullis Ariminenſibus inſcriptionibus apud Garuffium. 474.
De Nonnullis Brixianis apud Rubeum. 475.
De nonnullis apud Philippum a Turre Adrienſem Epiſcopum. ibid.
De tribus inſcriptionibus in Hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis. 477.
De Epigraphe in Antiquitatibus Umbrorum Franciſci Dini. ibid.
Nonnullæ Epigraphes ad examen revocantur relatæ in Hiſtoria Academiæ Reg. Pariſienſ. Inſcriptionum. ibid.

OBSERVATIONES CL. V. JOSEPHI DE BIMARD LA BASTIE Baronis Montis Seleuci ad nonnulla loca Novi Theſ. Veterum Inſcriptionum CL. V. LVD. ANTONII MVRATORII. 486.

CANNEGIETERI epiſtola ad CL. V. JACOBVM PHILIPPVM DORVILIVM de Inſcriptionibus quibuſdam ſylloges Muratorianæ. 505
Exquiruntur nonnullæ Inſcriptiones Cl. Bimardi in primo Volumine Nov. Theſ. adlatæ. ibid.
Exquiruntur nonnullæ, quæ in Diſſertatione prima, & in Diatriba de Diis Ignotis ejuſdem Bimardi in cit. Vol. adferuntur. 509.
De duabus Inſcriptionibus in Diſſertatione ſecunda, & in Epiſtola ejuſdem Bimardi relatis. 513.
Exquiruntur nonnullæ Inſcriptiones primi Voluminis Nov. Theſ. 514.

LAPIDVM VETVSTORVM EPIGRAMMATA & Periculum Animadverſionum in aliquot Claſſica Marmorum ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΑ *accurante CHRISTOPHORO SAXIO.* 541.
ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ. 549.

CAPVT I. §. I.

Tituli Veteres. 555.

§. II.

De iiſdem Titulis. 557.

CAPVT II.

Scholia in IANI GRVTERI Theſaurum. 563.

CA-

CAPVT III.

Scholia in REINESII Syntagma. 587.

CAPVT IV.

Scholia in MARQ. GVDII Inſcriptiones. 591.

CAPVT V.

Scholia in Cel. MVRATORII Novum Theſaurum Inſcriptionum. 598.
Scholia in Muratorianas Inſcriptiones Tom. I. ibid.
Scholia in Inſcriptiones Tom. II. 603.
Scholia in Inſcriptiones Tom. III. 613.
Sholia in Inſcriptiones Tom. IV. 616.

DII ANTIQVORVM CLASSIS I.

IVPITER.

1 *Ferrariæ.*
Miſit D. Can. Joſeph Scalabrini.

I. O. M
P. OLIVS
TERTVLLIANVS
OMNIB. HONOR.
FVNCT. T. P. I.
P. XXIIIS. F. VH
TERTVLLIANVS
ET. TERTVLLVS
FILI. P. C.

Vid. Murat. DCCXXVI. 10. & Don. Cl. I. n. 6.

2 *In Luſitania.*
Ex Hieronymo Jordano.

IOVI
OPTVMO
MAXVMO
VICANI
CAMALO
C. . . . I. N.
. . . .
. . . .

Id eſt:

Jovi Optumo Maxumo
Vicani Camalocei Impenſis Suis P.
Sive Camalocei Interramenſes P.

3 *Ex Muſeo Veron. pag.* CDXLVI. 2.

I. O. M
COH. I. HIS
CVI. PRAE
M. MAENI
VS. AGRIP
TRIBV
POS

4 *Ex Muſeo Veron. pag. cit. n.* 3.

I. O. M
C. CABAL
PRISCVS
TRIBVNVS

5 *Puteolis.*
Ex Muſeo Veron. pag. CCCLIII. 3.

IOVI. OPTVMO. MAXVMO
TERTVLLVS. SEVERVS. COMIANVS
ET. COMVS. COMINVS. POSTHVMVS
VOT. SOLVERVNT. L. M

6 *Ex Marm. Taurin. Part. II. pag.* 107.

IVPPITER CVSTOS AVGVSTAE TAVRINORVM

Gruter. XIX. 8. IVPITER. ubi puncta ad finem cujuſque vocis.

7 *Romæ.*
Extra Portam Salariam in Villa Eminentiſs. Alexandri Albani. Urna Cineraria, in qua tres fœminæ, & ſuper eas hæ Epigraphes.
Ex Eph. Lit. Flor. Vol. XV. col. 554.

LICINIA QVINTA	LICINIA PVRPVRIS	OCTAVIA SATVRNINA

IOVI OPTIMO MAXIMO
PVRPVRIONI.

8 *Siſcia.*
In Pannonia Superiori. Ex V. C. Eraſmo Froelich S. J.

I. O. M. FVLM. FVL.
SACR.
FL. VERVS. METROBAL
ANVS. PROC. AVG. N. PRAE
POS. SPLENDIDISSIM.
. VECT. FERR. PER
ASCLEPIADEM
ARK. STAT. SISC.
V. S. L. M.

Id eſt:

Jovi Optimo Maximo Fulminatori Fulgeratori
Sacrum
Flavius Verus Metrobalanus
Procurator Auguſti Noſtri
Præpoſitus Splendidiſſimus
Vectigalium ferri (e Notico devecti)
Per Aſclepiadem Arcuarium
Statuis Siſciae
Votum Solvens Libens Merito
vel *Voto Soluto, Locum Monumento*

1 *Brixia*
Ex Epiſt. CL. V. D. Antonii Abb. Sambutæ,
In Eph. Lit. Flor. Vol. XV. *col.* 734.

IOVI
P . P
DYONISIVS
V. S. L. M

2 *In agro Mogantino reperta.*
Ex V. Cl. Carolo Henr. de Klettenberg, & VVidech in Collectione Scriptorum Veterum Hiſt. Rom. T. I. Tab. XIX. *n.* 3. *pag.* 57.

I O M
ET
IVNO
NI RE
GINAE

C . SALLVSTI
VS . TAVRVS
E . PECVL. L..
LII . NG....

3 *Opitergii in caſtro.*
Ex Muſeo Veronen. CCCLXXVII. 4.

I . O . M
G . LVCIVS
TERTIVS . PRO
SE . ET . SVIS
V . S . L . M

4 *In Muſeo Veron.*
Ex Maffejo LXXIX. 1.

IOVI O M
C TITIVS C L HEDYLVS
VIVIR AVG V S

5 *Ibidem*
Ex Eodem l. cit.

IOVI
SANCTO
CASSIA
C F
IVSTA
V S L M

6 *Bignani, a Roma milliariis* XXV. *prope collem Lucerani, qui antiquitus Lucus Jani.*
Ex Muſeo Veron. CCCLVII. 1.

I . O . M
M . VLPIVS . AVG . LIB
THAVMASTVS
A . COMMENTARIIS
OPERVM , PVBLICORVM
ET . RATIONIS . PATRIMONI
D . D

7 *In Muſeo Veronenſi* LXXIX. 5.

IOVI
APENINO
T. VIVIVS CAR
MOGENES..
SVLPICIA EVPHRO
SYNE CONIVX
V. S. D. D

Extat in *Nov. Theſ.* VIII. 5., ubi perperam COMOGENES, & FVISYNE. Uti in *Tabula Itineraria Antonino tributa.*

8 *Ex Muſeo Veron.* CDXLVI. 5.

I . O . M
COH . IIII
GALLORVM
C . P . VOLCA..
VS . HOSPES
PRAEF . EQ

9 *Romæ.*
Apud V. Clariſſ. Franciſcum Blanchinium.
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCXVI. 1.

ΓΝΑΙΟϹ ΚΛΑΥΔΙΟϹ ΕΥΤΥΧΗϹ ΘΕΩ ΜΕΓΑΛΩ.
ΒΡΟΝΤΟΝΤΙ ΔΩΡΟΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
Gn. Claudius Eutyches Magno Deo Tonanti donum obtulit.

10 *Ex Theſ. Antiq. Benevent.*
Cl. V. Joh. De Vita Diſſ. 2. *p.* 53.

IOVI TVTATORI MAR...........

1 *Ibidem.*

LIMEN AD HOC POPVLI PERSOLVITE VOTA TONANTI

2 *Ibidem.*

IOVI VICTORI PACIFERO
SACRVM
M . SVTORIO M . F . MEN . VERO
VETERANO VOT . VOV
BELLO GERMANIC . DAC
SVTORIA VLPIANA ET TITVS
SVTORIVS M.F. MEN.HONORATVS
FAC. · CVR.
V . S . L . M

3 *In Muſeo Veron.* CCCCLXXI. 3. *Tabella aenea.*

PRO SALVTE
IMP CAESAERIS
M AVRELI SEVE
RI ALEXSANDRI
PII FELICIS AVG
IOVI OPTIMO MAXIMO DOLICENO

In duobus Titulis apud Reineſ. 15. & 225. Cl. I. legitur DOLYCHENO.

4 *Vindobonae. in Atriis Caeſareae Biblioth. Ex Maffejo* CCLXXXVI. 3. *in Muſ. Vindobonenſi.*

I . O . M . AETERNO
T . FL . FLAVIANVS
AVG . M . S . AP . ET DEC
COLL . FABR . VNAELIA
VINDIA . CONIVGE SVA
QVOD . PRO . SE ET FLA
VIIS RESTITVTO FLAVI
NO IANVARIO FLAVIAN
FILIS SVIS VOVERANT . V . S . L . M

Mur. III. 13. lin. 4. VNA ELIA
lin. 7. RESTVTO
lin. 8. IANVARIO FLAVINO
lin. ult. V . S . L

5 *Tibure Miſit V. Cl. Annibal de Abbatibus Olivieri.*

IOVI CVSTODI
SACRVM
M . AEMILIVS
FLACCVS Q

Dext. latere praefericulum ſine patera.

6 *In Muſeo Veron. Ex Maffejo CLXXXIX.* 1.

I . O . M
C . SAMVCIN
TERTIVS PRO
SE ET SVIS
V . S . L . M

7 *Brixiae prope S. Fauſtinum. E ſchedis Petri D. Gnocchi.*

IOVI . BRAR
F . APIDIVS . P . L
OMVNCIO
V . S . L . M

Murat. VIII. 7. lin. 2. P. AVIDIVS.

8 *Ibidem in S. Thoma ex iiſdem ſchedis.*

I . O . M . D
EX . IVSSV . EIVS
M . PVB . CLODIN
CANDID
NEQ . IN . HAC . ARA
SETATVS . AC . RITV . EI

Manca, & varians penes Murat. VIII. 3.

9 *Aſturicae. Ex Donio Claſſ. I. n.* 8.

I O M
.....ACO.CATVLLI
NVS. VIR. CONSV
LARIS . PRAESES
PRO . SALVTE SVA
SVORVMQVE
OMNIVM . POSVIT

10 *In aede Franciſcanorum Convenarum Vallis Caprariae. Ex eodem Claſſ. I. num.* 3.

I . O . M
L. POMPEIVS
MASCVLINVS
V . S . L . M

11 *Ex Ampliſſ. Praeſule Benedicto Paſſioneo V. C. in Libro, cui titulus:* Inſcrizioni Antiche &c. Cl. I. n. 1.

I . O . M
EX IMP
STERTINIA
CYPRIS
D . D

Murat. VII. 3. omittit ult. lineam. Leg. verſ. 2. EX IMP. *Ex Imperio.* Inquit enim Reineſius in not. ad Epig. 18. Cl. I. „ *Imperio Deorum, Dearumque, ex praecepto Deorum, ex juſſu* „ *Numinis*, quidquid facerent, facere videri volebant Pagani.

1 *Mediolani.*
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam pag. 82.

I. O. M. DIIS. DEABVS
MANSVETVS. ET FIRMVS F.
TI. FIRMASI VI VIR IVNIOR
PRO SALVTE. ET INCO
LVMITATE V. S. L. M.
EX VOLVNTATE Q. ALBINI
SECVNDINI. ET

Mur. xx. 8. e *Franc. Ciceteii ſchedis* verſus IV. & V. omittit.

2 *Neapoli*
prope Turrim Annuntiationis
Ex Hiſt. Lit. Ital. vol. X. 624.

Q. LOLLIVS SCYLLAX ET
CALIDIA ANTIOCHIS MATER
C. CALIDIVS NASTA IOVI
V. S. L. M.

Nemauſi in Templo Dianæ.
Ex V. C. Joh. F. Seguierio
Baſis.
in dext. latere Icuncula vulgo Dianæ Epheſiæ putata; ſiniſtro Clypeus & Pugio.

I. O. M. HELIOPOLITAN
ET NEMAVSO
C. IVLIVS. TIB. FIL. FAB
TIBERINVS. P. P. DOMO
BERITO. VOTVM. SOLVIT

Extat in Tom. VII. p. 218. *H. l. de la Ville de Nimes Leonis Menard nuper edita.*

4 *In Africa non longe ab urbe Conſtantina.*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. III. pag. 76. n. X.

IOVI. O. M.
TEMPESTATIVM
DIVINARVM POTENTI
LEG. III. AVG. DEDICANTE
Q. FABIO CALVITINO
LEG. AVG. PR. PR.

Jupiter præerat aeri, in quo imbres, tonitrua, ac tempeſtates, unde hic *Tempeſtatium Potens* infrequenti epitheto appellatur. Seguinus affert numum, in quo viſitur Jupiter dextra pluviam comprimens, ſiniſtra fulmen tenens. *Tempeſtatium* pro *tempeſtatum* antiquitus, ut *Civitatium* pro *Civitatum* apud Livium. Hæc ex adnotatione Sponii ad hanc breviter excerpli, ut ad nonnullas alias Sponianas Inſcriptiones faciam.

5 *Vitoduri,*
apud Helvetios.
Miſit V. Cl. Sam. Schmidt.

I. O. M *ſic*
DIIS MANIBV
CORLVSACIOV
IVL F PVALEV.

6 *Olim in Inſula Gardæ.*
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

I. O. M. ALANNI
NO. M. NONIVS. MA
CRINI. LIB. AGATHO
NICVS. CVM. POR
TICVLA. V. S

Sponius *Miſcell. Erudit. Antiq Sect. III.* pag. 117. n. CIII. ponit *prope Brixiam* in *Territorio di Conceſio;* & ſcribit: ALANNICO.

7 *Chalcedone, quæ nunc Cadikioi.*
Ex Donio Claſſ. I. num. 104. *pag.* 38.

ΟΥΡΙΟΝ ΕΚ ΠΡΥΜΝΗΣ ΤΙΣ ΟΔΕΓΗΤΗΡΑ ΚΑΛΕΤΟ
ΖΗΝΑ ΚΑΤ ΑΠΡΩΤΟΝ ΩΝΙΣΤΙΟΝ ΕΚΠΕΤΑΣΑΣ
ΕΣΤΕΠΙ ΚΥΑΝΕΑΣ ΔΙΝΑΣ ΔΡΟΜΟΣ ΕΝΘΑ ΠΟΣΕΙΔΩΝ
ΚΑΜΠΥΛΟΝ ΕΙΛΙΣΣΕΙ ΚΥΜΑ ΠΑΡΑ ΨΑΜΑΘΟΙΣ
ΕΙΤΑ ΚΑΤ ΑΙΓΑΙΑΝ ΠΟΝΤΟΥ ΠΛΑΚΑΝΟΣΤΟΝ ΕΡΕΥΝΑΙ
ΝΕΙΣΘΩ ΤΩΙ ΔΕ ΒΑΛΩΝ ΨΑΙΣΤΑ ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΞΟΑΝΩΙ
ΩΔΕ ΤΟΝ ΕΥΑΝΘΗ ΤΟΝ ΑΕΙ ΘΕΟΝ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΠΑΙΣ
ΣΤΗΣΕ ΦΙΛΩΝ ΑΓΑΘΗΣ ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΕΥΠΛΟΙΗΣ

Invocet ipſe Jovem, qui vela rudentibus aptat,
Qui vento puppim proſperiore ferat.
Cyaneos inter ad fluctus, ubi propter arenam
Neptuno in gyrum curvæ agitantur aquæ.
Inde per Ægeum reditum paret, æquoris oram,
Et ſtatuæ rediens huic pia liba ferat.
Filius Antipatri felicis per mare curſus
Æternum voluit ſymbolon eſſe Deum.

Latinis his verſibus reddit Cl. Salvinius. Corruptam edidit Reineſius 91. I. & nonnullis in locis immutatam Fleetwod in *Syllog. Inſcript. Antiq. pag.* 52. at recte Cl. Bonada ex Donio Tom. I. Claſſ. I. *pag.* 73. in *Carmin. ex Antiq. Lapid.*

1 *Ara votiva alt. pal. R. 3. 1.*

E Narbona Dalmatiæ Venetias in Muſeum Nanium tranſvecta 1758.

Ex Ampliſſ. Præſule Joh. Bapt. Paſſerio V. C. in Libro, qui inſcribitur : Oſſervazioni ſopra alcuni Monumenti Greci e Latini del Muſeo Nani *Sez. III. pag. XXIV. edit. Venetiis* 1760.

I . O . M . S
P . MESCENI
VS SEVER
ANVS . V .
. S . I . M

In ult. lin. legerem *Votum Solvit Libens Merito ;* Dum pro L. ibi ſit litera I. errore Quadratarii, vel Marmoris antiquitate exeſa.

2 *Patavii*
Apud Excell. Comit. Lazzaram
Ex Sponio in Miſcell. Sect. III. pag. 96. n. LIII.

I . D .
C. HELVIVS
ROMANVS
PRO SE ET SVIS
V . S .

Fortaſſe Jovi Deo, vel *Iſidi Dominæ*, vel *Junoni Divinæ ;* ut vult Vrſatus in *Hiſt. Patav.* quia *Juno* Patavii Templum habebat, vel *Incognito Deo* Alii. Vid. ad hanc Sponii notas.

3 *Olim Jordæ in Daciæ*
Ex Maff. in Muſ. Vindob.
CCXLVII. 2.

I . O . M
SEMPR
VALENTI
NVS . BF . LEG
V . L . S

4 *Ex Eodem pag. cit. n.* 5.

I O M
CETERIS DIS . DEA
BVSQVE AVG . LEG
XIII . G
V . L . S

5 *Ex Eodem pag. cit. n.* 4.

I . O . M
P . AELIVS
CAIVS
MIL . LEG
XIII . G . V . S

6 *Materni*
in agro Brixiano.
In ædibus DD. Veronenſium e ſchedis Petri Gnocchi V. C.

IOVI
P . P
DIONYSIVS
V . S . L . M

7 *In ſuburbio Caſtri Giuffredi in eodem agro.*
Ex iiſdem ſchedis.

IOVI
V . S . L . M

8 *Vindebonæ,*
in Atriis Bibliothecæ Cæſareæ
Ex Maffeio in Muſeo Vindob.
CCXXXVI. 2.

I . O . M
IVNONI REGINAE
MINERVAE
L . ANNIVS ITALICVS
HONORATVS . LEG .
AVG . LEG . XIII . GEM
ANTONINIANAE
PRAEF . AERARII
MILITARIS . SODALIS
HADRIANALIS . CVM
GAVIDIA TORQVATA
SVA ET ANNIIS ITALICO
ET HONORATO ET
ITALICA FILIIS

Grut. V. 3. lin. 8. G L A V D I A.
Monav. Sched. G. A V I B I A

9 *Ex Eodem pag.* CCLVII. *6.*

I . O . M
CONSERVATORI
M . VALERIVS
LONGINVS
LEG . LEG . XIII
GEM . SEVERIANA
CVM . SVIS . EX . VOTO

10 *Ex Eodem* CCLVIII. 1.

IOVI MONITORI
CONSERVATORIQVE
. . . .
LEG . AVG . LEG . XIII . GEM
SOMNO MONITVS

1 *Ad Pronoeæ Minervæ Fanum*
Ex Diodoro Sic. XI. p. 13.

ΜΝΑΜΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΑ ΝΙΚΑΣ
ΔΕΛΦΟΙ ΜΕ ΣΤΑΣΑΝ ΖΑΝΙ ΧΑΡΙΖΟΜΕΝΟΙ
ΣΗΝ ΦΟΙΒΩΙ ΠΤΟΛΙΠΟΡΘΟΝ ΑΠΩΣΑΜΕΝΟΙ ΣΤΙΧΑ ΜΗΔΩΝ
ΚΑΙ ΚΑΛΚΟΣΤΕΦΑΝΟΝ ΡΥΣΑΜΕΝΟΙ ΤΕΜΕΝΟΣ

Laurent. Rhodoman.

Teſter ut antiqui robur, palmamque Duelli
Votivum Delphis me ſtatuere Jovi,
Auſpice qui Phœbo Medum pepulere cohortes,
Fortiter & nitidam huic aſſeruere Domum.

Ad hanc adnotat Bonada T. I. pag. 77. „ Xerſes a Thermopylis digreſſus per Phocenſium, deinde Dorienſium agros iter fa„ciens, parti copiarum mandat, ut Delphici Apollinis incenſo templo ſacras opes eripiant : ſed barbari ad Pronoeæ, i. e. „ *provida*, Minervæ templum delati, repentina vi imbrium, ac fulminum perterrefacti, concitata inde fuga, ſeſe proripiunt : „ Græci hanc Dei præſentiam tropæo Delphis ad Minervæ fanum erecto teſtatam poſteris voluerunt. *Diodor. ibid.*

2 *Romæ*
in ædibus Equitis del Pozzo.
Ex Sponio Miſcell. E. A.
Sect. III. pag. 71.

I . O . M
SVMMO
EXSVPERAN
TISSIMO

Sculptus ibidem *vir togatus prolixa barba, dextra pateram geſtans, cum Cornucopia retro illius caput.*
Exſuperantiſſimum dictum cenſet *Sponius*, vel quod cæterorum Deorum vires ſuperaret, vel quod homines bonis abundare concederet, unde retro illius caput viſitur Cornucopia abundantiæ ſymbolum.

3 *Romæ*
apud Delfinios.
Ex Maſſejo inſcript. Var. CCXCII. 5.

IOVI . O . M
M . FLAVIVS
TRHEPTVS
EX . VISV . P

5 *Mediolani*
apud Marchionem Recalcatum.
Ex Eodem. CCCLXIX. 3.

I . O . M
MATRONIS
CONGAM . . . . . .
L . CLODIVS
MARCIAN
V . S . L . M

4 *Manerbii*
in agro Brixiano.
Ex Eodem.
pag. CCCLXXIX. 1.
In fronte nihil aliud niſi

IOVI

Retro nihil aliud niſi

DAT

In latere dextro patera, in ſiniſtro ſimpulum.

6 *Sibenici in Dalmatia.*
Ex Sponio Miſcell. Erudit. Antiq.
Sect. III. pag. 73. *n.* IV.

IOVI . O . M.
TARANVCO
ARRIA SVCCESSA
V . S .

Jovem iſtum in Dalmatia cultum non facile agnoſces. *Jacobus Flournoy* adlatus a Sponio in hunc locum, hoc epitheton inde petendum vult, quod Jovem ſuum Galli *Taranis*, ſive *Taramis* nomine adorarent, cui victimas humanas immolabant, teſte Lucano,

Et Taramis Scythica non mitior ara Dianæ.

Bernardus Profeſſor Oxonienſis, Jovem *Taranucum* dici cenſebat pro Tonante, eoquod vox *Taran* in partibus Britanniæ Auſtralibus tonitru ſignificet, atque in Dalmatiam ex veteri lingua Celtica tranſiiſſe hanc vocem.

8 *Romæ.*
Ex Eodem Sponio in loc. cit. pag. 77. *n.* XII.

I. S. I. P. D. M.
ISIDI SALVTARI
PRO SALVTE Q. VERGILII
MODESTI CASSIA MATER
V. S. D.

Cl. Bellorius ita legit lin. 1. *Jovi Serenæ Junoni Placidæ Diis Magnis.*

7 *Romæ effoſſa in vinea*
D. Joh. Bapt. Bernabò,
Via Appia inter S. Sebaſtiani,
& Metellæ ſepulcrum, vulgo Capo di Bove
Ex Marangonio Memorie dell' Anfiteatro Flavio *&c. pag.* 85.
In fronte votivæ Aræ, in Corona quercea.

I . O . M . SOLI . SARAPIDI
SCIPIO . ORFITVS . V . G . *ſic*
AVCVR *ſic* Ꝺ
VOTI . COMPO . S . REDDI . IVS

In dextero latere tropæum, penes victoria; in ſiniſtro mulier ſedens ſuper diverſa arma, ac lanceam tenens. In alia facie murus Urbis turribus munitus. Ante portam majorem altera mulier ſedens, varios fructus gerens, ad cujus ſiniſtram puer, ad illos manum protendens. Contra eam Vir inſidens tauro verſus mulierem gradienti, & Cornucopiam ſiniſtra capiens, dextera tenens ramum viridem fructibus onuſtum. Intra mœnia cupreſſus aliquæ. Tandem in altero latere mulier ſtans, ſtolata, & capite velato taurum ſacrificans.

9 Eamdem emendatam affert
Cl. Zacharia in Excurſ. Liter. per Italiam
pag. 361. *& ponit Antii, anaglyphorum mentionem non faciens.*

I . O . M . SOLI SARAPIDI
SCIPIO ORFITVS V . G *ſic*
Ꝺ AVGVR Ꝺ
VOTI COMPOS REDDITVS.

1 *Ex Cujacio Obſerv. Lib. x. Cap. xxxv.*

I . O . M . ROMVLO . PARENTI
MARTI . AVXILIATORI
FELICIBVS AVSPICIIS
CAESARIS . D . NERVAE . TRAIANI
CONDIT A . COLONIA . DACICA . ZERMIS
PER . M . SCAVRIANVM : PROPRAETOREM

Hanc variantem dedit Gruterus VI. 3. ſcribendo SARMIZ. pro ZERMIS. & lin. ult. PROPR. Præferendam tamen puto Cujacii lectionem, quam tuetur Vlpiani textus, qui a Gothofredo ita adfertur: *In Dacia quoque Zermenſium Colonia a Divo Trajano deducta Juris Italici eſt.*

2 *Ex Cl. Weſſelingio in Notis ad Itinerar. Antonini.*

IOVI OPTIMO MAXIMO
SACRVM
L VIBIVS L F PVB SABINVS VI VIR AVGVSTAL
PATRONVS AVSVGANEI
H V

3 *Ex Pauſania Lib. V. 175.*

ΤΩΙ ΔΙΙ Τ'ΑΧΑΙΟΙ ΤΑ ΑΓΑΑΜΑΤΑ ΤΑΤΤ' ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΕΓΓΟΝΟΙ ΑΝΤΙΘΕΟΥ ΤΑΝΤΑΛΙΔΑ ΠΕΛΟΠΟΣ

Signa Jovi hæc olim magno poſuiſtis, Achivi,
Quis genus a divo Tantalida Pelope.

„ Achaici populi (ait Cl. Bonada *Carmin. ex Antiq. Lapid. Tom. I. pag. 68.*) communi impenſa cum armis & clypeis dicarunt „ eorum ſigna, qui forte ducti cum Hectore congreſſuri erant: ſtabat e regione Neſtor, conjectis in galeam fortibus: „ ducti forte erant novem, ſed noni ſtatuam, nempe Ulyſſis, Nero Romam deferri juſſit. Uni Agamemnoni erat ad- „ ſcriptum nomen, inverſo litterarum ordine a dextra in lævam.

4 *Ex Marm. Salonitanis pag. VII. n. 3.*

I . O . M
MAVRILIVS CL. F. CLEMENS
CL. NEPOS. EPICARMVS. VELLIVS
MAX. F. DECVR. L. CN. F. EDITVVS
ARAM. L. P. C. DD.

H. e. *Locus Publice Conceſſus Decreto Decurionum.*

5 *Neapoli effoſſa.*
Ex Hiſtor. Liter. Ital. Vol. XIV. *p.* 107.

Q. LOLLIVS SCYLLAX ET
CALIDIA ANTIOCHIS MATER
C. CALIDIVS NASTA IOVI
V . S . L . M .

6 *Lomaſi in Valle Judicariarum Principatus Tridentini. Miſit Fr. Joſeph Hippolytus a Pergino, ad fidem lapidis.*

I . . . .
L CVLLONIVS
ſic LEI. F. FAB. PRIMVS
.. EC. ALAE. I. CANAFATIVM
DEC. BRIXIAE. NOMINE. SVO. ET FILI
ORVM. PRIMI. ET. PATERNI. T. F. I
LEBVSIVS. CAPIT. FAC. CVR

Murat. MXXXV. 2. ex Hier. Tartarotti, lin. 1. IOVI. lin. 2. L. CALLONIVS. lin. 4. DEC. ALAE. I. CAFANATIVM lin. 6. PATERNI F. I. lin. ult. CAPITO

7 *In loco qui dicitur* Bagnolo alla Madonna della Neve, *in agro Brixiano. E Schedis D. Abb. Petri Gnocchi V. C.*

I . O . M
Q. PETRONIVS
ANTONIANVS
EX . VOTO
POSVIT

8 *In Caſtro* Giuffredo *agri Brixiani. Ex iiſdem Schedis.*

P . MAGIVS . P . F
IOVI
V . S . L . M

Murat. V. 3. in fine lineæ 1. non habet P. F.

9 *In Caſtro Flero agri Brixiani. Ex iiſdem Schedis.*

IOVI
OP . MAX
V . S . L . M

1 *Ex Marm. Salonitanis pag.* VII. *n.* 2.
In atrio Archiepiſcopalis Palatii Spalati ex ruinis Salonarum.

I . O . M .
SAKRVM
L . EGATIVS . L . F .
KN . NEP . KN . PRONEP .
TRO . KLEMENS
DEKVRIO . AVGVS

Sic in Lib. MS. Spal. 101. Mur. 111. 10. lin. 3. L. BONATIVS. & lin. ult. DECVRIO AVGVR.

2 *In ruderibus Cemenelii, prope Niciam Provinciæ, In domo Mayer Lugdunenſis. Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. I. Art.* V. *pag.* 20.

IOVI . O . M .
CETERISQ . DIIS
DEABVSQ . IMMORT
TIB . CL . DEMETRIVS
DOM . NICOMED .
V . E . PROC . AVGG. NN.
ITEM CC . EPISCEPSEOS
CHORAE INFERIORIS

Lin. 5. DOM. id eſt, *Patriæ*.
Lin. 6. *Vir Egregius*.
Lin. 8. CG. *Epiſcepſeos Choræ &c.*

Id eſt, *ducentiſſimæ inſpectionis regionis inferioris*. „ Ducentiſſima erat vectigal, quo numinus pro „ ſingulis ducenis nummis pendebatur. Tacit. „ Ann. II. C. 42.

3 *Ultrajecti, in horto Grævii. Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. p.* 72.

Heic duo canes incedentes.

IOVI . O . M. SVMMO
EXSVPERANTISSIMO
SOLI INVICTO APOLLINI
LVNAE DIANAE FORTVNAE
MARTI VICTORIAE PACI
C. ANTISTIVS. ADVENTVS
LEG. AVG. PR. PR.
DAT

Adſertur a Reineſio I. 244. pag. 226. Sed non integra. *Hac inſigni* (inquit Sponius) *ara Jovem non modo Exſuperantiſſimum, ſed alios majorum, minorumque gentium Deos venerabatur Cajus Antiſtius Adventus Legatus Auguſti Pro-Prætor Provinciæ, ut opinor Germaniæ inferioris, ſiquidem in ea marmor erutum fuit. Adventum autem Conſulem An. Chr.* 218. *memorant Faſti Capitolini, omiſſo prænomine familiæque nomine, imperante Macrino: quem eumdem eſſe, qui Cajus Antiſtius Adventus integro nomine vocabatur, veriſimile eſt; quique prius legatione iſta, quaſi ad Conſulatum gradu functus erat, ſub Severo, vel Caracalla poſt Commodum regnantibus, cujus tempore invaluit, ut ex nummis liquet, Jovis Exſuperantiſſimi cognomen.* Vide *Art. Crit. Lapid.* Lib. III. cap. IV. n. II. col. 401.

4 *In loco, qui dicitur* Gambara *agri Brixiani, in Horto Eccl. S. Mariæ ad Nives. Ex ſchedis D. Petri Gnocchi.*

IOVI
P . VTILIV .
PAGAN

5 *Prope oppidum Manſelouth, a Cairo Leucis* LXX. *in meridiem, muro infixa Eccleſiæ vetuſtiſſimæ S. Victoris Ægyptiaci, quam hodie Copti tenent. Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCCLV.

IOVI HERCVLI VICTORIAE
IMPERATOR . CAESAR . CAIVS . AVRELIVS . VALERIVS . DIOCLETIANVS . PIVS
FELIX. INVIC. AVG. PONT. MAX. GERM. MAX. TRIB. POT. V. COS. III. PROCOS. ET
IMPERATOR . CAESAR . MARCVS . AVRELIVS . VALERIVS . MAXIMINVS . PIVS
FELIX . INVIC. AVG. PONT. MAX. GERM. MAX. TRIB. POT. III. COS. II. PP. PROCOS
INVICTISSIMI . PRINCIPES. NN . TOTIVS . ORBIS . RESTITVTORES
CASTRA . COHORTIS . I. AVG. PRAET. LVSITANORVM
PROVIDENTIA . SVAE . MAIESTATIS . EXTRVCTA . DEDICAVERVNT

6 *Romæ Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. Art. I. pag.* 81.

SIG . IOVI
ISTIGIO
C . ATINIVS C . F .
CLV . MARIVS
VOTO SVSCEPTO
PRO SAL . VX. SVAE
D . S . P . P .

Id eſt, *Signum Jovi Stygio* (ISTIGIO enim videtur error eſſe Scultoris:) *Cajus Atinius* Caii filius, *Cluſtumina* Tribu, *Marius, voto ſuſcepto pro ſalute uxoris ſuæ de ſua pecunia poſuit*.

7 *Forolivii Ex Sponio in cit. Oper. pag.* 80.

I . O . M . OBSEQVE .
M . VARENVS
POLYBIVS PRO SE
ET SVIS
V . L . S
M . AVRELIO CETHEGO
L . IVNIO CLARO COS .

„ Fortunæ *Obſequentis* (ait Sponius) cujus templum in „ Capitolio poſuerat Servius Tullius, meminere Plu„ tarchus, & numiſmata. At Jovis *Obſequentis* neſcio, „ an aliquis fecerit mentionem. Ara dedicata ſub „ conſulatu Cethegi & Clari, Marco Aurelio imperante, anno Ch. 170.

Genevæ
1 *In Ara ad Arvam effoſſa.*
Ex Sponio in Miſcell. E. A. Sect. III. p. 72.

IOVI . O . M
CINGI DVO
STABVLO ET
AVLVS

„ Variis (ait Spon.) ſub cognominibus colebatur Jupiter pro variis locis, in quibus ejus vigebat cultus; & pro diverſis beneficiis, quæ ab ipſo mortalibus concedi credebantur. Hinc Jovis Tonantis, Cuſtodis &c. epitheta. Sed quid ſibi velit cognomen Jovis O. M. Cingidui, alii interpretentur. Eſt Cinga, (pergit Sponius) Hiſpaniæ citerioris fluvius, ex Pyreneis fluens, de quo Lucanus Lib. 4.

. . . . *Campoſque coërcet*
„ *Cinga rapax, vetitus fluctus, & littora curſu,*
„ *Oceani pepuliſſe ſuo: nam gurgite miſſo*
„ *Qui ſtaſſat terris, aufert tibi nomen Iberus.*

„ Sed potius a *Cinga Cingaduus*, quam *Cingiduus*: Forſan a cingentibus Genevam urbem montibus? At nimium leves conjecturæ. Apud Guichenonem hæc ſic habet: *JOVI.* O. M. *Cingi duo & Aulus*, diviſa ſcil. voce *Cingiduo*.
„ An vero ſic legendum CINGI DVO, neſcio, ut exprimatur duos *Cingios*, ideſt *Stabulonem* & *Aulum* Jovi hunc lapidem voviſſe.

2 *Romæ*
In horto D. Petri in Montorio.
Ex Eodem in cit. oper. pag. 78.

IOVI OPTIMO
MAXIMO
SABATIO
C. CAETRONIVS OCCI
VS VALERIANVS MIL.
SEMPLAR. ARMATVRAE
V . S . L . M

Sabatius Jupiter idem eſt ac *Sabazius*, qui & in aliis Inſcript. apud Grut. occurrit. Frequentiſſimum fuit hocce cognomen *Bacchi*, teſte Heſychio; at etiam *Jovis*, ut præter marmora, confirmant antiqui Scriptores, Firmicus *de Errore profanarum Religionum*: *Sabazium colentes Jovem, anguem, cum initiantur, per ſinum ducunt*. Forſan a Baccho ad Jovem translatum fuerit epitheton, eo quod Jupiter Bacchi parens cenſeretur. Vide *Diodor. Sicul.* L. 3. Irrepſit vox illa ex *Saboe* Bacchantium Thraciæ, ſicut & *Evoe*; hinc Bacchi ſacerdotes Σαβοὶ vocati, & feſta ipſi *Sabazia* inſtituta, teſte Scholiaſte Ariſtophanis *ad Veſpas*: Cajus Cætronius miles *ſemplaris armatura*, hoc eſt, ut cenſet Sponius, *ſimplicis armaturæ*; ſic in antiquis marmoribus *Miles duplarius*, id eſt, *duplicis armaturæ*. At quare Miles hic duarum familiarum nomina fert, *Catroniæ* nimirum & *Occiæ*? Hoc quidem eveniebat, ubi aliquis in aliam familiam, quam in eam, in qua natus erat, adoptabatur, ſicque utriuſque nomen retinebat. Hæc ex Sponii nota compendioſe excerpſi.

3 *Guſſagi in agro Brixiano.*
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

DIS . OM
NIBVS
V . Q
V . S . L . M

4 *Romæ in Quirinali.*
Ex Sponio in Miſcell. E. A.
Sect. III. p. 80.

IOVI OPTIMO MAXIMO
DOLICHENO VBI FERRVM
NASCITVR C. SEMPRONIVS
RECTVS CENTVRIO
G. FRVMENTARIVS D. D.

Reineſ. 15. I. lin 2. DOLYCHENO lin. 4. CENT. 7. FRVMENTARIVS. & aliter verſus diſtribuit. De hac Vid. quæ adnotavi ad *Art. Crit.* Lib. III. Cap. IV. num. 2. Col. 391. & Not. Reineſii, ubi de *Jove Dolycheno* pag. 34. atque Sponium ad cit. Epig.

5 *Reperta in vico prope Montempeluſium, vulgo* Graſſano.
Ex Martorellio De Regia Theca Calamaria Pag. 504.

. . . . ΛΑΙΙΥΣ
. . . ΑΡΑΥ. . . . ΙΑΓΥΝΑ
ΑΥΤΟΥΕFΧΑΝΑΠΕ:
ΔΩΚΕ ΤΩΙΔΙΙ ΚΩΜΝΑ
ΡΩΙΙΑΙΔΙΙΕΛΕ. ΥΟΕΥΙΩΙ
ΥΠΕΡΑΥΤ. ΟΥ. ΚΑΙΠΟΛΙ
ΤΩΝΙΡΤΙΝΩ. ΝΙΓΙΑΣ
ΤΑΥ ΤΑΠΑΝΤΑΠΕΦΥ

Quam ſic reſtituit laudatus Martorellius:

ΕΝΟΣΕΙ ΑΧΙΛΛΕΥΣ
ΚΑΙ ΑΥΡΗΛΙΑ ΓΥΝΑ
ΑΥΤΟΥ ΕΥΧΑΝ ΑΠΕ-
ΔΩΚΕ ΤΩΙ ΔΙΙ ΚΩΜΝΑ-
ΡΩΙ ΚΑΙ ΔΙΙ ΕΛΕΥΘΕΡΙΩΙ
ΥΠΕΡ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΟΛΙ-
ΤΩΝ ΙΡΤΙΝΩΝ ΥΓΙΕΙΑΣ
ΤΑΥΤΑ ΠΑΝΤΑ ΠΕΦΥΚΟΤΙ

Et ſic vertitur ab eodem:

ÆGROTABAT ACHILLES
ET AVRELIA CONIVX
IPSIVS VOTVM SOL-
VIT IOVI COMNA-
RO ET IOVI LIBERATORI
PRO IPSIVS ET CIVI-
VM HIRTINORVM SALVTE
HORVM OMNIVM AVCTORI

6 *Ex Annal. Lit. Italiæ Tom. II. pag. 299.*

IOVI O. M. ET
MINERVAE FRVGIF
C. IVLIVS RVFVS C. V
PROCOS. CAMPAN
V S

1 *Ex Marm. Taurin. Par. II. pag.* 106.

IOVI IVNONI MINER
ANTONIA M. L. IBO
APHRODISIA SCIP
HOS II VENEREM
SPECVLVM DO
NVM DEDIT

Id eſt: *Jovi Junoni Minervae Antonia Marci Liberta Ibo Aphrodiſia Sciphos Duos Venerem* [id eſt Veneri] *Speculum Donum Dedit*.

Gruter. V. 6. lin. 1. IVNON. lin. 2. ANTONIA. M. LIB. lin. 3. & 4. SCYPHOS. H. VENEREVM.

2 *In Muro ad Palatium Epiſcopale Wormatienſe. Ex V. C. Joh. Strangio Nob. Anglo, qui exſcripſit.*

C RABVRIVS. FE
STVS. POMAR
RETIO. TRIB. LEG
VII. G. F. PRAEF
ALAE. SCVBVLO
RVM
IOV.

In Grut. XIII. 4. Varians, & mutila.

3 *Wormatiæ in aula Epiſcopali Ex Eodem Strangio, qui exſcripſit.*

I. O. M.
ET. IVNONI. REGINAE
VICTORINA. PRIMITIVA
POSVIT

Grut. VII. 6. lin. 2. ET. IVNO. contra fidem marmoris.

4 *Romæ In SS. Apoſtolorum. Ex Cyriaci Nov. Fragm. pag.* 58. *n.* 154.

IOVI. O. P
T. M. ET
DIIS. DEAB
OMNIBVS
P. ROSALIVS
ET. M. AVRE
LI LVCILIANI
A. SELLIO
VERVS AMICVS
V. S. L. M.

Ex Mazoch. Gruter. IV. 1. lin. 1. OP. ſine T. l. 5. P. ROSARIVS. Pigh. uti in noſtra, lin. 6. M. AVRELII. lin. 7. LVCIANI. lin. 8. ASELLIO. & aliter diſtribuit verſus. *Manifeſtum eſt* (ait Cl. Oliverius) *literas O. P. T. per errorem disjunctas fuiſſe, legique in lapide* OPT. *Ceterum quum Mazochius ipſe in Emendationib. in calce Libri appoſitis Inſcriptiones, quas eadem pag.* LVII. n. 6. 7. 8. & 9. *affert, ſe non vidiſſe teſtatus ſit, præſtat in* Cyriaci *authoritate conquieſcere*.

5 *Seprii in Inſubria. Ex Cyriaci Nov. Fragm. pag.* 59. *n.* 156.

IOVI O. T.
ET
DIIS. DEA
BVS. QVE
MASSELLIA. VALE
RIANA. VOTVM
S. L. M.

„ Hanc (inquit Oliverius) ex Mazochio Gruterus pag. III.
„ n. 6. in *Eccleſia SS. Apoſtolorum* collocat. Sed Mazochius
„ eam non vidit. Aliam inſuper Inſcriptionem huic agglu-
„ tinat, quam diverſam eſſe exiſtimaverunt, tam Scali-
„ ger, ut in repetit. edit. Gruteri notatur, quam Grute-
„ rus ipſe in *Corrig. & Animad.* Itaque abſque ullo addi-
„ tamento a Muratorio iterum vulgata eſt p. 3. 7. Ex ſche-
„ dis ſuis & ex Gratiolo, in quo p. 153. baſis ipſius figura
„ æri inciſa habetur ita, ut dubitari non poſſit recte Grute-
„ rum, Scaligerumque ſentiſſe de *Maſſellia Valeriana* hinc
„ expungenda. Sed Cyriacus rem in aperto ponit; non mo-
„ do enim diſtinguit, ſed duobus diverſis in locis ea marmora
„ vidit *Brevii* nempe illud *Coeli Baronis*, & Seprii *Maſſel-*
„ *lia Valleriana* votum.

6 *Ravennæ In Muſeo Archiepiſcopi. Ex Ephem. Lit. Flor. Tom. XI. col.* 277.

RRO. SAL. AVGG.
EX. IVSS.
I. O. M. D. CON
M. CAES. CHRESIM
AVG. RAVEN
CVM
SACCIDIA FELICITATE
CONIVGE ET
CAESIA CHRESIME
FILIA

Apud Mur. MLXXV. 1. deeſt 1. lin. *Ex Juſſu Jovis Opt. Max.* (aut Jovi) *Donum Conſecravit M. Caius Chreſimus Auguſtalis* (vel *Augur*) *Raven. &c.* Grut. XII. 5. lin. 7. FELICITA.

7 *Vorburgi in Hollandia. Ex Sponio Miſcell. Erud. Antiq. Sect. III. num.* 95. *pag.* 113.

I. O. M. SARAPI
ISIDI FRVGIFERO
CAELESTI FORTVN.
BONO EVENTO
FELICITATI LARI
VIALI ET GENIO
LOCI L. LVCRETIVS
PAL. FAVSTINIAN.
Ↄ. LEG. I. M. P. F. PRO. SE
SVISQ. HER. V. L. CONSACR.

Mutila apud Reineſ. 137. I. ex *Georg. Hornio Hiſt. Phil.* L. II. c. 5. Vid. quæ ad hanc eruditiſſime adnotavit CL. Criſtoph. Saxius in *Lapid. Vetuſt. Epigrammat.* cap. III. *Schol. in Reineſ. Syntag. Claſſ.* I. *n.* 137.

1 *Wormatiæ*
In Muro Palatii Epiſcopalis
Ex Eodem Strangio,
qui exſcripſit.

I . O . M
L . OCTAVI
VS . CELER
PRAEF . COH .
VII . BRIV . ET
COH . I . THRA
LEG . I . XX . PP.
IVL . PRIMVS

Mutila apud Grut. XIV. 8.

2 *Auguſtæ*
Prætoriæ Anglerianæ.
Ex Cyriaci Nov. Fragm. p. 41.
num. 95.

I . O . M .
C . TERTVLIENVS
QVINTVLVS
V . S . L . M .

Grut. ex Apiano XVI. 11. ponit *Angleriæ ad æd. B. Virg. in ara grandi*; & lin. 2. ſcribit Q. TERTVLLIENVS. prænomine C. immutato in Q. Sed legendum C. ut habet Alciatus, Cyriacus, & Cl. Zachar. *Excurſ. Liter.* pag. 89. n. CLXXXIII.

3 *Ex Cyriaci Anconit.*
Nov. Fragm. p. 17. n. 30.

ST . METTI
VS ZETHVS
IOVI
SABAZIO
D . L . D .
L . D . D . D .

Gor. T. II. Inſcr. Etr. p. 52. ex MS. antiq. Rhedio, & Grut. ex Apiano XXII. 4. qui *Lucæ* eam ponit; lin. 1. SP. hoc eſt, *SPurius : Verum quum* (inquit CL. Oliverius in Not. ad hanc n. 93.) ST. *Statii quoque prænomen non infrequenter a veteribus uſurpatum fuerit, ut Fabret. docuit* Inſcr. Dom. cap. I. p. 27. *donec aliquis marmor ipſum examinet, præſtat lectionem Cyriaci tueri*, qui eam ponit Lunæ.

4 *Ex Celſiſſimo Principe*
Turriſmutiæ Iſcrizioni Antiche di Palermo *Edit.* 1762.
pag. 1. *n.* 1.

IOVIS
COCVRRVS

Mendoſa utique quadratarii errore, vel ex MS. Muſei Caroli Ventimiglia V. C. ut & fatetur idem Clariſſ. Editor p. 65. qui eam exſcripſit ex cit. MS.

5 *Romæ*
In Muſeo Collegii Romani S. J.
Ex Antonio Lupo Diſſ. ad
Epitaph. S. Severæ Mart.
Cap. X. pag. 75.

IOVIS
CACVNVS

6 *Hæc in ærea lamella.*
Additis Inſcriptioni punctis
duobus ita Cl. A. legit.

IOVI.
SC.
ACVNVS

7 *Apud Vavarim Novarianam Villam ante Ædiculam.*
Ex Cyriaci Nov. Fragm.
p. 42. n. 105.

IOVI
O. M.
L. LVCILLVS
OPTATVS
V. S. L. M.

Reineſ. 7. I. ex ſchedis Langerm. lin. 3. LVCILIVS. ac in tres verſus diſtribuit, & locat *Novariæ ad Æd. S. Geneſii.*

8 *Ex Tom. I. Annal. Eccl. Baronii*
edit. Lucæ n. XIII. *p.* 44. *Olim Viennæ in Gallia.*

I . O . M .
TI . CLAVD .
CENSOR.
P . PROCON.
V . S . L . M.

Vide Grut. pag. XIV. 4. 5. ubi mutilæ, & variantes a noſtra.

9 *Romæ.*
Spon. Miſcell. Erud. Antiq. p. 81. *Sect. III. n.* 20.
Ex ſchedis Barberinis.

IOVI PATVLCIO ET
IVNONI PATVLCIAE
D . D . PR . ID . AVGV .
C . CAESIO LONGINO ET
SEX. DOMITIO CALVINO COS.
L. CALPVRNIVS L. F. PAL
MESSALINVS
PRAEFECT . FABR . OST.
IIII QVINQ.
DE SENATVS SENTENTIA
AEDEM FACIENDAM
COERAVIT E. II. P.

10 *Ex Sam. Pitiſco Lexic. Antiq. Tom. II. pag.* 359.

IOVI . CAPIT .
MARTI . ET . FORTVNAE
ALIISQ. DIS . CONSERVAT
DOMVS . AVG . . . . .

11 *Baſis inventa Syracuſis.*
Ex Cl. Lupio : Epitaph. S. Severæ pag. 90.

ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΓΕ . . . .
ΙΕΡΩΝΟΣ ΙΕΡΟΚΑΕΟΣ . . . . .
ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ

„ Quam inſcriptionem (ait. cit. Lupius) Dorice conceptam „ facile intelliges, ſi primum verſum ſuppleas : Βασιλέως „ ἁγεμόνος, vel ἁγεμονεύοντος Dorice pro ἡγεμόνος, vel ἡ„ γεμονεύοντος : Senſus en. eſt. *Rege præeunte Hierone Hieroclis* (filio) *Syracuſii Diis omnibus* obtulerunt. Hic lapis ad „ ſecundum Hieronem pertinet. Primus enim Hiero Dinomenis filius fuit, non Hieroclis : & frater fuit Gelonis. & Tyranni, quem Dinomenis filium veteres ſcriptores appellarunt.

12 *Mediolani ad Ædem S. Domnini.*
Ex Cyriaci Nov. Fragmen. pag. 35. n. 75.

IOVI
IVNONI
MINERVAE
Q. V. C. V. S. L. M.

Tam Gruterus (ait Cl. Oliver.) *pag.* V. 5. *quam Gratiolius pag.* 88. *tertia ſigla non* C. *ſed* G. *exhibent. Inde Fabret. in emendat. Grut.* pag. X. explicat *quod voverat gratus votum ſolvit libens merito; ſed abundare videtur illud* Gratus, *quum addatur* Libens; *quare tribus iis prioribus literis ſignatum fuiſſe exiſtimo nomen illius, qui Diis Magnis Jovi, Junoni, Minervæ votum ſolvit*; alterum ſiglarum interpretatio ab Holtheno facta in *Corrig. &c.* rejicienda omnino eſt. Grut. etiam aliter diſtribuit verſus.

I V N O.

1 *Parmæ*
In S. Johan. Evangel.
Ex Cyriaci Nov. Fragm. pag. 28.

IVNONIBVS
L ŦARIVS * PHILERO
S. † L. M.

Gruter. XXIV. 3. l. 2. ex Apiano PHILEROS. l. 3. L. M. * leg. PLARIVS Gud. † S. mſ. Pigh. Hæc illuſtrata fuit a CL. Turrio in Diſſert. *de Diis Aquilejenſibus* pag. 304.

2 *Beneventi*
Ex Theſ. Antiq. Benevent. Joh. De Vita Diſſ. II. pag. 67.

IVNONI QVIRITEI SACRA
C. FALCIDIVS L. F. *ſic* CONSOL
DEDICAVIT

3 *Ibidem*
Ex eodem in cit. Opere.

IVNONI REGINAE . . . . .
. . . .

4 *Ibidem*
Ex eodem in cit. opere.

IVNONI VERIDICAE
. . . .
. . . .

5 *Nemauſi apud Guyranum.*
Ex Eodem in cit. Opere.

L. ET INNONI B. OP.
IMP. PONI
NEMAVSENSES

Hanc Eruditus Guyranus ſic excuſit in litteris ad Sponium datis. *Libero & Junoni bene Opitulanti imperarunt poni Nemauſenſes*. Ubi *Innoni*, fabrili mendo pro *Junoni* ſculptum eſſe contendit. Vid. Art. Crit. Lib. III. c. IV. n. III.

6 *Romæ*
Apud Marchionem Alexandrum Capponium.
Ex Muſeo Veron. CCLXII. 3.
In Manubrio parvi cochlearis.

IVNONI LANVMVINAE SPS S VLP QVIRIN

7 *Baſis coronis ornata, in Provincia Forojulienſi a D. Comit. Canonic. Florio reperta una cum aliis figuratæ Antiquitatis ruderibus.*
Ex Hiſt. Lit. Ital. Tom. I. pag. 307.

IVNONIBVS
SACRVM
SEX LICINIVS

8 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. Art. I. pag. 83.

IVNONI MONETAE REGIN.
SACRVM
ANTONIVS L. L. EVTHETVS
ET ANTONIA DIONYSIA
VOT. SOL.

Junonem Monetam ita dictam fuiſſe a Romanis, refert Cicero L. *de Divinat.*, quod, cum terræmotus accidiſſet, ab ea moniti fuiſſent, ut ſue plena Diis placandis ſacrificium fieret. Liv. & Ovid. teſtantur ædem hanc *Junoni Monetæ* votam fuiſſe a Furio Camillo Dictatore. At Suidas hujuſce epitheti aliam originem indigitat v. *Moneta*. *Juno*, inquit, *tali de cauſa ita dicta. Romani cum in bello contra Pyrrhum & Tarentinos pecuniis egerent, Junoni votum fecerunt. Illam vero ferunt ipſis reſpondiſſe, ſi cum juſtitia ſeriam operam darent armis, pecuniam ipſis non defuturam*. Romani igitur voti compotes facti, IVNONEM MONETAM *coluerunt, hoc eſt, Conſultricem, ſeu Monitricem, & decreverunt, ut nummi in ejus templo cuderentur*. Unde Cariſius Monetarius in nummo Conſulari gentis Cariſiæ eam expreſſit.

9 *Ex Maffeio*
Inſcr. Var. CCCCXXVII. 3.

IVNONI . REGINAE
L . SERANIVS . ET
VARINIA . PRO . SALVTE
FILIAE . SVAE . SERANAE
DEDICAVERVNT

10 *In viridario Juſtorum Comitum,*
Ex eodem in Muſ. Veron. CLXXXIX. 3.

IVNONIBVS
AVG
L . LICINIVS . HYMNVS
VI VIR
V . S . L . M

11 *Manerbii in agro Brixiano.*
Ex Maffeio Inſcript. Var. CCCLXXVIII. 6.

IVNONIBVS
C. NAEVIVS
PROCVLVS
V. S. L. M

12 *Inter rudera oppidi Calvi,*
Ex eodem CCCCLXXV. 7.

IVNONI
FAVSTINAE
AVG
SAC

13 *Aquileiæ reperta.*
Ex Hiſt. Litter. Ital. Vol. XII. pag. 483.

IVNONIBVS
SACRVM
SEX LICINIVS
VERECVNDVS

1 *Romæ.*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. pag. 274.

IVNONI REGINAE
SACRVM
PRO SALVTE
D . N . DIOCLETIAN.. INCLYTI
PRINCIP. SEMP. AVG.
PINIVS PAVLLVS SECVNDVS
VIR . CLAR . PRAEF . VRB .
IVDEX SACRARVM COGNITIO
NVM . VOLVNT . EIVS . CVR .

2 *Oſtiæ in Tabula Marmorea.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. pag. 81.

IVNONI . PATVLCIAE . SISPITAE
T . FABATIVS . TABVLARIVS
OST . ET . PROCVRATOR . FISCI
PATRONVS . COLLEG . LENVNCVL
IIII VIR. QVINQVENN.
D . D .

Quare *Patulciæ* cognomen aſſumat Juno, non eſt facile cognoſcere, cum fuerit vulgare Jani epitheton, quia bello ejus valvæ patebant; ſicut etiam Cluſius, quia pace claudebantur: unde Ovid. L. I. Faſt.

Inde vocor Janus, cui cum Cereale Sacerdos
Imponit libum, farraque miſta ſale:
Nomina ridebis, modo namque Patulcius idem,
Et modo ſacrifico Cluſius ore vocor.

Lenunculus eſt piſcatoria Navis; quare Ammian. Marcell. L. 4. *Lenunculos piſcatorios* appellavit. Cæſar Lib. 2. Bell. Civil. *Lenunculum* pro ſcaphis majorum navium ponere videtur. Hæc ex Sponii not.
Mutila in verſ. 1. apud Reineſ. pag. 59. n. 33. I. ubi deeſt SISPITAE. Vid. *Art. Critic.* L. III. cap. IV. n. III.

3 *Prope Piſaurum eruta,*
quam ſervat Annibal Oliverius V. Cl.
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCLXX. 4.

FIDE . SALVTE . IVNONII
MAT. MATVT. APOLENE

Romæ
E ſchedis Barberinis
4 *Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. VIII.*

IVNONI REGIN.
SACRVM
PRO SALVTE
D. N̄ . DIOCLETIANI IN
CLYT. PRINCIP. SEMP. AVG.
PINIVS PAVLLVS SILVANVS
VIR. CLAR. PRAEF. VRB.
IVDEX SACRARVM COGNITIO
NVM . VOLVNT . EIVS . CVR.

VOLVNT. EIVS CVR. Sponius putat legendum: *Voluntate ejus*, Imperatoris ſcilicet juſſu, *curavit*. Vid. Epig. ſub n. 1. in hac pag. ubi linea 6. PAVLLVS SECVNDVS.

5 *Nemauſi*
Ex Hiſt. de la Ville de Nimes
Leonis Menard p. 247.
Exigua Baſis.

IVNONIB
MONTAN
CINNAMIS
V . S

6 *Vargatariæ*
In agro Veronenſi.
Ex Muſeo Veron. CXCI. 7.

L . CASSIVS
FVLVI . LIB
TROPHIMVS
IVNONIBVS
V . S

8 *Ibidem.*
Ex Eodem LXXXVI. 1.

IVNONIB
SACRVM
A MERYLLVS

7 *Brixiæ.*
Apud DD. de Maſperonis.
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

IVNONIBVS
PRO . SAL
VAL . IVSTAE
NICETICVS
SER . . . . V . S

9 *In Muſeo Veronenſi.*
LXXX. 2.

IVNONI FERONIAE
BARBIA L. F. SECVNDA
AEDEM . SIGNVM . PORTI
CVS . D. P. S. D.

10 *Olim Brixiæ*
apud Capuccinos.
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

IVNONIBVS
PRO . SALVTE . MACRINAE
FVNDANAE
CORNELIAE . AVIOLAE
C. F. L. N . . . .
. . . .
L. CALLINIVS . AVIO
LA . . . .
V . S . L . M

Lapis in eorumdem Capuccinorum fabrica ſciſſus eſt. Mutilior in Nov. Theſ. XVII. 2.

1 *Forolivii.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. Art. I.

MATERNO ET
BRADVA COS.
IDIBVS AVG.
IVNONI REGINAE
M. VARENVS
CVM VARENA
CHRYSIDE ET
CVM SVIS
V. S. L. M

2 *In oppido Manerbio agri Brixiani.*
Ex ſchedis D. Petri Gnocchi.

I V N O N I B
C. N A E V I V S
P R O C V L V S
V. S. L. M

3 *Brixiæ apud DD. de Averoldis.*
Ex iiſdem.

I V N O
N I B V S
V. S. L. M
L. C A E C I L I V S
P L A C I D V
S

Mur. XVII. 5. lin. 4. CAECILI. contra lapidem.

4 *Ibidem*
Ex iiſdem.

IVNONIBVS
ANNIA. L. LIVDA
PRO. SVIS
V. S

Grut. MCLIX. 2.
lin. 2. ANNIÆ LIVDA.
lin. 3. TRO. SVIS.

5 *Albani*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. Art. I.

I V N O N I A L B A N A E
E V T Y C H V S F A V S T I N I A N V S
E T E V T Y C H I A F A V S T I N.
A V G. L I B E R T A F L O R A V. D. D

Cognomen ſæpe aſſumebant Ethnicorum numina a locis, in quibus cultus eis tribuebatur. Sic Iuno heic dicitur *Albana*, quia Albæ Longæ templum haberet, vel ſaltem ad lacum Albanum; ubi nunc *Albano*. Vid. Art. Crit. L. III. c. IV. num. III.

6 *In æde S. Remigii juxta Palantiam agri Novarienſis.*
Ex Donio Claſſ. I. n. 88.

N A T I S
S I I V I I R I KI
P A R A. V A L E R I A
N A
V. S. L. M

Ad hunc lapidem hæc habet Gorius: „ Ante hanc vocem NATIS, integram lineam ſcriptam ſuſpicor in hac votiva ara, ſcilicet, IVNONI REGINAE, vel aliquod aliud Dei, ſeu Deæ nomen; aliorum lapidum exemplo, qui natorum tutelam & ſalutem Numinibus commendatam fuiſſe a parentibus, diſerte teſtantur. Videndus Jac. Philip. Tomaſinus de Donariis Cap. X. qui Mediolanenſem aram hac epigraphe ornatam producit, & alteram Romanam in Capitolio.

S E C V N D V S. R V
F I A N V S
P R O. N A T I S. S V I S
M A T R O N I S
V. S. L. M

I V N O N I
R E G I N A E
C O N S E R V A T R I C I
L I B E R O R V M. D O
M V S. A V G V S T I
D D

„ Poſt hæc PRO NATIS. ſcriptum puto, quæ literæ fortaſſis extritæ. Solemne parentum erat quotannis, pro natorum ſalute Diis, ac Natali Genio ſacra facere, quod eruditis haud incognitum eſt. Vota quoque a nutricibus, luſtrico die, & ab aviis fieri ſolita, quæ Perſius Sat. 2. v. 31. deſcribit, obſervat Joh. Jacobus Claudius Cap. IV. Diatrib. de Nutricibus, & Pædagogis, qui etiam alumnos, ſuos *natos*, ac *filios* appellabant.
„ NATIS SIIVIIRI. Ideſt, *Severi*. Vide quæ adnotata ſunt in Florentinas Inſcr. Par. I. pag. 161. n. 100. & p. 162. & 431.

AESCVLAPIVS ET HYGIA.

1 *Lambeſæ hodie* Tezzoute *in regno Algerii.*
Ex Shawio. Voyages &c. Chap. VIII. pag. 147.
Super Zophorum templi Æſculapio dicati.

AESCVLAPIO ET SALVTI IMP. CAES MARCVS AVRE
LIVS ANTONINVS. AVG. PON. MAX.
IMP. CAES. LVCIVS AELIVS VERVS AVG.

2 *In inſula Tiberina effoſſa.*
Ex Spon. Miſcell. E. A. Sect. III. p. 117.

AISCVLAPIO
AVGVSTO SACRVM
PROBVS. M. FICTORI. FAVSTI
MINISTER. ITERVM. ANNI. XXXI.

Eadem uti Romæ in S. Bartholomæi poſita affertur a Marangonio in libro: *Delle coſe Gentileſche* pag. 54.

3 *Romæ, in Hortis Juſtinian.*
Ex eodem l. cit.

SOLI INVICTO
MITRAE
VESTALIS
CAES. N. SER.
ET C. VETTIVS
AVGVSTALIS
DD

Mitra Solis Epitheton erat Orientalibus præciſe regionibus uſurpatum, a quibus Romam advectum.

4 *Non procul a Thermis*
Herculanis in Dacia effoſſus.
Ex V. C. Paſchali Caryophilo in Diſſ.
Epiſtol. de Thermis &c. pag. 10. *edit.*
Trajecti ad Rhenum. 1743.

DIIS MAGNIS
ET. BONIS. AESCV
LAPIO. ET. HYGIAE
MARC. AVR. VETE
RANVS. PRAEF. LEG
XIII. G. ANTONINIAN
V. L. M. S.

Præfectus Legionis heic idem eſt ut *Tribunus Legionis* (teſte Marcello Juriſconſulto L. 25. *π. de teſtam. milit.*) ille ſcilicet, *qui ad ærarium, aut in commentarium Principi* delatus erat, ut clarius docet Modeſtinus L. 32. *π. Ex quibus cauſis.*

5 *Romæ.*
Ex Spon. Miſc. E. A. Sect. VII. p. 244.

AESCVLAPIO SACRVM
EX VOTO SVSCEPTO
MISSI HONESTA MISS
COH. III. PR. 7. GRADIVI
Q. ROSINIVS Q. F. POL
SEVERVS MVTINA
L. POPILIVS T. F. ANTIOCHVS
CAESAR AVG

6 *Reperta in agro Tyburtino.*
Ex Diario Lapidario MS. Rev. P. Abb.
D. Petri Aloyſ. Galletti Caſſinenſ. V. C.

AESCVLAPIO SERVATORI
ET HYGIAE VOTO
SVSCEPTO PRO SALVTE
ET INCOLVMITATE POM
PEIAE CONIVGIS SVAE
M. SEPTIMIVS IVLIANVS
V. S. L. M.
L. D. D. D.

7 *Ex V. Cl. Nic. ab Hontheim in Collectione*
Trevirenſium Inſcript. inſerta Prodromo
Hiſtor. Trevirenſis Cl. I. *n.* 5. *p.* 186.
Edit. Auguſt. Vindelic. 1757.

DEO. ASCLEPIO
T. IVL. TITI. FILIVS. FABIA
SATVRNINVS. PROCVRATOR
AVGVSTORVM. DONO. DEDIT

„ Marmor VI. fere pedum lat. 11. alt. cum hac Inſcriptione
„ Treveris in horto Commendariæ S. Joh. Ord. Melitentis
„ a Gallis an. 1734. pontem munientibus, erutum, & in
„ ædes Honthemianas delatum. Eodem loco inventa fuit
„ ſtatua Æſculapii, capite, manibus, pedibuſque trunca.
„ Metas evecta fuit a Commiſſario bellico Des-Cartes. Ita laud. Auctor.

Æſculapius Græce adpellatus fuit Ἀσκληπιὸς, ut cuique patet.

8 *Olim in Dacia*
hodie in Muſeo Vindob.
Ex Maffejo CCXLIX. 4.

A E S C V L A
P I O. E T. H Y
G I A E. P. A N
T O N I V S
S A T V R N I
N V S. D E C. C O L
V. S. L. M

Hygia Græcis eſt, quod Latinis *Salus*.

9 *Signæ in Latio.*

SALVTI
SACRVM
M PAPIRIVS
ALBINVS
V. S. L. M

10 *In Monte Politiano*
Apud Petrum Buccellium V. Cl.
Ex Maſſeio Inſcript. Var.
CCCLXVI. 8.

P R O. S A L V T E
Q V I N T I. E T
T R I A R I A E. N...
L I B E R I S Q V E
E O R V M. A E S C V
L A P I O S A
C R V M

1 *In Inſula Tiburtina, in Horto Cœnobii Franciſcanorum.*
Ex Donio Cl. IV. n. 44. qui vidit.

AISCVLAPIO
AVGVSTO . SACRVM
PROBVS . M . FICTORI . FAVSTI
MINISTER . ITERVM . ANNI
XXXI.

2 *Arimini in D. Onuphrii.*
Exſcripſit V. Cl. Joh. Blanchi
Ex Ephem. Liter. Flor. Tom. VII. 521.

SALVTI . EX VOTO
Q . PLAVTIVS . IVSTVS . AEDIL . ARIM .
ſic N . S . ET . CASSIAE . THREPTES . CS . ET
Q . PΛAVTI . VERECVNDI . F . S . AEDEM . S . A . DED
H . A . S . A . H . L . L . Q . D . R . I . N . A .

Vitiata in *Nov. Teſ.* XXI. 4. ex *Caruſio*. Lege lin. 3. N. S. *Nomine Suo*, & C. S. *Conjugis Suæ*. Lin. 4. PAAVTI λαμδα pro L. ut in aliis Latinis Inſcript. F. S. *Filii Sui*. S. A. *Sacram Ædem* vel *Saluti DEDicaverunt*. Poſtremas ſiglas interpretentur alii. Ex hoc votivo lapide cenſet Blanchus Arimini Sacellum fuiſſe *Saluti Deæ* dicatum; ibique etiam Ædilem fuiſſe, qui publica, privataque ædificia curaret, ac tueretur. Munus Ædilium deſcribit Cic. III. de *Leg. Suntoque Ædiles curatores Urbis, annonæ, ludorumque ſolemnium: olliſque ad honoris amplioris gradum is primus adſcenſus eſto*. Fuerunt autem Ædiles triplices, diverſis temporibus instituti, nempe *Plebeii, Curules & Cereales*.

APOLLO.

3 *Mesbergæ reperta in regno Tunetano.*
Ex Shawio in cit. Oper. Vol. I. p. 231.

AGENTI
APOLLINI AVG. SACR.
DEVNDANIVS PAPRIMIANVS FVNDANI
FELICIS AEDILICI FIL. FVNDANI PRIMI FL. P. NEPOTIS
AEDILIS OB HONOREM AEDILITATESQVE MET. ORDO
SVVS SVFFRAGIO DECREVIT HANC STATVAM IMITA
TVS, PATRIS EXEMPLVM HS. VIII. MILLIBVS N SVA LI
BERALITATE NVMERATA PRIVS A SE REIPVBLICAE
SVMMA HONORARIA POSVIT EANDEMQVE DEDICA
VIT ET OB DEDICATIONEM SIMVL CVM MANNIO MEMI
ANO COLLEGA SVO LVDOS SCAENICOS ET GYMNASI
VM POPVLO AEPVLAS DECVRIONIBVS DEDIT DDD.

Hæc correctior Maffejanâ in *Muſ. Veron.* CDLVI. 5. Nam Shawius, ut cenſeo, exſcripſit ex authographo.

4 *Romæ ad campum Floræ.*
Ex Sponio Miſc. E. A. Sect. VIII. pag. 274.

APOLLINI INVIC.
EX VOTO PRO SAL.
D . N . P . CLAVDI AVG .
FLORENTISSIM . PRINC.
C. IVLIVS SCYLLEROS V. C.
AVG . N . PROC .
V . CVR.

5 *Nemauſi*
Ex Sponio Recherches d' Antiquité
Diſſ. III. pag. 71.

DEO
INVICTO
MITHRAE
L . CALPVRNIVS PISO
CN . PAVLINVS VOLVSIVS
D . S . D . D

1 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. pag. 86.

APOLLINI PLACIFERO
EX VOTO LIBEN
SOLVIT L. AQVILLIVS L. F
SER. AVRELIVS MIL. COH. X
PRAETOR CENTVRIA X. VALERI
BASSINI LIBENS
VOTVM REDDIDIT

Vid. Grut. XXXVIII. 7.

2 *Salonis.*
Ex Sponio Sect. I. Art. I. in Miſcell. Erud. Antiq. pag. 4.

VIBIVS . PIVS . DEO
SOLI . INVICTO . ARAM
DEDICO . VT . SIS . MIHI
PROPITIVS . MILITIBVS
CENTVRIONIBVSQVE MEIS

Vid. *Art. Crit.* Lib. III. c. IV. n. III.

3 *Cortonæ*
in Muſeo Coractio
Miſit V. Cl. Ludov. Coltellini J. V. D.

Parva ſtatua ænea manu pateram cum tabella tenens.

DEO INVITO *ſic*
MITIR *ſic*
SECVNDINVS

In poſtica facie tabellæ M. T. I

4 *Reperta ad antiquum Puteum in agro Bononienſi.*
Ex Annal. Liter. Ital. Tom. I. pag. 303.

APOLLINI . GENIOQVE . AVGVSTI . CAESARIS
SACRVM . D . S . P .
L . APVSVLENVS . L . L . EROS . MAGISTER
PVTEVM . PVTEAL . LAVRVS .

5 *Romæ.*
Ex Sponio Sect. III. pag. 87.
Tabula ærea apud Falerios.

APOLLINI CLATRAE

Heic Apollo, & Iſis
Ad quorum pedes hæc Inſcriptio:

LERPIRIOR . SANTIRPIOR . DVIR . FOR
FOVFER . DERTIER . DIEIR . VOTIR
FARER . VEF . NARATV . VEF . PONI
SIRTIR.

Poſt primam lineam epigraphis viſitur Apollo dex. Lyram, ſin. fulmen tenens, radiatum habens caput, cui ſuperimpoſita rota. Mirum eſſet *Apollinem* habitu tam vario deſignatum eſſe, niſi jam notum eſſet apud Ægyptios Jovem, Apollinem, Sarapidem, Ammonem, & Æſculapium unum eſſe numen; ut monet Sponius. Sequitur Iſis dext. Siſtrum, intortumque ſerpentem, ſiniſt. menſuram quamdam creſcentis Nili tenens; & ad pedes proram navis, & fructum pini habet. Exiſtimat Maffejus Art. XVII. *Degli Itali Primitivi* epigraphem hanc Latina perantiqua lingua ſcriptam eſſe, atque deinde colligi poſſe *Lerpirium Santirpium Duumvirum ex Formis* urbe fuiſſe, quam Lacedæmones ædificaſſe docet Strabo; Ex eorum autem regione in Italiam tranſmigraviſſe Pelaſgos, narrat Servius; *Ac fortaſſe* (pergit idem Maff.) *Fuſes* ille, *aut ſi mavis, Judex fieri curavit, poſuitque illud monumentum ex voto Diis* in ea ærea tabula cælatis.

6 *Olim in Dacia hodie in Muſeo Vindobonenſi.*
Ex Maffejo pag. CCXLVIII.

INVICTO
MITHRAE
M . VAL . MAXI
MIANVS
LEG . AVG
V . S

7 *Romæ.*
Ex Sponio Miſcell. Erud. Antiquit. Sect. I. Art. I. pag. 4.

Q. CLODIVS PHILO
SOLI INVICTO
EX VOTO PRO
MISSO DD

8 *Toloſæ in Gallia*
Apud V. C. D. D'Orbeſſan Præſidem Senatus Toloſani.
Ex C. V. Joh. F. Seguierio.

DEO INVICT
SEX . VERVIC
EVTYCHES
VESTIAR . CIV
TREV . PATER

1 *Apud Dominic. Andream Frajam, prope Puteolos reperta. Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCCLXVII. *6.*

APOLLINI . SACRVM
Q. TREBELLIVS : RESTITVTVS
FECIT

2 *Romæ. In Hortis Perettianis. Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCXII. *5.*

SOLI . INVICTO
MITHRAE
VICTOR . VILICVS
PRAEDIOR . MAECILIANOR
D . D
. . . SACERDOTI . . .
M . STLACCIO . RVFO
DEDICAVIT . III . ID . APRIL
IMP . COMMODO . COS
CVRANTE . HERMETE
CONSERV

3 *Olim in Dacia hodie in Muſeo Vindobonenſi. Ex Maffejo pag.* CCXLVIII.

SOLI . INVICTO
AEDEM . RESTITVIT
C . CAESILIVS
SABINVS
LEG . AVG
LEG . XIII .
GEM

4 *Puteolis. Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCLIII. *4.*

DEO . SOLI . INVICTO
C . COMINIVS
COMI . FILIVS
EX . VOTO

5 *Prope Nemauſum. Ex Sponio Miſc. E. A. Sect. II. A. XI. p. 97.*

DEO
INVICTO
MITRAE
T . LVCILL . DENDROPH
C . HELIVS MVC . . . .
D . S . D . D

6 *Ognedæ in agro Brixiano. Ex ſchedis D. Petri Gnocchi.*

SOLI . DIVINO
L . APISTOCIVS
SVCCISVS . PRO . SE
ET . PRO . PATRO
NIS
M . G . L . Q

Grut. MX. 8. lin. 2. L. APISOCIVS.

7 *Lauſonii apud Cl. V. Joh. Bruker.*

SOLI . GENIO . LVNE
SACRVM EX VOTO
PRO SALVTE AVGvS
TORVM . P. CLOD CORN
PRIMVS CVRATOR VIX. A
NOR . LOVSONNENSIVM . II
IIIIII. VIR. AVGVSTAL. C.C.R
CONVENTVS . HEL. D. S. D.

8 *Ex Marm. Taurin. Par. II. pag.* 107.

C . AL .
SEXTI LVCR
APOLLINI
IB . AVG . TAVR
VI . VIR . EPOR
V . T . F . I .

9 *Seguſii. Ex Donio Cl. I. n. 36.*

APOLLINI
C . IVL . DONNI . L
ERASTVS . ET
IVLIA . DONNI
CYPRIS
V . S . L . L . M

Murat. XXII. n. 6. e *Guichenonio* ſcribit verſ. 2. C. IVLIVS. & verſ. 3. EPERASTVS.

10 *Ex Sponio Miſcell. Erud. Antiquit. pag. 86. Sect. III. n. XXXII.*

APOLLINI PRAE
STANTI ARAM
D . D . D .
PRID . . . AVGVST . . .
CATVLINO ET MEROBAVDE
COS .
ORD . PEREGRINORVM
CVR . T . FLAVIVS LIB . NAR
CISSVS

Vid. *Art. Crit. Lapid.* Lib. III. c. IV. n. III.

1 *Ex Maffeio*
Inſcript. Var. CCCCXLVI. 9.

. . . . SOLI
INVICTO
SEX . SEVE
RVS . SA
LVATOR
. . . LM

2 *In Lothiana.*
Ex Libro, cui titulus: Reſpublica, ſive Status Regni Scotiæ, & Hiberniæ diverſorum Authorum. Lugd. Batav., ex officina Elzeviriana 1625. pag. 68.

APOLLINI
GRANNO
Q . LVSIVS
SABINIA
NVS
PROC
AVG
V . SS . L . V . M.

CERES.

3 *Ex Urſato*
In Marmor. Erudit. Tom. I. pag. 1.

GENIO . DOMNOR. CERERI
T. POBLICIVS . CRESCENS . LARIBVS
PVBLICIS . DEDIT . IMAGINES . ARGENTEAS . DVAS

4 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. pag. 90.

CERERI ORCILIANAE SACRVM
C. AVRELIVS ORCILIVS PARALIVS
M. AVRELI SEVERI AVG.
LIBERTVS . . . .
. . . ORCILIANVM
. . . . PROTICVM
. . . ALIAS PAR . . .
. . . . LABE F.

Ceres Orciliana ſic dicta, eo quod a familia *Orcilia* cultu peculiari adoraretur, & quaſi ejus patrona exiſteret.

5 *Ibidem*
Ex Eodem in cit. Opere pag. 90.

CERERI CONS
ERVATRICI
ORGANIAN . SACR
M . CLAVDIVS M . L.
ORGANIVS SACER
DOS BONAE DEAE
ET SACERD . CORP
LVTORVM ET
TECTOR

Vid. *Art. Crit.* Lib. III. c. IV. n. III.

CYBELE DEVM MATER, VESTA, ATTIS, ET BONA DEA.

6 *Romæ apud Celſiſſ. Principes Burgheſios.*
Ex Van-Dalio pag. 786.

M. D. M. I
D. D. N. N. CONSTANTIO . ET . MAXIMIANO
NOBB. CAESS. CONSS. KAL. MAII
IVLIVS . ITALICVS . V. C. XV. VIR
SAC FAC
TAVROBOLIVM . PERCEPI
FELICITER

Murat. CCCLXXI. 2. Lin. 3. CAESS. V. CONSS. XVIII. KAL. MAII. lin. 5. S. I. lin. ult. FELIC.

7 *Ex Van-Dalio pag. 125.*

M. D. M. I. ET . ATTINI . SACR
FLAVIVS . RVFIVS . SABINVS . VOLVSIANVS
VIR . CLARISSIMVS . ET . ILLVSTRIS . PONTIF
MINOR . VICARIVS . ASIAE . ET . CAECINA . LOL
LIANA . CLARISSIMA . ET . ILLVSTRIS . FAEM
STAT. EX . AERE . S. P. DEDICARVNT

Sponius in Miſcell. E. A. Sect. III. n. 2. pag. 99. ATTINIS. In ſinixtro latere ſculpta erant tauri, & arietis capita, propendenſque vitta utrinque religata, quæ Sponius non notavit, ut ait Gorius, in Donio pag. 7. in not. ad epig. 25.

1 *Ex Van-Dalio pag. 786.*

MATRI
DEVM
TAVROBOLIVM . INDICTVM . . .
IVSSV . IPSIVS . EX . STIPE . COLLATA
CELEBRARVNT
NARBON

Juſſu ipſius Matris Deum *indictum* fuit *Taurobolium* a Narbonenſibus *ex ſtipe collata*, id eſt, unoquoque ſymbolam ſuam conferente.

2 *Romæ.*
Effoſſa in vinea D. Joh. Bapt. Bernabò, Via Appia inter S. Sebaſtiani, & Metellæ ſepulchrum, vulgo Capo di Bove.
Ex Marangonio Memorie dell' Anfiteatro Flavio &c. *pag.* 86.

In Ara Votiva.

M. DM. ET. ATII
L. CORNELIVS SCIPIO
ORFITVS . V. C. ...
AVGVR EX VOTO...
TAVROBOLIO SIVE...
CRIOBOLIO FACTO ...

In lin. 1. *Magnæ Deum Matri*. Heic quædam informis figura, cum Aquilæ capite, una cum variis inſtrumentis.

3 *Romæ.*
In Villa Juſtiniana.
Ex Muſ. Veron. CCCX. *6.*

Ara, in qua ſerpens.

ANTEROS . BONAE . DEAE
DONVM . DEDIT

4 *Romæ.*
In marmorea arcula inventa in quadam vicinia, poſt Eccleſiam S. Cæſarii, Via Labicanâ.
Ex Donio Cl. I. n. 62. qui vidit.

TERRAE . MATRI
GRATVS . AVG . LIB
TABVL . F . LIB
ET . PEC . D . D

AVG. LIB. TABVL. F. *Auguſti Libertus Tabularius Fiſci.*

5 *Ibidem*
Ex Eodem.

ATTINI SACRVM
ET MINERVAE
PARACENTIAE
TERENTIA FLAVIANA
SACERD . SECVNDO LOCO XV
VIR . OB TAVROB . TRA
DITVM A SERVILIA
VARIA SAC . PRIMA

6 *Ex Eodem Claſ. I. p. 2.*

ATTINI SAC
ET MINERVAE
PARACENTIAE
TREBVLANA IVS
TINA EVMANIS
OB TAVROBOL
TRADITVM A SER
VILIA VARIA SAC
. . . . . XI . K . AVG

Apud Murat. XCIII. 1. ex Donio Cl. 1. n. 26. mutilior, & vitiata.

Atys, ſive *Attys* puer formoſiſſimus a Phrygibus cum Cybele fuit cultus, & ab ea caſte amatus, ſuorumque ſacrificiorum ei curâ traditâ hac lege, ut caſtitatem ſemper ſervaret. At cum Sangaritidem Nympham violaſſet, furore captus lapideo cultro ſeipſum eviravit. Qui poſtea a Dea in Pinum converſus fuit. Vide Catullum de *Berecynthia*, & *Ati*, Juven. *Sat.* VI. *Tertullian. in Apolog. cap.* XV. Arnob. Lib. V. *adverſ. Gent.* & *Lactant.* Lib. I. cap. XVII. & alios.

7 *Beneventi.*
Ex Theſ. Antiq. Benevent. Joh. De Vita. Diſſ. II.

ATTINI SACR . ET MINER
VAE PARACENTIAE
L . SONTIVS PANCIVS IVSTI
NVS EQ . ROMANVS PRINCI
PALIS ET DVVMVIR ET MVNERA
RIVS NATALIS COLONIAE OM
NIBVS HONORIBVS PERFVNCT
ET SACERDOS MATRI DEVM M . I
IN PRIMORDIO SVO TAVROBO
LIVM A SE FACTVM TRADEN
TE SIMVL COSINIA CELSINA
CONSACERDOTE SVA
PRAEEVNTE FLAVIO LIBE
RALI HAR . PVBL . PRIMARIO

DIANA.

1 *Ex Marm. Salonitanis pag.* VII. *n.* 7.

..IANE AVGVS
TE SILVESTRI
...IVSO POSV
IT SEPTIMVS
PRO FILIO SVO

Supple *Dianæ....* IVSO Corſinius legendum putat EX VISO.

5 *Avenione in Muſeo Marchionis de Caumont. In urna ſepulchrali. E ſchedis Stoſchianis.*

C * E * V
H CR. O
DIA *

Ideſt *Cajus Euſebius, vel Ennius, ſeu Egnatius Cruentum Holocauſtum DIAnae*
In medio urnæ viſitur victima.

6 *Genuæ Ex Schedis Stoſchianis.*

DIANAE
SACRVM
IMPERIO

Lege: *Ex Imperio.*

7 *Romæ in hortis Nigroniis. Ex Muſ. Veron.* CCLXVI. 4.

DIANAE
SACRVM
IMPERIO

Eadem ſupra ex Stoſchio.

2 *Ex Van-Dalio pag.* 22.

DIANAE . SOSPITE
L. SEPTIMIVS. L. F. TROM
FELIX VICTOR. SACERD
MATRI. D. M. I. ET. ATTINI
POP . ROM
SVA . PECVNIA . DED

3 *Prope Puteolos reperta. Ex Pratillo de via Appia Lib.* 2. *c.* 8. *fol.* 202.

DIANAE CVSTODI
SAC
ANNIA FAVSTINAE AVG
PII CAES LIB
V. S.

4 *Romæ olim apud Franc. Ficoronium. Ex Maffejo* CCXCIV. 1. *Inſcript. Var.*

DIANAE . SANCTAE
T. FLAMINIVS. ARISTION
EX . MONITV . ARAM
FECIT

8 *Romæ. Ex Sponio in Miſcell. E. A. Sect. III.*

DIANAE RAESIANAE
Q. RAESIVS Q. FIL. SVRDINVS
CVM RAESIA HERCVLANIOLA
SACRVM

9 *Albani. Ex Spon. Sect. III. in cit. Opere.*

LVNAE . AETER . SACR
PRO SALVTE
IMPER . CAES . L. SEPTIM
SEV. PII . INVIC. PRIN
PONT. MAX. P. P.
IVL. BALBILLVS IVL. F.
ANVLLINVS
PRAEF. VIGIL. V. S. L. M.

Grut. XLII. 2. in fin. lin. 6. non habet IVL. F.

10 *Ex Muſeo Veron.* LXXXI. 8.

DIANAE
CONSERVATRICI
PRO SALVTE...ANIN
COS. FLAMIN. AVG. PROCOS
PONTIF. SODALIS
AVRELIANI ANTONINIANI
. . . .

11 *In loco* Belli *dicto. Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCCLVI. 6.

DIANAE. AVG. SACR
PRO SALVTE IMPERATORVM CAES. AVG. M. AVRELI
ANTONINI PII... AVRELI VERI ROGATVS THERMVS
SVO ET LIBERORVM SVORVM NOMINE PP
... FECIT ET DEDICAVIT DECRETO....

1 Romæ.
Ex Sponio Miſcell. Sect. III.

DIANAE SACRVM
PRO SALVTE IMP. L.
SEPTIMII SEVERI
ET M. AVRELI ANTONINI
AVG. ET IVLIAE AVG. MATRIS CASTRORVM
ET SENATVS
CVR. A. FVRIVS NIGRINVS D. D.
N̄. N̄. PROC. XXXXXX

Grut. XXXIX. 3. lin. 1. non habet SACRVM lin. 5. legit AVGG. lin. 6. MATR. CASTR. ac tres poſtremos verſus omittit. Murat. XXXV. 6. lin. 1. DIANAE S. lin. 5. MATRI, & in ult. manca eſt.

2 *Baveni*
in Comitatu Mediolanenſi.
Ex Sponio Miſcell.

TROPHIMVS
TI. CLAVDII CAES
AVGVSTI
GERMANICI SER
DARIAE ET DIANAE
MEMORIAE
ET TARPEINE SACRVM

3 *Taurinis.*
Ex Sponio in Miſcell. cit.

IN *ſic* HOC
TI. CLAVDII DRVSI F. CAES. AVG
PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS
DESIGN.

Lin. 1. forſan IN HOnorem.

4 *Romæ*
Reperta in Vinea, ſita inter S. Mariæ Major. & D. Joh. in Laterano.
Ex Diar. Lapid. MS. Rev. P. Ab. Galletti V. C.

LVNAE ET SOLI
AETER. SACR.
C. ATTILIVS C. F. C. N.
DEC. EQ. SING. IMP. N.
VOTO SVSCEPTO
L. M.

5 *Nemauſi.*
Ex Sponio Miſcell. Sect. VI. p. 238.

DIANAI AVG. ACIL. COCIAVI
qIRONIS LIB. T. COMMIVS
IIIIII VIR AVG. T. COMMIO
VRNAMENTAR.

Vid. *Art. Crit.* Lib. III. C. IV. n. III. *Urnamentarius* nihil aliud eſt, quam Urnarum figulus. *q.* eſt fortaſſe *p.* inverſum Sculptoris errore, & legerem: *Pironis.*

6 *Mediolani*
in campo, qui eſt pone Ædem D. Vincentii.
Ex Donio Cl. 1. n. 40.

IVSSV
IMPERIOVE
CAEL. DIANAE. AVG
C. AVIA. SECVNDVS. CVM
VALERIA. ATILIANA
CONIVGE

Ad hanc Epig. hæc adnotat Gorius: „ Ideſt: *Juſſu imperiove* „ *Cæleſtis Dianæ Auguſtæ C. Avia* (ſcriptum puto in „ marmore C. AVR. C. *Aurelius*, vel aliquod ſimile nomen) *Secundus Cum Atiliana Coniuge*. In alio item lapide penes Gruterum XLI. 1. Dianæ *Cæleſti*.

7 *Romæ in domo de Porcariis.*
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Ital. pag. 361.

DEAE DEANAE
INVICTAE SANCTAE SAC.
L. PETRONIVS L. F.
POMPEIANVS
VETERANVS LEG. VIII.
VIC. P. F. VI. VIR
AVGVSTALIS
SIGN. ET BASIM
VOTO SVSCEPTO
L. M.

8 *Romæ*
In Hortis Juſtinian.
Ex Sponio Miſcell. Sect. III. pag. 88.

DIIS MANIBVS
PRVRARVM AC NE
MORVM INCOLAM
PIRARVM DOMITRICEM
DIANAM DEAM VIRGINEM
VXENTIVS V. C. VBIQVE
PIVS SVO NVMINI SEDI
QVE RESTITVIT

Mutila apud Fabret. pag. 680. n. 106. in verſu 1. & 2. & incipit: ... BRARVM AC NEMORVM &c. ubi ait: *Exſcripſiſſe ſe dicit Sponius in Miſcell. p. 88. Sed ex dedicatoria funebrem effecit &c.* Vid. *Art. Crit.* Lib. III. C. IV. n. III.

1 *Capuæ in monte Tifatis.*
Ex Eodem in cit. Opere.

C. VELLEIO C. F. PAL. VRBANO
MAG. FAN. DIAN. TIFAT. HONORATO
EQVO PVBLICO AB IMP. ANTONINO
AVG. CVM AGERET AETATIS AN. V.
C. VELLEIVS VRBANVS ET TVLLIA
NICE PARENTES D. D. D.

Lin. 1. PALatina tribu.
Lin. 2. MAGister FANi DIANæ TIFATenſis.
EQVO PVBLICO hoc eſt, qui impenſis publicis alebatur, ut docte probat Salmaſius Lib. de re Militari.

2 *Ex Martorellio.*
De Theca Calamaria.

ΘΕΑ. ΕΠΙΚΟΩ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΑΤΑΙΔΙ. ΣΩΤΕΙΡΙ
ΑΤΡ. ΕΑΠΙΝΕΙΚΗ

Refertur a Grutero XI. 10. *Hoc etiam* (ait Martorellius) *aliquantulum affectum epigramma ita reficiendum curavit Philip. D'Orvillius in Chariton. p. 168. quo Græce doctiorem adhuc novi neminem*

ΘΕΑΙ ΕΠΗΚΟΩΙ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΑΤΣΙΔΙ. ΣΩΤΕΙΡΗΙ
ΑΤΡ. ΕΑΠΙΝΕΙΚΗ

„ Inde hæc adnotat vir ſummus: (inquit Martorell.) Diana ΑΤΣΙΣ *a ſolvendo partu & partus doloribus: Bacchus λύσιος alia de cauſa celebratur Orpheo hymnis* pag. 146. *Nam fruſtra cogitaverimus de Diana, quæ in oppido Aulide Iphigeniam, cerva ſuppoſita, liberavit.* „ Verum ipſe tanti viri pace pro „ ΑΤΑΙΔΙ, uti reſtituit Gruterus, (non curandus Boiſſar- „ dus, qui legerat ΑΤΑΙΙ,) reponerem ΚΑΙ ΙΣΙΔΙ, itaut „ marmor dedicatum ſit binis Deabus, Dianæ, & Iſidi, „ quam quidem Iſidem non vice ſimplici cum aliis Diis „ conjunctam legimus in lapidibus, Grut. LXXXIV. 1. „ cum Serapide, Veſta, Diana, Somno, ut de cæteris ſileam. Præterea vox ΑΤΣΙΣ nunc primum inter Græ- „ cas cernitur; & ſi Dianæ a ſolvendo partu nomen appo- „ nendum potius dicerem ΑΤΣΙΑ, uti Bacchus λύσιος au- „ dit. Neque hæſites in voce ΘΕΑΙ, cum ſi ſint duo nu- „ mina, ſcalpendum fuiſſet ΘΕΑΙΣ, etenim habes in Gru- „ ter. L. 8.— DEO MERCVRIO. FORTVNAE. REDVCI, „ &c. non vides Deo, pro DIIS, & non uni ſunt id ge- „ nus ſyntaxeos ſcripti lapides; Fortuna autem Dea ſalu- „ tatur, Gruter. LXXIII. 6. Quare parum dubii eſt, quin „ inciſum fuerit ΚΑΙ ΙΣΙΔΙ, & priori Κ detrito, enatæ „ ſunt deinde voces importunæ.

3 *Inter rudera Oppidi Glephiernæ.*
Ex Eodem pag. 148. in cit. Opere.

ΑΡΧΟΝΙΚΑ. ΖΑΤΛΩ
ΚΑΙ ΑΕΣΣΑ ΑΝΑΖΩΣΑ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΕΤΑΚΟΩΙ
ΕΤΞΑΜΕΝΑ ΤΠΕΡ
ΕΑΤΤΑΝ ΕΤΧΑΝ

Hæc in Murat. (XXXV. 3.) at varians. Et Martorellius ad eam hæc advertit. „ Vides igitur quam familiare eſt „ Diis hoc adjunctum ἐπηκόοις, ſive εὐηκόοις; quare jure a „ me inductum eſt in Epigrammate Æſculapii, & Hygiæ „ τὸ ἐπικουρίοις, & adjectum τὸ ἐπηκόοις. Hic etiam parum „ D'Orvillio reſiſtendum eſt, dum ita hunc alterum lapi- „ dem illuſtrat: *Non contendo veritatem me daturum; a vero* „ *fonte tamen non plane aberrarim vertens* ARCHONICE, ZAVLO, ET AESSA REVIVENTES ARTEMIDI FACILE EXAVDIENTI, QVAE VOVERANT SVPER SALVTE SVA VOTVM: *editur αυτ' αυτας, forte duæ, vel* „ *tres puerperæ ſimul voverunt, vel votum ſolverunt* .... „ *Dualis autem pro plurali non plane extra uſum;* parum, „ inquam, reſiſtendum. D' Orvillio: nam hic certe ternæ „ ſunt mulierculæ *Archonice*, *Zaulo*, & *Aeſſa*: neque ulla „ neceſſitate urgemur numerum δυικὸν agnoſcere, cujus ſyn- „ taxeos etiam exemplis in marmoribus caremus, & quæ „ duriuſculam reddit, ne dicam, obſcuram epigraphen; „ quare ſi litterulam I, (quæ utpote exilior ceteris ele- „ mentis exſcribentium oculos facile effugit, & prima om- „ nium ætatis vitio deteritur,) addas vocibus ἀναζῶσαι, „ & εὐξάμεναι, & reſcribas ἀναζώσαις, & εὐξαμέναις, epi- „ gramma in γνησιότητα reſtituet; præſertim cum Πληθυν- „ τικὸς numerus ſequatur ὑπὲρ αὐτᾶν, vel potius ὑπὲρ ἑαυ- „ τᾶν: nam editum eſt ὑπὲρ αυτ' αυτας, quod nihili eſt.

DIS ſive PLVTO, & HECATE.

4 *Romæ*
Apud Ficoronium.
Ex Maffeio Inſcript. Var. CCCXVIII. 3.

ΨΤΧΡΟΝΤΔΩΡΔΟΙΗΣΟΙ
ΑΝΑΞΕΝΕΡΩΝΑΙΔΟΝΕΤΣ
ΩΜΕΛΑΝΗΒΗΣΓΑΡΣΟΙ
ΑΠΩΛΕΤΟΦΙΛΤΑΤΟΝΑΝΘΟΣ

Ψυχρὸν ὕδωρ δοίη σοι ἄναξ ἐνέρων Αἰδωνεὺς
Ὦ Μέλαν, ἥβης γάρ σοι ἀπώλετο φίλτατον ἄνθος.

Frigidulam jam porgat aquam tibi Pluto, Erebi rex,
O niger, ætatis poſtquam flos eſt tibi raptus.

5 *Ravennæ. In Muſeo Archiepiſcopii.*
Ex Ephem. Flor. XI. 331.

D. M.
PORTITORI PLVTO
NI ET PROSERPIN

IANVS, & BACCHVS, qui & LIBER.

1 *Ex Marm. Salonitanis pag.* VIII. *n.* 8.

LIBERO . PATRI . S.

2 *In Muſeo Veronenſi. Ex Maſſejo* LXXXIV. 4.

LIBERO
ET LIBERAE
SACRVM
P. GAVIVS
ASTECTVS
VI VIR
IMPERIO
POSVIT

3 *Statuæ antiquæ Hypopodium æneum in St. Prex apud Helvetios A. 1744. repertum. Miſit V. Cl. Samuel Schmidtius.*

LIBERO PATRI
COCLIENSI
P. SEVERVS
LVCANVS
V . S . L . M

Hoc monumentum edidit Bochatus Tom. II. 430. *Memoires ſur l' Hiſtoire ancienne de la Suiſſe. Bacchus Coclienſis* Divinitas eſt topica; prope locum, ubi hoc ſignum repertum fuit, exſtat vicus Cully, quem Bochatus huc trahere tentavit.

4 *Ex Marm. Taurin. Par. II. pag.* 133.

LIBERO PATRI
SACRVM
L . F . SENECIO
V . S . L . L . M

Ideſt: *Votum Solvit Lubentiſſime Merito.*

5 *Romæ. In Hortis Farneſiis. Ex Maſſejo Inſcript. Var.* CCLXXXVII. 10.

ONESIMVS . OLYMPIAS
LIVIA . BRISEIS . LIB . SAC
M . D . M . I

6 *Romæ in foro Boario. Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. III.*

DEO SANCTO NVMINI
DEO MAGNO LIBERO
PATRI ET ADSTATORI
ET CONSERBATORI H. I. COLL.
VELABRENSIVM
DOMITIVS SECVNDVS CVRAT.
ET RESTAVRATOR FRATRIBVS SVIS.

Velabrum vicus Romæ, dictum a vehendo, quod ratibus transvehi ſoleret. Var. 4. de L. L. Plutarch. in *Romulo.* Unde Collegium Velabrenſium, cui præerat Bacchus.

7 *Tabula ænea Aventici Helvetiorum eruta An.* 1737. *Miſit V. Cl. Samuel Schmidt P. Bern. & Acad. Reg. Inſcript. Socius.*

FERTILI BACCHO OREO
CN. CORNELIVS COTTA
D. D.

„ Hanc Inſcriptionem, (ut inquit idem Samuel Schmidt,) „ primum edidere Auctores Ephemeridum Neocomenſium „ Menſe Octobri 1745. Illam repetit Bochatus in *Mémoires* „ *ſur l' Hiſtoire ancienne de la Suiſſe* Tom. III. pag. 613. „ & ipſe Schmidius in libro, qui inſcribitur: *Antiquités* „ *d' Avenches* pag. 48. edit. Bernæ 1760. *Fertilis* vocatur „ *Bacchus* juxta illud Horatii.

. . . Et amicus Aulon
Fertili Baccho minimum Falernis
Invidet Uvis.

Oreos Liber Pater, & *Oreades* Nymphæ appellantur, quod in Montibus frequenter apparent. Feſtus *de Verb. ſignificat.*

MARS.

8 *In oppido Riſingham effoſſa, VIII. M. P. ab urbe Roſſa in Anglia. Ex Tranſactionibus Anglicanis.*

MARTI
VICTORI
. . . . VLIVS LI
. . . . IVS TRIB
V . S . L . M.

9 *Boarni in agro Brixiano, in pavimento Eccl. Parochialis. E ſchedis Petri Gnocchi.*

. . . . INIVM . . . . . .
. . . . PVBLIO . . . .
EMILIO . VO . . . . .
MART . . ET
. INERV . . . .
. . . .

10 *Treniaci. Ex Muſ. Veron.* CXCI. 9.

MARTI AVG
MARCIANVS
SEVERVS
V . S . L . M

Grut. MLXVIII. 9.
lin. 2. MARTIANVS

11 *Ex Muſeo Veron.* LXXXI. 6.

MARTI
L VISEVS CRESCENS

12 *Ex Eodem Muſeo cit. pag. n.* 7.

BE . . . *ſic*
MARTI DD PRO SAL . . . .
M . AVRELIVS . . . . . . *ſic*
AVGG . LIB . P . . .

13 *Ex Maſſejo Inſcript. Var.* CDXLVI.

. . . .
AVG . PRO . SALVTE IMP
CAESARIS . T . AELI . HADR
ANTONINI . AVG . PII . P . P
ET . LEG . II . AVG
M . LIBVRNIVS . FRON
TO . 7 . LEG . EIVSDEM
V . S . L . M

1 *In Dacia.*
Exſcripſit Comes Joſeph Arioſtus.
Ex Muſeo Vindobon. CCXLVIII. 4.

PRO . SAL . AVGG
MAR.TI . CONSER
P . AEL . RVFINVS
ADIVTOR
OFFR. AT . VOVIT
CORNIC . PRAE
KASTR . LEG . XIII . G
V . L . P

2 *Veneiæ in Provincia.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. pag. 93.

MARTI . VINCIO
M. RVFINVS SAL. IIIIII VIR
ET INCOLA CEMENEL. EX VOTO

Lin. 2. SALinienſis lin. 3. CEMENELenſis. Salinium hodie *Caſtellane*, Cemenelium *Cimiez*, utrumq. in Provincia. Grut. LVIII. 8. lin. 1. D. M. lin. 2. M. RVTINVS . FIL. GAL. lin. ult. CEMENAEI.

3 *Romæ.*
Cippus repertus extra portam vulgo in Caſtello *in Vinea DD. de Gallettis.*
Ex Diar. Lapid. Rev. P. Abb. D. Petri Aloyſii Galletti V. C.

IN H. D. D.
MAVORTIO CAMVLO
DEO SANCTISS.
PRO SAL. IMP. CAESARIS
M. AVREL. COMMODI AVG
C. VALERIVS C. F. PAL.
CRISPINVS PRAEF. COH.
EX PROVINCIA
MAVR D. S. P. D. D.

4 *Olim Panormi, hodie in Theſaur. Brandeburg.*
Ex Begero. Tom. III. p. 409. *dict. Theſ.*

MARTI . ET . FORTVNÆ
C . ALEFIDIVS . SECVDVS
MILES . COH . XVII.
D . D .

Grut. ex Smet. LV. 7. lin. 1. FORTVNAE. l. 2. C. ALFIDIVS. MS. Pigh. lin. 3. XVI. mendoſa in Inſcr. Paler. cit. p. 1. n. 11. ex MS. *Ventimiglia*.

5 *Apud Sunum Villam Novarianam ad Æd. S. Geneſii Plebeam.*
Ex Cyriaci Nov. Fragm. pag. 42. *n.* 103.

M . V . S .
EBVRIVS
EXORATIF.
VERO EE COMM CAES.
COS

Rein. ex Sched. Langerman. 87. I. lin. 3. VEIO EX. COM. CAES. COS. & legit *Veiectis Ex Comitibus Cæſaris Conſularis*. *Cyriaci lectio* (inquit CL. Oliver.) *magis arrideret VERO ET COMM. CAES. COS. Sed Collegium hoc conſulum, quod an. Ch. 179. proceſſit, ita ſignari non debuit. Auguſtus enim tunc erat Commodus, iterumque Conſul; neque ante illum privati hominis nomen inſcribi par erat.*

6 *Atinæ apud Benedictum Melam.*
Ex Donio Cl. I. n. 45.

MARTIS . SIVE . NVMITERNO
ACHILLES. AVG. LIB. PROC.
ET. VLPIA. NIC. EIQ. D . D
L . D . D . D

Scriptum forſitan in marmore; MARTI. SIVE NVMINI AETERNO &c. ut recte in not. ad hanc obſervat Gorius. Varians apud Murat. XLII. 5.

7 *In ruderibus veteris Tuſculi.*
Ex Eodem l. cit. n. 46.

MARTI GRADIVO

8 *Aſtigi.*
Ex Eodem l. cit. n. 49.

DEO . MARTI
SEPTIMENVS
R. P. A . EX . VOTO
POSVIT

R. P. A. *Reipublicæ Aſtigitanorum*.

9 *In agro Benacenſi.*
Ex Eodem l. cit. n. 77.

MARTI
M . VETINIVS
ASIANVS
V . S . L . M

Murat. XLIV. 2. ex *Rubeo* ſcribit M. VETINVS ASSIANVS & ponit *Boarni in agro Brixiano*.

10 *Lucæ*
in ædibus olim Nobilium de Tegrimis, hodie Nob. V. Philippi Bottini P. L.

MARTIS
CVLTORVM
IN . FRON . P I....
IN AGR PX...

Alia inſcriptio *Cultorum Herculis* habetur in not. *Artis Critic. Lapid.* Lib. III. c. 3. col. 259. quam prius ediderunt Fabret. *Inſcrit. Antiq.* p. 429. n. 4. & Gorius *Inſcr. Antiq. Etr.* Par. I. p. 291. n. 14.

Ex hoc lapide nuper reperto MARTEM Lucæ fuiſſe cultum, & Fanum habuiſſe, non temere cenſere poſſumus; ibique ejuſdem Collegium, ſeu ſodalitium extitiſſe, quod communem Numinis cultum, commune ſepulcrum habuerit.

11 *Carleoli*
in Cumbria in fronte veteris ædificii Romani.
Ex Schedis D. Abb. Petri Gnocchi V. C.

MARII.VICTORIAE

Alii legerunt.

MARTI . VICTORI

12 *Romæ*
Ex Sponio Miſcel. Sect. VI. p. 218.

SECVRITATI
MARTIALIS
DANAI VICARI
FIDELISSIMI

1 *Effoſſa An. 1757. prope Sumptuoſiſſimam Villam* Latour d'Aigues *nuncupatam, juxta Aquas Sextias.*

MARTI
BELADONNI
T. FL. IVSTVS
EX IVSSV

2 *Reperta*
In pago Vervò *ditionis Tridentinæ; hodie in caſtro* Braghiero *Vallis Non.*

In Stylobate.

MARTI

3 *In vico Riblecheſter in provincia Lancaſtria. E ſchedis Petri Gnocchi.*

PACIFE
RO . MATRI id eſt: *Marti.*
ELEGA . VR
BA . POS
VIT . EX . VO
TO

4 *Ex Ampliſſ. Præſule B. Paſſioneo.*
Inſcriz. Antiche Cl. I. 10.

Ara.

MARTI
GRADIVO
D . D
L . PLVTIVS PIVS
AEDILIS MONITOR
AVGVR PRAEF SACROR

Fabret. p. 697. n. 188. lin. 5. MONITO. lin. 6. PREF. SAC. ROR Reineſ. 270. I. lin. 4. PLVSTIVS. Et ita Vandal. *Diſſ. Antiq.* p. 197. Amſtelodami 1743. In Donio ex edit. Gorii 1731. Cl. I. n. 12. uti noſtra.

5 *Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCCLXIX. 1.

. . . .
. . . . ON
. . . . . ΩΣΚΑΙΑΦΡΟΔΙΤ. . . . . .
. . . ΝΑΚΟΡΑΣ ΔΙΝΩΑΓΑΥ
ΗΝΑΥΤΟΝΟΗΝ ΣΕΜΕΛΗΝ
ΥΙΟΝΔΕ ΠΟΛΥΔΩΡΟΝ
ΑΡΙΣΤΑΙΟΥΚΑΙΑΥΤΟΝΟΗΣΑΚΤΑΙΩΝ
ΑΘΑΜΑΝΤΟΣΔΕΚΑΙΙΝΟΥΣΛΕ
ΑΡΧΟΣ ΚΑΙ ΜΕΛΙΚΕΡΤΗΣ
ΥΙΟΣΔΕΣΠΑΡΤΟΥ ΚΑΙ ΑΓΑΥ
ΗΣ ΓΕΝΝΑΤΑΙ ΠΕΝΘΕΥΣ
ΞΕΥΣ ΣΕΜΕΛΗΠΛΗΣΙΑΣΚΑΙΚΕΡ
ΑΥΝΩΣΑΣΑΥΤΗΝ ΑΝΕΛΟΜΕ
ΝΟΣ ΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝΚΑΙΕΝΡΑΨ
ΑΣΕΙΣΤΟΝΜΗΡΟΝΥΣΤΕΡΟΝ
ΔΙΔΩΣΙΝΙΝΩΤΡΕΦΕΙΝ
ΗΡΑΣΑΡΓΕΙΑΣ ΙΕΡΕΙΑΕΥΡΥ . . . .
.
. . . .
Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης
γεννᾷ κόρας δ' Ἰνώ, Ἀγαύ
ην, Αὐτονόην, Σεμέλην,
υἱὸν δὲ Πολύδωρον.
Ἀρισταίου δὲ καὶ Αὐτονόης Ἀκταίων.
Ἀθάμαντος δὲ καὶ, Ἰνοῦς Λε-
αρχος καὶ Μελικέρτης
υἱὸς δὲ Σπάρτου καὶ Ἀγαυ-
ης γεννᾶται Πενθεύς.
Ζεὺς Σεμέλῃ πλησιάσας καὶ κερ-
αυνώσας αὐτὴν, ἀνελόμε
νος τὸν Διόνυσον, καὶ ἐῤῥάψ-
ας εἰς τὸν μηρὸν ὕστερον
δίδωσιν Ἰνῷ τρέφειν.
Ἥρας Ἀργείας ἱέρεια Ευρυ
. . . .

Ita vertit Cl. Maffeius:

Martis & Veneris filia genuit filias quattuor, Inonem, Agaven, Autonoen, Semelen, & filium Polydorum. Ariſtaei, & Autonoes Actaeon. At Hamantis, & Inonis Learchus, & Melicertes. Filius Sparti, & Agaves gignitur Pentheus. Juppiter ad Semelen accedens, cum ipſam fulmine afflaſſet, Bacchum capiens, & in femore inſuens, deinceps Inoni nutriendum tradidit. Junonis Argivae Flaminica Eury . . . .

„ Præclarum (ait Cl. cit. A.) fabularis hiſtoriæ fruſtum in aversa nuper relati fragmenti parte interlucet. Initium Hygini Fabulæ 179. hinc videri poſſit deſumptum. *Cadmus ex Harmonia Martis, & Veneris filia procreavit filias quattuor, Semelem, Inonem, Agavem, Autonoem, & Polydorum filium. In ejuſdem fabula 180. Actaeon Ariſtaei, & Autonoes filius.* In prima vero: *Athmas habuit ex Inone Cadmi filia, filios duos Learchum, & Melicertem* Σπαρτοὶ hoc eſt *fati, dicti ſunt homines ex dentibus imperfecti a Cadmo draconis nati. Ea propter Lycophron:* σπαρτὸς λεώς, *ſeminatus Populus;* ubi Tzetzes: οἱ ἐν Θηβαῖοι. Tamquam viri nomen, ut in lapide noſtro habetur, Σπάρτου videre non memini. Pentheus *Echionis & Agavei filius* ab Hygino dicitur. Echion ex quinque illis unus fuit, qui e Satorum pugna reliqui fuere. Juppiter Bacchum puerum ἐν τῷ πυρὸς ἁρπάσας, ἐνῤῥάψας τῷ μηρῷ Apollodorus & Euſtathius. Inoni nutriendum tradidiſſe lapis noſter docet.

M E R C V R I V S.

6 *Novariæ.*
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCLXX. 5.

OPTATVS . CASSIVS
OPTIONIS . F
SVSCEPTVM . MERITO . VOTVM . TIBI . MERCVRI . SOLVI
VT . FACIAS . HILARES . SEMPER . TVA . TEMPLA . COLAMVS

„ *Optionis* (ait cit. A.) nomen animadverte, & cognomentum gentilitio præmiſſum, quod quibuſdam Scriptoribus familiare eſt, in lapidibus perrarum.

1 *In pago Italiæ Fonbanetti.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. pag. 91.

MERCVRIO LVCRORVM POTENTI
ET CONSERVATORI SACR.
C. GEMETINVS . C . FIL . VALERIANVS
IIIIVIR AP.* PR . AR. ID. C. GEMETINVS
VALERIANVS SECVNDVS VALERIA
S . . IS EX VOTO DONVM POSVIT
ET ** DEDICAVIT. L. D. D. D.

Qui commercio (ait Spon.) *præſidebat, non inepte lucrorum potens, & conſervator dicebatur.* Fabret. p. 624. n. 210. verſ. 2. CONSERVATOR . SAC. v. 3. QVI . VALERIANVS. * PRAEF . I . D . C... GEMET. SECVND ... ** DICAVIT.

2 *Narona Dalmat. 1759.*
Venetias in Muſeum Nanium tranſvecta, long. pal. R. 3. 6. Miſit V. Cl. Paulus Paciaudi.

MERCVRIO . AVG . SACR
M . VLPIVS . AVG . LIB . NEDYMVS
C . POLLIVS . ALBANVS
T . VETVLENVS . T . L . ABASCANTVS
Q. CORNELIVS . AVGVSTALIS
L. VOLCEIVS . CERDO
IIIIII VIRI . M . M . OB . HON

Hæc mendoſa in ult. lin. edita fuit in Excerpt. Totius Ital. & Helvet. Liter. T. III. p. 223.

3 *Salodori apud DD. Soury.*
Miſit V. CL. S. Schmidtius.

MERCVR . AVG .
VALER . HISPANVS . IIIIII . VIR
AVG . LVGD . EX . S . VOTO

Hoc monumentum prodiit in *Delices de la Suiſſe*. Inde tranſiit ad Bochatum in *Mémoires ſur l' Hiſtoire ancienne de la Suiſſe* Tom. 2. 415. De Saldorenſibus Antiquit. ediſſerit & quidem erudite Samuel Schmidt. Hæc Urbs in *Itiner. Antonini* in *Peutingeriana Tabula*, & in Inſcript. *Deæ Eponæ* apud Grut. LXXXVII. 4. *Salodurum* vocatur. Hodie Gallis *Soleurre*, Germanis *Solothurn*, Italis *Solodoro*.

4 *In pago Birſat prope Vormatiam.*
Ex Sponio in Miſcell. pag. 92. n. XLIII.

DEO MERCVRIO
NVNDINATORI.

Heic duo Mercurii cum Caduceis, alter togatus, alter ſeminudus.
Reineſ. pag. 118. num. 80. I. verſ. I. deeſt, DEO. Mercurium eſt dictus: hunc etenim negotiorum omnium exiſtimabant eſſe Deum. *Feſt. Pomp.* Nauſicles mercator Ægyptius, Ἑρμῇ ἀγοραίῳ καὶ ἐμπολαίῳ ſacrificat apud Heliod. L. V. Æthiop. c. 4. Vid. Iſidor. Lib. VIII. *Etymologiar.* cap. ult. Fulgent. *Lib. I. Mytholog.*

5 *Veſontione ann. 1679. reperta.*
Ex Eodem pag. cit.

DEO MERCVRIO CISSO
NIO DVBERATIA CASTVLA
NATIONE SYRIA TEMPLVM
ET PORTICVM VETVSTATE
CONLABSVM DENVO DE SVO
RESTITVIT

Mur. CXLIV. 3. lin. 2. DVBITATIA . lin. 4. PORTICVS.

6 *Mediolani.*
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam pag. 211.

MERCVRIO
SACRVM
CN. PAPIRIVS
OCVLATIVS
ET SALVIA
PVDENTINA
VXOR

Mur. XLVII. 1. MERCVRI.

7 *In agro Brixiano, vulgo in* Virli.
E Schedis D. Petri Gnocchi.

MERCVRIO
C. QVINTIVS
SALVIANVS.
V . S . L . M

8 *Brixiæ*
In viridario DD. de Montibus.
Ex iiſdem.

MERC
C. PETRONIVS
FRONTO
V . S . L . M

9 *Ibidem.*
Olim in domo D. Bapt. Borella.
Ex iiſdem.

MERCVRIO
L . POBLICIVS
VALENS

10 *In Regno Tunetano*
In antiqua Colonia Thignica, hodie Tunga, aut Tannica.
Ex Shawio in cit. Oper. pag. 219. Vol. I.
Ad portam cujuſdam Templi.

MERCVRIO
IMP-------AVRELIO-----
PONT. MAX. TRIB. POT. XXIIII

11 *Olim Paganoræ in agro Brixiano.*
E Schedis D. Petri Gnocchi.

MERCVRIO
REIPVB. BRIX
CONSERVATORI
C. CALLINIVS . C. F
EVTIPHRO
D . D

Spon. lin. penult. EVTIPHIO, & non habet D. D.

1 *Brixiæ*
ad S. Thomæ.
E Schedis D. Petri Gnocchi.

MERCVRIO
CVSTODI
NON . SINE . MERITO
M. VALERIVS . NERO
ET . NEMO . VALERIVS
SACROR. CVRAT
D . S . P

In *Nov. Theſ.* XLIX. 9. deſunt duæ poſtremæ lineæ. Vide *Art. Crit.* Lib. III. Cap. IV. ubi nonnullæ Rubei Inſcriptiones in judicium afferuntur.

2 *Fontaneti in agro Novarienſi,*
ad D. Sebaſtiani.
Ex Donio Cl. I. n. 168.

MERCVRIO
LVCRORVM . POTENTI
ET . CONSERVATOR . SACR
C . GEMETINVS . C . FIL
QVI . VALERIANVS
IIII VIR. A. P. PR. AR. F. I. D
C . . . . GEMET
VALERIANVS . SECVN....
VALERIA . SIRI.... IS
EX . VOTO . DONVM
POSVIT . ET DEDICAVIT
L . D . D . D

„ QVI. id eſt; *Quirina Tribu.* IIII VIR. A. P. PR. AR.
„ F. I. D. Hoc eſt: *Quatuor Vir, ædilicia poteſtate. Præfectus argento feriundo. Juri dicundo.* Parum accurate deſcriptam, & mancam edidit Sponius in Miſcell. p. 91. V.
„ Fabret. Cap. IX. n. 210. Ita Gorius ad hanc Epig.

3 *Mediolani.*
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Ital. p. 83.

MERCVRIO SACRVM
L. SATRIVS AMARANTI
L. AMARANTVS V. S

Murat. MDCCCLXXX. 9. ſed variantem. Nam legit ult. lin. AMANDVS.

4 *Vindobonæ,*
in Atriis Bibliothecæ Cæſareæ.
Ex. Maff. pag. CCXXXVIII. 4.

MERCVRIO
CONSENTIENTI
SACRVM
HERMIAS . DEDICAVIT
IDEMQ . VOVIT

5 *Cividati*
in Valle Camonica.
E ſchedis Petri Gnocchi.

MERCVRIO
MAXIMO
CONSERVATORI
ORBIS
C . SILIVS . FVNDANVS
C . FIL . QVIR . XV . VIR
SACR . FAC . STATVAM
ET . ARAM . CC
V . S . L . M

Mercurius conſervator orbis appellabatur, eoquod Mercatorum Deus eſſet: quoniam a mutuo regionum commercio conſervatio orbis, hominumque grata ſocietas pendere videtur. XV. *Virorum* munus erat libros Sybillinos cuſtodire, ludoſque ſæculares celebrare, de quo Onuphr. in Civit. Rom.

6 *Paganoræ.*
Apud Nobiles della Corte
ad S. Nazarii.
Ex ſchedis Petri Gnocchi.

MERCVRIO
QVINTIVS
LEO
V . S . L . M

7 *In agro Brixiano,*
vulgo in Moniga territorio di Moſcalina, *prope ſcalam, e qua ad Eccleſiam S. Rochi aſcenditur.*
E Schedis Petri Gnocchi.

DEO . MERC
M . NON . ARR
PAVLINVS
APER . C . V
PRO . SALVTE . SVA
V . S . L . M

Grut. LIV. 10. lin. ARRVS PAVLLINVS. lin. 4. C L

8 *Erbuſci ad Parochiam S. Georgii, in parva Eccleſia S. Clementis, in agro Brixiano.*
Ex Schedis Petri Gnocchi.

MERCVRIO
BETVLLVS . VALENTIS
SPE

9 *Fleri, ad Eccleſiam S. Euſebii,*
in eodem agro.
Ex iiſdem.

MERCVRIO
Q. VALERIVS . MA
GMCVS V. S. L. M

10 *Inzini,*
in eodem agro.
Ex iiſdem.

MERCVRIO
STRENVS
BRISIAE . F
V . S . L . M

11 *Cortonæ,*
in Muſeo Coratio.
Miſit V. Cl. D. Can. Reginaldus Sellari.
Æneum Sigillum pro figlinis.

PACCI
MERCVR

12 *Auguſtæ Prætoriæ*
Anglerianæ.
Ex Cyriaci Nov. Fragm.
pag. 41. n. 94.

MERCVRIO
P . QVRTIVS
VICTOR
S L M

Gruter. LII. 13. lin. 2. QVARTIVS *ex Apiano* Rein. in Appendice num. XXXVII. *e Langermanniaxis* colliæt *Salutiis in Pratorio*. lin. ult., V. S. L. M. Murat. ex ſchedis ſuis XLVII. 7. & *Mediolani* ponit, lin. 1. MERCVR. lin. ult. ut Reineſiana, & ſic Cl. Zacharias *Excurſ. Litter.* pag. 59. n. CLXXXV.

1 *In agro Brixiano vulgo in* Nuvolento. *Ex Petri Gnocchi.*

MERC
C. CLODIVS
FIRMVS
V. S. L. M

2 *Verziani in eodem agro. Ex iiſdem.*

MERCVRIO
CONSTANS
ACVTII
COMINAE
V. S. L. M

Grut. LII. 7. lin. 3. ACVTI.

3 *In eodem agro, vulgo* in Sermione. *Ex iiſdem.*

C. BETVLIVS
ENCOLPVS
MERCVR. RED

Grut. LV. 2. C. BETVTIVS.

4 *In eodem agro, vulgo* in Nuvolento. *Ex iiſdem.*

MERCVRIO
SEX. MVNATIVS
CAMPANVS
V. S. L. M

Grut. MXV. 11. & MLXVII. 12. lin. 2. SEX NVMA, lin. 3. CAMPAN. Gud. MVNA.

5 *Ex Ampliſſ. ac Doctiſſ. Joh. Nic. ab Hontheim in Collectione Antiq. Inſcript. Trevirenſium inſerta Prodromo Hiſtor. Trevir. Diplomat. & Pragmatic. Claſſ. II. n. 2. p. 185. edit. Aug. Vindel. 1757.*

..... DEO. MER
..... T. ROSM
..... DIVTO
..... SVLVS
... M.

Fanumne Mercurii (ait Ampliſſ. Præſul) aut quid aliud monumentum fuerit, ſcire vetat invida rerum ætas: hoc ſolo indulgens, quod ſaxum, prope Nider-Emmel ad Moſellam effoſſum Luxemburgum ad Colleg. S. J. deportatum fuit &c. Wilthemius *Luxemb. Rom.* MS. Lib. IV. c. 2. vocabula deciſa ſic ſuis reddere ſpatiis conatus eſt:

Jovi Optimo Maximo
Et Deo Mercurio
Pro Salute Tibi Roſmari
(vel Roſmarini)
Adiutoris Urſulus
Votum Solvit Lubens Merito.

MINERVA.

6 *Romæ Ex Marangonio in Libro, cui titulus:* Le Coſe Gentileſche ec. *pag.* 168.

PALLADI
PRVDENTISSIMO
ET
BENIGNISSIMO
PATRI
P. AELIO DIONYSIO
P. V. RATIONALI
* * * * * * * *
* * * * * *
SABINILLA. V. V.

P. V. legerem *Præſtantiſſimo Viro*, vel *Publico Urbis Rationali*.

7 *Eruta ex veteris Urbis Induſtriæ ſitu. Hodie in Muſ. Reg. Taurinenſi. Ex Hiſt. Litter. Ital. T. II. p.* 525.

MINERVAE
PRO. SALVTE
DESTICI. IVBAE. C. V.
ET DESTICI SALTVS
ET. IVBAE CL. IVVENIS
ET. I. FIL. SALLVSTIAE
PLOTINAE CLARISS.
CAILVS. SER. ACTOR
V. S. L. M.

8 *Onſati in agro Brixiano, ad Eccl. D. Petri. E Schedis Petri Gnocchi.*

L. L. MINERVAE
V. S

9 *Olim in pago Vervò ditionis Tridentinæ, hodie in caſtro Braghiero Vallis Non. Miſit V. Cl. Fr. Benedictus Bonelli In ſtilobate coronis ornato.*

MINERV.
AVG. L. NE. N.
LA. IV. S. TIN
CVM. SVIS
V S. LL..

10 *Hanc vero exhibuit Maffeius Inſcript. Var.* CCLXXX. 7. uti poſitam *ad Eccleſiam Vici Lomaſi Vallis Judicariæ*, quod falſum eſt.

MINERVAE
AVG. L. NEMA
LA. IVSTINVS
CVM. SVIS
V. S. L. L. M

11 *Manerbii in agro Brixiano, In Ædibus DD. Botti. E Schedis Petri Gnocchi.*

CORNELIA
CATVLLA
MINER. V. S

12 *Arimini, apud D. Andream Battaglini: Ex Thoma Temanza V. Cl. & Architecto Veneto*, Antichità di Rimino. *Venet.* 1741.

Q. PVPIV.
SALVIVS
MINERVAI
V. S. L. M

13 *In agro Brixiano, Materni in domo DD. Veronenſium, an. 1750. reperta.*

Q. SVRICI. F
MINERVAE
V. S. L. M

1 *Burni extra Brixiam.*
E Schedis Petri Gnocchi.

MINERVAE
AVGVST
SEX . DVGIVS
VALENTIO
VI. VIR . AVG

Grut. LXXXI. 5. lin. 3. SEX. DRVNIVS VALENS, & ult. lin. DD. in not. DVGIVS VALENTIO. Murat. LIII. 10. lin. 4. VALETIO.

2 *In oppido Inzino agri Brixiani poſt Chorum Parochialis Eccleſiæ.*

Ex iiſdem.

MINERVAE
POSTVMIA
PRISCA
V . S . L . M

3 *In loco Manerba agri Brixiani.*
Ex iiſdem.

MINERVAE
C. MVNATIVS. C. F
F . PICATIANVS
EQVO . PVBLICO
V . S . L . M

Mur. LII. 8. non habet F. init. lin. 3. contra fidem lapidis.

4 *Cureſii, vel Cureii, ut eſt in diplomate Conradi Imper. aut Curiæ Regiæ, ut alii vocant [vulgo Curegium, vel Quiregium dicitur] in agro Novarienſi, ubi plures erutæ Inſcriptiones, quibus olim ſtatuæ impoſitæ fuerant.*
Ex Donio Cl. I. num. 161.

MINERVAE
DECEMBER
OP : : A : : : : : :
IIO : : : : : : NIS
V . S . L . M .

5 *In Caſtello Iſtourgi ſuper Tokenbourg apud Helvetios.*
Miſit Samuel Schmidrius V. Cl.

MINERVAE AVG . . . .
L . CALLIDIVS P F TR . . . .
PALMAR . C . V. IV . . . . .
QVADRAT . AMIC . . . . . .
ET . C . SECVND . . . . . .
PRO . INCOLVM . . .
IN SODALI . . . . . .
- - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - .

Hunc lapidem vulgavit Bochatus Tom. II. 424. cit. Oper. Lin. 2. legerem *Præfectus Fabrum Tribunus.*

6 *In agro Moguntino reperta.*
Ex C. V. Carolo Henr. de Kleſtenberg, & Wideck.

DEAEPALLADIC.
AVR . FESTINVS . 7.
STRATCI . . . . . EI
GNATIANI . LEG
TABVLARIVM PENSI
LEM . ASOLOFECIT
ADIVTORE CoSSIO
MARTINO PRAE
: NE T . EXTR . CATO

7 *Aſſiſii.*
E Schedis Cl. V. Bernardini Leonellii Aſſiſinatis.

C . PROPERTIVS
HACCILIVS
MINERVAE
D . D .

Mur. LIII. 2. habet HAEGIVS pro HACCILIVS.

8 *Ex Muſeo Veron.* LXXX. 4.

MINERVAE AVG
PAPIRI
THREPTVS ET PREPVSA
V S
L D D D

Grut. LXXXI. 6. lin. 1. AVGVSTAE. lin. 3. PRAEPVSA.

9 *Ibidem*
Ex eodem pag. LXXXI. 1.

MINERVAE . AVG
Q CASSIVS
PAPIRI ET CLODIA
V . S
L . D . D . D

10 *Romæ,*
in vinea, quæ dicitur di Campo vecchio,
Nobb. de Gavottis, prope Cryptam Ferratam.
Ex Gorio Inſcr. Antiq. Append. Par. III. p. 285.

Ara

MINERVAE
SACRVM
LL . VOLVMNI
VERVS . ET . SEVERVS
PRAEF . COHOR . THR . MI.
PRAEF . EQ

Alteram aram dicatam *Dianæ* Invictæ a duobus *Volumniis Vero* & *Severo* reperies in Par. I. pag. 333. n. 2. cit. *Inſcr. Antiq. Etr.* extantem Florentiæ in Muſ. Suburbano Strozio. Ex hac diſcimus eos *Luciorum* prænomen habuiſſe, ut recte obſervat Gorius.

1 *Albani.*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. pag. 270.

IMP . CAES . L . SEPT . SEVER . PII PERT . AVG
PARTH . ET . IMP . CAES . M . AVREL . ANTONINI
PII FELIC . AVG . PARTH . MAX . BRITANN
MAX . P . P . ET IVLIAE AVG . MATR . AVG
N . ET . SENAT . ET PATRIAE ET CASTR
MINERVAE AVG . SACR .
DASIMIVS FIRMAN . CORN . LEG . ET AVR
VICTORIN . ACTAR . CVM IMM . LIB
EX EXACTIS VOT . M . F

NEPTVNVS, ET PAN.

2 *Tibure.*
Miſit V. Cl. Annibal de Abbatibus Olivieri.

NEPTVNO
ADIVTORI
SACRVM .
M . AEMILIVS
FLACCVS Q̄

Dext. latere præfericulum ſine patera, ſupra areſia.

3 *Ex Grævio in præf. ad Tom. X.*

NEPTVNO . REDVC
SACRVM.
Q . MANLIVS . Q . F . PAL
SEVERIANVS.
VI . VIR . AVGVST . ET FLAMEN
TITIALIS . V. S. L. M.

Ex hoc marmore diſcimus *Neptuno Reduci*, cum ſalvi domum rediiſſent, litare ſolitos fuiſſe.

4 *In oppido Taberſoc initio Numidiæ.*
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCLVI. I.

NEPTVNO AVG . SACR
PRO SALVTE IMP . CAES
L . S. H. T. I. M. I. S

6 **Thuberſoke, olim Thibuiſicumbure,**
in regno Tunetano.
Ex Shawio in cit. Oper. Vol. 1. pag. 222.

NEPTVNO AVG . SAC ..PRO SALVTE
IMP . CAESARVM. ....

5 *Romæ.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. num. 29. pag. 85.

LVCIDO PANI
C. QVINTIVS MVCIANVS
ET HERODIA SYNNESIA
VXOR DVLCISSIMA
V . S.

Reineſ. p. 173. n. 146. I. lin. 2. non habet prænomen C. & legit MVTIANVS. l. 3. ET. Vid. quæ adnotavi in *Art. Critic.* Lib. III. cap. IV. n. II.

7 *Salodii*
ad lacum Benacum.
E Schedis Petri Gnocchi.

NEPTVNO . AVG
SACRVM
PRO . SALVTE
L . SEPTIMII
SEVERI
PATRONI
L . SEPTIMIVS
FOELIX . EX . VOTO

Mur. LV. 2. lin. 5. SEVERIANI. Grut. CXII. 9. non habet lin. 1. lin. 5. leg. SEVERINI. lin. ult. FÆLIX & addit N. H. V. N. AVG id eſt, *Nuncupavit Hoc Votum Numini Aug.*

8 *E ſchedis Rev. P. Ab. Ginanni V. Cl.*

NEPTVNO . CONSERVATORI
ET ISIDI . MATRI . DEO......
IN LVCI CLASS . RAVENN
SACR
L . ANTIDIVS . L . F . PAL . FEROX
PRAEFECTVS CLASS
RAVENNAT . PATRONVS COLLEG
FABR . NAVT . PRAEF . COLL . FABR
FERRAR . QVINQ . II . L. D. D. D.
..... IN COLL . DECVR.

1 *Ex Marm. Salonitanis pag. VIII. num.* 11.

M. COELIVS
SENILISET
PVBLICIAING
ENVA POSVE
RVNT

Sculpta eſt Inſcriptio in anaglypho, ubi Deus Pan, ſiniſtra ſeptem calamorum fiſtulam tenens, & dextra recurvum pedum, ad cujus latus canis damam inſequens.

2 *Guſſagi in agro Brixiano, in ædib. DD. de Averoldis. Ex ſchedis Petri Gnocchi V. C.*

NEPTVNO
V. S. L. M

In altero latere.

VIRIVS
V. S. L. M

Mur. LIV. 5. VIRIBVS mendoſe.

3 *Ex Muſeo Veronenſi.* LXXXI. 5.

NEPTVNO
SACRV̄M
M. DVNILLIVS
HOMO

Grut. LXII. 2. lin. 3, M. DVNILIVS. HOMO cognomen eſt.

4 *Baſis Alt. pal. R. 1. 8. Æona Dalmatiæ Venetias tranſvecta in Muſeum Nanium* 1759. *Ex Ampliſſ. Præſule Joh. Bapt. Paſſerio in Libro, qui inſcribitur:* Oſſervazioni ſopra alcuni Monumenti del Muſeo Nani &c. pag. XXII.

NEPTVNO DIAN
PRoPTMAI
L CINCIVS
TROPHIM
EX VISO P
QVOD ALIS
VIDIT

Lin. 2. forſan *Propter Mare*, id eſt *Prope Mare*. Et in hoc ſenſu uſurpatur a Tullio *in Brut.* ut alios mittam: *In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.* Lin. 5. &c. EX VISO *Poſuit* (fortaſſe) QVOD ALIaS VIDIT. vel *Quod Aliis contigit.* At heic etiam Clariſſ. Paſſerio hæret aqua.

5 *Juſtinopoli in foro. Ex Cl. Joh. Rainaldo Carli, qui exſcripſit.*

NEPTVNO. DEISQ. AVG
T. ABIDIVS. VERVS. POST
SVBPRAEFECTVS. CLASS. RAVEN
TEMPLO. RESTITVTO. MOLIBVS
EXTRVCT. DOMO. EXCVLTA. IN. AREA
D.D. CONCESSA. SIBI. DICAVIT

Apud Murat. LIV. 6. non ad fidem lapidis.

SATVRNVS.

6 *In loco* Mornaca *Agri Tunetani. Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCCLVI. 4.

SATVRNO. AVG. SACRVM. L. CAESONIVS. VIC
TOR. EPISTILIVM. S. P. EXORNAVIT. IDEMQVE
DEDICAVIT. ET. CVM. SACERDOTIBVS. IN. SVMPTVM

7 *In civitate II. Tuggenſi, hodie* Mes-tura, *in regno Tunetano. Ex Shawio pag.* 225. *Vol. I. cit. Oper.*

SATVRNO AVG. SACRVM
CIVITAS II TVGGENSIS
DEDICAVIT DECRETO
DECVRIONVM

8 *In Textor. Ex Maffejo Inſcr. Var.* CCCCLVI. 2.

SATVRNO AVG
SAC
M. AFRINIVS. FE
LIX. SAC
V. S. L. A

9 *In Solnian. Ex eodem l. cit. n.* 3.

SAT. AVG
SAC
M. IANONIVS
FELIX
PET. SACER
V. S. L. A

1 *Prope Brixiam,*
in Monaſt. S. Fauſtini.
E Schedis Petri Gnocchi.

DEO . MALO
SATVRNO
SEX . COMMO
DVS . VALERIVS
V . S . L . M

Grut. X. 11. lin. 1. DEOA . LO STATVRNO . lin. 3. SEX . COMODVS.

2 *Tridenti*
in muro domus poſitæ, in
platea civitatis.
Ex MS. Fr. Joſeph Hippolyti a Pergino.

SATVRNO
AVG
SACRVM
I.. NONIVS
SABINVS
V . S . L . M

VENVS.

3 *Oxonii.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. pag. 94.

BONAE DEAE VENERI CNIDIAE
D. IVNIVS ANNIANVS HYMENEVS ET INVICTA SPIRA ET HAEDIMIANA

Venus *Cnidia* a Cnido urbe Cariæ ita dicta, ubi colebatur. Reineſ. 92. I. lin. 2. HYMENAEVS ET INVICIA SPIRAE PHAEDIMIANA, cui placet legere: *Vinicia. Sperata. Phaedimiana*. Sirmondus eamdem, (ut monet idem Reineſ. l. cit.) Lambecio dedit, verſu 4. ſic expreſſam: *Invicia Aſpereteia Edimianae*. D . D .

4 *Oſtiæ*
In SS. Petri & Marcellini.

Ex Ephemer. Lit. Flor. Tom. I. pag. 58.

TI . IVLIVS
ORPHEVS
SIBI ET
ORFITÆ
F. AN. XIV
VIRGINI
VENERI
CVPIDIN
INFEROR

5 *Nemauſi*
Ex Hiſt. de la Ville de Nimes
Leon. Menard Tom. VII. p. 243.

In baſi

VENERI . AVG

6 *Beneventi*
Prope portam Rufinam effoſſa.

Ex Joh. de Vita V. C. Diſſert. II. pag. 66. in cit. Oper.

DEAE VENERI
C . ENETRI C . L
SACRVM

7 *Romæ.*
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCLXXI. 11

VENERI . FELICI
SACRVM
FADIA . RHODOPE
FECIT

8 *Scardona in Dalmatiæ*
confinio Venetias advecta.
Hodie in Muſeo Nanio
Miſit Ampliſſ. Præſul
Joh. Baptiſta Paſſerius V. C.

Ara votiva.

VENERI
VICTRICI
SACRVM
S . L . L . T

9 *Neapoli.*
Ex Baiis ad regium Cimeliarchium
hoc Herculanenſe marmor nuper advectum.
Ex Martorellio, ubi ſupra pag. 3.

: VENERI PROBAE SANCTISS . SACR.
: TI . CLAVDIVS . MARCION .
: SALVE . MILLEANIMARVM . INLVSTRICENARE OPVS . SALVE
: VICHRIONERIS . PORTATRIX . IN . EXVPERABILE . DONVM
: RERVM . HVMANARVM . DIVINARVMQVE . MAGISTRA
: ATRIX . SERVATRIX . AMATRIX . SACRIFICATRIX
: SALVE . MILLEANIMARVM . INLVSTRI CENAREOPVS . SALVE

Quod, ut celerius legatur, bonis elementis diſtinctum apponitur:

VENERI PROBAE SANCTISS . SACR .
TI . CLAVDIVS MARCION
SALVE . MILLE ANIMARVM . INLVSTRI CENARE OPVS . SALVE
PVLCHRI ONERIS . PORTATRIX . INEXVPERABILE . DONVM
RERVM . HVMANARVM . DIVINARVMQVE MAGISTRA
MATRIX . SERVATRIX . AMATRIX . SACRIFICATRIX
SALVE MILLE ANIMARVM . INLVSTRI CENARE OPVS . SALVE

VVLCANVS.

1 *Brixiæ*
ad S. Agatham.
E ſchedis D. Petri Gnocchi.
Saxum quadratum, omnibus lateribus literis exaratum.

VOLKAN . AVG
P . ANTONIVS
CALISTIO . VI
VIR . AVG . ET . C . CLOD
COMIC . ET . P . POST
AGATHO . IDEM
SPORT . DEDIC . ET . IN
TVTEL . HS . CCCC . DED
COLL . IVVENT.

Vid. Grut. CCCLVI. 3. qui lin. 3. ſcribit : CALLISTIO. l. 8. CCCCI. l. ult. COL. in quo alia tria latera, quæ hic non repetuntur, quia non variant *a Schedis cit. Auctoris.*

2 *Ibidem.*
Olim in S. Georgii, nunc in ædibus DD. Nobilium de Rosa, ad S. Nazarii.
Ex iiſdem Schedis.

VOLK . MITI
SIVE . MVLCIBERO
LVCII . VETTI
TELESPHORVS . ET
CHRYSANTVS . FRAT
VI . VIR . AVG . NOMI
VETTIAE . L . F . SECVNDI
TELESPHORI . FILI
L . D . D . D

Corrupta apud Gruterum CDLXXII. 2. & MLXIX. n. 5. verſ. 1. VOLKAN. MILIT. & verſ. 6. NOMINE. ac etiam in aliis varians a noſtra, exſcripta ex lapide adhuc exſtante. Neque recte apud Murat. LIX. n. 6. ex Rubeo. Corruptiſſima in Gud. Vid. *Art. Critic. Lapid.* Lib. III. c. IV. n. 2.

HERCVLES.

3 *Niciæ.*
Ex P. Zacharia V. Cl. in Excurſ. Litt. pag. 53.

HERCVLI . LAPIDARIO
ALMANCENSES
P.

4 *Laudis Pompejæ in Inſubria*
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XIV. col. 234.

HERCVLI
L
CASSIVS
ALBVCIVS
MEDIOLANIEN
VSLM
L D DD

5 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. A. x. pag. 50.

HERCOLI SACRVM
FL. EVGENIVS V. C. EX PRAEF
PR. COS. ORDINAR. COMIT
DOM . VOTO SVSCEPTO
LIB . MER.

Vid. *Art. Crit.* Lib. III. c. IV. n. III. ubi Sponius p. 51. legit *Ex Præfectus & Comes Domeſticus*, Maffejus *Ex Præfecto & Comes Domeſticorum* legendum vult.

6 *Beneventi.*
Ex Theſ. Antiq. Benev. Joh. De Vita Diſſ. II. p. 61.

L . TARQVINIVS
IANVARIVS
Heic Ovis
IN SVO FVNDO
HERCVLI V . S .

Hunc lapidem dedit Gruterus XLIV. 11. & in eo ſcalptam eſſe ſuem indicat, cum revera in authographo ſit ovis.

7 *Neapoli in Muſeo Vallettiano.*
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCXLIX. 1.

HERCVLI . SERVATORI
P . IVNIVS
IANVARIVS
AVGVR
P

8 *Prope Aſolam in agro Brixiano, in domo ruſtica reperta.*
Ex Hiſt. Lit. Italiæ.

HERCVLI
PATRIO

9 *Mediolani in collectione Archintiana.*
Ex Muſ. Veron. CCCLXIX. 4.

HERCVLI
Q . CASSIV
HECATON
M . V . S
V . S . L . M

10 *Labaci*
Ex eodem CCCCLII. 4.

HERCVLI . AVG . SACR
L . CLODIVS . C . F . VEL
ALPINVS
C . CLODIVS . L . F . CLA
CLEMENS
D . D

1 *Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCCXLVI. 7.

HERCVLI
COH. Ī. TVNGROR
MIL
CVI. PRAEEST. P. AE
MODESTVS. PRAEF

2 *Ex Paſchali Caryophilo, De Thermis Herculanis pag.* 27.

HERCVLI
PRO SALVTE IMPE
RATORVM SEVERI
ET ANTONINI F. CONSER
VATORI AVGVSTORVM
DOMINORVM NOS
TRORVM C. I. GALLV
S. C. V. LEGATVS EORVM
PR. PR. CVM SVIS
V. S. L. M

Hæc Inſcriptio, ut arbitror, pertinet ad ann. V. C. 951. Vulg. Ær. 198. Imp. Severi 6. *Saturnino, & Gallo Coſſ.*, quo Tribunatus poteſtatem (quæ pars maxima regalis imperii erat) ac Auguſti titulum Antonino Filio Severus dedit.

3 *Romæ in Villa Mattheja. In cippo marmoreo. E Schedis Stoſchianis.*

HERCVLI. AVG
SACR
FELIX. AVG. L. OPTIO. ET
EXACTOR. AVRI. ARG. AERIS
ſic TEM. SIGNAT. SVPPOSTORES
ſic MALLIATORES. MONETAE. CAESARIS. N

4 *In Oppido Ghedi, agri Brixiani.*

HERCVLI
C. VOSSIVS. P. F. FAB
DE. SVO. *ſic* PARCIMONIO
V. S

5 *In agro Brixiano. vulgo* in Manerba *E Schedis Petri Gnocchi.*

DIVO
HERCVLI
SACRVM

6 *Corcyræ Ex Montfauconio Diar. Ital. C.* XXVIII. *p.* 425.

ΜΑΚΑΤΑΣ ΠΟΗΣΕ
ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΑΛΚΜΗΝΗΣ ΤΕ ΓΟΝΟΝ ΤΙΜΑΙΣΙΝ ΑΕΞΩ
ΤΙΟΣ ΛΑΣΘΕΝΕΟΣ ΣΤΗΣΕΝ ΑΓΑΛΜΑ ΤΟΔΕ
ΜΝΗΜΗΝ ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΣΩΖΩΝ ΠΑΤΡΟΣΤΕ ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ
ΛΑΦΑΝΕΟΣ ΚΑΗΝΩΙ ΛΟΞΙΟΥ ΕΝ ΤΕΜΕΝΕΙ
ΩΦΑΝΗΣ ΛΑΣΘΕΝΕΟΣ ΑΣΚΛΕΠΙΩΙ
ΑΝΕΘΗΚΕ. ΜΑΚΑΤΑΣ ΕΠΟΗΣΕ

Et ita vertitur:

Machatas fecit.
Ab Jove, & Alcmena genitus celebrabitur heros.
Laſthenis erexit filius hanc ſtatuam,
Pignus ut hoc niteat Patris immortale, ſimulque
Laphanis in templo, pulcher Apollo, tuo.
Ophanes Laſthenis Aeſculapio
Repoſuit. Machatas fecit.

Hercules Jovis & Alcmenæ filius fuit. Hanc iterum edidit Bonada in cit. Oper. Tom. I. pag. 97.

7 *Ex Ampliſſ. Præſule B. Paſſioneo. Cl. I.* 12.

Cippus.

FL. SABINVS
SVPERIOR
HERCVLI
VOTVM
SOLVIT

8 *Olim Viterbii. Ex V. Cl. Feliciano Buſſi:* Iſtoria della Città di Viterbo, *edit. Romæ* 1742. *Par. I. Lib. I. pag.* 44.

DEO. HERCVLI
M. L. SPVRINA
LEG. X̄Ī. METAT
EX. VOTO. NVNC
SACRAVIT

1 *Romæ.*
In atrio Monaſterii S. Sabæ.
Ex Diar. Lapid. MS. Rev. P. Abb. Petri Aloyſii Galletti V. C.

..ERCVLI INV..
..SACRVM..
..ERIVS IVLIANVS..
..O SIGN. AEN..
..VA PECVNIA DD..
..X. KAL. IVL..
..ERO ET SABINIANO..

2 *Baſis ad ripas Abduæ flum. ſecus nov. Laudenſium Urbem.*
Ex Cyriaci Nov. Fragm. p. 52. n. 139.

HERC. SAC
CVMAS. CARPIVS
SYMPHORIO
VI VIR. SEN
T. AVG. C. DD.
ORNANDE C.
AB ORD. SPLENDID
MM. HONOR
CVMAS. CARPIO
FESTO. FILIO
EQ. R. EQ. P.
VI. VIR. IVN. DEC
VOT. SOL.

Ex Apiano Grut. XLIII. 8. verſibus aliter diſpoſitis, ponit *Laude Pompeja in reliquiis templi Herculis ad ripam fluminis*, & mendoſam edidit; in repet. vero ejuſdem editione Reineſii emendationes adferuntur, *quarum* (inquit Oliver.) *prior non ingenioſa modo, ſed vera videtur, ut lapis ipſe oſtendet. Legit igitur ille* HERC. SACRVM. A. SCAPTIVS [*ita de more nomen torquet, quaſi vero* A. SCARPIVS *eſſe non potuerit*] VI VIR SEN. ET AVG. G. D. D. (hoc eſt: *Gratuitus Decr. Decur.*) ORNA. DEC. ALB. ORD. SPLEND. M. M. HONOR. CVM A. SCAPTIO *Filio* C. Q. A. EQ. P. &c. Emendatius tamen Cyriac. ORNAMentis DeCurionatus AB ORDine SPLENDIDiſſimo *Municipii Mediolanenſis* HONORatus. *Ita C. Vallius Polycarpus in Piſaur. Inſcr.* n. 44. dicitur ORNAMENTA DECVRIONATVS INLVSTRATA A SPLENDIDISSIMO ORDINE PISAVRENS. *Emendatius item Cyriac. lin.* 11. EQ*uiti Romano*, ubi Grut. habet C. Q. R.

3 *Ibidem.*
Ex Cyriaco pag. cit. n. 140.
Baſis.

HERCVLI
Q. EVFEMVS
Q. F. OVF
LVCVLLIVS
AED
VI. VIR
V. S. L. M.

Grut. ex *Apiano*, & ſchedis Panv. XLIII. 9. lin. 2. EVFEMIVS, lin. 4. LVCVLLVS, & ponit *Coloniola in agro Veronenſi*. Mur. LXI. 5. ex Donio *Laude Pompeja* lin. 4. LVCVLLVS. At Grut. denuo eumdem pene tit. edidit cit. pag. n. 10, *conglutinans eam cum illa* (ait Cl. Oliver.) *quæ ex Cyriaco producitur* in cit. Oper. n. 143.

4 *Sub Monte Aventino, in Vinea Nobb. DD. de Cicciaporcis.*
Ex Donio Cl. I. n. 97. qui vidit, & exſcripſit.

SACRVM. HERCVL.
MAG. VICI. ANNI. XI
A. A. MARCII. ATHENODOR
LIB. HILARVS. ET. BELLO
N. LVCIVS. HERMEROS
AEQVITAS. MAG. ITER *ſic*
PONDERA. AVRARIA. ET
ARGENTARIA
VICINIAE. POSVERVNT
IDEM. TVENTVR
ANNO. XIX
PRO. PARTE. IN
VNA. CVM. MAGISTR
CONTVLERVNT

Hunc lapidem, quem nova fere facie rurſum ex Donio exhibemus, dedit Fabrettus Cap. VII. pag. 528. n. 379. quem videtis.

5 *Laude Pompeja ad Herculis dirutum Fanum ad Abduæ flum. ripam*
Ex Cyriaci Nov. Fragm. p. 53. n. 141.

H. L. M.
C. APRON. C. L.
CLEMENS
MEDIOLANI
V. S.

Ex Langerm. Schedis Reineſius 67. I. lin. 4. non habet MEDIOLANI. & in not. ait: *Non ita facile cuiquam in mentem venire potuit quid ſibi verſus primi ſigla, H. L. M. vellent, niſi & ea, quæ ultimum verſum faciunt, & locus ubi extat lapis, ad verum earum ſenſum manu quaſi nos ducerent. Herculis cultum maxime apud Inſubres ..... ferbuiſſe, tot & diverſis locis exſtructa templa teſtantur, & dicati lapides .... Obvium igit. eſt prima ejus connexa extremis inſinuare, tam nomen Numinis, quam uſitatam veteribus in hac religionis ſpecie formulam, & exponi debere* Herculi Libens Merito Votum ſolvit.

6 *In urbe* Sicca, *aut* Sicca Veneria, *hodie* Keff, XXIV. *leucis a Tunneto.*
Ex Shawio l. cit. pag. 228. Vol. I.

HERCVLI SACRVM
M. TITACIVS PROCVLVS PROCV
RATOR AVGVSTI SVA
PECVNIA FECIT

Vid. Tertull. Lib. ad *Scapulam*, & Baron. ad ann. 195. Chr.

7 *In Thermis in Dacia detectis.*
Ex Differt. Epiſtol. de Thermis Herculanis p. 24. Caryophili.

HERCVLI. PRO
SALVTE. IMP
M. AVREL. ANTO

1 *Ex Tranſactionibus Philoſophicis Londinenſibus Menſ. Decembris 1748. n. 474. Nuper detecta prope Vindomum in Anglia, vulgo* Silcheſter.

DEO HERCVLI
SEGONTIACORVM TITVS
TAMMONIVS SOENIVS TAM
MONIVS VITALIS CORNICV
LARIVS HONORIS CAVSA
DEDICARVNT

Hæc mutila in Tom. XXXVIII. pag. 177. *Biblioth. Raiſonnée* edit. 1747. ubi lin. 3. habet SAENius.

2 *Ameriæ in Eccleſia Cathedrali, ara marmorea, in cuius latere ſculpta plura fabrilia inſtrumenta, & ſub inſcriptione phare-tra, & arcus cum duabus aviculis mutuo ſe oſculantibus.*
Ex Donio Cl. I. n. 95. qui vidit.

ΗΡΑΚΛΗ. ΒΑΣΙΑ
Λ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ. ΑΠΕΛ
ΣΕΒ. ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ita vertit Gorius: „ *Herculi Regi, Lucius, Antonius, Libertus, Augusti Coſmoplocus, dedicavit*. Eximium hoc Herculis (ait. cit. A.) cognomen ex hac ara nunc primum „ in lucem prodit; eoque par fit Jovi, qui a Poetis, & ut „ eſt in Ara Gruteriani Theſauri MLXV. 3. *Rex* appellatur, & *Imperatoris* cognomento laudatur a Cicerone in „ Verrem Or. IX. Lib. IV. &c. ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ. *Coſmoplocus*. Proprium Liberti nomen, quod uti notiſſimum „ apud omnes, Græcum eſt, vel e Græco non raro Latine „ redditum. Verum hac voce, officium, ſeu ars hujus Liberti in domo Auguſta, *a capillis plicandis, ornandiſque*, „ fortaſſis indicari poteſt. „

3 *Ex Blaſio Caryophilo V. CL. de Veterum Clypeis, Lugduni Batavorum 1751.*

ΓΕΣΣΙΟΣ
ΦΛΑΚΚΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ
ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΟΠΛΟ
ΦΥΛΑΚΙ

Geſſius Flaccus Præfectus armorum Herculi armorum Cuſtodi.

Hæc etiam apud Seldenum Vol. II. edit Lond. 1726. Romæ publicas armorum officinas ſub Maximino & Albino Auguſtis fuiſſe, teſtatur Herodianus *Hiſt.* VII. II. quas, ut magis tutæ, & inviolatæ eſſent, Herculis cuſtodiæ dicarunt antiqui.

4 *Romæ in Villa Cæſarinia Ex Sponio Sect. III. cit. Oper.*

HERCVLI PONDERVM
Q. AEMILIVS VIBIANVS
B. TRIB. COH. III....

Herculem *ponderum* Cuſtodem dictum ob juſtitiam & æqualitatem ab eo dilectam, an vel ob in eius templo depoſita pondera, ut in Templo Opis, ſatis non apparet.

5 *Ex V. Cl. Paſchali Caryophilo: De Thermis Herculanis nuper in Dacia detectis pag. 24. edit. Trajecti ad Rhenum 1743.*

M. AVREL. FAVS
TINAE. AVG. MATRI
AVG. ET. CASTRORVM
SVB. CVRA. IVL. PA
TERNI. PROC
SYNTROPHVS
VIL

Finem anterioris, uti & hujus initium nobis eripit Marmoris eroſio. Anno V. C. 929. Chriſti 176. & Marci Aurelii Imp. 16. Commodus F. Aurelii & Fauſtinæ *cum Patre* (teſte Lampridio in eodem Commod.) *Imperator eſt appellatus V. Kal. Decemb. die, Pollione & Apro Coſſ.* Quamvis aliqui ad An. Chr. 177. id referant. Unde hæc Inſcriptio eo tempore, vel paulo poſt fuit poſita. Fauſtina *Mater Caſtrorum* appellata ab eodem M. Aurelio, *quam ſecum, & in æſtivis habuerat, ut Matrem Caſtrorum adpellaret*, uti ex Capitolino. In Numo etiam apud Patinum MATER CASTRORVM eſt dicta, & aliis Epigraphis.

6 *Ibidem*
Ex eodem pag. 10.

HERCVLI INVICTO. T. AV. GEMIN.
IANVS VET. LEGIONIS. XIII. GEM
ANTONIANAE. EX VOTO POSVIT.

7 *Ex Hiſt. Litter. Ital. Tom. X. pag.* 172.

HERCVLI. SACRO
NOMINE
M. PROCILIO
MAXIMIANO
III VIR. INT
RAMN. LIREIS
IVRISDICVNDO
M. PROCILIVS
AVGVSTALIS
PATER

8 *Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. Art. X. Vas marmoreum Herculi Victori dedicatum.*

HERCVLI VICTORI CRATERAM
MARMOREAM CVM BASI SVA
CN. DOMITIVS CN. L. POLYMNESTVS
S. P. D. D.

9 *Romæ*
Ex Eodem l. cit.

SANCTISSIMO
HERCVLI PACIF.
INVICTO
SACRVM
P. IVNIVS P. F. CERI
NVS PRAEF. EQ. SING.
V. S. L. M.

1 *Ardeæ.*
Ex eodem loc. cit.

HERCVLI SERVAT
K. AEMILIVS K. F. QVIRINA
VARRIVS
ARCHITECTVS EXERCIT
ET AEMILIA VESTIFICA
ET AEMIL
VOTO SVS.

2 *In templo S. Apollinaris prope Tridentum.*
Ex MS. Fr. Joſeph Hyppoliti a Pergino Franciſcanæ Reformatorum Provinciæ S. Vigilii Tridenti alumni & V. Cl.

HERCVLI SAXAN....
LVBIAMVS. ENDRVR...
QVINTALLI.....
V. S. L.....
Heic Vaſ.

Sunt & alia marmora *Herculi Saxano* dicata apud Gruterum XLIX. & apud Muratorium.

3 *Inventa Romæ in Aventino ſub æde S. Priſcæ, verſus Circum Max.*
Ex Sponio Sect. III. cit. Oper.

HERCVLI CONSERVATORI
DOMVS VLPIORVM
SACRVM
M. VLPIVS AVG. N.
VERECVNDVS

Apud Gruter. XLV. 10. lin. 4. deeſt AVG. N. Trajanus de hac familia in quodam nummo ſub Herculis facie exhibetur. Hercules erat Patronus domus Vlpiorum, unde

CASTOR & POLLVX.

4 *Seyſſel ad Rhodanum.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III.

DEO VINTIO
POLLVCI
CN. TERENTIVS
BILLONIS FILIVS
TERENTIANVS
EX VOTO

Reineſ. 218. I. lin. 4. BILLIONIS.

SILVANVS.

5 *In Vrbe Aixine Tarantaſiæ, in Alpibus.*
Ex Sponio Sect. III. in cit. Oper.

SILVANE SACRA SEMICLVSE FRAXINO
ET HVIVS ALTI SVMME CVSTOS HORTVLI
TIBI HASCE GRATES DEDICAMVS (1) MVSICAS
QVOD NOS PER ARVA PERQVE (2) MONTIS ALPICOS
TVIQVE LVCI SVAVEOLENTIS HOSPITES
DVM IVS GVBERNO REMQVE FVNGOR CAESARVM
TVO FAVORE PROSPERANTI SOSPITAS
TV ME MEOSQVE REDVCES ROMAM SISTITO
DAQVE ITALA RVRA TE COLAMVS PRAESIDE
EGO IAM DICABO MILLE MAGNAS ARBORES
T. POMPONI VICTORIS (3) PROC.
AVGVST.

(1) Alii MAXIMAS. (2) id eſt: MONTES. (3) PROCuratoris.

1 *Seguſii.*
Ex Guich. hiſt. de la Maiſ. de Savoy. Tom. I. p. 34.

TV . ME . MEOSQVE . REDVCES . ROMAM . SISTITO
DAQVE . ITALA . RVRA . TE . COLAMVS . PRAESIDE
EGO . IAM . DICABO . MILLE . MAGNAS . ARBORES .

Marmor ad Silvanum attinet.

2 *Senis*
ad lævam Portæ Romanæ.
Ex MS. Cl. V. Equit. Ioh. Ant. Pecci.

SILVANO . SAC.
C . VICTRICIVS
MEMOR . VI . VIR
AVGVSTAL . POSVIt

Murat. LXVIII. 11. lin. ult. VO. SOL contra fidem marmoris.

3 *Nemauſi*
Ex Spon. Miſcell. Sect. V.

DEO SILVANO ET LIBERO
PATRI ET NEMAVSO
. . . ARCVS SINODI

4 *Arimini*
in Muſeo Cl. V. Joh. Blanchi.

SILVANO
V . S
L . VALERIVS
L . F . IVSTVS

5 *In Diœceſi Nolana nuper reperta.*
Ex Ephem. Lit. Flor. T. XVI. 443.

SILVANO . SACR
M . VICIRIVS . RVFVS . V . S .
QVOD . LICVIT . IVNIANO S
REPARARE . PENATES QVOD
QVE . TIBI . VOVI . DE
MARMORE . SIGNVM

6 *In agro Ravennate.*
Ex iiſdem.

SILVANO.......
VOTO SVSCEPTO . PRO . S...
. . . EVNVS

7 *Moresbiæ in Cumbria,*
ad mare Hibernicum.
E Schedis D. Abb. Petri Gnocchi V. C.

DEO . SILVAN.....
COH . II . * LING
CVI . PRAEFS......
G . POMPEIVS . M.....
SATVRNINVS

* LIN *Gonum*. Mutilior apud Gruter. LXIV. 8.

8 *Ex Rev. P. Abb. D. Petro*
Aloyſio Galleto Caſſinenſi. V. C.

SANCTO SILVANO
SACRVM
C . VIBIVS RVFINVS
VOTVM SVSCEPTVM
DE SVO S . L . M .

9 *Ex Ampliſſ. Præſule B. Paſſioneo*
Inſcr. Antiche Cl. I. 14.

SILVANO . S . S .
MAIOR . ET . DIADVMEN
VS . CAES . N . SER . ET . CRESCENS
AVG . L . DD
HOR . DE . H . C .

Lin. 1. S. S. *Sancto Sacro* ut apud Grut. LXV. 10. & Reineſium 106. I. *Sancto Sacrum* apud Gudium XLI. 9. Vid. etiam XLII. 2. 3. 4. Lin. ult. forſam *HORreari DE Horreis Cæſaris.*

10 *Fori Sempronii*
apud Nobiles Paſſioneos.
Ex Paſſioneo: Inſcriz. Ant. Append.
pag. 149. n. 3.

SILVANO SAC
L . LICINIVS IVS
MIL . COH . $\overline{\text{VII}}$. P . P .
7 . CARI
V . S . L . M .

11 *Brixiæ*
olim in Sacrario Templi maioris.
E ſchedis Petri Gnocchi.

SILVANO . DEO
M . NONIVS . CLATHEVS
M . NONI . L . ET . EVPHE
MVS Ɔ L . CLATHEAE..

12 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. Sect. VI.

PRO SALVTE
M . AVRELI ANT....
FELIC . AVG......
VILICVS RISINVM
SILVANO SAC
IMP . CAESARIS
HADRIANI AVG .
SER . VILICVS

1 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. VIII.

SILVANO SANCTISSIMO
SACRVM
P. IVNIVS MVCIANVS V. C.
PRAEF. VRB.

In Murat. LXX. 9. deeſt. lin. 2. & in 3. habetur L. IVNIVS.

2 *Romæ*
in villa Cæſarinia.
Ex Eodem Sect. III.

M. ANTON. BATES
VALERIA PRoFVTVRA
ET MARCVS ANTONIVS
HYMETVS COM FILIS SVIS
DONVM DEDIT SANCTO
SILVANO CAMINESI
CLODIO ALEXANDRI
MANCIPE CASSIA DEVTERA

3 *Romæ*
In Hortis Paganicis.
Ex Maffeio Inſcript. Var. CCLXXXVII. 11.

SILVANO. SANCTO. R.....
M. VLPIVS. AGAPETVS. OM...
INPENSA. SVA. ET. OPER...
MANIBVS. SVIS. EFFECTVM
VOTO. SVSCEPTO. RED
DIDIT

Retro duo qui ſacrificant. In latere dextro aries, in ſiniſtro bos ad aram ducuntur.

4 *In Anglia.*
Reperta prope Stanhope *in Epiſcopatu Dunelmi vulgo* Durham, *miſit ad Regiam Academiam Londini* V. Cl. D. *Thomas Birch. Socius ejuſdem XII. Kal. Mart. ann.* 1747.
Ex Tranſactionibus ejuſdem Academiæ An. 1748. *num.* 486.

SILVANOINVICTOSACRVM
CTETIVSVETVRIVSMICIA
NVSPRFALAESEBOSIA:
NAEOBAPRAMEXIMIAE
FORMAECAPTVMQVEM
MVLTIANTECESSO
RESEIVSPRAEDARI
NONPOTVERVNTVSLP

idest. *Silvano invicto Sacrum*
C. Tetius Veturius Micia
nus, Praef. Alæ Seboſia
næ, ob Agrum eximiæ
formæ captum, quem
multi Anteceſſo-
res ejus prædari
non potuerunt.
Votum ſolvens lubens poſuit.

In litera A multoties deficit linea tranſverſalis; neſcio an id evenerit vitio Typographi, vel ita ſit in lapide.

5 *Ex Muſeo Veronenſi* LXXXV. 2.

SILVANO. SALVTARI
SACRVM
SATVRNINVS. AVG. LIB.
PROC. CASTRENSIS
VOTO. SVSCEPTO
FECIT

6 *Romæ.*
In Muſeo Collegii Romani.
Ex Maffeio Inſcript. Var.
CCCXIX. 1.

DEO
SILVANO
D. D
A. AEMILIVS FELIX

7 *Ex Muſeo Veronenſi*
LXXXIV. 6.

SILVANO
ISOCHRY
SVS
CORNELIAE
MAGNAE
V S L M

8 *Brixiæ*
In æde Nob. V. Ludovici Soncini.
Ex ſchedis Petri Gnocchi.

SILVAN
L. M. NARCISSVS
V. S. L. M

9 *Romæ.*
Ad Sacellum Villæ D. Comit. Perucchi olim Galli, e regione Villæ Burgheſiæ.
Ex Marangonio: Memorie ſacre, e profane dell' Anfiteatro Flavio &c. *p.* 81.

SILVANO
SANCTO EX
VISV
L. GAVIDIVS LIBANVS

10 *In loco qui dicitur* Covante *agri Beneventani.*
Ex Theſ. Antiq. Benevent. Joh. De Vita Claſſ. I. p. V.

PRO SALVTE
ET REDITV
L. TVRSELIAIAX
IMIL. TVRSEL
IVS RESTVIVS L
SILVANO CA
SANICO VOT
LIB. SOLVIT

11 *Ex Muſeo Veron.*
LXXXV. 1.

SIVANO. AVG
SACRVM
C. VERONIVS
SERVILIANVS
V. S. L. M.

12 *Angleriæ.*
Ex Cl. V. Zacharia Excurſ. Litter. per Ital. p. 135.

SILVANO S.
C. SECVNDIVS
TERTIVS
V. S. LIB. M.

13 *Olim Brixiæ.*
Ex ſchedis Petri Gnocchi.

C. CLODI
VS. COMICVS
SILVANO

Grut. MLXXI. 5. lin. 2. COMICV lin. ult. V. S. L. M

1 *Romæ reperta in vinea*
DD. de Boccapadulis prope D. Georgii,
Hodie ad ſacellum Villæ D. Comitis Perucchi, olim
Galli, e regione Villæ Burgheſiæ.
Ex Marangonio in Libro, qui inſcribitur:
Le coſe gentileſche ec. pag. 167.

SALVIS. AVGG.
INVICTI. SANCT
SILVANO . SACRVM
T. AELIVS. TRIPHON
SACERDOS . SOLIS
INVICTI . EX VISO
FECIT

2 *Romæ in cippo*,
apud Horatium Pacificum Statuarium.
Ex Donio Cl. I. n. 108. *qui vidit*,
& exſcripſit.

SANCTO
SILVANO
SACRVM
L . BAEBIVS
EVPELASTVS
VOTO FECIT

In averſa parte.
SANCTO
SILVANO
SACRVM

Mendoſam, & mancam exhibuit Reineſ. 101. I. & Muratorius LXX. 2. epigraphem in averſa parte poſitam non affert.

3 *Auguſtæ Taurinorum*,
In Regiæ Academiæ porticibus.
Ex Marm. Taurin.
Par. I. p. 119.

SILVANO . AVG
SACRVM
Q. TOSSASIVS
SYMPHORVS. V . S
I . L . M

Ideſt: *Votum Solvit Iuſſus Libens Merito.*

Muratorius LXIX. 7. in ult. lin. omittit I. Maſſejus Muſ. Taurinenſ. pag. CCXI. 5. lin. 3. TOSSANIVS, & ult. L. L. M. habet.
Subeſt effigies Viri nudi ſtantis, dext. pedum, ſiniſtr. ramum tenentis. Sus ad pedes eam reſpicit. In angulo lapidis arbor integra, cujus non meminit Muratorius.

4 *Olim in Oppido* Carlesburg
in Dacia,
Nunc Vindobonæ,
in Atriis Bibliothecæ Cæſareæ.
Ex Maffejo CCXXXVIII. *6.*

SILVANO
M. ALCINIVS
RVFINVS
MARIANVS
LEG . LEG . XIII. G

Extat in *Nov. Theſ.* LXVII. 5. ubi in 2. lin. ſcribitur: ALGINVS RVFFINVS abſque prænomine M.

5 *Olim in Dacia*
Ex Maffejo Inſc. Var. CCXLIX. *6.*

M . Q. DONATVS
SILVANO . AVG . SACR
V . S . L . M

6 *Ibidem.*
Ex eodem l. cit.

DEO SILVANO
VLP. SALVINVS
QVEST
V . L . P

7 *Ex Sponio*
De Ignotis Deorum Aris.

SILVANO . FLAVIORVM

8. *Ex Marm. Salonitanis*
pag. VIII. n. 10.

AEDEM . A . . .
ET SILVANO
AVG. SAC.
L. APROFENNIVS
CIRCITOR V. S. P.

I S I S, & S E R A P I S.

9 *In Muſeo Veron.*
Ex Maffejo pag. LXXXII. 3.

ISIDI . SERAPI . LIBER
LIBERAE . VOTO
SVSCEPTO . PRO . SALVTE
SCAPVLAE . FILII . SVI
P . QVINCTIVS PARIS
S . L . M

Ad hunc lapidem hæc habet Maffejus: „ Donius, & ex eo „ Novus Theſaurus quinquies in brevi hac epigraphe aberrant. Exacte Gruterus dederit, niſi quod *Serapidi* ſcripſit. Libera communiter Proſerpina eſt; Cereris ſcilicet *filia*, Κόρη (Cic. Verr. 6.) *Siciliam totam eſſe Cereri*, & *Liberæ conſecratam*, & in iis locis *raptam eſſe Liberam*, *quam eamdem Proſerpinam* vocant, Siculis perſuaſum erat. „ Mirum non eſt, Iſidem heic cum Serapide ſociari, nam „ & Serapis Ægyptius Deus fuit, & Ægyptium ipſum „ nomen, ut Plutarchus de Iſ. & Oſir. tradit. Sed Deorum hiſtorias, ac genealogias in volumine hoc nequaquam attingo; nimis enim exuberans argumentum eſt. „ Id tantum moneo, fruſtra aliquando digladiari, qui ob „ contrarias, quas afferunt auctoritates, num ad unum, vel „ ad alterum Deum nomen aliquod referri debeat, diſceptant; varie ſiquidem multoties, & diſcordes veterum „ quoque fuere ſententiæ; neque Ethnicorum religio catholicæ æquiparabatur, in qua quod ad dogmata ſpectat, „ definitum omne, atque conſtitutum eſt; ſed ut apud heterodoxos videmus, nulli obſequens auctoritati, cujuſvis „ arbitrio opinionis, ac doctrinæ poteſtatem faciebat. Iſidis, & Serapidis fana conjunctim Romæ dejecta fuerunt, „ & conjunctim reſtituta, ut a Dione lib. 40. 42. & 47. „ diſcimus.

10 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. LXXXIV. 1.

MATRI DEVM . ET ISIDI
G MENATIVS G FILIVS
FAB SEVERVS FANVM REFE
CIT ET PRONAVM DE SVO FE
CIT EX VOTO

Grut. XXVII. 2. lin. 2. C. MENATIVS. C. FIL.

11 *Romæ*
Ex Cl. Jacutio de Vet. Bonuſæ,
& Mennæ Titulo pag. 15.

SerAPIDI DEO.....
M . AVRELIVS . ANTONINV.......
PontIFEX . MAX . TRIBVNIC . POTE....
AEDEM.....

Mutila Inſcriptio Serapidis templi, quod in Quirinali extitiſſe cenſetur.

12 *Ex Leone Menard.*
In Hiſt. de la Ville de Nimes T. VII. p. 235.

ISIDI
CINNAMVS
V . S . L . M

1 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffeio pag. LXXXIV. 1.

L. VERONIVS
CALAIS
ISIDI
V. S. L. M

2. *Ibidem.*
Ex Eodem l. cit.

ISIDI
SACRVM
EX. MONIT
EIVS. D. D
L. VALERIVS
MEMOR
VIVIR. AVG
L. D. P

3 *Brixiæ.*
E ſchedis Petri Gnocchi V. C.

ISIDI
MVNATIA
L. L. APTAE
V. S. L. M

Murat. LXXII. 2. verſ. 3. Q. L. APATE.

4 *Neapoli.*
Ex Martorellio pag. 475. in cit. Opere.

ΙΣΙΔΙ
ΑΠΟΛΛΟΝΑ. ΩΡΟΝ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΗΝ
Μ. ΟΨΙΟΣ. ΝΑΟΥΙΟΣ
Ο. ΑΝΝΙΑΝΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ. ΕΠΑΡΧΟΣ
ΣΕΙΤΟΥ. ΔΟΣΕΩΣ. ΔΟΓΜΑΤΙ
ΣΥΓΚΛΗΤΟΥ. ΡΩΜΑΙΩΝ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΣ. ΤΑΜΙΑΣ. ΠΟΝ
ΤΟΥ. ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ. ΧΕΙΛΙΑΡ. ΛΕΓ. Ε
ΜΑΚΕΔΟΝΙΚ. ΑΡΞΑΣ. Ι. ΑΝΔΡΟΝ
ΑΡΚΗΝ. ΕΠΙ. ΡΟΜΕΣ

Ita vertit Martorellius: *Iſidi Apollinem Horum Harpocratem* (ſtatua honorat) *M. Opſius Navius Annianus prætor, curator frumenti dividundi decreto Senatus Romani, ædilis, quæſtor Ponti Bythyniæ, tribunus legionis V. Macedonicæ, decemvir in urbe Roma.* Merito Annianus Iſidi, utpote omnium Ægyptiorum numinum principi epigraphen ſacrat, & Dea eſt, uti ferunt, veterrima; hinc quidem deducunt ab ישש ויש, decrepitus; quanta de ea volumina exarata ſunt ab antiquis, & hujus ætatis Scriptoribus, ne recitare me cogas, cum ſatis tibi ſit adire Plutarchum de Iſide, & Huetium prop. 4. p. 250. Lipſiæ 1703. & qui de tabula Iſiaca ſcripſere. Ipſe vero neſcio, cur a γυναικάτῃ voce שש, *canus*, nomen Deæ traxerint, cum, magis quadret famoſa ſiio·c ויש, *eſt*, Ægyptio more τῷ ις addito, uti Oſiris, Apis, Anubis, Serapis, quod etymon me docuere veteres lapides, Campanus alter TE TIBI VNA QVAE ES OMNIA DEA ISIS ARRIVS ALBINVS V. C. & alter ſit antiquior, quem refert Plutarchus. ΕΓΩ ΕΙΜΙ ΠΑΝ ΤΟ ΓΕΓΟΝΟΣ ΚΑΙ ΟΝ ΚΑΙ ΕΣΟΜΕΝΟΝ, *ego ſum omne, quod fuit, & quod eſt, & quod erit.*

GENIVS.

5 *A' Sour in regno Algerii.*
Ex Shawio V. Cl. Voyages *&c. Vol.* 1. *c.* VI. *pag.* 103.
In Lapide figuris, ſertiſque ornato.

AVZIO DEO GENIO ET CONSERVATORI COL.
EXTRICATVS - - - - - - - - - - - - - - - - - - -
MAESIA -
INSTITVTAE - - - - - - - - - - - - IVCVNDAE
CONIVGI - - - - HONORATAE - - - - - - PRI
MOSAE HONORE - - - - - VS SVIS DE CLAVDIO IVVE
NALE PATRE ET DECENNIO VICTORINO FRATRE INSTAN
TE L. CAECILIO VICTORINO AMICO KAL IANVAR. S PROV
CLXXXV

De *Auzia* urbe ab Arabibus appellata *Sour Guslan* Vide ad Claſſ. XI. in Notis ad tit. Q. GARGILII Q. F &c.

6 *Ex Montfauconio*
Tom. I. Par. II. pag. 322. *Antiq. Explic.*

D. M.
GENIO. AVGG. LAR. SAL.
FORTVNATVS
AVG. LIB.

Heic viſitur palma, a qua duae coronae intextae pendent. *coronis Laribus* vide *Plaut. Aul.* II. 8. 15.

7 *Romæ*
In Horto S. Mariæ Trans-tyberim.
Ex Diar. Lapid. Reverendiſs. P. Abb.
D. Aloyſii Galletti V. C.

GENIO AVGVSTI
ET LARIBVS PATERNIS
EX VOTO SEX. CAECILIVS
MODESTVS S. L. M

1 *Hiſpali.*
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCXXIII. 1.

GENIO. M. F. A
L. CORANIVS TVSCVS

2 *Olim in Dacia.*
Ex Maffejo pag. CCXLIX. 2.

GENIO
IMP. CORDIANI
P. F. INVICTI
AVG. PETRONIVS. POLIANVS
V. C. LEG. LEG. XIII
GORD.. LEG. AVG
PR. PR. . . . .
. . . . . . BELGICAE
. . . .

3 *Beneventi.*
Ex Theſ. Antiq. Benevent. p. 104.

G E N I O
L O C I E T
N V M I N I
C E R E R I S
C O N C O R
D I V S C O Z
H O R R.

Siglæ COZ HORR. ſi referantur *Genio Loci & Numini Cereris*. Eruditiſſ. Joh. de Vita interpretatur: COnſervatoribus HORReorum, aut ſi *Concordio*, *Conſervator* aut *Comes*. vel *Conſul Horreorum*. Poſtrema interpretatio magis arridet. Nam Z pro S hic uſurpari videtur, ut apud Gruterum CXCIV. 8. & alibi, & ap. Reineſ. Quod etiam hodie in quibuſdam noſtris pagis evenit. In lapide ap. Muſ. Veron. pag. 449. I. legitur: *Coſ. Aquarum*.

4 *Ex Tranſactionibus Philoſoph. Anglicanis Vol.* v. *P. II. c.* 11. *p.* 46.

G E N I O L O C I
F E L I C I T E R

5 *Ex Leone Menard*
In Hiſt. de la Ville de Nimes
T. VII. p. 232.

GENIO
P. CORNELI . . .
CHELIDON

6 *Olim in Dacia.*
Ex Maffejo pag. CCXLIX. 3.

GENIO. PRAETORII. HVIVS
M. VAL. LONGINVS. L
LEG. XIII. G
SEVERIANA. CVM. SVIS
VOTVM. SOLVIT

7 *Vindobonæ,*
in atriis Bibliothecæ Cæſareæ.
Ex Eodem pag. CCXXXIX. 2.

GENIO 7
TIB CL. AVITVS
MANSVETVS
OPTIO

8 *Secuſiæ, apud Cann. Laterr. S. Juſti.*
Ex eodem pag. CCXXXIII. 3.

GENIO
VALERONI VERI
ſic CARMI DES......

9 *Brixiæ in platea.*
E ſchedis Petri Gnocchi.

GENIO. COH. V. TARRAC
L. MINICIVS. APRONIANVS
II. VIR. QQ. TESTAMENTO
EX. ARG. LIBRIS. XV
PONI. IVSSIT

Grut. CXI. 3. lin. 1. habet COL. I. V. T. id eſt. Juliæ Victricis Tyrrhenicæ. lin. 4. LIBR.

10 *In oppido* Villars le Moine *Aventici*.
Ex Cl. V. Sam Schmidt: Recueil d' Antiquités trouvées à Avenches &c. pag. 8.

GENIO
PAG. TIGOR.
P. GRACCIVS
PATERNVS
CVR. COL. ET SCRIBONIA
LVCANA
V. F.

Schmidt pertinere vult ad Coloniam Aventicenſium. Grutterus CXI. 4. lin. 5. T. P. I. Hotting. Meth. Hiſt. Helvet. CYR. COL. ET:

11 *Semendriæ, in latere portæ, quæ ad Danubium ſpectat, reperta.*
Ex Actis Erud. Lipſ. 1742. *p.* 166.

GENIO LEGI...III..E...ODVN..
DIOC...IANI...AVG..VREL..
MAXIMI...IVS. EX. PRAEF..
LEG... EIVSDEN. VOTVM
POSV...

Quæ reſtituta, hæc eſt: *Genio Legionis Tertiæ, Et Genio Domini Noſtri Diocletiani Auguſti, Aurelianus Maximianus, Exprafectus Legionis Ejuſdem Votum Poſuit.*

12 *Romæ*
E cœmeteriis tranſlata in Hortum S. Mariæ Transtyberim:
Ex Diariis Lapid. Rev. P. Abb.
Petri Galletti V. Cl.

GENIO AVGVSTI
ET LARIBVS PATERNIS
EX VOTO SEX. CAECILIVS
MODESTVS S. L. M.

1 *Ex Ampliſſ. Præſ. & Celberr. Viro Joh. Nic. ab* HONTEIM *Epiſcopo Myriophitano, Suffraganeo Trevir. in Collectione Antiq. Inſcript. Trevirenſ. inſerta Prodromo Hiſt. Trev. Diplom. & Pragm. edit. Aug. Vindel.* 1757. *Claſ. I. n.* 8.

IN . H . D . D.
GENIO.
VIRI . CLAR .
L . CENSOR
INIVS
IBLIOMAR
CVRATOR
C . TREVER
D . S . P . D . D .

Ligoniis (ait cit. A.) ſibi hunc titulum miſſum refert Alex. Withemius Luxemb. Rom. MS. Lib. VI. c. 8. ubi inſimul hemicyclum exhibet, Luxemburgi in privatis ædibus proſtantem, cum his literis: D. M. IBLIOMARIAE. SACERD..... videntur *Ibliomarii* & *Ibliomaria* nomina conflata eſſe ex partibus, ſicuti *Iblioдurum*, quod in viis Conſularibus occurrit.

2 *Romæ in Villa PP. S. I. Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCXIII. 3.

GENIO . ET . FORTVNAE
TVTELAEQVE . HVIVS
LOCI . COHORTIVM
ſic PRAETORIARVM
. . . .
AETERNI . AVGVSTI
VALERII . LI . . . . DALMATIVS
PRINC . KK . EX . VOT . . . RVNT . DEVOTI
NVMINI . MAIESTAT . QVE . EIVS

Cippus in Caſtro Prætorio, inquit Maffejus, *effoſſus An.* MDCCVI. *cujus priora tantum verba Novus Theſaurus profert. Veſtigia apparent characterum elegantioris formæ prius inſculptorum, quibus abraſis inſcriptio hæc ſuperinducta, novis literis inciſis, & minio coloratis. Poſt Valerii nomen Licinius, & Dalmatius legebantur puto, Licinio exinde poſt ejus mortem obliterato.*

3 *Seguſii apud Cann. Laterr. S. Juſti. Ex P. Zacharia in Excur. Lit. p.* 51.

GENIO
VALERON † VERI
CHARMIDES . L .

Mutilam dedit in ultima Linea Scipio Maffejus in Muſ. Ver. CCXXXIII. 3. & abſque Cruce.

4 *Lauſonii. Apud Cl. V. Joh. Bruker Pub. Prof. Cauſbiræ.*

SOLI . GENIO . LVNE
SACRVM EX VOTO
PRO SALVTE AVGvS
TORVM . P . CLOD. CORN .
PRIMVS CVRAToR VIX . A
NOR . LOVSONNENSIVM . II
IIIIII. VIR. AVGVSTAL. C. C. R
CONVENTVS . HEL . D . S . D.

5 *Arimini in Muſ. V. Cl. Joh. Blanchi. Ex Ephem. Lit. Flor. T.* XVI. 824.

GEN
COLLEGI
ARIMIN
L . MARIVS
PEGEVS
B . M . D . D

6 *Romæ in via Appia. Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. VII.*

GENIO
FONTIS
SAR .
C . IVLIVS
PROPOSTVS
D . D .

7 *Elenburgi in Cumbria. Ara quadrata alta V. ped. ex lapide ſubruſo, & artificioſiſſimis figuris ornata. Ab uno latere viſuntur duo ſoles cum hac Epigraphe.*

GENIO LOCI
FORTVNAE. RE
DVCI . ROMAE
AETERNAE . ET
FATO BONO
G . CORNELIVS
PEREGRINVS
TRIB. COHORT
EX . PROVINCIA
MAVR . CAES
DOMOS . ET . EDS
DECVR . . . . .
. . . .

In averſa parte in ſuperiore limbo.

VOLANTII . VIVAS

Inferius ſunt inſtrumenta victimaria, ſecuris, ſeceſpita, patera, ſimpulum, praeſericulum, & duae paterae anaglyptico opere ſcalpta.

In duobus aliis lateribus nonnullae figurae, anaglyptice pariter ſcalptæ cum duobus Geniis alatis florum coronam tenentibus, in qua legitur:

VICTORIAE . AVGG.
DD . NN .

Ideſt *Dominorum Noſtrorum*.

Hæc apud Gruter. CVII. 5. & MXVII. 7. at varians in 5. 10. & 11. lin. ibique mentio non fit omnium figurarum, neque Epigraphis in corolla inciſae.

1 *Baſis long. pal. R. 3. 4. alt. 1. 6.*
e Narbona Dalmatiæ Venetias advecta 1759. in Muſeum Nanium.
Ex Ampliſſ. Præſ. Joh. Bapt. Paſſerio in Libro:
Oſſervazioni ſopra alcuni Monumenti del Muſeo Nani Sez. III. pag. XXVI.

GENIO . PLEBIS SAC
L. SEPTIMVLENVS . VITALIS
Q . LVSIVS . ACRABANVS
Q . IVLIVS . DAPHNVS
M. CVRTIVS . SPoRVS IIIIIIVIRI
OB . H . M M

(OB . H . M M)

IIIIIIVIRI legit heic Cl. Paſſerius IIIIVIRI, ubi l. cit. pag. XXVII. inquit: *Qui è da notarſi il numero Quaternario racchiuſo fra due aſte maggiori, le quali non ſi contano, e ſervono come di cuſtodia ai Numeri Vivi, che hanno nel ventre, del qual coſtume di ſcriver ſi vedono parecchi eſempi nelle Iſcrizioni*. Vid. etiam cit. Oper. ſez. II. pag. IX.
OB . H . MM *Ob Honorem Magiſtratuum*. At quia hæ ſiglæ referuntur ad IV. Viros, repetuntur ad calcem Lapidis, ut obſervat ad hanc cit. Auctor.
Hanc ediderunt Clariſſ. Auctores *Excerpt. Totius Italiæ, & Helveticæ Liter.* T. III. pag. 223. at non ſatis accurate, & abſque ſiglis in ult. linea.

F O R T V N A.

2 *Peruſiæ.*
Ex *Maffejo* CCCLX. 4.

FORTVNAE
SACRVM
ſic G. ODIVS. C. F. CHORON
EX AVRI. P. . . . .
V . S. L . M

3 *Brixiæ.*
ad S. Nazarii.
E ſchedis Petri Gnocchi.

FORTVNAE
M . MVRLIVS
M . F. STEPHONIVS
ET
BROCCO. L
V . S . L . M

Murat. LXXX. 4. lin. 3. M. F. STEPHANVS.

4 *In Pernumia caſtro agri Patavini.*
Ex Diario Veneto Tom. XII.

FORTVN
T . PINNIVS
T . F. FIRMVS

5 *In oppido* Riſingham *effoſſa*, VIII. M. P.
ab urbe Roffa in Anglia.
Ex Tranſactionibus Anglicanis.

FORTVNAE
AVG
AET
PROCVLINA
V S

6 *Brixiæ, ad S. Zenonis.*
E ſchedis Petri Gnocchi.

FORTVNAE
L. DECIVS
TERTIVS

Grut. MXIII. 9. lin. 1. FORTVN. addit. in ult. verſ. L. M. contra fidem Marmoris.

7 *Ex Ampliſſ. Præſule B. Paſſioneo V. C.*
Inſcr. Antiche Cl. I. 16.

V . S
FORTVNAE
T . FLAVIVS
BATHYLLVS
D . D

8 *Ex Muſeo Veronenſi, ac Hiſt. Lit. Ital. I.* 221.

PHILEROS
QVI. PREFVIT. TEMPLO
ARNAE
STATIA. CHARITE
FORTVNAE . D . D .

9 *Romæ*
In Villa Panfilia,
Ex Maffejo CCLXXXV. 1.

. . . .
FORTVNAE MEMORI
V. S. L. M.

10 *In S. Georgii Poiæ.*
Ex eodem CCCLXXX. 3.

FORTVNAE
REDVCI
L. VALERIVS
IVSTVS
EX VOTO

1 *Peronellæ olim Cælagiæ.*
Ex Cl. V. Ant. Franc. Gorio, Xeniorum Epigraphicorum Syntagma tertium, quo antiqua potiſſimum Tranſilvaniæ, & Hungariæ monimenta ſuppeditantur in Vol. V. Act. Soc. Jenſis edit. a Joh. Ern. Imman Walchio Jenæ, & Hildburghuſæ 1756.

FORTVNAE RE
GINE . AVR.
MARCVS
V. S. L. M.

Vid. Gruter. LXXVIII. 3. ubi variat.

2 *Reperta prope Sueſſulam.*
Ex Epiſtola Cl. Pratilli in Tom. XXVIII. Opuſcul. *P. Calogierà pag.* 147.

FORTVNAE SAC
M. POMPEIVS M. F. STEL
NOVIVS
PRO REDITV L. POMPEI
FELICIS FR. S
EX BISO FEC

Ideſt: *Ex Viſo.*

PENATES & LARES.

3 *In antiqua Civitate Stabiæ Regni Neapolitani, in loco, quem appellant Civita; Hodie in Regio Cimeliarchio. Ex Hiſt. Litter. Ital. T. II.* 555.

ANTHEROS . L . HERACLEO.
SVMMAR . MAG .
LARIB . ET . FAMIL.

4 *Brixiæ, in S. Alexandri. E ſchedis Petri Gnocchi.*

DII . . . . . ATR
PAPIR . . . . SYNCI
V S

5 *Ex Diario Lapid. Rev. P. Abb. Petri Aloyſii Galletti V. Cl.*

LARIBVS . PVBLI
CIS . SACRVM . IMP
CAESAR . AVGVST

Similem & pleniorem habes in Gruter. CVI. 4.

6 *Romæ in ædibus Barberinis, E ſchedis Stoſchianis.*
Baſis encarpis ornata.

LARIB . AVG
MINISTRI
QVI K AVG. PRIMI. INIERVNT
ANTEROS D. POBLICI. BARNAE
EROS . A . POBLICI . DAMAE
IVCVNDVS.M.PLOTI.ANTEROTIS
ANTIGONVS M. IVNI. EROTIS

7 *Ex iiſdem Schedis.*

LARIBVS . AVGVSTI.
C . AVITTIVS . C . F .
PRO REDITV.........
IMP . AVG . CAE.........
C . FIL . P. P.

Mutilior in *Nov. Theſauro* LXXXV. 2

8 *Ex iiſdem Schedis*

LARIBVS . AVGVSTIS.........I SAC
Q. RVBRIVS. L. AVFIDIVS. CN......DICINIV
POLLIO . FELIX...L.......HILEROS
QVI . K AVGVSTIS PRIMI MAGI..RVNT

Mutilior ap. Murat. LXXXV. 6., qui de tribus figuris ſtantibus, in lapide ſculptis, non meminit.

9 *Romæ, in ædibus Cleriæ Capocciæ Marchioniſſæ Caſtellæ. Ex Donio Cl. I. num.* 48.

LARIBVS . AVGVSTIS
imp. caes. TRAIANI . AVG . GERM . COS . II . PERMISSV . TI . ALLIENI . SIGINI . Qvintiani cur.
aed ſacr. aeDICVLAM . REGIONIS . VI . VICO . PORTAE . COLLINAE . VETVSTATE con
lapſam a. SOLO . SVA . IMPENSA . RESTITVERVNT . MAGISTRI . ANNI . C . V
. . . . VS . a. varro .a. l. f. felix. p. vettius. p. l. poſſidonius. c. Turranius. c. l. gen...

LARIBVS . AVGVSTIS. Titulum hujus dedicationis omiſit Gruterus CXXVIII. 3. nam excepto verſ. 1. plenior eſt apud illum e Celſi Cittadini autographo, & heic ex ipſo Grutero literis minuſculis ſuppletur.

N Y M P H A E & A Q V A E.

1 *Romæ.*
Ex Sponio Miſcell. Sect. II. Art. VII.
& Recherches d' Antiquité Differt. XIX. *p.* 474.

NYMPH. NVTR. LIBERO
PATR. CONS. DOM. ORC.
L. ORCIVIVS MEMMIANVS
ET M. MEMMIVS ONESIMVS.
ET ORCIVIA ORESTILIA
COM. CONSEN.
D . D .

Nymphis Nutricibus &c. Conſervatori Domus Orcivia.

2 *In Pago Greoulx Provinciæ*
Gallicæ ad Balnea reperta.
Ex Sponio in cit. Oper. Sect. III.

NIMPHIS XI
GRISELICIS

Griſelicæ dicebantur forſan hæ Nimphæ Balneorum cuſtodes a pago *Greoulx* olim veriſimiliter *Griſelo* dicto, uti cenſet Sponius.

3 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. IV.

Q. SERVILIO PVDENTE
L. FVFIDIO POLLIONE
FONTI SCAVRIANO SACRVM.
MAGISTRI
L. VALERIVS ZOTICVS
C. POMPONIVS SECVNDVS
A. CORNELIVS SERENVS
A. AELIVS ANICETVS
MINISTRI
PHILETVS EVPHEMI
OLYMPVS CORNELIAE
MARION . CLAVDI
DEXIOS HERMETIS
DEDICATA
K . AVG .

4 *Ad Balnea Avenionis, in agro Senenſi.*
Ex MS. Equit. Joh. Antonii Peccii V. C.

NIMPHIS . SACR .
L . TREBONIVS . PATERN
LIB . FORTVNATVS.
VOTO . POSVIT.
SIGNVM . CVM . BASIM.
ET AEDEM . P . CVR .

Ex aliis ſchedis lin. 2. PATRONI, & lin. ult. AEDEM FACIENDAM CVR. Grut. XCIII. 10. lin. 5. CVM BASI. M Cittad. Sched. BASIM uti in noſtra. Grut. lin. ult. F. CVR.

5 *In Camporſevoli agri Senenſis.*
Ex MS. Equit. Joh. Ant. Peccii V. C.

L . FABRICIVS LVSCINI
L . AMPHIO . CAPITO
NINPIS SACR Lege *Ninphis.*

Mutila apud Murat. MDCLXXII. 15.

6 *Romæ in Villa Juſtiniana.*
Ex Montfauconio Diar. Ital. p. 153.

AEGERIA EST QVAE PRAEBET AQVAS
DEA GRATA CAMOENIS . ILLA NVMAE
CONIVNX CONSILIVMQVE FVIT

Hæc Ovidii carmina Montfauconius inſculpta ſuiſſe cenſet ad Ægeriæ fontem, quem Flaminius Vacca extitiſſe putat, ubi locus eſt, qui utpote ad Caſarellos pertinens, dicitur la *Caſarella*, extra portam Latinam non procul ab *Aqua Sancta*, ea ſcilicet, quam Rufus, & Victor Lacum *Sanctum* & *Salutarem* dicunt. Vid. *Montfauc.* Cap. XI. loc. cit.

7 *In oppido Laertio agri Brixiani.*
E ſchedis Petri Gnocchi.

FONTIBVS
DIVINIS
SACR
M. ANTONIVS
SP. F. STEPHON
V . S . L . M

Grut. MLXXII. 7. lin. 5. SILPHON.

8 *Ex Sponio in Miſcell. Sect. II. Art. VII.*

NVMINI . NYMPHARVM . AQVAR
AVGVSTALIS . AVG . G . G . LIB.

Supra epigraphen tres Nymphæ cum vaſis aquam effundentibus, & foliis cujuſdam herbæ aquaticæ, & ad dexteram ſerpens, & ad ſiniſtram Auguſtalis Auguſtorum libertus, Nympharum numini ſacrificans.

Vaſione.
9 *Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. VII.*

NYMPHIS
AVGVSTIS
MATERNVS
V . S . L . M

10 *In inſula Bracchia Dalmatiæ,*
vulgo Brazza, ad fontem.
Ex Sponio Miſcell. Sect. II. Art. VII. p. 32.

NYMPHIS S.
Q. SILVIVS SP. F
CENT. COH. I. BELG.
CVR. GENS THEAT.
D . D .

Hæc in Diario, cui titulus: *Saggio Crit. della corrent. Letter. Stran. Tom. II. Par. III. pag.* 541. ubi lin. 2. ſcribitur: SPE. pro SP. F. id eſt, *Spurii Filius*, & lin. 4. CVRAGENS THEAT... An recte, videant alii.

1 *Tria M. P. ab Urbe Via Latina.*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. II. Art. VII. p. 32.

AQVAE. IVLIAE. TEPVLAE
IMP. CAES. DIVI. IVLI. F.
AVGVSTVS. PONTIF.
MAX. COS. X II. TRIB. POT.
XIX. IMP. X II I. CVRANTE
M. VIPSAN. AGRIPPA
AEDIL. CVRVL. ⊥ (–)
P. MILL. X.

Literam ⊥. inverſam cenſet Sponius ſignificare Tubulos, quos ad milliarium uſque X. M. Vipſanius Agrippa deduxerat, dum Ædilitate Curuli fungeretur.

2 *Reperta extra Portam Janiculenſem, hodie S. Pancratii.*
Ex Diar. Lapid. Rever. P. Abb. Petri Aloyſ. Galletti V. C.

NIMPHIS
SALVTIFERIS
EPAPHRODITVS
AVG. LIB. AGASO
PRO SECVRITATE
CORNELIAE ADEPTAE
CONLIBERTAE SVAE
V. S. L. M.

Ficoronius dono dedit Equiti Anglo.

3 *In vico Scledo agri Vicentini.*

NYMPHIS LYMPHISQ.
AVGVST. OB REDITVM
AQVARVM
P. POMPONIVS
CORNELIANVS C
VT VOVIT

Perperam Reineſius 188. I. ex Cl. Th. Bartholino; & Muratorius LXXXVII. 3. verſ. ult. COMMISIT contra fidem lapidis, quod nec Reineſius habet, nec ſenſui conducit, ut notat Maffeius in *Muſ. Veron.* pag. 70. Diſcimus ex epigraphe C non *Commiſit*, ſed *Conſularis* ſignificare.

4 *Ex Maffeio in Muſeo Veron. pag.* LXXXIX. 5.

...LO....A
BENACO
SVCCESSVS Q.
SAMICI MIRINI
V. S. L. M.
Q. SAMICIVS
SV....S ITER..

„ Poſt *Mirini* L. puto ſequebatur: Libertus, inquit Maffejus „ in not. ad hanc Epig. Mutiliorem protulit Muratorius „ LXXXVIII. 4. & variantem Gruter. CXXXI. 1. Lacus „ eſt Italiæ Benacus in Veronenſi agro, ut docet Plinius „ Lib. IX. c. 22. Inter Deos numerabantur Lacus eo jure, „ quo flumina, & fontes „ Vid. quæ de hac monet Maffejus *Art. Critic. Lapid.* Lib. III. cap. III.

5 *Ex Gorio in Muſeo Etruſc. Tom. 1. pag. 66.*

CLITVMNO
SACR.
L. MINVCIVS. L. F. SABINVS
SACERDOS. D. N. VI VIR
AVG. PATRONVS. HISPEL.
IIII VIR QVINQVEN
SACR. CLITVMNAL....
EPVL. DED..........
COLLEG..............
KAL. MAI...........
L. SEPTIM...........
L. AVREL............

Hanc exhibet Gudius ex Ligorio LXII. 4. uti exiſtentem ad *fluvii Clitumni ripam* in Umbria, at variantem a noſtra in tertia, & ult. lin.

6 *Vaſione.*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. III.

NYMPHIS AVG.
PERCERNIBVS
T. GINGETIVS
DIONYSIVS
EX VOTO

7 *Vindobonæ, in atriis Bibliothecæ Cæſareæ.*
Ex Maff. pag. CCXLI. 4.

NYMPHIS
NOVIS SACRVM
Q. RVFRIVS SVLPICIA
LEG LEG XIII G. ANTO

8 *Romæ in Hortis Juſtinianis*
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCLIII. 1.

VOLTEIA
. Q. F
POLLIA
FONTI
D. D. L. M

9 *In agro Anconitano.*
Ex Eodem CCCLXIII. 2.

DIS. MANIBVS
MEVIORVM

10 *Mediolani*
In confeſſione S. Vincentii a Prato.
Ex Eodem CCCLXIX. 7.

FONTI. PERENNI
A. GRYCIVS. D.....
DONVM. POSVIT

1 *Interamnæ, in Viridario Mazzancolliorum.*
Ex MS. Ampliſſ. Viri Joh. Bapt.
Paſſerii pag. 27.

......CMOC....................

.....OCAIA.....................

..... VTE . N[1]ΥΜΦΑΙC..........

..... ΜΗΝ. ΝΕΟ[2]Ν. ΛΚΛΕ[3]ΗC...

..... ΥΦΟ[4]ΡΒΟC. ΕΝ[5]. ΩΡ[6]ΑΙC....

....CΤΑ[7]ΙΡΟΙC. ....

.... Ͻ M[8]ΑCΙΘΗΡΗ...........

.....ΤΡΙΚΛΕ...................

Paſſerii interpretatio.

1. *Nymphis*. 2. *nuper*... 3. *Inglorius*... 4. *paſtor*... 5. *in*... 6. *Naris*... 7. *calidis*... 8. *Vas trium corporum*. Pertinuit hæc inſcriptio ad privatum aliquem fontem in ſuis hortis a liberto aliquo Græculo conſtitutum, ornatumque.

2 *Firmi in Piceno.*
Reſtituta ex Arte Critic. Lapid. Lib. III. cap. IV. n. II. heic referam.

ORITHYIAE
L. BARBIVS L. LIB
THEOPOMPVS
NAV. MERKAT.
V. S

HORITHYA male Reineſ. 170. I. (inquit Maffejus l. cit.) & apud Sponium pag. 95. *Miſcell. Erudit. Antiq.* Sect. III. n. 51. Spiritu denſo aucta, & litera una mulctata cum ſit ORITHYIA ὀρείθυια. De hac vid. Pauſ. in *Attic. Dionyſ. in Situ Orbis* Ovid. VI. *Metamorph.* &c. Inter recentiores Natal. Com. *Mytholog.* Lib. VIII. cap. XI. p. 859. & ſeqq. edit. Pariſiis 1605. 8. in quibus ſemper legitur ORITHYIA. Sponius ad cit. Epig. hæc adnotat: *Orithya* litabat Lucius Barbius Navicularius Mercator, eo quod eſſet Aquilonis uxor, quo forte vento opus habebat. Confer *Reineſium* p. pag. 198. *Epiſt. ad Hofmannum*. Scribit Natal. Com. loc. cit. *Fabulati ſunt antiqui, Orithyiam Erecthei Athenarum Regis filiam virginem fuiſſe forma præſtantiſſimam, quam cum Boreas colligentem flores juxta fontem Cephiſum vidiſſet, ejus amore incenſus illam rapuit, & in Thraciam deportavit, veluti ſcriptum fuit a Choerilo &c.*

NEMESIS, FATA, PARCAE.

3 *Ex Muſeo Veron.* LXXXVI. 3.

PARCIS. AVGVSTIS. SACR
...PROBVS VI VIR. AVG
L. P. D

4 *In agro Neapolitano,*
affixa parieti in via, quæ a nova Capua ad veterem ducit.
Ex Cl. Martorellio de Theca Calamaria p. 438.

ΔΕΣΠΟΙΝΗ ΝΕΜΕCΕΙ
ΚΑΙ CΥΝΝΑΟΙCΙ ΘΕΟΙCΙΝ
ΑΡΡΙΑΝΟC ΒΩΜΟΝ
ΤΟΝ ΔΕ ΚΑΘΕΙΔΡΥCΑΤΟ
IVSTITIAE NEMESI
ATIS QVAM VOVERAT ARAM
NVMINA SANCTA COLENS
CAMMARIVS POSVIT

Unde hoc diſtichon confinxit Martorellius & omnigena eruditione præditus.

Reginæ Nemeſi, ac Dis, quam voverat aram
Numina ſancta colens Arrianus poſuit.

Hanc dedit Peregrinius in Lib. ſuæ Campaniæ, ſed quibuſdam erroribus ſcatentem.

5 *Ex Ampliſſ. Præſule Benedicto Paſſioneo V. C.* Inſcriz. Antiche ec. *edit. Lucæ 1763. Claſſ. I.* 17.

VIRGINI VIC
TRICI SANCTE
DEAE NEMESI
M' AVRELIVS ❧
ROMANVS
OPTIO ❧ KARC ❧
CHOR ❧ XII. VRB
GORDIANAE ❧
D. P

Grut. LXXX. 5. lin. 2. SANCTAE. Pig. uti in marmore. Grut. lin. ult. D. D. Gud. D. P.

6 *Calvazeſii, in agro Brixiano,*
ad Eccleſiam Parochialem.
E ſchedis D. Petri Gnocchi, qui exſcripſit.

FATIS
DERVONIBVS
V. S. L. M. M. RVFINIVS
SEVERVS

Grut. MXV. 9. lin. 3. RVFINVS.

MENS BONA, VICTORIA.

7 *Fani S. Miniatis Teutoni,*
in palatio Epiſcopali.
Exſcripſit Ampliſſ. Antiſtes Dominicus Poltri V. C.

BONAE.......
L. VENVLEIVS......
ET. L. VENVLEIVS........
APRON....

Hæc grandioribus literis, ſequens minoribus exarata.

LAETILIAE CELERINAE VXORI...

Lin. 1. forſan *Bona Dea* &c.

8 *Romæ, in Palatio Farneſio,*
Ex Maffeio CCLXXII. 10.

VICTORIAE
IMP. CAESARIS. COMMODI
ANTONINI. AVG. PII. FELICIS
TYRRHENVS. LIB. PROC. REG
THEVESTINAE. ITEM
PANNONIAE. SVPERIORIS
VOTO. SVSCEPTO

1 *Prope Aventicum Helvetiorum,*
in Vico Villarienſi.
Miſit V. Cl. Samuel Schmidt.

DEAE VICTORIAE
SABINA MARCIA

2 *Ibidem*
Miſit Idem.

D E A E
V I C T O R I A E
I V N I V S
P R I M I T I V S
E X V O T O

Hoſce duos lapides ediderat Wildius, & poſt eum Bochatus Tom. II. pag. 421. *Mémoires ſur l' Hiſtoire ancienne de la Suiſſe*. Sabina *Marcia* videtur ex *Sabini*, Veſpaſiani Patris Poſteris fuiſſe, quem *Suetonius* fœnus apud Helvetios exercuiſſe tradit. Ita laudat. Schmidtius.

3 *Spoleti*
in domo Severi Minervii.
Ex Donio Cl. I. n. 122.

SOSIDIO. A. L
HIBINO PATRONO
LICIOS. FECIT
LVDOS. VICTORIAE
TESTAMENTO. ET
RATVM EST

4 *A* Turuz *leucis* VIII.
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCLVII. 2.

VICTORIAE
ARMENIACAE. PAR
THICAE. MEDICAE
AVGVSTORVM A.
SACRVM
CIVITAS. SIAGI
TANA. DD. PP

5 *Ex Ampliſſ. Præſule B. Paſſioneo V. Cl.*
Inſc. Antiche Cl. I. *9.*

Ara

C. TVLLIVS. HESPER
ET. TVLLIA. RESTITVTA
BONAE DEAE ANNEA
NENSI. SANCTISSIM
DONVM
POSVERVNT

Bona Dea heic *Anneanenſis* appellata forſitan ab aliquo Pago hujus nominis, cum hæc Dea fuerit Pagana, ut in alia Epigraphe apud Ampliſſ. Præſulem *Della Torre*.

6 *Vindobonæ,*
in Atriis Bibliothecæ Cæſareæ.
Ex Maffejo CCXL. *6.*

VICTORIAE
ANTONINI
AVG
L. ANNIVS ITALICVS
HONORATVS LEG
AVG. LEG. XIII. G
ANTONINIANAE
PRAEFECTVS AERARII
MILITARIS SODALIS
HADRIANALIS CVM
GAVIDIA TORQVATA
SVA ET ANNI;S ITALICO
ET HONORATO ET
ITALICA FILIIS

Marmore confracto, verſus quatuor priores abierunt, ſed integram viſam fuiſſe epigraphen a Comite Arioſto, teſtatur Maffejus. Eamdem in hanc Claſſem relatam vide Diis Capitolinis ſacratam. Grut. CCLIX. 3. l. 11. GLAVDIA.

7 *In loco* Belli *dicto.*
Ex Eodem CCCCLVII. 1.

V I C T O R I A E
A V G
C. V A L E R I V S
F E L I X
E X V O T O
D D

F E R O N I A.

8 *Florentiæ, in Muſeo Gaddio.*
Ex Gorio Inſcript. Antiq. Append. Part. III. pag. 8.

Ærea lamella votiva lata unc. V.

H E D O N E
M. C R A S S I A N C I L L A
F E R O N I A E. V. S. L. M.

M A T R O N A E.

9 *In oppido Manerbio agri Brixiani.*
In ædibus Nob. V. Petri Luzzagi.
Ex ſchedis D. Petri Gnocchi.

M A T R O N A B
M . C . H
V . S . L . M

10 *Ibidem.*
Ex iiſdem.

M A T
C . C A E C I L I V S
G L . C A L A M V S
V . S . L . M

1 *In pago Mutrerſcheim V. leuc.*
procul a Civitate Colonia, ſupra januam Eccleſiæ.
Ex Diariis Lit. editis Romæ 1744.

MATRONIS
ARVAGASTIS
AVL . TITIVS . VICTOR
V. S. L. M.

2 *Calviſani, in agro Brixiano.*
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

MATRONAB
VERGILIA . G. F. VERA
PRO . . . IATIA . T. F
GA . . . . A. V. S. L. M

3 *In Muſeo Smithiano,*
nunc in Curia Neomagenſi.
Ex Actis Erud. Lipſiæ 1749.

M A T R O N I S
A V F A N I A B V S
T . A L B I N I V S
I A N V A R I V S
S L M

In Reineſ. 175. I. lin. ult. deeſt S. Ediderunt etiam Sponius *Miſcell. Erud. Antiq.* Sect. III. Smetius in *Antiq. Neomag.* Cuperus in *Inſcript.* & *Marmorib. Antiq. Expoſ. & Illuſtr. poſt Apotheoſin Homeri* pag. 268. & Keiſlerus *Antiquit. Sept. & Celt. pag.* 429. *& ſeq.* Apud Gruterum XC. 11. eſt AVFANIS . MATRONIS . ET . MATRIBVS .

4 *Vinobii hodie Bincheſter*
in Epiſcopatu Dunelmenſi.
E Schedis D. Abb. Petri Gnocchi.

D E A B
MATRIB . Q . LO . . . .
. . . . . CL . . . QVIN
TIANVS . . . . COS
V . S . L . M

Gruter. XC. 8. lin. 1. MATRIB. Q. IŌ..

5 *In Templo S. Chriſtinæ agri Novarienſis.*
Ex Donio Cl. I. n. 156. *qui ex Paulo Gallerato.*

M A T R O N I S
T V I C N I D I V (S)
C R E S C I N V S

Murat. XCIV. 3. e *ſchedis ſuis, & ex ipſo Gallerato* ita aſſert:

M A T R O N I S
T . V I N I D I V S
C R E S C E N S

6 *In vico Riblcheſter in provincia Lancaſtria.*
E ſchedis Petri Gnocchi V. C.

D E I S . M A T R I B V S
M . I N G E N V I . .
V S . A S I A T I C V S
D E C . A L . A S T
S S . L L . M

S A N C T V S, H E B O, B E R G I M V S.

7 *Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCCXLVI. 8.

DEO . SANCT . M
ARTI . VENVSTIN
VS . LVPVS . V . S . L . M

8 *Aretii.*
Miſit V. Cl. Eques Laurentius
Guazzeſius mihi amicitia conjunctiſſ.

I N V I C T O
D E O
S A N C T O
S A L V O
P R V N I C
I A N O N̄
M I R O N
S E R

9 *Calatiæ, in marmore effoſſo an.* 1590.
Ex Donio Cl. I. num. 141.

Η Β Ω Ν Η Ε Π Ι Φ Α
Ν Ε Σ Τ Α Τ Ω . Θ Ε Ω
Τ Α Γ Μ Α Κ Α Ι Λ Α Ω Σ
Κ Α Λ Α Τ Ι Ν Ο Σ

Id eſt, *Hebone, Præſentiſſimo Deo, Ordo & Populus Calatinus.* Vide quæ adnotat ad hanc Gorius. Murat. XCVII. ex *Matthæo Ægyptio* ſcribit: ΗΒΩΝΗΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΙ ΘΕΩΙ. verſ. 3. ΛΕΩΣ

10 *Brixiæ.*
Ex ſchedis D. Petri Gnocchi.

DEO . BERGIMO
L . ARTEMIDORVS

11 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo XC. 2.

SANCIO SANCTO
T . AELIS HELIS DD

12 *Reperta in agro Brixiano*
a Ripa Benacenſi Oppido milliariis VIII.
hodie in Muſ. Veron.
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

SEX . NIGIDIVS
FAB . PRIMVS . AE
DIL . BRIX . DECVR
HONORE . GRAT . DD
EX . POSTVLATION . PLEB
ARAM BERGIMO . RESTIT *ſic*

Murat. XCVII. 4. lin. 2. TAB. lin. 5. POSTVLATIONE. contra fidem marmoris. *Bergimus* erat Cenomanorum Gallorum Deus. Maffejana LXXXIX. 6. cum noſtra convenit.

CVSLANVS, NOCTVLIVS, BIVII.

1 *Aventici Helvetiorum,*
Marmor antiquum erutum An. 1744. indeque Bernam ad Nobiliſſ. Senatorem Lerberum delatum, in quo pleræque literæ rubro colore illitæ ſunt. Miſit V. Cl. Sam. Schmidtius.

BIVIIS
TRIBVIS
QVADRVBIS

Hanc primus edidit Bochatus in Libro, cui titulus : *Mémoires ſur l' Hiſtoire Ancienne de la Suiſſe* Tom. II. p. 429. dein eam vulgarunt Clariſſ. Auctores *Excerpt. totius Italiæ & Helvet. Liter. T. III. An.* 1759. pag. 332. *Tribuis* eſt pro *Triviis*, ut *Quadrubis* pro *Quadriviis*, *Vialibus* Diis. *Biviis* & *Triviis* &c. alios titulos habes apud Gruterum LXXXIV. 5. MXV. 1. & apud Muratorium XCVIII. 5.

2 *Ex Muſeo Veronenſi p.* LXXXIX. 4.

CVSLANO . SAC
L. OCTAVIVS
C . F . CRASSVS
L . C. OCTAVI. L. F
MARTIALIS. ET
MACER

Perperam apud Grut. XCVI. 2. a *Saraina*, & *Panvinio*. Murat. XCVIII. 2. legit verſ. 3. C. F. CASSIVS.

3 *Brixiæ.*
E ſchedis Petri Gnocchi p. 125.
& ex Rubeo p. 112.

DEO NOCTVLIO
P. VIRLIVS. P. F. FAB. ASSIA
NVS. EQVO. PVBLICO
SACERDOS
IVVENVM. BRIXIANORVM. ET
COLLEGIVM

Eadem apud Sponium *Miſcell. Erud. Antiq.* pag. 115. n. 99. Sect. III. Vid. *Art. Critic.* Lib. III. cap. IV. n. III.

4 *Ibidem*
ad Seminarium ;
Ex iiſdem ſchedis.

DEVM . NOCTVLIVM . CVI
OLIM . IN . CIVITATE . TEM
PLA . DICATA . HIC . COLLO
CANDVM . CVRAVIT . STV
DIOSA . IVVENTVS . MEN
SE . QVINTILI
MDCCXXV

Alii Dii exotici

ALANTEDOBA, PENINVS, VOLIANVS.

5 *In Monte Magno S. Bernardi*
Ex Sponio Miſcell. Sect. III. n. 30. p. 85.

LVCIVS LVCILIVS
DEO PENINO
OPTIMO
MAXIMO
DONVM DEDIT

„ *Pennini*, ait Sponius, Dei, ſive *Penni*, qui in Alpium vertice „ colebantur, mentio eſt apud T. Livium Lib. I. *Neque hercule montibus his ab tranſitu Penorum ullo, Veragri incolæ jugi ejus norunt nomen inditum : Sed ab eo, quem in ſummo ſacratum vertice Penninum Montani appellant*. Ex hoc „ lapide Peninum legerem. *Pen*, a quo *Penini* cognomen „ Celtica lingua, rei cujuſque ſummitas, & caput intelligebatur, unde Alpibus nomen, ut innuere etiam videtur „ Livius, quæ Germanica lingua *Alpen* vocantur, & Apenninis, qui Italiæ longitudinem percurrunt ob eorum „ Montium cacumina. Hinc pagus non longe a Maſſilia *Pennes* colli impoſitus, ubi rudera quædam antiquitatis &c. „ Inde nomen huic Deo, qui in hoc montis jugo colebatur.

6 *Bidicigli in agro Brixiano.*

ALANTEDOBAE
SEX . CORNELIVS
PRIMVS
V . S . L . M

Murat. C. 1. lin. 1. ALANTEDOBA.

7 *Vaſione*
Ex Sponio Sect. III. in cit. Oper. pag. 96.

DVLLOVI
M . LICINIVS
GOAS
V . S . L . M

In latere ſculptus eſt Deus *Dullovius* ſedens, palmis circumdatus. Sed quis hic Deus alibi gentium ignotus?

8 *Ibidem*
Ex Eodem l. cit.

PROXVMIS
SENECA SECVNDI
FIL.

9 *Ibidem*
Ex Eodem l. cit.

PROXSVMIS
POTITA C . COD
ONI F . V . S . L . M .

Qui ſint iſti Dii, non facile reperies. Cenſebat D. Nicol. Bon *Proximos* eſſe Penates, qui domeſtici, & proximi ſunt. Quare Cic. Penates illos vocabat, qui penes nos ſunt.

1 *Prope portam civitatis Rhiuſiavæ in Suevia reperta ad officinam cujuſdam piſtoris.*
Ex Libro, cui titulus: Lettere al Marcheſe Filippo Ercolani ſopra alcune particolarità della Baviera, ed altri Paeſi della Germania. In Lucca 1763. Lett. X. p. 257.
In quadrata baſi.

DEO VOLIANO
IVL. MARCIA
NVS. EX. VOTO
V. R. L. I. M.

Aliam votivam Inſcriptionem Deo Voliano ponit Gruterus MLXXIV. 10. in *Civitate Nannetenſi, in Armoricis.* „ Scaliger, „ Salmaſius & Reineſius legunt ibi VOLKANO, Tomaſin. VOLVMNO. ſed male contra lapidem. Vid. nummum Neronis & „ Octaviæ apud Triſtanum. „ Ita ad hanc in Notis repet. Edit. Gruteri. Si hanc epigraphen inſpexiſſent ni clariſſimi Scriptores, non ſubripuiſſent Nannetenſibus hoc numen. Cl. Author dictarum Epiſtolarum miſit Marchioni Maffejo, qui eam plurimi fecit. Vid. *Letter.* VIII. p. 206.

AVGVSTVS, AVRELIANVS, TYBERINVS

Et alii Antiquorum Dii.

2 *Lapis antiquus in* Pierre Pertuis *apud Helvetios. Miſit V. Cl. Samuel Schmidtius.*

NVMINI AVGVS
. . . . VM
VIA...CTA PERT
DVI..IVM PATER
IIVII..I COL HEELVE

Ad hunc lapidem hæc habet laudatus Schmidtius: „ Omnes „ fere, qui de Helvetiorum antiquitatibus ſcripſere, vulgaverunt. Extat quoque ap. *Gruterum* p. 151. 1. Sed ve„ ra ejus delineatio nondum exhibita fuit, & plurimæ va„ rietates in ejus deſcriptionibus occurrunt. Illa, quam „ heic proponimus, eſt certiſſima ex Diſſert. Cel. Buxtor„ fii deſumpta, qui A. 1756. iter inſtituit ad hoc monu„ mentum delineandum, quod etiam eruditis commenta„ riis illuſtravit. Sic vero interpretatur „ *Numini Auguſtorum Via Facta Per Titum Dunnium Paternum Duumvirum Colonia Helvetica.* Duo Auguſti, quorum heic fit mentio, ſunt M. Aurelius, & L. Verus. HEELVET. cum duplici E. ſcribitur, ut in aliis lapidibus PAASTOR. SEEDES. &c.

4 *Olim in Pago* Vervò *ditionis Tridentinæ, hodie in Caſtro Braghiero, Vallis Non. Miſit V. Cl. Fr. Benedictus Bonelli. In ſtylobate coronis ornato.*

i. c... V.....
ET. DIS. CONSER
VATORIBVS. PR.
SALVT. LVEIEI. VI
...VC. N TSC. FIERI SPE
C. VESC. LIBERATVS
IVLII FI. V. N... F. P...
IVSTINVS.... RT-I..
DICAVIT

Mutilior in *Maffejo Inſcr. Var.* CCCLXXX. 4.

3 *Nemauſi*
Ex Hiſt. de la Ville de Nimes *Leon. Menard Tom. VII. pag.* 282.

HONORI
Q. SOLONI. FABI. SEVERN. F. V
OB MERITA EIVS PRAETERITA ET
PRAESENTEM LIBERALITATEM
QVO MATVRIVS BANEVM VSIBVS
PLEBIS EXBERETVR FABRI TIGN. NEM

Pone eamd. tabulam ſequens habetur inſcriptio.

. . . . . . PII . . . . . .
. . . VINCTAE PONTI
. . . AEDILI. PLEB. PRAETO . . . .
. . . RES BENEFICIO . . . .
. . . IS MATVRIVS QVA . . .
. . . RMITTI SOLET GESSI . . .
D D

5 *Goritiæ ap. Com. Sigiſmundum d'Attemps. Ex Hiſt. Lit. Ital. Tom. X. p.* 295.

NOREIE
AVGVST. ET
HONORI
STAT. ATRA
BELLICVS. ET
EVTYCHES
Ↄ. SC. STAT
EIVSDEM
EX. VOT

6 *Bariani in agro Bergomate. Ex Donio Cl. I. n.* 73.

DOMNIO. L. F
VOT
MONTANO

1 *Goritiæ*
ap. Comitem Sigiſmundum d' Attemps.
Ex Hiſtor. Litter. Ital. Tom. X. pag. 295.

ATRANTI
AVG. SAC
FORTVNATVS
C. ANTONI. RVFI
PROC. AVG. SER. VIL
V. S. L. M.

2 *Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCCXXVII. 12.

AVGVSTO . DIVI . F
DECIVS . CELER
DEDICAVIT

3 *Ex Eodem* CCCCXLV. 9.

NVM . AVG . ET
GEN . COH . II
VARDVLORVM
C . R . EQ . M . SVB . AN
TISTIO . ADVEN
TO . LEG . AVG . PR . PR
. . . . TIANVS . TRIB,
. . . .

4 *Ex Eodem* CCCCXLVII. 2.

. . . .
ET. NVMINIBVS . AVG
COH . TVNGRO
CVI . PRAEST . Q. IVLIVS
. . . .

5 *Ex Eodem* CCCCXLVI. 6.

IOVI AVG
M . CENSORIVS
M . FIL . VOLTINIA
CORNELIANVS 7 LEG
X . FRETENSIS PRAE
FECTVS COH I
HISP EX PROVINCIA
NARBONE DOMO
NEMA . V . SOL . L . M

Apud Mediobarbum numos reperies, in quibus DEO AVGVSTO.

6 *Neapoli*
Miſit Reverendiſs. P. Abbas
Petrus Galletti V. Cl.

P. MODIVS P. F. POMP. EVARISTVS
MIL. COHOR. VII. VOLVNT
HASTA PVRA ET CORONA AVREA
DONATVS AB IMP.
SEVERO ALEXANDRO AVG
NVMIN. AVG. ET DOM. AVG.
V. S. L. M.

7 *Tibure, in Eccleſia S. Georgii.*
Ex Hiſt. Tiburtina Franc. Martii
Lib. VI. pag. 186.

DIVAE DRVSILLAE
SACRVM
RVBELLIVS C . F .
BLANDVS DIVI
A V G .
TR . PL . PR . COS .
PONTIF .

Mutilam in lin. 1. dedit Murat. CCXXV. 3. & legit IVLIAE DRVSILLAE, atque aliter verſus diſtribuit.

8 *Fere ſimilis reperta fuit ibidem in*
Eccleſia S. Sylveſtri, quæ hodie in
Ædibus Capitolinis extat.
Ex V. Cl. Ant. M. Lupio in Diſſert. ad
Severæ Martyris Epitaphium.

DIVAE DRVSILLAE
SACRVM
. . . . RVBELLIVS C . F . BLANDVS
LEG . DIVI . AVG . TR . PL . PR . COS .
. . . . PROCOS . PONTIF.

9 *Brixiæ.*
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

ROMAE . ET. AVGVSTO
CAESARI . INVICTO
ET . PATRI . PATRIAE

Vid. Grut. CV, 8.

10 *In loco, qui dicitur* Sale di Maraſino
agri Brix. in Horto D. Archipresbyteri.
Ex Schedis D. Petri Gnocchi.

CAVTO . PATI *ſic*
C . MVNATIVS
QVIR . TIRO . II . VIR
I . D . ET . C . MVN
ATIVS . FRONTO
FILIVS . D . D

Gruter. LXXXIX. 5. lin. 1. CAVTO PAN . contra fidem Lapidis.

1 *Ad vicum vulgo* Delle Pile
in agro Brixiano.
Ex ſchedis D. Petri Gnocchi.

TYLLINO
ET
GERMANICO
FELICITATEM...
DIVINITATEM...
VLTRA......
TRIVMPLINI

2 *In Africa non longe ab Urbe Conſtantina.*
Ex Sponio Miſcell. Erud. Antiq. Sect. III.

VINTIS
BONARVM TEMPES
TATIVM POTENTIBVS
LEG. III. AVG. DEDICANTE
Q. FABIO CALVITINO
LEG. AVG. PR. PR.

Vintis pro *Ventis* errore Quadratarii. Venti tempeſtatum Authores ſunt, quibus felicis navigationis teſſeram hac votiva tabula dicaverat Legio III., quæ alibi, ab ea, cujus præſidio commiſſa erat, regione, *Cyrenaica* nominatur.

3 *In oppido Roncadelle*
agri Brixiani.
Ex iiſdem.

ALO
SEX. NIG
SOLLONIVS
V. S. L. M

4 *Ex Maffeio* CCCCXLVI. 1.
Baſis.

DIS DEABVSQ
P. POSTVMIVS
ACILIANVS
PRAEF
COH. Ī. DELM

In Grutero II. 3. vitiata, emendatior MV. 2. lin. 2. P. POSTHVMIVS. lin. 4. PRAE. Retro miles ſtans armatus clypeo, & lancea.

5 *Arimini.*
In muro cujuſdam Domus.
Ex Ephem. Litt. Flor. T.XII. col. 568.

....
BELENO
V. S. L. M.

7 *In pago S. Angeli*
prope Beneventum.
Ex Theſ. Antiq. Benevent.
V. Cl. Joh. De Vita Claſſ. I. pag. IV.

PIETATI
SACRVM

8 *Ex Eodem*
Claſſ. I. p. V.

M. S. S.

In baſi Tripos, patera, & ramuſculus.

9 *Manerbii in agro Brixiano.*
Ex Maffeio CCCLXXVIII. 7.

MAT
G. CAECILIVS
G. L. CALAMVS
V. S. L. M.

10 *Saonæ in Liguria.*
Miſit D. Eques Philippus Adamius
V. Cl. ac Poeta inſignis.

N. 7 M.
S. A. C.
A. FAssi
DIVS
EX VOTO.

11 *Lapis effoſſus Bergami una*
cum aliis veterum Inſcriptionum
ruderibus.
Ex Ephem. Litt. Flor. X. 787.

PRIAPO
L. ILADCI
VS TERNVS
V. S. L. M.

12 *Apud Daverium Mediol. agri*
in D. Petri.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter.
per Italiam pag. 97.

SILENVS

13 *Altini eruta*
Ex Maffeio Inſcript. Var. CXLIX. 1.

MANIBVS
ACVTIAE...
SEVERIL...
ANN...

Acutiæ Manibus (inquit Maff.) idem valet ac *Diis Manibus*. Non ergo Plutonem, nec alia inferna numina literæ D. M. in epitaphiis præmiſſæ connotant, ſed vita functorum animas. Ita profecto locuti non eſſent, niſi *majores, eos, qui ex hac vita migraſſent, in Deorum numero eſſe voluiſſent*. Cic. de Legg. l. 2.

6 *Romæ.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III.

CAELO AETERNO
TERRAE MATRI
MERCVRIO
MENESTRATORI
SACRVM POSVIT
L. OCTAVIVS
VERVS ET
OCTAVIA EVHODIA
MATER

In Murat. CVII. 9. deeſt lin. 4. Cælum Antiquiſſimum Deorum putabant, Saturni parentem, Deam Tellurem, Cæli uxorem, Deorumque Matrem.

14 *In Villa Salmat. in Hungaria.*
Ex Donio Claſſ. VI. n. 55.

M. AVREL
REDITVS
BF. LEG. LEG.
II. PARTH. P. F.
SEVERANIAE
V. S. L. M.
SVSCEPTA. FIDE. EX. ORCO

Aliter deſcriptam dederunt Fabrettus cap. X. n. 317. & Murat. CIX. 8. lin. 2. lege *Beneficiarius Legati Legionis Secundæ Parthicæ Piæ Felicis &c.*

1 *In agro Theatino,*
in Villa DD. Marchionum de Toppis.
Ex Ephem. Litter. Flor.

AD DEOS
LAMBERTVS
BALBENS . IMP. OPT
MAG. VVI. DON. FIL
ANNO III. IMP
IN MARRVC
HOC MOVIT

2 *Ad Forum Saloduri in Helvetiis.*
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

DEAE . EPONAE . MAX
OPILIVS . RESTIO . M.
LEG. XXII. ANTONI
NIANAE . P. P. F. IMMV
NIS . COS. CVRAT. SALENS
VICO . SOLOD
XIII. KAL. SEPTEMBR
D. N̄. ANTONINO
EIVS . SACERDOS
ÇOS
V. S. L. M.

Varians apud Gruter. LXXXVII. 4. lin. 5. legerem *Curator Salenſium*. Saloduri reperti fuerunt numi argentei cum hac Epig. B. A. quam interpretantur aliqui *Bertbrada Angusta*, quæ fuit uxor Pipini, & Mater Caroli M. & fundatrix (ut nonnulli putant) Cathedralis S. Urſi dictæ Civitatis.

Aquilejæ.
3 *Ex Cl. Bertolio Antiq. Aquil. pag.* 108. *n.* 91.
his verbis.

DOMNAE B
SACRVM
SEX. BEBIVS
BAI. FIL. VET. EX CLASSE
VESTIARIVS
V. S. L. M.

„ Sacrum eſſe lapidem (inquit Cl. Joh. de Vita Antiq. Benevent. Diſſ. 1. p. 60.) „ verba ipſa indicant, ſed de Nu-
„ mine non ſatis conſtat: D. Archiep. de Turre in An-
„ tiq. Antiat. ab eodem Bertolio relatus p. 311. nel *Lib. di*
„ *Anzio*) poſtquam primæ lineæ verba de Dea Bellona
„ intelligenda dixiſſet, ut ſint *Domnæ Bellonæ*; veriſimilius
„ putavit ad noſtram *Juliam Domnam* referri poſſe, quæ
„ divinos ſibi honores arripuiſſe conſtat: At quæ fides
„ huic lapidi habenda ſit, ex eodem Bertolio facile conje-
„ ctabimus, qui eundem lapidem ad ſe miſſum teſtatur a
„ Cl. Muratorio in hæc diverſa verba, quæ refert p. 432.
„ n. 642.

DOMNOB
SACRVM
SEX . BAEBIVS
...FVIT IN CLASSE
VESTIARIVS
V . S . L . M .

Neque aliter habet Donius Claſſ. VIII. n. 74. ubi Gorius: *Domino B. ſacrum*: h. e. *Domno Beleno ſacrum. Apollo Belenus proprium Aquilejenſium Numen tutelare, & Vrbis Præſes, de quo eruditiſſime diſſeruit V. C. Phil. a Turre Epiſcopus Hadrienſis.*

4 *Ara Votiva Panthea reperta inter illuſtris Villæ veſtigia forſitan gentis Tuſidiæ XI. mill. paſſ. a Vico, qui dicitur Tavignano agri Cingulani. Ex Cl. V. P. Abb. D. Mauro Sarto in Cuprenſ. Epiſt.*

COLLEGIO DEO
SACRVM
. . VSIDIVS NVM (*ſic*)
L . D . D .

5 *Romæ*
effoſſa in villa Pilucchi.
Ex Hiſt. Lit. Ital. Vol. XIV. pag. 89.

L. LICINIVS
M. F. POL. NEPOS
CVIVS. DE. VITA. MERITO
POTE . NIMO . QVERI
QVI . NEGOTIANDO . LOCVPLETEM
SE . SPERAVIT . ESSE . FVTVRVM
SPE . DECEPTVS . ERAT . ET . A . MVLT
IS . BENEMERITVS . AMICIS
HANC . CASVLAM . IN . PARV
O FECIT . SVPREMI . TEMPORIS
SEDEM . MAIORI . CVRA
QVAM . IMPENSA . POTVIT
DIS . PARENTIBVS . SVIS
HVNC . LAPIDEM . POSVIT
SVPREMVM . SEMOTO . LOCO
SVBTVS . QVEM . FACTVM . EST
VT . REMANERENT . OSSA
ET . CINERES . C. FRATRIS . ET
SVA . VBE (*ſic*) . REQVIESCERENT
ET . PER . QVEM . TESTARI . POSSET
QVAM . LABORIOSE . ET . NON
SECVRE . VIXSERIT . QVI . VIVOS
MVLTIS . IN . FVTVRVM . SVPREM
A. HOSPITIA . DONAVIT . AMICIS
CVIVS . IN . HOSPITIO . REQVIESC.
W. MVLTIS . . . GRATIS
ET . AMICIS . . . QVOS . ROGA
T. VT . QVOD . EIS . SVPERAT . SVIS
DONENT . GRATIS . N. VENDAN
T. VITENT . HOMINES . AVAROS . AVDA
CES . MONVMENTORVM
SACRILEGOS . PER . QVOS
DECESSIS . NVNQVAM
REQVIESCERE . LICET
DIIS . MANIBVS . SACRVM
HOMO . VIOLARE . NOLI . SI . TE
MORITVRVM . PVTAS
P . Q . XII.

Lin. 4. NIMO pro NEMO. DECESSIS. i. e. Mortuis. P. Q. XII. Pedes Quaquaverſus XII.

6 *Puteolis reperta.*
Ex Hiſt. Liter. Ital. Vol. XIV. pag. 203.
Cippus.

DYSARI
SACRVM

1 *Romæ*
In villa Cæſarinia.
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. p. 99.
Feſti Avieni filii Poetæ inſignis memoria.

R. FESTVS V. C. DE SE AD DEAM NORTIAM
FESTVS MVSONI SVBOLES PROLESQVE AVIENI
VNDE TVI LATICES TRAXERVNT CAESIA NOMEN
NORTIA TE VENEROR LARE CRETVS VVLSINIENSI
ROMAM HABITANS GEMINO PROCONSVLIS AVCTVS HONORE
CARMINA MVLTA SERENS VITAM INSONS INTEGER AEVVM
CONIVGIO LAETVS PLACIDAE NVMEROQVE FREQVENTI
NATORVM EXVLTANS VIVAX ET SPIRITVS OLLIS
CAETERA COMPOSITA FATORVM LEGE TRAHVNTVR
SANCTO PATRI FILIVS PLACIDVS
IBIS IN OPTATAS SEDES NAM IVPPITER AETHRAM
PANDIT FESTE TIBI CANDIDVS VT VENIAS
IAMQVE VENIS TENDIT DEXTRAS CHORVS INDE DEORVM
ET TOTO TIBI IAM PLAVDITVR ECCE POLO

Lin. I. forſitan *Rufius*.
Quænam fuerit hæc Dea Nortia, dicere arduum eſt. Eam præſertim cultam in Sutrinorum agro docet Tertullianus in *Apologetico*.

2 *Florentiæ*
in Palatio Magni Ducis,
ex Africa allata.
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. p. 93.

CAELESTI AVG. S.
Q. MALLIVS PRIMVS
AD AMPLIATIONEM
TEMPLI ET GRADVS
DONAVIT * CXXV
VOT. SOL. LIB. ANI

Lin. 1. *AVGuſtæ*. * Ideſt: 125. *Seſtertia*.

3 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo p. LXXXVII. 4.

DIS MANIB
C H C
LOCVS ADSIGNATVS
MONIMENTO IN QVO EST
AEDICLA PRIAPI
IN FRP LXX IN AG P LXX

4 *Ex Romanis Columbariis effoſſa*
Londinum advecta.
Ex Maffejo Inſcr. CCCCXLVII. 12.

EGNATIA C. F. MAXIMA
Q. TEMPSONIVS Q. F. VOT

6 *Ex Marm. Salonitanis pag. X. n.* 15.

QVISQVINEOVICO STERCVS NON POSV
ERIT. AVT. NON CACAVERIT. AVT NONM
IAVERIT. HABEAT. ILLAS. PROPITIAS
SINEGLEXERIT. VIDERIT

Superimminent Furiæ, quas qui poſuit, vindices ſui vici eſſe voluit.

7 *Brixiæ,*
ad Eccleſiam S. Clementis.
E ſchedis D. Petri Gnocchi.

DIS. MANIBVS
VIVVS POSVIT
SIBI
HILARITER. CLA
THEVS. M. NONI. L

8 *Ex Marm. Salonitanis pag. X. n.* 13.
In aula domus q. Nicolai Papalis
Nobilis Spalatenſis.

DIS. SYRIS
C. ALBVCIVS
CL. RESTITVTVS

9 *Ex Marm. Salonit. pag. X. n.* 14.

THOMAS VIBVRNVS
PRO VOTO DEDIT

5 *In Muſeo Veron.*
Ex Maffejo pag. LXXXVII. 3.

SACRIS
MANIBVS
DATVM

D. Aug. L. VII. de Civ. Dei cap. 26. *Omnino*, inquit, *quod Varro dicit, omnes ab eis mortuos exiſtimari manes Deos.*

10 *In Villa D. Papenbrok V. Cl.*
ab Aſteledamo leucis duabus.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCXLIX. 2.

DEAE
NEHALENI
AE. T. FLAVIVS
FORTVNA
LIS

11 *In Hiſpania prope Tagum.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. p. 249.

TOGOTI
L. VIBIVS
PRISCVS
EX VOTO

Togoti nomen Hiſpanicum, barbarumque Herois, vel Dei Indigenæ redolet, uti videturReineſ. *Epiſt. ad Rupertum* p. 241.

1 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. LXXXVIII. 3.

...... SACR ...

FRVGIBVS. E..

FEMINIS....

2 *E ſchedis Stoſchianis.*
In ſimulacro.

VIRIBVS

SACRVM

Vid. Grut. LXXXIX. 9. & MXI. 1. & Gudium.

3 *In agro Hiſpellano*
E ſchedis Stoſchianis.

DEVM

MAANIVM *ſic*

4 *Ex Muſeo Veron.* XCI. 5.

DIS PARENTIBVS

AEMILIA ...

......

5 *Nemauſi*
Ex Leone Menard Hiſt. de la Ville de Nimes T. VII. p. 224.

Q. IVLIV....

BVCCA A....

NEMAVSO V....

6 *Ibidem*
Ex Eadem pag. 225.

C. ANDOLATIVS

NEMAVSO. V. S. L. M

7 *Aventici in Helvetiis, in ſtabulo Caſtri reperta.*
Ex Sam. Schmidt V. C. Antiquit. d'Avenches pag. 16.

DEAE AVENT.

C. IVL. PRIMIT.

TRIVMVIR

CVR. COL. HE. F. A.

CVR. IIIIII VIR

D. D. SV.. IV

.... II ...

L. D. D.

Litteræ HE. nexæ in lapide. Lin. 4. forſan CVR*ator* CO-LO*nia* HE*lvet. Fœderata Aventici.*

8 *A' Villars le Moine.*
Ex Eodem l. cit. pag. 17. *& ex Plantin. Helv. Ant. & N.* 265.

DEAE AVENTIAE

ET GENIO INCOLAR

T. IANVARIVS

FLORIANVS

ET P. DOMITIVS

DIDYMVS

CVRATORES COL.

EX STIPE ANNVA

ADIECTIS DE SVO

HS. N̄. Ī. D.

Grut. CX. 2. lin. 2. GEN. In Not. lin. 1. AVENTICAE. lin. 2. GENI. lin. 5. L. DOMITIVS. ſched. Abb. Gnocchi lin. 4. FIORINVS. In hiſce inſcript. fit mentio de Dea Aventia, quam Aventicenſes colebant, uti Romani Deam Romam.

9 *Ex Muſeo Veron.* XCI. 6.

DIS PARENTIBV

S. VINNIA MODESTA

V S L M

10 *Ex Marm. Taurinenſ. Par. II. pag.* 135.

DIIS OMNIBVS

HYGINVS

PRIAMI. FRATER

POSVIT

Grut. II. 1. lin. 1. DIS.

11 *Aventici eruta.*
Ex Samuel Schmidt: Antiq. d'Avenches p. 16.

DEAE AVENT

T. TERTIVS

SEVERVS

CVR. COLON

IDEMQVE * ALL

CVI INCOLAE

AVENTICENS

PRIM. OMNIVM

OB EIVS ERGA

SE MERITA

TABVLAM ARG

† P. L. POSVER

DONVM D. S. P

EX. HS VCC. L. D. D. D.

Eadem in *Memoires De Bochat* T. II. p. 497. In Grut. CX. 3. varians; at noſtra, ad lapidem quia exſcripſit Cl. Schmidtius. Sched. P. Gnocchi lin. 1. DEAE AVENTIAE * ALLectus. † *Pondo Quinquaginta.*

12 *Ex Muſeo Veron.* XCI. 2.

DIS. DEABVS

QVE. OMNIB

VS. SACRVM

L. C. QVARTVS

V. S. LIB. MER

13 *Ex Eodem l. cit. n.* 4.

DIIS

PARENTIBVS

AVGVSTIS

PORTICVM DEDIT

L IVNIVS M F PAVPER

14 *Ex Ampliſſ. Præſule Bened. Paſſioneo in cit. Oper. Cl. I.* 19.

DIS. F ECI
aGA *hic Anubis* THEME
ruS *ſtans cum palma*
& caduceo.

..uS. HINÇ. RED. DVCITI. VE

... TVM

Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCXLIX. 3.

DEAE
NEHALENIAE
AMMACIVS
HVCLIO. V. S. L. M

2 *Ex Muſeo Veron.* XCI. 7.

DIS
CONSERVATORIB
PRO . SALVTE
ARRIAE . SVAE
M . NONIVS
MACRIN . CONSECR

Rub. & Vinac. perperam ANIMAE . MS. Gnocchi uti in noſtra.

3 *Reperta in Cumberlandia.*
Ex Libro : Saggio Critico della Letteratura Straniera &c. Tom. III. p. 794.

DEO
MAPONO
ET N AVG
ETRAMIO
ET TRVPO
ET LVRIO
GERAM
NI. V. S. L. B.

Deo Mapono, & Numini (vel Numinibus) *Augusti Durio, & Ramio Et Trupo Et Lurio Germani Votum Solverunt Libentes Merito.*

4 *Gallagi, aut Gallati*
hodie Whe allep Caſtle *oppidum in Provincia Weſtmorlandiæ.*
Ex Schedis D. Abb. Petri Gnocchi.

DEO . BELATVCAD
RO . LIB. VOTV
M. FECIT
IOLVS

5 *Ex Diario cui titulus :* Saggio Critico della corrente Letteratura Straniera *Tom. I. Part. I. pag.* 124.

CAMPE*Stribus* . ET
EPONAE . ALA . I.
SING*ulariorum* THRAC*um* CVI PRAEEST
AELIVS . BASSIANVS
PRAEF*ectus*. *Votum Solvit Libens Laetus Merito*.

Hanc mendoſe dedit Gruterus LXXXVII. *6.* & emendavit Reineſius, at non feliciter, ut Gudio, aliiſque videtur. Nos ſequuti ſumus lectionem Hermanni Ulrici a Lingen, ut magis idoneam.

6 *Nemauſi*
Ex Leone Menard Hiſt. de la Ville de Nimes Tom. VII. p. 183.

DEO
NEMAVSO
VALERIA
PROCILLA

In lamella ænea.

7 *Fragmentum votivæ baſis e Scardona* 1759. *Venetias translata in Muſeum Nanium. Ex V. Cl. Joh. Bapt. Paſſerio* Oſſervazioni ſopra alcuni Monumenti &c. del Muſeo Nani Sez. III. pag. XXX.

M V I I I I A . P . . . .
N E R T I L L A . . . . .
V . S . L . M

8 *In* Renzano *Riperiæ agri Brixiani.*
E ſchedis Petri Gnocchi.

DIS . PATERNIS
SVRGASTEO
P . MAGNO
PATRO
Q. M . TRYPION
V S L M

Mutila in Grutero CVII. 3.

9 *Aretii*
reperta in quibuſdam ruderibus
a D. Angelo Laur. Grazini Priore S. Nicolai. Miſit Ampliſſ. Præſul Dominicus Poltri Epiſcopus Fani S. Miniati Teutonis.

VICTo
DE . O
SANCTO
SAL . VO
PRVNIC
IANōN̄.
MYRON
SER

10 *Neapoli*
apud PP. Cruciferos.
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCLXXIX. 3.

Μ ΚΟΚΚΕΙΟΣ. . . . .
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ ΚΑΙ . . . . .
ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΤΕΚ
ΤΙΤΙΩ ΑΚΙΛΕΙΝΩ
ΚΑΙ ΦΛΑΥΙΩ ΚΡΗΣΚΗΝΤΙ
ΤΟΝ ΣΚΥΦΟΝ ΕΚΔ. .
. . . .
ΘΕΟΙΣ ΦΡΗΤΟΡΣΙ ΚΥΝΑΙΩΝ

„ Scyphus Diis Tribulibus (ait Maffejus) Cynæorum a Cocejo, & ab ejus natis Titio Aquilino, & Flavio Creſcente oblatus, quo pondere, & cujus pretii fuerit, obſcuræ, & detritæ lapidis notæ nos ſcire vetant.

1 *Syracuſis reperta.*
Ex Eruditiſſimo Principe Turriſmutiæ in cit. Opere pag. 159.

ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΓΕ....

ΙΕΡΩΝΟΣ . ΙΕΡΟΚΛΕΟΣ

ΣΙΡΑΚΟΣΙΟΙ . ΘΕΟΙΣ. ΠΑΣΙ

Rege præeunte Hierone Hieroclis F. Syracuſii Diis omnibus.

2 *Olim Juſtinopoli*
Ex Cl. V. Joh. Rainaldo Carli.

D.I...

AVGVS. A...

Q. APPVLE....

L. PACAT. H...

V. S. L. M....

3 *In antiquo oppido Reſinghan in Northumbria.*
E ſchedis D. Abb. Petri Gnocchi V. C.

DEO

MOGONTI . * CADEN

ET . N . DN . AVG

M . G . SECVNDINVS

** BF . COS . HABITA

NCI . PRIMAS . TA....

PRO . SE . ET . SVIS . POSVIT

* CADEN*orum*. ** Bene*Ficiarius*.

4 *Ibidem.*
Ex iiſdem Schedis.

DEO

MOVNO . CADEN

Joſeph de Bimard in Diatrib. de *Diis quibuſdam Ignotis in Nov. Theſ.* T. 1. col. 59. ex Veſſelingio (*Not. ad Itiner. Antonin.* pag. 356.) hanc refert hoc modo:

DEO

MOVNO CAD

INVENTVS DO

V . S

Ibique adnotat: Duas alias Brittannicas Inſcriptiones laudat idem Veſſelingius, alteram ex Horſleri Britannia Romana, cujus eſt initium: DEVM, MOGONT. CAD.... *alteram ex Gordonii itinere Septentrionali ſic*, DEVM . MOGONT. VIT. REST. *Satis quidem ex illis patet, eumdem Deum modo* MOVNVM, *modo* MOGOVNVM, *modo etiam* MOGONTIVM *dictum eſſe, atque diverſum penitus fuiſſe ab Apolline, quum in his Britannis Marmoribus quaſi Deus peculiaris colatur, nequaquam vero habeatur pro cognomine Apollinis, alteriusve Dei.*

5 *Ceſtriæ, hodie* Cheſter in Northumbria.
E Schedis Petri Gnocchi.

DEAE. SVRI

AE. SVB. CALP

VRNIO. AG....

ICOLA. LEG. AVG

PR. PR. A. LICINIVS

...LEMENS. PRAEF

... III. A. IOR....

Gruter. LXXXVI. 7. lin. 1. SYRIAE lin. 3. AGRICOLA. In cæteris noſtra plenior eſt Gruteriana.

6 *In Villa DD. Marchionum Toppii, in agro Teatino.*
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XV. col. 140.

AD. DEOS

LAMBERTVS

BALBENS. IMP. OPT.

MAG. VVI. DON. FIL.

ANNO III. IMP.

IN MARRVC.

HOC MOVIT

7 *Parva baſis e Narbona Dalm.*
Alt. pal. R — 9. Long. — 8. Venetias tranſlata 1758. *in Muſeum Nanium.*
Ex Cl. Paſſerio in cit. Oper. pag. XXXVIII. *Sect. III.*

L PoMPoNI

VALENTINV

S . GEMELV

V . S . L . M

PRO . FI . RESTITV

Super dictam baſim forſan poſita fuit parva ſtatua alicujus Numinis in quodam Fano dicata a L. Pomponio Valentino.

8 *Wormatiæ*
Ex CL. V. Joh. Strangio Nob. Anglo, qui e Lapide exſcripſit.

PISTILLVS. ET. QVINTVS. ET. MAIANVS.

BELLICI . F . F .

V. SS. L. L. M.

Apud Gruter. CXXX. 9. Varians in ſiglis, & aliter diſtributi ſunt verſus.

TEMPLA, AEDES, ARAE ET DONA SACRA.
CLASSIS II.

1 *Romæ,*
in Horto S. Silveſtri.
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. III. Art. I. p. 70.

..AVGVST. VICI IOVIS FAGVTAL
....IMP. NERVA DIVI NERVAE TRAIANO
......ICO PONT. MAX. TRIB. POT. XIII. IMP. VI
......POLLIONIS TRIB. PLEB. AED. REG. III. VETVSTAT
...GISTRI ANNI CXXI SVA IMPENSA RESTITV
...PHOEBVS A. NONIVS A. L. ONESIMVS
...CALLISTVS L. VALERIVS EVTICHVS

„ *Fagutalis* Jovis (inquit ad hanc Sponius) ſacellum a Fagu arbore ipſi ſacra, „ quæ intus ſervabatur, a Feſto, Varrone, Plinioque memoratur: Sed in a- „ liis marmoribus non occurrit. Statuitur autem a Pub. Victore in V. Urbis „ regione delubrum iſtud, non ut habet Roſinus in X.

2 *Patavii*
Ex Sponio in citat. Sect.

IVNONI. FERON
BARBIA. L. F. SECVNDA
AEDEM. SIGNVM. PORTI
CVS. D. P. S. P.

Feroniæ Deæ a Sabinis cultæ meminit Dionyſius Halicar. Livius, & Strabo: *Sed eamdem eſſe ac Junonem, nemo eſt, quod ſciam, qui dixerit* (inquit Sponius) *unde rara mihi viſa eſt hæc denominatio.*

3 *Ex Muſeo Veron. pag.* XXXVII.

ΑΡΧΕΛΑΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΤΟΑΓΑΛΜΑ
ΑΝΕΘΗΚΕΝΥΠΕΡΤΕΕΑΥΤΟΥΚΑΙΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΚΑΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝΚΑΝΗΦΟΡΟΥΣΗΣΔΩΡΟΘΕΑΣ
ΤΗΣΕΑΥΤΟΥΘΥΓΑΤΡΟΣΙΣΙΔΙΕΠΙΙΕΡΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥΕΠΙ
ΜΕΛΗΤΟΥΔΕΤΗΣΝΗΣΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΥΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥ *sic*
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣΚΑΙΜΟΣΣΧΙΩΝ
ΚΑΙΑΔΑΜΑΣΟΙΑΔΑΜΑΝΤΟΣΑΘΗΝΑΙΟΙ
ΖΑΚΟΡΕΥΟΝΤΟΣΜΑΡΑΘΩΝΟΣΕΠΟΙΟΥΝ

Ἀρχέλαος Διονυσίου Μαραθώνιος τὸ ἄγαλμα ἀνέθηκεν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων, κανηφορούσης Δωροθέας τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς Ἴσιδι, ἐπὶ Ἱερέως Δημητρίου τοῦ Δημητρίου Ἀναφλυστίου, Ἐπιμελητοῦ δὲ τῆς νήσου Διονυσίου τοῦ Δημητρίου Ἀναφλυστίου.
Διονυσόδωρος καὶ Μοσχίων καὶ Ἀδάμας οἱ Ἀδάμαντος Ἀθηναῖοι, ζακορεύοντος Μαραθῶνος, ἐποίουν.

Archelaus Dionyſii filius Marathonius ſimulacrum dedicavit pro ſe ipſo, & uxore, & filiis caniſtrum Iſidi gerente Dorothea ejus filia, ſub Sacerdote Demetrio Demetrii filio Anaphlyſtio, Inſulæ Curatore Dionyſio Demetrii filio Anaphlyſtio.
Dionyſodorus, & Moſchion, & Adamas Adamantis filii Athenienſes fecerunt, Marathone Æditui.

Mirificum profecto (notat idem Maffejus) fuiſſe inter recentiores Antiquarios (Opuſc. tom. 15.) qui inſcriptionem hanc funeream putaret, & ἄγαλμα pro ſepulcro acciperet. Memorat Tullius *Verr. 6.* duo ſigna, *virginali habitu, atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quadam more Athenienſium virginum* repoſita in capitibus ſuſtinebant: Canephoræ ipſæ vocabantur. Inſcriptionem Cl. Muratorius item dedit, ſed ΝΗΕΟΥ ſcribit pro ΝΗΣΟΥ, & ΕΠΟΛΟΥ, quod tamquam nomen explicat, pro ΕΠΟΙΟΥΝ. Artificum, qui Statuam elaboraverant, ſupereſſe vides nomina, quod perrarum eſt.

4 *In pavimento Ædis S. Agathæ,*
in colle Quirinali.
Ex Donio Cl. II. n. 15. qui exſcripſit.

:::::::::::: DI DEC..
M. AVRE::IVS. ANTONINVS
..IFEX. MAX. TRIBVNIC. POTE...
AEDEM..

5 *Romæ.*
Ex Eodem l. cit. n. 16.

AELIVS. AVXENTIVS
V. C. DEDICAVIT

6 *Piſis*
Prægrande marmoris Fragmentum in exteriori pariete Majoris Baſilicæ ad meridiem exſcripſi.

...ERERI SACRVM
....AVG. LIB ACTE

Hanc edidit Cl. Gorius *Inſcript. Antiq. Etr.* Par. II. pag. 2. ubi inquit: *Piſis, antiquiſſima, ac nobiliſſima Etruriæ urbe, Cereri Templum ſacrum fuiſſe, ex hoc marmore intelligimus, quod Epiſtylii ejuſdem Ædis fragmentum eſſe videtur. Dicatum fuiſſe ab Acte Auguſti Liberta, perſpicue docet eadem Inſcriptio.* Non pauca alia fuiſſe Piſis Deorum Templa, teſtantur Decreta Funeralia in honorem Lucii & Caii Cæſarum facta ab ipſa Colonia Julia Piſana.

1 *Florentiam ex Africa adlata,*
in Palatium M. Ducis.
Ex Sponio Miſcell. Sect. II, A. XI. p. 62.

ANTONINI . . . .
AVG . TOTIVSQ. DO
MVS EORVM C. VOLCIVS QVIE
TVS ARAMA SOLO EX HS D
N. S. P. F. IDEMQ. DEDICAVIT
ET OB DEDICATIONEM CON
GENTILIBVS ET SACERDOTI
BVS VISCERATIONEM ET EPV..
*EX HSD N . S . P . F .

* Lege : *Ex Seſter.* 500. *Nummum Sua Pecunia Fecit.* *Viſcerationem* animalium ſcilicet, quæ ſacrificabantur, ut advertit Sponius. De his funerum ritibus Vid. Guther. de *jure Manium*, & Guichard. de *Funer. Roman.*

2 *Interamnæ, in ædibus Gherardiorum*
prope plateam.
Ex MS. Ampliſſ. Præſulis Joh. Bapt. Paſſerii.

. . . . F IIII . VIR . IVR . DIC . A . SER . . . .
. . . LOCVM . AEDICVLAM . P . C . . . .

3 *In pago* Vervò *ditionis Tridentinæ,*
hodie in Caſtro Braghiero Vallis Non.
Miſit V. Cl. Fr. Benedictus Bonelli.

In ſtylobate coronis ornato.

CONCORDIAE
AVG . SACR
RAEDO . NII . VIC
TORINVS . TERTIVS
ET . INGENVVS
FRATRES . ARAN.
CVM . SIGNO . EX
VOTO . POSVERVN.
I. L M

In Maffejo *Inſcript. Var.* CCCLXXX. 6. lin. 3. RAEDONII lin. ult. L. L. M.

4 *Neptunii in Latio reperta.*
In Muſ. Veron. LXXXII. 2.

CLAVDIA ATTICA
ATTICI . AVG . LIB . ARATIONIB
IN . SACRARIO . CERERIS . ANTIATINAE
DEOS . SVA . IMPENSA . POSVIT
SACERDOTE . IVLIA . PROCVLA
IMP . CAESAR DOMITIAN
AVG . GERMANIC . XI . COS

In Ephem. Litt. Flor. Tom. III. pag. 250. lin. 2. A . RATIONE.

5 *Reperta in Tyburis agro.*
Ex Diario Lapidario Reverendiſſimi P. Abb.
Petri Aloyſii Galletti Caſſinenſis V. C.

FORTVNAE PRIMIGENIAE
SACRVM
PRO SALVTE ITVS AC
REDITVS DD . NN . IMP
CAES. M. AVR. ANTONINI
P. F. AVG. ET M. AVR.
ALEXANDRI NOBILISSIMI
CAESARIS Q. RVFVS POL.
MAXIMINVS XV. VIR
SACR. FACIVNDIS PRAEF
COH. IIII. PRAETORIAE
VOTO SVSCEPTO TEMPLVM
VETVSTATE COLLAPSVM
PECVNIA SVA RESTITVIT

6 *Albacinæ Fabriani.*
Ex Donio Cl. II. n. 69.

C . CAESIVS . C . F . OVF .
SILVESTER . P . P .
AEDEM . VENERIS .
S . P . P . S . F .

7 *Romæ*
in Villa Pinciana.
Ex Maffejo CCLIV. 1.

PRO. SALVTEM . ET . VICTORIAS
DD NN
IMPP. SEVERI . ET . ANTONINI. AVGG
ET . IVLIAE. AVG. MATRI . AVG. TOTIVSQ
DOMVS. DIVINAE. EORVM
EX CONCESSV. IN . PRAEDIIS . SVIS . SACRARIVM
DEI. LIBERI . CVM . AEDICVLA. ET . COLVM.
NIS. SVIS. INPENDIS. MARMORA NVNC
ET . AREAM . ET . ORTVLVM . SVPER . NYM
PHIS . QVI . LOCVS . APPELLATVR . MEMPHI
DONVM . DEDERVNT . SPIRAE

1 *Supra antiqui Templi exciſi portam.*
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCLVII. 4.

. . . . , ...

AVRELIVS RESTITVTVS Ⅱ C... IVLIVS TERTIVS Ⅱ CCCC
ET CALCIS AERE...P. XX. AVRELIVS SEVERIANVS Ⅱ CCCC ET
SPATIVM... ARELIVS QVINTIANVS Ⅱ CCCC. LVSIVS SATVR
NINVS Ⅱ CCCC. NVMISIVS FELIX......
CALPVRNIVS Ⅱ CC. CORNELIVS GRATIANVS..MARTIVS VENVSTVS Ⅱ. CC
VAL. FELIX VET... AVRELIVS EROTIANVS Ⅱ CC......

Quid ad Templi (inquit Maffejus) *ædificationem quiſque contuliſſet, perſcriptum erat. Signaculum illud monetam quamdam Africanam indicabat.*

2 *Florentiæ.*
Ex agro Tunetano adlata.
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. A. VIII. pag. 39.

. . . . . STAE SACRVM
.....AureL. MAXIMI MEDICI ET L. AVRELII VERI AVG. ARMENIACI PARTH.
temPLVM CVM ARCV ET PORTICIBVS ET OSTEIS ET OPERE
ALBARI A FVND.

Opus Albarium Vitruvio Lib. 2. & Plin. Lib. 36. c. 23. nil aliud eſt, quam calce obductum.

3 *In ruderibus cuiuſdam Civitatis antiquæ, quæ adhuc* Tuca *vocatur, olim* Tucca, *IX. milliaribus ab Vrbe Tunetana ad occidentem in excelſo monte.*
Prope Templum Antiquum.
Ex Sponio Miſcell. Sect. V. pag. 194.

IMP. CAES. DIVI ANTONINI MAGNI F. M. AVRELIO SEVERO
ALEXANDRO AVG. PONTIFICI MAXIMO TRIBVNIC. POTEST. ET
IVLIAE MAMMAEAE MATRIS AVG. ET CASTRORVM ET SENATVS ET
PATRIAE . . . . IVM LIBERVM
THVGGA . . . . VS. PERP. AVG. . . . . . . EIVS. PERP
S. P. F.

Hoc autem Templum videtur Jovi dicatum fuiſſe, eoquod in frontiſpicio elegantiſſima aquila ſculpta ſit. Columnæ Templi ſunt ſtriatæ Ordinis Corinthiaci.

Exterius ſupra fores hoc fragmentum.

PAC. AVG. SACRVM
. . VERI. AVG. ARMENIAC
REGILLIANVS SVA . . .

Iſtud vero interius:

L. MARCIVS SIMPLEX ET MARCIVS SIMPLEX REGILLIANVS SIT..

Et ibidem theatrum eſt 70. circiter pedum diametri, & columnæ cum fragmentis Inſcriptionum Antonino Pio & M. Aurelio dicatarum, ut & Fauſtinæ.

In alio Fragmento.

.....TONIVS ZENO PROC.

Non longe a Templo videntur ædiculæ cujuſdam reliquiæ, ubi nunc 4. columnæ ſuperſunt ſuperimpoſita hoc lapide, ubi olim erant fores illius Ædis cum Inſcriptione:

PIETATI AVG SACRVM
......ROGATVS TESTAMENTO. C. POMPEI NA....
FRATRIS SVI ꞁXII. XXX MISO...SVO...DEDICAVIT
..MATOR . . . .

4 *Ex Pauſaniæ lib. I. pag.* 12.
Jovi Dodonæo.

ΑΙΔΕ ΠΟΤ' ΑΣΙΔΑ ΓΑΙΑΝ ΕΠΟΡΘΗΣΑΝ ΠΟΛΥΧΡΥΣΟΝ
ΑΙΔΕ ΚΑΙ ΕΛΛΑΔΙ ΤΑΝ ΔΟΥΛΟΣΥΝΑΝ ΕΠΟΡΟΝ
ΝΥΝ ΔΕ ΔΙΟΣ ΝΑΩΙ ΠΟΤΙ ΚΙΟΝΑΣ ΟΡΦΑΝΑ ΚΕΙΤΑΙ
ΤΑΣ ΜΕΓΑΛΑΥΧΗΤΟΥ ΣΚΥΛΑ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΣ

Ditibus hæc Aſia terris opibuſque potita
Jam premere audebant Hellada ſervitio,
Sacra Jovis Templo pendent quæ affixa columnis
Erecta Emathiis ſcuta cruenta viris.

Ita interpretatur Romulus Amaſæus. Juppiter Dodonæus fuit celebratiſſimus in Epiro. Hanc refert Cl. Bonada Carmin. ex Antiq. Lapid. T. I. p. 65. Cl. I. n. I. edit. Romæ 1751.

1 *In Jeraado* IV. mill. paſſ. *a Faradeeſe*, & XII. *a Tubernoke in regno Tunetano.*
Ex Shawio l. c. Vol. 1. p. 234.
Supra diruti Templi portam.
Ad dexteram.

AVRELIVS RESTITVTVS Ⅱ CC
IVLIVS TERTIVS Ⅱ CCCC ET SPATIVM...
AVRELIVS SEVERIANVS ⅡD ET CALCIS... P. XX. M
AVRELIVS QVINTINVS Ⅱ CCCC

Ad lævam.

CALPVRNIVS Ⅱ CC
MARTIVS VENVSTVS Ⅱ CC
L. AELIVS LARGVS Ⅱ CC
AVRELIVS PROTIANVS Ⅱ CC

Placuit iterum ex *Shawio* proferre epigraphen, quam magis autographo adhærere cenſeo, uti ex ipſo exſcriptam.

2 *Melitæ*
effoſſa ann. 1749.

...... IPI MEL. PRIMVS OMNI....
...... ITITEM AEDEM MARMO...
...... LLINIS CONSACRAVIT. ITEMP...
...... RONAO COLVMNAS. IIII. ET PARA....
...... ET PODIVM ET PAVIMENTV....
...... CAVIT IN QVOD OPVS VNIVE....
...... LITATE SVA HS CX Ɖ CCXCII SQ....
...... ELITENSIVM DESIDERIVM O
...... RIS CONLATIONE. D. D.

Hanc interpretati ſunt D. Comes Joh. Ant. *Ciantar in Diſſert. de Antiq. Inſcript. nuper effoſſa in Melita Urbe notabili Ann. 1749. cum figuris aneis.* Vid. *Act. Erudit. Lipſiæ* 1754. pag. 520. & ſeqq. & *D. Stephanus Borgia : Diſſert. ſopra un antica Iſcriz. rinvenuta nell' Iſola di Malta* nel 1749. *inſerita nel Giorn. de'* Letterati per l' anno 1751. Roma 1753. all' Art. IV. pag. 21.
Collatis igitur horum Clariſſ. VV. doctiſſimis interpretationibus legerem:

Municipii Melitenſis Primus Omnium Aedificavit, vel *Dedit* ſeu *Poſuit*.

Nam huic fragmento deeſt etiam 1. linea, in qua nomen Auctoris horum operum, & ædificii, quod *Primus Omnium*
Item Aedem Marmoream
Apollinis Conſacravit. Item Poſuit
Pronao Columnas IIII. Et Paraſtatas [vel fortaſſe *Paraſcenium*]
Et Podium, Et Pavimentum
Ædificavit, In Quod Opus Univerſum Erogavit
Liberalitate Sua HS. CX Ɖ CCXCII. SQ....
Ob Melitenſium Deſiderium Omnium
Aeris Conlatione Dedit Dedicavit.

3 *Ad Balnea Piſana.*
Exſcripſi.

...s. M. L. EROS. AQV....
...RVM AEDICLAm.....

Legerem:

... *Marci Libertus Eros Aquarius* (Nymphis ſalutiferis)
.... *Aediculam Aedificavit*, (vel *Conſecravit.*)

Hanc edidit V. Cl. Ant. *Cocchius* in Libro, cui titulus *De i Bagni di Piſa, Fir.* 1750. p. 345. c. VI.

4 *Piſauri.*
In Muſ. D. Equit. Annibalis de Abbat. Olivieri.
Ex Excurſ. Litter. F. A. Zacharia V. Cl. pag. 15.

MAMILIA VRBANA TIFANIA AMOEN
BASIM AEDICVLAM VENERI ARAM
D S D

5 *Civitellæ.*
in Agro Peruſino.
Ex Maffejo Inſcr. Ver. CCCLX. 2.

PHILEROS
QVI . PREFVIT . TEMPLO
ARNAE
STATIA . CHARITE
FORTVNAE . D . D

Apud Murat. CLXXVIII. 2. mendoſa.

6 *Romæ in Palatio Altemps.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. I. Art. IV.

P . AMBIVIVS
P . FIL . QVI HERMES
ARAM POSVIT
P . AMBIVIO P . LIBERT .
HERMETI PATRI SVO VIXIT
ANNIS LXVII .
ET AMBIVIAE P . L . IVCVNDAE
SORORI SVAE VIX . ANN . XIX . M . VI

7 *Ara votiva Alt. pal. R. 2. 2.*
e Narbona Dalmatiæ Venetias tranſvecta 1759. *in Muſeum Nanium.*
Ex V. Cl. Joh. Bapt. Paſſerio in Libro, cui *titulus :* Oſſervaz. ſopra alcuni Monumenti &c. del Muſeo Nani, Sez. III. *pag.* XXV. *cit. edit.*

P . ANNAEVS . Q .
EPICADVS
AEDEM . LEIBERI
PATRVS . FACIVND
COIR . LVB . MER

Id eſt : *P. Annaeus. Q.*
Epicadus Aedem Libero
Patri Faciundam Coiravit (hoc eſt, *Curavit*)
Lubens Merito.

Heic *Coiravit*, pro *Coeravit*. *Coero* pro *Curo* eſt in *Edicto Ædilium Curulium* antiqua ſcribendi ratione apud *Gellium* Lib. IV. c. 2. pag. 273. Lugduni Batavorum 1666. ubi legitur : TITVLVS . SERVORVM . SINGVLORVM . VTEI . SCRIPTVS . SIT . COERATO . &c. & hic Scaliger legit *Coirato*. Ideſt : *Curato*. Sic *Coerator* pro *Curator* in Leg. XII. Tab. apud Cic. 3. *de leg.* 4.

1 *In Arce Knillemberg.*
Ex Maſſejo Inſcript. Var. CCCCLIV. *6.*

IN H . D . D . SANC. DIANAE
ARAM CVM SIGNO AETETVS
AVGG . NN . LIB . PP . STAT . M . . . . IENS
XXXX . GALL . DEDIC . ID . AVG
PRAESENTE I . COS

Ad hunc lapidem hæc habet Maſſejus : „ Quadrageſimam „ Tacitus, Suetonius, Galbæ nummi memorant. Quinti- „ lianus *præter inſtrumenta itineris res omnes Quadrageſimam* „ *publicano debuiſſe*, tradit. *Quadrageſima portorium* appellat „ Symmachus. At de Quadrageſima Galliarum nulla a- „ pud quemquam, quod quidem meminerim, mentio eſt. „ Quod auctores ſilent, loquuntur marmora . . . De Rhætica „ noſtra Epig. non deerunt, qui ſuſpicentur ob inſuetam o- „ mnino formulam I. COS. Neque enim Conſulatui I. nume- „ rus apponebatur. Sed verſus IV. ſolidi extra omnem aleam „ ſunt. & puriorem redolent antiquitatem &c. At V. C. Joh. Strangius, qui Oeniponti ex Bibl. Imp. Veldiden. exſcripſit, ita eam refert abſque I. COS. & litem dirimit.

I N . H . D . D
S A N C T . D I A
N A E . A R A M
C V M . S I G N o Æ
T E T V S . A V G G.
N N . L I B . P P S T A T M A
I E N S . X X X X . G A L L I E
D I C . I D . A V G . P R E S E N T

2 *Salonis*
Sponius Miſcell. Erud. Antiq.
Ex Marulli MS. pag. 179. Sect. V.

MART . INVICT
DOMIT. POMPEIVS. SAL. CV
CENT . SIG. MIL. ET . ARAM
POSVER.

Eadem in *MS. Cod. Bibliothec. Vatican.* ſub num. 5240. deſcripta fuit a Cl. P. Daniele Farlato. Vid. *Art. Crit. Lib.* III. Cap. IV. n. III. col. 432.

3 *Inter parietinas Hierapitæ in Creta.*
Ex Donio Cl. I. num. 56.

Τ Α Ν . Δ Α Μ Α Τ Ρ Α
Κ Α Ι . Τ Α Ν . Κ Ω Ρ Α Ν
Α Ρ Χ Ε Δ Ι Κ Α Ζ Η Ν Ο Φ Ο Ι
Λ Ω . Μ Ε Τ Α Τ Α Ν Π Ε Ρ Ι
Σ Τ Α Σ Ι Ν . Υ Π Ε Ρ Τ Α Σ
Π Ο Λ Ε Ο Σ Ε Κ Τ Ω Ν Ι Δ Ι Ω Ν
Ι Δ Ρ Υ Σ Α Τ Ο

Gorius ita interpretatur : *Cererem, & Proſerpinam Archedica Zenophili poſt calamitatem, pro civitate de ſua pecunia ſtatuit*. ΚΩΡΑΝ Dorice pro ΚΟΡΗΝ. In Creta loquebantur Dorice, ut patet tum ex aliis inſcriptionibus, tum ex hac dedicatione ſtatuarum *Cereris*, & *Proſerpinæ*. περιστασις proprie *circumſtantia*; ſed pro *calamitate* accipitur.

4 *Ex Ampliſſ. Præſule B. Paſſioneo*
Inſcriz. Antiche Cl. I. 15.

PRO SALVTE
ET . REDITV . ET . VICTORIA
IMP . CAES . M . AVRELII . SEVE
RI . ALEXANDRI . PII . FELIC . AVG
ARAM . FORTVNAE . CRASSIAN
FABRICIVS . IVSTVS . CVM
IVSTA . ET . IVSTO . FILIS . D . D

5 *Ex Eodem in cit. Oper. Cl. I. 6.*
Cippus

SOLI MITRAE
ARAM . D . D.
RALONIVS
DIADVMENVS

6 *Ex Eodem l. cit. num. 7.*

C . IVLIVS . SOSIGENES . EX . VOTO
APOLLINI . AEDICLAM
REFICIENDAM . CVRAVIT
V S L M

7 *Ex Eodem in cit. Cl. n. 11.*

ARA . XI
VOICANO

Id eſt : *Volcano*. Apud Grut. XXV. 12. legitur : FERONIAE . ARAS . QVINQVE

8 *Ex Eodem in cit. Cl. n. 21.*

FVLGVR
CONDITVM

Similis Inſcriptio reperitur *Meſſanæ* in Sicilia ex *Grut.* CXXXIV. 9. & alia *Panormi* ex *Murat.* CXXIX. 4. *Nemauſi* vero in Marmore legitur apud *Gruter. pag. cit. n.* 8.

F V L G V R
C O N D I T V M
D I V O M

Opitergii apud eumdem Murat. pag. cit. n. 3.

D E C A E L O
T A C T V M
E T
C O N D I T V M

Rerum a fulmine percuſſarum fruſta ſepeliebant Ethnicorum Sacerdotes. Lucan. Lib. 1. v. 606. Juven. Sat. VI. v. 585. Salmaſ. inquit : *Condere fulmina ſignificat monumentum eo loco ſtatui, aram nempe, vel puteal cum aliqua fortaſſe Inſcriptione, quæ teſtaretur fulgur ſub illa ara conditum*. Vid. quæ ſupra adnotavi in *Arte Critic. Lapid.* Lib. III. cap. III. col. 229. & ſeq.

9 *Romæ,*
reperta in Eſquiliis in vinea PP. Soc. Jeſu.

FVLGVR DIVM
ARAM
ET LOCVM HVNC
RELIG
EX HARVSPIC. SENT
Q. PVBLICIVS FRONT
POS. ET
D D

Gruter. XXI. 4. verſ. 1. ſcribit : DEO FVGERATORI. verſ. 5. EX . HARPVSPIC.

10 *Prope ſinum* Soliman
Ex Maſſejo Inſcript. Var. CCCCLXV. 3.

. . . AVG . SAC
. . . IVLIVS . . V C . TEMPLVM . . . .
. . . DVOBVS. A FVNDAMENT . VOTO RES . . .
. . . SVB CVRA ALCIBIADIS ACTO . . . . .

1 *Ex Jacobo Gretſero Antiquit. Nemauſ. in T. I. Antiq. Rom. Alberti Henrici Sallengre.*

D . D . FLAMINICA . VIENNAE . TE
GVLAS . AENEAS . AVRATAS . CVM
CARPVSCVLIS . ET . SIGNA . CASTORIS
ET . POLLVCIS . ET . MERCVRI .
D . S . D .

2 *Ex Ampliſſ. Præſule B. Paſſianeo V. C. in cit. Oper. Claſſ. I.* 18.

Ara

SPEI . SACR
T. FLAVIVS
TROPHIMVS . ET
ABASCANTVS
VILICVS . DECYDAES
ET . FLAVIA : LVCISCA
ET ZOPO . D . D

Vilicus unica *l* legitur in antiquis Lapidibus, ut apud Grut. Fabret. & Manut. in *Orthogr.* Danſquejus etiam in Orthogr. V. *Vilicus*, unica *l* ſcribendum docet. Sed apud Var. de R. R. L. I. c. 1. 2. & Cic. *Tuſcul.* reperitur cum duobus *ll*. Ponitur pro Præfecto Villæ, vel Gubernatore. Var. l. cit. aliquando pro ruſtico cultore agri. Hor. Lib. I. Ep. 14. *Vilicum autem*, ait Salmaſius in *Lamprid.* (*apud Hiſt. Aug. Script.* T. I. p. 903. edit. Lugd. Batav. 1671.) *Veteres non de ſolo Villæ Præfecto uſurparunt, ſed quemvis Præpoſitum, aut Procuratorem, diſpenſatoremque ita vocarunt. Tibullus ærarii Præfectum Villicum dixit hoc epigrammate:*

Villicus ærari quondam nunc cultor agelli.

Juvenalis Sat. IV. v. 77. *Villicum Urbis pro Præfecto non ſatyrice, ſed vere & proprie dixit:*

Pegaſus attonitæ poſitus modo Villicus urbi.

In antiquis lapidibus Villicus Alimentorum eſt, qui alibi dicitur Procurator alimentorum. VIL. AB. ALIM. *ideſt: Villicus ab Alimentis: nam ſic Procurator ab alimentis dicebatur. In alio lapide Villicus* a Plumbo *pro* Procurator. *In alio item* Villicus Hortorum Majanorum *nominatur, quem* Procuratorem *eorumdem* Maianorum Hortorum vocat *aliud Saxum*. Et paulo ante *in Lamprid.* (pag. 902. cit. edit.) ubi corrupte legitur: *Malum Pupillum eſſe Imperatorem*: adnotat idem Salmaſius: *Prius enim ſcriptum fuit:* Malum Pop. Villi. eſſe Imperatorem., *ideſt, Malum Populi Villicum eſſe Imperatorem*.

3 *E ſchedis D. Petri Gnocchi V. C.*

L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON
PLANCVS. COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR
EPVL. TRIVMPH. EX. RAETEIS. AEDEM. SA
TVRNI
FECIT. DE. MANVBIIS: AGROS: DIVISIT. IN
ITALIA
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDV
XIT
LVGDVNVM. ET. RAVRICAM

Variat aliquantulum apud Grut. pag. CDXXXIX. 8. qui ponit *ſupra oſtium Mauſolei in altiſſimo Cajetani promontorii cacumine*.

De hac vide *Art. Critic. Lapid.* Lib. III. cap. IV. col. 339. ubi recenſentur omnes, qui dictam inſcriptionem retulerunt. Hanc nonnulli *Cajetæ* ponunt, alii *Lugduni in Gallia*, & D. Abbas Petrus Gnocchi in loco, ubi olim *Auguſta Rauricorum*, urbs hodie diruta juxta Baſileam.

4 *In Hiſpania, in loco, qui dicitur* S. Cruz junto a Truxillo. *Ex Donio Cl. I. n.* 124.

T . HELVIVS
CELER . LVC
DIVINAE
ARA . P
V . S . A . L

5 *Panormi, in Muſeo Salnitriano. Ex Excellentiſſ. Principe Turriſmutiæ V. C. in libro, cui titulus:* Antiche Iſcrizioni di Palermo pag. 1. n. 3.

ΚΛΕΑΓΟΡΑΣ ΜΑΣΣΑΛΙΩΤΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗ
. . . ΝΕΘΗΚΕ ΤΡΑΠΕΞΑΝ

Id eſt: *Cleagoras Civis Maſſiliæ Veneri dedicat Menſam.*

Maſſiliam antiquitus, etiam *Maſſaliam* appellatam fuiſſe, teſtantur Carolus Stephanus ex Euſtatio *Dict. Geograph. V. Maſſalia*, Spanhemius de *Præſtantia, & Uſu Numiſmat.* f. 65. edit. Romæ 1664. Begerus *Theſaur. Brandeburg*. Tom. I. f. 365. Arduinus *Nummi Populorum & Urbium*.

6 *In Muſeo Veronenſi. Ex Maffeio pag.* LXXXIX. 3.

C OCTAVIVS M F CAPITO
MEMORIAE SVORVM
NOMINE L P OCTAVIORVM M F
CLEMENTIS N...LLA...T
STABERI OPTVMORVM FRATRVM
VDISNAM AVGVSTAM LOCO PRIVATO
ARVSNATIBVS DEDIT

Capito, ait ad hanc Maffejus, *nomine optumorum fratrum Lucii, & Publii Octaviorum, quorum alter Clemens cognomento, alter ex alio lapide Staberinus, Udiſnae Deae ſimulacrum dat Aruſnatium Populo. Sic in Gruteriana quidam horologium paganis* læbactibus dederunt. *Capito autem* loco privato, *hoc eſt ſuo, Udiſnam erexit. Alia vidimus votiva marmora* loco publico *poſita. At quid de Udiſna Auguſta ex hoc tantum Epigrammate audita Aruſnatium dea dicemus?*

7 *In Umbria in antiquo Templo Dei Clitumni. Ex Cl. V. D. Rudolphino Venuti.*

POST . VERIAS . FEL
H . D .   L . M

Et ita laudatus A. interpretatur: *Poſt ſortes fatidicas felices hoc, forſan Templum, vel donarium, dedicavit, vel donavit libens, Merito.*
Verare apud antiquos Grammaticos idem eſt, ac *auſpicare*, & *Veratores*, & *Verias* fatidicarum ſortium interpretes, ipſæque ſortes erant.
Ennius apud Gell. Lib. XVIII. Cap. II. p. 1022.

Satin' vates verant ætate in agunda?

Confer Lauremberg. *Lexic. Antiq.* in verb. *Verare*.

8 *Aſſiſii in Eccleſia Subterranea. E ſchedis Stoſchianis.*

PANNICVS
PHOSPHORI
PRIMIGENIVS
PRIMI
ARAM
IANI . PATRI
SVA . PEC . F

1 *Anagnæ*
Ara cum anaglypho,
in quo ſculptus Hercules in Hortis Heſperidum poma accipiens e manu fœminæ ſub arbore, quam draco complectitur.
Ex Donio Cl. I. n. 94.

ΘΕΑ. ΑΡΤΙΜΠΑΣΑ
ΤΙ. ΙΟΤΑ. ΠΑΜΦΙΑ
ΑΠΕΛΕΤΘΕΡ. ΣΕΒ.
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Cl. Gorius ad hanc erudite adnotat.

„ Ideſt; *Deæ Artimpaſa Tiberius Julius Pamphilus Libertus Auguſti Dedicavit*. Venus *Cæleſtis* a Scythis, eorum lingua, „ *Artimpaſa* appellatur, ut ſcribit Herodotus Lib. IV. n. „ 107. An hæc ara illa ipſa ſit, quæ a Grutero affertur „ pag. LX. 5. in agro Tuſculano reperta, ac poſtmodum „ in calcem redacta, dubitare aliquis poteſt. Verum eam ite- „ ram producendam cenſui, propterea quod alius locus, „ in quo exſtet, & alia in ea ſculpta a Donio noſtro indi- „ centur.

2 *Super tectum ejuſdem antiqui Templi,*
in duobus lapidibus.
Ex Cl. V. Rudolphino Venuti.

T. SEPTIMIVS
PLEBEIVS

In altero.

BIDIA. L. F
POLLA

In veſtibulo ejuſdem Templi.

TV
TI
ET

3 *Florentiæ.*
Marmorea ara ſuperne fracta, inventa in Ædibus Leonardi Auguſtini Antiquarii Celeberrimi; ex ejus autographo in Codice Bibliothecæ Strozіæ.
Ex Gorio Inſcript. Antiquar.
Append. Par. III. pag. 134. n. 144.

. . . .
. . . BVS. AVG. . . .
REG. I
VICO. III. ARARVM
IVSSV
C. PONTI. FAVSTINI
GRANIANI. PR
MAG. FECERVNT
VALERIVS. ONESIMVS
L. POMPEIVS. EVPHROSINVS
TI. CLAVDIVS. HERMES
Q. GRANIVS. AVGVSTINVS

Varians & mutilior apud Murat. CXLVIII. 2. quamvis ibi ut integra referatur, quam ita ſupplet Cl. Gorius lin. 1. LARIBVS. AV*Guſtis*.

4 *Romæ.*
in Eccleſia S. Salvatoris in Quirinali.
Ex Donio Inſcript. Antiq. Cl. I. n. 1.

ARAM IOVI FVLGERATORI
EX PRAECEPTO
DEORVM MONTENSIVM
VAL. CRESCENTIVS
PATRI DEORVM OMNIVM
ET AVR. EXVPERANTIVS
SACERDOS SILVAM
CVM FRATRIBVS ET
SORORIBVS
DEDICAVERVNT

Vitiata apud Grut. XXI. 3.

5 *Florentiæ.*
Ex agro Tunetano Africæ adlatum.
Ex Sponio Miſc. E. A. Sect. II. Art. VIII. pag. 39.

. . . .
PECVNIA PERFECIT ET
DEDICAVIT ET OB DEDICATIO
NEM PVGILVM CERTAMINA
EDIDIT ET DECVRIONIBVS
SPORTVLAS ET POPVLO GYMNA
SIVM EPVLVM DEDIT ET HOC
AMPLIVS PRO SVA LIBERALITA
TE CAMERAM SVPERPOSVIT ET
OPERE MVSEO EXORNAVIT
. . . CVM . . . AREIS . . . FELICE ET
RVFINO III. . . IS DED. OB QVAM
DEDICAT. EPVL. DEC. ET POP. FRVM. DED

Fuiſſe, ait Sponius, *videtur hæc inſcriptio poſita in alicujus ædis dedicatione, quæ magna pompa celebrata fuerit, pugilum ſcilicet certaminibus, ſportulis, hoc eſt, ut alibi dicemus, munuſculis Decurionibus donatis, & populo epulis, & frumento datis ſub Conſulatu, ut videtur, Felicis, & Rufini, ſed quia hoc Conſulum par non legitur in Faſtis, ſed duntaxat Felix cum Bruttio Præſente ſub Antonino Pio, quem in annum incidat, non affirmabo.*

6 *Aquilejæ,*
in Domo cujuſdam Canonici.
Ex Donio Cl. IV. n. 23. qui ex vet. MS.

BONAE. DEAE. PAGAIAE
RVFIA. CF. FESTA. CAESILIA
Q. L. SCYLACE. MAGISTRAE
D. S. P. DECIDIA. L. F
APVLEIA. ET. PVPIA. L. F
PEREGRINA. MINISTRAE
BONAE. DEAE. AEDEM
FECERVNT D. P. S.

„ Fabrettus ex unica inſcriptione (ut recte obſervat Gorius in notis ad hanc) „ duas fecit Cap. X. num. 157. 158. e „ *ſchedis Vaticanis* quarum etiam non parum variat lectio, ſi cum hac Doniana conferatur. PAGAIAE. hoc „ eſt; PAGANAE. videlicet Pagi Aquilejenſis.

1 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. XCVI. 5.

D . M . S . T . FLAVIO
AVG . LIB . TROPHIMO CONSTITV
TORI . COLLEGI . NVMINIS . DOMINORVM
QVOD . EST . SVP . TEMPLO . DIVI . CLAVDI *ſic*
QVI . VIXIT . ANNIS . LXXXVII . V . V . V
ALIQVANDO . SECVRVS . SVM

Ad hunc lapidem hæc habet Maffejus : „ Templi Claudio Imperatori ſacrati, & Collegii ad Imperatorum majeſtatem colendam conſtituti, huic nunquam agnitæ, quod ſciam, inſcriptioni notitiam debemus. De Claudio cæteroquin inter Divos relato optime Panvinius in librum II. Faſtorum. Numini dominorum, ut *numine* Divûm Virgilius. Raro tot annos vitæ priſca, aut recentia monumenta conſignant. V. V. V. ſingulariæ hactenus nunquam viſæ. Quomodo intelligi debeant, Servius me docet : *Dici mortuis ſolet, Vale Vale Vale.* ad Æn. III. 644.

5 *Perronellæ olim Cœlagiæ.*
Ex V. Cl. Ant. Franc. Gorio : Xeniorum Epigraphicorum ſyntagma tertium, quo antiqua potiſſimum Tranſilvaniæ, & Hungariæ monimenta ſuppeditantur, in Vol. V. Act. Soc. Latinæ Jenenſis edit. a Joh. Ern. Imman. Walchio Jenæ, ac Hildburghuſæ 1756.

L . SEDATO
AVG . SAC .
P . PACONIVS
EDEM
ET ARAM
D . D .

2 *Ex Brixiani MS. Libro Inſcriptionum Cl. F. A. Zacharia ſequentes tres deſcripſit in Epiſcop. Cromon. Serie pag.* 25. & 26. *edit. Mediolani* 1749.

Ad Jovis Templum.

ARAM . IOVI . OPT . MAX .
CREMONEN .
ROMANORVM . COLONI .
D D .

3 *Ad Herculis Templum.*

DEO . HERCVLI . INVICTO
AC . ALCMENE . MATRI
FIDELES . CREMONENSES
D D .

4 *Ad Fidei Templum.*

HOC . TEMPLO . FIDEM . DICARVNT
POPVLVS . CREMONENSIS
SEMPER . FIDELIS

Hæ tres epigraphes quin ſinceræ, & antiquæ ſint, maxime dubito : nam phraſis & ſtylus puram non redolent antiquitatem.

6 *Ara effoſſa in oppido Monumethenſis provinciæ, quod dicitur Caerleon, ubi olim urbs Iſca-Legio II. quæ eſt Iſca Silurum.*
Ex Schedis D. Abb. Petri Ciocchi V. C.

PRO . SALVTE
AVGG . NN
SEVERI . ET . ANTON . . .
NI . . . .
P . SALTIENVS . P . F . HADRI
PRAEF . LEG . II . AVG . C
VAMPEIANO . ET . LV
CILIAN

7 *Ibidem.*
Ex iiſdem Schedis.

T . FL . POSTVMIVS . VARVS
V . C . LEG . TEMPL . DIANAE
RESTITVIT

8 *Romæ*
Viam Appiam inter & Latinam.
Ex Donio Cl. II. n. 63.

. . . .
. . . . MVNIC. ISIDIS. SACEL. MARMORAT
. . . . PLVM. FECER. ET. CVM. P. SCVTHIANO. FIL. ET.
. . . . NIVS. SCVTHIANVS. -SS-. ⸸ N. ITEM. AB. IIS
. . . . ARM. DECVRIO. Q. I. F. V. APPIAE. REG. IN
. . . . OPERE. INCOHATO. VIA. . . . . AD PARIETE STER
. . . . INCRVSTATO. FINITOQVE. ITA. VTI. . . . . .
. . . ET MENSAM VT . . . .
. . . ELIA PYRO . . . .
. . . .

„ Ex hoc inſcriptionis fragmento, (adnotat Gorius) quod non paucis confectum maculis edidit Reineſius Cl. II. 84. intelligimus „ fuiſſe in via Appia Iſidis Sacellum marmoratum, & aliud Templum, quod heic, mutilato marmore, non indicatur, a P. Scuthiano ejuſque filiis, ac Municipibus factum; atque ad illud exornandum expenſa ſeſtertium duo millia nummûm; item parietes incruſtatos, finitoſque fuiſſe, eorum opera. Additur præterea, & menſam donatam fuiſſe, fortaſſis ab Aelia Pyroclea, ſi ita ejus nomen reſtituendum ſit. Menſæ, quod omnes ſciunt, magni pretii, ex auro, argento, ære, citro, & marmore „ Diis dedicari ſolebant in templis, & apponi in domeſticis Larariis, quæ, ut ait Cicero in Verrem Or. IX. Lib. IV. vaſa ſacrificiorum ſuſtinerent. Paucula hæc ex eo ſubjungam : *Iſte* (Verres) *menſas Delphicas e marmore, crateras ex ære pulcherrimas, vim maximam vaſorum Corinthiorum, ex omnibus ædibus ſacris Syracuſis abſtulit. In Puteolana*, quam exhibet Gruterus XXIX. 7. „ Jovis Cuſtodis facta æde, cum porticibus a ſolo menſa, & ara dono data memorantur. „

1 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffeio pag. LXXXVIII. 2.

HISTRIAE. FÁNVM
AB. C. VIBIO. VÁRO. PATRE. INCHÓATVM
Q. CAESIVS. MACRINVS. PERFECIT. ET. DEDICAVIT

2 *Ex Ampliſſ. Honthemio*
Ex Donio Claſſ. V. num. 3. *pag.* 187.

IN. H. D. D. DEO. SILVANO.
TEMP. SIGNO. VETVSTATE. CONLAPSVM.
SEXTVS. ANTONIVS. PRIVATVS.
CIVES. TREVER. IIIIII VIR.
AVGVSTALIS. PECVNIA.
SVA. RESTITVIT.

„ Apud Browerum p. 51. (ſcribit cit. A.) & alios: Primæ literæ indicant frequentem illam formulam: *In honorem Domus* „ *Divinae*: id eſt, Familiæ Imperatoriæ, pro cujus ſalute & honore ſubditi vota ſuſcipiebant, reddebantque aſſentatione „ ſervili Principibus perſuadentes, divini aliquid illis ineſſe. Silvanus apud Grut. p. 65. appellari videtur *Conſervator*, „ *Sanctus*, *Sacer*, *Larum Caeſaris Noſtri*. Collegium ſevirale Sacerdotum a Tiberio in honorem Auguſti Romæ, ac dein- „ de in Coloniis & Municipiis inſtitutum eſt. Tacit. *Annal.* lib. 1. cap. 54. Corpus hoc Sacerdotum Magiſter Auguſta- „ lis moderabatur.

3 *Ex Eodem*
in cit. Oper. Claſſ. I. n. 4. *pag.* 186.

DEO. INTARABO
EX. IMPERIO. Q.
SOLIMABIVS.
BITVS. AEDEM
CVM. SVIS. ORNA
MIINTIS. CONSA
CRAVIT. L. M.

„ Lapis (ait Cl. A.) an. 1619. aratro excuſſus prope Nier- „ sbach, loco Toparchiæ Bruchianæ, ſex circiter horis ab „ Urbe Treverica, ex ruina ædificii maximam partem „ terra obruti, aſportatis inde grandibus ſubinde ſaxis in „ ædificiorum uſum. Apud Alex. Wilthemium Luxemb. „ Rom. MS. Lib. I. cap. 8.
EX IMPERIO idem eſt, quod *monitus in ſomniis*; ubi non raro in hujuſmodi monumentis legitur.

4 *In Muſeo Veron.*
Ex Maffeio pag. XCIII. 1.

SIGN. BASIM
C. COR. MAR
VALERIA FIRMINA
V S

Voto ſoluto ſimulacrum cum baſi dederant. Cognomentum quoque heic decurtatum eſt.

5 *Arimini.*
Reperta in amne Apruſa, hodie Auſa, qui alluit muros ejuſdem civitatis.
In Muſeo Cl. V. Joh. Blanchi
Ex Ephem. Lit. Flor. Tom. XII. 458.

PANTEVM SACRVM
L. VICRIVS CYPAERVS SEXVIR
ET SEXVIR AVGVSTALIS

6 *Ex Muſeo Veron. pag.* XXXVIII.

ΚΟΒΑΛΕΡΙΟΣ
ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ
ΣΜΥΡΑΣΚΛΗ
ΠΙΩΙΗΤΗΡΙ
ΔΙΟΣΣΩΤΗΡΟΣ
ΑΓΑΛΜΑΣΥΝ
ΒΑΣΕΙΑΡΓΥΡΕ
ΗΓΥΨΟΥ
ΜΕΣΤΗΑΝΕΘΗ
ΚΕΝΑΣΤΑΘΜΟΝ
ΩΣΕΙΗΚΑΙΑ
ΤΕΙΜΗΤΟΝΚΑΙ
ΑΧΡΑΝΤΟΝ

Κοΐντος Βαλέριος Ἰουλιανὸς Σμυρναῖος
Ἀσκληπιῷ ἰητῆρι Διὸς σωτῆρος
ἄγαλμα σὺν βάσει ἀργυρέῃ γύψῳ
μεστῇ ἀνέθηκεν ἄσταθμον, ὡς
εἴη καὶ ἀτίμητον, καὶ ἄχραντον.

Quintus Valerius Julianus Smyrnaeus
Aeſculapio Medico Jovis Servatoris
Simulacrum cum baſi argentea gypſo
repleta dedicavit, imponderatum, ut eſſet
inaeſtimatum, & intactum.

„ Jonice inſcriptio, ait Maffejus, loquitur utpote Smyrnæas, „ a ſummo ad imum in Stylobate perquam exiguo inſcul- „ pta. Veſtigium extat, in quo Jovis icuncula inſtita cum „ baſi ſua: ad utrumque latus Aquila effiƈta eſt *triſulcis* „ *Ignibus armata*, dolendum eſt ad hanc uſque diem non „ innotuiſſe; ſingularem enim, & præclaram adſert noti- „ tiam: Argentea nempe, & aurea donaria, quæ Tem- „ plis inſerebantur, ad Sacerdotum, miniſtrorumque ſub- „ reptiones arcendas, præcavendaſque fraudes, receptum „ fuiſſe, ut penderentur, atque æſtimarentur: pretium au- „ tem & pondus authenticis tabulis procul dubio conſi- „ gnabantur. Mire congruit, quod apud Prophetam Ba- „ ruch VI. 9. legitur: *Subtrahunt Sacerdotes ab eis au-* „ *rum, & argentum, & erogant illud in ſemetipſos.* Et in- „ ferius V. 32. *Veſtimenta eorum auferunt Sacerdotes, & ve-* „ *ſtiunt uxores ſuas, & filios ſuos.* At Quintus Julianus „ noſter vel ſuperſtitione tactus, vel donarium ſuum detri- „ menti quidquam paſſurum timens, ſi argentum ab alia „ materia ſegregaretur, ut pendi, & æſtimari poſſet, ar- „ genteam, quam dicabat baſim, minime ſolidam eſſe, „ ſed gypſo repletam declaravit, æſtimationemque, atque „ ponderationem inhibuit, ut ſervaretur incontaminata, „ & intacta. Latinum verbum *imponderatum* ad Græci imi- „ tationem effinxi: *fabricemur, ſi opus erit, verba*, inquit „ Tullius. Ἄσταθμος videre non memini apud Scriptorem „ ullum: At habetur Εὔσταθμος *juſti ponderis*.

1 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. LXXXXV. 4.

FORTVNAE . FANVM
AB . C. VIBIO . VARO . PATRE . INCHOATVM
Q . CAESIVS . MACRINVS . PERFECIT . ET . DEDICAVIT

2 *Reperta in Inſula Melo.*
In columna ex Marmore Pario.

ΠΑΙ ΔΙΟΣ ΕΚΦΑΝΤΟΥ ΔΕΞΑΙ ΤΟΔ' ΑΜΕΜΦΕΣ ΑΓΑΛΜΑ
ΣΟΙ ΓΑΡ ΕΠΕΥΧΟΜΕΝΟΣ ΤΟΥΤ' ΕΤΕΛΕΣΣΕ ΤΡΟΦΟΣ

Παῖ Διὸς ἐκφάντου δέξαι τόδ' ἀμεμφὲς ἄγαλμα
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε τροφός.

Nata Jovis accipe pulchrum hoc Ecphanti munus
Tibi quippe voto concepto illud perfecit nutricius (ſubintellige) ejuſdem *Ecphanti*.

Senſus ſumma eſt: Ecphanti Nutricius offert Baccho, vel Apollini vas, vel tripodem, ſeu quid ſimile, voti ſolvendi cauſâ pro alumno.
Ex Orthographiæ, & literarum inſpectione in lapide ſingularem, & antiquiſſimam eſſe hanc epigraphen, nemo ibit inficias.

3 *Romæ,*
Ex fundamentis Fabricæ prope Eccleſiam S. Cæciliæ effoſſa
Ex Diariis Literatorum Florentiæ edit. 1714.

BONAE . DEAE
SACRVM
M . VETTIVS . BOLANVS
RESTITVI . IVSSIT

4 *Ferrariæ.*
Miſit V. Cl. Joh. Bapt. Paſſerius.

ΤΩ . ΤΗΣ
ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑΣ
ΔΑΚΡΙ . ΔΑΙΜΟΝΙ . Θ..

PONTIFICES, SACERDOTES ALIIQVE SACRORVM MINISTRI.

C L A S S I S III.

P O N T I F I C E S.

1 *Ex Marm. Taurin. Par. I. p. 49.*

IMP. CAES
PONTIFEX MAX
CLAVDIVS IVLIANVS
SEMPER AVG

2 *Mediolani in Turri Crotorum. Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam pag. 83.*

D . M
C . CALVISI
IANVARI
PONTIF
CALVISIA . C . F .
RVFINA . PATRI
INDVLGENT
ET LVCILIAE
RVFINAE MATRI

Grut. CCCV. 9. omittit lin. 1. D. M. lin. 8. LVCILLIAE.

3 *Aeſerniæ, in Samnio. Ex Donio Cl. V. n. 28.*

SEX . APVLEIO . SEX . F .
IMP . COS . AVGVRI
PATRONO

5 *Parmæ Ex Maffeio Inſcript. Var. CCCLXVIII. 6.*

L . PETRONIVS
L. F. POL
SABINVS
VIVIR . DEC. Q
IIVIR . PONTIF
SIBI . T . F . I
Q . Q . V . P . L

5 *Ex Marm. Salonitanis pag.* XIII. *n.* 13.

L.FL.PRAET.CLEMENT.IVLIAN.PONTIF.
QVINQVENNAS. DESIGNATO.FLAMINI
PATRON. COLONIAE. PRIMIPLI. LEG. V
MACEDONICAE. PRAEFECT. CASTRORVM
LEG. EIVSDEM. VETERANO. QVI. MI
LITAVER.SVB.AVR.MEMTINO.REGVLO
ANGRELI.ET. MISSI.SVNT. Q. EVTETIO
LVCIO.SATVNINO. M. SEIO. VERANO
COS.CVRAM.GERENTIBVS. TI. CLADIO
CELSO.TI.AVG.COMBIO.M.TAVRITIO
MARCELLINO. L. D. P.

Ad hanc ait Cl. Zacharia ,, Quam dolendum, præclarum hoc marmor ab imperito deſcriptore fuiſſe corruptum! Quid ſit PRAET alii viderint. Suſpicor, ſcriptum ,, fuiſſe in marmore PF. AEL. aut AEM. *Publii Filio AElia* (ſi uſquam fuit) aut ,, AE*milia* (nempe *tribu*).
,, QVINQVENNAS a deſcriptore prodiit. Marmor habuit ſine dubio *Quinquennal.*
,, PRIMIPLI munuſculum aliud eſt excriptoris, pro quo lege *Primipilo*.
,, VETERANO en tertium ſphalma oſcitantis Antiquarii: Refigo: *Veterani*.
,, ANGRELI ubi nam gentium eſt? Andretium novi ego, quo in caſtello ,, Tiberius *fugientem* Batonem obſedit, ut ait Dio Caſſius L. 56. *quod erat* ,, *ad ipſas Salonas ædificatum in munita, & inacceſſa rupe, profundis convallibus, quæ Torrentes fluvios habebant, cinctum*. Tiberii Auguſti mentio, quæ ,, mox fit, quemadmodum probat, Lapidem vel imperante, vel certe a paucis annis defuncto Tiberio poſitum fuiſſe, ita ſuſpicionem auget, veteranos, qui ,, ſub Aurelio Mentino Regulo militaverunt, Andretii pugnaſſe contra Batonem. ,, Miſſi autem fuerunt, ſcilicet honeſte dimiſſi Q. *Eutetio Lucio Satunino* (*Saturnino* malim) M. *Sejo Verano* conſulibus. Enim vero honeſtis Miſſionibus adſcriptos fuiſſe Conſulatus, probat præclara illa honeſta Miſſio, quam in *Arte Critic. Diplom.* edidit Cl. Maffejus. At quinam hi Conſules? Suffectos opinor, qui Faſtis addendi erunt ſub Tiberio.
,, Pergamus: TI. CLADIO CELSO TI. AVG. COMBIO. Ita peritus ſcriba; non ita marmor: forte TI. *Claudio Celſo* TI. Aug. L. *Combio*; quod ,, tamen non ſatis adridet, vel potius *Liberto*. L. D. P. explico *Locus Datus Publice*.
,, Nunc de L. *Flavii Clementis Juliani* muneribus, atque dignitatibus pauca dicenda ,, ſunt.
,, *Pontifex*. Pontifices fuere etiam in Coloniis, & Municipiis.
,, *Quinquennal. Deſignato.* Quod Romæ Cenſores, id in Coloniis, & Municipiis Quinquennales. Conſule Oliverii not. in *Marm. Piſaur.* (pag. 68. & ſeqq.)
,, *Flamini*. Pontificia dignitate inſigniti *Flamines* ſimul fuere non raro. Exemplum ,, habes in Muſei Veron. Lapide (p. LXXXI. 8.
,, *Patron. Coloniæ*. Patroni Coloniarum in Lapidibus crebro occurrunt. Conſule ,, *Marmor. Piſaur.* XXXIII. & LVIII.
,, *Primiplo. leg. V. Macedonica*. Primus Pilanorum Centurio Primipilus erat, iſque, ,, ut Vegetii verbis utar (*Lib. II. Cap. VIII.*) *non ſolum Aquilae præerat*, ,, *verum etiam IV. Centurias, hoc eſt*, CD. *milites in prima acie gubernabat*. Legionem V. Macedonicam in Germania inferiore in caſtris apud Vetera Auguſtus ,, inſtituerat. De ea Panvinius in *Imperio Rom.* (p. 823. p. 836. p. 852.)
,, *Præfect. Caſtrorum Leg. Ejuſdem* conſule Vegetium Lib. II. c. 10.)

6 *Romæ in Vinea Caſalia ad Portam Capenam. Ex Ephem. Lit. Flor. T.* XIX. *col.* 169.

D . M . V . F .
SEX . SAMMIVS
SEX . F . VVLTIN .
APER . DOMO NEMAVSO
IIII VIR IVREDICVNDO
PONTIFEX PVBLICORVM
SACRIFICIORVM
PRAEFECT . VIGILVM
ET ARMORVM

1 *In impluvio Vaticano.*
Ex Maffejo Inſcr. Var. num. CCLII. 3.

L . FVLVIO . L. FIL . OVF
GAVIO . NVMISIO . PETRONIO
AEMILIANO . PRAETORI
TVTELARIO . CANDIDATO
AVGG . QVAESTORI . CANDID
AVGG . PONTIFICI . PRO.MAGIS
TRO . SALIO . COLLINO . PRAEF
FERIAR . LATINAR . III . VIR
MONETALI. A. A. A. F. F. VI. VIR
TVRMAE . I. EQVIT . ROMANOR
ATTIA . CERVIDIA . VESTINA
MARITO

Romæ
In Muſeo Capitolino.
2 *Ex Cl. V. Franc. Maria Bonada*
Anthologia Vol. I. Claſſ. III. pag. 262. qui e Cippo exſcripſit.

In fronte.
D M
VETTIVSAGORIVSPRAETEXTATVS
AVGVR.PONTIFEXVESTAE
PONTIFEXSOLIS.QVINDECEMVIR
CVRIALISHERCVLIS.SACRATVS
LIBEROETELEVSINIIS.HIEROPHANTA
NEOCORVS.TAVROBOLIATVS
PATERPATRVM.INREPVBLICAVERO
QVAESTORCANDIDATVS
PRETORVRBANVS
CORRECTORTVSCIAEETVMBRIAE
CONSVLARISLVSITANIAE
PROCONSVL(*ſic*)EACHAIAE
PRAEFECTVS VRBI
LEGATVSASENATVMISSVS V
PRAEFECTVSPRAETORIOIIIITALIAE
ETILLYRICI.CONSVLORDINARIVS
DESIGNATVS
ETACONIAFABIAPAVLINA C F
SACRATACERERIETELEVSINIIS
SACRATAAPVDEGINAMHECATAE
TAVROBOLIATA.HIEROPHANTRIA
HICONIVNCTISIMVLVIXERVNTANNXL

Ad Lævam

VETTIVSAGORIVS PRAETEXTATVS
PAVLINAECONIVGI
PAVLINANOSTRIPECTORISCONSORTIO
FOMESPVDORISCASTITATISVINCVLVM
AMORQVEPVRVSETFIDESCAELOSATA
ARCANAMENTISCVIRECLVSACREDIDI
MVNVSDEORVMQVIMARITALEMTORVM
NECTVNTAMICISETPVDICISNEXIBVS
PIETATEMATRISCONIVGALIGRATIA
NEXVSORORISFILIAEMODESTIA
ETQVANTAAMICISIVNGIMVRFIDVCIA
AETATISVSVCONSECRANDIFOEDERE
IVGIFIDELISIMPLICICONCORDIA

IVVANSMARITVMDILIGENSORNANS
COLENS

Ad dexteram

VETTIVSAGORIVS.PRAETEXTATVS
PAVLINAE.CONIVGI
PAVLINAVERIETCASTITATISCONSCIA
DICATATEMPLISATQ.AMICANVMINVM
SIBIMARITVMPRAEFERENSROMAMVIRO
PVDENSFIDELISPVRAMENTEETCORPORE
BENIGNACVNCTISVTILISPENATIBVS

Videntur deeſſe nonnulla effracto marmore.

In parte poſtica.

*ſple*NDORPARENTVMNILMIHIMAIVSDEDIT
QVODMARITODIGNAIAMTVMVISASVM
sEDLVMENOMNEVELDECVSNOMENVIRI
AGORISVPERBOQVICREATVSGERMINE
PATRIAMSENATVMCONIVGEMQ.INLVMINAS
PROBITATEMENTISMORIBVSSTVDIISSIMVL
VIRTVTISAPICEMQVISVPREMVMNANCTVS (*ſic*) ES.
TVNAMQVEQVIDQVIDLINGVAVTRAQESTPRODITVM
CVRASOFORVMPORTAQVISCAELIPATET
VELQVAEPERITICONDIDERECARMINA
VELQVAESOLVTISVOCIBVSSVNTEDITA
MELIORAREDDISQVAMLEGENDOSVMPSERAS
SEDISTAPARVATVPIVSMOVESTESSACRIS
(*ſic*) TELETISREPERTAMENTISARCANOPREMIS
DIVVMQVENVMENMVLTIPLEXDOCTVSCOLIS
SOCIAMBENIGNECONIVGEMNECTENSSACRIS
HOMINVMDEVMQVECONSCIAMACFIDAMTIBI
QVIDNVNCHONORESAVTPOTESTATESLOQVAR
HOMINVMQVEVOTISADPETITAGAVDIA
QVAETVCADVCAACPARVASEMPERAVTVMANS
DIVVMSACERDOSINFVLISCELSVSCLVES
TVMEMARITEDISCIPLINARVMBONO
PVRAMACPVDICAMSORTEMORTISEXIMENS
INTEMPLADVCISACFAMVLAMDIVISDICAS
TETESTECVNCTISIMBVORMYSTERIIS
TVDIADYMENESATTEOSQVIANTISTITEM
TELETISHONORASTAVREISCONSORSPIVS
HECATESMINISTRAMTRINA * SECRETAEDOCES
* * CERERISQVEGRAIAETVSACRISDIGNAMPARAS
TEPROPTEROMNISMEBEATAMMEPIAM
CELEBRANTQVODIPSEMEBONAMDISSEMINAS
TOTVMPERORBEMIGNOTANOSCOROMNIBVS
NAMTEMARITOCVRPLACERENONQVEAM
EXEMPLADEMEROMVLEAEMATRESPETVNT
SVBOLEMQVEPVLCHRAMSITVAISIMILISPVTANT
OPTANTPROBANTQVENVNCVIRINVNCFEMINAE
QVAETVMAGISTERINDIDISTIINSIGNIA
HISNVNCADEMPTISMAESTACONIVNXMACEROR
FELIXMARITVMSISVPERSTITEMMIHI
DIVIDEDISSENTSEDTAMENFELIXTVA
QVISVMFVIQVEPOSTQVEMORTEMMOXERO

* SECRITA EDOCIS
* * CERERISQVE CRAIAE
ita in Lapide. At obſervandum eſt, quod heic in marmore literæ denuo inciſæ fuerunt, quia antiquæ exeſæ erant: Quam ob rem genuina lectio forſan erit noſtra. Vid. Ephem. Lit. Flor. Tom. XIII. col. 690. T. II. col. 449. & *Symbol. Liter.* T. VIII.

In fronte

D M

Vettius Agorius Pr iezextatus
Auger, pontifex Veſtae,
Pontifex Solis, quindecemvir,
Curialis Herculis, ſacratus
Libero & Eleuſiniis. Hierophanta
Niocorus, tauroboliatus,
Pater patrum. In Republica zero
Quaeſtor candidatus,
Praetor Vrbanus,
Corrector Tuſciae & Vmbriae,
Conſularis Luſitaniae,
Proconſul Achajae,

Praefectus urbi,
Legatus a ſenatu miſſus V.
Praefectus praetorio II. Italiae
Et Illirici, Conſul ordinarius
Deſignatus,
Et Aconia Fabia Paulina C. F.
Sacrata Cereri & Eleuſiniis,
Sacrata apud Aeginam Hecatae,
Tauroboliata, Hierophantria.
Hi conjuncti ſimul vixerunt ann. XL.

Ad lævam.

Vettius Agorius Praetextatus
Paulinae conjugi
Paulina noſtri pectoris conſortio
Fomes pudoris, caſtitatis vinculum,
Amorque purus, & fides caelo ſata,
Arcana mentis cui recluſa credidi
Munus Deorum, qui maritalem torum
Nectunt amicis & pudicis nexibus,
Pietate matris, conjugali gratia,
Nexu ſororis, filiae modeſtia,
Et quanta amicis jungimur fiducia,
Aetatis uſu conſecrandi foedere
Jugi, fideli, ſimplici concordia
Juvans maritum, diligens, ornans, colens.

Ad dexteram.

Vettius Agorius Praetextatus
Paulinae conjugi.
Paulina veri & caſtitatis conſcia,
Dicata templis atque amica Numinum,
Sibi maritum praeferens, Romam viro,
Pudens, fidelis, pura mente & corpore,
Benigna cunctis, utilis Penatibus.
Deeſſe videntur nonnulla eſtracto marmore.

In parte poſtica.

Splendor parentum nil mihi maius dedit,
Quam quod marito digna jam tum viſa ſum,
Sed lumen omne, vel decus, nomen viri
Agorii, ſuperbo qui creatus germine
Patriam, ſenatum, conjugem inluminans
Probitate mentis moribus, ſtudiis ſimul,
Virtutis apicem, qui ſupremum nactus eſt.
Tu namque quicquid lingua utraque eſt proditum
Cura ſophorum, porta queis caeli patet,
Vel quae periti condidere carmina,
Vel quae ſolutis vocibus ſunt edita,
Meliora reddis, quam legendo ſumſeras.
Sed iſta parva: tu pius moves te ſacris
Teletis; reperta mentis arcano premis,
Divumque numen multiplex doctus colis,
Sociam benigne conjugem nectens ſacris
Hominum, Deumque conſciam ac fidam tibi.
Quid nunc honores, ac poteſtates loquar,
Hominumque votis adpetita gaudia?
Quae tu caduca, ac parva ſemper autumans,
Divum ſacerdos infulis celſus clues.
Tu me, marite, diſciplinarum bono
Puram, ac pudicam ſorte mortis eximens
In templa ducis, ac famulam Divis dicas;
Te teſte cunctis imbuor miſteriis,
Tu, Dindymenes Atteos qui Antiſtitem
Teletis honoras taureis conſors pius,
Hecates miniſtram trinam ſecreta edoces,
Cererisque Grajae tu ſacris dignam paras.
Te propter omnis me beatam, me piam
Celebrant, quod ipſe me bonam diſſeminas
Totum per orbem: ignota noſcor omnibus.
Nam te marito cur placere non queam?
Exempla de me Romuleae matres petunt,
Sobolemque pulcram, ſi tuai ſimilis, putant,
Optant, probantque nunc viri, nunc feminae.
Quae tu magiſter indidiſti inſignia,
His nunc ademtis maeſta conjux maceror:
Felix; maritum ſi ſuperſtitem mihi
Divi dediſſent, ſed tamen felix, tua
Qui ſum, fuique, poſtque mortem mox ero.

Hujus *Vettii Agorii* Prætextati confer alia marmora apud Gruter. CCCCLXXXVI. 3. & MCII. 2. Hic ille eſt *Agorius*, cujus exemplo Gutherius de *Jur. Pont.* l. 5. contra Lipſium aſſerit, Pontificem Veſtæ a P. M. diſtinguendum eſſe. Gothofredus in *Proſopograph. Cod. Theod. ad litt.* P. Symmachi, Macrobii, & aliorum auctoritate, ac ex Gruteri lapidibus evincit, hunc Prætextatum Ethnicorum ſuperſtitioni fuiſſe addictum; ſed in errore vixiſſe, ac obiiſſe, non ex aliis monumentis clarius conſtat, quam ex hac epigraphe diu neglecta, ac Cl. Marchionis Lucatellii cura in Muſeo Capitolino poſita.

Præter plurimas dignitates, Vrbis etiam Præfecturam habuiſſe Prætextatum, evincunt Gruteri Marmora, & noſtrum, (cujus non meminit Cl. Corſinus in *Praef. Vrbis*, ubi de Præfectura *Vettii Agorii &c.* pag. 243.) qui urbi præeſſe cœpit xv. Kal. Septem. An. V. C. 1119. Chr. 367. [*Cod. Th. lib.* VIII. *tit.* 14. *l. un.*] & inſequenti anno 368. III. Kal. Febr. iſtiuſmodi Præfectura adhuc fungebatur (*cit. Cod. Lib.* VI. *t.* 5. *l.* 9.) Prætorio autem Præfectus erat anno 384. (*Idem Cod. Lib.* XIII. *tit.* 3. *l.* 8. *& Cod. Juſtin. Lib.* 1. *t.* 54. *l.* 5.) Poſt hanc dignitatem non diu vixit; nam ejus mors memoratur a Symmacho in Epiſtola exarata an. 384. ſive potius 385. (*Lib. X. ep.* 23. 24. 25. *Vid. Lib. I. ep.* 38. 49. *& Tillem. in Theod. art.* 23.) Hunc cippum exaratum fuiſſe an. 384. ſive 385. ex dignitate Præfecti Prætorio eo anno a Prætextato ſuſcepta, haud dubie opinari poſſumus.

I *Romæ*

In Hortis Carpenſibus.

Ex Donio Claſſ. III. n. 56.

. . . .

PONTIFICI . MAXIM

TRIBVNIC . POTEST

XVII . P . P

COS . VIII . DISIG . VIIII . CENSORI

CONSERVATORI . CERIMONIARVM

PVBLICARVM . ET

RESTITVTORI . AEDIVM . SACRARVM

SODALES TITI

1 *Tuſculi in ara marmorea.*
Ex Donio Claſſ. IV. n. 66.

ΜΑΡ.ΟΥΛΠ.ΦΙΡΜΟΝ.ΔΟΜΕΣ
ΤΙΚΟΝ.ΑΡΧΙΕΡΕΑ.ΤΟΥ.ΣΥΝΠΑΝ
ΤΟΣ.ΞΥΣΤΟΥ.ΔΙΑ.ΒΙΟΥ.ΞΥΣΤΑΡ
ΧΗΝ.ΚΑΙ.ΕΠΙ.ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ.ΣΕΒΑΣ
ΤΩΝ.ΥΙΟΝ.ΜΑΡ.ΟΥΛ.ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΥ
ΕΦΕΣΙΟΥ.ΠΑΝΚΡΑΤΙΑΣΤΟΥ.ΠΕΡΙ
ΟΔΟΝΕΙΚΟΥ.ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ.ΑΡΧΙΕ
ΡΕΩΣ.ΤΟΥ.ΣΥΝΠΑΝΤΟΣ.ΞΥΣΤΟΥ
ΔΙΑ.ΒΙΟΥ.ΞΥΣΤΑΡΧΟΥ.ΚΑΙ.ΕΠΙ
ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ.ΣΕΒΑΣΤΩΝ.ΚΤΙΣ
ΤΟΥ.ΤΟΥ.ΤΕΜΕΝΟΥΣ.ΚΑΙ
ΤΩΝ.ΕΝ.ΑΥΤΩ.ΑΝΑΘΗ
ΜΑΤΩΝ.ΣΥΝ.ΚΑΙ.ΤΟΙΣ.ΘΕΟΙΣ

Id eſt: *M. Vlpium Firmum Domeſticum Pontificem univerſi Xyſti, Perpetuo Xyſtarcham, Balineis Auguſtorum Praefectum, Filium M. Vlpii Domeſtici, Epheſii, Pancratiaſtae, Periodonicae, Paradoxi, Pontificis univerſi Xyſti, Perpetuo Xyſtarchae, & Balineis Auguſtorum Praefecti Conditoris Fani, & Donariorum, quae in eo ſunt, & cum Diis.*

Ad hanc Epig. hæc habet Cl. Gorius: „ In ultimo verſu ΣΥΝ. ΚΑΙ. ΤΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ Forte ΣΥΝ. ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ. „ Indicat hæc baſis, dedicatam fuiſſe ſtatuam M. Vlpio Firmo Domeſtico ab univerſa Synodo Xyſtica Athletarum Herculaneorum, tum ob egregias ejus virtutes, & inſignia in univerſos Athletas beneficia, & Donaria Diis dicata; tum etiam in memoriam patris ſui M. Vlpii Domeſtici, qui legatione functus, ædem, quam Hadrianus promiſerat, ab Imperatore Antonino Pio impetravit; in quo ſacra Synodi, veſtes ſcenicæ, & apparatus reliquus, etiam authographa Litterarum publicarum recon- „ derentur. Sed vide Octavii Falconerii Notas in Inſcriptiones Athleticas, Gruterum CCCXV. 9. 10. & Reineſium Cl. V. num. „ 43. quibus hoc monumentum incognitum fuit.

2 *Ad B. Mariæ de Monticellis.*
Ex Donio Claſſ. IV. n. 21. qui exſcripſit.

SEXT.L.CLASENO.SEX.F.SEX
NEP.SEX.PRON.CLV.ALLIANO
PONTIFICI.FLAMINI.VICTORIAE
ET.FELIC.CAESAR
PERPETVO.PRAEF.CHO.
III. ASTVR.EQ.C.R.TRIB.LEG.
II.ITALIC.IIII. VIR.QQ.IIII.VIR
I.D.II.SACERD.V.F.C.CVR
LVSVS.IVVENVM.VI VIRI
AVGVSTALES.PATRONO
OB AMOREM.EIVS
ERGA SINGVLOS
VNIVERSOSQ

Apud Gruter. mendoſa CCCLXXXVIII. num. 3. qui ponit *ad primum lapidem ab Æmilia in Templo D. Mariæ Monticulorum.*

3 *Ad collem Brebium juxta Beſutium ad I. mil. ad ædem S. Agathes in agro Mediolanenſi.*
Ex Cyriaci Nov. Fragm. p. 58. n. 151.

D. M.
L. COELI.L. F. OVF
BORONIS. VI. VIR
PONTIFICI IIII. VIR A. F
CVRATORIS. AED. FIRONAN
ITEM TEMPLI MINERVAE
ET ALBVCIAE VIRILLIONIS FIL
VXORI EIVS COELI IVVENIS
FL. SEVERVS PARENTIB. OPTIM.

Gruter. CCCXCIII. 7. ex *Merula*, & *Alciatinis* lin. 3. VIRI. l. 4. in fin. A. P. id eſt Ædilitia Poteſtate. l. 5. SALT. TIBRONAN. lin. 7. F. pro FIL. l. 8. IVVEN. l. ult. ET loco FL. A Gruttero differt etiam paullulum Alciati Cod. Vid. *Exc. Liter.* Cl. Zachariæ pag. 85. n. CXXIV.

4 *Piſauri, in Foro.*
Ex Donio Cl. IV. num. 1.
Deſcripſit Joh. Petrus Stephanonius.

C. AVFIDIO. C. F. CAM
VERO. PONT. Q. II. VIR. QQ
PLEBS. VRBANA. OB. MERT. EIVS
EX. AERE. CONLATO. CVIVS. DICATONE
DEDIT. DECVRIONIBVS. SINGVL. HS. N. XXXX
AVGVSTAL. HS. N. XX. PLEBEI. HS. N. XI. ADIECTO
PANE. ET. VINO. ITEM. OLEVM. IN. BALNEIS
L. D. D. D

Ad hunc lapidem hæc habet Gorius: „ Hoc eſt: *Cajo Aufidio, Caii Filio, Camilia* (Tribu) *Vero Pontifici Quæſtori, Duumviro, Quinquennali*, in cujus honorem Plebs Urbana „ Piſaurenſium ſtatuum ex ære conlato dedicavit. Notam „ illam Q. quæ expreſſam dignitatem PONT. pontificatus conſequitur, aliorum lapidum exemplo, interpretatus ſum *Quæſtori*, non *Quinquennali*, quæ dignitas „ poſt duumviratus honorem perſpicue ſignificatur in hoc „ lapide; Ita diſerte in Theſauro Gruteriano CCCVI. 2. „ L. PORCIO. QVIRIN. SATVRNINO PONTIF. „ QVAE. id eſt, *Quæſtori* legitur, &c. Hanc nuncam edidit Fabret. pag. 486. n. 165. lin. 4. habet: DICATIONE lin. 6. AVGVSTALIB. l. 8. BALINEIS.

REX SACRORVM, & SACERDOTES.

1 *Florentiæ.*
In Muſeo Antinoriano.
Exſcripſit D. Abb. Joh. M. Lampredius V. C.

V. F
C. MVRRIO
AEDILI . IIII VIRO
PONTIFICI
REGI . SACRVM
. C. MVRRIVS
EVCHARISTVS
PATRONO . B. M

Deeſt in *Nov. Theſ.* 1. & 2. linea pag. CLIII. 7.

2 *Romæ,*
Non procul a Theatro Marcelli.
Ex Smet. Ord. II. p. XXIII. 4.

ALCIDE . SACRI . GENERIS
DECVS . HOC . TIBI
PRAETOR
ET . IOVIS . ANTISTES
DEDICO . PERPETVVS

Spon. in 3. lin. PRECOR . in Miſcell. E. A. Sect. II. Art. VI.

3 *E ſchedis Stoſchianis.*

D M
L MANLIO L F PAL
SEVERO REGI SAC
RORVM FICTORI
PONTIFICVM VR III
VIRo BOVILLENSI
VM COLLACTANE
O DVLCISSIMO ET
INDVLGENTISSIMO
ERGA SE FECIT

4 *Beneventi.*
Ex Theſ. Antiq. Benev. Joh. de Vita
Diſſ. II. p. 67.

SACERDOTI
IVNONI REG
LICINIAE
LICINIANAE
LICINIANI TRIB
FILIAE
. . . . NIA MEIANAE *ſic*
MATER

5 *Sarcophagus alt. ped. IV. Venet. e Salona Venetias translatum in Muſeum Nanium, in quo ſequens Inſcriptio. Ex Cl. V. Joh. Bapt. Paſſerio:* Oſſervazioni ſopra alcuni Monumenti &c. del Muſeo Nani. Sez. IV. pag. XXXI.

T. TITISENI
CONVICTO
RIANI DEC . COL.
SALON . SACERD
T. TITISENVS
VALENTINVS
7 LEG FILIVS

Id eſt: *Titi Seni Convictoriani Dec. Col. Salon. Sacerd. Titus Titiſenus Valentinus Centurio Lg. Filius.*

6 *Romæ, in Villa Fonſeca.*
E ſchedis Stoſchianis.

L . MARIO MAXIMO
PERPETVO
AVRELIANO C . V
PRAESIDI PROVINC
CERMANIÆ INFER
EX TESTAMENTO
A . POMPEI ALEXANDRI
... QVI SVB EO MILITAVER
A . POMPEIVS SACERDOS
FILIVS ET HERES
FACIENDVM CVRAVIT

7 *Ex Cl. Gaſp. Aloyſ. Oderico S. J.*
In Annal. Lit. Tom. I. p. 334.

KAMENII
ALFENIO CEIONIO IVLIANO
KAMENIO V. C. Q. K. PRAETORI IRI
VMF VII VIRO EPVLONVM MAC
PSC SVMMI INVICTI MIIRAI IERO
FANTE AECATE ARC B DEI II B XV
VIRO SETAVROBOLIATO DM
PONTIFICI MAIORI CONSVLA
RI PROVINCIAE NVMIDIAE
IVSTITIAE EIVS PROVISIONI
BVSQ. CONEOTIS OMNIBVS
DIOCESEOS
GENTILIS PM . RESIVIVS CORNICV
ARIVS CVM CARIVLARIS OFFICIISIATVAM
IN DOMO SVBAE AE POSVERVNT

Kamenii Alfenio Ceionio Iuliano Viro Clariſſimo, Quæſtori Candidato, Praetori Triumphali, Septemviro Epulonum. Magiſtro Publico Sacerdotum, (aut etiam) *Sacrorum Summi Invicti Mithrae Ierophante Aecate, Archibucolo Dei Liberi, Quindecem Viro Sacris Faciundis, Taurobaliato Deum Matris Pontifici Maiori, Conſulari Provinciae Numidiae. Juſtitiae Ejus Proviſionibuſque Conſotis Omnibus Dioeceſeos Gentilis P . . . M . . . . Regivius Cornicularius Cum Cartulariis Officiis Statuam In Domo Sub Aede Poſuerunt.*
Ita interpretatur cit. Auctor.

1 *In fundo Fratrum Læliorum*
Via Romana.
Ex Donio Cl. IV. num. 22. qui vidit,
& exſcripſit.

SICCIA . T . F .
SEÇVNDILLA . SIBI . ET
C . LVSIO . STRABONI
SACERDOTI . VICTORIAE
FELICITAT . ET
C . LVSIO . MODESTO
QVATTVOR VIRO . AEDIL
POTESTAT . IIII . II . V . IVR . DIC
PRAEF . ALAE . EQVITVM
FILIIS . SVIS
TESTAMENTO . FIERI
IVSSIT

E *ſchedis Barberinis* edidit Fabrettus cap. X. num. 219. ſed cum mendis, neque expreſſo loco, ubi extet, aut inventa fuerit.

2 *Interamnæ*
in Viridario de Mazancollis.
Ex MS. V. Cl. Joh. Bapt. Paſſerii

. . . .
. . . IS VIRVE . . .
. . . SACERD . . . .
. . . PROSER . . . .
. . . .

In hoc fragmento *Sacerdos Proſerpinæ* nominatur: At prima linea corrupta nil mihi ſonat.

3 *Juſtinopoli.*
Ex Eruditiſſimo Joh. Rainaldo Carlio.

L . PVBLICIVS
SYNTROPVS
ARCHIGALLVS
V . F . SIBI . ET
. . . .
H . M . H . N . S

Vide Diſſertationem Cl. Dominici Georgii pertinentem ad Archigallos, Antiſtites Magnæ Deûm Matris apud Murat. in Nov. Theſ. T. I. pag. 207. & ſeqq.

4 *Mediolani in Æde S. Simpliciani*
ad columnellas clauſtri marmoreas.
Ex Cyriaci Nov. Fragm. pag. 34. n. 70.

M . VALERIVS
MAXIMVS
SACERDOS
D . S . L . M . STVD
ASTROLOGIA
SIBI . ET
SEVERINAE . APR
VXORI
H . M . H . N . S .

Gruter. CCCXIII. 4. lin. 4. D. S. I. M. id eſt. *Dei Solis Invicti Mithrae*, STV. Alciat. & Verder. Sched. Pigh. uti in noſtra, lin. 5. Grut. ASTROLOGIAE. Verd. Sched. ASTROLOG. Grut. lin. 7. SEVERIAE. *Vereor tamen* (inquit Cl. Oliver. loc. cit.) *ne majus aliquod mendum hic incubet.*

5 *In Muſeo Collegii Romani.*

. . . .
. . . ET. OPERIS. FACIVNDI. IBIQVE. VACCAM. HONORARIAM. ALBAM. AD. FOC. . .
IBIQVE. SACERDOTES. IN. TETRASTYLO. CONSEDERVNT. ET. EX. SACRIFICIO. EPVLATI. SVNT. SVM...TIS..
SPIGIS. VITIATIS. LVCVM. DEAE. DIAE. SVBMOTO. ASCENDERVNT. ET. PER. T. LIVIVM. EI . . .
IVLIVM. IVLIANVM. PROFLAMIN. AGNAM. OPIMAM. IMMOLARVNT. PERFECTOQVE. SACRIFICIO . . .
FECERVNT. DEINDE. CORONIS. INLATIS. SIGNISQVE. VNCTIS. C. CATELIVM. M. MODESTINVM. SAT. . .
. . . IVNDAS. MAG. ANNVM. FECERVNT. ET. CL. MODESTVM. FLAM. NOMINAVE . . .
. . . CVMBENTES. APVT. EGNATIVM. CAPITONEM. MAG. EPVLATI. SVNT. POST. EPVL . . . .
. . . ASVIRA. CARCARES. ASCENDIT. ET. SEGMVM. QVADRIGIS. BIGIS. DESVLTORIB . . .
. . . ODESTINI. VICTORES. MIMIS. ET. CORONIS. ARG. HONORAVIT. ADFVERVNT. LVCC . . .

Hujuſmodi Fragmentum cum Gruteriano (CXXIV. 1.) conferendum a nobis heic relato.

. . . .
C VICTORIVS GETA ET . . . . [1] CAND . . . .
M . VALERIVS . IVNIANVS . VOLVSIVS . SATVRNINVS . P . CORNEL
HERACLEO . OPTIANVS . . . . ISDEM . COS
IN . LVCO . DEAE . DIAE . [2] TI . IVLIVS . IVLIANVS . ALEXANDER . [3] PER [4] PROMAG .
LVCI . COINQVIENDI . ET . OPERIS . FACIVNDI . IBIQVE . VACCAM . [5] HO . . . .
IBIQVE . SACERDOTES . IN . TETRASTYLO . CONSEDERVNT . ET . EX . [6] SACRIFI . . .
SPICIS . [7] VITIATIS . LVCVM . DEAE . DIAE . [8] SVMMOTO . [9] ASCENDERVN . . . . . .
TI . IVLIVM . IVLIANVM . PRO . FLAMINE . MAGNAS . OPIMAS . [10] IMMOL . . . . . .
FECERVNT . DEINDE . CORONIS . INLATIS . SIGNISQVE . VNCIIS . [11] C . V . . . . .
IN . [12] STATVRNALIA . SECVNDA . MAG . ANNVVM . [13] IN RVNT . IBIQVE . [14] I . . . . . .

1. PROMAG. ET CAND. Ligor. MS.
2. Ille eſt, quem Præf. Ægypti in initiis Veſpaſiani nominat Suet. c. 6. & Pigh. ad ann. 818.
3. Non eſt in MS. Ligor. PER.
4. PROMAG. ISTRVM CONVENERE. CAVS. Lig. MS.
5. HORNAM IMMOLARENT.
6. SACRIFICIO SOLEMNI.
7. VITTATIS legit Guth. e Plinio.
8. Vid. Gut. *ad Phædrum* I. 25.
9. ASCENDERVNT. IBIQVE.
10. IMMOLARE DEAE DIAE.
11. C. VICTORIVS. CVM. COLLEGIS.
12. Vid. Guth. de *jure Pontif.* III. 14.
13. INTVLERVNT.
14. IMMOLARVNT. Sic hanc Inſcriptionem ex conjectura ſupplevit Guther. de jure Manium. l. 4. excepto primo verſu, qui ex Ligorio eſt ſuppletus. Vid. *Guth.* d. l.

1 *Romæ.*
In pectore Imagunculæ Ægyptiacæ, ex nigro lapide.
Ex Donio Cl. I. num. 81.

ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΥϹΙΝ ΘΕΟΥ
ϹΕΡΑΠΙΔΟϹ ϹΥΙΒΙΟϹ
ΙΕΡΕΥϹ . ΑΝΕΘ.

Deſcripſit Cl. Menetrejus. Videlicet: *Juſſu Dei Serapidis Vibius Sacerdos Dedicavit.*

2 *Romæ,*
in Villa Montalti.
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCXI. 3.

..IMO.NVMERIO.AV...
..R.EQ.R.ALLECTO.IN...
..CAND.LEG.PROV.BA...
..OANDI.SACERD.IVN...
..PERC.CVR.CIVITATE...
..IN.EOR.MIN.VSVI.ID...
..ODO.CALCHIDICVM...
..OLLAPSAM.RENOVA...
..AM.HYPOCAVSTAM.N...
..NSTANTE.EXTRVI.C...
..VETVSTATE.CONLA...
..FORMARI.ET.EXCOLI...
..OLEARIAM.PECVN...
..INSTITVERE.ENISVS.S...
..AETERNAM.INMVN...
..NNON.VR.PR.ANT.ACVTI...
..QVO.ET.IPSO.PETENTE.S...
..T.QVOD.INMVNIT...
..CTO.AD.MVNERA.VO...
..VPPLICANDO.MA...
..RIT.ET.QVOD.DE...
..INVICTIS.PRIMO
..IVVET.ET.QVOD.O...
..M.ETIAM..K...
. . . .

SACERDOTES FEMINÆ.

3 *Ex Sponio*
Miſcell. E. A. Sect. IV. pag. 150. *num.* 1.

LABERIA FELICLA
SACERDOS MAXIMA
MATRIS DEVM.M.I

Id eſt: *Magnae Ideae*, quæ alias Cybele.
Viſitur in hoc marmore *Laberia Felicla*, velo capiti impoſito, ut ſolebant ſacrificantes, dextra pateram tenens ſuper ara, quaſi numini ſuo libare vellet, ſiniſtra catenam, aut quid ſimile, cujus myſterium ignoratur etiam a Sponio, niſi ſint tintinnabula, quorum uſus in Matris Deûm ceremoniis receptus erat. Pendet ex ejus humeris alia catena, appenſum eſt collo Jovis caput, quem morem Dioniſ. Halicar. L. 2. *Antiq. Rom.* illuſtrat. Eadem apud Donium Cl. I. n. 28. (qui ponit *Roma in baſi, cui ſuppoſitus Gryphs*) apud Fabrettum p. 215. num. 553. & Reineſium 58. V. qui lin. 1. ſcribit FELICIA. Et figuræ & aræ non meminit, ut facit etiam Fabrettus.

4 *Effoſſa e ruderibus veteris ædificii procul M. P. ab urbe Magdalono.*

Ex Epiſtola Cl. Franciſci M. Pratilli edita in Tomo XXVIII. pag. 143. Opuſcoli &c. *Cl. V. P. Calogierà.*

T.POMPEIO FELICISSIMO MVNICIPI
DECVR.SVESSVL.ET SACERD.M.D
X.VIR.IN VICO NOVANENSI PATRI
L.POMPEI FELICISSIMI DECVR.II.VIR
I.D.ET Q.ALIMENT.OMNIB.HONORIB
AC MVNERIB.PERFVNCTO
CVLTORES IOVIS HORTENSIS PATRONO
B.M.OB SINGVLAREM ERGA SE LIBE
RALITATEM ET PRAESTANTIAM
D.D.D

1 *Romæ*
effoſſa in villa Pilucchi.
Ex Hiſt. Liter. Ital. Vol. XIV. pag. 93.

DIS MANIB
CLAVDIA IANVA
RIA BENEDICTA
SACRORVM
HIC SITA EST

2 *Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. IV. pag.* 150. *n.* 1.

LIVIA CLITE LIVIAE AMMI
IAE SACERD. M. D. M. I.

Id eſt: Matri Deûm Magnae Ideae.

3 *Cividati*,
in agro Brixiano.
E ſchedis Petri Gnocchi.

NONIAE. MAC
RINAE. SACERD.
BERGIMI
B . M
CAMVNI

4 *Romæ*
In Hortis Nigroniis.
Ex Maffeio CCLXVI. 3.

. . . .
AGENNIAE
QVARTA
SACRORVM
CYPERVS L
PATRONAE
BENEMERENTI

5 *Romæ In Hortis Alteriis*.
Ex Maffeio CCLXXI. 14.

DIIS
MANIBVS
CALENE
SACERDOTI
MATRIS
DEVM
CALENVS
FILIVS

6 *In Villa Ducis Juvenacii in Apulia*.
Ex Platill. Via App. Lib. IV. pag. 100.

D . M . S
PETILIAE Q. F. SECVNDINAE
SACERDOTI MINERVAE VIX
ANN. VIIII. M. VII. D. XVIII. OB INFA
TIGABILEM PIETAT. EIVS MESSIA
DORCAS M. INFELIX. FIL. D. M. F

Lege ult. lin. *Mater Infeliciſſima Filiae Dulciſſimae Monumentum Fecit; ſeu Digne Merenti Fecit*. Perperam a Grutero CCCXVII. 6. & a Muratorio CLXV. 1. aliquantulum varians adfertur.

7 *Neapoli*
Ex Capacio l. I. Hiſt. Neap. c. 14. *pag.* 315.

ΚΟΜΙΝΙΑΙ. ΠΛΟΥΤΟΓΕΝΙΑΙ. ΙΕΡΕΙΑΙ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ. ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥΣΑ
ΘΥΓΑΤΡΙ. ΓΥΝΑΙΚΙ. ΠΑΚΚΙΟΥΚΑ. ΑΗΔΟΥ. ΑΡΧΟΝΤΙΚΟΥ. ΚΑΙ. ΜΗΤΡΙ
ΠΑΚΚΙΟΥΚΑ. ΑΗΔΙΑΝΟΥ. ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΚΟΥ. ΜΑΜΜΗ. ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΥ
ΠΟΛΑΙΩΝΟΣ. ΑΡΧΟΝΤΙΚΟΥ. ΕΙ. ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΣ. ΚΑΛΗΔΙΑΝΟΣ. ΔΗ
ΜΑΡΧΗΣΑΣ. ΤΗ. ΠΡΟΜΑΜΜΗ. ΕΥΣΕΒΙΑΣ. ΕΝΕΚΑ
ΔΟΓΜΑΤΙ. ΣΥΓΚΛΙΤΟΥ

Cominiae Plutogeniae Sacerdoti Cereris Legiſlatricis Filiae
Optimae Paciucca Aediani Viri Archontici & Matri
Paciucca Aediani Aedilitii Aviae Caſtricii Polaeonis
Archontici, *& Caſtricius Calaedianus Tribunus Plebis*
Proaviae, *Pietatis Ergo*. *Ex Senatus Conſulto*.

Hanc dedit Reineſius Cl. V. 9. non ſatis emendatam, quin etiam Capacii αὐτόγραφο non prorſus conſonam, quam propterea ita reſtituit Martorellius de *Regia Theca Calamaria* p. 711. ac veritati proximius interpretamentum præbuit.

ΚΟΜΙΝΙΑΙ. ΠΛΟΥΤΟΓΕΝΕΙΑΙ. ΙΕΡΕΙΑΙ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ. ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥΣΗΣ
ΘΥΓΑΤΡΙ. ΚΟΜΙΝΙΟΥ... ΓΥΝΑΙΚΙ. ΠΑΚΚΙΟΥ. ΚΑΛΗΔΟΥ. ΑΡΧΟΝΤΙΚΟΥ. ΚΑΙ. ΜΗΤΡΙ
ΠΑΚΚΙΟΥ. ΚΑΛΗΔΙΑΝΟΥ. ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΚΟΥ. ΜΑΜΜΗΙ. ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΥ
ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ. ΑΡΧΟΝΤΙΚΟΥ. ΤΙ. ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΣ. ΚΑΛΗΔΙΑΝΟΣ. ΔΗ
ΜΑΡΧΗΣΑΣ. ΤΗΙ. ΠΡΟΜΑΜΜΗΙ. ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. ΧΑΡΙΝ
ΔΟΓΜΑΤΙ. ΠΑΝΚΛΕΙΔΩΝ

Cominiae Plutogeniae Sacerdoti Cereris Legiſlatricis,
Filiae Cominii ... *Vxorii Paccii Caledii Viri Conſularis*, *& Matri*
Paccii Calediani Viri Aedilitii, *Aviae Caſtricii*
Pollionis Viri Conſularis, *Ti. Caſtricius Caledianus*, *Qui Fuit Demarcha Proaviae Pietatis Ergo*.
Decreto Panclidarum.

FLAMINES, & FLAMINICÆ.

1 *Eruta in vico Montcù ad Padum,*
a Taurino milliaribus XVI.
In Muſeo Taurinenſi: Ex Maffejo CCXXXI. II.

C . AVILIO . L . F
POL . GAVIANO
FLAMINI . DIVI
CAESARIS
PERPETVO
PATRONO . MVNICIPI
TRIB . MILIT . LEG . III
GALLICAE
D . D
QVO . HONORE . CONTENTVS
IMPENSAM . REMISIT

2 *In Muſeo Veron.* XCII. 5.

SEXT CARIAVS
SEXT FIL
FIRMINVS
FLAMEN ET
POMPONISIA
PONTI FIL
SEVERA FLAM

Pomponiſia (animadvertit Maffejus) *gens ad hanc diem inaudita, quia hac Flaminica apud Gruterum Pomponia eſt.*

3 *Hiſpali.*
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCXXII. 4.

L . ATTIVS . QVIR . VETTO . FLAMEN . II . VIR
M . FLAVI . CANAM . SVO . ET . L . ATTI
VINDICIS . F. ET . ATTIAE . AVTVMNINAE . F
ET . ANTONIAE . PROCVLAE . NEPTIS
NOMINE . PORTICVS . LAPIDEAS . MARMO
RATAS . SOLO . SVO . LVDIS . SCENICIS
IMPENSA . SVA . FACTIS . EPVLO . DATO
D . D

4 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. XCII. *6.*

C. AFRICANIVS
C. F. CAPITO
FLAMEN

Africania gens (inquit Maffejus) *de novo prodit. Contra primæ editionis meæ fidem in Novo Theſauro* AFRICANVS, *ac ſi cognomen eſſet, ut eſt in Maria Africana.*

5 *Romæ,*
in arcu ex Tiburtino lapide
ad rudera aquæductus Claudii.
Ex Ficoronio : Le Veſtigia di Roma Antica
Lib. I. pag. 88.

P. CORNELIVS . P. F. SILANVS . FLAMEN
MARTIALIS . COS

6 *Reperta* II. *mill. paſſ. a Cæſena in prædio*
D. Caroli Antonii Serra P. C.
Hodie apud eumdem.
Ex Ephemer. Litter. Flor. Vol. VI. Col. 56.

D
M . C L . . . . .
SEVERI . . . . .
DAGOR . II . . . . .
FLAMINIS DIX . . .
MVNICIPI . CVR . . .
D
SEXC . . . .
. . .
Z IM . . . .
. . .

7 *Neomagi*
ad Lacum Genevenſem, in muro Cœmeterii,
ſub effracta ſtatua.
E ſchedis Petri Gnocchi.

C . LVCCONI . CO..
TETRICI . PRAEFEC
ARCEND . LATROC
PRAEFECT . PRO . II . VIR
II . VIR . BIS . FLAMINI . S *ſic*
AVGVST

Mur. CLXVII. 4. lin. 3. LATRO. lin. 5. FLAMINI.

8 *Taurinis.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. *Art.* VII.

. . . M . F . SECVNDANVS PRI . . .
FlamiNICA DIVAE DRVSILLAE
BalneuM ET PISCINAM SOLO SVO
MuniCIPIBVS SVIS DEDIT

Flaminii & Flaminiæ appellabantur qui *Flamini* Diali, ejuſque uxori miniſtrabant, & Patrimi ac Matrimi eſſe debebant. Flaminica iſta *D. Druſillæ Caii Caſ. Sororis* Templo addicta erat.

9 *In vico S. Mauritii in Valeſia.*
E ſchedis Petri Gnocchi.

M . PANSIO . COR
AVL . FILIO . SEVERO
II . VIRO . FLAMINI
IVLIA . DECVMINA
MARITO

Grut. CDXLVII. 8. ponit *Agauni in Helvetia*, & lin. 1. ſcribit X. PANSIO. lin. 2. non habet AVL. & lin. 3. legit IIVIR.

1 *In regno Tunetano in antiqua colonia* Thigiba, *hodie* Tunga, *vel* Tannica.
Ex Shawio in cit. Oper. pag. 218. *Vol. I.*

C. MEMMIO FELICI
FLAMINI AVG. PERP
VTRIVSQVE PARTIS
CIVITATIS THIGNICEN
SIS C. MEMMIVS
FORTVNATVS FLAM.
AVG. PERP. VTRI
VSQVE PARTIS CIVI
TATIS THIGNICENSIS
PROPTER EXIMIAM
PIETATEM ET AFFCTI
ONEM FRATERNAM QVAM
.... LIBER EXHIBET
POSVIT ....

In Maffejo *Inſcr. Var.* CCCCLXIV. 4. deeſt in penult. lin. LIBER.

2 *Meſſanæ.*
Miſit V. Cl. G. L. Caſtello Princeps Turriſmutiæ.

MESSIAE. PRISCI. F. CRISPINAE
FLAMINICAE. DIVAE. AVG
EX. TESTAMENTO. MESSI. MODIANI. PATRIS
MODIANVS. FRATER

3 *Comi ad D. Abundii.*
Ex Donio Cl. V. n. 5.
qui e Schedis Manutianis Bibliothecæ Vaticanæ.

L. CALPVRNIVS. L. OVF
FABATVS
VI. VIR. IIII. VIR. I. D. PR. M
PRAEF. PRAET. TRIB. M. LEG. XXI
RAPAC. PRAEF. COHORTIS. VII. LVSITAN
ET. NATION. GETVLIC. ARSEN
QVAE. SVNT. IN. NVMIDIA
FLAM. DIVI. AVG. PATRONO. MVNIC
T. F. I

Ad hanc Epig. hæc habet Eruditiſſimus Gorius: „ Dignitates, & officia, quæ geſſerit L. Cornelius Fabatus, patriâ Comenſis, ejuſdemque Coloniæ Patronus, declarantur in hoc lapide, qui poſitus fuiſſe videtur Comi ad indicandum aliquod opus, ſive ædificium, quod ipſe teſtamento fieri juſſerat. Conſtat enim ex Plinii Secundi epiſtola 11. V. Libri, Fabatum ejuſdem Plinii Proſocerum in patriam ſuam fuiſſe liberaliſſimum, & magnificentiſſimum, quem magnopere commendat. Sed Plinii verba libet afferre: *Accepi literas tuas, ex quibus cognovi ſpecioſiſſimam te* PORTICVM *ſub tuo*. *filiique tui nomine dedicaſſe: ſequenti die in* PORTARVM *ornatum pecuniam promiſiſſe, ut initium novæ liberalitatis eſſet conſummatio prioris. Gaudeo primum tua gloria, cujus ad me pars aliqua pro neceſſitudine noſtra redundat. Deinde memoriam ſoceri mei pulcherrimis operibus video proferri. Poſtremo, quod patria noſtra floreſcit, quam mihi a quocumque excoli jucundum, a te vero lætiſſimum eſt .... Liquet mihi futurum, ut peracto, quod proxime promiſiſti, inchoes aliud*. Plures alias epiſtolas ſcribit Plinius L. Cornelio Fabato Proſocero ſuo, cujus nepotem, ſcilicet ejus filii filiam, Calpurniam Hiſpullam, lectiſſimam feminam, duxerat; quam item laudat Libro VI. Epiſt. 19. Octavus verſus hujus lapidis valde corruptus legitur apud Grut. CCCLXXXII. 6. nempe EX. PATRIMONIO. pro PATRONO. MVNIC. hoſt eſt; *Patrono Municipii* Comenſis. „ Præterea Grut. lin. 1. C. CALPVRNIVS. At L. CALPVRNIVS, ut in Donianâ, legitur in *Schedis* Benedicti Zobii Comenſis extantibus in Bibliotheca Sereniſſimi Ducis Gothæ, ſummaque diligentiâ exſcriptis, & ad me perhumaniter miſſis ab Eruditiſſimo Viro Julio Carolo Schlaegero; ubi lin. 8. & ult. legitur: PATRIMONIO T. F. I. & in Grutero lin. ult. EX. PATRIMONIO. T. F. I. Vid. Gruteri Not. ad hanc.

AVGVRES, HARVSPICES, VESTALES, SALII.

4 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. Sect. VIII. pag. 272.

L. SEPTIMII GETAE
SAECVLARIA
SAECVLI FELICITAS
P. PETRONIVS FAVSTVS
AVGVR

Ad latus Marmoris,

IMP. CAESARIS L.
SEPTIMII SE
VERI PERTINACIS
AVGVST
LAETITIAE
TEMPORVM
P. PETRONIVS FAVSTVS
AVGVR

5 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffeio pag. CXV. 5.

C. VIRACIO
LONGINO
VI. VIR. VERON
ET. SALIO. ET
QVINTIAE. P. F. QVINTAE
C. VIRACIVS QVINTINVS

Mutila apud Murat. CLXXIII. 6. qui ponit *Brixiæ in S. Maria Magdalena ex Rubeo*. Et ex eodem Rubeo in Libro; cui tit. *Memorie Breſciane*. Fabrettus pag. 116. num. 296. protulit mutilam & variantem, uti eſt Muratoriana. „ E longinquo (ait Maffejus) protracta petra eſt non exiguæ molis, quamvis *Inſcriptionis fragmentum* Fabrettus (pag. 116.) vocet, qui mancam accepit, & ob eam Salios Veronæ aſſeruit. *Salius* quidem poſſet & nomen eſſe, heic tamen pro Sacerdote malim accipere. Romæ Numa *Salios XII. Marti Gradivo legit* (Liv. Lib. I.), & in urbe *Palatini & Collini* permanebant, ut Halicarnaſſeus (Lib. II.) tradit; ſed fuere & *Albani*, qui Albæ commorabantur, etiam poſtquam Alba diruta fuit nam Templum remanſit. Strabo: [illegible]. Poterant ergo & extra urbem Salii Martiales haberi. Præterea non omnes Salii Marti erant conſecrati: fuere & qui Imperatorum honori eo nomine dicarentur, niſi me Spartianus decipit, qui de Caracalla indignabundus: *inter Deos relatus eſt*: deinde, *habet Templum, habet Salios*.

1 *Romæ.*
In Villa Boſia,
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCCXI. 4.

LEONTIVS.ET.FLAVINVS
HARVSPEX.AVGG
PONTIFEX.DICTATOR
ALBAN.MAG.PVBLICVS
HARVSPICVM.ORDINI
HARVSPICVM.EX.D.D

2 *Montis Policiani.*
In Muſeo Cl. V. Petri Bucelli

Vrna ex Tiburtino Marmore.

C.PETRONIVS.C.F
HARISPEX (*ſic*)
CRISPINIA.NATVS

3 *Romæ.*
Apud Marchionem Alexandrum Capponium.
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCLXIV. 4.

PONTIA Ↄ. L. HELENA
CN. PONTIVS Ↄ. L.
VESTALIS V. A. XXX
MATER CVM FILIO
HIC SITA EST

4 *Cremonæ.*
Ex eodem Maffeio Inſcr. Var. CCCLXX. 3.

M. AEMILIO. M. F. PRIAMO
AEMILIAE. SP. F. SALVIAE
AEMILIAE. M. F. MAXSIMAE
PRIMVS. AVGVR. ET
SEVIR. AVGVSTALIS
. . . .

5 *Romæ.*
Effoſſa an. 1753. extra portam Portenſem in vinea Monialium Camaldulenſium alla Lungara.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Ital. p. 192.

DIIS MANIBVS SACRVM
VIVENIAE. L. F. HELIADI
VIXIT ANNIS XVI. MENSIBVS VII.
FECER. HELIVS AFINIANVS. PVBLICV
AVGVRVM. CVM. SEX. PSYCHE. CONIVGE
FILIAE PIENTISSIMAE

Grut. MLXXXVII. 7. refert exiſtentem in *Hortis Julii III. P. M.* qui lin. 3. legit MENSIB VI. lin. 4. AFFINIANVS, & lin. 5. CONIVCI. Adiectivo PVBLICV pro *Publicus*: (nam poſtremum S aliquando ab antiquis omittebatur ut in alia Gruteriana MXVIII. 6.) ſubintelligitur *Servus*. Id quoque invenies apud Fabrett. *Inſcript.* c. IV. p. 336. & penes Murat. CLXX. 4. 6.

6 *Romæ eruta 1748.*
Apud Cl. Præſulem Joann. Bottarium Vaticanæ Bibliothecæ Præfectum
Ex Symbolis Litter. Florentiæ edit. 1748. Vol. V. in præfat. XII.

In ænea lamella.

FLAVIAE
PVBLICIAE
V V
MAXIMAE
ſic INMVNIS
IN IVG D

Ideſt: *Flaviae Publiciae Virginis Veſtalis, Maximae Inmunis In Jugeribus Quingentis.*

7 *Tuſcanellæ*
Apud S. Angelum extra portam.
Ex Joh. Tuſcanella in Cyriaci Nov. Fragm. p. 67. n. 197.

D. M
L. AEMIL. L. F. FESTI
DECVRIALI II. ARVSPICI
VIRIA MAN....MA
CONIVGI OPTIMO
PIENTISSIMO
B. M. V. A. XXXXIIII

8 *Romæ,*
in Horto Lælii Gratiani ſub Colle Hortorum in ſepulcro, in quo ſuperius ſculptus eſt juvenis, & puella dextras jungentes ſuper aram, ubi tres panes impoſiti videntur, ille volumen ſiniſtra tenere videtur: Vtrique lateri ſuperne inſculpti ſunt duo Genii alati, inferne totidem ſphinges tripodibus inſiſtentes.

Ex Donio Claſſ. IV. n. 39.

D. M
HELIO. AFIN
PVP. AVG
SEXTIA. PSYCHÉ
CONIVGI. B. M

„ Hoc eſt, inquit Gorius, *Aelio Aſiniano Publico Augurum*.
„ Officium hujus miniſtri Augurum legitur in Romano
„ cippulo penes Gruterum MLXXXVII. 7. in quo idem
„ Helius Aſinianus (non AFFINIANVS, ut apud eum-
„ dem Gruterum) cum Sextia Pſyche conjuge ſua me-
„ moriam fecit *Vivenia Heliadi filia*. De publicis ſervis
„ adeundus Fabrettus Inſcr. Antiquar. Cap. IV. pag. 336.
„ n. 502. qui & hanc vulgavit ſine deſcriptione anagly-
„ phi „. Qua de cauſſa iterum dedi.

RELIQVI SACRORVM MINISTRI.

9 *Romæ*
Apud Dominicum de Angelis Scalptorem.
Ex Ephem. Liter. Flor. T. XVII. col. 123.

Cippus, in quo Camillus cum acerra ſuper accenſum Tripodem.

TI. CLAVDIVS AVG L
DOCILIS
AEDITVVS AEDIS
FORTVNAE TVLLIANAE

Camilli, & Camillæ erant pueri & puellæ ingenuæ Sacris miniſtrantes. Macrob. I. c. 8. III. c. 8

10 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffeio pag. LXXXVIII. 1.

V F
OFILLIAE
QVINTAE
SACRORVM. RO
MANIENSI. C. IVLIVS
HYMENAEVS. CONTV
BERNALI

Extat in Murat. CLXXXVII. 5. abſque prima linea.

1 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. VI. p. 30.
In tabula marmorea.

C. STIMINIVS
HERACLA
SORTILEGVS
AB VENERE
ERVCINA ET
IVLIA MELANTHIS
PARENTES
MERCVRIALI
F. PIENTISS
FECERVNT
VIX. ANN. XIIII
M. III. D. XX.

Sortilegi erant etiam Templorum miniſtri, qui ſortibus ductis futura prædicebant, ſive quæſtus ſui gratia ſe prædicere ſimulabant, a *forte legenda*. Cic. I. *de Divin.* c. 58.

2 *Tridenti.*
Lapis ex muro parvæ Turris exiſtentis apud Monaſterium ad SS. Trinitatem extractus, nunc in domo Familiæ Creſſeriæ.
Ex MS. Fr. Joſeph Hippolyti a Pergino V. C.

MA....
CASSIA MARCELLA
IVENTIA.MAXSVMA
FIRMIDIA.MODESTA
NVMONIA.SECVNDA
MIN
IVENTIA.SECVNDA
MANNEIA.PVPA
LOREIA.PRIMA
VETTIA.SECVNDA

In prima lin. poſt MA. Lapis eſt corroſus, & certo conſpici nequit an I. vel G. ſuccedat. Murat. CLXXIV. 2. legit MAG. lin. 3. IVVENTIA, & ſic etiam lin. 7., & lin. ult. ETIA pro VETTIA. Vid. ejuſdem Murat. Not.

3 *Fori Sempronii*
apud Nobb. DD. de Paſſioneis.
Ex Ampliſſ. Præſ. B. Paſſioneo in Libro: Iſcriz. Antiche Append. n. 3. *p.* 147.

D M
C.TROLLIO. HERMETI
PATRONO. ET. CLAVCO
PVBLICO. A. SACRIS
TROLLIA. EVCARPIA. SIBI..
LIBERTIS. LIBERTABV..
POSTERISQ. EORVM...
H.M.H....
IN. FR. P. X....

4 *Ibidem*
apud Eoſdem loc. cit. n. 1.

PVBLIO ELIO
PETINO
SACERDOSEI
PVBLIO ELIO
ſic BLOEENTIVS
SEBIBOS COMPA
EIO SV ER SIBI

Lin. 3. SACERDOSEI pro *Sacerdotei* ſumptâ literâ S pro T, notat Paſſioneus: quinque tres ult. lin. ita leg. *Bioentius ſe vivo Sepulcrum comparavit eo ſuperſtite, & ſibi.*

5 *Fori Sempronii*
apud DD. de Paſſioneis.

CINERIBVS
PRIMI Ꝺ AEDITVI
DE AEDE CASTORIS ET POLLVCIS

6 *Romæ in horto Barberino.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. I. Ar. II. p. 6.

....IDIBVS IANVARIS IN CAPITO
....ILIVS CORVINVS MAGISTER FRAT...
....CONSVLVM COLLEGAS CONVOCAV..
....CIPIENDA PRO SALVTE CAESARIS
....TAVRVS STATILIVS CORVINVS L. CANINI
....IVS PERSICVS CN. DOMITIVS
....A.D.V.K.FEBR. IN CAPITOLIO
....LIVS.CORVINVS MAGISTER FRATRVM
....CONSVLIS ET EX CONSENSV SENATVS
....VOCAVIT ET OB SECVRITATEM ET SALVT
....IS AVGVSTI BOVES MARES DVO IOVI O....
....IT
....TAVRVS STATILIVS CORVINVS FABIVS
....CANINIVS GALLVS CN. DOMITIVS
....AD. V. ID..

ALII ORDINES SACERDOTUM ET SODALIUM. MERCURIALES, MINERVALES, CLAUDIALES, &c.

1 *Beneventi*
in Porticu Aedium de Aenea.
Ex Joh. De Vita Inſcript. Benevent. p. x. 14.

D . M
AVIBBIO IANVARIO
CLAVDIALI AVGVSTALI
CVR . MVNERIS DIEI VV̄S
AVLIS VIBBIIS IVSTINVS
LVSTRIANVS IANVARIVS
ſic PILIS PATRE BENEM . P.

Hanc refert Reineſius CCCLXIV. 18. Et Muratorius CXCI. 1. ſed uterque mendoſe, & variantem. Etiam hoc Autographum Quadratarii oſcitantiâ ſuis mendis non vacat. Lin. 3. DIEI VV̄S pro VNIVS legit laudatus Joh. De Vita, quod de Ludis Gladiatoriis intelligitur, quos per unum diem curavit A. Vibbius Januarius. Lin. ult. legerem FILIVS pro PILIS ac PATRI pro PATRE.

2 *Taurinum Statelliatibus Aquis deducta, nunc in Regiæ Academiæ Porticibus.*
Ex P. Zacharia in Excurſ. Lit. &c. pag. 50.

C . FVLVIVS . C . L . PHILOLOGVS
MAG . MINERVALIS
PVLFENNIA T . F . SABINA VXOR
C . FVLVIVS . C . F . *POL . SABINVS
FILIVS .

* POLlia Tribu. Murat. CXC. 6. lin. 3. PVLFEMIA. & ult. lin. non habet FILIVS. & aliter verſus diſtribuit. *Magiſter Minervalis* idem eſt ac Præfectus Sacris Minervæ.

3 *Ante januam Templi Divi Stephani in Monte Celio.*
Ex Donio Cl. VIII. num. 64.

OCTAVIO
V. P. EX . MERCV
RIALIBVS . IVLI
A FLORA CON
IVGI INCOMPA
RABILI

4 *Foſſanum inter & Centallum, in regione Pedemontana.*
Ex Cl. Franc. Anton. Zaccharia Excurſ. Litter. per Ital. p. 56.

D . M
V . F
L. NEVIANIVS
Q . VIR . SATVRNAL
VERI . FIL . TER
HO . FVNCTVS

Lin. 5. & 6. forſan TER*tium* HO*nore*.

5 *Beneventi.*
In Ædibus DD. Terragnoli via recta,
Ex Joh. De Vita.
Inſcript. Benevent. XXVII. 6.

CN. RVSTIVS CN. L.
FESTIVOS MERCVRIA
ET MERCATOR SIBI ET
RVSTIAE CN. L. MA. CONLIB
FECIT. H. M. H. N. S

Gruter. DCXLV. 7. lin. 1. RVSTICVS. at mendoſe: nam Gens *Ruſtia* Beneventi ſummo loco floruit, ut ex aliis monumentis ſatis apparet. *Feſtivos* pro *Feſtivus* Veterum more, qui eamdem vocalem in eadem dictione geminare non ſolebant. lin. 2. MERCVRIA*lis*. lin. 4. CN*aei Libertae* MA*tri*. Ita laud. A.

6 *Romæ.*
In area domus Card. Cæſii.
Ex Begero Spicileg. Antiq. XXIX. *pag.* 106.
In ara marm. grandi.

Q. CAECILIO
FEROCI
KALATORI . SACERDOTI
TITIALIVM . FLAVIALIVM
STVDIOSO
ELOQVENTIAE
VIXIT . ANNIS . XV
MENSE . I . DIEBVS . XIIII
FILIO . OPTVMO . AC
REVERENTISSIMO
M . GAVIVS . CHARINVS
Ad dext. in Epiſtilio.
SOMNO ORESTILIA FILIA
Ad ſiniſt. in Eodem.
FATIS CAECILIVS FEROX FILIVS

In dext. lat. puer nudus alatus, crinitus, obeſus, dormiens dexterâ in humerum ſiniſtrum, a quo velum retrorſum dependet, pôſita: ſiniſtrâ mentum ſuſtinente, crure ſiniſtro in dextrum impoſito faci inverſæ innititur.

In ſiniſtro fœmina ſtans crinibus retro in nodum colligatis, nudoque dextero humero, brachiis mutila, ſiniſtro pede rotæ impoſito.

Gruter. CCCIV. 9. v. 3. SACERDOTII v. 8. DIEBVS XXIV. Figuram dext. lat. alatam deſcribit, cum in ſuo ſchemate abſque alis referat: Begerus cum alis, & inquit ad Epig. cit. p. 107. „ Idem (Gruterus) figurarum alteram fortunam ſtatuit, alteram Genium; cum tamen ex inſcriptione pateat hanc *Somnum*, illam ex *Fatis* eſſe. *Calatores*, inquit Feſtus, *dicebantur Servi*, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, *quod eſt* VOCARE: *quia ſemper vocari poſſent ob neceſſitatem Servitutis.* „ *Calata Comitia*, ait Gell. L. XV. c. XXVII. *eſſe, quæ pro Collegio pontificum habentur, aut Regis Sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum cauſa, eorum autem alia eſſe curiata, alia centuriata. Curiata per lictorem curiatim calari, id eſt, convocari: centuriata per cornicinem.* Gloſſ. Iſid. *Calator Miniſter Sacrorum*, voce generis ad ſpeciem tranſlata. Quo ſenſu & in Inſcriptionibus, *Calator Fratrum Arvalium*, *Calator* VIIVIR. *Epulonum*, *Kalator Flaminum*, apud Gruterum: & in propoſita *Kalator Sacerdotii Titialium Flavialium*. Maffejus *Art. Critic.* Lib. III. Cap. IV. num. I. inquit: Hic lapis *ſuſpicionem olet*.

AVGVSTALES.

1 *Beneventi.*
In diruta Eccleſia S. Lupi.
Ex Joh. De Vita Antiq. Inſcript. Benevent. pag. IX. 9.

C. CALPHVRNIO PANCARPO
AVGVSTALI
CALPHVRNIAE C.L.FAVSTAE
L. VISELLIO L.L.LYGDAMO ET
CALPHVRNIAE NOMADI F
ET SVIS

Grut. CCCLXXXIII. 3. lin. 1. C. CALPVRNIO. lin. 3. CALPVRNIAE. lin. 4. LYGDAMO F. CALPVRNIAE.

2 *Aſſiſii.*

Q. VAIANO
LIMERO
VI. VIR. AVG.

3 *In vico S. Nazarii in agro Brixiano.*
E ſchedis Petri Gnocchi.

M. RVSTIVS
GAMVS
VI. VIR. AVG. SIBI
ET
QVINTIAE. SEBASTE
CONTVBERN

4 *Piſauri.*
In Muſeo Cl. V. Annibalis de Abbatibus Olivieriis.
Ex Hiſt. Litter. Ital. Vol. IX. pag. 494.

CINERIBVS
P. OPETREI
AVGVSTALIS
VIX. ANN. II. M. III.
OPETREIA
MVSA
VIX. AN. XIII.

5 *Manerbii in agro Brixiano.*
Ex ſchedis V. C. Petri Gnocchi.

P. ATILIO. P. FIL
FAB. SECVNDO
IIIIII. AVG
P. ATILII. SEVERIN
VS. ET. SEVERVS. ET
HERMIONE. FILII
KARISSIMI. PATRI
PIENTISSIMO

6 *Brixiæ ad S. Juliæ.*
Ex iiſdem.

L. CAMVRIVS. L. L
PANDVRVS
IIIIII. VIR. AVG. SIBI. ET
ZENONI. LIBERTO

Grut. CCCLXXXIV. 8. lin. 2. PANDARVS.

7 *Nemauſi*
Ex Sponio Miſcell. E. A. S. 1. A. IV.

IIIIIIVIR. AVG
C. VETTI HERMETIS
IVLIA FVSCINA
VXOR

8 *Forojulii*
Ex Eodem in cit. Opere.

L. VAL. HERMEROT.
IIIIII VIR AVG
HERED. EX TEXT.
FECER.

9 *In Comitatu Montis Feretrani Ducatus Urbini in campo Eccleſiæ de Petra Cavola.*
Ex Epiſt. Joh. Blanchii in Eph. Lit. Flor. Vol. X. col. 446.

D. M
C. CASSIVS. C. L
MODESTVS. VI VIR
AVG. SIBI. ET. SEIAE
L. L. FESTAE
CONIVGI. OPTIMAE
V. F

Id eſt: *Vivus Fecit.*

10 *Romæ.*
E ſchedis Stoſchianis.

HALICIO
MARCIO IAVSIO
LIBERTO
SEVIR. AVG
DENDROPHORO
ALBENSI. ET
TIOPHILMAE MATRI

1 *In Sentino Novo.*
Ex Epiſtola Joh. Blanchii V. Cl. in Ephem. Lit. Flor. Vol. X. col. 69.

Marmor, in quo corona Civica cum hoc titulo.

C. ITIO. C. L
PRISCO
VIVIR. AVG
D. D. HON. GR

Id eſt: *Cajo Itio Caii Liberto Priſco Seviro Auguſtali Decreto Decurionum Honoris Gratia.*
Ad hanc familiam *Itiam*, a qua nomen accepit iſte *Libertus Cajus Itius Priſcus*, attinet argenteum numiſma *Lucii Itii*. Vailſantio poſt Fulvium Urſinum videtur Familia *Itia* eadem eſſe, ac *Iccia*.

2 *Neptunii reperta inter rudera veteris Antii, hodie apud Card. Alexandrum Albani.*
E ſchedis Stoſchianis.

. . . .
. . . .
PII. FELICIS. AVG. DVCENARIO
PRAEF. VEHICVL. ACOPIS. AVG
PER. VIAM. FLAMINIAM
CENTENARIO. CONSILIARIO
AVG. SACERDOTI. CONFARREATI
ONVM. ET. DIFFARREATIONVM
ADSVMPTO. IN. CONSILIVM. AD (*ſic*) HS. LX. M. N
IVRISPERITO. ANTIATES. PVBL

Deſunt in principio verſus.

Confarreatio erat ſacrificium, in quo farre litato, matrimonium contrahebatur; ſicut *diffarreatio*, quo diſſolvebatur. Plin. L. XVIII. c. 3. *Quin & in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat.* Quod autem Boetius in Top. Cic. ſcribit, confarreationem ſolis Pontificibus conveniſſe, id ſic interpretatur Raevardus, eam per ſolos Pontifices peractam fuiſſe, cui noſter quidem titulus arridet. Hic erat antiquiſſimus, & digniſſimus Matrimonii contrahendi modus. Tacitus L. 3. Annal. ſcribit, *Confarreandi conſuetudinem aut omiſſam, aut inter paucos retentam fuiſſe.*

3 *Olim Materni, in agro Brixiano.*
E ſchedis Petri Gnocchi.

M. MARCELLVS. Q. F
AEMILIVS. P. F
SVLPICIVS. I. O. M. D. D
SERTORIVS. M. F. IIII. VIR. AVG
FL. DI. IVLI. S. ET. LIB. M. E

Mutila in Grut. XIII. num. 13.

4 *Calatiæ, vulgo* Gajazzo.
Ex Maffeio Inſc. Var. CCCLIV. 4.

P. SERVILIVS. P. L. SVCCESSVS
AVG. GRATIS. CALATIA. MAGNA
... SIBI. ET. CLVVIAE
M. CONTVB. H. M. N. S

5 *In Cippo.*
E ſchedis Stoſchianis.

LIVIAE ⁝⁝⁝⁝⁝⁝ IGONE
CONLIBERTAE. ET. CONIVGI
BENE. MERENTI
A. LIVIVS. CALLISTVS
D. M
A. LIVI. CALLISTI. SEVI
RI. AVGVSTALI. IDEM. QVINQ
D. M
ACILIAE. DEVTERAE. FILIAE
EORVM. NATVRALI

Habet Murat.[s] CCIII. 2. ex Donio, ut exiſtentem *viâ Praneſtinâ*, qui prima linea ſcribit ſolum PIGNONI. & poſt lin. 4. habet SEVIR. AVGVSTALIS QVINQ. Nota quod ſunt tres Epigraphes in eodem cippo.

6 *Piſis.*
In S. Stephani Protomart. vetuſtiſſima Eccleſia antiquitus appellata S. Stephani ultra Auxerem extra portam vulgo a Lucca.

V. F
L. LOLLIVS. L. L.
LIB. COMMODIVS
SIBI. ET
ASINIO. CHRYSIPPO
AVGVSTALI. AM
OLVSENO. ET VI
BVTIAE . . . .
ALBINAE. P. . . .
EBIAE. AM . . . .
IN AG. P . . . . . .
EBIAE. AM . . . .
IN AG. P . . . . . .
IN F. P . . . .
. . . .

Hoc marmor abſque 1. lin. & uti integrum, quamvis in pleriſque vocibus exeſum, produxit Muratorius CC. 7. e ſchedis Nicolai Pacediani, qui mendoſe tranſcripſit.

7 *Interamnæ, in Baſilica S. Valentini.*
Ex MS. Ampliſſ. Viri Joh. Baptiſtæ Paſſerii.

L. TEVISITANVS
BIMIO VI. VIR
AVG. SIBI. ET
CORNELIAE. Ↄ. L.
PROTERVAE

8 *Neapoli prodiit ex noviter detecto Herculanei oppido.*
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCCL. 1.

DIVO. IVLIO
AVGVSTALES

1 *Neapoli*
prodiit ex noviter detecto Herculanei oppido.
Ex Maffejo pag. CCCL. 1.

DIVO . AVGVSTO
AVGVSTALES

2 *Ibidem.*
Ex Eodem CCCLI. 2.

MAMMIO . MAXIMO
AVGVSTALI
MVNICIPES . ET . INCOLAE
AERE . CONLATO

3 *Ibidem.*
Ex Eodem pag. cit.

M . PAPIRIVS . M . F
TERTIVS
AVGVSTALIS

4 *Onſati in agro Brixiano,*
ad Deiparæ Eccleſiam.
E ſchedis V. Cl. Petri Gnocchi.

. . . . OPHVS
IIII . VIR . AVG
SIBI . ET
ARENIAE
AGATHEMIRIDI
VXORI . CARISSIMAE

5 *Taurini*
In Regiæ Academiæ Porticibus,
Olim Aquis Statellis.

C . VALERIVS Ɔ . L . SCEPTVS
VI VIR AVG . FLAVIALIS
SIBI . ET
VETTIAE L . F . ROMVLAE
VXORI
V . F

6 *Beneventi*
In S. Æde Majori.
Ex Jo: De Vita Antiq. Inſcr. Benevent. p. IX. 7.

LISIDIA C . L . PRIMA
SIBI
C . LEPIDIO RVFIONI
AVGVSTALI . . . . . .
SOPHOMENE . . . . . .

Grut. CCCCXXVIII. 7. lin. 1. PRIMA . S . ET . ac ut integram refert, non ſervato ordine verſuum ſicuti in noſtra. In Not. l. ult. SOZOMENE.

7 *Ex Schedis Stoſchianis.*

D . M . S
ONINNIO
ſic OISTRENVO
SEVIRO AVG
TI TECIA
IANVARIA
CONIVGI BMP

8 *In viridario Juſtorum Comitum.*
Ex Maffejo pag. CXCI. 8.

. . . .
VIATORI TRIBVNIC . .
ACCENSO A PATRON . .
IDEM ALLECTO
IIIIII VIR AVG
VETER . . FABRATERIA
ET
BAIBIAI
PROCVLAE
CONTVBERNALI

„ Epiſtylium januæ in culina Palatii veteris S. Zenonis. „ Viatores Tribunicios ex hoc tantum marmore opinor „ innoteſcere. *Accenſo*, hoc eſt accito a *Patrono*: accenſi „ ſiquidem e libertis ſumebantur. Hunc autem accivit „ patronus Tribunus factus, ut eidem miniſtrans acciret; „ nam ex Varrone *Accenſus acciebat, a quo Accenſus* „ *quoque dictus*. Viator iſte Allectus *item* fuit, hoc eſt „ adiectus *Seviris Auguſtalibus Fabrateriæ Veteris*. Hoc ut „ intelligamus, unice Plinius præſtat, qui recenſet in „ Volſcis Fabraternos Veteres, & Fabraternos Novos. Ita Maffejus.

9 *Ex Ampliſſ. Præſ. B. Paſſioneo:*
Inſcr. Ant. Cl. II. 8.

. . . . SCONIA . SP . . .
. . . . . . AENESTIN
MONVMENTVM . FE
SIBI . ET
C . PEDVCAEO . C . . .
S . CAP . AVGVSTALI . V . A . X . . . . .
ET . SVIS . POSTERISQVE . EORVM

Lin. 2. prAENESTIN.
SCAP. *Scaptia Tribu*. Vrſat. de Not. Romanor. pag. 405., de qua Feſtus lib. 17. *Scaptia Tribus a nomine Vrbis Scaptia appellata, quam Pedani incolebant*. Liv. Lib. VIII. Sect. 17. & Plin. Lib. III. c. 5. *In Latio clara oppida Satrium, Pometia, Scaptia.*

10 *Auguſtæ Taurinorum,*
in Regiæ Academiæ porticibus.
Ex Maffejo CCXXII. 7.

. . . .
. . . . INTA
. . . . SIBI ET
T . GIMMIO
VIRO SVO
ET M . GIMMIO
CLEMENTI
VIVIR AVGVST
FILIO . . . .
IN FR . P . XX . . . .

11 *Brixiæ,*
olim in domo Octavii Rubei.
Ex ſchedis V. C. Petri Gnocchi.

C . PICATI . TROPHIM
PATERIVS . VI . VIR . AVG
MARITI . OPTIMI
. . . . . . ATIRTIOA
ATIVS . . . . . . R

1 *Auguſtæ Taurinorum, in Regiæ Academiæ porticibus. Ex Maffejo pag.* CCXVII. 7.

T. CORD. MENELAVS
VI VIR AVG
SIBI ET CORDIAE
CHARIDI
VXORI CARISSIM

2 *Ibidem. Ex Eodem loc. cit.*

A. TITIO. A. L. BELLICO
VI. VIR. AVGVSTALI
CHORAGIARIO

3 *Ibidem. Ex Eodem loc. cit.*

T. CVSIO. RVFI. F
STE. VI. VIR
AVGVSTALI
CVSIA. RVFI. F
POLLA. SOROR
P. S. F

Gruter. CCCC. 4. lin. 2. V. pro VI. lin. 5. POLLIA. lin. ult. D. P.

4 *Lugduni. Ad Portam Divi Irenæi. Ex Eodem l. cit.*

....CN. DANIVS CO...
.....MINVSO IIIIII VIR AVG.
...LVGDVNI NEGOTIATOR ARGENTAR.
...VASCVLARIVS SARCOPHAGVM
...ALVMNO POSVIT ET ARAM INFRASCRIPT.
VIVVS SIBI INSCRIPSIT VT ANIMAE
ABLATAE COR RECONDITI TVM VIT..
ANNIS CELEBE.......

Vaſcularii, qui vaſcula negotiabantur, unde hic erat negotiator Argentarius, & Vaſcularius.

5 *Brixiæ olim in S. Petri in Oliveto. E ſchedis V. C. Petri Gnocchi.*

CLAVDIAE
LITI. PRIMAE
L. CAPVRNVS
....
MARCELLVS
VI. VIR. AVG
CONIVGI. ET
....
....

Grut. CCCLXXXIII. 2. lin. 2. L. FIL. FIRMAE. l. 3. L. CALPVRNIVS. L. F. lin. ult. CONIVG. B. M. ET. SIBI & uti integram refert.

6 *Lugduni ad S. Irenæum Ex V. C. Joh. F. Seguierio.*

In Sarcophago.

... VENDAE. LIB. SACER. IIIIII VIR. AVG. LV

D. M ...NI. SACRI. LIB ...OLYTIMI ...VIR. AVGVST ...IBENDVM. C ...ARIS. ET QVIETVS ...LIB	D M ANTONIAE SACRI LIBERTAE. TYCHENIS M. ANTONIVS. SACER IIIIII VIR AVG CONIVGI ET ANIMAE OPTIMAE ET SIBI CARISSIMAE	D M M. ANTONI SACRI IIIIII VIRI AVG

HOC MONIMENTVM SVB ASCIA DE....

7 *Cingoli Effoſſa An.* 1758. *intra vetera Mœnia in Prædio Monialium Ord. S. B. vulgo* di S. Sperandia *ad vicum S. Laurentii. Ex Ephem. lit. Flor. Tom. XX. c.* 118.

M. CERNITIO
M. F. ꟻEL. POLLION
II. ꟻIR. BIS. AVGVS
ET CERNITIAE M. L
NYMPHIN. CONC
EIVS. PHIALE L
D. S. F.

Lin. 5. CONC*ubinae*. Digamma Æolic. ꟻ. pro V. lin. 2. & 3. ꟻEL. i. e. *Velina Tribu*.

5 *Polæ Illiricæ. E ſchedis V. C. Petri Gnocchi.*

Q. SIRTIVS
CALISTVS
VI. VIR. AVG. V. F
SIBI. ET
LECANIAE. PRISCAE
CONIVGI. OPTIMAE
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
SVIS. OMNIBVS

Grut. CCCCLXX. lin. 2. CALLIXTVS & lin. 5. LAECANIAE.

1 *Wormatiæ*
eruta 1547.
Ex V. Cl. Joh. Strangio Nob. Anglo, qui exſcripſit.

D

C. C A N D I D I O. M A R T I N O. III. III. V I R O
A V G V S T. C. S I N I C. S E V E R I A
S E V E R A. C O N I V X. E T. C A N D I D I A
M A R T I N I A. D I G N I L L A. F I L I A
F A C. C V R

M

Grut. MCLXXIX. 14. lin. 2. AVGVSTALI. C. SENIO. in Not. Forte AVGVSTAL. EX. SENIO. lin. 4. SIVE. MARTINIA.

2 *Nemauſi*
In Templo Dianæ.
Ex Hiſt. de la Ville de Nimes
Leonis Menard. Tom. VII. pag. 300.

T. I V L I O. T. F. V O L. D O L A B E L L A E
IIIIVIR. A B A E R A R. P O N T I F
P R A E F. V I G I L. E T. A R M O R
SACRA SYNHODOS NEAPOLI CERTAMINE QVINQVENNALI DEC..
ΨΗΦΙCΜΑΤΗCΙΕΡΑC.... ΗCΑΔΡΙΑΝΗCCΥΝΟΔΟΥΤΩΝ.....
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙCΑΡΑ ΤΡΑΙΑΝΟΝΑΔΡΙΑΝΟΝCΕΒΑCΤΟΝΝΕΟΝΔΙΟΝ.....
CΥΝΑΓΩΝΙCΤΩΝΕΠΕΙΔΟΛΑΒΕΛΛ.... ΙΗΡΟΥΜΟΝΟΝΕΝΤΗΛΑΜΠΡΟ....
ΔΙΑΤΕΓΕΝΟΥCΔΟΞΑΝΚΑΙΒΙΟΥΕΠΙΕΙΚΕΙΑΝ.... ΟΓΩΚΑΙΨΥΧΗCΜΕΓΑΛΕΙ....
....ΩCΟΤΙΔΙΑΤΟΥΤΟΙΟΥΤΟΥΠΑCΗΓΝ.... ΙΚΟΥΜΕΝΗΟΥΚΗΚΙΟ....
....ΥCΑΓΝΩΜΗΤΟΙΕ.....ΝΗΜ.... ΑΝΘΩΝΚΑΙΠΡΟΤΟ.....
..ΟΥΑΝΔΡΟCΕΝ......ΑΤΟΥΜΑΡΤΥΡ.....
. . . . ΩΤΗCΝΕΜΑΥC......
. . . . ΑΥΓΟΥCΤ......
. . . . . . : . . . . ΑΡ
. . . . ΔΡΙΑΝΗC
. . . . ΕΓΡΑΨΑΚΑΙΕCΦΡΑ
. . . . VIT M. GAVIO
. . . . RAE SYNHOD
. . . . NTONARIOR

3 *Vaſione.*
Ex Sponio Miſcell. Sect. V. p. 201.

Q. P A S S E R I O T E R
T I O IIIIIIVIR. A V G
Q. P A S S E R I V S V A
L E N T I N V S E T Q
P A S S E R I V S F O R T V
N A T V S L I B E R T I
P A T R O N O O P T I M O
E X T E S T A M E N T O

4 *Arelate.*
Ex Cl. V. Joh. Franc. Seguierio.

C. F A B I V S. C. L I B. H E R M E S
IIIIIIVIR. A V G. C. I. P. A R E L
V I V O S. F E C I T. S I B I. E T. S V I S. E T
C. F A B I O. L. F. S E C V N D O. P A T R O N
E T. L. F A B I O. L. F. P R I M O. F R A T R I
E I V S
H. M. H. M. N. S

5 *Brixiæ*
In Platea Canonicorum, in columna.
Ex Cyriaci Nov. Fragm. pag. 66. n. 184.

L. C O R N E L I G L Y C O N I S
VI. V I R. A V G. B R I X
C L A V D I A M A R T I A
M A R I T O
P I E N T I S S I M O

Rein. 31. VI. l. 3. MATIA. in not. leg. MARIA. & aliter diſtribuit verſus.

6 *In Muſeo Nob. Petri Bucelli Montis Politiani.*
Miſit V. Cl. Ludov. Coltellini J. V. D.

C. T I T I O. C. L. C E L E R I
D O M O. C O R T O N A
V I. V I R. A V G
L I B E R T I E I V S

Maffeius *Inſcript. Var.* CCCLXV. 1. lin. 1. C. TILLIO. lin. 3. AVGVSTALI. ſed non ad fidem marmoris : in *Nov. Theſ.* inquinata MMXLIX. 6.

1 *Brixiæ.*
in cavedio DD. de Pavonis.
E ſchedis V. C. Petri Gnocchi.

BONVM . EVENTVM
VI . VIR . . . . ICORVM
SEX . NVMISIVS . FORTVNATVS
ET . L . LVCRETIVS . FIRMIANVS
VI . VIR . AVGG
CVRATORES . ORDIN . DATIS . IN . TVT
HS ∞ N . EX . QVORVM . VSVR . DIE
ID . MAI . SACR . EX . TES . CELEBRETVR

2 *Brixiæ*
in Platea publica.
E ſchedis V. C. Petri Gnocchi.

C . POSTVMIVS . Q . F
VARVS . IIIIII . VIR . AVGVST
AEDILIS . SIBI . ET
RATVMEDIAE . L . F . SEVERAE . VXORI
ET . Q . POSTVMIO . C . F . PATRI . ET
NAEVIAE . C . N . F . MOGETILLAE
MATRI . ET
Q . POSTVMIO . Q . F . PVSIONI . FRATRI
L . POSTVMIO . Q . F . FEROCI . FRATRI
T . F . I

Grut. p. MXCIX. 6. lin. 1. Q. POSTVMIVS, lin. 2. VARRVS lin. 6. G. N. F. Vid. not. in repetita edit. ejuſdem Gruteri.

3 *Ibidem.*
In ædibus DD. de Pavonis.
Ex iiſdem.

M . CAECILIVS
FVSCVS . VI . VIR . AVG
SIBI . ET
CAESIAE . AMIN . VXORI
P . POSTVM . ASELLIONI
PATRI

Grut. CCCLXXVII. 3. lin. 4. CAESIAE. FVSC. MATRI, lin. 5. MAESTRIAE. VX.

4 *Effoſſa in loco, qui dicitur* Colognola
in agro Veronenſi,
in reficienda turri campanaria Eccleſiæ Parochialis.
Hodie in Muſeo DD. de Moſcardi.

. . . .
PVB . NASONI
IIII VIR . VIAR . CVR
FLAM . AVG .
PRIMO . VERON
CREATO
PLEBS . VNIVER .

5 *Brixiæ in platea.*
E ſchedis V. C. Petri Gnocchi.

PIETATI
HOSTILIAE
HOSTILIANAE
VI . VIR . AVG . SOCI
QVIB . EX . *ſic* PREMISS . DIVI . PII
ARCAM . HABERE . PREMISS
PRIMAE . BENEMERENTI . T . V

Grut. CDXIX. 7. lin. 5. QVIBVS EX PERMISS. DIV. & forſan heic corrigitur lapis.

6 *Ibidem.*
Ex iiſdem.

M . MESTRII . SEVERI
PATRIS . VI . VIR . AVG
BRIXIAE . ET . PRIMILIONIS
SECVNDI . AVI . M . MESTRIVS
PRIMVS . L . CAECILIAE
ALENTINAE . MATRI
SIBI . ET

Grut. CDXXXVIII. 4. lin. 1. habet D. M. lin. 4. BRIX. ET PRIMILLIONIS.

7 *Ibidem*
in ædibus DD. de Averoldis.
Ex iiſdem.

CLODIA . ƆLIB
MINEME . SIBI . ET
M . RVSTIO . SEVERO
CONTVBERN . ET
T . OCTAVIO . SEVERO . FIL
VI . VIR . AVG . ET
GRANTVLANMIONIDO
AMICO

Grut. CDXLV. 1. lin. 2. MINIEME, & ex *Rubeo* uti in noſtra, lin. 7. C. RANTVL. AMNIONI. Reineſ. GRATVLAN. MIONID.

8 *Salodii in agro Brixiano.*
Ex iiſdem.

REAE . FIRMIAE
SACERDOTI
CAESARIS
ET . ENNAE . TRESIAE
VXORI

Grut. CCCXX. 11. lin. 4. ENNE. Aliæ ſched. d. Gnocchi lin. 1. TRVMIAE.

9 *Beneventi*
Prope dirutam Eccleſiam S. Mariæ Paternò.
Ex Joh. De Vita Inſcr. Benevent. pag. X. 15.

. . . . VS T . L . ANTEROS
. . . . STALIS
. . . . VS Q . L . PHILIPP
. . . . Q . L . MATRI OCTIMAE *ſic*

1 *Nemauſi*
Ex Sponio Miſcell. Sect. V.

IIII. VIR AB AER.
POMPEIA SERVATILLA
VIRO PIENTISSIMO
IIIIIIVIR. AVG.
Q. MARIVS PHILOLOGVS V. S. P.

Reineſ. 75. VI. lin. 2. legit POMPIA & non habet duos ultimos verſus.

2 *Viennæ Allobrogum*
in Pomerio ad S. Romani eruta.
Ex Joh. Fr. Seguierio V. C.

D . M
ET QVIETI PEP...
TVAE . C . RVSON
SECVD IIIIIIVIR
CCC AVG LVC . ITI....
SAGARIO C . RVSON
MYRON IIIIII. VIRA...
LVG . HONORATVS
CENTONARIVS HO...
RATVS ET SAGARIVS...
PORATVS CO III BE...
...BONORVM EXEMI...
ERGA ME HERES EX
...SV EIVS SOLVS POS...
ET
SVB ASCIA DEDI
CAVI..

3 *Nemauſi*
Ex Hiſt. de la Ville de Nimes
Leonis Menard. Tom. VII. p. 260.

IIIIIIVIR AVG . M....
MEROPS . LIB . ET P....

4 *Prope oppidum S. Euphemiæ*
in agro Brixiano.
E ſchedis Petri Gnocchi V. C.

L. LVCRETI
EPHORI . VI . VIR
AVG . AMICO . CARISS
ET . STATIAE . VERAE
CONIVGE . HVIVS . DOMINE
MEAE . SANCTISSIMAE . IIIS*
ARAM . POSVIT
ET . ROSAM . AVRELIVS
TIMARCVS . AETERNVM

Mur. CCI. 1. lin. 5. DOMNAE, lin. 6. AMICAE CARISSIMAE IIS &c. lin. 8. ROSAS. *EIS. II. pro E. in Veterib. Lapidibus aliquando uſurpatur.

5 *Beneventi*
In Clauſtro Monaſterii S. Sophiæ.
Ex Joh. de Vita Inſcript. Benevent. p. IX. 11.

T . VEDIANVS T . L . AVGVST . FRVCTVS
HOC FECIT SIBI ET
MVNATIAE PRISCAE VXORI
BENEMERITAE DE ME
MONIMENTVM ANIMO
LIBENS ET ANNIAE C . L . TARENTINAE
PRIMIGENIAE
HAMINTAE SATVRNINO
EX DEXTRO
IN AGRO P . XIIII

Gud. CCLXXXVII. 11. lin. 1. omittit HOC FECIT quod transfert ad V. & l. 7. ET PRIMIGENIO.

6 *Ibidem*
Ex Eodem X. 17. *& ex ſchedis Veruſii.*

C VALER.........
AVG............
CONL.............
L . LOLLIO L . L . PRIMI
GENIO CAESIAE PRI
SCAE ACONTIO APRO

7 *In agro Brixiano,*
in loco, qui dicitur Bedizzole, *ad plebem veterem S. Mariæ.*
E ſchedis Petri Gnocchi V. C.

C . IVLIO . PAVLINO
ANDRAGATHO
VI . VIR . AVGVST
GRATVIT
C. IVLIVS . AQVILINVS
PATRI

8 *Olim Guſſagi in agro Brixiano,*
in ædibus DD. de Averoldis.
Ex iiſdem.

......INIVS
IIIIIII . VIR . AVG
..SE . L . FAVST
ET
..E . ANATOL..
ET . DIACO

9 *In Inſula Urania, vulgo* Vragnia
Spalatenſis ditionis ex ruinis Salonarum.
Ex Marm. Salonitanis pag. XII. n. 4.

L. VARIVS L. L. VER.
IIIIII VIR AVG.........
LIBERTIS LIBERTABVSQ.
EORVM . H. M. SIVE SEPVLCRV..
IN FR. P. XX. IN. A. P. XX.

1 *Ibidem ex ruinis Salonarum.*
Ex iiſdem l. cit.

. . MNA . . . .
IIIIII VIR A . . . .
VXORI . E IMI . . . .
SALLVSTIALI . . . . . .
ASIATICO . IIBET . . . . . .
SAEVE SVNT . . . .
H. M. SIVE

2 *Navati in agro Brixiano,*
apud DD. de Garbellis.
Ex ſchedis V. C. Petri Gnocchi.

M . ROMANIVS . M . L
SVAVIS
IIIIII . VIR . AVG . SIBI . ET
M . ROMANIO . PROBO
FILIO . ET
CINCIAE . MODESTAE
CONTVBERNALI
T . F . I

Grut. CCCCLXIII. 8. lin. 1. ROMANVS. l. 4. ROMANO, contra fidem lapidis.

3 *Cremonæ,*
in æde B. Mariæ.
Ex Donio Cl. V. n. 121.

L. IVNIO . L . F . M . N
L. PRON. GAL. RVFO
IIII. VIR. PONT. AVGVST
QVATTVORVIR . A
POTEST . CAVSA
EQVITES . ROMAN
AERE . CONLATO
P

Mendoſa in *Nov. Theſ.* CC. 3. ut agnovit ipſe Muratorius.

4 *Beneventi*
In Æde DD. de Simone.
Ex Joh. de Vita Inſcript. Benevent. x. 18.

D . M . S
M . SERVENI
ALEXANDRI
AVG. CLAVD
BENEVENTI
VIX. AN. XCVII
M . II . D . XII . IVNIA
CAPREOLA CON
IVGI BENEMER

Antiquos ætatis collegit Fabrettus cap. VIII. p. 560. & ſeqq. Non invidendam tamen noſtro ævo Veterum longævitatem, animadvertit Malvaſia *Marm. Felſin.* pag. 76. inter quos annumerandus eſt Bernard. de Fontanelle, qui vix. An. XCIX. Menſes XI.

5 *Pernumiæ.*
In Caſtello Agri Patavini.
Ex Diario Veneto Tom. XII. p. 327.

L. DVCEN
ATIMET
PATAVI
AVG. CONC
PYRALLIDI
LIB. INF. P. XI.
R. P. XL.

Ita Legitur: *L. Ducennius Atimetus Patavi Auguſtalis, Concordialis Pyrallidi Libertæ: In Fronte Pedes XI. Retro Pedes XL.*

6 *Beneventi*
Prope Turrim S. Panari elegantibus, magnifque litteris inſculptus cum ornamentis hinc inde.
Ex Theſ. Antiq. Benevent. Joh. De Vita Claſſ. II. pag. IX.

Q. VIRGINI O.EROTI.AV . . . . . .
HELENVS.L.AVGVSTAL.FECI...
Q.VIRGINIO.ALBANO.FRA....

7 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. CLXXII. 2.

Q. OCTAVIO
Q. L. POB . PRIMO
VI VIRO AVG
SAC IVVEN
OCTAVIA TIGRIS PAT
CONIVGI B M ET SIBI
V F

QVAERERE CONSVEVI SEMPER NEQVE PERDERE . . . . .
NVNC AB VTROQVE VACO DE CAVSA PAV . . . . . .
VOLVIT HIC MEA COMPOSITO REQVIESCVNT OS . . . . . .
IS LABOR A PVERO QVI MIHI SEMPER ERAT NVNC LABOR OMNIS . . . . .
CVRAEQVE MOLESTE NEC SCIO QVID NVNC SIM NEC SCIO . . . .
PARVA TAMEN NOSTRO REMANENT SOLACIA FACTO VIVENT QVI . . . .
VIVI QVIA DONA FRVVNTVR VIVITE FELICES QVIBVS EST FORTVNA . . . .

Sex priores lineæ extant in *Gruteriano Theſ.* CDXLIV. 6. quæ ſequuntur apud Ligorium, non ſatis accurate exſcriptæ. Iterum exhibuit Muratorius CCII. 1. at variantes a Maffejanis.

1 *Salodii,*
ad D. Mariae ad Benaci ripam.
E Schedis Petri Gnocchi V. C.

M. TERENTIVS
PYRAMVS
VI. VIR. AVG
L. APPIO. APHOBETO
VI. VIR. AVG. II
GRATVITO. AMICO
TERENTIAE. PIST
SORORI
MESSIAE. PHERECVSAE
POSTVMIO. PRIMIONI
POSTVMIAE. QVARTAE. A. B. M

Grut. CDLXXIII. 2. lin. 7. PISTAE, lin. 9. RECVSAE VXORI, lin. 10. P. POSTVMIO. Sarayn. VERINIVS PRIMVS. lin. 9. RESPVAE.

2 *In agro Interamnate,*
in prædio Giliorum extra Portam Romanam.
Ex MS. Ampliſſ. Viri Joh. Bapt. Paſſerii.

T. ATINATI
PHYLARCYRO
VI VIR. AVG.
IN MEMORIAM
ATINATIAE T. F.
PROBAE NVTRICIO
INFELICISSIMO

Siniſtro latere lapidis urceolus.

3 *In Eccleſia PP. Chamaldulenſium*
a Sentino Novo circiter mill. paſſ.
Marmor coronide undequaque ornatum.
Ex Epiſt. Joh. Blanchii in Ephem. Litt. Flor. Vol. X. col. 40.

C·VABERIVS·C·L·FAVSTVS
SEX·VIR·AVGVSTALIS
PRIMVS·VIVOS·SIBI.ET
AETRIAE·T·L·DYONYSIAE·VXORI

4 *In loco qui dicitur* Serpente
ad D. Mariam in agro Brixiano.
E ſchedis Petri Gnocchi V. Cl.

SEX. HELVIVS
ANTHIMVS
VI. VIR. AVG. SIBI. ET
HELVIAE. ELPIDI
VXORI. CARISSIM. ET
SEX. HELVIO. CLASSICO
SEX. HELVIO. CLASSICANO
HELVIAE. RVFFINAE
FILIIS. PIISSIMIS

Grut. CCCCXVIII. 2. lin. 7. CLASSIANO, contra fidem lapidis.

5 *Ex Marm. Salonitanis pag.* XI. *n.* 13.

D. M
TVLLINAE IANVARIAE DEFVNCT.
ANNORVM XL. C. ALBVCIVS PVBLI
VS SEX VIR AVGVSTAE CONIVGI
RARISSIMAE ET SIBI POSVIT
LOCVS DATVS A. FL. SOZONTE

Murat. e ſchedis M. Angeli Accurſii pag. MXXX. 8. omittit D. M. lin. 2. legit IVLLIAE. lin. 3. ALBVTIVS lin. 4. AVGVSTAE. legerem AVGVSTAL.

6 *Ex Vandalio Diſſ. IX. Antiquitatib. &c. pag.* 305.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΝΤ. ΚΑ. ΑΛΦ. ΑΡΙΓΝΩΤΟΝ ΤΟΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ
ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ ΤΟΥ ΣΕΒ. ΑΡΧΗΣ ΛΙΒΙΑΝΗΣ ΕΠΑΡΧΟΝ
ΕΙΛΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΗΣ ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΝ
ΕΙΛΗΣ.......ΤΑΓΑΡΙΩΝ ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΩΝ ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΝ
ΤΗΣ ΣΠΕΙΡΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΓΑΙΤΟΥΛΩΝ ΕΠΑΡΧΟΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΝΟΥΜΙΔΩΝ ΠΡΑΙ
ΠΟΣΙΤΟΝ ΣΠΕΙΡΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΒΕΣΣΩΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΑΝΝΟΝΗΣ ΘΕΟΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
...ΙΜΕΝΩΝ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ ΣΠΕΙΡΗΣ...ΕΑΡΩ
ΑΝΩΝ ΤΡΙΒΟΥ ΚΥΡΕΙΝΑ ΥΠΑΤΙΚΟΝ ΣΥΓ
ΓΕΝΗ ΥΙΟΝ ΚΑΙ ΕΓΓΟΝΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ ΑΣΙΑΣ
ΑΔΕΛΦΙΔΟΥΝ ΑΛΦ. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ ΕΠΙ ΚΗΝ
ΣΟΝ ΤΟΥΣΕΒ. ΝΕΩΚΟΡΟΝ ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΟ
ΤΑΤΗΣ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΛΟΓΙ
ΣΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ ΠΕΙΣΙΔΙΑΣ ΚΑΙ ΑΛΕΧΑΝ
ΔΡΕΙΑΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΩΝ. ΚΑΙ ΡΩΕΣΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ
......ΤΡΙΑΝΩΝ ΠΟΛΕΟΣ ΚΑΙ ΤΡΟΠΗΣΙΩΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΛΩΝΕΙΑΣ ΕΝ ΠΑΣΑΙΣ ΥΠΕΡΕ
ΣΙΑΙΣ ΤΡΑΣΙΩΝ ΚΑΙ ΣΕΜΝΟΤΑΤΟΝ ΙΕ
ΡΕΑ ΤΟΥ ΠΡΟΠΑΤΟΡΟΣ ΘΕΟΥ ΤΥΡΙΜΝΟΥ
ΟΙ ΒΑΦΕΙΣ.

1

Beneventi
Prope Turrim S. Panari.
Ex Theſ. Antiq. Benevent. Joh. De Vita Cl. II. p. IX.

P. MARCIO ALBANO
AVGVSTALI
ETRILIA SP. F. CLEMENS
VIRO ET SIBI ET
P. MARCIO PHILARI
SECVNDO ET MODESTO

Murat. CCI. 3. lin. 3. ETRITIA. l. 5. PILADI.

2

Ara ex marmore inventa
an. 1646. in agro Interamnate.
Ex MS. V. C. Joh. Bapt. Paſſerii p. 3.

DIIS MANIB
L. APPVLEIO
EPAPHRODITO SEVERO
AVGVSTALI. L. APPVLEIVS
EPAPHRODITVS FILIVS
PATRI PIISSIMO. ET SCAEFEIA
NEBRIS VXOR BENEMERENTI

Dextro latere aræ vas, & ſiniſtro patera.

3

Interamnæ,
Apud Carolum Felicem Perellum.
Ex MS. Joh. Bapt. Paſſerii V. C. pag. 3.

D M
L. VALERIO MAGNO. L. VALERIVS PROCLVS
L. VALERIVS EVARISTVS
VI VIR AVGVSTALIS P. P. V. ANNOS

P. P. ſortaſſe *Patri Poſuerunt.*

Mutilior apud Murat. CCV. 1.

4

Avellæ
Apud D. Joh. Bapt. Victorium.

N. PETTIO N. F
GAL. RVFO
II. VIR. Q. ALIMENT
CVR. PEC. PVBLICÆ
CVRATORI FRVMENT
CVLTORES IOVIS
OB MERITA EIVS
L. D. D. D

5

Aſtigii inter Hiſpalim & Cordubam.
E ſchedis Petri Gnocchi V. C.

PIETATI. AVG
L. LVCRETIVS. FVLVIANVS. FLAMEN
COL. IMMVNIVM. PROVINCIAE. BAETICAE
PONTIF. PERPETVVS. DOMVS. AVG
T. P. I. EX. AVG. P
ET. HONOREM. PONTIFICATVS
LVCRETIA. L. F. CAMPANA. FLAM. PERP
DOMVS. AVG. EDITIS. AD. DEDICATIONEM
SCAENICIS. LVDIS. PER. QVATRIDVVM
ET. CIRCENSIBVS
ET. EPVLO. DIVISO
POSVIT
HVIC. DONO. LVCRETIA. CAMPANA
AMPLIVS. NOMINE. SVO
CORONAM. AVREAM. ADIVNXIT

Grut. CI. 3. lin. 2. L. LVCRET. lin. 3. PROVINC. lin. 5. & 6. S. ARG. P. C. OB. HONOREM. lin. 8. DOM. lin. 10. CIRCENSIE. lin. 13. LVCR. lin. 14. AMPLIVS. NOMI. SVO. QQ. Vid. quæ ad hanc adnotat Maffej in *Art. Critic. Lapid.* L. III. cap. IV. n. I. ubi earum Inſcriptionum, quæ in *Gruteri Theſauro ſunt, diſquiſitio peragitur.* Han refert etiam Rubeus, p. 246. n. 21. & ponit *Gambara in Brixiano pago*; & Aldus Manut. *Orthograph. Rat.* pag. 101. n. 4. edit. Venet. 1566.

6

Brixiæ.
E ſchedis Petri Gnocchi V. C.

. . . .
EQVO. PVBLICO. DECVR. BRIXIAE
VERONAE. TRIDENTI.... OMEDIAE
CVI. ORDO. BRIXIANOR
STATVAM. AVRAT. EQ. ET. FVN. PVBLICO. DECRETO
ET. CLODIAE. Q. F. PROCILLAE
SACERDOTI. DIVAE. PLOTINAE
SEX. VALERIVS. POBLICOLA. PRISCILLIAN
FILIVS

Mutilior in Murat. pag. CLXIII. 2.

1 *Cirthæ, ſeu Conſtantinæ,*
in Regno Algerii.
Ex Shawio loc. cit. pag. 158. *Vol. I.*
Reperta ad rudera veteris Porticus.

. . . .
AID III VIR PR
. . . .
RVSICADE BIS
PONTIFEX . . .
PERFECIT.

2 *Novariæ*
antiq. Inſubrium Urb.
Apud Ædem B. Laurentii ad antiquam urnam.
Ex Cyriaci Nov. Fragm. p. 40. *n.* 86.

C. ARBVSSONI VICTORINI
EQ. R. IIIIVIR. AED. FLAM.
CVR. VIXIT. ANN. XXVIIII.

Gruter. ex *Apiano* CCCLXIV. 3. lin. 1. ARBVSIONI. lin. ult. ANN. XXVIII. *niſi fortaſſe* (ait Oliver.) *legendum ſit* ARBVSTONI. ac aliter diſtinguit lineas.

3 *Ex Sponio in Miſcell. p.* 232.

M. RVPILIVS SERAPIO HIC
AB ARA MARMOREA
OCVLOS REPOSVIT STATVIS
QVO AD VIXIT BENE

Fuerunt *Oculorum repoſitores* ſtatuis, adeoque illarum *Medici Ocularii* quos, cum excidiſſent, reponebant in loca ſua. *Vid. Plutar. Lib. de Pythiæ Oraculis.*

4 *Brixiæ*
apud DD. Comites de Capriolis.
E ſchedis Petri Gnocchi V. C.

Q. CAECILIO
TELESPHORO. VI.
VIR. FLAVIALI
CREMONE. MVNIRA
CALVENTIA
CORNELIANA
MARITO. OPTIMO. ET
SIBI

5 *Brixiæ*
in ædibus DD. de Averoldis.
E ſchedis Petri Gnocchi.

D . M
CAECILIAE. PROCVL
SACERDOT. XV. VIRALI
L. ACVTIVS
CAECILIANVS. ALVNNVS
ET P. ACILIO. SVRO. NVTRI

6 *Minervii Riperiæ*
in agro Brixiano.
E ſchedis Petri Gnocchi V. C.

C. LVCRETIVS
C. L. ERASMVS
SEX. VIR. AVG. BRIX
ET. TRIDENT. GRAT. SIBI
ET. COMMIN. ONESIME
VXORI. CARISSIMAE
C. LVCRETIO. HERMETI
ALVMNO. PIISSIM
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. ET
. . . .

Grut. CDXXXII. 3. e *Verderianis*, & *Metellianis ſchedis* lin. 5. ONESIMAE, lin. 6. COIVG. lin. 4. TRIDENTI. GRAT. id eſt GRATuitus, ut *legatus gratuitus* apud Eumdem 415. 7. *Gratuitam legationem ſuſceperunt* 362. 1. *Honor Auguſtalitatis gratuitus*. 354. 7.

7 *Apud Volaterranam*
Silicis Portam vulgo la Porta a Selci.
Ex Cyriaci Anconit. Nov. Fragmentis
edit. a C. V. D. Hannibale de
Abatibus Oliverio 1763. *pag.* 7.

C. TRAVLVS. C. L.
PHOEBVS. SEVIR
AVG. V. A. XXXVII.
PERGONIA PRIMA.

Fabret. p. 638. n. 323. Gor. Tom. II. Inſcr. Etr. p. 167. habent l. 1. TRAVIVS.

8 *In loco qui dicitur* Bedizzole,
ad SS. Viti, & Modeſti, in agro Brixiano.
E ſchedis Petri Gnocchi.

. . . . A . . . .
VI. VIR . . . . . A . . . .
Q. VIBIO . . . .
VI. VIRO . . . .
Q. VIBIO. AC . . . . . .
VI. VIRO. AVG. . . . . .
VIBIAE. PRAEPI. . .
Q. VIBIO. VIBIANO. . .
VIBIAE. EPVLAE
VIBIAE. NEP. . . . .

9 *Cividati,*
in domo Petri Trolletti.
E ſchedis Petri Gnocchi.

. . . AETVS. HOSI
SACERDOS
D P

AVGVSTI, CÆSARES, AC REGES.
CLASSIS IV.

1 *Aſtæ.*
Ex Sponio Miſcell. Erud. Antiq. Sect. VIII. p. 265.

C. IVL. CAES. DOMITORI GALLIARVM
DICTATORI PERPETVO
TRIVMPHATORI S. P. Q. AST.
LAETITIAE ERGO ET HONORIS P. P.
L. D. D. D

Ideſt: *Locus Datus Decreto Decurionum.*

2 *Ibidem.*
Ex Eodem loc. cit.

C. IVL. CAES. C. F. DE GALLIS ET
ALLOBROGIBVS TRIVMPHATORI
ASTENS. BENEFACTORI PIO INVICTO DIVO
LAETITIAE ET GRATI ANIMI ERGO
P. P. L. D. D. D

„ Benefactorem (ait Sponius) ſuum *Julium Caſ.* hic venera„ tur Civitas Aſtenſis, quæ ab eo in antiq. Nummo COLO„ nia Julia Aſta nominatur, ſive illuc Coloniam deduxe„ rit Julius, ſive Coloniae privilegia oppido huic dederit. Mutila apud Grut. CCXXV. 5. Vid. *Art. Crit.* Lib. III. cap. IV. n. III. col. 438.

2 *In Eccleſia vici, qui* Aufburg
in pago Tigurino.
E ſchedis D. Abb. Petri Gnocchi.

IMP. CAESAR. CAIVS.

4 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. XCV. 4.

TI. CAESARI. DIVI
AVGVSTI. F. DIVI. IVLI
NEPOTI. AVG. PONTIFICI
MAXIMO. COS. V
IMP. VIII. TR. POT. XXXVIII
AVGVRI. XV. VIR. SACR
FACIEND. VII. VIR. EPVLON
L. SCRIBONIVS. L. F. VOT. CELER
AEDIL. EX. D. D
PRO LVDIS

Ad hunc lapidem hæc habet Maffejus: „ Tiberium Cæſa„ rem Augurem, Quindecemvirum, & Septemvirum fuiſſe, „ nulla hactenus inſcriptio docuerat. Quænam Civitas „ Voturiæ tribui adſignata Tiberio pro ludis aut conceſ„ ſis, aut propria impenſa exhibitis hoc monumento Ro„ mæ reperto, & Imperatoris titulis omnibus inſignito „ gratias egerit, ignoramus.

5 *In loco, quem* Muſti *vocant*
In arcu eximio.
Ex Maffejo Inſcr. Var. Veron. CCCCLVIII. 3.

INVICTISSIMO FELICISSIMOQVE IMPERATORI
AVGVSTO CAESARI ORBIS PACATORI
. . . . MVSTICENSIVM DD

6 *Nemauſi.*
Ex Hiſt. Litter. Ital. Vol. X. pag. 290.

IMP. CAESARI. DIVI. F
AVGVSTO. COS. NONVM
DESIGNATO. DECIMVM
IMP. OCTAVOM

7 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. XCV. 2.

IMP. CAESAR
DIVI. F
AVGVSTVS. COS. XI
TRIBVN. POTEST. XIII
IMP. XIII

8 *Prope antiquam Vrbem Galatiam jam dirutam.*
In via Appia.

IV
IMP. CAESAR
AVG. C. FIL
COS. XIII
P. P

9 *Auguſtæ Prætoriæ*
Ex P. Zacharia
Excurſ. Litter. per Ital. p. 52.

IMP. CAESARI
AVGVSTO
PONTIFICI MAX
COS. III. TRIB. POT
XXIII
PATR

Author laudatus legendum putat COS. XIII. ut apud Murat. CCXXI. 2. apud quem aliquantulum variat. Pertinet autem ad An. V. C. 753. & Æræ Chr. I. aut præcedentem, ut monet Muratorius.

10 *Ex Libro cui titulus:* Memorie
per ſervire alla Storia Letteraria di Sicilia.
Vol. II. Par. II. pag. 112.

AVG. PON. MAX. TR. POT. X.

11 *Prope Conſtantinopolim*
ad ingreſſum Ponti Euxini.
In baſi columnæ, quæ vulgo Pompeii dicitur.
Ex Sponio Miſcell. pag. 265.

CAESARI AVGVSTO
E. CL. ANNIDIVS
L. F. CLA. FRONTO

1 *In Urbe* Sour.
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCLVIII. 5.

I V L I A E
A V G V S
T A E M A T R I
C A E S A
R I S E T
C A S T R O
R V M

2 *Neapoli.*
Prodiit ex detecto Herculanei oppido.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCL. 5.

DIVAE . AVGVSTAE
L . MAMMIVS
MAXIMVS
P . S

3 *Jaderæ in Dalmatia.*
Ex Sponio Miſc. Sect. VIII.

TI . CAESAR DIVI AVG . F
AVGVSTVS IMP. PONTIF. MAX
TRIB . POTEST . XX. COS. III
DESIG . IIII LEG . XI
P. CORNELIO DOLABELLA
LEG . PR . PR

4 *Viennæ.*
Ex Eodem l. cit.

DRVSO CAESAR
TIB . AVG . F . DIVI AVG
NEPOTI DIVI IVL
PRONEPOTI TRIB
POTEST . II . COS . II

5 *Romæ.*
Ex Eodem l. cit.

PLEPS . VRBANA . QVINQVE . ET
TRIGINTA . TRIBVVM
DRVSO . CAESARI . TI . N
DIVI . AVGVSTI . N
DIVI . IVLII . PRONEPOTI
PONTIFICI . AVGVRI . SODAL . AVGVSTAL
COS . ITERVM . TRIBVNIC . POTEST . ITER
AERE . CONLATO

6 *Calatiæ*
extra portam Epiſcopatus.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCLXXVIII. 6.

DRVSO . TI. CAESARIS . AVGVSTI
F . DIVI . AVGVSTI . N . DIVI
IVLII . PRON . CAESARI . COS
PONTIFICI

7 *Ibidem.*
Ex Eodem l. cit.

GERMANICO . TI. CAESARIS . AVG . F
DIVI . AVG . NEP . DIVI . IVLI
PRON . CAESARI . COS . II . AVGVST
D D

8 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. XCVI. 2.

DRVSO . IVLIO . TI . F
AVGVSTI . NEPOTI
CAESARI

9 *Ibidem.*
Ex Eodem l. cit.

. . . XENO . . .
ANTONIAE DRVSI A . . .
ALCHE ANTONI . . .

Antonia Triumviri M. Antonii filia, Neronis Claudii Druſi conjux.

10 *Ex Marm. Salonitanis pag. XI. n.* 1.

CLAVDIO DRVST . CAESARI
AVG . CER . M . PONTIF . MAX
TRIB . OPE . XI . IMP . XIILII COS . V
DEFENSORI PATRI PATRIE P. P. ANTEIOLEG
PROPRIA

Huic ſane miſeræ Inſcriptioni medicam manum adhibet Zacharias V. Cl.

CLAVDIO DRVSI F . CAESARI
AVG . GERM . PONTIF . MAX
TRIB . POT . XI . IMP . XXIII . COS . V.
CENSORI . PATRI . PATRIAE . PP

11 *In agro Neapolitano*
In Lucania
Ex Maffeio Inſcript. Var. CCCLIII. 2.

GERMANICO . CAESARI
TI . AVG . F . DIVI
AVG . N . DIVI . IVLII
PRON . AVG . COS
IMPERATORI . II

12 *Athenis.*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. pag. 265.

GERMANICO
CAESARI . TI. F. AVG. NEP
Q. AVGVRI . COS. DESIGNAT
D . D

13 *Romæ.*
Ex Eodem in cit. Oper.

PLEPS. VRBANA. QVINQVE. ET
TRIGINTA. TRIBVVM
GERMANICO. CAESARI
TI. AVGVSTI. N
AVGVRI. FLAMINI. AVGVSTALI
COS. ITERVM. IMP. ITERVM
AERE. CONLATO

1 *Neapoli*,
Ex Herculaneo effoſſa.
Ex Maſſejo Inſcr. Var. CCL. 6.

ANTONIAE. AVGVSTAE. MATRI. TI. CLAVDI
CAESARIS. AVGVSTI. GERMANICI. PONTIF. MAX
L. MAMMIVS. MAXIMVS. P. S

2 *Neapoli*,
prodiit ex recens detecto Herculanei oppido.
Ex Maſſejo Inſcript. Var. CCCL. 3.

TI. CLAVDIO. DRVSI. F
CAESARI. AVGVSTO
GERMANICO
PONTIF. MAX. TR. POT. VIII.
IMP. XVI. COS. II
PATRI. PATRIAE. CENS
EX. TESTAMEN. MESSI. L. F. M. N. SENECAE
MILITIS. COH. XIII. VRBANAE. ET
DEDICATIONI. EIVS. LEGAVIT. MVNICIPIB
SINGVLIS. HS. IIII. N

3 *Mediolani*,
Effoſſa ante Portam Monaſterii S. Ambroſii.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam pag. 89.

TI. CLAVDIO
DRVSI. F. CAESARI. AVG. GERMANICO
PONT. MAXIMO
TRIB. POT. VIIII. IMP. XVI
COS. III. COS. DESIGN
P. P
VICVS VENERIVS

Murat. CCXXVI. 7. in 2. lin. non habet GERMANICO, & hanc Epigraphen ſpectare cenſet ad annum Chriſti L. *Camillus* autem *Sitonus* in MSS. ad annum XLVIII.

4 *Ex Muſ. Veron. p.* XLI.

. . . .
ΣΕΒΑΣΤΗΝΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ
. . . . ΜΗΤΕΡΑΝ . . . .
. . . .


Auguſtam Tiberii Caeſaris Auguſti . . . . *Matrem* . . . .

„ Liviæ Druſillæ (ait Maſſejus) honori dicata, Auguſti uxo-
„ ris, & Tiberii ex Ti. Claudio Nerone Matris. Eam in
„ monumento alio nullo Tiberii matrem dictam videre
„ memini.

5 *In conſiniis Wels juxta antrum*,
quod dicitur Ochie Hole, *in comitatu Sommerſet*.
E ſchedis D. Petri Gnocchi V. C.

TI. CLAVDIVS. CAESAR
AVG. P. M
TRIB. P. VIII. IMP. XVI. DE
BRITAN

6 *Fori Sempronii*,
apud Nobiles Paſſioneos.
Ex Paſſioneo, Append. cit. 185. *n.* 18.



Ita ſupplendum cenſet Paſſioneus: *Tiberio Claudio Druſ. Filio Auguſto Germanico Pontifici Maximo Imp. VII. Patri Patriæ Conſul Tertium.*

Ex titulo IMP. VII. conjicitur hanc epigraphen poſitam fuiſſe an. Ch. 44.

Iuvat heic recudere MARMOR HISPANIAE *antiquum Vexationis Chriſtianorum Neroniana inſigne Documentum, illuſtratum, & Viro Celeberrimo* ANT. FRANC. GORIO *Baſilic. Bapt. Prepoſit. & Hiſtor. Prof. Lycei Florentini Meritiſſimo conſecratum a Clariſſ. & Eruditiſſ. Viro* IO. ERNESTO IMMAN. VVALCHIO.

Editum Iena An. MDCCL.

VIRO CELEBERRIMO
ANTONIO FRANCISCO GORIO
S. P. D.
IO. ERNEST. IMMAN. WALCHIVS.

VIGINTI fere menſes ſunt, quum in itinere, quod per Italiam feci, Florentiæ quoque per aliquod tempus commorarer, eum potiſſimum ad finem, ut ad doctiſſimos, qui ibi florent, & de litterarum ſtudiis inſigniter meritos viros, magna nobiliſſimæ hujus civitatis lumina, aditum mihi patefacerem; inprimis vero Tibi, vir celeberrime, animum, exiſtimationis Tuæ ſtudioſiſſimum, teſtarer, tuamque benevolentiam mihi omni modo colligerem. Summas quoque habeo rationes, Tuum, quem fere ſingularem expertus ſum, erga me favorem prædicandi, quum non ſolum comiter atque omni abs Te exceptus ſum humanitate; ſed etiam ſermonibus Tuis gaudendi, atque ex illis haud leviorem percipiendi fructum, uberrimam habui occaſionem. De quo Tuo benigno ac liberali erga me animo vel eo nomine mihi gratulor, quod ſatis experientia didici, quantum juvet, ab eo amari viro, qui elegantiorum diſciplinarum alumnos fovet, atque amplectitur: litteras, quæ ab humanitate nomen ferunt, illuſtres ad veram gloriam duces, magnifice ornat, ac de earum ſalute, evehenda in altius, mirifico cogitat ſtudio. Confirmant hoc egregii illi, quos exercitatiſſimum Tuum ingenium excluſit, fœtus, qui nec mei, nec aliorum indigent præconii, quum ipſi ſua ſe præſtantia tuentur: reconditam produnt eruditionem, & luculenter demonſtrant, benigniorem fortunam tot ſplendida ac egregia vetuſtatis monimenta Tibi ſoli reſervaſſe, ut in Te non fautorem ſolum ac patronum; ſed &, quod majus eſt, priſtinæ ſuæ gloriæ, ac ſplendoris, in ruinis adhuc ſepulti, vindicem nanciſcantur graviſſimum. Præter Etruſcas, etiam antiquæ Herculanenſes muſæ poſt tot tantaque, quæ ſubierunt, fata ſummum lætandi præ ſe vident argumentum. Quum enim iis illuſtrandis operam Tuam addixiſti, factum eſt, ut quarum memoria penitus fere ex animis poſterorum effluxiſſe, earumque ſplendor vetuſtate pariter, ac Veſuvii exhalationibus non contaminatus modo; ſed penitus extinctus eſſe, videbatur, nunc ſplendida ornatæ veſte in conſpectum prodeant publicum, & ab inferis ad priſtinam quaſi vitam reductæ, inter mortales reviviſcant. Ac de hoc Tuo laudabili inſtituto, & ego & omnes, qui litteris favent, ac de iis in ſolidum judicare poſſunt, maxime lætantur: Tuos eruditiſſimos rerum Herculanenſium commentarios, quos in doctiſſimis ſymbolis litterariis exhibuiſti, ſumma cum voluptate legunt: Tuam eruditionem mirantur, atque reliqua opera egregia, de quibus edendis cogitas, ut optatiſſimo conficiantur ſucceſſu, votivas pro Tua ſalute tabellas in noſtris quoque terris ſuſpendunt. De BERNARDI ORICELLARII libello, manu exarato, de *magiſtratibus veterum Romanorum*, quem fidei meæ commiſiſti, perſuaſus ſis, me, ut primum paullulum otii nactus fuero, omnem curam ad id adhibiturum eſſe, ut iſtud elegans commentariolum, omni ex parte haud ſatis perfectum, induſtria mea expoliatur, & in lucem educatur publicam, quod negotium mihi eo gratius ac jucundius eſt, quum Tuis auſpiciis, Tuaque auctoritate a me eſt ſuſceptum, & ipſa hæc, ceteroquin brevis, commentatio multa jucunda, atque utilia complectitur.

Quo gratior vero mihi, vir celeberrime, Tuæ erga me benignæ voluntatis eſt recordatio; eo majori induſtria, quam maxime potero, enitar, & contendam, ut & alii, quanti Te faciam, luculentis ſignis intelligant, ne intra meam, aut paucorum tantum conſcientiam ille, quo Te, Tuaque merita proſequor, cultus teneatur. Hanc ob cauſſam litteris his, tamquam publicis mei in Te animi teſtibus ac nuntiis, commentationem brevem, quam nomini Tuo ſacram eſſe volo, adjungere, atque in iſta pro exigua ingenii mei facultate, antiquæ inſcriptioni lucem accendere conſtitui, qua nefandi, atque immanis illius furoris, quo paganus imperator Nero in cœtum ſanctiorem ſævit, mentio facta eſt. Summam mihi facio ſpem, fore, ut ea, quæ jam de hoc argumento commentaturus ſum, quamquam non ſatis polita erunt, pro ſingulari Tua facilitate adprobes, quum his potiſſimum ſtudiis Te delectari, ſatis cognitum eſt, atque exploratum. Leviores meos conatus acri Tuo judicio permitto, eoſque Tibi tuendos, fovendoſque trado, ac maximo opere abs Te peto, velis neque ſcriptionis hujus nobilitatem, qua caret; neque modum, qui virium prodit imbecillitatem; ſed auctoris voluntatem ſinceram, atque offerentis integrum animum reſpicere.

Ipſam inſcriptionem IAN. GRVTERVS (*a*) ita exhibet:

NERONI. CL. CAIS
AVG. PONT. MAX
OB. PROVINC. LATRONIB
ET. HIS. QVI. NOVAM
GENERI. HVM. SVPER
STITION. INCVLCAB
PVRGATAM

Eadem apud ADOLPHVM OCCONEM (*b*) & IOS. IVST. SCALIGERVM (*c*) itemque PAVL. BAVLDRIVM (*d*); ſed leviter mutata ita deprehenditur:

NERO-

(a) Pag. CCXXXVIII. *Inſcr.* 9.
(b) *Inſcript. in Hiſpan. repert.* pag. XXVI. *Inſcript.* 8.
(c) *De Emendat. tempor. Lib. V. pag.* 471.
(d) *Not. ad Lactant. de mortib. perſecutor.* pag. 38.

NERONI . CLAVDIO
CAESARI . AVG
PONT. MAX. OB
PROVINCIAM . LA
TRONIBVS . ET . HIS
QVI . NOVAM . GE
NERI . HVMANO
SVPERSTITIONEM
INCVLCARANT
PVRGATAM

Servat nobis vetuſtum hoc monimentum memoriam triſtium illorum temporum, quibus imperator Nero crudeliſſime in Chriſtianos homines ſævit. Hoc atrociſſimum ejus facinus tanquam ipſi maxime glorioſum, ſaxo huic inſcriptum videmus. Exiſtimabant enim gentes, verorum ſacrorum expertes, nulla re magis ſe apud poſteros commendare poſſe, quam ejuſmodi monimentis, interpretibus, ac nuntiis rerum contra religionem chriſtianam tanquam funeſtam reipublicæ peſtem, optime geſtarum: exſtincti Chriſtianorum nominis & conſervatæ patriæ religionis. His laudibus cœca illa, & ſuperſtitioſa gens ſeſe efferebat, turpemque hanc gloriam publicis monimentis, tam lapidibus, quam nummis (*a*) ſedulo commendandam & ad ultimam poſteritatis memoriam transferendam eſſe, arbitrabatur. Teſtantur hoc duo alia monimenta, Diocletiano, Maximiano & Galerio conſecrata, quæ, ſi Deus vitam & otium dederit, itidem ſingulari commentatione illuſtrare, conſtitui. Iſta ita apud GRVTERVM (*b*) leguntur: alterum:

DIOCLETIANVS . IOVIVS . ET
MAXIMIANVS . HERCVLEVS
CAES . AVGG
AMPLIFICATO . PER . ORIEN
TEM . ET . OCCIDENTEM
IMP . ROM
ET
NOMINE . CHRISTIANORVM
DELETO . QVI . REMP . EVER
TEBANT

Et alterum:

DIOCLETIAN . CAES
AVG . GALERIO . IN . ORI
ENTE . ADOPT . SVPERS
TITIONE . CHRIST
VBIQ . DELETA . ET . CVL
TV DEORVM PROPAGATO

Multa ejuſmodi marmora ac tropæa (*c*), eum in finem conſtituta, ut oppreſſionem Chriſtianorum tanquam præclarum facinus poſteris nuntiarent, vetuſtas delevit. Tria hæc a me adducta monimenta benignior fortuna nobis, velut exiguas ex naufragio tabellas, per tot ſecula conſervavit. Reliqua ab ipſis Chriſtianis poſt Conſtantini Magni potiſſimum tempora everſa, atque diruta ſunt.

Hæc inſcriptio, quam illuſtrandam ſuſcepi, in Hiſpania reperta, atque effoſſa eſt. Ex hoc intelligimus, ſermonem in illa ſine dubio eſſe de durioribus illis fatis, cum quibus ſanctiori cœtui in hac regione, ejuſque finibus ſub Neronis imperio conflictandum fuit. De ipſo hujus provinciæ loco, ubi inventus eſt lapis, nihil certi definiri poteſt. IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER (*d*) eum *Piſuerga* erutum eſſe, ſcribit: ipſi vero contradicit PETRVS HALLOIXIVS (*e*) qui cum IAN. GRVTERO (*f*) pagum Marqueſiam, in Luſitania ſitum, nominat, quod nomen SCRIVERIVS (*g*) emendat, & *Maraveſar* legendum eſſe, contendit. Diſſenſus hic nullius eſt momenti, & parum refert, utrum ſaxum iſtud in hoc; an in illo Hiſpaniæ loco effoſſum ſit. ADOLPHVS OCCO (*h*), qui laudabili diligentia in Hiſpania repertas inſcriptiones collegit, lapidem hunc *Piſuerga* vindicat: *Piſoræ*, inquit, quæ nunc *Piſuerga*, inſcriptio ſcilicet hæc inventa eſt; vel exſtat. ANT. PAGIVS (*i*) teſtatur, eam adhuc in Hiſpania cerni; locum vero ipſum non deſignat. Verba ipſa in lapide diſtincte exhibentur, ita ut non neceſſe ſit, de eorum vera lectione, ut in aliis uſu venire ſolet lapidibus, fuſe diſputare, ac multo labore ſingulas litteras conquirere. Voces tamen paullo exeſas in hoc lapide eſſe; ita tamen, ut commode legi potuerint, haud immerito ſuſpicatur HALLOIXIVS. Ex eo variantem lectionem in voce INCVLCABANT ortam eſſe, credo, pro qua SCALIGERVS INCVLCARANT ponit. Litteræ enim B & R in ejuſmodi antiquis ſaxis, litteras non admodum diſtinctas exhibentibus, quas, ut acute dixit HENR. NORISIVS (*k*), vetuſtas, perinde ac amanuenſium ſcripta pro arbitrio, mutare ſolet, facile confundi poſſunt; utraque vero lectio ſeſe defendit, quum ſenſus neutra corrumpitur. Præterea verſus ultimi in hoc marmore penitus oblitterati ſunt, id quod GRVTERVS haud obſcure ſignificat. Sine dubio in iſtis nomina expreſſa fuerunt eorum, qui monumentum hoc tyranno ponendum curarunt. Per ordinem enim in ejuſmodi

(*a*) Vid. EZECH. SPANHEMIVM *de Vſu, & Præſtant. Numiſm.* vol. II. pag. 227. ANSELM. BANDVRVM *Numiſm. Imperat.* vol. II. p. 9. 14. 28.

(*b*) Pag. CCLXXX. *Inſcript.* 3. & 4.

(*c*) Vid. PETR. HALLOIXIVM *Illuſtr. Eccleſ. Oriental. Scriptor.* tom. I. pag. 396. ubi ex FRANC. BIVARIO obſervat, plures columnas Neroni hanc ob cauſſam in Hiſpania dedicatas fuiſſe. Cauſſa, cur tam pauca monimenta, Neroni conſecrata, ad poſteritatem delata ſint, ad ipſos Romanos, plurium numinum cultores, transferenda eſt. Quod enim de abrogatis ejus nummis ARRIANVS *Epictet.* lib. IV. cap. 5. pag. 390. edit. Cantabrig. teſtatur, id & de ejus inſcriptionibus dicendum eſſe videtur, itaut ſine dubio Senatus, ut LACTANTIVS *de Mort. Perſecut. cap. III.* p. 53. de Domitiano confirmat, *nomen ejus ita perſecutus ſit, ut neque imaginum, neque titulorum ejus relinqueret ulla veſtigia*: id quod etiam EVSEBIVS lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 20. de eodem Imperatore præter SVETONIVM, AVRELIVM VICTOREM, & MACROBIVM tradit, ac teſtatur, *ubique Imperatoris hujus titulos eraſos, ejusque omnem memoriam abolitam fuiſſe*. Conferas quæ præter IVSTVM LIPSIVM ex XIPHILINO, DIONE CASSIO, aliiſque, ad memoratum Lactantii locum doctiſſimi ejus interpretes, STEPH. BALVZIVS, GISB. CVPERVS, IOANNES COLVMBVS adferunt, & addas, quæ a MVRATORIO Tom. I. *Inſcr.* p. CCXXVII. ad *Inſcr.* 4. & IO. BAPT. CAPPONIO *Diſquiſit. de marmor. Auguſtal.* apud CAROL. CAES. MALVASIAM *Marmor. Felſin.* Sect. III. c. 4. p. 181. adnotata ſunt. Ita quoque apud GRVTERVM aliiſque Inſcriptionum Collectores marmora, ubi nomen Imperatoris eraſum eſt, occurrunt, quæ commode ad Neronem referuntur.

(*d*) De *emend. tempor.* lib. V. p. 471.

(*e*) *Illuſtr. Eccleſ. Oriental. Scriptor.* Tom. I. p. 299.

(*f*) Loco citato.

(*g*) Apud EDVARDVM HOLTHENVM in *corrigend. & animadvert.* ad GRVTERVM p. CCCXXVI.

(*h*) *Inſcript. in Hiſpan. repert.* p. XXVI. *Inſcr.* 8.

(*i*) *Critic. in Baron.* Tom. I. p. 49.

(*k*) *Epiſt. Conſular.* p. 93.

modi lapidibus, quibus principi pro beneficiis, in cives collatis, gratiæ peractæ ſunt, ii indicantur, qui illa ſtatuenda curaverant. Ita ſæpiſſime in hujus generis inſcriptionibus verba leguntur: COLLEGIVM AVGVRVM (*a*): AENEATOR. (*b*) ORDO. P. Q. NEAPOLIT. (*c*) BENACENSES (*d*): SVESSANI (*e*): COLONIA LIBISSOSANORVM (*f*): TRIBVS SVCCVSANA (*g*): CVLTORES DOM. AVGVST. (*h*): MAGISTRI VICORVM (*i*): MINTVRNENSES (*k*): COLONIA OSTIA (*l*), ſcilicet: PONENDVM CVRAVIT; vel CVRAVERVNT IMP. CAESARI cet. Quot marmora privatorum debemus pietati, quorum nomina adcurate in hujus generis monimentis exprimuntur? Imprimis civitates ſæpe numero imperatoribus ſuis debitum hoc modo præſtabant cultum, ut pro beneficiis, in ipſas collatis, publice gratias agerent, & in ejuſmodi monimentis merita imperatorum ſummis efferrent laudibus, eorumque præclara facta poſterorum commendarent memoriæ. Patet id ex quamplurimis exemplis, quæ huc adducere, ſupervacuum foret. Præ ceteris duo marmora memoratu digna ſunt, Aſtæ inventa, & a IAC. SPONIO (*m*) exhibita. In eorum altero civitatis hujus mentio quidem haud facta eſt; memoratus tamen SPONIVS haud ex vano conjicit, Aſtenſes monumentum hoc imperatori conſtituiſſe, idque ex eo ipſi haud improbabile videtur, quoniam id in dicta urbe effoſſum atque erutum ſit. Quid? ſi idem de noſtro monimento, Neroni conſecrato, ſtatuamus ac dicamus, id vel a civibus hujus loci; vel ab eorum magiſtratu poſitum eſſe.

Antequam ad alia progrediar, res ipſa poſtulare videtur, ut de fide, atque antiquitate hujus lapidis quædam commemorem. Multi, preclara eruditionis laude præditi, viri illius quidem fecerunt mentionem, inter quos præter IAN. GRVTERVM, IOS. IVST. SCALIGERVM & ADOLPH. OCCONEM, CAES. BARONIVS (*n*), ANTONIVS PAGIVS (*o*), PETRVS HALLOIXIVS (*p*), FRID. SPANHEMIVS (*q*), GVIL. CAVEVS (*r*), IOS. BINGHAMVS (*s*), IO. CLERICVS (*t*), IO. LEONH. BVCHTA (*u*), NICOL. GVRTLERVS (*x*), THEODORVS HASAEVS (*y*), THOM. ITTIGIVS (*z*), CHRIST. KORTOLTVS (*a*), CHRIST. CELLARIVS, (*b*) SAL. DEYLINGIVS (*c*), & venerandus pater (*d*) nominandi ſunt; ſed, ubi de marmoris hujus auctoritate quæritur, in duas potiſſimum abeunt ſententias. Nonnulli, ut GRVTERVS, OCCO, BARONIVS, HALLOIXIVS, PAGIVS, CAVEVS, KORTHOLTVS de ejus fide & antiquitate minime dubitant, quam contra ea alii ſuſpectam reddere, ſibi ſumunt. Ita SCALIGER (*e*), poſtquam ſaxi hujus mentionem fecerat, *ſiquidem vera eſt illa*, inquit, *inſcriptio; nam dubito*: & SCRIVERIVS (*f*) ad lapidem hunc ſequentia adnotat: *titulum ſic emendat Scriverius: in ruinis pagi Maraveſar, in Luſitania: ſuſpectum mihi*. Ad Scaligeri ſententiam PAGIVS ita reſpondet: *Dubitat Scaliger, an ea genuina ſit; verum perperam, quum ſuæ ſuſpicionis rationem nullam in medium adferat*. His recte addit ejuſmodi inſcriptiones non modo in Hiſpania; ſed in aliis quoque provinciis poſitas; a Chriſtianis vero poſtea, tanquam fœda monimenta, dirutas ac deletas eſſe (*g*), ita ut, ſi hoc perpendatur, nulla prorſus legitima, de fide lapidis hujus dubitandi, ratio adſit. Profitetur quoque PAGIVS, ſe, cur tamen ſiniſtre de hoc monimento judicaverit SCALIGER, cauſſam neſcire. Quod ſi divinare licet, eaſdem ob rationes vir doctus ita ſenſiſſe videtur, quæ alios quoque interpretes ad id adduxerunt, ut lapidis hujus auctoritatem & antiquitatem in dubium vocarent. Hi præcipuum ſententiæ ſuæ argumentum ex falſa perſuaſione petunt, quod Neroniana vexatio imperii provincias haud invaſerit; nec ultra urbis Romæ pomœria progreſſa ſit (*h*). Opinionem hanc, quam HENR. DODWELLVS (*i*) præ ceteris defendendam ac ſtabiliendam in ſe ſuſcepit, non omnes quidem amplectuntur, qui fidem marmoris hujus impugnant; nihilominus ſibi perſuadent, chriſtianam religionem Neronis tempore in Hiſpania non ita floruiſſe, ut de ejus oppreſſione, atque interitu tropæum tyranno conſtitui potuerit, quemadmodum cel. SAL. DEYLINGIVS (*k*) aliique exiſtimant. Ejuſdem ſententiæ patroni ac defenſores quoque ſunt GISB. CVPERVS & NICOLAVS GVRTLERVS (*l*), quorum hic ex illius epiſtola quadam, ad ipſum de hoc monimento perſcripta, varia profert argumenta, quibus fidem hujus ſaxi labefactare, omni cura ſtudet. Haud abs re me facturum eſſe, exiſtimo, ubi ipſa GVRTLERI verba, quæ CVPERI argumenta complectuntur, hic tranſcripſero: *Scio*, inquit, *Baro-*

(*a*) Vid. GRVTERVM p. CCLXIV. *Inſcr.* 5.
(*b*) Ibid. *Inſcr.* 1.
(*c*) Pag. CCXLIV. *Inſcr.* 4.
(*d*) Pag. CCXLII. *Inſcr.* 4.
(*e*) Ibid. *Inſcr.* 7.
(*f*) Pag. CCLX. *Inſcr.* 3.
(*g*) Pag. CCXXXIX. *Inſcr.* 3.
(*h*) Pag. CCXLVI. *Inſcr.* 9.
(*i*) Pag. CCLXIX. *Inſcr.* 8.
(*k*) Pag. CCLII. *Inſcr.* 9.
(*l*) Pag. CCXLIX. *Inſcr.* 7. adde OCTAVIVM RVBEVM *Memor. Breſcian.* pag. 254. 255. adde SCALIGERVM *Indice ad Gruter. cap. XV.* p. 67. & ſeq.
(*m*) *Miſcellan. Erudit. Antiquit.* pag. 265.
(*n*) *Annal. ad an. Chr. LXIX. n.* 45. p. 739.
(*o*) *Critic. in Baron. annal. Tom. I.* p. 49.
(*p*) *Illuſtr. Eccleſ. Oriental. Scriptor.* p. 299.
(*q*) *Hiſt. Eccleſ. Tom. I. operum*, p. 565.
(*r*) *Chriſtianiſm. primitiv.* p. 409.
(*s*) Vol. I. *Origin. Eccleſiaſt.* p. 21.
(*t*) *Hiſt. Eccleſ. ſec. I. ad an. Chr. LXIV.* §. 10. p. 429.
(*u*) *Diſſert. I. de Numer. cruent. verit. teſt.* §. 6.
(*x*) *Syſtemat. Theol. Proph.* p. 401.
(*y*) *Sicilimento ad Heumanni diſſ. de Theophilo*, quæ exſtat *biblioth. Bremenſ. claſſ. IV.* p. 529.
(*z*) *Select. hiſt. Eccleſ. capit. Secul. I.* p. 323.
(*a*) *Pagan. Chriſt. obtrectat.* cap. I. §. 1. p. 2. & cap. XIV. §. 3. p. 240. & de *Perſequut. Eccleſ. primæva* C. I. §. 24. p. 43.
(*b*) *Diſſert. Academ.* p. 619.
(*c*) *Obſ. ſacr. part. II.* p. 545.
(*d*) *Hiſt. Eccleſ. nov. Teſtam. ſec. I.* p. 549. Addita quod eſt hæc inſcriptio editionibus SVETONII Oxonienſi & illis, quas GRAEVIVS & PITISCVS curarunt.
(*e*) *Loco memorato.*
(*f*) Apud EDVARDVM HOLTHENVM in *Varior. corrigend. & animadvertend. ad Gruter.* p. CCCXXVI.
(*g*) *Critic. in Baronii annal. Tom. I.* p. 49. Adde NICOLAVM NOVRRIVM *Adparat. ad biblioth. Max. patr. Tom. II.* p. 453. ubi ex DIONE pariter ac PLVTARCHO probat, ipſos paganos homines Neronis monumenta diruiſſe.
(*h*) Sententiæ hujus princeps fautor, ac patronus exſtitit HENRICVS DODWELLVS *Diſſertation. Cyprianic.* num. XI. *de Martyrum commemoratione, eaque occaſione de Martyrum paucitate in primævis Chriſtianorum perſequutionibus* p. 65.
(*i*) *Loco jam memorato.*
(*k*) *Obſervat Sacr. part. II.* p. 545.
(*l*) *Syſtemat. Theolog. Prophet.* p. 491.

Baronium, Pagium, alios citare inſcriptionem, ſive in Hiſpania, ſive in Luſitania inventam, qua celebretur Nero ob provinciam latronibus, & his, qui novam generi humano ſuperſtitionem inculcabant, purgatam. Sed genuinam eſſe, Scaliger dubitavit; neque fidem ei habet illuſtris Cuperus, civilis & litterariæ reip. præſidium, cujus rationes, quia graviſſimi momenti quæſtio eſt, ex epiſtola de hoc & ſimilibus argumentis ad me data, adponam: I. Sulpicius Severus ſcribit libr. II. cap. 32. hiſtor. Sacr. ſub Aurelio Antonini filio primum intra Gallias martyria viſa, ſerius trans Alpes Dei religione ſuſcepta, quod æquo jure de Hiſpanis, ultra Pyrenæos montes remotis, affirmari poſſit: II. ſi fuerint in Hiſpania Chriſtiani Neronis tempore; tamen non extitiße tantam eorum multitudinem, ut gentiles propter illorum ſtragem tale ſtatuere tropæum voluiſſent: III. Tacitus, ac Suetonius non loquitur, niſi de Chriſtianis Romæ incenſæ per calumniam inſimulatis: provinciam meminit neuter: IV. & Sulp. Severus graßationem Neronis in Chriſtianos Roma urbe concludere videtur, l. 2. c. 29. V. ſuſpectum, ultimas lapidis lineas plane deletas: VI. Gruterus monumentum vult inventum in ruinis pagi Marqueſiæ in Luſitania: Scaliger Piſuergæ in Hiſpania: VII. verbum inculcare *ab illorum temporum, eoque & inſcriptionum dictione alienum.* Hæc ſunt præcipua argumenta, quibus GVRTLERVS & CVPERVS fidem hujus marmoris infringere, ſibi ſumunt.

Libere; ſed breviter, quæ mea hac de re ſententia ſit, exponam. Sane perſuaſus ſum, neminem præter GISB. CVPERVM, vocem *inculcare* impugnantem, de qua infra dicturus ſum, in ipſis hujus inſcriptionis verbis, ſi ſtilus & tota lapidaria ſcribendi ratio reputatur, quid deprehendere poſſe, ex quo conſtaret, inſcriptionem hanc fictam & ad ſuppoſitarum claſſem transferendam eſſe. Quicunque enim veritatis amicus, ſi modo hoc litterarum genus vel leviter & primoribus attigit labris, mecum fatebitur, eam ita eſſe comparatam, ut cum aliis hujus ævi monimentis optime conveniat; nec, quoad ſtilum lapidarium ſpectamus, ullum fraudis veſtigium in illa adpareat. Nemo porro ſaxo huic de auctoritate ejus ea de cauſſa detrahere ſibi ſumet, quod in illo imperatori *ob provinciam, a Chriſtianis purgatam*, gratiæ peractæ ſint, quaſi hoc liberationis genus eo ævo pro re nullius momenti putatum & indignum judicatum fuiſſet, cujus memoria ad poſteritatem transferretur. Quis enim neſcit, imperatores paganos acerbum hoc contra chriſtianam religionem odium ſibi maxime honorificum ac glorioſum duxiſſe, ita, ut haud erubeſcerent, de crudeliſſimis, quibus ſanctiorem cœtum addixerunt, vexationibus maxime gloriari. Præterea id ſatis demonſtrant nummi, eamdem ob cauſſam cuſi (*a*) & ad hæc, ipſa marmora, Diocletiano, Maximiano, & Galerio poſita, ubi dicitur: NOMINE CHRISTIANORVM DELETO, QVI REMPVBLICAM EVERTEBANT: SVPERSTITIONE CHRISTIANORVM VBIQVE DELETA. Ac de horum monimentorum fide tantum abeſt, ut quis dubitaverit; ut ea præſtantiſſimi viri, ex quibus præter GRVTERVM (*b*) BARONIVM (*c*) ac fere omnes hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptores, GVIL. CAVEVM (*d*) ANSELM. BANDVRVM (*e*), EZECH. SPANHEMIVM (*f*), ipſum GISB. CVPERVM (*g*), IOAN. DOMINIC. BERTOLIVM (*h*) nomino, commemoraverint, ac pro germanis agnoverint. Ex his igitur ſatis patet, noſtram inſcriptionem ea de cauſſa ad ſpurias non referendam eſſe, quod in publicis paganis monimentis, tropæis, lapidibus ac nummis perſequutionum chriſtianarum haud facta fuiſſet mentio.

Hæc quum ita ſint, facili negotio ad ea argumenta reſponderi poſſe cenſeo, quibus lapidem noſtrum ſuſpectum reddere, ſibi nonnulli ſumſerunt. Errat DODWELLVS & cum ipſo omnes, qui ejus favent ſententiæ, quando Neronianam perſequutionem urbis Romæ limitibus ſolum circumſcriptam fuiſſe, contendunt (*i*). Vti enim ex TACITO, SVETONIO, LACTANTIO, OROSIO aliiſque maxima cum probabilitatis ſpecie monſtrari poteſt, perſequutionem Neronis latius ſeſe diffudiſſe (*k*) ac provincias quoque invaſiſſe; ita dudum ſolidis argumentis alii doctiſſimi viri DODWELLI argumenta, quæ pro exiguo martyrum numero adtulit, & quorum cauſſa perſequutioni Neronianæ tam anguſtos poſuit fines, refutarunt, ex quibus præ ceteris ANTONIVS PAGIVS (*l*), NICOL. NOVRRIVS (*m*), LVDOV. ANTON. MVRATORIVS (*n*), THEODORICVS RVINARTVS (*o*), THOM. ITTIGIVS (*p*), IO. LAVRENT. MOSHEMIVS (*q*) ſunt, quamvis non negandum ſit, quod nonnulli, qui pro inſigni martyrum multitudine pugnant, contra id, quod nimium eſt, hac in re nonnunquam peccare videantur. Quando autem probabiliter ſolum demonſtrari poteſt, perſequutionem Neronianam latius; quam DODWELLVS putavit, progreſſam fuiſſe, & ad provincias quoque penetraſſe, ſatis patet, Neronis ævo in Hiſpania quoque ejuſmodi monimenta ac tropæa, quæ imperatoris res, contra ſanctiorem cœtum crudeliter geſtas, ad poſteritatis memoriam propagarent, ſtatui potuiſſe. Hæc uti per

ſe

(*a*) Vide ANSELM. BANDVRVM *Numiſmat. Imperat. Rom. Tom. II.* p. 8. & EZECH. SPANHEMIVM *de Uſu & Præſtant. Numiſm. Vol. II.* p. 227.
(*b*) Pag. CCLXXX. *Inſcript.* 3. & 4.
(*c*) *Annal. ad ann. Chr.* CCCIV. p. 330.
(*d*) *Primit. Chriſtianiſm.* p. 409.
(*e*) *Numiſm. Imp. Rom.* Tom. II. p. 8.
(*f*) *Lib. excitato* p. 527.
(*g*) *Not. ad Lactantium part. II.* p. 126. ed. BAVLDRII.
(*h*) *In Antichità d' Aquileja Profane, e Sacre*, p. 287.
(*i*) Idem fere ſentiunt: IO. CLERICVS *Hiſt. Eccl. ſec. I.* pag. 428. IOACH. LANGIVS *Hiſt. Eccl. Nov. Teſt.* p. 360. NICOL. GVRTLERVS *Syſtem. Theol. Prophet.* p. 491.
(*k*) Conferas præter BASNAGIVM, SPANHEMIVM, PAGIVM alioſque infra excitandos: THEOD. RVINARTVM *Præf. ad acta primorum Martyrum* p. 31. THOM. ITTIGIVM *Select. Hiſt. Eccleſ. capit. ſec. I.* cap. 6. §. 31. p. 323. SAL. DEYLINGIVM *Obſ. ſacr. part. II. obſ.* 46. p. 415. alioſq. plures.
(*l*) *Critic. in Annal. Baron. ad ann. Chr. LXIV. num.* 3. Tom. I. pag. 48.
(*m*) *Adparat. ad Biblioth. Maxim. Patrum Tom. II.* p. 1704.
(*n*) *Analect. Latini Tom. II.* p. 200.
(*o*) *Præfat. præmiſſ. actis Martyr.* p. 31. ſeq.
(*p*) *Select. Hiſt. Eccleſiaſt. capit. ſec. I.* p. 322. ſeq.
(*q*) *Obſervat. Sacr.* p. 155. Plures hac de re ſcriptores a Ven. Patre *Hiſt. Eccl. Nov. Teſt. ſec. I. cap. 4. ſect.* 2. §. X. p. 545. recenſentur. His adde: SAM. BASNAGIVM Annal. Tom. I. pag. 562. FRID. SPANHEMIVM *Hiſt. Chriſt. Tom. I. oper.* p. 562. SAL. DEYLINGIVM *Obſerv. Sacr. part. II.* p. 545. CHRIST. KORTHOLTVM *de Perſequutionibus Eccleſ. primæv. ſub Imperatorib. Ethnic.* cap. I. p. 11. & ſeq. CHRIST. CELLARIVM *Diſſert. Academ.* p. 619.

ſe clara ac manifeſta ſunt; ita alii, nominatim *Giſb. Cuperus* (*a*) & *Sal. Deylingius* (*b*), ut fidem lapidis noſtri in ſuſpicionem adducant, obiiciunt, Neronis ætate religionem chriſtianam in hac provincia non ita floruiſſe, ut de ea exſtincta tropæum poni debuerit tyranno. Sed, quam multa in ejuſmodi monimentis, in principum honorem publice conſtitutis, per adulationem dicta cernimus, quæ ab oſtentatione profecta ſunt, ubi adſentatores verba non ex veritate; ſed ex voluntate eorum, quibus blandiuntur, metiri ſolent (*c*)? Quot laudibus ſæpe imperatorum res geſtæ, etſi nonnunquam parvi momenti fuiſſe, videntur, in hujus generis monimentis efferuntur? Ita quoque liberatio provinciæ a Chriſtianis in hoc ſaxo exaggerari & amplificari potuit. Lubens concedam, religionem chriſtianam eo tempore quidem jam in hac provincia radices egiſſe; eam autem haud longe lateque dilatatam & propagatam fuiſſe; nihilominus in hoc ſaxo res ſupra modum extolli potuit, non aliter; ac ſi tota provincia a Chriſtianis occupata, & ab iis purgata fuiſſet. Ponam, numerum Chriſtianorum Neronis ævo in hac provincia perexiguum extitiſſe, unde quæſo probari poteſt, paucos hos Chriſtianos nullis vexationibus obnoxios fuiſſe, quum præterea notiſſimum ſit, morbum capitis latius ſeſe diffundere & ab aula civitates & provincias proximas; ab his vero remotiores exemplum petere. Quodſi Hiſpani viderunt, in eos, qui novæ huic religioni addictos ſe profiterentur, in aliis ſæviri provinciis, non probabile eſt, perſequutionem in hac regione fuiſſe intermiſſam, quamvis Chriſtianorum cœtus admodum tenuis extiterit. Hiſpani, aliarum poſtmodum provinciarum, ubi plures fuere, Chriſto nomen dantes, exemplum ſequuti, tropæum quoque Neroni decernere potuerunt, quamvis religio chriſtiana nondum ita floruerit in hoc tractu, ac per conſequens perſequutio non tanta extiterit, ut jure, meritoque id fieri potuiſſet. Ad hæc accedit, imperatori ſimul gratias peractas eſſe *ob provinciam a latronibus purgatam*. His adduntur Chriſtiani, non quod eo tempore illorum numerus tantus, quantus forſan latronum, fuerit; ſed quoniam vulgus putabat, plurimam latronum horum partem, a quibus regio turbabatur, ex Chriſtianis conflatam eſſe. Hæc ſine dubio fuit opinio plebis paganæ, ad quam ab optimatibus ſuis, præcipuis civitatis chriſtianæ hoſtibus, perducta erat, qui, ut eo acerbius odium contra illam in plebis animos infunderent, falſos hos rumores in vulgus ſpargebant, aliiſque malitioſe perſuadebant, Chriſtianos principem locum inter latrones, ſicarios ac perditiſſimam populi fecem obtinere. Proinde evenit forſan, ut in hoc monimento vel ea de cauſſa Chriſtianorum mentio facta ſit, quoniam plurima captorum latronum pars pro Chriſtianis falſo putata eſt. Ex his ergo ſatis patet, tropæum poni potuiſſe tyranno ob exſtinctam in Hiſpania religionem chriſtianam, tametſi iſta eo tempore ſe parum in hac provincia dilatavit. Eſto quoque, in chriſtianos Hiſpanos eo tempore non ſævitum eſſe; nihilominus ex eo non certo probari poſſe, mihi perſuadeo, inſcriptionem hanc eſſe fictam & adulterinam. Haud inepte enim *Pagius* (*d*) & ex eo doctus *Lactantii* interpres (*e*) obſervant, *in illa ſine dubio inſcriptione, generalem, quam poſuit, Neronis in omnes ubique Chriſtianos crudelitatem idcirco tangi, quod ibi chriſtiana religio ſuperſtitio appelletur & ex ea itaque deducendum, non tantum in Hiſpaniis ejuſmodi de proſtrata Chriſti religione tropæa fuiſſe erecta; ſed & in aliis provinciis ſimiliter factitatum eſſe*. *Sulpicii Severi* effatum, ad quod *Giſb. Cuperus* provocat, non ita eſt comparatum, ut ex eo pateat, adverſus chriſtianos Hiſpanos Neronis tempore non ſævitum eſſe, quoniam ſolum de *martyriis* intra Gallias loquitur. Quando porro idem vir doctus exiſtimat *Tacitum* ac *Suetonium* non loqui, *niſi de Chriſtianis, Roma incenſa per calumniam inſimulatis*, expendere debuiſſet, quod non ſolius incendii; ſed & aliorum criminum culpa in Chriſtianos ſit tranſlata, & quod ſola falſa de Chriſtianis tanquam funeſti hujus incendii auctoribus, perſuaſio tantum ipſis odium apud provinciales contrahere potuerit, ut quiſque exiſtimaret, eos veluti pernicioſos ac valde noxios, eſſe extirpandos (*f*). Nec video, quomodo ex eo, quod ultimæ lapidis lineæ penitus oblitteratæ ſint, & *Gruterus* quoad locum Saxi hujus a *Scaligero* diſſentiat, argumentum contra inſcriptionis hujus fidem peti poſſit. Quot ad poſteritatem tranſmiſſa ſunt inſcriptionum fragmenta, & quam multa marmora in adulterinorum claſſem eſſent referenda, de quorum loco, ubi inventa ſunt, nihil certi dici, & definiri poteſt! Quando porro *Clericus* (*g*) ſtatuit, eam ab homine callido fingi potuiſſe, ut probaretur, Iacobum Zebedæi filium Hiſpanis ſalutarem de Chriſto doctrinam nuntiaſſe, lubricum id eſſe videtur argumentum. Nam ſine dubio homo fraudulentus, ſi qui extitiſſet, Jacobi diſerte mentionem feciſſet, quoniam non negatur, primis rei chriſtianæ temporibus Hiſpanis aditum ad ſalutarem de Chriſto cognitionem patefactum eſſe; de eo vero diſputatur, utrum inter hos cœleſtis doctrinæ præcones Jacobus primas ſibi vindicet partes. De vocis *inculcare* ſignificatione, quæ *Ciceronis*, aliorumque probatiſſimorum ſcriptorum auctoritate ſe ſatis tuetur, infra exponam.

Scripſeram hæc de fide Saxi hujus, cum mihi litteræ humaniſſimæ celeberrimi ac de antiquitatum, omniumque elegantiorum diſciplinarum ſtudiis meritiſſimi *Jo. Caſp. Hagenbuchii* adferuntur, viri reconditæ eruditionis, qui neminem peritia antiqua marmora reſtituendi, corrigendi atque explicandi parem facile habebit. Iſte, de marmore hoc, ac duobus aliis ſupra memoratis a me, quid ſentiat, ea, qua decet, obſervantia,

roga-

(*a*) In *Epiſtola apud* Nicol. Gruterum *libr. memorat.* p. 492.
(*b*) *Loco excitato*.
(*c*) Illuſtre rei hujus documentum habes apud Muratorium p. CCXXVIII. *Inſcr. I.*
(*d*) *Crit. in Baron. ad ann. Chr. LXIV. n.* 4. p. 49.
(*e*) Pag. 38. ed. Bauldrii.
(*f*) Conſ. Jo. Leonh. Buchta *Diſſ. I. de Numer. Cruent. Verit. teſt.* §. 6.
(*g*) *Loco* ſupra *memorato*.

rogatus præter meam ſpem, idem de noſtra hac Inſcriptione, quod *Scaliger* ac *Scriverius*, ſentire videtur: *Quod ſcribis*, inquit, *lucubrationibus tuis te deſtinaviſſe explicationem trium epigrammatum, in quibus vexationum, quas ab impp. ethnicis Chriſtiani ſint perpeſſi, memoria reſtet teſtata apud Grut.* 238. 3. 280. 3. 4. *hoc te monendum duco, titulum Gruterianum* 238. 9. quæ duo ſunt monimenta ſupra recitata, *ſuſpectum viſum eſſe Scriverio in addendis Holtheni*; *tom.* IV. p. CCCCXXVI. *Col.* a. *Neque mitius ego quidem ſentiens de Grut.* 280. 3. *&* 4. *utrumque* ὀβελίζω. *Merci huic Hiſpanicæ quodnam pretium ſtatuendum ſit, tuum erit diſpicere, qui commentationibus de arte veterum critica inclareſcens non neſcias, criticorum antiquorum fuiſſe judicare, quænam eſſent* τὰ νόθα, *quænam* παρεμβεβλημένα. *Sed falcem in meſſem tuam non debeo inferre*. Sane confiteor me tanti viri judicium, a quo nihil, niſi ſolidum & limatum expectari poteſt, ab initio, quamvis rationes, cur ita ſtatuat, in ipſis litteris haud indicaverit, incertum ac dubium de hac re reddidiſſe. Quum vero poſtea omnia de novo rite expendi ac conſideravi, in ipſo monimento, ſive verba, ſive res cogitare velimus, nihil eſſe, quod veræ ejus antiquitati adverſetur, in priori ſententia perſiſtere conſtitui, donec melius ab ipſo edoctus fuero, cujus judicium de iis expecto, quæ ad defendendam marmoris hujus antiquitatem breviter in medium adtuli.

Accedo ad rem ipſam. Nomen ac titulus imperatoris, cui monumentum hoc poſitum eſt, ita exprimitur:

NERONI . CL . CAIS
AVG . PONT . MAX

Varia hic monenda ſunt, quæ pro inſtituti mei ratione adcurate perſequar. Initium faciam nonnullis obſervationibus orthographicis & grammaticis, quæ tam ad litteras majuſculas I & T inæquali alias litterarum ductu; quam ad diphtongum Græcam AI in voce CAIS ſpectabunt.

Per ordinem apud veteres Romanos omnes quidem litteræ æquali ſcribebantur ductu; nihilominus nonnunquam factum eſſe, videmus, ut in lapidibus ac nummis nonnullæ reliquis majores, aut minores effingerentur. De his nolo hic fuſius diſputare, quum eæ ad noſtrum argumentum haud pertinent, & ſatis conſtat, has litterarum formas



aliaſque uſurpatas eſſe, ubi lapidis ſpatium ſingulas litteras, diſtincte expreſſas, haud capiebat: littera per artificis negligentiam omiſſa; & hoc vel illud ſcribendi compendium jam ita in uſu erat, ut commode tanquam uſitata figura adhiberi poſſet, quemadmodum id, præter *Gruterum*, *ex Thom. Reineſio* (*a*), *Raphael. Fabretto* (*b*), *Octavio Boldonio* (*c*) *Giſb. Cupero* (*d*), *Marquard. Gudio* (*e*), *Humph. Prideaux* (*f*), *Jo. Dominico Bertolio* (*g*), *Scip. Maffejo* (*h*), *Chriſt. Cellario* (*i*), *Chriſt. Gottl. Schwarzio* (*k*), *Franciſco Oudendorpio* (*l*), aliiſque demonſtrari poteſt. De illis litteris, quæ inæquali literarum ſcriptura reliquas magnitudine ſuperabant, obſervandum eſt, non caſu fortuito; aut pro artificis arbitrio factum eſſe, ut in lapidibus nonnunquam litteræ certæ reliquis effingerentur longiores; ſed veteres ſine dubio ſuas habuiſſe rationes, cur modo huic, modo illi litteræ inter æquales majorem reliquis adſignarent figuram. Ad litteram I quod ſpectat, obſervo, ſæpe quidem nos cauſſam divinare poſſe, cur illi nonnunquam grandiorem reliquis formam dederint antiqui; nihilominus in lapidibus multa deprehendi exempla, ubi ignorantiam hac in re quivis veritatis amicus libens profitebitur. Tribuerunt Romani huic litteræ ceteris majorem formam:

I. Quando littera geminanda; vel alia littera ſupplenda erat. Ita *in marmoribus Taurinenſibus* (*m*) AETERNI pro AETERNIS: *in Piſaurenſibus* (*n*) ARGENTARI & BOARI pro ARGENTARII & BOARII legimus. Multa quoque apud *Gruterum* exempla hanc ſcribendi rationem comprobant, ubi ANTONI pro ANTONII (*o*), DEICITO & PROICITO pro DEICIITO & PROIICITO (*p*), DIs pro DIIS, COPIs pro COPIIS, FRVMENTARI & OLEARI pro FRVMENTARII & OLEARII, aliaſque quam plurimas voces, ita expreſſas cernimus. Sic quoque apud *Carol. Caſ. Malvaſiam* (*q*) PISSIMO pro PIISSIMO, & *Petr. Marcellin. Corradinum* (*r*) FILI pro FILII ſcriptum eſt. Idem de aliis litteris obſervandum eſt, quas itidem longiores fecerunt veteres, ubi littera vel geminanda, vel alia ſupplenda erat. Hanc in rem apud *Giſb. Cuperum* (*s*) MERCVRo pro MERCVRIO:

(*a*) Cl. II. *Inſcr.* 24. p. 254.
(*b*) *Inſcr. Antiq.* p. 255.
(*c*) *Lib. V. Epigraph.* p. 600.
(*d*) *Monument. Antiq.* p. 187.
(*e*) Pag. CCXXXIV *Inſcript.* 7. adde Jac. Phil. d' Orvillii *Miſc. Obſervat. Critic. Nov. in Auctor. vet. & recentior. Tom. III.* p. 106.
(*f*) *Marmor. Oxonienſ.* p. 93.
(*g*) In *Antichità d' Aquileja profan. e ſacr.* p. 358.
(*h*) *Siglis Græcor. Lapidar.* p. 60.
(*i*) *Orthograph. Latin.* p. 17.
(*k*) *Miſcellan. Polit. Human.* p. 24.
(*l*) *Brev. Monument. a Papenbrockio legator. deſcript.* p. 8. Adde quoque *Marmora Piſaurenſia* p. 9. itemque *ſyllogen Epiſtolar.* Burmanni *Tom. I.* p. 554. & Inſcriptionem Turicenſem, a viro celeberrimo, & in hoc ſtudiorum genere omnium doctiſſimo ac verſatiſſimo, Jo. Caſp. Hagenbuchio, illuſtratam ſingulari commentatione ita inſcripta: ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΛΟΓΙΟΝ *Turicenſe*, Turici, MDCCXLVII. Multa quoque hujus Inſcriptionis exempla ſuppeditantur ab Eduard. Holtheno *var. corrig. & animadvert.* ad *Grut.* pag. CCCXVIII. & ſeq. Vide etiam inſcriptiones exhibitas a Jac. Tollio *fortuit.* pag. 318.
(*m*) Quæ a doctis viris Ricolvio & Rivautella *Auguſtæ Taurin.* MDCCXLIII. edita ſunt, part. I. p. 13.
(*n*) Ab Oliverio Piſauri MDCCXXXVIII. cum erudito commentario editis, p. 44.
(*o*) Pag. XXX. *inſcr. I.*
(*p*) Vide in primis, quæ de his vocibus ex *jacio* compoſitis, earumque ſcribendi ratione præter alios commentatur Gottl. Cortius Diſſ. I. *De Uſu Orthograph. Lat.* p. 21.
(*q*) *Marmor. Felſin.* p. 544.
(*r*) *Vet. Lat. profan. & ſacr.* Tom. IV. p. 65.
(*s*) *Monument. Antiq.* p. 187.

CVRIO : apud *Gruterum* ENDOVELICO pro ENDOVELLICO (*a*) : ESE pro ESSE (*b*) legimus. Idem nonnunquam factum eſt, ubi ultima vocis littera cum prima ſequentis vocabuli in unum contrahebatur. Ita apud *Gruterum* legitur : POMPEIVSTI (*c*) pro POMPEI IVSTI : FONTANVSIBI (*d*) pro FONTANVS SIBI : PRAEFECTIVLIENSIVM (*e*) pro PRAEFECTI IVLIENSIVM : CAELIVSENTINIANVS (*f*) pro CAELIVS SENTINIANVS. In Græcis inſcriptionibus ſimilem ſcribendi modum *Bernardus de Montfaucon* (*g*) obſervavit ; in codicibus vero manu exaratis hoc notarunt *Henr. Noriſius* (*h*) & ante ipſum *Io. Pierius Valerianus* (*i*), qui id ſpeciatim de littera L, in longius ducta, memorat. Cum his ea comparanda ſunt, quæ de antiquiſſima ſcribendi ratione, præter multos alios & nominatim *Jan. Mellerum Palmerium* (*k*), jam laudatus *Henr. Noriſius* (*l*) ex columna Duillii roſtrata perhibet, quando tradit, veteres haud geminaſſe litteras (*m*) ; per id vero ſine dubio factum eſſe videtur, ut, quum fortiorem litteræ ſonum exprimere vellent antiqui, eam haud duplicaverint ; ſed potius ceteris paullo eminentiorem effinxerint. Pluralem numerum his grandioribus litteris nonnunquam indicatum fuiſſe, voces AVG & COS ubivis obviæ, ſatis demonſtrant.

II. Quando littera I longa erat quantitate (*n*) : per Græcorum EI exprimebatur ; aut ejus pronuntiatio ad ſimilitudinem hujus diphtongi EI accedebat, quippe quam in antiquis monimentis (*o*) uſurpatam ; poſtea vero ob debilem litteræ E ſonum abrogatam, ejuſque defectionem per magnum I indicatam eſſe, deprehendimus (*p*). Placent nobis, quæ hac de re *Gerard. Joannes Voſſius* (*q*), vir in hoc litterarum genere acutiſſimus, pronuntiavit : *Latini*, inquit, *figuras litterarum ſuarum accepere a Græcis. Quod ſatis apertum in vocalibus* A, E, I, O. *Ex his* I *duplex occurrit in monimentis antiquis : brevius, ut in* PIVS *: longius, ut in* PISO *&* OCI. *Longiuſculo uſi, quum* I *ſonaret ut* EI ; *vel pro duobus* II *poneretur, velut :* FECIT DE MANIBIS, *id eſt*, MANIBIIS *&* DIS MANIBVS *pro* DIIS. *Brevius in brevibus ſyllabis locum habet, cujus exemplum vidimus in* FECIT MANIBIS *&* MANIBVS. *Interdum etiam invenitur in hujuſmodi* I *longum, quod mirandum non eſt, quando in iiſdem* EI *quoque reperitur, ut in vetuſtis agrariis & judiciariis tabulis apud Fulvium Vrſinum :* SEINE *: &* QVASEI *: tum etiam in iis, quæ erant ancipitis intervalli, ut* SIBEI, VBEI. His deinde non ſolum ſequentes *Auſonii* (*r*) verſus addit :

Quid imperite, P *putas ibi ſcriptum*,
Ubi locari Iota *convenit longum* ;

ſed etiam ad *Plautum* (*s*) provocat, qui itidem his verbis longæ hujus litteræ facit mentionem :

. . . . *neque quicquam melius eſt mihi*,
Ut opinor, *quam ex me ut unam faciat longam* ;

His adjungo aliud haud minus inſigne *Quinctiliani* (*t*) teſtimonium : *atque*, *ut vocales junguntur : aut enim unam longam faciunt*, *ut veteres ſcripſere*, *qui geminatione earum velut apice utebantur* ; *aut duas*. Terentius Scaurus (*u*) idem tradit, ac *ſuper* I *litteram*, inquit, *apex non ponitur : melius enim* I *in longius producetur : cætera vocales*, *quia eodem ordine poſita*, *diverſa ſignificant*, *apice diſtinguuntur*, cum quo effata *Velii Longi*, *Victorini*, *Priſciani*, aliorumque veterum grammaticorum comparanda ſunt a *Claud. Dauſquejo* (*x*) memorata. Quando igitur in voce voca-

(*a*) Pag. LXXXVII. *Inſcr.* 9.
(*b*) Pag. CCXXI. *Inſcr.* 8.
(*c*) Pag. CCCCLV. *Inſcr.* 10.
(*d*) Pag. DCCXXXVII. *Inſcr.* 6.
(*e*) Pag. MXC. *Inſcr.* 11. Adde Almelovennii *adnotation. ad Gruter. Inſcr.* 2. p. XCIX. datam ab Holtheno *var. corrigend. & animadvert. ad Grut.* pag. CCCXX. & Jo. Caſp. Hagenbuchium *Teſſarakoſtolog. Turic.* p. 554. & p. 557. ubi alia ſcriptionis hujus exempla in medium adducit.
(*f*) Vid. Fabrettum *Inſcr.* p. 126. *Inſcr.* 13.
(*g*) *Palæogr. Græc.* p. 169.
(*h*) *Cenotaph. Piſan.* p. 473.
(*i*) Ad *Virgilii Lib. I. Æneid.* v. 69. adde Joſ. Caſtalionem *Lib. II. Obſ. cap.* 9. p. 15.
(*k*) *Spicileg. Tom. IV. Theſ. Critici* Gruteri p. 614.
(*l*) *Tom. III. Oper.* p. 717.
(*m*) Ita dicebant ESE pro *eſſe* : OLE pro *illi* : OLIC pro *illic* : MITITOD pro *mittito*, cet. conferantur : AVSON. POMPA *de Vſu ant. Loquut. Libr.* I. c. 8. p. 19. & Jo. Nic. Funccius *de Pverit. Lat. lingua cap. III.* §. 6. p. 227. *cap. V.* §. 10. p. 319. & 327. & *Comm. ad leg. XII. Tabular.* p. 19.
(*n*) Vide Juſtum Lipſium *de rect. Pronunciat. Lingua Lat. c. VIII.* Tom. I. *operum* p. 21. & inſigne ſcriptionis hujus exemplum apud Gruterum, pag. CCXXXI. & ſeq. Ita etiam veteres adcuſativum pluralem tertiæ declinationis eorum vocabulorum, quorum nominativus & genitivus ſingulari numero ſunt ſimiles, in IS longum, non in ES, qui ſuetus exitus eſt, formaſſe, Priſcianus, & ex hoc Cellarius *Orthograph.* pag. 6. docent. Vnde patet, cur in Inſcriptione, apud Gruterum pag. CLXXXIX. *Inſcript.* 6. legatur : FINIS TERMINOSQVE STATVI IVSSIT. Haud raro quoque utramque vocalem, ut diſcrimen τῆ longi & brevis pateret, conjungebant, & more Græcorum EI diphtongum adlubebant, ut in vocibus CARDEIS, CIVEIS, FORTEIS, GALLEIS. Immo I longum per ordinem antiquo ævo per EI efferebatur, ut multis exemplis CELLARIVS memorato loco probavit.
(*o*) Ita legimus vocabula EIDVS, CAPTEIVEI, GALLEIS, TVRREIS. conſ. Octav. Rubeum *Memor. Breſcian.* p. 241. Claud. Dauſquejum *Orthograph. vol. I.* p. 32. Juſtum Lipſium *libro memorat.* pag. 21. ubi erudite de Græcorum diphtongo EI, a Romanis uſurpata, diſſerit. Addatur viri Celeberrimi Jo. Bapt. Paſſerii *Comm. de Junonali ſacra menſa Herculanenſium*, quæ extat in Tuis, Vir Celeberrime, *Symbolis Litterariis*, *Vol. I.* p. 207.
(*p*) Lege Ger. Jo. Voſſium *de art. Grammat. lib. I. c.* 20. *Tom. II. Operum*, p. 36. Henr. Noriſium *Tom. III. Operum*, pag. 717. Octav. Boldonium *lib. V. Epigraphic.* p. 602.
(*q*) *Loco memorato*.
(*r*) *Epigram*, CXX.
(*s*) *Aulular. act. I. ſcen. I.* v. 38. p. 171. ad hunc locum Juſt. Lipſius *de Recta Pronuntiat. Linguæ Lat. c. VIII. Tom. I. Operum*, p. 21. recte obſervat Litteræ I ſonum triplicem deprehendi. *Primum* eſſe longam, & vere longam, quia non ut ceteræ geminetur, aut apice inſigniatur ; ſed productior fiat & longitudine velut dupla : exempli cauſſa, PISO, VIVVS ; AEDILIS, QVINQVENNALIS : ideo inter omnes litteras hanc proprie *longam* dictam eſſe, id quod Plautus ſciverit & jocum captaverit in perſona Staphylæ : *deinde* ſonum litteræ hujus eſſe tenuem ; ſed acutum, ut in vocibus *igitur*, *inibi*, *via*, *iter* : *denique* ſonum eſſe tenuem quidem ; ſed fuſcum, ſuboſcurum, & inter I & V quaſi medium, ut in vocabulis *vir*, *optimus*. Hæc Voſſius. Quæ Lud. Cael. Rhodiginus, Joſ. Caſtalio, Jan. Gruterus, Jul. Caeſ. Scaliger, Frid. Taubmannus, aliique ad hunc locum adnotarunt, ſilentio tranſmitto. Adde quoque Probi *grammatici Inſtitut. art. cap. de vocal. litter.* fol. LXII. Grammaticorum illuſtrium Jo. Theodor. Bellovaci.
(*t*) *Libr. I. Inſtitut. Orator.* cap. 4.
(*u*) De *Orthogr.* p. 2264. *Collection. Grammaticorum veterum edit.* Eliæ Putſchii.
(*x*) *Orthogr. vol. I.* p. 31.

vocalis longa erat quantitate (*a*) aut ejus pronuntiatio ad ſimilitudinem græcæ diphtongi ει accedebat (*b*), ipſi reliquis litteris longiorem adſignabant figuram.

III. Exiſtimant quoque nonnulli veterum grammaticorum, litteram I, majori præditam forma ad diſtinguendos caſus adhibitam eſſe; *Jul. Caſ. Scaliger* autem (*c*) credit, nonnumquam litteram I in longius ductam eſſe decoris & ornatus gratia. Hæc obſervatio quodammodo probabilitatem habet, nimirum in iis vocibus, ubi tres litteræ I concurrebant. Ita *Priſcianus* (*d*) obſervat, in vocibus, ubi gemino I tertium additum, & exempli cauſſa pro POMPEII, POMPEIII ſcriptum fuerit (*e*), mediam litteram nonnunquam reliquis grandiorem factam fuiſſe; hoc vero veteres ornatus ſolum cauſſa ita feciſſe, non ſine veritatis ſpecie creditur. Idem ſtatuendum eſt de inſcriptione apud *Petrum Gratiolum* (*f*), ubi hæc verba leguntur: SPELAEVM VIIGNIS ABSVMTVM, pro VI IGNIS ASSVMTVM. Præter ejuſmodi exempla, ubi tres litteræ I concurrunt *Scaligeri* regulam haud adplicandam eſſe, cenſeo. Videmus enim in inſcriptionibus, nullum litterarum longiuſcularum ordinem ſervatum; nec litteris ſingulis pro earum ſitu majorem granditatem datam eſſe; quod tamen ſine dubio Romani feciſſent, ubi litteras ornatus ſolum cauſa reliquis eminentiores formare voluiſſent.

Hæc licet ita ſint; nihilominus totam rem iis, quæ obſervavi, confici haud poſſe, ſatis conſtat. Multa enim in priſcis lapidibus ſeſe offerunt exempla, ubi ſcriptionis hujus, qua inæquali litterarum ductu paſſim I reliquis majorem habet formam, nulla prorſus oſtendi poteſt cauſſa; niſi ad imperitiam atque ignorantiam eorum, qui litteras lapidibus incidere ſolebant, confugere velimus. Multa enim ſervata nobis ſunt marmora, ubi in nonnullis vocibus ac ſyllabis I majus uſurpatum eſt; quum tamen id eodem jure & in aliis vocibus & ſyllabis ejuſdem poteſtatis adhiberi debuiſſet. Videmus porro, vocalem I nonnunquam promiſcue in ſyllabis tam longis; quam brevibus majorem habere figuram, (*g*) & veterum ſcribendi rationem hac ex parte ſibi diſſimilem fuiſſe, ita ut iſta, quoad uſum litterarum harum longiuſcularum ſpectamus, ad certas regulas revocari haud poſſit. Inconſtantiam veterum hac in re ipſa exempla ſatis ſuperque comprobant. Ita non ſolum DIIS, & DIS; ſed etiam DIIS, DIS & DIIS: (*h*) PIISSIMVS: PIISSIMVS (*i*): PIISSIMVS & PIISMVS (*k*) DIEBVS & DIEBVS cet. ſcripſerunt, cujus rei quam plurima, ubi neceſſarium foret, ſuppeditare poſſem exempla (*l*). Nonnunquam quidem cauſſa divinari poteſt, cur voces eaſdem diverſa ratione ſcripſerint; ſed id de omnibus in univerſum adfirmari haud poteſt (*m*). Placent nobis quodammodo, quæ de toto hoc, litteram I in longius producendi, modo judicavit *Octavius Boldonius*: (*n*) *quando*, inquit, *aut quamobrem hoc ſervetur, adhuc eſt incompertum. Siquidem illorum exiſtit futilis opinio, quod I cadatur procerius, quum eſt longa vocalis quantitate: quando etſi in Piſanis illis facile id obſervetur, in aliis nihilominus apud Gruterum, qui tranſmiſſa per amicos exempla pleraque certe integra fide, incorruptaque ſancte retulit, quum aliter obſervemus, in contrariam ſuperiori ſententiam ire cogimur.* Recte judicat *Boldonius*, cauſſas hujus ſcriptionis, & quando litteram I in longius duxerint veteres, adhuc eſſe incognitas, quando id non in univerſum de omnibus, quæ occurrunt, exemplis intelligit; ſed in eo errat, quod eorum ſententiam futilem eſſe, cenſeat, qui exiſtimant, veteres, quoad uſum longiuſculæ hujus litteræ ſpectamus, quantitatis rationem habuiſſe. Exempla enim, quæ in contrariam adferuntur ſententiam, hac in re nihil probant, quum uſus litterarum & ſcribendi modus cum tempore mutatur; & ſatis cognitum eſt, opifices, qui lapidibus litteras inciderunt, ſæpe numero ab artis, elegantiæque regulis aberraſſe. Semper monimenta, publica auctoritate poſita, & ſumma cum diligentia & facta & ſcripta, a privatis diſtinguenda ſunt. Hæc non tantam, quantam illa, fidem & auctoritatem ſibi conciliant.

Ut in noſtro marmore in voce NERONI littera I ſic in ſequenti vocabulo FONT. littera T majorem ſibi præ reliquis vindicat figuram. Mirandum ſane eſt, tot viros, qui in illuſtrandis priſcis monimentis operam ſuam poſuerunt, quæſtionem hanc de longiori T inæquali litterarum ductu ſilentio præteriiſſe. Optaſſem, ut cel. *Hagenbu-*

(*a*) Præter alia illuſtre rei hujus exemplum habemus in inſcriptione, quam Joſephus Menilli commentationi ſuæ præmiſit, qua Curtii Sabini hiſtoriam ex antiquo opere cælato marmoreo, quod ipſe Romæ vidi, illuſtravit. Romæ MDCCXLIV. Eamdem Inſcriptionem Laur. Begerus *Spicileg. Antiquit.* pag. 104. Gruterus pag. CCCCXLI. *Inſcr. I.* Muratorius pag. MMXXIV. & Hagenbuchius de *dypticho Brixian.* p. CLXXIII. exhibent.

(*b*) Hanc in rem IDVS pro EIDVS ſcripſerunt, cujus ſcriptionis exempla, quum ubivis obvia ſunt, hic adducere ſupervacuum foret.

(*c*) De *cauſſis Linguæ Lat. cap. XL.*

(*d*) *Libr. I. de octo partib. Orat.* p. 5. edit. Aldin.

(*e*) Nonnunquam in antiquis lapidibus I littera producenda non majorem accipit figuram; ſed duplicatur. Conf. Inſcript. apud Octav. Boldonium *Lib. V. Epigraphic.* p. 602. & Dauſquejum *Orthograph. vol. I.* p. 31.

(*f*) De *Præclar. Mediolanenſ. ædificiis cap. VI.* p. 77. ubi inprimis verba Catelliani Cottæ, quæ auctor ex manuſcripto ejus libro adfert, digna ſunt, quæ legantur.

(*g*) Conf. Gruterum, p. CCXXX. ubi fragmentum Ancyræ, a Juſt. Lipſio notis illuſtratum exhibetur: Octav. Rubeum *Monum. Brix. Tom. I. Theſ. Ital.* Grævii & in primis Octav. Boldonium *libr. V. Epigraph.* p. 602.

(*h*) Vid. Octav. Boldonium *Lib. V. Epigraph.* p. 601. & Gruterum, qui ubivis fere ejuſmodi adfert exempla, ex quibus probari poteſt, veterum orthographiam hac ex parte inconſtantem fuiſſe. Huic adde Marangonium *Act. Victorini*, pag. 166. Carol. Cæſ. Malvaſiam *Marmor. Felſin.* pag. 305. & 527. ac Franc. Oudendorpium *Deſcript. Monumentor. a Papenbrockio legator.* p. 28.

(*i*) Hæc ſcribendi ratio omnium eſt frequentiſſima. Inter alios lapides, quos ex Italia mecum tuli, legitur quoque in altero eorum: D. M. L. ARR. MOSCHO V. A. XIX. D. V. ATTALVS ET HELENE PARENTES FILIO PIISSIMO ET SIBI FECERVNT.

(*k*) Vid. Octav. Boldonium *loco excitato*.

(*l*) Conf. Franc. Oudendorpium *loc. memorat.* p. 28. 34. & 45. Jo. Marangonium in *Memorie dell' Anfiteatro Flavio volgarmente detto il Coloſſeo*, p. 76. Oct. Rubeum *Monum. Brixian. Tom. I. Theſ. Italiæ* Grævii, p. 191. alioſque plures.

(*m*) Ita cauſſa; cur mox DIS: mox DIIS ſcripſerint veteres, oſtendi poteſt, ubi dicitur, eos in voce DIIS ſolum quantitatem ultimæ ſyllabæ expreſſiſſe; quum vero DIS ſcripſerint, indicare voluiſſe, litteram I non ſolum geminandam, ſed etiam producendam eſſe.

(*n*) *Lib. V. Epigraphic.* p. 601.

genbuchius (*a*), quum de voce COMPITALARVM apud *Gruterum* (*b*) ſcribit : It T, *eminentioris licet formæ, nihil ſingulare ibi habet; niſi formam ipſam*, ſententiam ſuam de hoc lapidariæ ſcriptionis momento addidiſſet. Ad me quod adtinet, perſuaſus ſum, antiquos, adcuratæ orthographiæ ſtudioſos, ſine omni dubio rationes præ ſe habuiſſe, cur iſti nonnunquam majorem; quam reliquis litteris adſignarent formam, poſteros vero eorum negligentiores hac in re exſtitiſſe, quumque diſcrimen hoc, quod majores inter litteram T parvam & magnam eſſe, voluerunt, haud intelligerent, promiſcue in inſcriptionibus modo hanc, modo illam litteræ hujus formam adhibuiſſe. Illud ex eo patet, quod mox his, mox illis litteris in æquali ſcriptura major figura, ac forma minime data ſit; ſed præcipue litteris F inprimis, ubi pro PH adhibita eſt : I, L, P, Q, R, S, T & Y (*c*); hoc vero ex eo cognoſcitur, quod una vox in diverſis inſcriptionibus, immo ſæpe in eodem marmore, diverſo modo ſcripta deprehendatur, ita ut iſta promiſcue, mox cum magno, mox cum parvo T compareat. Ad hæc accedit, nonnunquam litteram T in uno eodemque lapide, quoties in illo occurrat, ſibi præ ceteris litteris majorem vindicare formam; aut eam ita adhibitam eſſe, ut in eodem haud immerito apud alias ſyllabas ac voces ejuſdem poteſtatis ac conditionis fieri potuiſſet (*d*), id quod multis ex *Grutero* comprobari poteſt teſtimoniis. Sic in inſcriptione apud *Carol. Cæſ. Malvaſiam* (*e*) hæc verba leguntur : PONTIFICIS MAXIMI TR. POT. Nonne vero eodem jure etiam littera T in voce PONT. in longius duci potuiſſet, quemadmodum id in noſtro lapide factum eſt? In eadem Malvaſiana inſcriptionum collectione (*f*) duo ſibi ex omni parte fere ſimilia marmora, ab uno, ut *Malvaſia* judicat, artifice fabricata, occurrunt, quæ, ubi inter ſe comparantur, luce clarius conſtabit, litteram T majuſculam ſæpe ad eorum arbitrium, qui in lapides litteras incidebant, uſurpatam eſſe. Ita quoque in una inſcriptione, quæ in *marmoribus Piſaurenſibus* (*g*), ab *Oliverio* editis, exſtat, nomen SEXTIVS tribus repetitis vicibus legitur, ita ut bis cum magno; ſemel cum parvo T ſcriptum ſit. Simile exemplum in iiſdem marmoribus (*h*) deprehenditur, ubi in altera inſcriptione verba : ET CONSERVATORI occurrunt, quæ in altera, juxta illam poſita, ita ſcripta ſunt : ET CONSERVATORI. Videatur modo inſcriptio Piſana ſatis longa & ab *Octav. Boldonio* (*i*) exhibita, in qua omnes litteræ I in ſingulis vocibus æqualem cum ceteris habent magnitudinem, ſi unicum vocabulum POST exceperis. At quis nobis dicat, cur non in aliis vocibus magnum T adhibitum ſit, ubi id eodem jure fieri debuiſſet (*k*)? Haud abs re erit, quæ memoratus *Octav. Boldonius* (*l*) hac de re pronuntiavit, hic tranſcribere : *quæ quidem omnia bene perpenſa, quidni ambiguam reddant hujuſce litteræ coloſſicæ rationem? Præſertim, quum etiam conſonans* T *ſuſtolli eodem modo cernatur alias, ubi ſyllaba truncata intelligitur eſſe quantitate longa, ut apud Gruterum, pag.* CCCCXXV. *num. 6. in voce* PRAEFECT. pro PRAEFECTO : *alias, ubi expreſſe corripitur, ut ibidem num.* 5. VIXIT ANNIS *cet. Quin etiam conſonans* L *ſimiliter ut pag.* CCCXLI. *num.* 7. *in* EPVLVM, & F *pag.* CCLIII. *num.* 2. *in voce* PRAEFECTI *&* AFRICAE *& alibi*. Ex his ejus verbis luculenter patet, nihil certi hac in re definiri, totamque hanc, quoad litteras has majuſculas in æquali alias litterarum ducta ſpectamus, ſcribendi rationem, ad certas regulas revocari haud poſſe (*m*). Longa vocalis I in voce NERONI ſine dubio ſyllabæ quantitatem indicat; cur vero in voce PONT. majus T adhibitum; in vocibus contra LATRONIB. & SVPERSTITION. hoc neglectum ſit, de eo malo ignorantiam profiteri; quam vanis conjecturis tempus abſumere.

Satis jam dixiſſe mihi videor de literis longis I & T in vocibus NERONI & PONT. obviis. Accedo ad diphtongum AI, quam Græcorum more in voce GAIS uſurpatam eſſe, cernimus. De hac obſervandum eſt, eam, ut alias Græcorum diphtongos, antiquis Romanorum temporibus in nummis pariter ac lapidibus frequenter adhibitam eſſe (*n*), etiam poſt introductum Romanæ diphtongi uſum, ut multa teſtantur in inſcriptionibus exempla. Acceperant eam Romani a Græcis, id quod uti per ſe manifeſtum eſt, ac ſatis conſtat, diphtongi AI uſum apud Romanos floruiſſe, antea, quam ipſis AE diphtongus, quæ

in

(*a*) *Teſſarakoſtolog. Turic.* p. 553.
(*b*) Pag. CLXXIX. *Inſcript.* 3.
(*c*) Ita quoque A litteram, in longius ductum, videbis in Monumento Muſei Papenbrockiani, quod Lugduni Batavorum eſt, illuſtratum una cum aliis inſcriptionibus Tom. I. *Miſcellan. Obſervation. Criticar. Nov. in auct. vet. & recent.* pag. 101.
(*d*) Vid. Gruterum p. CCXXVII. *Inſcript.* 4. & inprimis pag. CLXXVII. *Inſcr.* 7. Idem etiam de littera L obſervandum eſt. Vide Smetium p. CLVI. *Inſcr.* 18. & Eduard. Holtheuium *Varior. corrigend. & animadvert. ad Gruter.* p. CCCXXI.
(*e*) *Marmorib. Felſin.* p. 136. Adde Joann. Dominic. Bertolium *Antichità d' Aquileja* pag. 166. Jan. Gruterum p. CCXXVIII. *Inſcript.* 6. & Laur. Begerum *Spicil. Antiquit.* pag. 112. & 113.
(*f*) Pag. 160. & 162. & Thom. Temanzam in *Raccolta di antiche inſcrizioni, che ſi ritrovano nella Città di Rimino*, addita ejus libro inſcripto : *Delle Antichità di Rimino*, *Venez.* MDCCXLI.
(*g*) Pag. 47. *Inſcr.* 104.
(*h*) Pag. X. *Inſcr.* 23. & 24.
(*i*) *Epigraphic.* lib. II. p. 58.
(*k*) Vid. quoque Gruterum *Inſcr.* p. CXCIX. *Inſcr.* 1.
(*l*) *Libr. memorato*, p. 602.

(*m*) Sæpe quoque litteram T eam ob cauſſam in longius duxerunt veteres, ut linea tranſverſa reliquis quaſi imponeretur, ac per id ſpatii anguſtiæ conſuleretur, quod ut in lapidibus haud raro; ita quoque in Brixiano diptycho Boethii Conſulis obſervabis, quod auſpiciis, juſſu & ſumptibus Eminentiſſimi Angeli Mariæ Cardinalis Quirini a Jo. Caſp. Hagenbuchio Commentario illuſtratum, Turici hoc ipſo anno editum eſt. Præterea ſæpe in lapidibus altera littera alteram magnitudine ſuperat, quoniam ſculptor æqualem earum ductum vel ob artis imperitiam; vel ob feſtinationem haud obſervavit, id quod luce clarius ex nonnullis lapidibus, quos Romæ collegi, cognoſcere potui.
(*n*) Lege Gellium *lib. 13. noct. Attic. cap.* 24. p. 498. Omnibus cognitum eſt, alium antiquiſſimo ævo litterarum tam conſonantium, quam vocalium fuiſſe uſum, & ſcribendi rationem, horum temporum propriam, ab ea, quæ primorum Romanorum tempore uſitata fuit, multum diſtare. Quo cultior in dies reddebatur lingua latina, eo magis quoque a græciſmis orthographicis purgabatur. Id luculenter quilibet videbit, quicunque columnam Duillii roſtratam cum inſcriptionibus de re agraria, de judiciis; aut finibus regundis, hiſque cum monimentis, Imperatorum Romanorum tempore poſitis, conferre velit.

in illius locum poſtea ſuccedebat, cognita erat; ita cognatio quoque litterarum E & I (*a*) haud parum ad id contribuebat, ut Romani etiam iis temporibus, quibus lingua eorum ad altiſſimum fere elegantiæ & nitoris faſtigium adſcenderat, & omnes græciſmi orthographici proſcripti erant, haud penitus a græcæ hujus diphtongi uſu abſtinerent. His deinde alii accedebant, qui antiquæ ortographiæ, ſpreta elegantiore, favebant; aut litterarum plane imperiti erant, ita ut imperatorum quoque Romanorum ævo Græca hæc diphtongus ex Romanorum lapidibus haud penitus exterminata fuerit, in iis præcipue ſaxis, quæ a privatis poſita fuerant, & in quibus ſermonis caſtitas & adcurata ſcribendi ratio non ita obſervari ſolebat (*b*); ac in monimentis publicis, quæ ut in omnibus, ita etiam hac in re majorem ſibi vindicant fidem & auctoritatem. Anno poſt conditam urbem CCLXXI. diphtongum AE apud Romanos nondum cognitam; ſed ejus loco Græcam AI adhuc uſurpatam fuiſſe, *Henr. Noriſius* (*c*) & ex eo *Jo. Dominic. Bertolius* (*d*) obſervant. Multa habemus apud veteres, grammaticos inprimis, de diphtongi hujus uſu teſtimonia, ut *Quinctiliani* (*e*), *Terentiani Mauri* (*f*), *Velii Longi* (*g*), *Terentii Scauri* (*h*), *Marii Victorini* (*i*), *Feſti* (*k*), aliorumque, quibus multa ex antiquis marmoribus exempla, a *Grutero*, *Reineſio*, *Fabretto*, *Sponio*, aliiſque relata, ut AGRIPPINAI, AIDILIS, ANTONIAI, AVGVSTAI, BONAI DEAI, COLONIAI, DIANAI, PATRIAI, MEDICAI, QVAISTORES & præ ceteris ex *Scaligero* (*l*) magna exemplorum copia addi poſſent; niſi res eſſet omnibus notiſſima. Satis quoque conſtat, antiquo ævo pro E geminum II adhibitum ac SIIX, VALIIRIANA, SIIVIIRI, BIINIIMIIRIINTI pro *Sex*, *Valeriana*, *Severi*, *Benemerenti* ſcriptum eſſe (*m*). Proinde idem in diphtongo AE videmus, cujus loco nonnunquam AII exſtat, ut in vocibus AVRELIAII, GALLAII PATRONAII cet.

Noſtram inſcriptionem, in qua græcam diphtongum AI cernimus, ad Neronis Imperatoris ætatem referendam eſſe, res ipſa declarat. Miratur *Chriſtoph. Cellarius* (*n*), in monimentis, Claudii ævo poſitis, hanc ſcribendi rationem adhuc uſu receptam fuiſſe, & raro ejuſmodi ἀρχαιότητα in hujus ævi ſaxis occurrere, recte perhibet, ac per id inſcriptionem quandam Claudii (*o*), ubi hæc diphtongus comparet, ad rariores referendam eſſe, putat; plures tamen hujus ſortis lapides adferre potuiſſet vir doctiſſimus, a *Grutero* nobis ſuppeditatos. Sunt quoque, qui diphtongum hanc græcam in inſcriptionibus Claudii frequentius; quam in aliis antiquioribus lapidibus adhibitam eſſe, ſibi perſuadent; & quoniam exiſtimant, pertinere iſtam ad illas tres litteras, quas imperator Claudius in uſum adduxiſſe fertur, ſimul ex eo cauſſam oſtendi poſſe, arbitrantur, quare illa in inſcriptionibus, Neroni dicatis, paſſim compareat. Dicunt nimirum, eos, qui literas lapidibus inſcripſerint, poſt Claudii mortem non ſtatim a nova hac ſcribendi conſuetudine, quibus aſſuefacti ſub hoc imperatore fuiſſent, ad priſtinam revocari potuiſſe. Sententia hæc ingenium quidem prodit; ſed omni probabilitatis ſpecie deſtituta eſt. Exploratum habemus, Claudium Romanorum litteris tres novas addidiſſe, id quod ex *Suetonio* (*p*) & *Tacito* (*q*) luculenter patet. Scimus porro, earum alteram digamma Aeolicum; (*r*) alteram vero PS hac figura: Ͻϲ ſcriptum (*s*) fuiſſe; ſed, quæ tertia littera, a Claudio in uſum recepta, fuerit, de eo magna eruditorum eſt diſſenſio. Qui hac in re pro diphtongo AI pugnant, non majori probabilitatis ſpecie ſeſe commendant, quam illi, qui modo litteram R leniori ſono præditam; modo alias litteras, ut L, X, PH. Ψ,

(*a*) Litteræ cognatæ ſæpiſſime inter ſe permutatæ ſunt, ad quarum claſſem non ſolum B & V, C & G, C & T, C & K, F & PH; ſed etiam præ ceteris E & I ac eamdem ob cauſſam diphtongos AE & AI referre debemus: conf. Marc. Anton. Muretum *Lib. VI. Variar. Lect.* cap. IV. *Tom. II. Theſ. Crit.* Gruteri p. 078. Juſt. Lipſium *Antiq. Lection. Tom. II. operum*. p. 327. Joſ. Juſt. Scaligerum *Indic.* Gruter. *cap. XIX.* pag. 83. interpretes Quinctiliani p. 80. ed. Burmanni: Ger. Jo. Voſſium *de art. Grammat. Tom. II. operum* p. 35. & ſeq. Claud. Dauſqueium *Orthograph. vol. I. ſect.* 3. p. 33. & ſeq. p. 49. & ſeq. Ald. Manutium *Orthograph.* p. 610. Thom. Reineſium *inſcript. Claſſ. I.* p. 100. Bernard. de Montfaucon *Palaeograph. Grae.* p. 169. Henr. Noriſium *Cenotaph. Piſan. diſſ. IV. cap.* 4. & ſeq. p. 735. Chriſt. Sigiſm. Liebium *Gotha Nummar.* p. 455. & 265. Ezech. Spanhemium *de Uſu & Praeſtant. Numiſmat. vol. I.* p. 115. Gottl. Cortium *Diſſ. I. de Vſu Orthograph. Latin.* p. 16. Jo. Nicol. Funccium *leg. XII. Tabular.* p. 21. ac de litteris B & V præ ceteris cel. Jo. Caſp. Hagenbuchium *epiſt. Epigraphic. de diptycho Brixian.* pag. xx. xxi.

(*b*) Varia tamen publica auctoritate conſtituta & imperatorum Romanorum tempore facta marmora eximenda ſunt, ut in quibus antiqua orthographia politiori antelata eſt. In privatis ſaxis hoc non mirari debemus, quum qui iis inſcribebant, eſſent homines indocti, accuratæ orthographiæ plane ignari, qui præter hæc inconſtantiæ ac negligentiæ ubivis fere manifeſta edebant ſpecimina. Patet id ex variis inſcriptionibus apud Gruterum p. CCXXXVI. *inſcr.* 9. Raph. Fabrettum *inſcr.* p. 336. Octav. Boldonium *Lib. IV. Epigraph.* p. 459. Octav. Rubeum *monum. Brixian. tom.* 1. *Theſ. Ital. Gravii*, p. 155. Phil. a Turre *monument. vet. Antii*, p. 395. Jo. Dominic. Bertolium in *Antichità d' Aquileja*, p. 196. ubi promiſcue in uno, eodemque lapide diphtongus tam latina AE; quam græca AI adhibita eſt.

(*c*) *Cenotaph. Piſan. diſſ. II. cap.* 4. p. 384.

(*d*) *Antichità d' Aquileja* p. 196. Adde Joſ. Mariam Bellinum in Epiſtola apud Carolum Cæſ. Malvaſiam *Marm. Felſin.* p. 449.

(*e*) *Lib. I. inſtitut. Orat. cap.* VII. p. 80. ed. Burmanni: Adde Claud. Dauſqueium *Orthogr. Vol. I.* ſect. 5. p. 49.

(*f*) De *Syllab.* p. 1392. collectionis Putſchianæ.

(*g*) De *Orthograph.* p. 2222. ejuſd. collectionis.

(*h*) De *Orthograph.* ibid. p. 2254. adde ad hunc locum Ger. Jo. Voſſium *de Art. Grammat. lib. II. cap.* 4. *Tom. II. operum* p. 59.

(*i*) De *Orthograph.* p. 2460. memoratæ edit. Putſchii.

(*k*) De *Verbor. ſignificat.* p. 246. *Auctor. latin. linguæ* Gothofredi: adde Claud. Dauſqueium *Orthograph. Vol. I. ſect.* 5. p. 49. & ex vetuſtioribus, præter recitatos, Priſcianum *lib. I.* pag. 562. collectionis Putſchianæ.

(*l*) *Indic. Gruter.* cap. XIX. p. 84.

(*m*) Vide Scaligerum *loco excitato*: Claud. Dauſqueium *Orthogr. Vol. I.* p. 32. Juſtum Lipſium *de recta pronunciat. Linguæ Latin. cap. VIII. Tom. I. Oper.* p. 19. Jo. Dominic. Bertolium in *Antichità d' Aquileja Profane e Sacre*, p. 337. & Phil. a Turre *Monum. vet. Antii*, p. 396.

(*n*) *Orthograph. Lat.* p. 14.

(*o*) *Vid.* Gruterum p. CXCIV.

(*p*) *Vit. Claud cap. XLI.* §. 1. p. 517.

(*q*) *Libr. XI. Annal. cap.* 13. p. 159.

(*r*) Sive duplex Γ alterum alteri ſuperpoſitum, ab Æolibus deſumtum, & ut V pronuntiatum. Occurrit hæc littera in Inſcriptionibus, Claudii ævo factis, exempli cauſſa in vocibus AMPLIAℲIT, TERMINAℲIT, CLIℲIVS, DIℲVS VIℲVS DIℲI, OCTAℲIA VIIℲIR cet. Adde Quinctilianum *Lib. I. Inſtit. Orat. cap.* 4. *lib. XII. cap.* 10. ex recentioribus: Juſtum Lipſium *not. ad Taciti lib. XI. Annal. cap. XIV.* p. 149. Gerard. Jo. Voſſium *Tom. II. Operum*, p. 33. Angel. Roccham *Biblioth. Vatican.* p. 141. qui columnam paraſtaticam refert, qua Imperator laurea ornatus, & librum, quem videlicet de tribus his litteris conſcripſit, manu tenens, tamquam trium harum litterarum inventor exhibetur. Supra caput Imperatoris cernitur digamma Aeolicum.

(*s*) Vid. Priſcianum *de octo partib. Orat. fol. X.* edit. Aldin.

Ψ, Θ, Ʃ fuiſſe autumant, quas Claudius civitate donaverit (*a*). Veteres ſcriptores hac de re ſilent, ideoque nihil certi hac in re definiri (*b*); multo minus ex re dubia quid ſolide probari poteſt. Diphtongum AI in illis litteris fuiſſe, quas Claudius in uſum adduxerit ipſe, haud credo. *Suetonius* & *Tacitus* confirmant, litteras has Claudianas fuiſſe *novas*, formamque earum *novam* extitiſſe. Quomodo vero id de diphtongo AI adfirmari poteſt, quæ priorum Romanorum imperatorum temporibus ſatis uſitata fuit? Libens concedo, in inſcriptionibus Claudii & Neronis (*c*) diphtongum AI nonnunquam adhibitam eſſe, etiam in illis lapidibus, ubi Claudii digamma Aeolicum deprehenditur (*d*); ſed quid quæſo ex eo conficitur, quum illa quoque diphtongus in Auguſti, Tiberii, aliorumque imperatorum marmoribus compareat? Præter hæc diphtongus AE in inſcriptionibus Claudii & Neronis frequentior eſt græca diphtongo AI, ut ex *Grutero* luculenter conſtat, ubi, quoad ego quidem ſcio, tria modo marmora, Claudii nomine inſignita, occurrunt, in quibus peregrina hæc diphtongus cernitur (*e*). Atque in his unicum tantum publici monimenti meretur nomen. Reliqua a privatis poſita, ac per conſequens plurimam partem ab indoctis & adcuratæ orthographiæ ignaris artificibus fabricata, non admodum multam fidem ſibi conciliant.

Reſtant adhuc alia, quæ ad ipſum Imperatoris nomen pertinent, & paullo majoris momenti eſſe, videntur. Ea pari modo, quantum fieri poterit, explicabo & illuſtrabo. In noſtro lapide Nero ſimpliciter, NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS vocatur. Quemadmodum autem Imperatores in inſcriptionibus ſplendida majorum ſuorum, a quibus originem ducebant, nomina ſuo nomini plurimam partem addere: de iis gloriari, atque in iſtis haud exiguam gloriæ, majeſtatiſque ſuæ partem ponere ſolebant; id quod ex multis apud *Gruterum*, *Reineſium*, *Sponium*, *Fabrettum*, *Bertolium*, *Muratorium* cet. exemplis ac teſtimoniis luculenter conſtat; ita quoque ad poſteros delata ſunt marmora, in quibus, ut mos fuit Imperatoribus, majorum Neronis, in quorum familiam per adoptionem deſcenderat, facta eſt mentio (*f*). In nummis (*g*) pariter ac inſcriptionibus (*h*) ſæpe quoque GERMANICVS vocatur, quod nomen etiam aliis Imperatoribus haud inſolens eſt, id quod, præter Neronem Claudium Druſum, de M. Aurelio Antonino *Dio Caſſius* (*i*) & de Caracalla *Spartianus* (*k*) confirmant, ad quorum numerum Domitianus quoque & Trajanus referendi ſunt (*l*): conferas præter alios, *Sertorium Urſatum* (*m*) & *Carol. Cæſarem Malvaſiam* (*n*).

Quum in noſtro pariter ac aliis ſaxis hic Imperator nomine gentis CLAVDIVS vocatur; qui tamen ex gente Domitia, cujus duo clariſſimæ exſtiterunt familiæ, Calvinorum & Ahenobarborum (*o*), ortum ſuum habuit, ſatis ex eo patet, cauſſam mutati nominis gentilitii ſine dubio in adoptione quærendam eſſe, quum adoptati non ſolum in adoptantis poteſtatem & ſacra; ſed etiam nomen tranſirent. Pater ejus Cn. Domitius Ahenobarbus (*p*), L. Domitii Ahenobarbi (*q*) ex Antonia majore filius; mater vero Agrippina, Germanici filia (*r*) exſtitit. Hac ratione nomen Imperatoris a familia, in qua natus erat, L. Domitius Ahenobarbus fuit, quemadmodum etiam ante adoptionem vocatus eſt, ut ex *Tacito* (*s*) liquet, qui eum Domitium diſerte vocat. Depoſuit vero hoc nomen, cujus rei cauſſam *Suetonius* (*t*) nobis his verbis aperit: *ejuſdem futuræ infelicitatis ſignum evidens die luſtrico*, qui nativitatis ejus nonus erat, & quo infantibus nomen dabatur, *exſtitit. Nam C. Cæſar, rogante Sorore;* ſive Agrippina, infantis matre, *ut infanti, quod vellet nomen*, prænomen ſcilicet, *daret*, & in quibus dandis veteres ſæpe admo-

(*a*) Vid. Ger. Jo. Voſſium *de Art. Grammat. lib. I. c.* 24. p. 33. & inprimis Angel. Roccham *Biblioth. Vatican.* p. 143.
(*b*) Id libere confitentur Herm. Hugo *de prima ſcrib. origine* p. 34. Ed. Trotzii, & Ger. Jo. Voſſius *loco excitato*.
(*c*) Vid. Fabrettum *column. Trajan. cap.* VII. p. 183.
(*d*) Conf. præter Goltzium *theſ. rei Antiquariæ*: Pighium *Annal.* p. 581. Sam. Pitiſcum *not. ad Sueton. vit. Claud. cap.* XLI. Angel. Roccham *Biblioth. Vatican.* p. 141. Thomam Reineſium *Claſſ. III. inſcript.* 80. pag. 332. & Jo. Marangonium *Appendice ad acta Victorini*, p. 159.
(*e*) Conf. Gruterum p. CLXXVI. *Inſcr.* 1. p. CXCVI. & pag. CCXXXV. *Inſcr.* 8. adde Pighium & Pitiſcum *locis excitat.* ac Claud. Dauſquejum *Orthograph. Vol. I.* p. 50. In nummo Claudii diphtongus hæc reperitur apud Claud. Gallandum *epiſt. ad Morell. de nummis conſular.* p. 75. De diphtongo hac AI, num a Claudio in uſum recepta ſit; nec ne, diſputant Juſt. Lipſius *not. ad Tacit.* p. 159. Lævin. Torrentius *not. ad Sueton.* p. 517. ed. Grævii: Gerard. Jo. Voſſius *de art. grammat. lib. I. cap. 4. tom. 2. operum* p. 33. Herm. Hugo *de prima ſcrib. orig.* pag. 34. Claud. Salmaſius *exercit. Plin.* p. 575. Angel. Roccha *Biblioth. apoſtol. Vatican.* p. 140. Jul. Cæſ. Scaliger *de cauſſis lat. lingu. cap.* 7. Henric. Norilius *Cenotaph. Piſan. diſſ. IV. cap.* 4. p. 738. Sam. Pitiſcus *not. ad Suetonium*, aliique.
(*f*) Vid. Gruterum p. CXVIII. p. CLIV. *Inſcr.* 1. 2. p. CLXXXIX. *inſcr.* 2. & Muratorium *tom. I.* p. CCCCXLV. *inſcr.* 5. Eamdem hanc Inſcriptionem exhibet *tom. IV.* pag. MVII. *inſcr.* 3.
(*g*) Vid. Pitiſcum *not. ad Sueton.* p. 725.
(*h*) Conf. Gruterum p. CLXXXIX. *inſcr.* 1.
(*i*) *Libr. LXX.* p. 803.
(*k*) Ejus *vit. cap. V.*
(*l*) Vid. Quinctilianum *inſtit. Orator. Lib. X. cap.* I. p. 907. ed. Burmanni.
(*m*) *De not. Rom. tom. XI. theſ. ant. Rom.* Grævii p. 732.
(*n*) *Marmor. Felſin.* p. 114.
(*o*) Vide, quæ ex Streinio, Agoſtino, & Urſato adfert Sam. Pitiſcus *lex. ant. Rom. tom. I.* p. 65.
(*p*) Leg. Senecam *trag. octav.* v. 240. p. 750. ed. Schroederi, ubi pater ejus Domitius *Divus* adpellatur, quod etiam apud privatos ob filiorum erga parentes pietatem factum eſſe, ex nummis probat Ezech. Spanhemius *de uſu & præſtant. Numiſmat. tom. II.* p. 328. De ipſa Neronis adoptione conf. Zachar. Huberum *diſſertat. juridic. & philolog. part. II. diſſ.* 5. quæ *de adoptione Neronis* inſcripta eſt.
(*q*) Conf. Plutarchum *Vit. Antonini*, p. 955. Suetonium *Vit. Neron.* c. V. §. 1. p. 732.
(*r*) Lege Suetonium *loc. excitato*, p. 733. Dionem Caſſium *lib. LXI.* p. 696. Tacitum *lib. XI. Annal. cap.* 75. p. 1.
(*s*) *Lib. XII. Annal.* c. 26. §. 1.
(*t*) *Vit. Neronis* cap. VI. In hoc effato ſermo eſt non de nomine gentilitio, id quod nunquam mutari, aut pro arbitrio infantibus dari ſolebat; ſed de prænomine. Ita vocabulum *nomen*, tam de prænomine, quam cognomine promiſcue uſurpari ſolet, ut ex Tacito libr. XII. Annal. cap. 25. Cicerone pro Muræn. cap. XII. pro Cæcin. cap. I. Martiali libr. II. Epigr. 2. v. 1. aliiſque patet. Hoc contra Robortellum de Cogn. & Adpell. Imper. Tom. I. *Miſcell. erudit. Ital.* Gaud. Rocerti p. 654. & Panvinium de *Nomin. Rom. tom. II. Theſ. Ant. Rom. Grævii*, p. 2035. monendum eſt, qui hoc loco de nomine gentilitio agi, exiſtimant. Conf. Caſtalionem *de Puеror. Pronomin. in Miſcell. erud. Ital. Tom. I.* p. 89. Sigonium cap. XVIII. & XXV. *Emend.* & Torrentium *not. ad Suetonium*, p. 529. ed. Grævii. Veteres ceteroquin in adſignandis ejuſmodi nominibus admodum ſuperſtitioſi erant: vide Scaligerum *not. ad Feſtum voc. Lucrinus:* Lipſium *not. ad Tacit. Libr. IV. hiſt.* p. 526. & Grotium *Proleg. ad Phœniſſ. Euripid.* p. 20.

modum ſuperſtitioſi erant, *intuens Claudium, patruum ſuum, a quo mox principe* NERO ADOPTATVS EST, *ejus*, ſcilicet Claudii, *ſe dixit dare; neque id ipſe ſerio; ſed per jocum, adſpernante Agrippina, quod tum Claudius inter ludibria aulæ erat:* quo loco auctor obſervat, Caii conſilium per jocum; nec ſerio datum, vaticinium, quod eventus ſatis, ſuperque comprobaverit, fuiſſe, quoniam Domitius, per adoptionem poſtea in Claudiam gentem tranſlatus, CLAVDIVS quoque vocatus fuerit. Confirmat hanc adoptionem idem ſcriptor (*a*) & *e generis*, inquit, *Neronem adoptavit*, itemque alio loco (*b*): *adſciturus in nomen familiæ Neronem, quaſi parum reprehenderetur*, quoniam Romani raro, & forſan in republica libera nunquam alios adoptabant, ubi ipſi liberos habebant, ideoque & Tiberius non, niſi coactus, Germanicum adoptavit, (*c*) *quod adulto jam filio privignum adoptaret, identidem;* ſed falſo, *divulgavit, neminem unquam per adoptionem familiæ Claudiæ inſertum*, quamvis id quoque *Tacitus* (*d*) adfirmare videatur. Nam Tiberius Germanicum adoptavit; niſi quod dicere vellemus, Tiberium eo tempore jam e Claudia in Juliam gentem migraſſe. His ex eodem ſcriptore ſequens effatum (*e*) adjungendum eſt: *undecimo;* ſive potius tertio & decimo anno, quum adoptio hæc anno urbis conditæ DCCCII. C. Antiſtio & M. Suillio conſulibus fieret; ipſe vero anno DCCLXXXIX. natus eſſet, *a Claudio adoptatus eſt*, id quod auctoribus Agrippina & Pallante fiebat, ut *Dio Caſſius* (*f*) & *Tacitus* (*g*) confirmant. Hinc quoque idem annalium conditor Imperatorem hunc *inſitum & adoptivum* adpellat, ac de ipſa adoptione, qua lex rogata fuit, *ut Domitius hic in familiam Claudiam & nomen Neronis tranſiret*, varia obſervat (*h*).

Hac adoptione imperator noſter, depoſito priori nomine, *Nero Claudius Cæſar* vocatus eſt. Solebant adoptati variis modis adoptantium nomina adſumere. Nonnulli omnibus adoptantium ſuorum nominibus utebantur; ita tamen, ut ſuum gentilitium nomen plerumque paullo immutatum ſimul retinerent & exempli cauſſa pro *Octavius* Octavianus: pro *Servilius* Servilianus: pro *Aemilius* Aemilianus ſcriberent. Alii non gentilitium ſuum priſtinum nomen; ſed vetus cognomen cum recepto adoptantis ſui nomine conjungebant, inprimis, ſi adoptans nullum geſſerat cognomen. Alii porro prænomen & nomen adoptantis uſurpabant, & gentilitium nomen, aut cognomen mutabant, id quod potiſſimum fiebat, quando integrum adoptantis nomen ipſis imponebatur. Poſt Auguſti tempora, ii, qui adoptabantur, ſæpe integrum quoque adoptantis nomen ferebant, eique ſuum vetus gentilitium nomen, immo nonnunquam & priſtinum cognomen, addere ſolebant (*i*).

Quæ quum ita ſint, facile nominis ratio, quod Nero tulit, conſtat, quum imperatoris, qui eum adoptabat, nomen TIBERIVS CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS eſſet. Gerebat proinde nomen NERONIS, quod antiquum Claudiorum cognomen exſtitit, poſtea, ut ſtatim monſtrabo, in prænomen mutatum. Utebatur nomine gentilitio ejus, qui eum adoptaverat & CLAVDIVS vocabatur: addebat huic glorioſiſſimum CAESARIS cognomen, atque ad hoc non ſolum DRVSI; ſed etiam GERMANICI cognomen adjungebat. DRVSI nomen & a Claudio uſurpatum, antiquo ævo Liviorum proprium exſtitit; poſtea vero id, quum fratres Tiberius & Nero Claudii, Livii filii & Auguſti privigni, in Liviorum gentem recepti fuerant, cum Claudiis etiam, in quorum gente Nero adoptatus tum erat, communicatum, ac eamdem ob cauſſam Neronis quoque nomini additum eſt GERMANICI nomen, aliis etiam imperatoribus haud inſolens, itidem a Claudio imperatore uſurpatum, ac per id ad Neronem quoque tranſlatum fuit (*k*). Integrum igitur L. Domitii Ahenobarbi nomen per adoptionem erat: NERO CLAVDIVS CAESAR DRVSVS GERMANICVS. Hoc conſtat ex nummis ſatis luculenter apud *Franc. Mediobarbum* (*l*) alioſque.

Quamvis vero poſt Auguſti tempora adoptati per ordinem integra adoptantium nomina adſumerent; nunquam tamen, quoad ego quidem ſcio, Nero TIBERII nomen, tanquam Claudii cognomen, geſſit (*m*). Adfirmat id quidem *Zonaras* (*n*); ſed ipſi ſine numiſmatum & inſcriptionum conſenſu, nulla fides eſt danda. Nec in inſcriptionibus DRVSI cognomen Neroni tri-

butum

(*a*) *Vit. Claud. Cap. XXVII.* §. 6.

(*b*) *Vid.* Suetonium *vit. Claud.* cap. XXXIX. Dionem *lib. LV.* p. 557. & Tacitum *lib. I. Annal. cap.* 3. Adde Ciceronem *pro domo cap. XIII.* & ex recentioribus Perizonium *Animadverſ. Hiſt. cap. III.* & Sam. Pitiſcum *not. in Sueton.* p. 724.

(*c*) *Vit. Tiber. cap. XV.*

(*d*) *Annal. lib. XII. cap.* 25.

(*e*) *Vit. Neron. cap. VII.*

(*f*) *Lib. LX.* p. 686.

(*g*) *Lib. XII. Annal. cap.* 25.

(*h*) *Loco memorato*, p. 179.

(*i*) Plura de hoc argumento exhibent Carol. Cæſar Malvaſia *Marmor. Felſin. ſect. VII. c.* 1. p. 392. Ezech. Spanhemius *de Vſu & Præſtant. Numiſm. vol. II.* p. 77. Juſt. Lipſius *de Nom. Rom. Tom. III. oper.* p. 1425. Onuphr. Panvinius *de Nomin. Rom. Tom. II. Theſ. Ant. Rom.* Grævii, Henr. Noriſius *Cenotaph. Piſan. diſſ. II.* p. 84. Raphael Fabrettus *Inſcr. Antiq. c.* 2. p. 22. & ſeq. Henr. Dodwellus *Prælect. Cambden.* p. 551.

(*k*) Vide, præter inſcriptiones a Grutero exhibitas, illas, quæ extant apud Muratorium p. CCXXVII. inſcr. 1. 2. 4. In inſcriptione paginæ hujus ſecunda Nero bis vocatur GERMANICVS, id quod in hoc marmore non mirandum eſt, ubi omnia confuſa, & ſpeciatim nomina Imperatorum fœde perturbata & inter ſe permixta ſunt.

(*l*) Numiſm. Imperat. voce *Nero* pag. 88. vide, quæ ex Goltzio obſervat Tillemontius Hiſt. *des Empereurs* Tom. I. pag. 413. & adde Lud. Ant. Muratorium in *den Geſchichten von Italien* T. I. p. 152. Id tamen obſervari velim quod Nero ſolummodo Druſi nomen geſſiſſe videatur antea quam ſummam Imperii dignitatem obtinuit. Proinde in illis ſolum nummis, in quibus DRVSVS vocatur, CAESARIS, non autem AVGVSTI nomen additum eſſe, videmus, ut præter Mediobarbum, Patinum alioſque ex *Numiſm. Imperat. Rom.* Jac. de Bye, Hemelarii *Commentario illuſtratis* p. 24. & ſeq. conſtat. Probabile igitur eſt, eum, Cæſarem Auguſtum factum, Druſi nomen depoſuiſſe. Præterea Mediobarbus *loc. cit.* nonnullas Inſcriptiones ad Neronem refert, quæ potius ad Fratrem Tiberii, filium natum minorem Liviæ ſpectare videntur.

(*m*) Si unicam exceperis Inſcriptionem apud Murat. CDXLV. 4. In Inſcript. Græc. apud eumdem CCXXVIII. 1. Nero *Julius* vocatur Ο ΔΗΜΟΣ ΝΕΡΩΝΑ ΙΟΥΛΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ cet. Nunquam hoc in aliis invenitur Marmoribus, nec facile id fieri quoque poteſt, quum Nero non in Juliam; ſed in Claudiam gentem per adoptionem tranſiit. Igitur aut is, qui lapidi huic literas incidit, erravit; aut ſaxum forſan literas exeſas habet, ita ut non ΙΟΥΛΙΟΝ, ſed ΚΛΑΥΔΙΟΝ in illo ſcriptum; hoc vero in ΙΟΥΛΙΟΝ inepte mutatum ſit.

(*n*) Pag. 185. *Annal.* adde Tillemontium *libro memorato* p. 413. Jo. Vaſæus *Hiſp. Chronic. Tom. I. Hiſpan. Illuſtr.* p. 636. Neronem itidem *Tiberium* vocat; ſed unde id acceperit, plane neſcio.

butum eſſe memini; GERMANICI contra ea eo ſæpius, ut ſupra obſervavi. Leguntur quidem in nummis & vetuſtis ſaxis nonnunquam verba: NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS (*a*); Sed deſignant iſta, niſi omnes rationes me fallunt, fratrem Tiberii, filium natu minorem Liviæ, Augusti privignum. Præter hæc adoptati quoque, ut modo memoravi, priſtinum ſuum gentilitium nomen una cum antiquo ſuo cognomine novo per adoptionem ipſis dato, nomini addere ſolebant; id vero a Nerone factum eſſe, nullibi legimus; nec ullum hujus nominis, Neroni huic adtributi, veſtigium in nummis adparet, quemadmodum etiam in marmore noſtro ſolum NERO CL. CAESAR vocatur. Non uſus eſt ſuo priſtino & cognomine & gentilitio nomine, contra iſtius ævi morem & conſuetudinem. Recuſabat non ſolum AHENOBARBORVM cognomen, ita ut teſte Suetonio (*b*), Britannicum fratrem, quod is ipſum poſt adoptionem AHENOBARBVM ex conſuetudine ſalutaſſet, ut ſubdititium apud Patrem arguere conaretur, ac maxime doleret (*c*), ſemalum citharœdum ac pro Nerone AHENOBARBVM vocatum eſſe, ſed etiam gentilitium ſuum nomen, id quod haud obſcure ex his ejuſdem Scriptoris verbis (*d*) colligi poſſe exiſtimo: & *nomen quidem gentile, quod ſibi per contumeliam exprobraretur, reſumturum ſe*, ergo poſt adoptionem id non uſurpavit, *profeſſus eſt, depoſito adoptivo*. Recte & erudite igitur Ezech. Spanhemius: (*e*) *adpellatur*, inquit NERONIS *nomine, quod ille a Claudio Imperatore, a quo fuerat adoptatus, acceperat, citra ullam, adoptatorum ceteroquin apud Romanos more, Domitiæ gentis, ex qua ortus erat, ac unde Domitius ante adoptionem, ut de eo Tacitus; aut vero Ahenobarbi, quod parens ejus naturalis tulerat, ac filius averſabatur, cognominis appellationem*. Proinde ſatis cauſſam videmus, quare etiam in noſtro lapide & DOMITII & AHENOBARBI nomen omiſſum ſit. Nihilominus *Plinius* eum DOMITIVM NERONEM vocat, quoniam conſuetudo ita ferebat eo ævo, ut adoptati ad novum adoptantis nomen gentilitium ſuum nomen adjungerent: *in noſtro ævo*, inquit, *circa veneficium, quo Claudius Cæſar imperium reliquit* DOMITIO NERONI (*f*); alio vero loco (*g*): *perfodere navigabili alveo anguſtias tentavere Demetrius Rex, dictator Cæſar, C. princeps*, DOMITIVS NERO; & paullo poſt (*h*): *univerſæ Achajæ libertatem* DOMITIVS NERO *dedit*. NERONIS nomen in his effatis, quamvis id prænomen Domitii fuerit, poſt gentilitium nomen ponitur, id quod in antiquis ſcriptoribus haud raro fieri ſolet, qui prænomina in cognominum; hæc vero in illorum locum transferre ſolent.

In antiquis igitur monimentis Imperatoris nomen aut ita exprimitur: NERO. CLAVDIVS. DIVI. CLAVDII. FILIVS. GERMANIC. CAES. NEPOS. TIBERII. CAESARIS. AVGVSTI. PRONEPOS. DIVI. AVG. ABNEPOS. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS; aut ſimpliciter: NERO CLAVDIVS CAESAR, mox addito: mox omiſſo cognomine GERMANICI, quemadmodum id quoque in noſtro marmore obſervatur. Ac de his tribus nominibus, prænomine, nomine ac cognomine, quatenus illa Imperatori huic tribuuntur, ſpeciatim quædam dicenda ſunt.

Nomen NERONIS *hic prænominis locum obtinet; quod tamen in Claudia gente alias tanquam cognomen uſurpatum fuit. Teſtatur id Suetonius*; (*i*) ac *inter cognomina*, inquit, *& Neronis adſumſit patricia gens Claudia, quo ſignificatur lingua Sabina fortis ac ſtrenuus*, quoniam Græciquorum lingua a Sabina parum diverſa fuit, hominem bonis lacertis νερῶνα vocare ſolebant. Idem etiam comprobant exempla Druſi Neronis, Tiberii filii: Tiberii Claudii Neronis, patris, Neronis Claudii, Druſi in hac gente, aliorumque. Hoc ut recte intelligatur, obſervandum eſt, in diverſis gentibus; immo quoque ſæpe in eadem gente pro diverſa temporis ratione unum nomen ſæpe tam prænominis; quam cognominis vices ſuſtinuiſſe. Teſtatur hoc nomen PAVLLI, quod Lepidorum, Fabiorum & Aemiliorum prænomen; horum vero quoque cognomen exſtitit. Nomina VOLVSI & POTITI in gente Valeria itidem diverſo modo mox ut prænomina, mox ut cognomina uſurpata ſunt. Apud Cornelios nomen COSSI tanquam cognomen uſitatum fuit, quo prænomine Lentuli uſi ſunt. Eadem eſt ratio nominum POSTVMI & PROCVLI, quæ in gentibus Aebutia, Cominia, Servilia, Gegania ac Virginia prænominum; poſtea vero & cognominum locum obtinuerunt, quemadmodum id de gentibus Servilia & Plautia compertum habemus, quarum illa nomine POSTVMI; hæc vero nomine PROCVLI tanquam cognomine uſa eſt. Item de prænominibus AGRIPPA, MAMERCVS, TVLLVS dicendum eſt, quorum hoc in Mæcilia & Volcatia: illud in Pinaria: iſtud in Luria, & Vipſania gente in cognomen mutatum fuit (*k*). Atque ad harum nominum cenſum jure, meritoque

(*a*) Vid. Gruterum p. CCXXXVI. inſcr. 6. & Spanhemium *de Uſu & Praeſtant. Numiſmat. Tom. II. operum* p. 35. Scio varios eruditos hac in re deceptos eſſe, quum ejuſmodi marmora de Nerone Cæſare Auguſto interpretarentur. Impegit quoque Muratorius *Tom. II.* p. MLXXXIX. inſcr. 3.
(*b*) *Vit. Neron. cap. VII.* §. 4.
(*c*) *Ibid. cap. XLI.* §. 2.
(*d*) Cap. eod. §. 3.
(*e*) *Libro indicato*, p. 37.
(*f*) *Libr.* II. *Hiſtor. Natur. cap.* 25. p. 38.
(*g*) *Libr.* IV. *cap.* 5. pag. 292.
(*h*) *Lib.* IV. *cap.* 6. pag. 297.
(*i*) *Vit. Tiberii cap.* I. §. 6. adde Gellium *Libr.* XIII. *Noct. Atticar. cap.* 22. & ex recentioribus Onuphr. Panvinium de *Nom. Rom. Tom.* II. *Theſ. Ant. Rom.* Grævii, p. 1029.
(*k*) Conſ. Ezech. Spanhemium *de uſu & præſtant. Numiſm. vol.* II. pag. 35. Jac. Perizonium *Animadverſ. Hiſt.* p. 111. de cognomine Neronis in prænomen mutato, conſulantur: Onuphr. Panvinius *de Nomin. Rom. Tom. II. Theſ. Ant. Rom. Grævii*, p. 1029. Sertorius Vrſatus *de Not. Rom. Tom. XI.* ejuſd. *theſaur.* p. 872. & Raph. Fabrettus *Inſcr. Antiq.* p. 26. Nec omittendum eſt, in antiquis ſcriptoribus haud raro nomina inter ſe confundi ac nomina gentilitia prænominibus; aut cognomina nominibus gentilitiis anteponi: Ita apud Dionyſium *Halicarnaſſenſem* Πίσων Λεύκιος & Γέλλιος Γναῖος pro L. Piſo & Cn. Gellius occurrunt. Dio Caſſius haud ſemel nomina ejuſmodi contra uſum tranſpoſuit, & *Claudium Appium, Domitium Lucium, Galbam Servium* pro: Appius Claudius, Lucius Domitius, Servius Galba dixit. De hoc argumento Spanhemio *laudato opere* nemo adcuratius ac diligentius diſputavit, qui cognominum, nominum, & prænominum in antiquis ſcriptoribus tranſpoſitionem exemplis Piſonis Calpurnii, Tuberonis Aelii, Varronis, Terentii cet. demonſtravit, in medium adlatis egregiis Latinorum ſcriptorum Velleii, Livii, Taciti, Nepotis teſtimoniis; ubi Catonis Porcii, Lepidi Aelii, Balbi Cornelii, Druſi Livii, Druſi Neronis, Collatini Tarquinii, Capitolini Quinctii, Priſci Helvidii cet. mentio facta eſt. Atque ad ejuſmodi exem-

que NERONIS quoque nomen referri debet. Patet id quoque ex noſtro marmore, cum quo alia omnia conſpirant. His igitur haud refragatur nummus apud PATINVM (*a*), in quo Neronis nomen more antiquo cognominis vices ſuſtinet, & Imperator noſter CLAVDIVS NERO AVGVSTVS vocatur. Nonnunquam enim nomina in ejuſmodi monimentis, præſertim in antiquis ſcriptoribus, tranſpoſita & inter ſe confuſa ſunt.

CLAVDII nomen, in noſtro marmore litteris CL. ſcriptum, fuit gentis proprium, in quam Nero per adoptionem tranſiit. Ipſa Claudia gens origine Sabina, duplex, altera patriciorum, altera plebejorum fuit. Patricii in quatuor ſtirpes, cognominibus Regillenſium, Pulcrorum, Centhonum & NERONVM diſtinctas, diviſi fuere. Uti in utraque gente omni tempore ornatiſſimi ac de republica optime meriti extiterunt viri; ita Actius Clauſus, poſtea Appius Clauſus dictus, genti originem & meritis ſuis in rempublicam egregiis ſplendorem ac dignitatem dedit. Omni tempore gens hæc ampliſſima fuit, ita ut ab Appio Clauſo uſque ad Neronem, ſi Tiberium, Germanicum adoptantem, exceperis, nemo per adoptionem in hanc gentem tranſlatus ſit. Vide de iſta differentes, præter *Rich. Streinium*, *Fulv. Urſinum*, *Anton. Auguſtinum*, *Carol. Patinum*, *Jo. Vaillantium* alioſque familiarum Romanarum ſcriptores: *Onuphr. Panvinium* (*b*), *Carol. Sigonium* (*c*), *Jo. Bapt. Ferretium* (*d*), auctores doctiſſimos *Marmorum Taurinenſium*, *Ricolvium* & *Rivautellam* (*e*), *Ezech. Spanhemium* (*f*), *Sam. Pitiſcum* (*g*), *Joann. Dominic. Bertolium* (*h*) alioſque. Ne mireris quoque nomen hoc Neronis gentilitium binis modo litteris CL. ſcriptum eſſe. Veteres Romanos in nominibus exprimendis haud raro ſcribendi compendiis uſos eſſe, omnes norunt. Factum id eſt non ſolum in prænominibus; ſed gentilitiis quoque nominibus ac cognominibus; in his tamen rarius, quam in reliquis, ne, ſi plura virorum; aut feminarum nomina complecteretur marmor, ea inter ſe confunderentur, & cognomen unius pro prænomine alterius ſequentis putaretur. At, quærere quis poſſet, quam ob cauſſam in Neronis nomine non ejuſmodi ſcribendi compendium, ut in ſequenti CL. adhibitum ſit? Id ex eo factum eſſe credo, quod Imperator NERONIS; non autem Claudii nomine vocatus fuerit, quapropter etiam in omnibus apud *Gruterum* marmoribus, quæ huic imperatori conſecrata ſunt; NERONIS nomen omnibus ac ſingulis expreſſum eſt litteris, quamvis id ad ea nomina referri debeat, quæ pro ſcribentium voluntate, modo integra, modo nonnullis tantum litteris conſignata adparent. Nonnulla enim nomina apud Veteres per ordinem (*i*) unica tantum littera deſignabantur, qualia ſunt: A. Aulus: C. Cajus: D. Decimus: L. Lucius: M. Manius & Marcus: N. Numerius: P. Publius: Q. Quinctius: T. Titus. Alia binis ſcribebantur litteris, ut AP. Appius: CN. Cnæus: SP. Spurius: TI. Tiberius: OP. Opiter: ST. Statius. Alia porro tribus comparent litteris, ad quorum cenſum MAM. Mamercus: SEX. Sextus: SER. Servius: TVL. Tullius pertinent. Reliqua nomina modo integra, modo diminuta pro ſcribentium arbitrio exarabantur (*k*). Atque in horum numero utrumque imperatoris nomen, tam prænomen, quam gentilitium nomen fuit. Ita apud *Gruterum* in marmore quodam (*l*) hæc leguntur verba: SERT. F. NER. CAPIDAS C. F. RVF. NER. BARBIVS, & in alio (*m*): NER. EGNATIVS T. F. In nomine CLAVDII idem obſervabis in inſcriptionibus, quarum multa, ubi neceſſarium foret, adferre poſſem exempla; ſed ſufficit unicum, ex quo luculenter conſtat, nomen hoc pro ſcribentium arbitrio modo binis, modo pluribus, modo omnibus litteris expreſſum eſſe. En duas has ex *Jo. Dominic. Bertolio* (*n*) inſcriptiones: alteram: Q. CL. HERCLIANO CLAVD. MYCALE CONIVGI KARISS. alteram: TI. CLAVDIO SALVIANO cet. Alia exempla, quæ *Gruterus* ſuſe ſupeditat, libens ſilentio tranſmitto (*o*).

Claudii nomini additur ſplendidum CAESARIS AVGVSTI nomen in noſtro marmore. Poſt Octavianum, quem in gentem Juliam adoptatum, CAESAREM & ob divinas ſuas virtutes, ut & divinum quid nomini ineſſet, ex ſenatus conſulto AVGVSTVM adpellatum eſſe (*p*), ſcimus, omnes per ordinem imperatores CAESARES AVGVSTI vocati ſunt. CAESARIS equidem nomen ſucceſſionem ſtirpis (*q*); AVGVSTI vero adpellatio maximum dignitatis gradum indicabat; nihilominus ii, qui poſt Neronem ſummum obtinuerunt imperium, illud quoque una cum Auguſti nomine geſſerunt, quamvis ex Julia gente originem ſuam haud ducerent.

Hac ratione Octavianus, a magno ſuo avunculo adoptatus, in gentem Juliam ac nomen CAESARIS tranſiit (*r*). Poſtea id, deficiente prole maſcula, ad nepotes ex filia Julia, adoptatos ejus filios, Cajum & Lucium: item ad privignum

exempla forſan etiam nummum quemdam Neronis apud Carolum Patinum *Numiſm. Imperat. Roman.* p. 120. referendum eſſe, duco, ubi Imperatoris nomen ita expreſſum legimus: ΑΥΤ. ΚΑΣΑΡ ΚΛΑΥ. ΝΕΡΩΝ ΣΕΒ. IMPERATOR CAESAR CLAVDIVS NERO AVGVSTVS. Vides hic Neronis nomen ad cognominum locum tranſlatum; quod tamen alias in hoc Imperatore prænominis vices ſuſtinuit.

(*a*) *Numiſm. Imp. Rom.* p. 119.

(*b*) *De Nom. Rom. Tom. II. Theſ. ant. Rom.* Grævii, p. 2005.

(*c*) *De Nom. Rom. c. IV.*

(*d*) *Muſis lapidar. Lib. I. memor. XXVII.* p. 52. & *Lib. II. memor. XLVIII.* p. 140.

(*e*) *Marm. Taurin. part. I.* p. 193.

(*f*) *De Uſu & Praſtant. numiſm. vol. II.* p. 13. & 37.

(*g*) *Lex Ant. Rom. Tom. II.* p. 224.

(*h*) In *Antichità d' Aquileia Profane e Sacre*, p. 225.

(*i*) Sermo eſt de iis, quæ per ordinem fieri ſolebant. In antiquis enim lapidibus etiam ejuſmodi nomina nonnunquam integra exhibita ſunt: conf. Carol. Cæſ. Malvaſiam *Ael. Lal. Criſp. non. nat. reſurg. cap. X.* p. 187.

(*k*) Conf. Onuphr. Panvinium *Libro* modo *memorato*, p. 2023. & Carol. Sigonium *de nom. Rom.* cap. III.

(*l*) Pag. CLXVII. *inſcr.* 8.

(*m*) Pag. DXL. *inſcr.* 4.

(*n*) In *Antichità d' Aquileia Profane e Sacre* p. 225. Adde Philippum a Turre *Monum. vet. Antii*, p. 395. qui eamdem inſcriptionem, ſed haud adcurate exhibet.

(*o*) Adde, ſi placet, inſcriptionem Græcam apud Illuſtr. Scipion. Maffejum *Sigl. Lapidar. Græc.* p. 53. ubi nomen *Claudia* itidem uti in noſtro marmore binis modo litteris ſcriptum eſt.

(*p*) Vid. Suetonium *vit. Aug.* cap. VII. adde *Marmora Taurinenſia part. I.* p. 241.

(*q*) Ut Dio *Caſſius lib. LIII.* p. 509. obſervat, de quo effato vide Ezech. Spanhemium *de uſu & praſtant. Numiſm.* vol. II. p. 346.

(*r*) Lege Suetonium *vit. Cæſ. cap. LXXXIII. §. 4.* p. 146. Dionem *Libr. XLVI.* p. 321. & adde Lævin. Torrentium *ad hunc Sueton. loc.* & Cujacium *Lib. XVII. obſ.* 7. unde Auguſtus quoque a Cicerone ſimpliciter C. *Cæſar.* vocatur *Orat. Philipp. V.* cap. 26.

gnum & quidem generum ſimul ac filium adoptatum Tiberium (*a*) ac denique ad filios tam naturales; quam adoptivos in familia Julia translatum eſt. Ita Druſum & Germanicum: ita præter Cajum Cæſarem Germanici filios, Neronem ac Druſum, & Claudii filios, tam naturalem, Britannicum; quam adoptivum NERONEM ſplendido hoc CAESARIS titulo ornatos videmus. De Claudio, in quo Principe Imperium Romanum a familia Julia, cujus nomen Cæſaris proprium, exſtitit, ad Claudiam pervenit (*b*), quidem compertum habemus, eum Germanici nomen antea, quam Auguſtus factus fuit, geſſiſſe; ſatis tamen ex nummis conſtat, eum poſtea CAESAREM quoque vocari voluiſſe, inprimis ea de cauſſa, quoniam ceteri ante ipſum Imperatores ita adpellati fuerant, ſibique ipſe perſuaſerat, neſcio quid de dignitate ejus, recuſato hoc Juliæ familiæ proprio nomine, detrahi; aut triſte portendi omen. Ad hæc, ut nonnulli obſervant, Liviæ, Auguſti conjugis, in familiam, nomenque IVLIAE adſcitæ, nepos erat, ita ut etiam ob adfinitatem ac conjunctionem cum Auguſto, quamvis ex familia Julia originem ſuam haud duceret, nomen hoc quodammodo poſtulare videretur. A Claudio per adoptionem NERO cognomen hoc accepit, qui præterea genus maternum ab Auguſto ejuſque filia Julia, cujus neptis mater Agrippina exſtitit, ducebat. Quod priores Imperatores geſſerunt dignitatis ac reverentiæ plenum CAESARIS nomen, tanquam Juliæ familiæ cognomen (*c*), id & ſequentes, poſt exſtinctum Auguſti genus, retinuerunt, quamquam ex Julia familia originem haud habuerunt. Quid, quod ipſi iſtud ſuis quoque tam natura; quam adoptione filiis, imperii futuris heredibus, non aliter, ac PRINCIPIS IVVENTVTIS titulum adſignarent, non tamquam familiæ cognomen; ſed quoniam id primi Imperatores geſſerant, ipſique ſibi perſuaderent, eſſe iſtud honoris ac reverentiæ pleniſſimum, ac cum ſummo imperio Auguſteo conjunctum, quod præter ipſos nemini; niſi futuris imperii candidatis, filiis quippe tam natura; quam adoptione, honoris & boni ominis cauſſa habere liceret. Hoc contra *Harduinum* inprimis obſervandum eſt, qui & ſequentes poſt Caligulam Imperatores hoc nomine tamquam familiæ cognomine uſos eſſe, contendit, hancque in rem probare; ſed falſis innixus argumentis, ſibi ſumſit, & reliquos poſt memoratum Imperatorem Cæſares Auguſtos ex Auguſti ſtirpe deſcendiſſe (*d*). Sed erroneam eſſe *Harduini* ſententiam, luculenter oſtendi poteſt. Sic Galba, ſimulac nuntium de occiſo Nerone accepit, quamvis ex gente Sulpitia ortus eſſet, CAESAREM ſe vocavit (*e*) ac idem honorificum nomen Piſoni, tamquam adoptato ſuo filio & futuro ſucceſſori, adſignavit (*f*). Idem dicendum eſt de Othone, qui, quamvis in familiam novam novum inferret imperium; (*g*) attamen Cæſaris nomen, quaſi id ab Imperatoris nomine haud ſejungi poſſet, ad nomen ſuum adjunxit. Vitellius quidem id recuſavit (*h*); Veſpaſianus vero more majorum adſumſit, idque præter receptam conſuetudinem nomini ſuo antepoſuit, ut & nummi teſtantur. Ipſo adhuc ſuperſtite, ejus filii, tamquam imperii candidati, itidem nomine hoc uſi ſunt, id quod præter nummos, non ſolum ex marmore apud *Gruterum* (*i*); ſed etiam ex *Tacito* ac *Joſepho* patet, quando Titum & Domitianum CAESARES vocant. (*k*) Similem morem in Domitiani filio obſervabis, qui tenera adhuc ætate, tamquam Auguſti filius ac imperii ſucceſſor, CAESAR ſalutatus eſt, ut ex nummis matris Domitiæ ſatis conſtat (*l*). Trajanum poſtea Nerva ut futurum poſt ſe Imperatorem ſibi adſcivit (*m*), eumque per id CAESARIS titulo ornavit (*n*). Uſque ad Nervam nomen CAESARIS non tamquam familiæ cogno-

(*a*) Vid. Joann. Dominic. Bertolium *Antichit. d' Aquileia*, p. 305.

(*b*) Conf. Tacitum *Lib. I. Hiſt.* c. 16. Tillemontius *Hiſt. des Empereurs*, *Tom. I.* p. 306. ſcribit *depuis, qu' il fut empereur, il prit auſſi les noms de Ceſar & d' Auguſte, quoiqu' il ne fut point de la maiſon d' Auguſte & des Ceſars, ni par adoption comme ſes predeceſſeurs, ni par naiſſance, ne leur etant parent, que par les femmes;* Anton. Pagius contra ea in *Epiſtola ad Noriſium* adfirmat. Claudium Auguſtum *gente*, non *ambitione* Cæſarem fuiſſe. Hoc quodam modo verum eſt, ubi Liviam ſpectamus, quamvis ipſe mihi perſuadeam, Claudium nomine hoc uſum fuiſſe honoris & boni ominis cauſſa, quoniam in Juliam gentem haud aſcitus erat. In eo a veritate aberrat Pagius, quod ibidem Claudium Germanici filium fuiſſe, dicat. Claudius enim Germanici frater; filius autem Neronis Claudii Druſi fuit. Solus Germanicus in Juliam gentem per adoptionem tranſiit. Recte hæc & alia Henr. Noriſius Pagio reſcripſit: vid. *Tom. IV.* ejus *operum* p. 756.

(*c*) Spanhemius *loc. citato*, Chriſt. Cellarius *Program.* p. 20. aliique ſtatuunt, priores ſex Imperatores hoc nomine tanquam familiæ Juliæ cognomine uſos eſſe. Sed quoniam Claudius ex familia Julia haud fuit; nec in eam adoptatus eſt, haud ex vano judico ſolummodo quatuor priores Imperatores a Cæſare uſque ad Claudium, Cæſaris nomen, tanquam cognomen familiæ adſumſiſſe. Reliqui poſtea Imperatores uſque ad Trajanum eodem nomine honoris, ut ita dicam, & boni ominis cauſſa, una cum filiis ſuis uſi ſunt. Poſt Trajanum nomen hoc in nomen dignitatis mutatum eſt.

(*d*) Joann. Harduinum pro more ſuo, id eſt ſolide & erudite, confutavit Spanhemius *de Vſu & Præſtant. Numiſm. Diſſ. XIII. vol. II.* p. 343. & ſeq.

(*e*) Conf. Suetonium *vit. Galb. cap. XI.* §. 2. & Tacitum *lib. III. Hiſtor. cap.* 58. §. 5. Pitiſcus ad memoratum Suetonii locum credit, ab hoc tempore *Cæſaris* nomen dignitatis nomen fuiſſe. Vide quæ ſupra diximus.

(*f*) Teſtibus Floro *Lib. III. cap.* 4. & Tacito *Lib. I. Hiſt. cap.* 29. 30.

(*g*) Vid. Tacitum *Lib. II. Hiſt.* cap. 48.

(*h*) Lege Suetonium *vit. Vitell.* cap. VIII. Tacitum *Lib. I. Hiſt. cap.* 62. *Lib. II. cap.* 62. & Plutarchum *Galb.* p. 1063. Suetonius, nomen hoc Vitellium *in perpetuum* recuſaſſe, perhibet; ſed Tacitus *lib. III. Hiſt. cap.* 58. §. 6. *Vitellius Cæſarem*, inquit, *ſe dici voluit, adſpernatus antea; ſed tunc ſuperſtitione nominis, & quia in metu conſilia prudentium & vulgi rumor juxta audiuntur.* Vitellium hic in re ſequutus eſt Maximinus: *nuncupato*, inquit Lactantius, *Licinio Imperatore Maximinus iratus, nec Cæſarem ſe; nec tertio loco nominari volebat:* & paullo poſt: *tollit*, ſcilicet Galerius, *Cæſarum nomen, & ſe, Liciniumque Auguſtos adpellat, de Morte Perſequut. c. XXXII.* p. 217. Recuſavit Cæſarem nomen Maximinus, quoniam Auguſtus vocari, ſuumque nomen ante Licinii nomen collocari volebat. Steph. Baluzius *not. ad hunc locum* p. 80. recte obſervat, Galerium non penitus abolere Cæſarum nomen; ſed eius uſum imperii candidatis amplius haud permittere voluiſſe, ut per id Maximinus a ſucceſſione excluderetur. In alia omnia abiit Ant. Pagius *Diſſ. Hypat.* p. 138. & verba hæc ad Galerium Maximinum, cognomento Dazam, referenda eſſe, cenſet, cui Joannes Columbus *Obſervat. ad Lactant.* p. 304. ed. Bauldrii merito contradicit, ac auctoris verba de Galerio Maximiano accipit. His inprimis addantur, quæ Gisb. Cuperus ad hæc Lactantii verba erudite commentatus eſt, p. 200. Obſervat enim, ex eo quod Maximinus ſecundum locum occupare, ſuumque nomen ante Licinii nomen collocare voluiſſet, oſtendi poſſe cauſſam, quare in edicto apud Euſebium *Lib. VIII. Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 17. Maximini nomen omiſſum ſit.

(*i*) *Inſcript.* p. CCXLIV.

(*k*) Vid. Jo. Dan. Schoepflinum *Comment. Hiſtor. & Crit.* pag. 38. adde ex veteribus Dionem Caſſium *Lib. LXVI.* p. 749.

(*l*) Adde Ezech. Spanhemium *loco jam memorato*.

(*m*) Conf. Spartianum *vit. Hadriani c.* 11.

(*n*) Vid. Plinium *Paneg. cap. VI.* & *VIII.*

cognomen; ſed potius boni ominis cauſſa, atque in honorem quaſi priorum quatuor ex Julia familia Imperatorum uſurpatum eſt; poſtea vero nomen iſtud paullo alio ſenſu accipi cœpit, quum id deſtinatis imperii ſucceſſoribus tribueretur. Mutabatur id in nomen dignitatis, & non promiſcue Auguſtorum filiis, uti exempla filiorum Germanici & Veſpaſiani teſtantur; ſed ei tantummodo adſignabatur, qui in partem imperii adminiſtrandi adſumptus, proximo dignitatis gradu ab Auguſto diſtinctus & ſucceſſor imperii deſtinatus ac conſtitutus erat (*a*). Tum Cæſaris nomen non amplius ob naſcendi conditionem; ſed ad Imperatorum arbitrium concedi ſolebat. Hoc modo, ut paucis me expediam, Trajanus (*b*), Adrianum (*c*), Adrianus L. Ael. Verum (*d*), M. Aurelius Commodum (*e*), Commodus Albinum (*f*), Severus Auguſtus filium natu majorem Baſſianum (*g*), hocque imperii participe facto, Getam (*h*), Carus imperator filios Carinum & Numerianum (*i*), Diocletianus Galerium ac Conſtantium Chlorum CAESARIS honorifica ornarunt adpellatione, eoſque per id futuros Auguſteæ majeſtatis heredes conſtituerunt. Poſtea a Conſtantino & Licinio tres deſignati ſunt Cæſares, Criſpus, Conſtantinus, Conſtantini filius, & Licinianus, filius Licinii. Victo deinde, occiſoque Licinio, & exſtinctis quoque Criſpo & Liciniano, Conſtantius & Conſtans, filii Conſtantini natu minores, Cæſares facti ſunt (*k*).

Ex his igitur ſatis patet, quænam nominum AVGVSTI & CAESARIS exſtiterit differentia (*l*). Auguſti nomen ſolis imperatoribus tributum; Cæſaris vero cum iis quoque communicatum fuit, qui imperii heredes deſignati & in certam imperii ſpem ab Imperatoribus adſumti erant. Decipiunt vero ſeſe, qui primam hujus conſuetudinis originem ad Trajani, Adrianum adoptantis; aut L. Ælii Veri tempora referendam eſſe, arbitrantur. Sententiæ huic Piſonis & Veſpaſiani exempla aperte contradicunt. *Aurelius Victor* (*m*), *Spartianus* (*n*) *&* *Capitolinus* (*o*) adfirmant quidem, quod Cæſaris nomen Trajani, aut Adriani temporibus imperii candidatis primum datum ſit; ſed loquuntur de nomine Cæſaris, quatenus id Trajani tempore tamquam dignitatis nomen uſurpatum, & eo ſenſu, quem ſupra monſtravi, adhibitum eſt. Vide de his effatis differentes *Ezech. Spanhemium* (*p*) & præter alios, *Cl. Salmaſium* (*q*). Nec ii omnis expertes erroris ſunt, qui Cæſares antiquo ævo poteſtate, atque imperio inſtructos fuiſſe, autumant. Dignitas eorum ſatis quidem ampla fuit, ut ex Commodi Imperatoris ad Clodium Albinum epiſtola (*r*), & ex eo inprimis patet, quod Imperatoris inſignibus, ut pallio coccineo & purpura; ſed ſine auro (*s*) & ſine diademate, (*t*) itemque *nobiliſſimatus* titulo (*u*) uſi ſint, ac præterea, alia eximia privilegia & jura habuerint (*x*); nihilominus plerumque nullum ipſis conceſſum fuit imperium, inprimis antiquo ævo. Id ex *Dione Caſſio* (*y*) patet, qui de Imperatorum titulis diſputat, atque obſervat, *Cæſaris adpellationem nihil peculiaris potentiæ; ſed tantum ſucceſſionem ſtirpis deſignare*. Idem ex *Tacito* probatur, qui Domitianum *Cæſarem* poſt Vitellii necem ſalutatum eſſe (*z*) ac *nomen ſedemque Cæſaris* accepiſſe (*a*) perhibet; poſtea vero addit: (*b*) *prætura Domitiano & conſulare imperium decernuntur*; quoniam videlicet ſola illa Cæſaris adpellatio ipſi nullum imperium conciliabat (*c*). Ita quoque Commodus, cæteroquin Cæſar, ante imperium proconſulare omni prorſus imperio deſtitutus erat, id quod & de reliquis Cæſaribus, Auguſtorum filiis & imperii candidatis obſervandum eſt. Quod ſi vero ipſis imperium tributum eſt, id non tanquam Cæſares; ſed tanquam proconſules; aut expeditionibus bellicis præfecti habuerunt. (*d*) Abunde

(*a*) Hoc fuſe & erudite comprobavit Georg. Laurentius Hausfrizius *Commentar. de Cæſare, deſignato ſucceſſore imperii antiqui*, Norimbergæ MDCCXXXVII.
(*b*) Vid. Raph. Fabrettum *Columm. Trajan.* p. 259. & ſeq.
(*c*) Vid. Spartianum ejus *vit. cap. IV.*
(*d*) Teſte Spartiano *vit. Ael. Ver. cap. I. &* II.
(*e*) Lege Capitolinum *vit. Ant. Phil. c. VII.*
(*f*) Vid. Salmaſium *ad Spartiani vit. Sever.* p. 599.
(*g*) Spartianus *vit. Sever. Imp. cap. X.*
(*h*) Vid. eumdem *vit. Geta cap. V.*
(*i*) Conf. Vopiſcum *vit. ejus cap. VII.*
(*k*) Conf. Eutropium *Lib. X. cap.* 4. & de ipſo *Cæſaris* nomine, ejuſque uſu doctos Lactantii interpretes *de Mort. Perſequut. Part. I.* p. 156. *Part. II.* p. 52. 140. 181. ed. Bauldrii: Henr. Noriſium *Tom. II. oper.* p. 1041. & *Tom. IV.* pag. 756. & 804. Ezech. Spanhemium *de Vſu & Præſt. Numiſm. Diſſ. XII. vol. II.* p. 341. & ſeq. Chriſt. Cellarium *Programmat.* p. 20. Jo. Henr. Boeclerum *adnot. ad Herodian.* p. 408. Henr. Dodwellum *Prælect. Cambden.* p. 573. & ſeq. Jac. Gutherium *de Officiis Dom. Aug.* p. 278. 478. ſeq. & Alb. Mazzolenum *Numiſm. ær. ſelectior. maximi moduli e Muſeo Piſano animadverſ. II.* doctos *Marmorum Taurinenſium* interpretes Ricolvium & Rivautellam *Part. I.* p. 241. Sam. Pitiſcum *Lex. Ant. Rom. Tom. I.* p. 314. & Jo. Dan. Schoepflinum *Commentation. Hiſt. & Critic.* p. 38.
(*l*) Vid. doctos Lactantii *interpretes* p. 157. ed. Bauldrii, & jam laudatum Hausfrizium p. 71. ubi monet, differentiam in inæquali potentia & diſpari nomine, poſt Trajani videlicet tempora, quærendam eſſe. Si rem adcurate intuemur, Cæſares, ut nudi Cæſares, nullam poteſtatem; niſi ex Auguſtorum ſingulari mandato ac permiſſione, habuerunt.
(*m*) *De Cæſar. cap. XIII.* p. 255.
(*n*) *Vit. Ael. Veri* cap. I. p. 222. *ſcript. Hiſt. Aug.*
(*o*) *Vit. L. Veri* c. I. p. 407.
(*p*) *De Vſu & Præſt. Numiſm. vol. II.* p. 352.
(*q*) *Not. ad Spartiani locum memor.* p. 223. adde Caſp. Barthium *not. ad Claud.* p. 596. & Jo. Henr. Boeclerum *adnot. ad Herod.* p. 40.
(*r*) Apud Capitolinum *vit. Clod. Albini*, p. 685.
(*s*) Vid. Salmaſium *not. ad Spartian. vit. Sever.* p. 612.
(*t*) Conf. Zoſimum *Lib. VI. cap.* 13. Poſt Conſtantinum Magnum quoddam diadematis genus Cæſaribus uſitatum fuiſſe, nonnulli ſtatuunt, adducti variis Criſpi & Conſtantini filiorum Conſtantini Magni, nummis.
(*u*) Is datur Licinio Valeriano in marmore Vindobonenſi: Carino ac Numeriano in aliis vetuſtis monumentis: item Severo & Maximino: *leg. I. Cod. de feriis*, Criſpo Conſtantini Magni filio, in nummis, & in *panegyrico Nazarii*. Sic frequens etiam de Gratiano Valentiniano nota NB. P. *Nobilis*, vel *nobiliſſimus puer* in codice Theodoſiano occurrit: vide Jo. Dan. Schoepflinum *Comm. Hiſt. & Crit.* p. 39. & adde Bergierium *de Viis Militar. lib. III. cap.* 41. §. 9. *Marmora Taurinenſia*, pag. 244. Georg. Laurent. Hausfrizium *Commentar. de Cæſare deſignato ſucceſſor. imperii antiq.* pag. 33. & ſeq. & præ cæteris Ezech. Spanhemium *de Vſu & Præſtant. Numiſm. vol. II.* p. 357.
(*x*) Vid. Hausfrizium *loc. excit.* p. 72. & ſeq.
(*y*) *Lib. LIII.* p. 509.
(*z*) *Lib. III. Hiſt.* cap. 86. §. 6.
(*a*) *Lib. IV. cap.* 2. §. 1.
(*b*) Ibid. cap. 3. §. 6.
(*c*) Vid. Noriſium *Tom. II. operum* p. 1041. & Cuperum *Præfat. ad Lactant. de Mort. Perſequutor.*
(*d*) Hæc ſequiori tamen ævo mutata eſſe videntur, quum Cæſares ad id quoque eligerentur, ut adiumento eſſent Imperatoribus, id quod ſine conceſſione poteſtatis fieri haud poterat. Hoc in Auguſtorum ſolummodo voluntate poſitum erat. Ita Carus Carino ampliſſimam dedit poteſtatem, ut in Occidente bellum gereret: vid. Vopiſcum ejus *vit. cap. VI.* Digna ſunt, quæ de hoc argumento legantur verba Henr. Noriſii *epiſt. ad Cuperum Tom. IV. operum* p. 804. & *Epiſt. ad Anton. Pagium eod. tom.* p. 756. Adde ſupra laudatum Hausfrizium Comm. *de Cæſare deſignato ſucceſſore imperii antiqui*, *c.* I?. p. 121.

unde quoque notum eſt, Cæſares in urbe haud raro muneribus conſulum, prætorum, tribunorum plebis & pontificum perfunctos eſſe.

Ex his igitur ſatis patet, qua ratione Neroni in noſtro marmore atque aliis monimentis CAESARIS nomen tribuatur. Simulac a Claudio adoptatus eſt, Cæſaris nomen ſibi arrogavit, id quod ex lapidibus ac nummis luculenter demonſtrari poteſt (*a*). Uſurpavit id quoque, quum poſtea Imperator Auguſtus fieret, ut abunde ejus nummi ac inſcriptiones docent, in quibus pariter ac in noſtro marmore CAESAR AVGVSTVS dicitur. Hæc quum ita ſunt, merito quæritur: quo jure iſtud ampliſſimum nomen ſibi Nero vindicaverit? *Ezech. Spanbemius* (*b*), quando adfirmat, ſex priores Imperatores hac adpellatione, tamquam familiæ, Juliæ cognomine, uſos eſſe, exiſtimat per id Neronem etiam ad Juliorum gentem referendum eſſe, nomenque hoc tamquam familiæ; non autem tamquam dignitatis nomen geſſiſſe. Hoc ex eo probari poſſe, autumat, quod Claudii adoptione filius maternum genus ab Auguſto, ejuſque filia Julia, cujus neptis mater Agrippina fuit, duceret. Idem præter ceteros *Chriſt. Cellarius* (*c*) ſtatuit, qui, *familiæ*, inquit, *olim* CAESARIS *cognomenta erant, poſtea, quum alii alios adoptaſſent, factum eſt, ut exſtincta in Nerone Cæſarum familia, retineretur idem nomen ominis & auſpicii cauſſa*. Sed, quum Claudius, qui Neronem adoptavit, in familia Julia haud fuit; Nero vero per adoptionem in gentem, nomenque Claudiorum; non Juliorum tranſiit: quum præterea in nominibus generis materni nulla prorſus ſine adoptione per ordinem ratio habita eſt; ex eo autem ſequeretur, Neronem, ubi ob maternum genus CAESAREM ſe adpellare voluiſſet, etiam ante adoptionem ita vocari debuiſſe; quod tamen nunquam invenimus, nullo modo hac in re *Spanbemio*, aliiſque aſſentiri poſſum. Nero ſibi potius nomen hoc eadem ex cauſſa vindicavit, quæ adoptantem ante ipſum ad id aſſumendum induxerat. Fiebat id videlicet a Claudio uſque ad Neronem boni ominis & auſpicii cauſſa, quoniam priores quatuor imperatores nomen hoc geſſerant. Trajani demum temporibus nomen hoc in dignitatis nomen mutatum eſt, ut jam ſupra obſervavi.

Nero non ſimpliciter CAESAR; ſed CAESAR AVGVSTVS vocatur, de qua adpellatione pauca addo. Satis notum eſt, Octavianum poſt tot res, præclare geſtas, ſancto hoc & religioſo nomine, quod antea adfectaverat, a ſenatu ornatum eſſe. *Auguſti nomen*, inquit Suetonius (*d*), *adſumpſit, Munatii Plancii ſententia, quum quibuſdam cenſentibus, Romulum adpellari oportere, quaſi & ipſum conditorem urbis, prævaluiſſet, ut Auguſtus potius vocaretur, non tantum novo; ſed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur ab auctu; vel ab avium geſtu, guſtuve* (*e*). Sane ex his patet, ſenatum Octaviano ſplendidum & venerandum hoc nomen eum ad finem dediſſe, ut ipſi per id quoddam ſanctitatis genus, quæ diis convenit, adſignaret, ac nomine hoc, eo adhuc ſuperſtite, ipſi divinos impertiretur honores, ob divinas & præclaras res geſtas, ejuſque virtutes, quibus Quiritium amorem ac cultum ſibi conciliaverat. Vocabulum enim *Auguſtus* in nomine, Octaviano dato, eodem accipi ſenſu, quo alias de locis ſacris adhibetur, luculenta probant veterum ſcriptorum teſtimonia. *Dio Caſſius* (*f*) ſcribit: ἀλλὰ Αὔγουστος, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὢν ἐπεκλήθη· πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται, *Auguſtus, quaſi hominis natura amplior ipſe, cognominatus eſt. Auguſta enim ea, quæ honore digniſſima & ſanctiſſima ſunt, dicuntur*. Florus (*g*): *tractatum etiam in ſenatu, an quia condidiſſet imperium, Romulus vocaretur; ſed ſanctius ac venerabilius viſum eſt nomen Auguſti, ut ſcilicet jam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur. Appianus* (*h*) idem fere refert; *Ovidius* (*i*) vero canit:

Sancta vocant Auguſta patres: auguſta vocantur.
Templa Sacerdotum rite dicata manu.

Id confirmant quoque inſcriptiones, in quibus ſæpe AVGVSTI nomen diis tribuitur. Ita exempli cauſſa in illis apud *Gruterum* legimus: APOLLINI AVGVSTO (*k*). CERERI AVG (*l*). DIANAE AVG (*m*). HERCVLI AVG (*n*). ISIDI AVG (*o*). IVNONI AVG (*p*). MARTI AVG (*q*). MERCVRIO AVG (*r*). MINERVAE AVG (*s*). NEPTVNO AVG (*t*). VENERI AVG (*u*). VVLCANO AVG (*x*). IOVI

(*a*) Conſ. Georg. Laur. Hausfrizium *laudato Libro* Par. II. & Vid. inprimis nummum apud Carol. Patinum *Numiſm. Imperat. Rom.* p. 117.
(*b*) *De Vſu & Præſtant. Numiſm.* vol. II. p. 344.
(*c*) *Programm.* p. 20.
(*d*) *Vit. Aug.* cap. 7. Adde Joſeph Roccum Vulpium *Vet. Lat. Profan. & Sacr.* Tom. IV. p. 110.
(*e*) Ex hoc effato patet, Joſ. Scaligerum, Chriſt. Becmannum Jo. Rein. Robbigium, Matth. Martinium alioſque errare, quando Auguſtum ab *augendo* dictum eſſe, autumant. Sententiæ hujus fautores ipſi inter ſe haud conveniunt. Alii eum ita vocatum eſſe ſtatuunt, quod imperium *auxerit*: alii quod novis *auctus* ſit honoribus; alii denique vocabulum *augere* in ſacris pro *immolare*, *adolere*, *mactare*, uſurpatum, ac hoc ſenſu Auguſto tanquam ſacrum nomen vindicatum fuiſſe, credunt. Sed certe triſte hoc fuiſſet Auguſto omen; ubi ab *immolando* dictus fuiſſet. Alii ergo rectius ab *augur* vocabulum hoc deducunt. Nam uti ex arbor *arbuſtum*, ex angor *anguſtus*: ex onus *onuſtus*: ex robur *robuſtus*: ex honor *honeſtus*; ſic ex augur *auguſtus* factum, atque id eo ſenſu uſurpatum eſt, quo alias id de locis ſacris, cultui divino conſecratis, dicitur: conf. Joſ. Caſtalionem *explicat. ad inſcription. Auguſt. Tom. IV. Ant. Rom. Grævii*, p. 1858. Laurent. Theodor. Gronovium *not. & obſervat. ad marmoream baſin Coloſſi, Tiberio Cæſari erecti*, *Tom. VII. Theſ. Ant. Græc.* Gronovii. p. 460. Ezech. Spanhemium *de Vſu & Præſtant. Numiſm. vol. II.* p. 371. Petr. Zornium *Bibliotb. Antiquar. exeget. Tom. I.* p. 287. Phil. a Turre *Monum. vet. Antii*, pag. 263. & Wilh. Baxterum *Gloſſar. Antiquit. Roman.* voc. *Auguſtus*.
(*f*) *Libr. LIII.* p. 507.
(*g*) *Lib. IV. cap. 12.* §. *66.* adde Velleium Paterculum *Lib. II. Hiſt.* cap. 91.
(*h*) *Lib. I. de Bell. Civil.* p. 352.
(*i*) *Lib. I. Faſtor.* v. 600.
(*k*) Gruter. p. XXXVI. *Inſcr.* 7. 8. & ſeq. & p. MLXVI. 5.
(*l*) Pag. XXVI. 9.
(*m*) Pag. XL. 13. & ſeq.
(*n*) Pag. XLV. 2.
(*o*) Pag. LXXXIII. 4. & ſeq.
(*p*) Pag. XXIV. 12. XXV. 2.
(*q*) Pag. LVII. 3. & ſeq. p. MLXVIII. 8. 9.
(*r*) Pag. LIII. 12. 13. & ſeq.
(*s*) Pag. LXXXI. 4. & ſeq.
(*t*) Pag. LXI. 6. LXII. 1. 3.
(*u*) Pag. MLXVIII. 10.
(*x*) Pag. CCCLVI. 3.

VI AVG (*a*), ubi AVGVSTVS idem eſt ac in aliis inſcriptionibus SANCTVS, ut: DIIS SANCTIS : DIANAE SANCTAE : HERCVLI SANCTISSIMO (*b*). Ex his abunde patet, priſcis Romanis nomen hoc fuiſſe ſanctum ac religioſum, id quod & Græci confirmarunt, quum id per *σεβαστὸν*, *adorabile*, *venerabile* ſermoni ſuo redderent, ut ex nummis, aliiſque monimentis abunde liquet. Sine dubio id haud voce *σέβαστος* expreſſiſſent Græci, ubi AVGVSTI nomen ab *augeo* formatum fuiſſet; ſed potius per *αὐξητὸν*, *αὐξητικὸν*, *αὔξιμοι* cet. Hæc luculenter quoque confirmant, nomen hoc minime familiæ Juliæ cognomen fuiſſe, ad Auguſti poſteros propagatum, id quod nunquam deprehendimus; ſed potius ſummi imperii inſigne, iis tantum tributum, quibus poſt Auguſtum ſuprema Imperatoris poteſtas tradita & commiſſa erat. Extitit id dignitatis nomen ita, ut ſolemnis quaſi primi faſtigii titulus eſſet, qui minime cum imperii candidatis (*c*) prout CAESARIS nomen, legitime communicari ſolebat, & quo imperatoribus ſumma poteſtas non conferebatur; ſed confirmabatur. Atque ex hoc intelligimus, quare *Dio* (*d*) ſcribat, Auguſti nomen nullam poteſtatem ſingularem dare; ſed ſolummodo *τὴν τῆς ἀξιώματος λαμπρότητα* *ſplendorem dignitatis* ſignificare. Qui plura de hoc argumento deſiderat, adeat *Joſeph Caſtalionem* (*e*), *Laur. Theodor. Gronovium* (*f*), *Sam. Pitiſcum* (*g*), *Henr. Noriſium* (*h*), *Jo. Harduinum* (*i*), *Ezech. Spanhemium* (*k*), *Phil. a Turre* (*l*), editores *marmorum Taurinenſium* (*m*), *Conr. Sam. Schurzfleiſchium* (*n*), *Jo. Chriſt. Becmannum* (*o*), *Matth. Berneggerum* (*p*), *Jo. Limnæum* (*q*), *Jo. Frid. Pfeffingerum* (*r*), *Chriſt. Cellarium* (*s*), *Alb. Mazzolenum* (*t*), *Petr. Zornium* (*u*) alioſque plures. Nomen hoc, dignitatis ac reverentiæ pleniſſimum, poſtea ad omnes imperatores, qui poſt Auguſtum ſummum obtinuerunt imperium, tranſiit (*x*), immo quum duo poſtea crearentur imperatores, uterque, licet auctoritate diſpari, ſplendido hoc ornatus eſt titulo, qua de re multa, ubi id inſtituti ratio permitteret, dici atque explicari poſſent; taceo vero de iis; nec conſtitutos mihi limites tranſgredior.

Hæc quum ita ſint, facile patet, cur Nero quoque poſt adoptionem CAESARIS & poſt Claudii mortem AVGVSTI nomen ſibi vindicaverit. Proinde in nummis pariter, atque inſcriptionibus CAESAR AVGVSTVS, uti in noſtro lapide, vocatur. Plane neſcio, quid *Jul. Cæſarem Bulengerum* (*y*), virum alias doctum, qui id præ aliis ſcire debuiſſet, induxerit, ut adfirmaret, AVGVSTI nomen a Tiberio, Cajo, Nerone, Galba, aliiſque rejectum: a Pio & Pertinace adſumtum: poſtea iterum, *Antonii* nomine ab imperatoribus adhibito, omiſſum, ac deinde denuo receptum, & poſt Maximinum demum in uſum ſolemnem adductum eſſe. Nolo hac de re fuſius diſputare, quum & nummi & inſcriptiones, in quibus AVGVSTI nomen omnibus his memoratis imperatoribus diſerte tribuitur, aperte doceant, *Bulengerum* errorem haud levem commiſiſſe, quem ſine dubio evitaſſet, ubi præter veteres ſcriptores, quos adiit, nummos quoque & marmora inſpexiſſet. De Tiberio quidem ac Vitellio notum eſt, quod ille AVGVSTI nomen in litteris, niſi ad reges, aut ad dynaſtas ſcriptis, haud uſurpaverit (*z*), hic vero primis imperii ſui annis eo quoque uti noluerit (*a*); nihilominus in nummis pariter ac ſaxis literatis utrique imperatori hoc tributum eſſe cernimus. Ita quoque de Nerone omnibus notum eſt, eum & CAESAREM & AVGVSTVM adpellatum eſſe. Docet id noſter lapis: docent apud *Gruterum* marmora: itemque nummi, ita ut nullæ adſint rationes, hac de re tam notiſſima, & in antiquis monimentis tam luculenter confirmata, amplius dubitandi.

Sed quærere quis poſſet, quam ob cauſſam CAESARIS ſplendidum nomen poſt Neronis nomen collocatum; nec iſti, ut in aliis imperatorum monimentis, antepoſitum ſit? Hoc ut diſtincte intelligamus, obſervandum eſt, tempore priorum Imperatorum Cæſaris nomen per ordinem nominibus Auguſtorum additum, non antepoſitum fuiſſe, & pro communi ſententia (*b*) Veſpaſianum ac Titum primos exſtitiſſe, qui Cæſaris nomen nomini ſuo præmitterent. Id docent nummi, ubi CAESAR VESPASIANVS, &, ut in Titi nummis a paternis diſcrimen ſit, CAESARIS nomine, inter prænomen Titi & Veſpaſiani inſerto: T. CAESAR VESPASIANVS; vel T. CAESAR IMP. VESPASIANVS ſcriptum eſſe, videmus. Ceteri deinde principes eumdem morem; ſed, quod

probe

(*a*) Pag. XVII. 10. adde Thom. Reineſium *Syntagm. Inſcript.* p. 88. & *Epiſt.* 69. *ad Rupertum*, pag. 654. & Ezech. Spanhemium ſæpius laudato egregio opere *de Vſu & Praſt. Numiſm. vol. II.* pag. 371. Jac. Sponium *Recherch. d' Antiquit. Diſſ. XXIX.* p. 481.

(*b*) Vid. Reineſium *Claſſ. I. inſcr.* 64. 65. 108. & 148.

(*c*) Gratianus patre ſuperſtite primus fuit, qui *Auguſti* accepit titulum: conſ. Anonymi *Expoſit. Nummorum Gratiani in memor. Trivoltin.* an. MDCCII. *menſ. octobr.* p. 290.

(*d*) *Libr. LIII.* p. 509.

(*e*) *Explicat. ad inſcript. Aug. Tom. IV. Theſ. Ant. Rom.* Grævii p. 1858.

(*f*) *Not. & obſervat. ad Marmor. baſin. Coloſſi Tiberio erecti*, cap. VII. *Tom. VII. Theſ. Ant. Græc.* Gronovii p. 460.

(*g*) *Lex. ant. Rom. Tom. I.* p. 214.

(*h*) *Cenotaph. Piſan. Diſſ. II. cap.* 8. *Tom. III. oper.* p. 283.

(*i*) *Select. Oper.* p. 477.

(*k*) *De Vſu & Praſt. Numiſm.* vol. II. p. 371.

(*l*) *Monum. vet. Antii*, p. 263.

(*m*) *Part. I.* p. 241. & ſeq.

(*n*) Singulari *de titulo Auguſti Diſſ.* Vitemb. MDCXCIX.

(*o*) *Diſſ. II. Syntagmat. Dignit. Illuſtr. cap. I.* §. 5. p. 101. & ſeq.

(*p*) *Not. ad Sueton. vit. Aug. cap. VII.* §. 4.

(*q*) *Lib. II. Jur. Publ. cap.* 1. §. 30. p. 4. & ſeq.

(*r*) *Vitriar. Illuſtrat.* p. 297.

(*s*) *Programmat. num. IV.* p. 20. & ſeq.

(*t*) *Numiſm. Aer. Selectior. maximi moduli e Muſeo Piſano, Tom. I. animadv.* 4.

(*u*) *Biblioth. Antiquar. exeget.* p. 284. adde Jo. Chr. Olearium *Epiſtol. de nummo M. Aurelii Antonii conturniato, Jenæ* MDCXCVI. pag. 5. 6.

(*x*) Vide Lampridium *vit. Alexandr. Severi, cap. X.*

(*y*) *De Imper. Rom. Lib. I. cap.* 12.

(*z*) Vide Suetonium vit. *Aug. cap. XXVI.*

(*a*) Lege eumdem *vit. Vitellii* cap. VIII. & compara cum ejus verbis ea quæ Tacitus Lib. III. *Hiſtor. cap.* 58. §. 6. memorat.

(*b*) Vid. Spanhemius, quando *Diſſ. XII. de Vſu & Praſt. Numiſm. vol. II.* p. 351. contendit, Veſpaſiani demum ac Titi temporibus ſitum nominis hujus mutatum, ac tamquam prænomen Auguſtorum nominibus antepoſitum fuiſſe, ſimul adfirmare videtur, ante Veſpaſianum nunquam id factum fuiſſe. Sed obſtant nummi aliquot, qui me in aliam tranſire ſententiam, cogunt. Exhibet illos Patinus *Numiſm. Imperat. Rom.* p. 119. quumque ibi legitur: ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΚΛΑΥ. ΝΕΡΩΝ. ΣΕΒ. *αὐτοκράτωρ καῖσαρ* Κλαύδιος Νέρων Σέβαστος. facile patet, jam ante Veſpaſianum nonnunquam CAESARIS nomen ante reliqua Imperatorum nomina collocatum fuiſſe.

probe notandum eſt, non continuo imitati ſunt; proinde vero ſitus horum nominum in nummis pariter ac inſcriptionibus exſtitit diverſus. Sic quoque de Trajano, de Adriano (*a*) deque aliis Imperatoribus notum eſt, in eorum nummis CAESARIS nomen nominibus eorum antepoſitum eſſe, exempli cauſſa: NERVA CAESAR TRAIANVS: T. AEL. CAESAR ANTONINVS PIVS: IMP. CAES. M. AVRELIVS NVMERIANVS. NOB. CAESAR: IMP. CAES. M. AVRELIVS CARINVS; quum contra in aliis horum ac reliquorum imperatorum poſt Veſpaſianum nummis ac lapidibus, CAESARIS nomen more antiquo collocatum & ad principum nomen adjunctum eſt. Nonnulli exiſtimarunt, in nummis antiquis CAESARIS nomen Auguſtis ac filiis ſimul ita tribui, ut id illis tanquam prænomen; his vero tanquam cognomen additum fuerit. Hoc modo exempli cauſſa Titum, vivente adhuc patre, TITVM VESPASIANVM CAESAREM; poſt traditum vero ipſi ſummum imperium IMPERATOREM CAESAREM TITVM VESPASIANVM AVGVSTVM adpellatum eſſe, crediderunt. Ipſe *Spanhemius*, quod ſane mirandum eſt, in hac fuit ſententia, quam in veteri editione nunquam ſatis laudandi *de uſu & præſtantia numiſmatum* operis his verbis propoſuit (*b*): *adhibitum nempe hoc diſcrimen in iiſdem nummis videas, ut quæ Auguſti ſucceſſoribus ad Veſpaſiani tempora cognominis loco cedebat, poſtea mutata ſede, prænominis vicem ut plurimum occuparit, ac pro cognomento Auguſtorum liberis, aut apparitoribus, ut eos vocat Ammianus, vulgo ſit relicta.* (*c*); eam tamen poſtmodum, & merito quidem, deſeruiſſe, videtur, quum in nova præſtantiſſimi hujus libri editione, ab *Iſaaco Verburgio* curata, (*d*) expreſſe adfirmatum ſit (*e*), *ſitum nominis Cæſaris in nummis eorumdem, aliorumve Imperatorum fuiſſe promiſcuum*. Multis hæc probari poſſent exemplis; ſed brevitatis cauſſa tantum provoco ad Nervæ nummum apud *Harduinum* (*f*), cujus inſcriptio eſt: IMPERATOR NERVA CAES. AVG. & ad Domitiani nummos (*g*), vivente adhuc patre, cuſos & ita inſcriptos: CAES. DOMITIANVS CONS. DES. II. Ex his aperte liquet, ſitum hujus nominis poſt Veſpaſiani potiſſimum tempora exſtitiſſe diverſum. Nolo de eo jam fuſius diſputare, quam ob cauſſam in noſtro marmore Nero nec IMPERATOR adpellatus; nec ejus tribunitia poteſtas deſignata ſit. Eum, quemadmodum Tiberius fecit (*h*), imperatoris titulum recuſaſſe, nullo loco invenimus. Geſſit potius honorificum hoc nomen, non ſolum tamquam cognomen, iis, qui victis fugatiſque hoſtibus glorioſam, omnibuſque numeris abſolutam victoriam reportarunt, adſignatum (*i*); ſed etiam tamquam prænomen (*k*), Julio primum Cæſari, poſtea quoque Auguſto, ejuſque ſucceſſoribus a Senatu delatum, ut imperii, auctoritatis, ſupremæque poteſtatis eſſet inſigne (*l*), Auguſtorum ab initio proprium: deinde quoque a Titi temporibus cum Cæſaribus, imperii candidatis, communicatum. De Nerone id nummi pariter ac marmora confirmant. Illorum *Spanhemius* (*m*) mentionem facit; hæc vero *Gruterus* (*n*) exhibet, quæ ita quidem comparata ſunt, ut IMPERATORIS titulus in his non ante Neronis nomen poſitus; ſed ad id tamquam cognomen adjunctus ſit, toties iteratum, quoties aliquid, tam glorioſo dignum nomine, geſtum ac ſuſceptum fuerat (*o*); ex eo tamen minime colligendum eſt, Neronem, exemplo Tiberii, ab hoc titulo, ſupremi Auguſtorum faſtigii ſigno, abſtinuiſſe; nec eo ſenſu Imperatorem adpellatum eſſe, quo Julius Cæſar (*p*), quo Auguſtus, quo reliqui ejus ſucceſſores eum a ſenatu acceperunt. Præterea enim, quod nummi, in quibus IMPERATOR & αὐτοκράτωρ dicitur, contrarium doceant, & *Dio Caſſius* (*q*) diſertis teſtetur verbis, omnibus ſine diſcrimine nomen hoc adſignari, qui ſummum obtineant imperium, id eſt, Cæſaribus Auguſtis, patet id inprimis ex *Suetonio* (*r*), qui Neronem poſt Claudii mortem IMPERATOREM ſalutatum fuiſſe, hocque nomen eum haud recuſaſſe, luculenter perhibet. Idem ex *Tacito* (*s*)

ac

(*a*) Multis hoc probari poſſet exemplis, niſi id & iis quoque, qui vel leviter vetuſta ſaxa inſpexerunt, foret cognitum. In inſcriptionibus Trajani id frequenter occurrit. Ad ea ſpectat quoque milliarium Adriani, a Jo. Bapt. Plantino in *Helv. Ant. & Nov.* p. 253. & *Abregé de l'hiſtoire de Suiſſe* p. 520. Maſſonio *Hiſt. Crit. de la Republ. des lettres Tom. VI.* p. 72. exhibitum, de quo lectu digniſſima ſunt, quæ Cel. Jo. Caſp. Hagenbuchius, in [illegible]. *Turicenſ.* p. 500. quo egregium Turicenſe monimentum illuſtratur, diſputat.

(*b*) *Diſſ. VIII.* p. 661.

(*c*) Raph. Fabrettus *Columm. Trajani* p. 90. jam quodammodo errorem hunc vidit; ſed non auſus eſt, contrarium adfirmare. Proinde ſcribit: *In his trium nummorum inſcriptionibus Spanhemii obſervatio locum ſibi vindicat; modo ea certa ſit, nondum ſcilicet Trajanum imperium adeptum fuiſſe, quia Cæſaris adpellatio prænominis vicem non occupat: non enim dicitur Cæſar Trajanus, ut alias poſt imperium; ſed Trajanus Cæſar cognomenti loco.*

(*d*) Quæ Amſtelod. duob. voluminibus fol. MDCCXVII. prodiit.

(*e*) Pag. 355.

(*f*) *Oper. Select.* p. 745.

(*g*) Ibid. p. 733.

(*h*) Vid. Suetonium ejus *Vit. cap. XXVI.*

(*i*) Vid. Suetonium *vit. Neron.* cap. XIII.

(*k*) Ita hic Imperatoris titulus quatenus is Auguſtis, tanquam regis nomen, datus eſt, diſerte a Suetonio vocatur *vit. Cæſ. cap. LXXVI. vit. Tiber. cap. XXVI. vit. Claudii, cap. XII.* Etiam ex nummis apud Mediobarbum pag. 88. 89. ſatis patet, Neronem Imperatoris prænomen non prius geſſiſſe; quam defuncto Claudio Cæſar Auguſtus ſalutatus fuerat.

(*l*) Per ordinem Imperatoris vocabulum triplicem habet ſignificationem. Primum idem eſt ac Græcorum *ἡγεμὼν* & *στρατηγὸς*, *adminiſtrator belli gerendi*: Conf. Ciceronem *de Orator. lib. I. cap.* 48. Deinde ſignificat victorem [illegible] ita ut iis tamquam cognomen daretur, qui res magnas bello geſſerant, & decem millia hoſtium occiderant: vid. Appianum *de Bell. Civil. lib. II. p.* 455. & Dionem Caſſium, Lib. XLIII. p. 235. Denique nomen hoc principes Auguſti adſumpſerunt, tamquam ſupremæ poteſtatis inſigne, idque nomini ſuo antepoſuerunt: exempli cauſſa: IMP. CAESAR DIVI F. AVG. PONT. MAX. COS. XIII. IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVIII. Ita *imperatoris* nomen, tamquam prænomen & cognomen ſimul; ſed diverſa ſignificatione geſſerunt: Conf. Jul. Cæſ. Bulengerum *de imper. Rom. lib. I. cap. I.* Carol. Sigonium *de Jur. Provinc. lib. II. cap. 7. p.* 228. Raph. Fabrettum, *Columm. Trajani* pag. 89. Sam. Pitiſcum *not.* ad *Suetonium* pag. 127. & *Lex. Ant. Rom. tom. II.* p. 314. auctores *Marmorum Taurinenſium Part. I.* p. 234. alioſque plures.

(*m*) *Libro* ſæpius *laudato Vol. II.* p. 403. Adde Carolum Patinum *imperat. Rom. numiſmat.* p. 112. ubi nummus cum hac inſcriptione exhibetur: IMP. NER. CLAVD. CAES. AVG. & pag. 119. in nummo quodam hæc legimus verba: ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ. ΚΛΑΥ. ΝΕΡΩΝ. ΣΕΒ. *Imperator Cæſar Claudius Nero Auguſtus.*

(*n*) Pag. CXVIII. p. CLIV. & CLXXXIX.

(*o*) Ita quoque hoc apud Muratorium variis locis, nominatim *tom. I. pag. 227. Inſcr.* 1. occurrit.

(*p*) Vid. Dionem Caſſium *lib. XLIII.* p. 255. & *lib. LII.* p. 808.

(*q*) *Lib. LIII.* pag. 235.

(*r*) *Vit.* ejus *cap. VIII.*

(*s*) *Lib. XII. Annal. cap.* 69. §. 3.

ac *Plinio* conſtat, qui Imperatoribus non ſolum PRINCIPIS titulum quam ſæpiſſime vindicat ac eodem ſenſu, quo aliis Imperatoribus, Neroni tribuit; ſed etiam *cunctos Cæſares* IMPERATORES vocatos fuiſſe, haud obſcure memorat (*a*); ex eo vero luculenter patet omnes promiſcue Cæſares Auguſtos a Julio uſque ad Veſpaſianum magnifico hoc titulo ornatos fuiſſe. Eadem ratione & *Dio Cryſoſtomus* (*b*) Neronem τὸν τῶν βασιλέων σφοδρότατον, *imperatorem vehementiſſimum* adpellat; βασιλέως autem non aliter ac αὐτοκράτορος vocabulum eodem ſenſu uſurpat, quo apud alios Græcos profanos ſcriptores, Romanus *Imperatoris*; vel ſummum imperium tenentis, titulus deſignari ſolebat, ut ex *Diodoro Siculo* (*c*), *Appiano* (*d*), *Herodiano* (*e*), *Dione Caſſio* (*f*), *Philoſtrato* (*g*), *Euſebio* (*h*) aliiſque (*i*) abunde colligitur. Et quid multa? Unica hæc inſcriptio quæ apud *Thomam Reineſium* (*k*) legitur & ita incipit: IMP. NERO. CL. CAES. AVGVST. GERMANICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. V. IMP. IV. P. P. ſatis a me dicta comprobat. Tribuitur in iſta Neroni titulus IMPERATORIS tamquam *prænomen*, quatenus is, a ſenatu Jul. Cæſari datus, ſupremam poteſtatem ac ſummum imperium ſignificabat. Ad nomen ipſum deinde, tamquam cognomen, adjungitur iterum IMPERATORIS vocabulum; ſed alio ſenſu, quo videlicet duci victori, re optime ac feliciter geſta, adſignari; ab iis vero, quibus id decernebatur, toties repeti ſolebat, quoties aliquid, tam glorioſo dignum nomine, in bello geſſerant, unde in inſcriptionibus ſæpe legimus: IMP. II. III. IV. V. cet. Quodſi quæritur: quam ob cauſſam in noſtro marmore Neronis quoque nomini imperatoris titulus non additus ſit? obſervandum eſt, in nummis pariter ac marmoribus nomina imperatorum una cum ipſorum titulis ſæpe non integra exhiberi (*l*). Neminem fore credo, qui hoc negaturus ſit, modo vel leviter antiqua inſpexerit marmora. Nominatim imperatoris titulus haud raro omiſſus eſt, ut inprimis ex Adriani, Antonini Pii, M. Antonini, Commodi, Severi aliorumque nummis & inſcriptionibus patet. Præterea nomen hoc, quatenus id, tamquam ſupremæ poteſtatis inſigne, Cæſaribus Auguſtis, ut per ordinem prænominis vices ſuſtineat, tributum a ſenatu eſt, a prioribus Auguſtis ſæpe uti cognomen, uſurpatum; nec ante nomen poſitum; ſed ad id haud raro adjunctum fuit. Hoc & in Neronis nummis pariter ac inſcriptionibus factum eſt, ita, ut in variis ejuſmodi monimentis IMPERATORIS nomen non victorem; ſed regem & ſumma poteſtate præditum principem deſignet, quamvis id, non aliter ac cognomen, nomini proprio additum fuerit (*m*).

In noſtro marmore poſt Neronis nomen ſequitur: PONT. MAX. pro quo in aliis lapidibus P. M. PON. MAX. PONTIF. MAX. cet. etiam omnibus litteris: PONTIFICI MAXIMO ſcriptum eſſe, videmus. Significatur per id *pontificatus* hujus imperatoris *maximus*, quem tamquam Cæſar Auguſtus geſſit. Munus hoc fuit omnium religioſiſſimum, quod in nummis pariter ac inſcriptionibus Auguſtorum Cæſarum nominibus additum eſt. Simulac Jul. Cæſar ſupremam poteſtatem, quam alii jam ante ipſum; ſed infeliciter, ambire ſibi ſumſerant, adfectare ac liberæ reipublicæ everſionem inferre, tentavit, corruptiſſimorum eorum temporum occaſione, quibus Roma, luxu, otio ac licentia ſopita, jugum imponendum haud ſentiebat, excitatus, ad id potiſſimum ſtudia ſua adhibuit, ut præſtantiora reipublicæ munera, ſine quibus nihil moliri ſe poſſe, recte arbitrabatur, populi præſertim favore ad ſe raperet, ac per id, ut Suetonius (*n*) ait, *unus omnia in republica ad arbitrium adminiſtraret*. Sed, quum probe videret, potentiam, ad quam adſpirabat, ſine ſecuritate haud conſiſtere poſſe, religione iſtam quaſi firmandam ſibique religioſiſſimo munere auctoritatem, ac venerationem conciliandam eſſe, ratus adhuc privatus tamquam regiæ poteſtatis præſidium pontificatum maximum petiit, eumque etiam per varias artes anno ab Vrbe condita DCXCI. M. Tull. Cicerone, & Antonio conſulibus obtinuit. Nihil ſane aptius, opportuniuſque Julio contingere potuiſſet; quam ſanctum illud munus, ipſi delatum, quod tanta petiit contentione ut quum mane ad comitia deſcenderet, matri prædiceret (*o*) ſe domum non; niſi pontificem maximum, reverſurum. Per id enim poteſtate, atque imperio in res ſacras, ac ſimul facultate præditus erat, ſub religionis ſpecie magiſtratuum conſilia dirimendi: quæ ipſi diſplicebant, irrita faciendi, ac cuncta ad arbitrium ſuum diſponendi. Præterea ipſe ſenatui, populoque rerum ſuſceptarum rationem reddere, neceſſe haud habebat, & ab omni quoque pœna liber ſumma cum auctoritate omnia quæcumque volebat, machinari poterat. Ultimis vitæ annis, quum de imperii ſucceſſore cogitaret, ſenatus ſanciebat, ut ejus filius, ſi quem gigneret; aut adoptaret, pontificatum etiam maximum adipiſceretur (*p*), cujus decreti ipſe ſine dubio ſuaſor hortatorque extitit. Sed Octavium, adoptatum Cæſaris filium, ſpes fefellit, quum in confuſione rerum & tumultu, opera potiſſimum M. Antonii, M. Lepidus hanc provinciam interciperet

peret

(*a*) *Lib. XV. Cap.* 32.
(*b*) *Orat. XXXI.* pag. 355.
(*c*) *Eclog. LXXXVI.*
(*d*) *De Bell. Civil. lib. I.* p. 414.
(*e*) *Lib. I. c.* 6. §. 14.
(*f*) *Lib. XLIII.* p. 507.
(*g*) *Vit. Soph. Lib. II.* p. 163.
(*h*) *Lib. II. Hiſt. Eccl. cap.* 2. cum quo locus Tertulliani *cap. V. Apologet.* comparandus eſt.
(*i*) Adde Jo. Dougtaeum *Analect. Nov. Teſt.* p. 63. Pari modo Latini Scriptores, Græcos imitantes, Imperatores Romanos *Reges* vocant, ut ex Claudiani aliorumque effatis probat *Ez.* Spanhemius de *Vſu & Præſt. Numiſm. vol. II.* p. 399. Scriptores judaici eadem ratione nomen מלך uſurparunt, ut ex Jo. Seldeno de *Jur. Nat. & Gent.* p. 803. liquet. Adde Jo. Chriſt. Wolfium *Cur. Phil. & Crit. in IV. Evang.* p. 977.
(*k*) *Claſſ. VII. inſcr.* 31. p. 504. Adde aliud ſaxum apud Muratorium Tom. I. p. CCXXVII. *inſcr.* 4.
(*l*) Quis neſcit, Neronem in antiquis monimentis haud raro ſimpliciter NERONEM CAESAREM AVGVSTVM, vocari, omiſſis IMPERATORIS, CLAVDII PONT. MAXIMI, GERMANICI nominibus ac reliquis titulis. Conſ. Franc. Mediobarbum *Imperat. Rom. Numiſm.* p. 89. & ſeq.
(*m*) Luculentum hac de re teſtimonium perhibet inſcriptio apud Muratorium *Tom. I.* pag. CCCCXLV. *Inſcr.* 4.
(*n*) *Vit. Cæſ. cap. XX.*
(*o*) Vid. eumdem *loc. excit. cap. XIII.*
(*p*) Vid. Dionem Caſſium *Lib. XXXVII.*

peret (*a*), ita ut, eo demum defuncto, Auguſtus ſumma rerum ſacrarum potiretur, quarum adminiſtrationem vivo adhuc Lepido variis de cauſſis recuſaverat. Poſt Octavium Auguſtum reliqui Cæſares Auguſti pontificatum maximum obtinuerunt, ita ut is principum quaſi proprius & cum ſummo imperio conjunctus honos eſſet. Uſque ad Alexandrum Severum imperatoribus religioſum hoc munus ſeparatim; nec eo ipſo tempore, quo Cæſares Auguſti facti ſunt, collatum fuit; poſtea vero una cum Auguſti titulo, aliiſque honoribus etiam ipſi uno eodemque die ſummus pontifitus delatus fuiſſe, videtur (*b*). Præterea, imperatores etiam pontificis maximi munera ac officia obierunt ac poteſtate, qua is per ordinem præditus eſſe ſolebat, uſi ſunt, id quod non de Nerone quidem diſerte; ſed de Auguſto, Tiberio, Claudio, Vitellio, Domitiano, Trajano, Adriano, aliiſque ex antiquis monimentis compertum habemus (*c*), quamvis iſti hac in re per ſuum arbitrium agere, ac multa, quæ ceteroquin a ſummo pontifice obſervanda erant, intermittere potuerint. Primis temporibus Cæſares; ſive deſignati imperii ſucceſſores, ſolum pontifices exſtiterunt (*d*), id quod etiam de Nerone ſcimus (*e*); nec ante Alexandrum Severum plures imperatores, ſimul titulum hunc geſſiſſe, videntur. Conferas de hoc argumento *Jo. Andr. Boſium* (*f*) & ad hunc *Jac. Gutherium* (*g*), *Onuphr. Panvinium* (*h*), *Burc. Gotth. Struvium* (*i*), *Ant. Vandale* (*k*), *Ez. Spanhemium* (*l*), *Bouhierium* (*m*), *Jac. Elſnerum* (*n*) & auctores *marmorum Taurinenſium* (*o*) eruditos, aliosque plures adjungas.

Obſervavi, quod Imperatores Auguſti non ſolum nomen pontificis maximi geſſerint; ſed etiam iis perfuncti ſint muneribus, quæ iſtius curæ per ordinem committi ſolebant. Ita de Auguſto *Suetonius* (*p*) refert, eum fatidicos libros, quorum nulli, vel parum idonei exſtiterint auctores, cremaſſe: annum ad priſtinam formam redegiſſe: Sacerdotum numerum, dignitatemque auxiſſe & ex antiquis cerimoniis paullo abolita reſtituiſſe, id quod &, præter alia, a ſummo pontifice curanda, Claudium feciſſe, memorat (*q*). Ad ea etiam ſpectant, quæ in flaminis dialis Servii Maluginenſis cauſſa Tiberius reſpondit, auctore *Tacito* (*r*), qui & de Vitellio tradit (*s*), eum, maximum pontificatum adeptum, de cerimoniis publicis edixiſſe. Idem de Domitiano & Trajano compertum habemus, quorum ille, tamquam pontifex maximus, reliquos pontifices in Albanam villam convocavit, & Corneliam Maximillam, virginem veſtalem, damnavit inceſti (*t*); hic vero in variis cauſſis, ad ſacra ſpectantibus, interrogatus, more pontificum maximorum ſententiam ſuam dixit (*u*), id quod etiam de Adriano *Spartianus* (*x*): de M. Antonino *Capitolinus* (*y*): de Alexandro Severo & Aureliano *Lampridius* (*z*) confirmant. Sine dubio etiam Nero eodem modo ſeſe geſſit, ac officio, munerique pontificis maximi nonnunquam ſatisfecit. Ipſam Chriſtianorum duriſſimam vexationem, quam tyrannus imperavit, & cujus in noſtro marmore mentio fit, huc quodammodo referendam eſſe, arbitror, ita ut vel ea de cauſſa *Pontificis maximi* titulus ejus nomini in marmore noſtro additus eſſe, videatur. Ad minimum ſuperſtitioſus populus, Neronem pontificis maximi partes per id impleviſſe, ſibi perſuaſit, quippe quæ in eo quoque poſitæ fuerunt, ut patriam cuſtodiret religionem, & peregrina ſacra urbi inferri, haud pateretur, ubi iſta ita comparata erant; ut Romanorum numinum cultui officerent, id quod jam variis exemplis monſtrabo.

Pro Romanorum inſtituto nefas erat, deos, niſi publica auctoritate conſtitutos, colere. Patet hoc non ſolum ex iis, quæ de Paullo & Sila *Lucas* (*a*) Actorum apoſtolicorum conditor, nobis memoriæ prodidit; ſed etiam ex *Tertulliano* (*b*), qui, *vetus erat decretum*, inquit, *ne quis deus ab imperatore conſecraretur; niſi a ſenatu probatus*, quæ verba *Euſebius* (*c*) ita græce reddidit: Παλαιὸν ἦν δόγμα, μηδένα θεὸν ὑπὸ βασιλέως καθιερῦσθαι, πρὶν ὑπὸ τῆς συγκλήτου δοκιμασθῆναι. *Cicero* (*d*) in actione contra Verrem judices ita adloquitur: *medemini religioni ſociorum, judices, conſervate veſtram. Neque enim hæc externa vobis religio; neque aliena: quod ſi eſſet, ſi ſuſcipere eam nolletis, tamen in eo, qui violaſſet, ſancire vos velle oporteret*; alio vero loco ex (*e*) antiqua Romuli lege hæc tradit: *ſeparatim nemo habeſſit deos; neve novos; ſed ne advenas, niſi publice adſcitos, privatim colunto*. Ad id etiam hæc Mæcenatis ad Auguſtum verba, quæ *Dio* (*f*) nobis memoriæ prodidit, ſpectant: τὸ μὲν θεῖον πάντῃ πάντως αὐτός τε σέβου, κατὰ τὰ πάτρια, καὶ τοὺς ἄλλους τιμᾷν ἀνάγκαζε, τοὺς δὲ ξενίζοντάς τι περὶ αὐτὸ καὶ μίσει καὶ κόλαζε, *divinum illud numen omni modo, omni tempore ipſe*

(*a*) Conf. Livium *Epit. CXVII.* & Vellejum *Libr. II. cap.* 63.
(*b*) Conf. præ cæteris Jo. Andr. Boſium *Exercit. de Pontificat. Max. Imper. cap. I.* §. 8. pag. 331.
(*c*) Vid. eumdem *cap. II.* §. *I.* & ſeq. p. 337.
(*d*) Vid. Raph. Fabrettum *Column. Trajani* p. 89. Proinde etiam in inſcriptione apud Muratorium *Tom.* I. p. CCXXVII. *inſcr.* 2. Nero ſolummodo *Pontifex* adpellatur, quum eo tempore, quo monumentum hoc eſt poſitum, tantum *Princeps juventutis*; ſive deſignatus imperii ſucceſſor eſſet.
(*e*) Conf. Spanhem. *de Uſu & Præſt. Numiſm. vol.* II. p. 422.
(*f*) *Exercit. de Pontificatu Maximo Imperator. Rom.* p. 321. ejus *Introduct. in Notit. Scriptor. Eccleſiaſtic.*
(*g*) *De vet. jure Pontif. lib.* 1. *cap.* 2. *Tom. V. Theſ. Ant. Rom. Grævii*, p. 22.
(*h*) *Libr. V. Faſt. Rom.* 94. & 330. ſq.
(*i*) *Syntagm. Ant. Rom. cap.* XII. p. 567.
(*k*) *Diſſ.* IX. *Antiquit. & Marmor. illuſtrand. inſervient.* p. 175.
(*l*) *De Uſu & Præſtant. Numiſm. vol.* II. p. 423. ſq.
(*m*) In *Diſſert. ſur le Grand Pontificat. des Empereurs Romains*, edit. Divion. MDCCXLII.
(*n*) *Schediaſm. Crit. quo Auctores, aliaque antiquitatis monimenta emendantur*, cet. *cap. ult.*
(*o*) *Part. I.* p. 249.
(*p*) *Vit.* ejus, *cap. XXXI.*
(*q*) *Vit.* ejus *cap. XXII.*
(*r*) *Lib. III. Annal. cap.* 59. & *cap.* 71.
(*s*) *Lib. II. Annal. cap.* 91.
(*t*) Vid. Plinium *Lib. IV. Ep. II.* & Suetonium *vit. Domit.* cap. VIII.
(*u*) Conf. Plinium *Lib. X. Epiſt.* 58. 59. adde Spanhemium *loc. cit.* p. 422.
(*x*) *Vit.* ejus *cap. XII.*
(*y*) *Vit.* M. Anton. cap. XIII.
(*z*) *Vit. Alexand. Sever. cap. XII. & Aureliani cap. XXXV.*
(*a*) *Act. XVI.* 21.
(*b*) *Apologet. cap. V.*
(*c*) *Lib. II. Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 2. pag. 41.
(*d*) *Libr. V. in Verr. cap.* 57.
(*e*) *Lib. II. de Legib. cap.* 8. p. 1295. *oper.*
(*f*) *Lib. LII. Hiſt.* p. 490.

ipſe cole juxta leges patrias, & ut alii colant, effice; qui vero peregrinos ritus introducunt, eos & averſator & punito. In *Livio* itidem luculenta moris hujus veſtigia deprehendimus. Ita narrat iſte (*a*): *quum peſtis exorta eſſet Romæ, datum eſſe negotium ædilibus, ne qui niſi Romani dii, nec alio more; quam patrio colerentur*. Alio vero loco tradit (*b*): *quum tanta religio & ea magna ex parte externa, civitatem inceſſiſſet, ut aut homines, aut dii repente alii viderentur facti; nec jam in ſecreto modo atque intra parietes abolerentur Romani ritus; ſed in publico etiam ac foro, Capitolioque mulierum turba eſſet, nec ſacrificantium; nec precantium deos patrio more*, ſenatus conſultum eſſe factum, ut illis religionibus populus liberaretur, quo edictum fuit, ne quis in publico ſacrove loco novo, aut externo ritu ſacrificaret. Apud eumdem auctorem (*c*) conſules contra Bacchanalia ita loquuntur: *quoties hoc patrum, avorumque ætate negotium magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri vetarent, ſacrificulos, vateſque foro, circo, urbe prohiberent, vaticinos libros conquirerent, comburerentque: omnem diſciplinam ſacrificandi, præterquam more Romano, abolerent*. Sic quoque de magna Romæ anno urbis conditæ DLXVI. orta ſeditione, qua tam multi necati, & in vincula conjecti ſunt, varia commentatur, & cum hac narratione mandatum, conſulibus datum, conjungit (*d*): *ne qua bacchanalia Romæ; neve in Italia eſſent*, cujus ſenatuſconſulti etiam *Auguſtinus* meminit his verbis (*e*): *bacchanalia ſumma celebrantur inſania. Hæc tamen poſtea diſplicuerunt ſenatui ſaniori & ea juſſit auferri*; alio autem loco (*f*): *& tamen*, inquit, *ejus dei nomine per immundos dæmones Bacchanalia ſacra; vel potius ſacrilegia inſtituta ſunt, de quorum rabioſa turpitudine poſt tam multos annos ſenatus ſic erubuit, ut in urbe Roma eſſe, prohiberet*. Addo de hoc Romanorum erga peregrinos ſacros ritus odio ſequens *Taciti* effatum (*g*): *Pomponia Græcina, inſignis femina, Plautio, qui ovans ſe de Britanniis retulit, nupta, ac ſuperſtitionis externæ rea, mariti judicio permiſſa*. *Valerius Maximus* (*h*) varia de peregrina religione, a Romanis rejecta, nobis memoriæ prodit; *Suetonius* (*i*) vero Auguſtum laudat, quod uti veteres receptas religiones ſtudioſe coluerit; ita ceteras contemtui habuerit, adeo, ut nec in peragranda Ægypto paullum a via deflectere ad Apim viſendum voluerit, id quod etiam de Tiberio (*k*) tamquam præclarum quid obſervat, eumque celebrat, quod externas contemſerit cerimonias. Et, quis porro neſcit, quam acerbum odium Romanos in Ægyptiorum & Judæorum ſacra ſpeciatim ceperit? Quam in rem luculenta apud *Ciceronem*, *Tacitum*, *Suetonium*, *Dionem Caſſium*, *Lucanum*, *Juvenalem*, *Perſium* cet. teſtimonia deprehendimus. Quod de Judæorum & Ægyptiorum; id & de Chriſtianorum ſacris dicendum eſt, quæ, tamquam peregrina, Romani omni conatu abolere, ac chriſtianum nomen penitus exſtirpare voluerunt. Hoc antiqua tam chriſtiana; quam profana ingeniorum monimenta abunde confirmant. Sciunt id omnes, & ii etiam, qui vel leviter fata cœtus ſanctioris, quæ is primis ſubiit temporibus, ſibi cognita reddiderunt.

Quemadmodum autem Romanis peregrina ſacra maxime inviſa erant; ita inter varia pontificis maximi officia, quibus perfungebatur, etiam illud haud minimum fuit, quod cum oporteurit non ſolum omnia, quæ ad cultum divinum pertinent, rite peragendum, explicare, atque interpretari; ſed etiam inprimis omni diligentia providere, ne patria ſacra ejuſmodi peregrinorum numinum cultu turbarentur, ac curare, ne quid religio detrimenti caperet. Numa enim Pontifici maximo ſacra omnia exſcripta, exſignataque adtribuerat: quibus hoſtiis: quibus diebus: ad quæ templa ſacra fierent, atque unde in eos ſumtus pecunia erogaretur. Cetera quoque omnia publica privataque ſacra pontificis ſcitis ſubjecit, ut eſſet, quo conſultum plebs veniret, ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinoſque adſciſcendo, turbaretur (*l*). Id inprimis ex iis patet, quæ de officio pontificum generatim diſſerit *Dionyſius Halicarnaſſenſis*, (*m*) ac deinde obſervat, eos ἱεροδιδασκάλους, ἱεροποιούς, ἱεροφύλακας, ἱεροφάντας, *ſacrorum doctores, adminiſtratores, cuſtodes, interpretes* adpellandos eſſe, id quod ſatis oſtendere arbitror etiam Pontificis maximi officium in eo poſitum fuiſſe, ut religionem patriam omni diligentia incorruptam ſervaret, & peregrinis ſacris ſeſe opponeret. Proinde etiam in antiquis ingeniorum monimentis deprehendimus, pontificem maximum ea, quæ contra ſacrorum jus ac religionem a ſenatu, aut populo decreta fuerant, impediviſſe (*n*) ac, ne patriæ religioni damnum inferretur, libros ſacros inurios, ac forſitan noxios ſuſtuliſſe, uti hoc præter alios, de quibus jam ſupra dixi, inprimis de Auguſto patet, qui, teſte *Suetonio* (*o*), *poſtquam pontificatum maximum ſuſcepit, quicquid fatidicorum librorum nullis; vel parum idoneis auctoribus ferebatur, ſupra duo millia contracta undique concremavit*. Ad ea itidem ſpectat vetus, quod *Jac. Gutherius* (*p*) exhibet, marmor:

PONTIFICI . MAXIM
TRIBVNI . POTESTAT
IMP. XVII. P. P
COS. VII. DESIGN. VIII. CENSORI
CONSERVATORI . CERIMONIARVM
PVBLICARVM

in

(*a*) *Libr. IV. cap.* 30.
(*b*) *Lib. XXV. cap.* 1.
(*c*) *Lib. XXXIX. cap.* 15.
(*d*) *Lib. XXXIX. cap.* 18.
(*e*) *Lib. VI. de Civ. Dei*, c. 9. Tom. VII. *oper.* pag. 121.
(*f*) Ibid. *Lib. XVIII. c.* 13. p. 377.
(*g*) *Lib. XII. Annal. cap.* 32.
(*h*) *Lib. I. cap.* 3. p. 39. & ſeq. Adde Dionyſium *Halicarnaſſenſem Ant. Rom. cap. II.* p. 91. Plura de odioſis apud Romanos novis peregriniſque ſacris teſtimonia collegit Chriſt. Kortholtus *Pagan. Obrectat. Lib. I. cap.* 5. p. 68. & ſeq.
(*i*) *Vit. Aug. cap. XCIII.*
(*k*) *Vit. Tiber. cap. XXXVI.*
(*l*) Vid. Livium *Libr. I. cap.* 20.
(*m*) *Lib. II. Ant. Rom.* p. 133.
(*n*) Vid. Plutarchum *Vit. Num.* p. 66. & Livium *lib. IX. cap.* 46. & *lib. XXXI. cap.* 9. Suetonium *vit. Vitellii cap. XI.* Tacitum *Lib. II. Hiſt. cap.* 91. Ciceronem *pro Dom. cap. LI.* aliosque plures.
(*o*) *Vit.* ejus *cap. XXXI.*
(*p*) *De Veter. Jur. Pontif. Lib. I. cap.* 12. *Tom. V. Theſ. Ant. Rom.* Grævii p. 27.

in quo verba : CONSERVATORI CERIMONIARVM ad pontificis maximi officia referenda eſſe, videntur.

Hæc, ceteroquin vulgaria, non ſine ratione in medium adduxi, quoniam iſta quodammodo ad lapidis noſtri illuſtrationem pertinere videntur. Quamvis enim ex antiquis monimentis ſatis cognitum habeamus, Romanis imperatoribus adpellationem & dignitatem pontificis maximi poſt Auguſtum quaſi hereditariam, & cum ſummo eorum imperio arcto vinculo ſemper conjunctam, omneſque imperatores antiquo ævo, etiam Chriſtianos uſque ad Gratianum, ita adpellatos fuiſſe, nulla ſacrorum conſervatorum, aut emendatorum, & patriæ religionis reſtitutæ habita ratione : quamvis item ſatis conſtet, nomina ac titulos imperatorum in inſcriptionibus diverſa ratione, modo plene, modo breviter & haud abſolute exhiberi ; nihilominus obſervatu dignum eſt, quod in hoc marmore, in quo principis pagani in cœtum ſanctiorem perſequutio commemoratur, præter CAESARIS AVGVSTI nomen ejus pontificatus quoque maximi mentio facta ſit. Sane peropportune hoc loco duo iſta nomina conjunguntur, quatenus ad ea, quæ imperator hic contra chriſtianam religionem ſuſcepit, animum advertere velimus. Perſequutus enim eſt eos, qui Chriſti ſacris ſeſe addictos profitebantur, non ſolum ut Cæſar Auguſtus ; ſed etiam ut pontifex maximus. Ipſius enim, ut pagani pontificis maximi, officium fuit, ut omni modo patriam conſervaret religionem, & peregrinis ſacris, quæ Romanorum numinum cultui adverſabantur, & ad quorum cenſum etiam chriſtiana doctrina referebatur, ſeſe opponeret, quamquam ipſe ut *Seneca* (*a*) canit : *hoſtis deum, hominumque, templis expulit ſuperos ſuis*. Ut Cæſar Auguſtus auctoritatem & tranquillitatem publicam tuebatur, quam novis religionibus dirimi ac perturbari, vetus fuit opinio, quum homines ſæpe ſub ſacrorum cauſſa nova moliantur : ut Pontifex habebat jus, miniſtros ſacrorum in officio continendi, eaque tollendi, quæ ſacris patriis officere videbantur : ut Cæſar contra ea Auguſtus, cui ſumma poteſtas, ſummumque imperium traditum ac commiſſum fuerat, poterat externam quoque vim adhibere, ac ſumma cum violentia in cœtum ſanctiorem ſævire.

Omnia, quæ jam enarravi, ad nomen Imperatoris, cui marmor hoc conſecratum eſt, ſpectant. Quæ porro in lapide ſequuntur, ea in ſe continent, quorum cauſſa tropæum tyranno conſtitutum fuit. Satis notum eſt, in ejuſmodi monimentis, in principum & aliorum, de re publica optime meritorum, honorem poſitis, res præclare geſtas breviter commemorari, ob quas illa a populo, collegiis, magiſtratibus, aut aliis ex privatorum ſorte poſita ſunt. Hanc in rem multas hujus generis formulas, exempli cauſſa : OB CIVES SERVATOS (*b*) : OB AMPLIFICATAM TOTO ORBE REMPVBLICAM (*c*) : OB DETECTA NEFARIA CONSILIA. (*d*) OB IMPERIVM POPVLI ROMANI PROPAGATVM (*e*) : OB INSTAVRATOS VRBI AETERNAE MVROS (*f*) : SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO POP. ROMANI (*g*): QVOD PRIVILEGIA AMPLIAVERIT (*h*) & alios ſtili hujus lapidarii proprios loquendi modos in antiquis marmoribus deprehendimus. Idem etiam in noſtro obſervari poteſt. Cauſſa, cur id Neroni poſitum, duplex fuiſſe, dicitur : altera : OB PROVINCIAM LATRONIBVS PVRGATAM : altera : OB PROVINCIAM HIS, QVI NOVAM GENERI HVMANO SVPERSTITIONEM INCVLCABANT, PVRGATAM. Multa hic memoratu digna occurrunt, quæ omnia, rite ac pro virium ratione perſequar.

Per ordinem provinciæ nomen ex loco, ubi ſaxum poſitum atque inventum fuit, intelligi atque inveſtigari poteſt ; proinde vero ſine dubio de Luſitania provincia in Lapide noſtro ſermo eſt, quum iſti Hiſpaniæ regioni, ut jam ſupra indicavi, monimentum hoc omnium conſenſu vindicatur. Solebat plurimam partem nomen provinciæ haud adſcribi, quando incolæ hujus ; vel illius tractus ejuſmodi marmora ponebant in ea ipſa regione, quam inhabitabant, & de qua in ipſo lapide ſermo erat. Oſtendunt id multa exempla, ubi, ut in noſtra inſcriptione, nomen provinciæ non additum eſt. Ita, ut ex multis pauca ſolum brevitatis cauſſa commemorem, in Hiſpania Tarraconenſi boves quinque marmorei, ſinguli cum inſcriptionibus inventi ſunt, in quarum quarta hæc legimus verba : (*i*) L. PORCIO. OB. PROV. OPT. ADMINISTRATAM. & in alio lapide (*k*) : M. FABIO M. F. GAL. PAVLLINO -- ILERDENSES. CIVI. OPTIMO. LOCO. A. PROVINCIA. IMPETRATO. POSVERVNT, id quod & alia teſtimonia confirmant. Idem fiebat, quando monimentum in eo ipſo loco collocabatur, cujus cauſſa illud poſitum fuerat. Ita Ferentini in muro arcis antiquiſſimæ hæc leguntur verba : (*l*) A. HIRTIVS. A. F. M. LOLLIVS. C. F. cet. FVNDAMENTA. MVROSQVE. E. SOLO. FACIVNDA. COERAVER. & Capuæ in Campania in ponte Vulturni fluminis : (*m*) IMP. CAES. cet. VIAM. INVNDATIONE. AQVAE. INTERRVPTAM. RESTITVIT. itemque : (*n*) IMP. CAES. P. LICINIO. CORNEL. VALERIANO cet. VIA. ET. PONTES. VETVSTA. CONLAPSA. RESTITVTA. cum quo marmore aliud conjungendum eſt, ubi hæc legimus verba (*o*): GALIENVS. IMB. CAES. AVG. VRBE AEDIFICIIS RESTAVRATA cet. HOC ITER VARIE PER PROVINC. INTERRVPT. REFICI CVRAVIT. alii autem ſaxo hæc inciſa ſunt verba (*p*) : L. OCTAVIVS L. F. VITVLVS C. RVSTIVS. C. F. FLAVOS IIII. VIR. D. S. S.

(*a*) *Octav. act.* I. v. 240. p. 760. ed. Schroederi.
(*b*) Vid. Gruterum, p. MLXVII. *inſcr.* 8.
(*c*) Pag. C. *inſcr.* 6.
(*d*) Pag. CXVII. *inſcr.* 3.
(*e*) Pag. CCLXV. *inſcr.* 1.
(*f*) Pag. CLXV. *inſcr.* 1. Plura hujus generis exempla vide apud Reineſium *Cl. I. inſcr.* 177. 183. *Cl. III. inſcr.* 42. 87. *Cl. VI. inſcr.* 3. 13. 32. 39. 67. 84. 122.
(*g*) Pag. CXIII. *inſcr.* 2.
(*h*) Pag. CCLXVI. *n.* 7.
(*i*) Vid. Gruterum, p. CCXXV. *inſcr.* 2.
(*k*) Conf. eumdem p. CCCCVII. *inſcr.* 6. inſcriptio hæc quoque legitur in *inſcriptionibus Tarraconenſibus ex Hiſtoria Hiſpanica Ludovici Ponti doctoris* additis : *Tom. I. Hiſpan. Illuſtrat.* p. 1158.
(*l*) Pag. CLXV. 3.
(*m*) Pag. CLI. *inſcr.* 4.
(*n*) Vid. Gruterum p. CLVIII. 8.
(*o*) Ibid. *inſcr.* 9.
(*p*) Apud Joſeph. Rocc. Vulpium *vet. Lat. Profan. & Sacr. Tom. X. Part. I.* p. 222.

S. S. VIAM INTEGENDAM CVRAVER. quo ſignificatur, L. Octavium Vitulum & C. Ruſtium Flavum, curatores viarum publicarum; vel ſpeciatim viæ Valeriæ; aut Tiburtinæ de ſenatus, aut Tiburtini, aut Romani ſententia viam Valeriam integendam curaſſe. Nec neceſſe fuit, nomen provinciæ, loci, viæ, urbis, cet. addere, quum omnes id ex ſitu lapidis dijudicare ac facile conjicere poſſent, de ea provincia in monumento eſſe ſermonem, in qua illud conſtitutum fuerat. Pari modo Romani in priſcis lapidibus ſimpliciter de republica loquebantur, quum omnes ſcirent, vocem hanc, abſolute poſitam, Romanam inferre rempublicam, ac neminem de alia prorſus cogitaturum eſſe, ſi in ejuſmodi publicis monumentis exempli cauſſa: *de egregiis: de plurimis in rempublicam meritis: de republica conſervata: optimis legibus & ſanctiſſimis inſtitutis reformata: bello civili turbata* cet. legerit. Aliter res ſeſe habebat in titulis præſidum ac proconſulum; ſed plurimam tantum partem, & quando res, in inſcriptionibus commemoratæ, ita comparatæ fuerunt, ut ſine addito nomine ab aliis rebus hujus generis diſtingui haud poſſent. Proinde pro ſitu ac loco marmorum nomen loci, provinciæ, templi, aquarum, fluviorum, pontium cet. addi ſolebat, id quod ex ſexcentis conſtat ſaxis litteratis. Hæc quum ita ſint, facile patet, quam ob cauſſam provinciæ nomen in lapide noſtro expreſſum haud fuerit, quoniam videlicet iſte in Luſitania factus ac poſitus erat, eaque commemorabat, quæ ad ipſam, ubi lapis erat, provinciam ſpectabant.

Recte quoque in lapide noſtro Luſitania *Provincia* adpellatur. Eam enim ſingularem in Hiſpania exſtitiſſe provinciam, patet non ſolum ex his *Taciti* (*a*) verbis: *dejicitur familiaritate ſueta, poſt congreſſu & comitatu Otho, & poſtremo, ne in urbe æmulatus ageret, Provinciæ Luſitaniæ præficitur:* itemque (*b*): *ſuſpectum in eadem Poppæa in provinciam Luſitaniam ſpecie legationis ſepoſuit:* & ex hoc Suetonii effato: *diducto matrimonio ſepoſitus eſt per cauſſam legationis in Luſitaniam*, & paullo poſt: *provinciam adminiſtravit quæſtorius per decem annos*. Sed etiam ex lapide antiquo, quem *Gruterus* (*c*) nobis ita exhibet:

SOLI . ET . LVNAE
CEST. ACIDIVS
PERENNIS
LEG. AVG
PROPR. PROV
LVSITANIAE

ad quem duo alia apud eumdem marmora adjungenda ſunt, alterum: (*d*)

LABERIAE . L. F
GALLAE . FLA
MINICIAE . MVNIC
EBORENSIS . FLA
MINICAE . PROVIN
CIAE . LVSITANIAE cet.

alterum vero: (*e*) C. OPPIO cet. LEG. PR. PR. PROVINC. LVSITANIAE. Idem etiam ex his *Plinii* (*f*) verbis haud obſcure colligitur: *Tarraconenſis a Bætica & Luſitania diſtinguitur*, ubi novam ab Auguſto factam provinciarum diſpoſitionem tangit, ſecundum quam Hiſpania citerior *Tarraconenſis* accepit nomen; ulterior vero in provincias Bæticam & Luſitaniam, quam Anas amnis in meridie, Durius in ſeptentrione terminabat, diviſa eſt, ita, ut tres in Hiſpania conſtituerentur provinciæ (*g*) ac Hiſpania ulterior earum duas in ſe complecteretur Luſitaniam & Bæticam: hæc populi: illa, Cæſaris provincia eſſet, ut ex *Dione Caſſio*, (*h*) *Pomponio Mela* (*i*) & *Solino* (*k*) diſcimus, qui diſerte trium in Hiſpania provinciarum mentionem facit. Proinde Luſitania in noſtro lapide jure, meritoque provinciæ obtinet nomen, id quod contra *Stephanum Byzantium* (*l*) obſervandum eſt, qui Luſitaniam non ſingularem provinciam; ſed partem Bæticæ provinciæ fuiſſe, ſcribit, his verbis: Λυσιτανία μέρος τῆς Βαιτικῆς. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς, *Luſitania, pars Bæticæ, Marcianus in eius periplo*. Stephanus aut Marciani verba haud rite intellexit; aut, quod *Lucæ Holſtenio* (*m*) magis placet, mendum verbis ejus ineſt, ita ut non τῆς Βαιτικῆς, ſed τῆς Ἰβηρίας ſcripſerit. *Marcianus* enim in *Luſitaniæ periplo* non dicit, Luſitaniam partem Bæticæ fuiſſe; ſed etiam terminari Bætica a meridie. En ejus verba: Ἡ Λυσιτανία τῶν Ἱσπανιῶν περιορίζεται ἀπὸ μεσημβρίας τῇ προειρημένῃ Βαιτικῇ καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ, *Luſitania Hiſpaniarum terminatur a meridie prædicta Bætica & mari noſtro*. Error hic geographicus optime ex antiquis inſcriptionibus refelli poteſt. In fragmentis *Faſtorum conſularium*, quos utinam benignior fortuna poſteritate integros reſervaſſet, hæc legimus verba: L. CORNELIVS L. F. L. N. DOLABELL. A. DCLV. EX HISPANIA VLTERIOR. DE LVSITAN. V. K. cet. ex quibus luculenter patet, Luſitaniam non Bæticæ, ſed Hiſpaniæ ulterioris partem fuiſſe. Clarius id ex hoc marmore conſtat (*n*) P. MAGONIO. Q. F. QVIR. RVFO. MAGONIANO. TRIB. MIL. III. PROC. AVG. XX. ET. TR. PER. HISP.

(*a*) *Lib. XIII. Annal. cap.* 46. §. 5.
(*b*) *Lib. I. Hiſt.* c. 13. §. 5.
(*c*) Pag. XXXI. *inſcr.* 13.
(*d*) Pag. CCCXXIII. *inſcr.* 7. adde Reineſium *Claſſ. II. inſcr.* 93. Eandem inſcriptionem exhibet quoque præter Panvinium *Comm. in Libr. II. Faſtor. ſub ann.* V. C. 859. Gruterus, pag. CLXII. *inſcr.* 3. & Adolph. Occo *Inſcr. Hiſpan.* pag. XXIV. *inſcr.* 6. ſed paullo perfectiorem; mutato autem verſuum ordine, ut ſæpe fit, ubi plures unum deſcripſerunt marmor; Joannes Vaſaeus, *Chron. ad an. Chr. CVI. Tom. I. Hiſp. Illuſtrat.* p. 640. qui obſervat inveniri monumentum hoc in oppidi Alcantara ponte, a Trajano ſuper Tagum extructo, opere ſuperbo & Imperatoria majeſtate digno. Eamdem inſcriptionem ſuppeditant quoque Petrus Appianus & Barthol. Amantius *Inſcriptionibus* p. II. ſed corrupte, quoad nomina municipiorum.
(*e*) Pag. CCCCXLVI. *inſcr.* 4.
(*f*) *Lib. III. Hiſt. Nat.* cap. 1.
(*g*) Adde Cl. Salmaſium *Exercit. Plinianis*, p. 195.
(*h*) *Libr. LIII.* pag. 503.
(*i*) *Lib. II. cap.* 6.
(*k*) *Polyhiſt. c. XXIII.*
(*l*) *De Vrbib.* pag. 427.
(*m*) *Not. & Caſtig. in Holſten.* p. 191. Adde, quæ Thom. de Pinedo ad memoratum Stephani locum de Luſitania, memorat, cum quo Chriſt. Cellarius conferendus eſt *Not. Orb. Antiqui*, *Libr. II. cap. I.* p. 66.
(*n*) Pag. CCCCXXXIV. *inſcr.* 3.

HIST. BAET. ET. LVSITAN. ubi diſerte Hiſpaniæ, nimirum ulteriori, duæ partes adſignantur, Bætica & Luſitania, quod non fieri potuiſſet, ubi Luſitania pars Bæticæ fuiſſet. Idem quoque ex ſupra jam adducto *Gruteri* Lapide (*a*) manifeſte probari poteſt, in quo diſerte provincia *Bætica*; ſive ut ibi ſcribitur, *Bæthica* a provincia *Luſitania* diſtinguitur.

Hæc provincia Luſitania a latronibus purgata in noſtro lapide dicitur, qua de re itidem varia monendi ſunt. Antiquo ævo *latronis* vox de militibus conductis uſurpata eſt, qui ita vel a Græco λατρεύειν, *inſervire*; vel a mercede, quæ græce λάτρον dicta eſt, vel a latere domini, tamquam ſatellites & corporis cuſtodes, *latrones* adpellabantur (*b*). Ita *Plautus* (*c*) canit:

> *Videtur tempus eſſe, ut eamus ad forum,*
> *Ut in tabellis, quos conſignavi, hic heri*
> Latrones, *ibus dinumerem ſtipendium.*
> *Nam rex Seleucus me opere oravit maxumo,*
> *Ut ſibi* Latrones *cogerem & conſcriberem.*

& alio loco (*d*) vocabulum *latrocinari* pro *militare* uſurpat:

> *Sed hæc* Latrocinantur, *quæ ego dixi, omnia.*

itemque: (*e*)

> *Ibit iſtac aliquo in maximam malam crucem*
> Latrocinatum, *aut in Aſiam; aut in Ciliciam.*

id quod *Terentius* (*f*) optime ita explicat:

> *In Aſiam ad regem* Militatum *abiit, Chreme.*

Taceo de *Varronis*, *Feſti*, *P. Victoris*, *Servii*, aliorumque teſtimoniis a *Thom. Reineſio*, (*g*) *Frid. Taubmanno*, (*h*) *Jan. Douza*, (*i*) *Sam. Pitiſco* (*k*) *Jo. Frid. Gronovio* (*l*) aliiſque excitatis, ex quibus abunde ea, quæ dixi, comprobari poſſunt. Poſtea, quum non ſolum barbari reges ejuſmodi conductos homines ad id adhiberent, ut aliorum bona diriperent, ac ſibi opes colligerent; ſed etiam milites ipſi, de bello reduces, ex cæde (*m*) ac rapinis viverent: civitates, agroſque vaſtarent, atque ex eorum, qui itineribus ſeſe dabant, opibus prædas ſæpe opulentiſſimas facerent, factum eſt, ut perinde ac vox hoſtis, quæ antiquo ævo nihil, niſi extraneum ſignificabat, (*n*) *latrones* dicerentur, qui in aliorum bona per vim invadebant. Cicero: (*o*) *erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. Martialis* (*p*) canit:

> *Quid ſi me tonſor, cum ſtricta*
> *Novacula ſupra eſt,*
> *Tunc libertatem divitiaſque roget?*
> *Promittam: nec enim rogat illo*
> *Tempore tonſor,*
> *Latro rogat.*

Iſidorus, (*q*) *latro*, inquit, *inſeſſor eſt viarum, a latendo dictus; melius autem latro eſt, quaſi latero, qui* a latere inſidiatur viæ. *Feſtus* (*r*) autem: *latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant; at nunc viarum obſeſſores dicuntur, quod a latere adoriuntur; vel quod latenter inſidiantur.* Poſſem, præter hæc adducta teſtimonia, ad alia effata, nominatim *Symmachi*, *Juvenalis*, *Appiani*, *Cypriani*, *Salviani* (*s*), qui varia ad hanc rem ſpectantia commemorarunt, provocare; ſed ſufficiant hæc, ex quibus abunde patet, ſermonem in noſtro marmore eſſe de iis, qui provinciam Luſitaniam, ac forſitan ejus quoque fines vexarunt, ac populati ſunt.

Sæpe ejuſmodi latrones non ſolum privatorum bona diripiebant: peregrinantes obvios, ſpe prædæ, interficiebant, (*t*) atque in oppida & pagos impetum faciebant; ſed etiam contra principes ac ſummum magiſtratum nova moliebantur. Immo multi eamdem ob cauſſam latrociniis ſeſe dabant, ut, quum a republica deficerent, omnia turbando, occaſionem nanciſcerentur, prava ſua conſilia exſequendi. Ad ſortis hujus latrones inprimis ſpectabant illi, qui per totum fere Neronianum imperium in Judæa erant; &, ut *Joſephus* (*u*) teſtatur, populum ad defectionem a Romano imperio incitabant, ita ut fere nunquam penitus exſtingui ac ſupprimi potuerint. Inprimis Luſitani, de quorum latrociniis in lapide noſtro ſermo eſt, principem ſibi hic vindicant locum, uti luculenter hoc ex iis, quæ *Appianus* ſuo de bellis Hiſpanicis libro paſſim memorat, & præſertim ex bello Viriatino, a Viriato, latronum duce, per multos annos geſto, abunde conſtat. Proinde etiam *latronis* vox nonnumquam ita uſurpatur, ut eos ſignificet, qui ſeditiones excitant; ac, factionibus dediti, arma ſumunt & ab imperio deficiunt. Teſtantur id hæc Alexandri apud *Curtium* (*x*) ad Hermolaum, ejuſmodi factionis caput, verba: *confeſſum enim ultimum facinus; tamen ut nos quoque, non ſolum ipſe, audiretis, expreſſi non imprudens, quum permiſiſſem huic* LATRONI *dicere, uſurum eum rabie, qua compulſus eſt, ut me, quem parentis loco colere debet, vellet occidere*: & paullo poſt (*y*): *nam tuum Calliſthenem, cui uni vir videris, quia* LATRO *es, ſcio, cur produci velis.* Atque hoc

modo

(*a*) Pag. CCCCXLVI. *inſcr.* 4.
(*b*) Vid. Ger. Jo. Voſſium *Etym.* voc. *Latro*, p. 327. & Tiraquellum *not. ad Alex. ab Alex.* p. 713.
(*c*) *Mil. Glorioſ. act. I. ſcen. I.* v. 74.
(*d*) *Pſeud. act. III. ſcen.* 3. v. 91.
(*e*) *Trin. act. II. ſcen.* 4. v. 198. vid. inprimis Nonium Marcellum apud Gothofredum *auctor. Lat. Ling.* p. 560.
(*f*) *Heaut. act. I.* ſcen. I. v. 65.
(*g*) *Lib. II. var. Lect. cap.* 7. p. 172.
(*h*) *Not. ad Plaut.* p. 789.
(*i*) *Lib. I. Cent. ſive Plautin. Explanat. cap.* 24. p. 175. *& Libr. IV. cap.* 4. p. 434.
(*k*) *Lex. Ant. Rom. Tom. II.* p. 394.
(*l*) *Lectionib. Plautin.* p. 285.
(*m*) Vid. Lactantium *de Mortib. Perſequut. cap. XXXVII.* & Salvianum Libr. VIII. *de Gubernat. Dei*, pag. 168.
(*n*) Vid. Ciceronem *de Offic. Lib. I. c.* 12.
(*o*) *Orat. Philipp. II. cap.* 25.
(*p*) *Lib. II. Epig.* 59.
(*q*) Apud Dion. Gothofredum *Auctor. Lat. Ling.* p. 1079.
(*r*) Apud eumdem, p. 304.
(*s*) *Lib. VII. de Gubernat.* p. 150. adde Jo. Weitzii notas p. 220.
(*t*) Vid. Gruterum p. CCCCXCV. *inſcr.* 7.
(*u*) Lib. XV. *Ant. Jud. cap.* 22. *& Lib. XX. cap.* 6. 59. Lib. II. De Bell. Jud. c. 12. & Euſebium *Lib. II. Hiſt. Eccleſ. cap.* 21. adde Sam. Baſnagium *Annal. Politico-Eccleſ. Tom. I.* pag. 671. 676. 719. 726. 748.
(*x*) *Lib. VIII. c.* 8. §. 2.
(*y*) *Ibid.* §. 19.

modo Lepidus quoque apud *Salluſtium* (*a*) latro vocatur, & *Florus* (*b*) dicit: *magis latrocinia; quam bella faciebant*.

Horum latronum ſæpe magnus exſtitit numerus; ita ut is haud raro multa millia complecteretur, id quod ex iis, quæ *Curtius* (*c*): quæ de Judæa *Joſephus* (*d*) & de Luſitanis paſſim *Appianus* commemorat, abunde liquet. Habebant quoque ejuſmodi perditiſſimi ac pernicioſi homines ſuos duces, qui per eminentiam *famoſi latrones* dicti ſunt (*e*), quemadmodum Viriatus Luſitanus apud *Ciceronem*, (*f*) *Appianum* (*g*) & *Eutropium* (*h*): Corocata Hiſpanus apud *Dionem Caſſium* (*i*) Tacfarinas Afer apud *Tacitum* (*k*) fuerunt. Ita quoque *Oroſius* (*l*) Æliani & Amandi, *Vopiſcus* (*m*) Palfurii, *Gordianus* (*n*) Barſatoræ & ſcriptor ſacer *Matthæus* (*o*) Barrabæ mentionem faciunt, ne dicam de aliis, uti de Apulejo proſcripto, Sexto Pompejo, Spartaco, Claudio, Bula (*p*) ceteriſque. Quid quod ſæpe totæ gentes ex latrociniis vivebant: iis ſeſe dabant, finitimaſque regiones populabantur? id quod de Germanis *Cæſar*: (*q*) Iſauris *Strabo*: (*r*) de Luſitanis, quorum in noſtra inſcriptione mentio fit, *Dio Caſſius* (*s*) & memoratus *Strabo*: (*t*) de Cattis *Tacitus*: (*u*) de Mardis *Curtius* (*x*) confirmant, ita ut nemo ſine vitæ periculo per ejuſmodi turbatas regiones iter facere poſſet, ac omnibus neceſſitas impoſita eſſet, armis ſeſe contra latronum impetus inſtruendi. (*y*) Uti vero per id omni fere tempore optime de ſalute publica mereri videbantur, qui *ſæviſſimorum*, uti in marmore apud *Gruterum* (*z*) vocantur, latronum receptacula diſturbare, eos compeſcere, ac cives ab eorum incurſionibus tutos præſtare ſtudebant; ita inprimis Romani laudem hanc ſibi jure meritoque quoad urbem ac provincias vindicant. Tenebantur latrones judicio publico legis Corneliæ: undequaque conquirebantur; (*a*) & maximis pœnis & ſuppliciis prehenſi adficiebantur. (*b*) Multa id confirmant veterum ſcriptorum teſtimonia, quorum unicum ex *Livio* (*c*) brevitatis cauſa hic adducere ſufficiat: *ne prorſus imbellem agerent annum, parva expeditio in Umbria facta eſt, quod nuntiabatur, ex ſpelunca quadam excurſiones armatorum in agros fieri. In eam ſpeluncam penetratum cum ſignis eſt, & ex eo loco obſcuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum ictu, donec altero ſpecus ejus ore, nam pervius erat, invento, utraque fauces congeſtis lignis accenſæ: ita intus fumo ac vapore ad duo millia armatorum, ruentia noviſſime in ipſas flammas, dum evadere tendunt, abſumta*. Quod inſtitutum ut eo melius Romani perficerent, latroneſque exſtirparent, per ſingulas provincias cohortes contra latronum incurſiones collocarunt. Tertullianus, (*d*) *latronibus*, inquit, *veſtigandis per univerſas provincias militaris ſtatio ſortitur*: Ejuſmodi ſtationes *agrariarum ſtationum* genus fuiſſe, videntur, quarum *Ammianus Marcellinus* (*e*) meminit, ac refert, eas in caſtellis; aut aggeribus publicis conſtitutas fuiſſe, ut partim commeatus tuto advehercntur, nec diriperentur: partim ut excurſiones repellerentur. (*f*) Militum ſtationariorum, qui latrones compeſcebant, & quos Apulejus (*g*) *militares* vocat *vexillationes*, in hac lege (*h*) mentio facta eſt: *ſi quis ſe injuriam ab aliquo paſſum putaverit, non ad ſtationarios decurrat; ſed præſidalem adeat poteſtatem*. Origo eorum ad Auguſtum merito refertur, qui teſte *Strabone*, (*i*) προσέθηκε τῇ καταλύσει τῶν λῃστῶν τὴν κατασκευὴν τῶν ὁδῶν, *latronum excidio viarum ſtructuram adjecit*: & quod *Suetonius* (*k*) refert, *ut graſſatores inhiberent, ſtationes per opportuna loca locavit*, quamvis jam ante ipſum, Sulla, teſte *Appiano* (*l*), idem fere feciſſe, ac, quum militares colonias deduceret, etiam militis opportunis

(*a*) *Lib. I. Hiſtor. c.* 3. §. 4. p. 425.
(*b*) *Lib. II. c.* 3. §. 4.
(*c*) *Lib. VII. cap.* 6. §. 2. p. 523. ed. Snakenburgii.
(*d*) *Lib. XX. Ant. Judaic. cap.* 6. p. 947. ed. Havercampi.
(*e*) Vid. Jac. Gothofredum *Diſſ. de famoſis Latronibus inveſtigandis*, pag. 590. ei *operum Juridic. Minorum*, ed. Chriſt. Henr. Trotzii.
(*f*) *Lib. II.* de Offic. *cap. II.* p. 224. ed. Grævii.
(*g*) *De bello Hiſpan.* p. 496. ed. Tollii.
(*h*) *Lib. IV.* cap. 16. §. 3. p. 181. ed. Havercampi.
(*i*) *Lib. LVI.* p. 598.
(*k*) *Lib. II. Annal. cap.* 52. p. 57. ed. Pariſ. fol.
(*l*) *Lib. VII. c.* 25. p. 525. ed. Havercampi.
(*m*) *Vit. Probi, cap. XVI. Tom. II. Script. Hiſt. Aug.* p. 666.
(*n*) *Epiſtol. ad Auxium leg.* 13. *cod. de fidejuſſor.*
(*o*) Cap. *XXVII.* v. 16. Adde Everh. Ottonem *de Tutela Viar. Publ.* p. 563.
(*p*) Vid. Jac. Gothofredum *loc. memorato.*
(*q*) *De Bell. Gall. Lib. XVIII. cap.* 23.
(*r*) *Lib. XII. Geograph.* p. 853. ed. Almclovenii.
(*s*) *Lib. XXXVII. Hiſt.* p. 53.
(*t*) *Lib. III. Geogr. Tom. I.* p. 231.
(*u*) *Lib. XII. Annal. cap.* 27. §. 2.
(*x*) *Lib. VI. cap.* 5. §. 11. p. 417.
(*y*) Vide præter alios divinum ſcriptorem D. Lucam *c. XXII.* 36. ubi Servator legatis ſuis triſtia futura fata ita prædicit, ut ea præcipere videatur, quæ per ordinem alii faciunt, qui inſidias latronum, & vexationes hoſtium timent: conf. *Jerem. IX.* 17. *X.* Amos V. 16.
(*z*) Pag. CIX. *inſcr.* 3.
(*a*) Ad ea ſpectant, quæ leg. 13. cod. *de fidejuſſorib.* ubi de Lyſania, Barſatoram latronem inventurum ſe, ſpondente, ſermo eſt. Sæpe publice præmia iis promittebantur, qui latrones inveſtigaturi, & magiſtratui tradituri eſſent. Conf. Gothofredus loc. memorat. p. 594.
(*b*) Vid. Ever. Ottonem *de Tutela Viar. Public. Part. III. cap.* 9. p. 544. & ſeq. & Juſt. Lipſium *de Cruce cap.* 13. *Tom. III. oper.* p. 1172. ubi Senecæ, Petronii, Apuleji & Calliſtrati effata memorat. Latrones crucis ſupplicio adfectos eſſe, docent etiam oracula divina, *Matth. XXVII.* 38. *Marc. XV.* 27. Obiiciebantur quoque beſtiis; aut comburebantur. Vide Tertullianum *de Spectac. cap. XXI.* S. Auguſtinum *de Libr. Arbitr. cap. IX.* & Salvianum *de Gubernat. Dei Libr. VII.* p. 145. Adde Petr. Fabrum *Lib. II.* Semeſtr. p. 25.
(*c*) *Lib. X. cap. I.* p. 188. ed. Clerici: adde Apulejum *Lib. VII. Metam.* p. 112. ed. Plantin.
(*d*) *Apologet. cap. V.* p. 26. ed. Havercampi.
(*e*) *Lib. XIV. cap.* 3. p. 15.
(*f*) Vid. Valeſium *not. ad Ammian. Marcellin. loc. excit.* p. 15. Juſt. Lipſium *Tom. III. oper.* p. 293. Petr. Burmannum *de vectigal. Pop. Rom. cap. IX.* p. 145. & Jac. Gothofredum *ad leg. I. cod. de compenſat.* Adde Jac. Cujacium *lib. XIX. obſ. II.* Sam. Pitiſcum *not. ad Sueton.* p. 230. & Jo. Caſp. Hagenbuchium *Teſſarakoſtolog. Turic.* p. 526.
(*g*) *Lib. VII. Metamorph.* pag. 112. Conf. Petr. Colvium *not. in Apulejum* p. 84. ed. Plantin.
(*h*) *Lib. IX. tit.* 2. *leg.* 8.
(*i*) *Lib. IV. Geograph.* p. 141.
(*k*) *Vit. Aug. cap. XXXII.* Adde Lævin. Torrentium & Iſaac. Caſaubonum *not. ad Sueton. vit. Aug. cap. XXXIII.* Graſſatores, qui cum impetu nocturno tempore occurrentes invadunt, & prædas faciunt, *proximi cum latronibus habentur* apud Calliſtratum *leg. XXVIII.* §. 10. *digeſt.* de pœn. earumque haud raro mentio fit, nominatim apud Ciceronem *de Fat. cap. XV.* Gellium *Lib. XX. Noct. Attic. cap. I.* Suetonium *vit. Cæſ. cap. LXXII.* ubi cum ſicariis conjunguntur: *vit. Neron. cap. XVI. vit. Othon. cap. II.* Tertullianum *Apologet. cap. XXXIII.* p. 336. Juvenalem *Sat. III.* v. 278. 305. Adde Petr. Burmannum *not. ad Petron.* p. 52. & 426. & Everh. Ottonem *de Tutel. viar. Publicar. Part. III.* cap. 9. p. 534.
(*l*) *Lib. I. de Bell. Civil.* p. 683. ed. Tollii.

tunis locis, qui Italiam tuerentur, & in poteſtate continerent, diſpoſuiſſe videatur. Ad Auguſtum quod ſpectat, recte de eo obſervat *Petr. Burmannus* (*a*) præcipuam cauſſam, quæ Auguſtum moverit, duplicem fuiſſe: alteram, ut ſecuritati ſuæ, de qua dubitabat, conſuleret, ac nova contra ſuam dominationem conſilia exploraret: alteram, ut crebras per Italiam cædes ac latrocinia averteret, ac tranquillitatem publicam tueretur. Tiberius ſtationes has, quæ per provincias latronum vim infringerent, numero auxit; ac, ut *Suetonius* (*b*) memorat, *ſolito frequentiores diſpoſuit*. Ita quoque de Antonino pio compertum habemus, (*c*) eum irenarchis negotium dediſſe, ut prehenſos latrones *de locis & receptatoribus interrogent, & interrogationes litteris incluſas ad cognitionem magiſtratuum mittant*. Inter Aeliam & Hierichum in loco ob latrocinia infami ejuſmodi ſtationem poſitam fuiſſe, ex *Euſebio* docet *Jac. Cujacius* (*d*) ad quem *Sigeb. Havercampus* (*e*) adjungendus eſt, qui *Apuleji* locum adfert, & ex eo obſervat, totam quandam latronum factionem hac ratione militarium vexillationum indagatu confectam ac conciſam fuiſſe. Quando in nonnullis Diocletiani nummis ejus PROVIDENTIA celebratur, *Anſelmus Bandurus* (*f*) non ſine probabilitatis ſpecie ejus ſingularem curam deſignari, cenſet, qua in ultimis imperii finibus caſtra & ſtationes ad latrones conquirendos & coercendos eorum impetus, apte diſpoſuit. In inſcriptionibus itidem harum ſtationum mentio facta eſt, uti in illa, quam *Jo. Bapt. Donius*; (*g*) ex *Donio* vero *Petr. Burmannus* (*h*) *Lud. Antonius Muratorius* (*i*) & *Io. Caſp. Hagenbuchius* (*k*); pridem vero *Jac. Sponius* (*l*) exhibent:

LARIBVS . SACR
C . IVNIVS . IVSTVS
MIL . COH . VI . PRAET
STATION . TIBVR
L . D . D . D

Præfectos horum ſtationariorum militum *irenarchas* (*m*) dictos fuiſſe, *Jul. Caeſ. Bulengerus*, (*n*) *Jo. Maſſonus* (*o*) & ex hoc *Petr. Burmannus* (*p*) obſervant, qui & recte cum aliis doctis legum interpretibus verba in *digeſtis* (*q*) *qui ad compeſcendos malos homines mittuntur*, de latronibus (*r*) interpretantur. Nec ſolum in provinciis; ſed etiam in ipſa urbe ejuſmodi ſtationarii milites fuiſſe, videntur, quum ibi pariter ac in agris hujus urbis ac viis publicis latronum haud pauci ſæpe commorarentur, id quod non ſolum ex *Appiano* (*s*) ſed etiam ex *Juvenali* (*t*) ſatis diſcimus. Ac de his, in urbe ad latronum repellendam vim collocatis, militibus ſtationariis verba in fiſtula quadam, a *Philipp. a Turre* (*u*) exhibita: STATIO . VRBANA AVG. N. explicanda eſſe, cum Burmanno ſtatuo, qui merito *Philippum a Turre* refellit, quod inſcriptionem hanc de officina, ubi tubi illi conflati fuerint, interpretatus eſt, quamvis ipſe concedat, ex his verbis, ita ſimpliciter poſitis, nihil certi effici poſſe. Luculentius hoc adfirmare videtur lapis, (*x*) Romæ apud arcum imperatoris L. Septimii Veri effoſſus, in quo hæc legimus verba: GENIO . EXERCITVS . QVI . EXTINGVENDIS . SAEVISSIMIS . LATRONIB. FIDE . ET . DEVOTIONE . ROM . EXPECTAT . ET . VOTIS . OMNIVM . SATISFECIT. Atque milites hi, conquirendis latronibus deſtinati, ſunt *latrunculatores*, (*y*) quos *Juſtinianus* (*z*) λῃστοδιώκτας & βιοκωλύτας adpellat, ut recte *Cl. Salmaſius* (*a*) aliique monent (*b*).

Uti vero maxime probabile eſt, ejuſmodi ſtationes militum etiam in Luſitania fuiſſe; ita pro latronibus conquiſitis & exſtinctis publice Imperatori gratias agunt Luſitani: beneficium hoc celebrant, idque dignum judicant, quod ad poſteritatis transferatur memoriam. Sic quoque in aliis lapidibus latronum conquiſitorum atque exſtinctorum mentio facta eſt. Quem jam ſupra adduxi, lapis (*c*), Romæ effoſſus, id abunde teſtatur:

GE-

(*a*) *De vectigal. Pop. Rom. cap. IX.* p. 145.
(*b*) *Vit. Tiberii, cap. XXXVII.*
(*c*) Vid. Jac. Gutherium *Offic. Dom. Aug. Lib. I.* c. 33. p. 197.
(*d*) *Lib. XIX. Obſervat. cap.* 11.
(*e*) *Not. ad Tertulliani Apologet. cap. II.* p. 26.
(*f*) *Numiſm. Imperator. Tom. II.* p. 11.
(*g*) Pag. XLVIII. inſcr. 136.
(*h*) *Lib. excit.* p. 146.
(*i*) *Inſcript.* p. LXXXV.
(*k*) *Libro* ante *laudato* p. 531.
(*l*) *Miſcellan. Erudit. Antiquit.* p. 114. *num.* 14. Stationum harum commemoratio quoque fit apud Plinium *Lib. X.* Epiſt. 16.
(*m*) Vid. *leg. unic. cod. de irenarch.* In hac inſcriptione apud Muratorium p. CLXVII. *inſcr.* 4. *præſidi arcendis latronibus vocantur*.

C. LVCCONI . CO.....
TETRICI . PRAEFECT
ARCEND . LATRO
PRAEFECT . PRO . IIVIR
II . VIR . BIS . FLAMINI
AVGVST

Quare Muratorius ad hoc marmor obſervaverit, officium hoc perquam rarum fuiſſe, non video. Hoc enim non tam de officio; quam de ejus adpellatione dicendum eſſe, videtur. De ipſis irenarchis vide Guid. Pancirollum *de Magiſtrat. Municipal. cap. XVIII.* Jac. Gothofredum *Diſſ. de famoſis latronibus inveſtigand.* pag. 593. ei *operum juridic. minorum*. ed. Trotzii: Sertorium Vrſatum *de not. Rom. Tom. XI. Theſ. Ant. Rom.* Grævii, p. 660. & præ ceteris virum cel. Chriſt. Gottl. Schwarzium *Diſſ. de Irenarchis*, Altorf. MDCCXLIV.
(*n*) *De Imper. Libr. VII. cap.* 22.
(*o*) *Vit. Ariſtid.* ad an. V. C. DCCCCXXII. §. 13.
(*p*) *Loc. memorat.* p. 146. Adde Ever. Ottonem *de Tutela viar. Publicar.* p. 540.
(*q*) *Leg. XXXV.* §. 7. *digeſt. ex quib. cauſſ. major.*
(*r*) *Leg. III. digeſt. de offic. præſid.*
(*s*) *Lib. II. de Bell. Civil.* p. 727. ed. Tollii. Adde Iſaac. Caſaubonum *not.* ad *Sueton.* p. 170. ed. Grævii.
(*t*) *Sat. III.* v. 305.
(*u*) *Monum. vet. Antii, Part. I. de inſcr. M. Aquilii, c. VIII.* p. 120.
(*x*) Vid. Gruterum p. CIX. *inſcr.* 3.
(*y*) Conf. Jac. Durant. Caſellium. *Libr. II. Variar. cap.* 19. *Tom. III. Theſ. Crit.* Gruteri p. 257.
(*z*) *Novell.* VIII. XXVIII. & XXIX.
(*a*) *Not. ad ſcriptor. Hiſt. Auguſt. Tom.* I. p. 369. Adde eruditos Anglos *Miſcellaneis Obſervationibus Criticis in auctores*, *vol.* V. Tom. I. p. 26.
(*b*) Provincia, horum militum ſtationariorum ope latrones inveſtigandi; ut jam obſervavi, irenarchis commiſſa fuit. Præterea etiam præfectis urbi, defenſoribus civitatum, decurionibus, præſidibus & proconſulibus hoc negotium datum eſſe, legimus. Conf. *leg. 1. cod. de offic. præf. urb. leg. 6. cod. de defenſ. & leg.* 13. de *fidejuſſ.* Joſephum *libr.* XX. *Ant. Jud. cap.* 7. & 8. Jac. Cujacium *Libr.* VIII. *Obſ.* 21. Juſt. Lipſium *Libr.* III. *Epiſt. quæſt.* 18. *Tom.* I. *operum*, p. 535. Sam. Petitum ad *leg. Attic.* p. 78. Petr. Burmannum *de Vectigal.* p. 147. & Ever. Ottonem de *Tutel. viar. Publicar.* p. 540. Inprimis videndus eſt Jac. Gothofredus *Diſſ. de famoſis Latronib. inveſtigand.* p. 592. ſeq. ejus *operum Juridic. Minor.* ed. Trotzii, ubi de iis, quibus munus, latrones exſtinguendi, mandatum fuit, loquitur; atque hanc in rem erudite de decurionibus, ſtationariis, irenarchis, latrunculatoribus, defenſoribus civitatum, inquiſitoribus, tribunis & protectoribus commentatur.
(*c*) Vid. Gruterum, p. CIX. *inſcr.* 3.

GENIO . EXERCITVS
QVI . EXTINGVENDIS . SAEVISSIMIS . LATRONIB
FIDE . ET . DEVOTIONE . ROM . EXPECTAT . ET
VOTIS . OMNIVM . SATISFECIT

cum quo hæc fragmenti (*a*) verba conjungenda ſunt : QVI. IMPER. MAGISTRATVS. ſcil. provincialis, cui munus latronum conquirendorum & exſtinguendorum, traditum fuerat, SICCARIOS INSECVTVS, ubi ſicarius, uti alibi, idem eſt ac *latro*, qui in rapinis & cæde verſatur.

Hæc quamvis ita ſint; merito tamen quæritur : utrum etiam, quemadmodum lapis noſter diſerte teſtatur, Neronis ævo, & eo inprimis tempore, quo in Chriſtianos ſævitum eſt in Luſitania, contra latrones pugnatum ac provincia ab iis purgata ſit? Hac de re nemo prorſus dubitabit, quicunque conſiderare velit, gentem Luſitanam antiquis temporibus, etiam priorum imperatorum ævo, latrociniis maxime deditam & fere continuo in hac provincia a primis Scipionibus uſque ad Auguſtum cruenta bella geſta fuiſſe, ex quibus, & per ordinem fieri ſolebat, latrocinia, velut ex fonte, emanare quoque ſolebant. Quod Luſitani ex cæde & rapinis vixerint, non ſolum *Dio Caſſius* (*b*) diſertis verbis, ſupra jam memoratis, confirmat, ac teſtatur, apud ipſos latrocinia ſemper in uſu fuiſſe; ſed etiam *Strabo:* (*c*) οἱ πλείους, inquit, αὐτῶν, τὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀφέντες βίον, ἐν λῃστηρίοις διετέλουν καὶ πολέμῳ συνεχεῖ, πρός τε ἀλλήλους, καὶ τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς, διαβαίνοντες τὸν Τάγον, ἕως ἔπαυσαν αὐτοὺς Ῥωμαῖοι, ταπεινώσαντες, καὶ κώμας ποιήσαντες τὰς πόλεις αὐτῶν τὰς πλείστας, ἐνίας δὲ καὶ συνοικίζοντες βέλτιον, *plerique eorum*, loquitur de Luſitanis, *victus e terra petendi ommiſſo ſtudio, latrociniis, belloque continenter cum ſeſe invicem, tum, Tago tranſmiſſo, finitimos infeſtarunt, donec Romani malo iſti finem impoſuerunt, repreſſis eis pleriſque, eorum urbibus in pagos mutatis, nonnullis etiam melius conditis*. Idem etiam ex his *Juſtini* (*d*) verbis quodammodo elucet : *corpora hominum ad inediam, laboremque : animi ad mortem parati. Bellum, quam otium malunt : ſi extraneus deeſt, domi hoſtem quærunt*, adeo, ut, ſi inprimis *Strabonis* verba curatius expendimus, rationes haud longe petendæ eſſe, videantur, quare Neronis tempore in Luſitania ejuſmodi latrones fuerint. Gens ipſa, latrociniis dedita, non exteros ſolum; ſed ipſos provinciæ hujus agros populabatur, ac in civium ſuorum bona invadebat, & quamvis Romani eos, in poteſtatem redactos, moratiores ac cultiores redderent; ſatis tamen conſtat, ejuſmodi morbum ac peſtem non ita exſtirpari atque exſtingui poſſe, quin reliquiæ remaneant ac ſuperſint, quæ cum tempore demum diſſipari ac tolli poſſunt. Hoc inprimis de Luſitanorum latrociniis veriſſimum eſt, quum eorum regio ſub Auguſto demum Imperatore in provinciæ formam redacta fuit; ex eo vero facili negotio colligi poteſt, latrocinia, quibus gens antea adſueſacta erat, ſequentium Imperatorum temporibus minime intermiſſa; aut a Romanis jam ſub Auguſto penitus diſturbata fuiſſe. Quod de Luſitanorum latrociniis ex *Dione Caſſio* & *Strabone* commemoravi, patet quoque ex iis, quæ hiſtoria Romana de hac gente, ejuſque fatis ſuppeditavit. Satis notum eſt, quod jam P. Scipio Naſica Luſitanos, pervaſtata ulteriore provincia cum ingenti præda domum redeuntes, oppreſſerit, & quod iſti, eo tempore adhuc liberi, perpetua fere bella cum iis geſſerint, (*e*) qui ulteriorem Hiſpaniam inhabitarunt, quippe cujus agros & oppida miſere vaſtabant, populabantur; ac nihil aliud, niſi cruentas cædes & latrocinia perpetrabant. Quot miſſi, ut *Florus* (*f*) teſtis eſt, illuc duces, qui ferociſſimas gentes, (*g*) impatientes jugi, multo labore nec incruentis certaminibus ſervire docuerunt? Bella hæc Luſitanica per multos annos ſub variis ducibus, inprimis M. Marcello, L. Lucullo & Ser. Galba, geſta ſunt, id quod *Florus*, *Appianus*, *Eutropius* aliique confirmant, ac ſimul diſerte teſtantur, maxime contra latrones, quibus tota regio obſeſſa & impleta erat, certatum fuiſſe. Tradit hoc *Appianus* (*h*) ac memorat, Luſitanorum bella & incurſiones nihil fere, niſi latrocinia exſtitiſſe. Idem dicendum eſt de Viriatino bello, cujus *Suetonius* (*i*) aliique mentionem faciunt, & quod itidem contra latrones Luſitanos geſtum eſt. Horum dux Viriatus paſtor exſtitit, qui ex Ser. Galbæ, Luſitanos contra fidem datam opprimentis, (*k*) manibus incolumis evaſerat. *Luſitanos*, inquit Florus, (*l*) *Viriatus erexit, qui ex venatore latro, ex latrone ſubito dux atque imperator, & ſi fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniæ Romulus, non contentus, libertatem ſuam defendere, per quatuordecim annos omnia citra ultraque Iberum & Tagum igni, ferroque populatus*. Hunc Viriatum proinde *Eutropius* (*m*) recte *latronum ducem* vocat, cujus quoque *Cicero* (*n*) mentionem facit, ipſique principem inter divites ac potentes latrones adſignant locum : inprimis de hoc Viriato, ejuſque contra Romanos rebus geſtis legi meretur *Appianus*, (*o*) qui & de aliis latronum principibus, nominatim de Curio, Apulejo & Connoba, contra quos Romani in Hiſpania dimicarunt, varia memoriæ prodidit. Bellum hoc contra Luſitanos latrones, qui ex Viriati ſteterunt partibus, Q. Cæpio abſolvit. Poſt Viriatum alii exſtiterunt prædonum in Luſitania præfecti, quos cum ſuis cohortibus exſtinguere ac compeſcere conatus eſt D. Brutus, & optato quoque ſucceſſu, quum per id Celtiberia, Callæcia & Luſitania in Romanorum poteſtatem redigerentur, uti hoc *Vellejus* (*p*), *Eutropius* (*q*), *Florus* (*r*), *Sex-*

(*a*) Conf. Gruterum, p. CCCCXCVII. *inſcr.* 1.
(*b*) *Libr.* XXXVII. p. 53.
(*c*) *Libr.* III. *Geogr. Tom.* I. p. 231. ed. Almelovenii.
(*d*) *Libr.* XLIV. Hiſt. *cap.* 2.
(*e*) Conf. Carol. Sigonium *de Antiquo Jur. Provinc. Lib. I. c.* 5. p. 34.
(*f*) *Lib. II. Hiſtor. cap.* 17.
(*g*) Vid. Strabonem *Lib. III. Geograph. Tom. I.* p. 234. ed. Almelovenii.
(*h*) *De Bell. Hiſp.* pag. 483.
(*i*) *Vit. Galb. cap. III.*
(*k*) Vid. Suetonius *loc. excit.*
(*l*) *Lib. II. cap.* 17.
(*m*) *Lib. IV. cap.* 16. p. 181. ed. Havercampi.
(*n*) *Lib. II. de Offic. cap.* 11.
(*o*) *Bell. Hiſpan.* p. 495. & ſeq.
(*p*) *Lib. II. cap.* 5.
(*q*) *Lib. IV. cap.* 19.
(*r*) *Lib. II. cap.* 17.

Sextus Rufus, (*a*) *Strabo* (*b*) aliique teſtantur. Poſt hoc tempus Luſitania latronibus haud vacavit, ut ex Appiano & C. Marii rebus, in Luſitania geſtis, conſtat. (*c*) Quod turbas has excepit bellum Sertorianum, ſine omni dubio cum latrociniis ex Luſitanorum parte conjunctum fuit. Ad minimum his temporibus latrones non omnes deleti ac penitus oppreſſi erant, id quod ex iis abunde liquet, quæ de Cæſare, Luſitanorum latronum impetus ac conatus cohibente, *Dio Caſſius* (*d*) memoriæ prodidit. Addi poſſent varia, ad hoc argumentum ſpectantia, a *Jo. Vaſao* (*e*) *Jo. Mariana*, (*f*) *L. Andr. Reſendio* (*g*) aliiſque rerum Hiſpaniæ & Luſitaniæ ſcriptoribus memorata; ſed ſufficiant hæc, quum ex iis abunde confirmantur, quæ de Luſitanorum latrociniis, atque hanc ad rem pertinentibus bellis, ac turbis commentatus ſum.

Sane ex his patet, quod antiquo ævo Luſitania latronum domicilium ac ſedes fuerit, & quod etiamnum Cæſaris temporibus in provincia hac haud pauci exſtiterint, qui alios, ad cultiorem vitam perductos, fœde turbarent: eorum bona diriperent, agroſque ac vicos miſere popularentur. Quis vero ſibi perſuadebit, a Cæſare omnes latronum turbas ita extirpari potuiſſe, ut tota provincia ab iis purgata exſtiterit; nec quoque Neronis ætate ex hac perditiſſimorum hominum fece quid ſuperfuerit? Ad hæc accedit, quod, Luſitani etiam poſt Auguſtum, & ſub Nerone quidem, ab imperio deficerent, ac arma contra Romanos ſumerent; quis vero neſcit, quod cum ejuſmodi ſeditionibus latrocinia per ordinem conjungi ſoleant, inprimis apud gentem, quæ omni fere tempore ex cæde & rapinis vixit? Seditionem hanc, in Luſitania paullo ante vitæ Neronis finem factam, memorat *Suetonius* (*h*) & quamvis certiſſimum ſit, de ea in noſtro marmore ſermonem haud eſſe; ſed de turbis latronum, quæ antea, eo videlicet tempore, quo in Chriſtianos ſævitum eſt; nec ultimis imperii Neroniani annis, acciderunt; attamen ex eo luculenter conſtat, ſub Nerone Luſitanorum ſtatum non admodum tranquillum; ſed ſatis turbulentum exſtitiſſe. Saltem ex his, quæ de Luſitanis, eorumque latrociniis memoravi, ita ſunt comparata, ut probabiliter ex iis intelligatur, adhuc Neronis tempore latrones non omnes in Luſitania exſtinctos eſſe potuiſſe, quum Cæſaris adhuc ævo contra iſtos armis pugnatum fuit. Saltem nulla, & ne minima quidem, adferri poteſt cauſſa, cur id negare velimus, ne dicam, maximam adeſſe probabilitatis ſpeciem, quod Neronis tempore in Luſitania latrocinia perpetrata fuerint. Hos prædones Neronem perſequutum eſſe, itidem nemo in dubium vocabit, quicunque ex ſupra dictis conſiderare velit, Imperatores in eo omnem ſuam operam collocaſſe, ut latrones in provinciis exſcinderentur, ac incolæ ab eorum incurſionibus funeſtis tutæ eſſent. Hoc inprimis in Luſitania provincia neceſſarium erat, quam, ut jam expoſitum eſt, omni fere tempore latrones miſere turbarunt.

Nec Luſitania ſolum a latronibus; ſed etiam, quod caput rei eſt, ab iis purgata dicitur, QVI NOVAM GENERI HVMANO SVPERSTITIONEM INCVLCABANT, id quod tamquam ingens beneficium a profano numinum cultui addicta gente prædicatur. Quamvis in his verbis Chriſtianorum nominis diſerte mentio haud facta ſit; res ipſa tamen abunde oſtendit, non niſi Chriſtianos per eos; qui *novam generi humano ſuperſtitionem inculcaſſe*, leguntur, intelligendos eſſe. Egregie hoc docent *Caſar Baronius* (*i*) & *Guil. Caveus*, (*k*) atque, ut interpretationem hanc rite tueantur, obſervant, de nulla alia, niſi de Chriſtianorum gente, in hoc marmore ſermonem eſſe poſſe, quum, quæ verba *Baronii* (*l*) ſunt, *nulla Neronis tempore; nec ante diu; vel poſtea alia nova in orbem invecta eſt religio, quam Chriſtiana; nec certe Nero omnium ſuperſtitioſiſſimus aliam quamlibet ſuperſtitionem gentilitiam potuit perſequutus eſſe, qui etiam magicis ritibus addictiſſimus erat*. Præterea hoc oſtendit vox *ſuperſtitionis*, quum ſatis conſtet, ita a pagano cœtu ſanctiſſimam noſtram religionem adpellatam eſſe. Quid multa? ſatis notum eſt, veteres ab eorum nominibus, quorum mores & conditionem perhorreſcebant, vel prorſus abſtinuiſſe; vel iis non niſi cum execratione uſos eſſe, quemadmodum hoc doctiſſimi *Lactantii* interpretes, (*m*) *Chriſt. Schoettgenius*, (*n*) *Jo. Chriſtophorus Volfius* (*o*) aliique luculenter comprobarunt. His *Chriſtianus Kortholtus* (*p*) addendus eſt, qui variis exemplis monſtravit, quam deteſtabile Chriſtianorum nomen profanæ ſuperſtitioni addictis gentibus fuerit.

Atque ab his Chriſtianis Neronem provinciam purgaſſe, lapis noſter diſerte perhibet. Pauca hæc in illo verba: OB PROVINCIAM HIS QVI NOVAM GENERI HVMANO SVPERSTITION. INCVLCAB. multa haud levioris momenti complectuntur. Conjungitur ſanctior cœtus cum ſceleratis, atque in unam claſſem cum latronibus conjicitur: adſignatur religioni noſtræ ſanctiſſimæ contumelioſum *ſuperſtitionis* nomen: ſuperſtitio hæc, uti ſalutarem noſtram vocant doctrinam, *nova* adpellatur; de iis vero, qui huic addictos ſeſe profitentur, dicitur, quod iſtam aliis *inculcent*; & quidem, quod probe notandum eſt, non his, vel illis gentibus; ſed toti *generi humano*. Gloriantur porro plurium numinum cultores de interitu ſanctioris civitatis in provincia, quod illa una cum latronum cohortibus extirpata ſit. Quod caput rei eſt, inſcriptio hæc diſerte adfirmat, tempore Neronis civitatem chriſtianam in Hiſpania, & nominatim in Luſitania triſtia ſubiiſſe fata. Ac de his omnibus varia jam in medium

(*a*) *Breviar. cap. V.*
(*b*) *Lib. III. Geograph. Tom. I.* p. 227.
(*c*) Vid. Appianum *Bell. Hiſpan.* p. 535.
(*d*) *Lib. XXXVII. Hiſt. Rom.* p. 53.
(*e*) *Tom. I. Hiſpania Illuſtrata*, p. 572.
(*f*) *Tom. II. Hiſp. Illuſtrat.* p. 205.
(*g*) Ibid. p. 892.
(*h*) *Vit. Neron. cap.* 42.
(*i*) *Annal. Eccleſiaſt. ad ann. Chr. LXIX. n.* 46. p. 740.
(*k*) *Primo Chriſtianiſm.* p. 409.
(*l*) *Loco memorato.*
(*m*) *De Mort. Perſequutor. cap. III.*
(*n*) *Notis ad Themiſtoclis Epiſtolas*, p. 7.
(*o*) *Cur. Philol. & Criticis in IV. Evangel.* p. 625.
(*p*) *Pagan. Obtrectator.* ſive *de Calumniis Gentilium in veteres Chriſtianos*, *cap. XVIII.* §. 1. & ſeq. p. 712.

dium ut adſerantur, neceſſitas poſtulare videtur.

Conjunguntur Chriſtiani cum latronibus & cum his in unam transferuntur claſſem, id quod luculenter ex marmore noſtro patet, ubi dicitur: OB PROVINCIAM A LATRONIBVS ET HIS QVI cet. Chriſtianos a plurium numinum cultoribus in latrocinii ſuſpicionem vocatos fuiſſe, lapis noſter non diſerte adfirmat; quoniam vero cum ejuſmodi ſceleratorum hominum turba in hoc monimento conſociantur; facile colligi poteſt, eos, ſi non ejuſdem; attamen paris flagitii reos habitos fuiſſe. Nemo hoc mirabitur, quicunque recordari velit, gentes, verorum ſacrorum expertes pro infenſo ſuo chriſtianæ religioni animo acerrimas contra ſanctiorem cœtum calumnias effudiſſe: eoſque horrendorum criminum ac vitæ omnium ſceleratiſſimæ inſimulaſſe, quemadmodum id luculenter ex *Maximi Madaurenſis*, philoſophi pagani, epiſtola ad *Auguſtinum* (*a*) & *Tertulliano* (*b*) conſtat, qui chriſtianum *omnium ſcelerum reum*, *deorum*, *imperatorum*, *legum*, *morum*, *naturæ totius inimicum exiſtimari*, diſerte teſtatur. Calumniabantur, quod Chriſtiani eſſent athei, creduli, ſtupidi: arguebant eos ſummæ impietatis, ac de iis dicere haud erubeſcebant, quod nefandos perpetrarent inceſtus: ab omni cultu divino exiſterent alieni: trucidarent infantes: carne hominum veſcerentur: malefici, magi, impoſtores, obſtinati & in imperatores injurioſi eſſent: majeſtatem illorum læderent, & omnia divina ac humana jura turpiter violarent, ita ut fere nullum fuerit facinus tam exſecrandum, tam flagitioſum, cujus culpam in ſanctam Chriſtianorum gentem haud transferrent, atque aliis perſuaderent, eſſe chriſtianam religionem colluvionem omnium ſcelerum, ejuſque ſectatores fecem perditiſſimorum hominum, ad reipublicæ perniciem conjuratorum (*c*). Proinde quivis, me haud monente, intelliget, quare ipſorum religio a Tacito (*d*) *ſuperſtitio exitiabilis*; a Suetonio (*e*) *malefica*: ab aliis hoſtibus apud Arnobium (*f*) *exſecrabilis religio*, *infauſta*, *impietatis & ſacrilegii plena*, ac per eminentiam *ἀθεότης* dicta ſit (*g*).

Quemadmodum religio Chriſtiana per eminentiam *ἄθεοι* ſic, latino in græcum verſo, ii, qui huic addictos ſe profitebantur, *impii* dicti fuiſſe, videntur. Teſtimonium rei hujus præbet inſigne monimentum, hodie admodum detritum, quod Lugduni in horto Patrum Miſericordiæ viſitur, a *Dominico de Colonia* (*h*) ita ſuppeditatum:

D. M.
ET. MEMORIAE. AETERNAE
SVTIAE. ANTHIDIS
QVAE. VIXIT. ANNIS. XXV
MEN. IX. D. V. QVAE. DVM
NIMIA. PIA. FVIT. FACTA
EST. IMPIA. ET. ATTIO. PRO
BATIOLO. CERIALIVS. CALLISTIO
CONIVX. ET. PATER. ET. SIBI
VIVVS. PONENDVM. CVRAVIT
ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT

Jan. Gruterus (*i*) inſcriptionem hanc a *Joſepho Juſt. Scaligero* non adcurate deſcriptam, mendoſe exhibuit. Invenitur illa quoque apud *Jac. Sponium* (*k*) & *Gilb. Burnetum* (*l*), qui iſtam doctis illuſtravit obſervationibus, eamque ſeculo cuidam barbaro; *Burnetus* autem poſt Servatorem natum ſecundo tribuendam eſſe, ſtatuit. Sine dubio maritus, verorum ſacrorum expers, ut & memoratus *Dominicus de Colonia* judicat, monimentum hoc uxori ſuæ, chriſtianam fidem amplexæ, poſuit. Vocat illam hanc ob cauſſam *Impiam*, & quidem, quod memoratu maxime dignum eſt, talem, quæ ex *nimia pia*; ſive, ut *Dominicus de Colonia* vult, *nimium pia*, id eſt, cultui plurium deorum ſumma cum reverentia antea dedita, IMPIA, id eſt, chriſtiana facta ſit.

Ex his ſatis patet, quam ob cauſſam Chriſtiani etiam in noſtro marmore ad eamdem cum latronibus claſſem relati fuerint. Nam inter ejuſmodi fœdas calumnias, quibus religioſam Chriſtianorum vitam dilacerare ſtudebant, etiam illa haud infimum occupat locum, quod eos in conſpirationis ac funeſtæ contra magiſtratum factionis crimen adducere, omni modo conarentur. In primis ex ſacris eorum conventibus, metu inſidiarum ante ſolis ortum habitis (*m*), occaſionem rapiebant, iis factionis crimen inferendi, atque in vulgus diſſeminandi, quod Chriſti ſectatores furum, latronum & conjuratorum more non plena luce; ſed noctu eum ad finem conveniant, ut nova contra rempublicam molirentur, ac de pernicioſis, quæ contra alios foveant, conſiliis exſequendis cogitarent. Proinde apud *Minucium*

(*a*) *Tom. II. operum S. Auguſtini* p. 15. ed. Antwerp.

(*b*) *Apolog. cap. II.* p. 32. ed. Havercampi.

(*c*) De ejuſmodi calumniis agunt ii, qui primis rei chriſtianæ ſeculis veritatem noſtræ religionis adverſus plurium numinum cultores defenderunt. Ex recentioribus argumentum hoc nemo adcuratius ac diligentius perſequutus eſt Chriſt. Kortholt. qui primum edidit *tractatum de Calumniis Paganorum in veteres Chriſtianos ſparſis*, Kilon. MDCLXVIII. 4. deinde alium, *de Origine & natura Chriſtianiſmi ex mente Gentilium* inſcriptum, an. MDCLXXII. Hunc excipiebat tertius *de vita & moribus*, *Chriſtianis primævis per gentilium malitiam adſictis*, an. MDCLXXXIII. Tres hæ commentationes junctim æditæ ſunt hac inſcriptione: *Paganus Obtrectator; ſive de calumniis Gentilium in Chriſtianos ſparſis*, Kilon. MDCXCVIII. 4. Adde Joſ. Binghamum *Origin. Eccleſiaſt. Lib. I. cap.* 2. vol. I. p. 15. & ſeq. Nicol. Nourrium *Adparat. ad Biblioth. Max. Patr. Tom. II.* p. 1472. Gottl. Frid. Gudium *Pagan. Chriſt. laudat. cap. I.* p. 4. & ſeq. & ea, quæ e litteris Chriſtfr. Waechtleri occaſione opuſculi Bynckershœckiani *de Jure Occidendi*, *Exponendi & Vendendi liberos apud veteres Romanos* extant *Actis Erudit. Lipſ. Supplem.* Tom. VII. *ſect.* 8. p. 369.

(*d*) *Annal. Lib. XV.* c. 44.

(*e*) *Vit. Neron.* c. XVI.

(*f*) *Adverſ. Gent.* p. 13.

(*g*) Vid. Petr. Halloixium *Illuſtr. Eccleſ. Oriental. Scriptor. Tom. I.* p. 402.

(*h*) In *Hiſtoire Litterair. de la ville de Lyon*, p. 264.

(*i*) Pag. DCCCXXXI. *inſcr.* 6.

(*k*) *Recherch. des Antiquit. de Lyon*, p. 86.

(*l*) *Itinerar. Epiſt. I.*

(*m*) Hos Tertullianus *ad Vxor. cap. IV.* p. 189. ed. Rigaltii, *Nocturnas convocationes; & de Corona cap. III.* p. 121. *Cœtus antelucanos:* Minucius Felix *Octav.* p. 8. ed. Ouzelii *nocturnas congregationes* vocant. Adde Plinium *Lib. X. Epiſt.* 97. & ex recentioribus Jac. Ouzelium & Gever. Elmenhorſtium *not.* ad excitatum Minucii Felicis locum: Sigeb. Havercampum *not. ad Tertullian. Apolog.* p. 25. Chriſt. Kortholtum *Comm. in Plinii & Trajani Epiſtolas*, p. 104. & *Tract. de Calumniis pagan. in chriſtianos* ſparſis, *cap. XVI.* p. 125. Tob. Pfannerum *Obſervat. Eccleſiaſticis*, *Part. II. Obſervat.* 2. p. 97. Joſeph. Binghamum *Origin. Eccleſiaſt. vol. V.* p. 320. Franc. Junium *not. ad Tertullian. Lib. II. ad Vxor. cap.* 4. Juſt. Henr. Boehmerum *Diſſ. de Antelucanis Chriſtian. cœtibus*, quæ eſt ſecunda ejus *diſſertationum Juris Eccleſiaſt.* p. 35. alioſque.

nucium Felicem (*a*) Chriſtianorum cœtus a Cæcilio *deplorata*, *illicita ac deſperata factio*: itemque *plebs profanæ conjurationis*; apud *Prudentium* (*b*) vero *plebs rebellis* vocatur, ita ut innocentiſſimæ huic genti idem fere, quod Servatori noſtro, calumniæ genus perferendum eſſet, *Luc.* XXIII. 5. Joann. XIX. 12. & quod Paullus quoque & Silas *Act.* XVII. 6. 7. XXIV. 5. experti ſunt. Hæc quum ita ſint, non mirandum eſt, quod in noſtro marmore Chriſtiani cum latronibus conjungantur, quippe qui apud veteres eodem loco, quo factioſi, quo conjurati, haberi, & ſummis pœnis adſici ſolebant. Non poſſum, quin heic inſigne adferam effatum ex *Tertulliano* (*c*), quod a me dicta luculenter confirmat: *tot a vobis nocentes variis criminum elogiis recenſentur, quis illic ſicarius: quis manticularius: quis ſacrilegus; aut corruptor; aut lavantium prædo, idem etiam chriſtianus adſcribitur? Aut, quum Chriſtiani ſuo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes? de veſtris ſemper metalla ſuſpirant: de veſtris ſemper munerarii noxiorum greges paſcunt. Nemo illic chriſtianus; niſi hoc tantum; aut ſi & aliud, jam non chriſtianus.* Ex hoc inſigni teſtimonio luce clarius conſtat, non ſolum, quod Chriſtiani non aliter ac ſicarii, lavantium prædones, genus latronum (*d*), ſacrilegi cet. habiti: cum perditiſſima hac plebis fece, etſi in illa ſingularem conſtituerent claſſem, vinculis conſtricti: ad judices ducti & cum illis damnati; ſed etiam nonnunquam veneficis & ſicariis, quorum ſceleris ad fines putabantur latrones, adnumerati fuerint. Docent id expreſſe hæc verba: *niſi hoc tantum; aut, ſi & aliud, jam non chriſtianus*, ex quibus abunde patet, ſolam chriſtiani nominis profeſſionem, ſi non pro majori; attamen pro eodem flagitio ac ſcelere, quale ſicariorum & prædonum exſtitit, habitam fuiſſe. Nonne vero ex his luculenter conſtat, quam ob cauſam ſanctior hic cœtus cum latronum turba conjunctus fuerit? Præterea ſine dubio falſi a Nerone de urbis incendio, Chriſtianis tributo, diſſeminati rumores (*e*) ad Luſitanos quoque pervenerunt, qui, ut probabile eſt, iſtis adſenſum præbuerunt, ac, exemplum principis ſequuti, innocentes Chriſtianos in latrocinii, ut ille in incendii ſuſpicionem, adduxerunt, præſertim quum eos a latronibus hoc ævo vexatos fuiſſe, non ſine probabilitatis ſpecie adfirmatur, ut jam ſupra obſervavi.

Ipſa chriſtiana religio in lapide noſtro SVPERSTITIO nuncupatur. Idem obſervabis in illa inſcriptione (*f*), quæ vexationis Diocletianæ memoriam ſervat, ubi hæc leguntur verba: SVPERSTITIONE CHRIST. VBIQ. DELETA ET CVLTV DEORVM PROPAGATO. His reſpondent ea, quæ apud *Suetonium* (*g*) & *Tacitum* (*h*) hac de re memoriæ prodita ſunt. Ille, *afflicti*, inquit, *ſuppliciis Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ*; hic vero: *repreſſaque in præſens exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat*. Ad ea ſpectare quoque videtur aliud *Taciti* (*i*) effatum, ubi de Pomponia Græcina, *ſuperſtitionis externæ rea & mariti judicio permiſſa*, ſermo eſt (*k*); *Plinius* (*l*) vero de Chriſtianis ſcribit ſe nihil aliud inveniſſe, quam *ſuperſtitionem pravam & immodicam*, & vicos atque agros *ſuperſtitionis* iſtius contagionem pervagatam eſſe. Sic quoque Julianus apoſtata apud *Ammianum Marcellinum* (*m*) religionem chriſtianam *muliebrem, anilem atque impiam ſuperſtitionem* adpellat. Quod ſi vocem *ſuperſtitio* cogitamus, illa perinde ac Græcorum δεισιδαιμονία tam in bonam; quam malam partem in antiquis ingeniorum monimentis uſurpatur, ita ut pro illa ſignificatione religionem qualemcunque; pro hac vero vanum, ridiculum, atque ineptum numinum cultum denotet. In *actis apoſtolorum* divini *Lucæ* (*n*) vocabulum δεισιδαιμονέστερος bono ſenſu adhibitum eſſe, videtur, quam interpretandi rationem etiam vox δεισιδαιμονία in alio ſacri hiſtorici effato (*o*) poſtulat, ubi Feſtus Agrippæ narrat, Paulli adcuſatores nihil contra eum adferre; niſi quæſtiones περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας *de propria eorum ſuperſtitione*. Nam vix probabile eſt, quod Feſtus, Agrippa præſente, qui Cæſaream, illum inviſendi cauſſa, venerat, contumelioſe de Judæorum religione loquuturus fuiſſet. Eamdem ſignificationem vox hæc habet paſſim apud *Joſephum*, ut *Nathan. Lardnerus* (*p*) obſervat, & in profanis ſcriptoribus haud raro, nominatim apud *Juſtinum* (*q*), *Senecam* (*r*) aliosque. In aliis contra effatis vocabulum hoc alteram ſignificandi vim, qua religionem deſignat vanam, atque ſtolidam, obtinet (*s*), ut ex *Cicerone* (*t*) & in primis ex illis ejus effatis, quibus ſuperſtitionem a religione diſtinguit: *Tacito* (*u*), *Quinctiliano* (*x*), *Curtio* (*y*), *Seneca* (*z*), *Silio Italico* (*a*) aliiſque luculenter

(*a*) *Octav. cap. VIII. §. 3.*
(*b*) *Periſteph. hymn. X. v. 62.*
(*c*) *Apologet. cap. XLIV.* p. 367. ed. Havercampi.
(*d*) Vide, quæ de hoc latronum & furum genere ex Plauto, Apuleio, Catullo, Laertio, Ariſtophane cet. adfert Sigeb. Havercampus *not.* ad memoratum *Tertulliani* locum, p. 368.
(*e*) Vid. Suetonium *vit. Neronis cap. XXXVIII.* Tacitum *Lib. XV. Annal. cap.* 44. Sulpitium Severum *Lib. II. Hiſt. Sacr. cap.* 29. p. 230. Quod ſi quæritur: unde chriſtiani nominis hoſtes occaſionem arripuerint, de ſanctiori cœtu tot calumnias diſſeminandi? obſervandum eſt, eas nefanda mendacia fuiſſe, eum ſolum ad finem conficta, ut in plebis animos acerbum contra Chriſtianos odium infunderetur. Ampliſſimam præterea criminandi occaſionem dederunt gnoſtici, impia Simonis magi, Menandri, Marcionis, Baſilidiſque progenies, ut ex Euſebio *Hiſt. Eccleſ. Lib. IV. cap. 7.* p. 121. ſatis patet, ne dicam de Chriſtianorum ſervis, metu tormentorum falſa de inſimulatis criminibus teſtimonia perhibentibus, ut idem Euſebius teſtatur. Erudite de hoc argumento exponit Gottl. Frid. Gudius *Præfat. de Cauſſis odii paganorum in Chriſtianos*, præmiſſa ejus *Pagan. Chriſt. laudat.*

(*f*) Vid. Gruterum pag. CCLXXX. *inſcr.* 4.
(*g*) *Vit. Neron. cap. XVI.*
(*h*) *Lib. XV. Annal. cap.* 44. §. 5.
(*i*) *Lib. XIII. Annal. cap.* 32. §. 2.
(*k*) Conf. Theod. Haſaeum *Biblioth. Bremenſ. Claſſ. IV.* p. 518.
(*l*) *Lib. X. Epiſt.* 97.
(*m*) *Lib. XXI. cap.* 13. & 16.
(*n*) *Act. XVII.* 16.
(*o*) *Act. XXV.* 19.
(*p*) *Fid. hiſt. Evangel.* p. 338.
(*q*) *Lib. XXXIX. c.* 3. §. 9. *lib. XLI. c.* 3. §. 1.
(*r*) *Epiſt. XCX.*
(*s*) Vid. Servium *ad lib. VIII. Æneid.* v. 187.
(*t*) *Lib. II. de Divinat. c.* 60. *lib. I. de Nat. Deor. c.* 42.
(*u*) *Lib. I. Hiſt. cap. II.* §. 2. *lib. V. c.* 8. §. 4. *c.* 13. §. 1. *lib. I. Annal. c.* 28. §. 4.
(*x*) *Lib. I. Inſtit. Orator. c.* 3. *lib. IV. c.* 4.
(*y*) *Lib. IV. c.* 10. §. 7.
(*z*) *Epiſt. XII.*
(*a*) *Libr. V.* v. 126. adde Freinshemium *not. ad Curtium lib. IV. c.* 10. §. 7.

ter adparet. Conf. *Gottfrid. Olearium* (*a*), *Cornel. Adami* (*b*), *Radulph. Cudvvorthum* (*c*), *Jac. Gronovium* (*d*), *Nathan. Lardnerum* (*e*), *Jo. Caſp. Svicerum* (*f*), *Jo. Chriſt. Vvolfium* (*g*), *Adr. Turnebum* (*h*), *Frid. Taubmannum* (*i*), *Jo. Freinshemium* (*k*) alioſque plures. Quodſi quæritur, qualem ſignificationem vox *ſuperſtitio* in noſtro lapide habeat, omnes rationes oſtendunt, eam in malam partem pro religione inſana, futili ac ſtolida uſurpatam eſſe. Hoc non ſolum ex ſupra memoratis veterum teſtimoniis, quibus religio Chriſtiana *ſuperſtitio prava*, *immodica*, *malefica*, *exitiabilis* vocatur; ſed etiam ex aliis documentis abunde conſtat. Ita a profano numinum cultui addictis gentibus, Chriſtianæ fidei capita *præſumptiones* vocata ſunt (*l*), id eſt, vanæ perſuaſiones, quæ nulli, & ne minimo quidem innituntur fundamento. In alio effato ea *vanitas* & *ſtupor* (*m*): apud Prudentium (*n*) *vanitas perſuaſionis*, & Minucium Felicem *inepta perſuaſio* nuncupatur, quibus ea reſpondent, quæ præter Maximini apud *Euſebium* & *Prudentium* teſtimonia, a *Chriſt. Kortholto* (*o*) memorata, *Lactantius* (*p*) de plurium numinum cultoribus adfert, quod doctrinam Chriſtianam tamquam *ſtultitiam*, *vanitatemque* deriſerint. Taceo de reliquis ad hanc rem ſpectantibus locis, a laudato *Chriſt. Kortholto* (*q*) & *Gevver. Elmenhorſtio* (*r*) ſuppeditatis, in quibus ſanctiſſima noſtra religio *inſania*, *amentia*, *dementia*, *furioſa opinio*, *anilis*, *muliebriſque ſuperſtitio*, *anile dogma*, *mulierum vetularum fabula*, *ridicula*, *fatua*, *ſtulta*, *puerilis* adpellatur; iis vero, qui huic addictos ſe profitentur, *ſtultorum* (*s*), *nimis credulorum* (*t*), *ineptorum*, *irridendorum* nomen tribuitur. Hæc quum ita ſint, facile conſtat, vocem *ſuperſtitionis* in marmore noſtro ita eſſe uſurpatam, ut per iſtam profana gens ſignificaret, Chriſtianos profiteri vanam, ſtolidam, atque ridiculam religionem (*u*).

At vero religio noſtra non ſimpliciter *ſuperſtitio*; ſed, quæ & antiquiſſima erat, *Nova* adpellatur in noſtro ſaxo, quo nomine eam non ſolum a reliquis peregrinorum populorum, numen colendi, modis, nominatim Judæorum, & Ægyptiorum ſacris, diſtinguere; ſed etiam eo odioſiorem reddere conantur Luſitani, quum vulgo perſuaſum eſſet, nova ejuſmodi ſacra tranquillitatem turbare publicam, & ſæpe ſub cauſſa ſacrorum mutandorum homines nova machinari. Supra jam probavi, quam inviſus fuerit Romanis peregrinus ac novus numinum cultus, quoniam iſte plurimam partem cum contemtu eorum ſacrorum, quibus ipſi ſeſe addictos profitebantur, conjunctus erat, ac ſibi iſti, teſte *Symmacho* (*x*), perſuadebant, ex eo cuncta fere incommoda, quæ ipſis perferenda fuiſſent, velut ex fonte emanaſſe. Vti vero hanc ob cauſſam nullo modo permittebant, ut in iis rebus, quæ ad religionem ſpectabant, quid mutaretur; ſed, ut *Lactantius* (*y*) ſcribit, *traditas ſibi a majoribus ſuis religiones pertinaciſſime tuebantur ac defendebant*; ita teſte *Origene* (*z*), in præſens exitii periculum ſeſe conjecerunt, quicumque vulgo *receptos ſacrorum ritus innovare*, conabantur; id quod non ſolum Socratis (*a*); ſed etiam legatorum Chriſti, nominatim Paulli & Silæ (*b*) exempla abunde docent. Quot deprehendimus in antiquis ſcriptoribus, nominatim *Cicerone*, *Livio*, *Dione Caſſio*, *Tertulliano*, aliiſque teſtimonia, ſupra a me jam ſuppeditata, ex quibus luculenter conſtat, quam ſtudioſi Romani patriorum ſacrorum rituum fuerint, & quanto odio novas religiones ſint proſequuti? Πῶς οὐκ ἐν δίκῃ, dicunt plurium numinum cultores apud *Euſebium* (*c*), ὑποβληθεῖεν τιμωρίαις, οἱ τῶν μὲν πατρίων φυγάδες, τῶν δ' ὀθνείων καὶ παρὰ πᾶσι διαβεβλημένων Ἰουδαϊκῶν μυθολογημάτων γενόμενοι ζηλωταί; πῶς δ' οὐ μοχθηρίας εἶναι καὶ εὐχερείας ἐσχάτης, τὸ μεταθέσθαι μὲν εὐκόλως τὰ τῶν οἰκείων, ἀλόγῳ δὲ καὶ ἀνεξετάστῳ πίστει τὰ τῶν δυσσεβῶν καὶ πᾶσιν ἔθνεσι πολεμίων ἑλέσθαι. *quibus ii non ſubiiciantur pœnis, qui patriorum ſacrorum deſertores peregrinas, & omnium traductas vocibus Judæorum fabulas æmulentur. Quis item hoc ſummæ cujuſdam improbitatis ac temeritatis eſſe non videat, amicorum, neceſſariorumque mores atque ritus inconſiderate ac leviter abjicere, ac ſeſe futili quadam, nulloque examine probata fide ad hominum impiorum, populoſque omnes hoſtili proſequentium odio ſectam adjungere?* Cæcilius vero apud *Minucium Felicem* (*d*): *quanto venerabilius ac melius, antiſtitem veritatis majorum excipere diſciplinam: religiones traditas colere: deos, quos a parentibus ante imbutus es, timere; quam noſſe familiarius, adorare; nec de numinibus ferre ſententiam; ſed prioribus credere, qui adhuc rudi ſeculo in ipſius mundi natalibus meruerunt deos; vel faciles habere; vel reges*. Solum igitur novitatis nomen ſatis ſuperque chriſtianæ religioni maximum odium conciliare potuit.

Sæpe numero a veritatis cœleſtis hoſtibus hoc Chriſtianis exprobratum, & contumeliæ loco poſitum

(*a*) *Diſſ. de Geſtis Paulli in urb. Athenienſ.* §. XVIII.
(*b*) *Obſervation. theologico-philolog.* p. 283.
(*c*) *Syſtemat. Intellectual.* p. 400. & 473.
(*d*) *In decretis Romanis & Aſiatic. pro Judæis* p. 33.
(*e*) *Fid. hiſt. Evang.* p. 338.
(*f*) *Theſaur. Eccleſ. Tom. I.* p. 818.
(*g*) *Cur. Phil. & Crit. in acta Apoſtol.* p. 1260.
(*h*) *Lib. V. adverſar. c.* 22.
(*i*) *Not. ad Plaut.* p. 330.
(*k*) *Not. in Curtium Lib. IV. c.* 10. §. 7.
(*l*) Vid. Tertullianum *Apolog. cap. XLIX.* p. 423.
(*m*) *Lib. de Teſtimon. animæ, cap. IV.*
(*n*) *Paſſ. S. Laurent.* v. 332.
(*o*) *Pagan. Chriſt. Obtrectat.* p. 124.
(*p*) *Lib. VII. Inſtit. divin. c.* 27.
(*q*) *Loco memorato.*
(*r*) *Not. ad Arnob.* p. 24.
(*s*) Id præter alios, a Kortholto exhibitos patet ex Theophilo *Lib. III.* ad *Autolyc.* §. 3. p. 281. ed. Wolfii.
(*t*) De hac calumnia, quod Chriſtiani nimis creduli ſint, fuſe agit Kortholtus *Pagan. Chriſt. obtrect. lib. I. c.* 10. Adde Ouzelium *not. ad Minuc. Felic.* p. 24.
(*u*) Lectu digna ſunt hac de re verba Chriſtoph. Cellarii in *Programmat.* p. 615.
(*x*) *Lib. X. Epiſt.* 54.
(*y*) *Lib. II. divin. Inſtitut. c.* 6.
(*z*) *Lib. I. adverſ. Celſum*, *n.* 31. *Tom. I. operum* p. 349. ed. De Larve.
(*a*) Vid. Corn. Adami *Obſervat. Theol-philolog.* p. 260. Jo. Schefferum *not. ad Aelian. lib.* 11. *var. hiſt. cap.* 13. Jo. Chriſt. Wolfium *Cur. Phil. & Crit. in act. Apoſtol.* p. 1253.
(*b*) *Act. XVI.* 20. 21.
(*c*) *Lib. I. Præparat. Evangel. cap.* 2. p. 5. adde *lib. IV. cap. I. libr. VIII. c.* 17.
(*d*) *Octav. c.* 17. §. *I.* p. 17. Adde alia hujus generis effata, quæ ex Origene, Arnobio, Euſebio, Symmacho, Prudentio, Chryſoſtomo exhibet Chriſt. Kortholtus *Pagan. Chriſt. obtrectat.* p. 78. & ſeq.

ſitum eſt, quod eorum religio nova eſſet; nec ſe, uti aliarum gentium ſacra, antiquitate tueri ac defendere poſſet, ubi ſecundum *Ovidium*, (*a*)

. . . pro magna teſte vetuſtas
Creditur . . . .

& ubi *antiquitas cerimoniis atque fanis tantum ſanctitatis tribuere conſuevit, quantum adſtruxit vetuſtatis* (*b*). Apud *Arnobium* (*c*) gentes, verorum ſacrorum expertes, interitum vetuſti ſui numinum cultus deplorant: & *jacent*, inquiunt, *antiquæ deriſui cerimoniæ, & ſacrorum quondam veterrimi ritus religionum novarum ſuperſtitionibus occiderunt*; de noſtra vero religione dicere haud erubeſcunt, quod ſit *execrabilis & infauſta, impietatis & ſacrilegii plena, cerimonias, antiquitus inſtitutas, novitatis ſuæ ſuperſtitione contaminans*. *Suetonius* (*d*) eodem fere modo loquitur, quum Chriſtianos *genus hominum ſuperſtitionis novæ* adpellat; & Aſclepiades, homo paganus, apud *Prudentium* (*e*) primo celebrat ſacra vetuſta & deinde ſanctiori cœtui *novellum dogma*; ſive, ut *Arnobius* ex mente paganorum hominum loquitur, *novellam religionem, & ante dies natam propemodum paucos*, exprobrat. Cum his conveniunt, quæ de Athenienſibus apud *Lucam*, divinum *Actorum Apoſtolicorum* conditorem (*f*), relata legimus. Quum enim his Paullus cœleſtem de Chriſto doctrinam nuntiaſſet, tantum abeſt, ut iſti ſtatim adſenſum præbuerint, ut divinum præconem *peregrinorum nuntiatorem divorum videri*, dixerint: eum prehenſum in vicum Martium traxerint, & ita adloquuti ſint: *poſſumus ſcire, quæ ſit* ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή, *nova illa quam tu loqueris, doctrina?* Multa hanc in rem inſignia effata ac teſtimonia ex *Juſtino Martyre*, *Prudentio*, *Philaſtrio*, *Origene*, *Iſidoro Peluſiota*, *Euſebio*, *Auctore commentariorum in Paullinas epiſtolas*, qui *Ambroſii* circumferuntur nomine (*g*), aliiſque excitare poſſem, qui doctrinam chriſtianam λόγον καινόν, *ſermonem novum*: καινήν τινα καὶ παρὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν πολιτείαν, *novam quamdam atque a veteri conſuetudine diſſidentem vitæ rationem*: λόγον πρόσφατον, *opinionem nuperam*: διδασκαλίαν νέαν καὶ ξένην, *doctrinam novam, ac peregrinam*: νέαν καὶ ἐκτετοπισμένην, χθὲς καὶ οὐ πρότερον φανεῖσαν, *recentem ac alienam, heri; aut nudius tertius natam*: ξένην τινὰ καὶ καινὴν θρησκείαν, *peregrinam quamdam ac novam religionem*, ejuſque ſectatores καινὸν γένος, *novum genus*, *novellum nomen*, *genus hominum ſuperſtitionis novæ*, *novellos* cet. adpellarunt; ſed nolo in re, ſatis cognita, juſto diutius hærere, ac tempus conſumere.

Ita vero ſanctiſſima noſtra religio, quæ antiquiſſima & primis noſtris parentibus jam tradita, *Gen.* III. 15. a patribus recepta, credita, & ad poſteros propagata, *Gen.* XLIX. 18. Jo. VIII. 56. *Hebr.* XI. 13. ab omnibus vatibus divinis repetita & inculcata erat, *Act.* III. 24. X. 43. 1. Petr. I. 11. 12. a profanis gentibus pro NOVA putata fuit, quippe quibus *myſterium, æternis temporibus tacitum*, tunc demum patefactum erat, *Rom.* XVI. 25. 26. quæ, uſque adhuc *ab Iſraelitica republica alienæ, fœderibus promiſſionis caruerant*, ac per id ſalutaris de ipſo doctrinæ, *quæ a carne & ſanguine comprehendi non poteſt*, *Matth.* XVI. 17. *Rom.* VIII. 17. expertes fuerant. At quæri poteſt, unde factum ſit, ut ipſi Chriſtiani doctores, & præter alios (*h*), nominatim *Lactantius* (*i*), *Tertullianus* (*k*), *Euſebius* (*l*) & *Origenes* (*m*), religionem noſtram *novam* adpellaverint; quæ tamen eadem fuit cum religione revelata Patriarcharum & Moſaica in ſe ſpectata? Hæc ut rite intelligantur, obſervandum eſt, eos haud raro ex mente paganorum hominum loquutos eſſe, quo nomine & Paullus (*n*) ſalutarem de Chriſto doctrinam *ſtultitiam* adpellavit: rationem ipſos habuiſſe novæ illius formæ, quam fœdus gratiæ, cum hominibus initum, poſt præſtitam Servatoris Noſtri ſatisfactionem accepit, & novi eccleſiarum ipſarum ſtatus. Quamvis enim iſtæ eadem veritate niterentur, quæ ſanctiori cœtui tempore Patrum prioris fœderis, Moſis ac Vatum divinorum fundamentum præbebat; attamen illæ, ob corruptum judaicæ eccleſiæ ſtatum, renovabantur, & in rebus, ad ipſam naturam haud pertinentibus, novam plane atque illuſtriorem formam ac faciem induebant (*o*).

Novam hanc ſuperſtitionem a chriſtianis *generi humano inculcari*, ajunt Luſitani, verorum ſacrorum expertes, ac per id eorum ſingularem curam ac indefeſſum ſtudium, alios ad ſalutarem de cæleſti veritate cognitionem adducendi, luculenter ſignificant. CAES. BARONIVS (*p*): *ſed & illud*, inquit, *verborum obſerva*: SVPERSTITIONEM INCVLCAR. *quod Chriſtianorum proprium fuit*

(*a*) *Lib. IV. Faſtor.* v. 203.
(*b*) Vid. Minucium Felicem, *Octav. cap. VI.* §. 5.
(*c*) *Lib. I. adverſ. Gentes*, p. 13.
(*d*) *Vit. Neron. cap.* 16.
(*e*) *Hymn. X. Periſteph.* v. 580.
(*f*) *Cap. XVII.* v. 18. 20.
(*g*) Adde Theophilum *ad Autolycum lib. III.* §. 3. p. 281. & 327. edit. Wolfii. Ad hæc varia de Chriſtianæ religionis novitate teſtimonia nonnulli aliud ex Julio *Capitolino vit. M. Anton. Philoſophi, cap. VIII. Tom. I. ſcript. Hiſt. Aug.* p. 319. adjungunt, ſibique perſuadent, *per pueros & puellas novorum hominum*, ad frumentariam perceptionem ab Antonino admiſſas, Chriſtianos intelligendos eſſe; ſed interpretatio hæc ingenio, non probabilitate ſeſe commendat. Nam ubi Adrianus hoc beneficium in Chriſtianos contuliſſet, ſine dubio a Tertulliano id commemoratum fuiſſet, qui nihil reticuit, quod ad laudes boni hujus principis pertinere videbatur; ne dicam verba *novi homines*, pro *novæ religionis homines*, in Latio eſſe inaudita; nec ſe auctoritate aliorum hujus ævi ſcriptorum tueri poſſe. Tutius ea cum Caſaubono *not. ad hunc loc.* de iis explicantur, *qui recens ex lege Pii civitatem nacti, cives quidem erant; ſed conditionis deterioris; quam alii cives Romani.* Vide de his a me excitatis, aliiſque veterum ſcriptorum ad hanc rem ſpectantibus teſtimoniis differentes, Chriſt. Kortholtum *Pagan. Chriſt. obtrect.* p. 3. Jo. Andr. Munnichium *Schediaſm. Hiſtoric. de Nominib. quibuſd. contumelioſis, quæ Chriſtianis olim a gentilib. impoſita ſunt*. Lipſ. MDCXC. Corn. Adami *Obſervat. Theol. Philol.* p. 256. Joh. Chriſt. Wolfium *Cur. Phil. & Crit. in Act. Apoſtol.* p. 1258. Gev. Elmenhorſtium *ad Arnob.* p. 19. *Bibliothecam Bremenſem, Claſſ. IV.* p. 529. & Sam. Pitiſcum *not. ad Sueton.* p. 754.
(*h*) Conf. Chriſt. Kortholtum *loc. excit.*
(*i*) *De Mort. Perſequut. cap.* 11.
(*k*) *Apologet. cap. XXI. & XLVII.*
(*l*) *Vit. Conſtant. lib. IV. c.* 26.
(*m*) *Lib. I. contra Celſ. Tom. I. Operum*, p. 549.
(*n*) 1. *Cor.* I. 18. 23.
(*o*) Conf. venerand. patrem *Hiſtor. Eccleſ. ſec. I. c. 2. ſect. I.* §. 4. p. 357. & David. Martinum *not. in Lactant. de Mort. Perſequut. c. V. Vol. X. Miſcell. Obſervat. Critic. in Auctor. Vet. & recent. Tom. II.* p. 227.
(*p*) *Ann. Eccl. ad ann. Chr. LXIX. n.* 46.

fuit, *religionem omni ſtudio*, *totis viribus*, *factiſque*, *cunctis denique nervis ſuſcipiendam omnibus gentibus ingerere*. Quare *Giſb. Cuperus* (*a*) ſtatuerit, ſignificationem vocis *inculcare*, quæ in noſtro marmore locum obtinet, hujus ævi ſcriptorum, id eſt probatorum, auctoritate defendi haud poſſe, plane non video. Latinitatis caſtæ princeps ac præſul *Cicero* (*b*) eam ſatis ſuperque tuetur his verbis: *ſatis eſt*, *ceteris artificiis percipiendis tantummodo ſimilem eſſe hominis & id*, *quod tradatur*; *vel etiam inculcetur*, *ſi quis forte ſit tardior*, *poſſe percipere animo & memoria cuſtodire*. Quam quæſo vocabulo huic aliam in iſto effato ſententiam tribuere poſſumus; quam ſedulam iterationem ac repetitionem eorum, quæ dicuntur ac docentur, ne alter ea oblivi̇ſcatur; ſed memoria quam diligentiſſime cuſtodiat, prout quoque in noſtro lapide occurrit? Cum dandi caſu itidem haud raro & nominatim ab eodem auctore conjungitur: *inculcatum eſt*, ait (*c*), *Metello & Vultejo*, *te aratores evertiſſe*. Ex ejus ætatis, qua marmor hoc factum eſt, poetis *Lucanum* (*d*) nomino, ita canentem:

. . . . . . *ſic voce Catonis*
Inculcata viris juſti patientia Martis,

ne dicam de aliis multis effatis, quæ a Lexicorum conditoribus plerumque in medium adduci ſolent.

Nec id quoque omitti debet, quod in noſtro marmore ſuperſtitionem hanc inculcari *generi humano* dicant Luſitani. Verba hæc univerſalem, feliciſſimam ac celerrimam religionis Chriſtianæ per orbem terrarum propagationem luculenter declarant, & divini legati Paulli effatum confirmant, quo de primis, a Chriſto conſtitutis, doctoribus adfirmat, perveniſſe τὸν φθόγγον αὐτῶν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, *ſonum eorum in omnes terras* (*e*) & evangelium prædicatum eſſe πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν, *omni creaturæ ſub cælum* (*f*), id eſt, divinam per Chriſtum reparatam gratiam primis poſterioris fœderis temporibus in univerſo terrarum orbe gentibus nuntiatam, omnibuſque hominibus amplam datam fuiſſe occaſionem, ad ſalutarem de Chriſto Servatore cognitionem perveniendi. Hæc comprobant, quæ de primis verbi divini interpretibus ac nuntiis, deque eorum conſtitutis civitatibus Chriſtianis tam ſacræ tabulæ; quam alia Chriſtianorum doctorum monimenta docent, ex quibus abunde patet, in omnibus fere totius terrarum regionibus ſacros cœtus exſtitiſſe (*g*). Libens quidem confiteor, ea, quæ de originibus plurimarum eccleſiarum, hoc ævo conditarum, earumque conditione narrantur, tenebris aut involuta, aut plane incognita eſſe; nec nego, veris narrationibus fuiſſe admixta multa ficta & falſa; æquum tamen harum rerum judicem decet, non omnia rejicere; ſed certa ab incertis, & fide digna a fabuloſis ſedulo ſecernere. De eo, quod Chriſti legatorum tempore omnibus gentibus aditus ad vera ſacra patefactus ſit: quod divini hi veritatis cæleſtis præcones in omnibus fere provinciis religionis noſtræ poſuerint fundamenta: itinera ſaltem ſua ita inſtituerint, ut nulli occaſio defuerit, ſalutarem Chriſtianæ doctrinæ cognitionem ſibi comparandi & Chriſto nomen dandi, ita ut inſcriptio noſtra vere dixerit, inculcari hunc numinis æterni cultum generi humano, de eo, inquam, nemo veritatis amicus dubitabit. Sed, quæ de ſanctiorum horum cœtuum primis auctoribus, initiis, incrementis, Epiſcopis, conditione ac ſtatu traduntur, plurimam partem ita ſunt comparata, ut nullam fidem mereantur; aut ſi non fabuloſa, attamen maxime incerta ſint. Ad iſta exempli cauſſa ſpectant, quando Hiſpanis Jacobus major; Britannis vero Joſephus Arimathæus, tamquam verbi divini nuntii, adſignantur, & quæ de Mariæ Magdalenæ, Lazari, Maximini & Marthæ in Gallias adpulſu (*h*) commemorari ſolent.

Quando denique noſtra inſcriptio prodit, provinciam tempore Neronis *his*, *qui novam generi humano ſuperſtitionem inculcabant*, purgatam fuiſſe, facile adparet, eſſe ſermonem de triſtibus illis fatis, quæ ſanctior Luſitaniæ cœtus in Neroniana vexatione ſubiit. Supra jam obſervavi, doctos viros, qui de hoc marmore ſententiam ſuam tulerunt, in duas potiſſimum abire partes. Nonnulli, qui marmori plenam tribuunt fidem, colligi ex eo poſſe contendunt, vexationem Neronianam exſtitiſſe graviſſimam, ſeſeque & per remotiſſimas imperii provincias longe lateque diffudiſſe: fuiſſe porro Neronis ævo eccleſiarum Hiſpanicarum ſtatum florentiſſimum, & quæ alia ſunt hujus generis. His ſeſe omni conatu opponunt alii, ideoque in eo inprimis elaborant, ut fidem ſaxi hujus ſi non penitus negare; attamen quoquo modo ſuſpectam reddere poſſint.

Sane perſuaſus ſum, ſolam præpoſteram opinionem, quod Nero ſolummodo in Chriſtianos Romanos; non autem provinciales ſævierit, principem fuiſſe cauſſam, cur marmor noſtrum a nonnullis non in ſpuriorum quidem; attamen in eorum claſſem tranſlatum fuerit, de quorum auctoritate in utramque partem diſputari poſſit. Reliqua argumenta, quæ non tanti momenti eſſe videntur, jam ſupra refutandi occaſio mihi fuit. Reſtat igitur, ut monſtretur, non ſolum religionem Chriſtianam jam primo poſt natum Servatorem ſeculo in Hiſpania radices egiſſe; ſed etiam vexationem Neronianam non urbis mœnibus incluſam; ſed latius progreſſam; & ad provincias quoque, quæ Romanis parebant, propagatam

(*a*) *Epiſt.* apud Nicol. Gurtlerum *Syſtem. Theol. Prophet.* p. 491.
(*b*) *Lib. I. de Orat. c.* 28. p. 90. *operum*, ed. Gronovii.
(*c*) *Orat. III. in Verr. c.* 68. p. 334.
(*d*) *Lib. IX. Pharſal.* v. 292. p. 693. ed. Oudendorpii.
(*e*) *Rom. X.* 18.
(*f*) *Coloſſ. I.* 23.
(*g*) De Originibus ejuſmodi Eccleſiarum, primis rei Chriſtianæ temporibus conſtitutarum, exponunt Philippus Jacob. Hartmannus *Comm. de Rebus geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis*, *cap. IV.* & ſeq. p. 73. Chriſt. Matth. Pfaffius *Originibus Juris Eccleſiaſtici*, p. 81. præ ceteris vero Jo. Alb. Fabricius *Salutari Luce Evangelii toti orbi per Divinam gratiam exoriente*. Ceteros excitavit noſter pater *Hiſt. Eccleſiaſt. Nov. Teſtam. ſec. I.* c. 2. *ſect.* 3. §. 5. p. 352.
(*h*) Conſ. Eduard. Stillingfleetum *Originib. Britannic. cap.* 1. Jacob. Uſſerium *Britannic. Eccleſiar. Antiquit. cap. II.* & Jo. Launoium *Diſſ. de Commentitio Lazari*, *Maximini*, *Magdalenæ*, & *Marthæ in Provinciam adpulſu*, Pariſ. MDCXLI.

gatam fuiſſe. Quæ duo momenta ubi comprobavero, ſatis ſuperque auctoritatem lapidis hujus me defendiſſe, credo. Simulac enim monſtratum fuerit, Chriſtianos in provinciis, uti Romæ, vexatos fuiſſe, non video, quare hoc de Hiſpania negandum eſſet; niſi adferrentur luculenta teſtimonia, ex quibus conſtaret, civitatem in hac provincia Chriſtianam optata pace ac tranquillitate uſam fuiſſe; quod vero neminem unquam probaturum eſſe certo ſcio.

Accedamus ad primum momentum. Neminem ſane novi, qui eam ob cauſſam de inſcriptionis hujus fide dubitaverit, quod nulli plane Chriſtiani Neronis ætate in Hiſpania exſtiterint. Exiſtimant ſolum, qui lapidi huic non favent, religionem chriſtianam hoc tempore in Hiſpania non ita floruiſſe, ut tropæum tyranno de ea exſtincta poni potuerit; per id vero diſerte adfirmant, Chriſtianos jam ibi exſtitiſſe. Et recte quidem ſentiunt, qui eorum ſacra ab ipſis Servatoris Noſtri legatis ad Hiſpaniam delata fuiſſe, contendunt, quippe quibus expreſſis Domini verbis illud negotium datum erat, ut irent εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, *in totum terrarum orbem*. *Marc. XVI.* 15. docerent πάντα τὰ ἔθνη, *omnes gentes*, *Matth. XXVIII.* 19. ac teſtes eſſent de Chriſto non ſolum Hieroſolymis, & in tota Judæa ac Samaria; ſed etiam ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, *uſque ad ultimas terras*, in quarum omnes etiam *ſonus eorum exivit*, *Rom. X.* 18. Quis igitur ſibi perſuadebit, inter tot gentes Hiſpanos ſolos exſtitiſſe, quibus occaſio defuerit, ad Chriſtianorum ſacra, relicto ſuperſtitioſo fictorum numinum cultu, accedendi. Probe ſcio, plurimam eorum partem, quæ de Hiſpanorum rei chriſtianæ initiis narrantur, eſſe, ut antea obſervavi, aut aperte falſa; aut ſaltem ignota, obſcura, atque incerta. Libentiſſime concedo, ad eorum claſſem referenda eſſe, quæ de Paulli itinere Hiſpanico (*a*), quod maxime dubium eſt, traduntur, & quæ de Jacobi majoris in hanc regionem adventu narrantur, pro quo *Jo. Mariana*, *Franc. Macedo*, *Franc. Bivarius*, *Caſp. De Mendoza y Segoja*, *Joſeph Saenz De Aguirre*, *Manuel Cajetanus de Souſa* (*b*) aliique ceteroquin inermes, pugnant (*c*), quum id commentum nullo, & ne minimo quidem fundamento fulciri poteſt. Addo porro, falſa eſſe, quæ de ſeptem Epiſcopis, a Petro & Paullo ad docendos Hiſpanos miſſis (*d*): de Torquato, Cteſiphonte, Indaletio, Cæcilio, Heſychio, Euphraſio, Geruntio, S. Mancio: de mulieribus Xantippa & Polyxena in *martyrologio Romano* (*e*) deque aliis verbi divini præconibus apud *Joſeph Saenz de Aguirre* (*f*): de martyribus ante Fructuoſum, qui anno CCLIX. paſſus eſt (*g*), & quæ de paganis illis hominibus, qui Jo. XII. 20. Jeſum videre voluerunt, quique Hiſpani fuiſſe dicuntur (*h*) & de facultate, Hiſpanice ante ipſam linguæ hujus originem loquendi, apoſtolis die Pentecoſtes conceſſa referuntur (*i*): libens, inquam, concedo, omnia hæc eſſe partim aperte falſa; partim ita comparata, ut nulli idonei de his rebus teſtes in medium poſſint adduci; nihilominus veriſſimum eſſe quilibet veritatis amicus mecum confitebitur, quod jam primis rei Chriſtianæ temporibus ſanctioris cœtus jacta ſint in Hiſpania fundamenta. Præter ea, quæ ſupra ex ſacris poſterioris fœderis tabulis memoravi, egregie id quoque teſtatur *Irenæus* (*k*) his verbis: οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβηρίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολὰς οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ cet. *neque hæ, quæ in Germania ſunt fundatæ, eccleſiæ aliter credunt; aut aliter tradunt; neque hæ, quæ in Iberis ſunt; neque hæ, quæ in Celtis; nequæ hæ, quæ in oriente; neque hæ, quæ in Ægypto*, ubi verbis οὔτε ἐν ταῖς Ἰβηρίαις, *neque in Iberis*, Hiſpanorum, non Iberorum in Aſia terras intelligendas eſſe, recte monuit *Franc. Fevardentius* (*l*) & ex illo *Jo. Erneſtus Grabius* (*m*). Ad hoc effatum aliud, haud minus inſigne, adjungo ex *Tertulliano* (*n*): *Gentium*

(*a*) Divinum legatum Paullum iter in Hiſpaniam inſtituere voluiſſe, ex *Rom. XV.* 24. diſcimus; minus autem compertum habemus, utrum id poſt priora Romana vincula confecerit; nec ne. Qui hoc adfirmant, nituntur teſtimoniis Epiphanii *Hæreſ. XXVII.* p. 107. *operum*: Chryſoſtomi *Homil. LXXXVI. in Matth. Tom. I. operum* p. 798. Hieronymi *Comm. in Eſai. cap. XI. Tom. III. operum*, p. 103. ed. Martianaei, ne dicam de Athanaſii, Cyrilli *Hieroſolymitani*, Theodoreti, Sophronii, Epiſcopi Hieroſolymitani, aliorumque effatis. Qui plura hac de re deſiderat, adeat Cæſ. Baronium *Annal. ad an. Chr. LXI. n.* 3. pag. 676. Natalem Alexandrum *Hiſt. Eccleſ. Nov. Teſt. ſec. I. Diſſ.* 15. p. 157. Michaelem a Sancta Maria, Eremitam Auguſtinianum, ſingulari de hoc argumento diſſertatione, in *Commentar. Academ. Reg. Ulyſſiponenſis*, anno MDCCXXII. d. 21. *Aug.* Caſp. Sanctium *Diſp. de S. Jacobi & Paulli in Hiſpaniam adventu*: Sam. Baſnagium *Exercitat. Antibaronian.* p. 512. Henr. Wottonium *not. ad Clem. Rom. Epiſt. ad Corinth. cap. V.* p. 25. Jo. Pearſonium *Diſſ. I. de ſucceſſ. Epiſcop. Rom. cap. VIII.* §. 9. p. 61. Jo. Erneſt. Grabium *not. ad S. Irenæum*, p. 40. Herm. Witſium *Meletem. Leidenſ.* p. 215. Jo. Alb. Fabricium *Salutar. Luc. Evang. cap. XVI.* p. 374. & Jo. Juſt. Spierium *Diſſ. qua teſtimonia Patrum quinque prior. Sæculor. de Paulli itinere in Hiſpan. confecto labefactantur*, *Vitemberg.* an. MDCCXL. Paulli hoc iter defendit quoque Emanuel Pereira de Sylva Legali *in Memoriis ad Hiſtor. Eccleſiaſt. Epiſcopat. Guard. ſpectantibus*, Hiſpanice editis, *Part. I. Tom. I. cap.* 1.

(*b*) In *Diſſ. Hiſtoric. Criticæ de Expeditione Hiſpanica Apoſtoli S. Jacobi majoris*, quæ Ulyſippon. MDCCXXVII. fol. prodiit Hieron. Contador d' Argote, Joann. de Fereras, Auguſtini de la Roia, & Andr. Duranæ ſingulares de eodem argumento commentationes ſilentio tranſmitto.

(*c*) De memoratis his Scriptoribus agit Jo. Alb. Fabricius *Salutar. Luc. Evang.* cap. XVI. p. 375. Ipſi Eccleſiæ Romanæ addicti iter hoc ad res commentitias referunt, nominatim Cæſ. Baronius *ad ann. Chr. DCCCXVI. n.* 51. Natal. Alexander, *Hiſt. Eccl. ſec. I. Diſſ.* 15. p. 157. & Franc. Combefiſius *Biblioth. Patr. Græco-Latin. auct. noviſſ.* p. 470. Addatur Manuel de Faria & Souſa *Hiſtor. Regni Portugall. Part. II.* p. 90. Fabricius *Salut. Luc. Evang.* p. 382. & Jo. Richardſonius *Prælect. Eccleſiaſt. n. XXVIII.*

(*d*) Vid. Gregorium VII. *Epiſt.* 64. *ad Alphonſ. VI. & Sanctium Hiſp. Reg. Tom. X.* Concilior. Labbei, p. 53. Lucius Dexter in *Chronico* varios Hiſpaniæ Epiſcopos, qui omnes commentitii ſunt, percenſet. De Hierotheo, qui in illorum eſt numero, & cujus in *Menologiis Græcor. d. IV. Octobr.* mentio fit, vid. Thom. Ittigium *Differt. de Patrib. Apoſtol.* quam *Bibliothecæ Patrum Apoſtolic.* præmiſit, §. XXXVIII. p. 121. & *Select. Hiſt. Eccleſ. ſec. I. cap. VII. ſect.* 8. §. 9. p. 484.

(*e*) Die XV. *Maii* die XXV. *Aug.* & die XXIII. *Sept.*

(*f*) *Tom. I. Concil. Hiſp.* 163.

(*g*) Hujus itemque Augurii, & Eulogii acta exſtant apud Theod. Ruinartum *Act. Primor. Martyr.* p. 219. Jo. Bollandum *Act. Sanctor.* die XXI. *Januar.* & Maſſuetum *not. ad Irenæum*, p. 49. De Martyribus Hiſpanicis ſcriptores recitat Jo. Alb. Fabricius *Libr. laudato*, cap. XVI. p. 379. Adde *Centuriat. Magdeburg. cent.* II. *cap.* 2. p. 6.

(*h*) Vid. Thom. Ittigium *Select. Hiſt. Eccleſ. ſec.* I. *cap.* VII. *ſect.* 5. p. 457.

(*i*) Ridiculæ hujus fabulæ auctor & defenſor eſt Franc. Bivarius *not. ad Lucii Dextri Chronicon*, cœco nationis ſuæ amore captus. Conf. Steph. Le Moyne *not. ad var. Sacr.* p. 1035.

(*k*) *Adverſ. hæreſ. Lib.* I. *cap.* 3. p. 46. ed. Grabii.

(*l*) Not. ad hunc *Irenæi locum*.

(*m*) *Not. ad eumdem* p. 46.

(*n*) Adv. *Judæos*, *cap.* VII. p. 212. *operum*.

Getulorum, inquit, *varietates & Maurorum multi fines: Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diverſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca; Chriſto vero ſubdita*. Uterque ſcriptor, quod ipſa orationis connexio, omneſque rationes oſtendunt, de doctrina Chriſtiana, Apoſtolorum tempore in has provincias delata, loquitur; hæc vero quum ita ſint, luculenter conſtat, jam Neronis tempore ſanctiores cœtus in Hiſpania extitiſſe. Nolo tamen cum *Baronio* (*a*) adfirmare, civitatis Chriſtianæ ſtatum Neronis tempore in ea floreutiſſimum, multitudinemque eorum, qui Chriſto nomen dederunt, ſane maximam fuiſſe. Hoc enim ex inſcriptione noſtra; ad quam tamen hac in re Baronius provocat, neutiquam colligi poteſt. Nec video, quid obſtet, ſi dicamus, numerum Chriſtianorum his temporibus non tantum, quantum forſitan in aliis provinciis, fuiſſe. Num ergo pauci hi nullis vexationibus obnoxii fuere? At objiciunt nonnulli, quod tropæum tyranno poſitum haud fuiſſet, ubi Chriſtianorum clades in hac provincia non ingens extitiſſet. Nonne Luſitani aliarum provinciarum, in quibus plures trucidati ſunt Chriſtiani, exemplum ſequi & tyranno tropæum honoris cauſſa conſtituere potuerunt, quamquam non adeo multi, Chriſti ſacris initiati, ibi fuerunt?

Ad alterum momentum quod ſpectat, quæritur: utrum vexatio Neroniana, extra urbem, ubi initium ejus fuit, egreſſa, ad provincias quoque pervenerit? id quod caput rei in tota hac de marmoris noſtri fide diſceptatione eſſe, videtur. Quodſi enim verum eſt, malum hoc, quod civitatem chriſtianam afflixit, latius ſerpens, etiam alias invaſiſſe regiones, quivis, me haud monente, intelliget, nullam adeſſe cauſſam, quare id de Hiſpania negari poſſit. Ii enim, qui fidem hujus lapidis infringere, ſibi ſumunt, hoc pro præcipuo poſuerunt argumento, quod triſtia illa, quæ cœtus ſanctior expertus eſt, fata urbis mœnibus incluſa; nec ad provincias progreſſa fuiſſent (*b*). Sed erroneam eſſe iſtam ſententiam, ex his potiſſimum liquet argumentis: I. *Tacitus* (*c*) diſertis adfirmat verbis, Chriſtianos *haud perinde in crimine incendii; quam odio humani generis convictos eſſe, repreſſamque in præſens exitiabilem ſuperſtitionem rurſus erupiſſe*. Quodſi odium generis humani Chriſtianis crimini datum eſt; id vero hoſtes eorum tamquam legitimam furoris ſui contra illos cauſſam, prætexuerunt, non video, quomodo ſanctior cœtus extra Romam a pœnis & vexationibus liber eſſe potuerit, quum crimen hoc non ſolum Chriſtianis Romanis, in quos ſolum incendii culpa transferebatur; ſed omnibus generatim tributum ſit? Notiſſimum autem eſt, in provinciis facinoroſos iiſdem, quibus Romæ, ſuppliciis adfectos eſſe. Petunt civitates exemplum ab aula & metropoli; præterea vero ſine dubio *Tacitus* de Chriſtianis in univerſum non loquutus fuiſſet, ubi Nero ſolum contra eos ſæviiſſet, qui Romæ ſunt commorati. Errat igitur *Dodwellus*, quando, ut Romæ ſolum a Chriſtianis ſupplicia ſumta eſſe, oſtendat, ſcribit, ipſis incendii culpam tributam eſſe; *in eos vero, qui Roma aberant, nullam vel ſpecietenus veriſimilem rationem fuiſſe, cur intentaretur urbis incendium*. Tacitus enim diſerte non ſolum urbis incendium; ſed odium quoque generis humani, tamquam duo nefanda ſcelera, quorum cauſſa ab innocentibus Chriſtianis crudeliſſima ſumta ſint ſupplicia, memorat. Sed eſto, II. ſanctiorem cœtum ſolummodo incendii nomine adcuſatum fuiſſe; quilibet tamen videt, criminationem hanc ita fuiſſe comparatam, ut iſta ipſis etiam extra Romam degentibus Chriſtianis maximum odium contraxerit, omneſque in provinciis gentem illorum execrati ſint, atque exiſtimaverint, iſtam ob ſolum hoc ſceleſtum facinus veluti pernicioſam & noxiam eſſe exſtirpandam. Provinciales enim, quum ſibi eadem pericula imminere arbitrarentur, orta Romæ contra puriorem cœtum tempeſtate; ad eum miſere vexandum eo procliviores fuerunt, quo magis deteſtandum videbatur ſcelus, cujus innocentiſſima Chriſtianorum gens inſimulata fuit. Magis id III. confirmari poteſt his *Taciti* (*d*) verbis: *abolendo rumori Nero ſubdidit reos, & quæſitiſſimis pœnis adfecit, quos, per flagitia inviſos vulgus Chriſtianos adpellabat*; ex quibus abunde colligitur, eos jam ante incendium in reorum numerum relatos: per conſequens ad judicia vocatos, & ſummis pœnis dignos habitos fuiſſe, ita ut non ſolum ob incendium; ſed ob alia quoque crimina, ipſis falſo tributa, & Romæ, & in provinciis puniti eſſe videantur, quoniam *Tacitus* generatim de illorum gente dicit, quod per flagitia inviſa fuerit. Idem & IV. ex *Suetonio* (*e*) conſtat, quando *adflicti*, inquit, *ſuppliciis Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis novæ & maleficæ*. Loquitur hoc eſſeto itidem de univerſo Chriſtianorum cœtu, & ne verbo quidem vexationem hanc Romæ ſolum fuiſſe, memorat; ſed potius verbis: *genus hominum ſuperſtitionis novæ & maleficæ*, haud obſcure ſignificat, contra eos & extra Romam ſævitum fuiſſe, quum ejuſmodi crimina in provinciis eadem ſeveritate, uti Romæ, punirentur. Imprimis obſervandum eſt, V. quod *Suetonius* perſequutionem hanc iis adnumeraverit, quæ a Nerone *animadverſa ſevere & coercita; nec minus inſtituta ſunt*. Quum autem ejuſmodi res per edicta & leges publice proponi ſolerent, nullum eſt dubium quin vexationis hujus initium publicis edictis ac legibus factum ſit, ad quas ſeſe quoque præſides in provinciis adcommodare debuerunt. Conjectura hæc præclare confirmatur,

(*a*) *Annal. ad ann. Chriſt.* LXIX. *num.* 46.

(*b*) Sententiæ hujus princeps patronus ac defenſor extitit Henr. Dodwellus *Diſſertationum Cyprianicar. num. XI. de Martyrum commemoratione, eaque occaſione de Martyrum paucitate in primævis Chriſtianorum perſequutionibus*, p. 65. Opinionem hanc Dodwelli alii defendendam, alii oppugnandam in ſe ſuſceperunt: non negandum tamen eſt, utramque partem a vero aberraſſe, & alteram per id, quod nimium; alteram vero per id, quod parum eſt, peccaſſe. Dodwello imprimis ſeſe oppoſuit Theodoric. Ruinartus *Præfat.* præmiſſa *Actis Martyrum ſinceris, & ſelectis*, ne dicam de Nicol. Nourrio, Lud. Anton. Muratorio, Ignatio de Laubruſſel, Caſt. Innoc. Anſaldo, aliiſque, a vener. patre *Hiſt. Eccleſiaſt. ſec. I. c.* 4. *ſect.* 2. §. X. p. 545. memoratis.

(*c*) *Lib. XV. Annal. c.* 44.

(*d*) *Loco memorato*,

(*e*) *Vit. Neronis cap. XVI.*

matur, quod VI. ætate Trajani leges adfuerint, contra Chriſtianos latæ, quarum auctorem doctiſſimi viri non ſine ſumma probabilitatis ſpecie Neronem fuiſſe, exiſtimarunt. *Plinius* (*a*) enim ad Trajanum ſcribit, ſe cognitionibus de Chriſtianis nunquam interfuiſſe; quum autem ejuſmodi cognitiones edictis ac legibus nituntur, facile colligitur, jam ante Trajanum extitiſſe ejuſmodi leges, ad coercendam ac ſupprimendam religionem Chriſtianam promulgatas. Decreta hæc ad Neronem refero, hancque in rem VII. ad inſigne *Tertulliani* (*b*) effatum provoco, ubi de legibus, contra Chriſtianos ſancitis, loquitur, ac diſerte memorat, Neronem ſolum & Domitianum contra ſanctiorem cœtum ſæviiſſe; reliquos vero imperatores, nominatim Adrianum, Veſpaſianum, Pium & Verum leges, contra illos latas, non obſervaſſe, eaſque per id irritas reddidiſſe. Hæc quum ita ſint, & jam ante Veſpaſianum leges contra Chriſtianos memorentur, ad quem quæſo alium; quam ad Neronem iſtæ referri poſſunt? Nonne vero hæc ita comparata ſunt, ut VIII. maximam fidem *Sulpitii Severi* (*c*) effato concilient, quo luce clarius adfirmat, in Chriſtianos primo incendii cauſſa ſævitum; tum vero adverſus eos etiam leges ſancitas eſſe, *quibus religio hæc vetita fuerit, palamque edictis propoſitis Chriſtianum eſſe non licuerit*. At quis quæſo de narrationis hujus fide dubitabit, quæ tam inſigniter Tertulliani ſtabilitur teſtimonio? & quis porro, ubi & leviter rationem novit legum & edictorum Romanorum, negare ſibi porro ſumet, vexationem hanc Neronianam urbis Romæ mœnibus incluſam fuiſſe. His præclaris univerſalis vexationis Neronianæ documentis addo IX. *Lactantii* (*d*) teſtimonium, qui tradit Neronem, quum animadvertiſſet, non modo Romæ; ſed etiam ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, & ad religionem novam, damnata vetuſtate, tranſire, *proſiluiſſe ad excindendum cæleſte templum*. Quæro autem: Quomodo ſceleſtus ille tyrannus finem ſuum obtinere & patria ſacra ab interitu vindicare potuiſſet, ubi Romæ ſolum Chriſtianos opprimendos; nec eos quoque in provinciis extinguendos juſſiſſet: Romæ religionem defendere: extra urbem interire voluiſſet? & cæleſte templum, id eſt, Chriſtianos (*e*) exſcindere ſine vi, ferro, flamma in provinciis? quomodo quæſo X. ſecundum *Sulpitium Severum* (*f*) Nero *Chriſtianorum nomen tollere*, ac ſimul permittere potuit, ut in provinciis optata fruerentur tranquillitate? Ad hæc tuto XI. *Oroſii* (*g*) teſtimonium adjungere poſſum, qui diſerte memorat, Neronem primum Romæ Chriſtianos ſuppliciis & morte adfeciſſe & *per omnes Provincias pari perſequutione excruciari imperaſſe, ipſumque nomen extirpare conatum eſſe*. Scio equidem, teſtimonia hæc Severi ac Oroſii eſſe recentiora; quam ut valeant ad rem quamdam, primis rei Chriſtianæ temporibus factam, probandam, concedo hoc libenter; ſed non video, qua ratione fides eorum ſuſpecta reddi poſſit, ubi ea non tam ad probandam; quam confirmandam aliorum, quos memoravi, vetuſtiorum ac probatorum ſcriptorum narrationem adducuntur. In medium quoque adferre poſſem XII. duo effata ex Chronico *Lucii Flavii Dextri*; ſive veri illius auctoris, *Hieronymi de Hignera*, *a Petro Halloixio* (*h*) excitata, atque ex illis Chriſtianorum Hiſpanorum vexationem Neronianam probare; ſed nolo infirmis pugnare armis, quum ſententia de univerſali Neronis perſequutione iis inſtructa eſt præſidiis, quæ ſatis firmamenti & virium habent. Chronico enim huic nemo, niſi Hiſpani fidem tribuunt: alii omnem abjudicant. His addo, ne unicum quidem teſtimonium ab iis, qui contrariam tuentur partem, adferri poſſe, in quo adfirmatum ſit, perſequutionem Neronianam ad provincias haud perveniſſe. *Taciti* teſtimonium paullo ante memoratum ſententiam noſtram magis confirmat; quam refellit, uti jam monſtratum eſt. Quando *Baſnagius* (*i*) aliique ad hæc *Tertulliani* verba provocant (*k*): *conſulite commentarios veſtros: illic reperietis, primum Neronem in hanc ſectam, tum maxime Romæ Orientem, Cæſariano gladio ferociſſe*, ſibique perſuadent, ex iſtis ſuam de hac vexatione ſententiam ſe probare poſſe, inſigniter ſeſe fallunt. Loquitur Tertullianus de religione Chriſtiana, *Romæ tum oriente*: num ergo religio, in provinciis *jam orta*, nullis periculis & vexationibus expoſita fuit? Hæc a me adducta argumenta ita comparata ſunt, ut eorum nonnulli ipſi, qui de fide marmoris noſtri dubitant, eorum vim haud negare potuerint; ſed aperte confeſſi ſint, calamitatem hanc Chriſtianorum, urbe latius diffuſam, ad provincias quoque migraſſe, quemadmodum hoc viri celeberrimi *Thom. Ittigius*, *Sal. Deylingius* (*l*) aliique recte ſtatuerunt. Libens quidem, ut veritatis amicus, concedo, ex his adductis teſtimoniis, ſi *Oroſium*, ſcriptorem non admodum probatæ fidei, exceperis, haud confici poſſe bellum hoc funeſtum contra Chriſtianos in omnibus per imperium Romanum provinciis exarſiſſe: concedo porro, non ſine probabilitate a Baſnagio monſtratum eſſe, quod Corinthiorum eccleſia his procellis non agitata fuerit; num ergo colligi poteſt, Hiſpanorum eccleſiam eadem pace, eadem tranquillitate uſam fuiſſe? Quodſi nonnulli præſides mitiores ſe erga Chriſtianos præbuerunt; nec ſumma ſeveritate in ea, quæ his crimini dabantur, inquiſiverunt, ergo non alii exſtiterunt, qui profuſo eorum ſanguine nullo modo ſatiari & expleri potuerunt? Saltem ex argumentis adductis ma-

(*a*) *Lib. X. Epiſt.* 97.
(*b*) *Apologet. cap. V.* p. 53. ed. Havercampi. Adde Joſeph. Auguſtin. Orſi *della Iſtoria Eccleſiaſtica*, *Tom. I.* p. 242. & ſeq. imprimis Nic. Nourrium *Adparat. ad Biblioth. Maxim. Patr. Tom. II.* p. 1487. & ſeq.
(*c*) *Lib. II. Hiſt. Eccleſiaſt. c.* 28.
(*d*) *De mortib. Perſequutor. cap. II. §. 6.* Integrum hunc Lactantii locum egregie illuſtravit Des Vignoles *Tom. VIII.* de *l'Hiſtoire Critique de la Republ. des lettres*, *n.* 2. & *Tom. IX. n.* 6.
(*e*) Vid. Lactantium *libr. IV. Inſtitut. Divinar. c.* 24.
(*f*) *Lib. II. Hiſt. Eccleſ. c.* 28. p. 238. adde Nicephorum *lib. II. Hiſtor. Eccleſ. c.* 36.
(*g*) *Lib. VII. c.* 7. p. 473. ed. Havercampi.
(*h*) *Illuſtr. Eccleſ. Orient. Scriptor. Tom. I.* p. 398. vid. Nicol. Antonii *Biblioth. Hiſpan. vet. part. II.* p. 274.
(*i*) *Annal. Politico-Eccleſiaſt. Tom. I.* p. 739.
(*k*) *Apologet. cap. V.*
(*l*) *Obſervat. Sacrar. Part. II.* p. 546.

manifeſte patet, vexationem Neronianam & ad provincias, quamvis non omnes, perveniſſe, marmorique noſtro eam ob cauſſam fidem denegari non poſſe, quod in illo perſequutionis Chriſtianorum in Hiſpania mentio facta ſit. Eo uſque igitur lapidis noſtri fides conſtabit, donec, uti de Corinthiorum; ſic quoque de Hiſpanorum civitate ſacra probatum fuerit, eam omni perturbatione tempore Neronis caruiſſe, ejuſque ſtatum florentem ac pacatum extitiſſe.

Quando denique adfirmatur, Luſitaniam a Chriſtianis purgatam ea ætate fuiſſe, minime exiſtimandum eſt, cladem hanc civitatis Chriſtianæ tantam fuiſſe, ut plane nulli; aut certe pauci ſuperfuerint ex iis, qui in hac provincia ad ſalutarem de Chriſto pervenerunt cognitionem. Dictum hoc eſt pro falſa ſuperſtitioſæ gentis perſuaſione, quæ teſte Auguſtino (*a*), *perſequendo tollere ſe poſſe Chriſti nomen*, falſo putabat. Lactantius (*b*) *inquiritur*, ait, *peragendæ rei dies aptus & felix, ac potiſſimum terminalia deliguntur, quæ ſunt ad ſeptimum Kalendas martias, ut quaſi terminus imponeretur huic religioni:* & alio loco (*c*): *Maximinus votum Jovi vovit, ut ſi victoriam cepiſſet, Chriſtianorum nomen extingueret, funditusque deleret.* Ad ea commode quoque referuntur ſolemnes populi profano numinum cultui dediti, adclamationes: *Chriſtiani tollantur: Chriſtiani non ſint: tolle atheos*, ut ex actis Sabini apud *Caſ. Baronium* (*d*) & ex *Euſebio* (*e*) ſatis conſtat. Sola hoc fuit adulatio, tyranno facta, ut Chriſtianam Religionem extirpaſſe, ac funditus ſuſtuliſſe, videretur. Ad eumdem cenſum ſpectant quoque illa marmora, in honorem Diocletiani, Maximiani & Galerii poſita (*f*), in quorum altero hæc legimus verba: NOMINE CHRISTIANORVM DELETO QVI REMPVBLICAM EVERTEBANT; in altero vero: SVPERSTITIONE CHRIST. VBIQ. DELETA ET CVLTV DEORVM PROPAGATO.

(*a*) *Enarrat. in Pſalm. XC. Serm. I. Tom. IV. operum* p. 726. adde, quæ doctor Chriſtianus diſſerit *lib. XVIII. de Civit. Dei*, *c.* 53.
(*b*) *De Mort. Perſequutor. cap. XII.* p. 101. ed. Bauldri.
(*c*) *Lib. Laudat. cap. XLVI.*
(*d*) *Annal. Eccl. ad ann. Chr.* CCCI. *n.* 18.
(*e*) *Lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap.* 25.
(*f*) Vide Gruterum pag. CCLXXX. *Inſcr.* 3. & 4. Plura veterum Scriptorum hac de re teſtimonia ſuppeditat Chriſtian. Kortholtus *de Perſequutionibus Eccleſ. primæv. ſub Imperat. Ethnicis*, *cap. I.* §. 25. p. 43. & *Pagan. Chriſtian. Obtrectat. lib. I. cap.* 24. p. 238. & ſeq.

Præter memoratos Scriptores a Cl. Walchio, qui de iſtiuſmodi *Neroniana* Epigraphe ſcribunt; Vide Doctiſſ. Barth. Peverelli S. J. in Libro qui inſcribitur: *Iſtoria delle Perſecuzioni fatte alla Chieſa dagl' Infedeli ne' primi IV. ſecoli Lib. II. n. V. pag.* 56. *Tom. II.* edict. Venet. 1763. & *Art. Crit. Lapid. col.* 309.



1 *Eruta prope Cæcinam*
in Agro Lunenſi, hodie Florentiæ in Muſæo Marchionum Niccliniorum.
Ex Gorio Inſcript. Antiq. Etr. Part. III. pag. 173. *n.* 214.
Tab. marmorea long. p. III. & unc. I. alta vero unc. XIV. circiter.
Dext. parte. . . . .

D I V A E . P O P P E A E . A V G V S T A E
I M P. N E R O N I S . C A E S A R I S . A V G V S T
L. TITINIVS . L. F. GAL. GLAVCVS . LVCRETIANVS . FLAM. ROMAE
ET . AVG. II. VIR. IV. P. C. SEVIR. EQ. R. CVRIO . PRAEF. FABR. COS. TR. MILIT
LEG. XXII. PRIMIG. PRAEF. . . . . ATO . INSVLARVM . BALIARVM . TR. MIL
LEG. VI. VICTRICIS. EX. VOTO. SVSCEPTO . PRO . SALVTE . IMP. NERONIS
QVOD. BALIARIBVS. VOVERAT. ANNO. A . LICINIO. NERVA. COS. II. VIR
. . . . ET. Q. A . . . VIRO. NEPOTE. * VBE. VELLET. PONEREI. VOTO. COMPOS
. . . . MINERVAE. FELICITATI. ROMAE. DIVO. AVG

Læva parte eiuſdem Tabulæ.

IMP . NERONI . CLAVDIO . DIVI . CLAVDI F . GERM
CAESARIS. N. TI. CAESARIS . AVG . PRO . N. DIVI. AVG. AB . N
CAESARI . AVG . GERM . P . M . TR . POT. XIII . IMP . XI . COS . IIII
L. TITINIVS. L. F. GAL. GLAVCVS . LVCRETIANVS . FLAM . ROMAE . ET AVG . II . VIR
IIII. P. C. SEVIR . EQ. R . CVRIO PRAEF . FABR. COS. TR. MILL. LEG . XXII. PRIMIG . PRAEF . PRAELEGATO
INSVLAR . BALIARVM . TR . MIL . LEG . VI . VICTRICIS . EX . VOTO . SVSCEPTO . PRO SALVTE IMP
NERONIS. QVOD. BALIARIBVS. VOVERAT. ANNO. A. LICINIO. NERVA . COS . II. VIRIS. L. SAVFETO
VEGETO. ET. Q. ABVRIO. NEPOTE. VBE. VELLET. PONERET. VOTO. COMPOS. POSIT. IOVI. IVNO . . .
MINERVAE. FELICITATI. ROMAE. DIVO. AVGVSTO

Apud Murat. CCXXVII. 4. mendoſa ex Gorio, qui tum temporis nondum lapidem viderat, & ita inemendatum ediderat *Inſcr. Antiq. Etr.* Par. II. pag. 46. dein ad fidem archetypi iterum protulit Par. III. cit. pag. Vid. ad hanc adnotationes CC. VV. Muratorii & Gorii locis cit. * Lin. 8. leg. VBE pro *Vbi*.

2 *Brixiæ.*
Ex ſchedis D. Petri Gnocchi V. C.

N E R O N I
C A E S A R I
G E R M A N I C I
E T . A V G
N E P. D I V I. A V G V S T I
P R O N E P . . . . .

3 *Neapoli*
prodiit ex deteƈto Herculanei oppido.
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCL. 7.

IMP. T. VESPAS . . . . . .
CAESARI. AVG . . . .
TRIB. P. COS . . . .

4 *Aventici reperta.*
Ex Cl. V. Sam. Schmidt, Recueil d' Antiquites trouvées à Avenches &c. pag. 8.

IMP. CAESARI. VESPASIANO
AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. III
IMP. VIII. COS. III. DESIG. IIII. P. P
Vid. Grut. CLXXXIX. 8.

5 *Neapoli*
prodiit ex deteƈto Herculanei oppido.
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCCL. 8.

FLAVIAE. DOMITILLAE . . .
VESPASIAN. CAESAR . . .

Flavia Domitilla, ſeu *Domicilla*, Statilii Capellæ Romani Equitis filia, Veſpaſiani uxor: ex eo genuit Titum, Domitianum, & Domitillam. Vid. *Suet. in Veſp.* cap. 3.

6 *Ferrariæ.*
Miſit Cl. Paſſerius.



7 *Seguſii*
Ex Donio Cl. III. n. 7. p. 115.
qui ex Schedis Vaticanis.

I M P . C A E S A R
V E S P A S I A N V S
A V G V S T V S P O N T I F E X
M A X . T R I B . P O T E S
C O S . III . C O S D R I
G A L A T . IIII. P . F

8 *In corona vulgo* Architrave *medianos parietes Baſilicæ veteris D. Petri ſuſtinente, Marmoris fragmentum.*
Ex Donio Cl. III. n. 6. p. 114. *qui ex Jacobo Grimaldo.*

DIVO TITO DIVI . . . . .
. . SIANO AVGVSTO
. . IMP. CAESAR. DIVI. NERVAE. F. NERVA
. . NICVS. DAC. PONT. MAX. TRIB. PO . . . .
P. P. FECIT

1 *In ſummitate Montis,*
qui dicitur Fernau *in Regno Algerii*
Ex Shawio Voyages &c. *Vol. I. c. VI. pag. 96.*

D . N . . . .
IMP . CAE . . . .
SI DOMITI . . . .
AVRELIA . LI . . . .
ANO INVIC . . . .
PIO FELICI AV
GVSTO C . . . .
VIIII . . . .

2 *Ex Tranſactionibus Anglicanis*
Vol. IX. Par. IV. Pl. 1. fig. 7. pag. 240.
Edit. London. 1747.

IMP. CAES. DOMITIANO. AVG. COS. VII.

3 *Neapoli,*
prodiit ex detecto Herculanei oppido.
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCCL. 9.

DOMITIAE . CN . F
DOMITIANI . CAESARIS
D . D

Domitiam Longinam (ait Suet. in *Domit.* c. 1.) *Aelio Lamiæ nuptam in Matrimonium* (Domitianus) *abduxit*. Et cap. 3. pergit: *Deinde uxorem ſuam Domitiam, ex qua in ſecundo Conſulatu filium tulerat, alteroque anno conſalutaverat ut Auguſtam, eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiavit: intraque breve tempus impatiens diſſidii, quaſi efflagitante Populo, reduxit.*

4 *Romæ.*
Ex Sponio Miſc. Sect. VIII. p. 268.

SERGIAE LAENATISAE PLAVTILLAE
MATRI IMP . NERVAE CAES . AVG

Incognita eſt Hiſtoria Romana Scriptoribus Mulier iſta Nervæ Imperatoris Mater, ut adnotat ad hanc Sponius loc. cit. Grut. CCXLI. 2. lin. 1. leg. LAENATIS. F &c. qui & verſus aliter diſtinguit, & in Not. repet. edit. legit: AI. PLVTILLAE. Nerva Coccejus Narniæ in Umbria nobili genere ortus, a Domitiani interfectoribus Imperator ſalutatus fuit An. 96. Ær. Chr. Cum vero ob ſenectutem quaſi deſpiceretur, Trajanum adoptavit. E vivis abiit æt. ſuæ an. 65. Imp. I. cum dimidio circiter. Vid. *Xiphil. in Nerva, & Sex. Aur. Vict.*

5 *Romæ.*
in vinea DD. de Bettinis prope
Montem Teſtaceum.
Ex Ephem. Liter. Flor. Tom. XIV. col. 52.

In plumbeo Aquæductu.

IMP. NERVAE . CAES. AV
STAT . PATRIMONI . AVG. N

6 *Lamina ænea infracta, & coronis ornata, reperta prid. Kal. Aug. a D. Franc. Thom. Sanzio in cavis Iberi Fluvii Vandalitiæ (qui hodie dicitur* Riotinto, *antiquitus* Urias) *prope antiquiſſimum Ædificium ad Caſtrum Solomonis. Miſit V. C. Ludov. Coltellini.*

IMP. NERVAE . CAESARI. AVG.
. . . . PONTIFICI. MAXIMO. RR
. . . . . OTEST . P. P. COS . III
. . . . . G. IIII. PVDENS. AVG. LIB.
. . . . ROCVRATOR
. . . . IO POSVIT

Pertinet ad an. 97. Chr. quo III. Conſul creatus Nerva, & IIII deſignatus fuit pro inſequenti anno 98. ut ex IV. verſu Epigraphis erui poteſt.

7 *In pavimento Templi S. Georgii*
in Velabro.
Ex Donio Cl. III. n. 9. qui exſcripſit.

IMP . CAESARE . NERVA . . . .
GERMANICO . . . .
LABERI . . . .

8 *In vico Canalium, prope Soriam.*
Ex Eodem Cl. III. n. 10. ex ſchedis Vaticanis.

IMP . CAESAR . NERVA
TRAIANVS . AVG . GER
PONTIF . MAX . TRIB
POT . P . P

9 *Vindobonæ,*
in atriis Bibliothecæ Cæſareæ.
Ex Maffeio pag. CCXL. 2.

IMP DIVI NER F
NERVAE TRAIAN
CAESARI AVG
GER DACIC PONT
MAX TRIB POT PP
COS V
C RVFIVS MODERATVS
IVNIANVS IVNCINVS
PRAEF COH VI RAET TRIB
MIL LEG VII G F EX
CODICIL F I

In *Nov. Theſ.* CCXXX. 8. lin. 6. GRVPIVS. MODERATVS. FAVNIANVS. LVCINVS &c.

10 *In impluvio Vaticano Statuarum.*
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCLI. 1.

DIVO. NERVAE. TRAIANO. PARTHICO. ET. DIVAE
PLOTINAE. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. VXORI
IMP. CAES. TRAIANVS. HADRIANVS. AVGVSTVS
PONT. MAX. TR. P. COS. III. PARENTIBVS. SVIS

1 *Romæ in Villa Pinciana.*
Ex eodem loc. cit. CCLIV. 5.

...VS NERV TRAIAN AVG GER DACICI
...VRAPIL PROC PEDACIA SER FEC
IMP CAES M AVR ANT AVGN SVB CA
PITOLINI PROC OFFIC FELIX AVG LIB FE..
....DOMITIANI CAESARIS AVG GER
.......PROC....,PRIMIGENIVS SER FEC

2 *In Africa CLXI. mill. paſſ. circiter a Tuneto, non longe a ruderibus antiqui Amphitheatri.*
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XIV. col. 399.

IMP. CAESARI DIVI HADRIANI FILIO DIVI TRAIANI PAR
THICI NEPOTI DIVI NERVAE PRONEPOTI T. AELIO
HADRIANO ANTONINO PIO AVG. PONTIFICI MAXIMO TRI
BVNICIA POTESTATE XX. COS. IIII. P. P. D. D. P. P.

3 *In Vico Coronili Agri Viravienſis.*
Ex Donio Cl. III. n. 13.

IMP. CAES. DIVI. TRAIANI
AVG. COS. VI. F. DIVI. NERVAE
COS. III. TRIB. P. II. NEPOTI. TRAIANO
HADRIANO. AVG. PONT. MAX
TRIBVNIC. POT. XII. P. P. COS
III. MARCVS. MESSIVS. RVSTICVS
AEMILIVS. PAPVS. ARIVS. PRO
CVLVS. IVLIVS. CELSVS. SODAL
AVGVSTAL. IIII. VIR. VIARVM
CVRANDARVM. TR. MIL. LEG. III
AVG. PR. PR. PROVINC. AFRI
CAE. TRIB. PLEB. PR. PEREGRIN
CVRATOR. VIAE. AVRELIAE
LEG. LEG. AVG. XX. V. V. OPTIMO
PRINCIPI

PR. PR. Id eſt, *Præfecti Provinciæ* &c. *Legati Legionis Viceſimæ Valentis Victricis*. „ Idem Meſſius Ruſticus, qui in hac ara „ memoratur cum collegis, Sodalis Auguſtalis, & Qua„ tuorvir viarum curandarum, fuit etiam Curator Alvei, „ & Riparum, Tiberis, & Cloacarum Vrbis; cujus ſit men„ tio in duabus Gruterianis CXCVII. 5. & CXCVIII. 2. „ Sed in hac non *Marci*, ſed *Lucii* prænomen habet. „ Ita ad hanc adnotat Gorius.

4 *Æſicæ hodie* Netherby
in Cumbria.
Ex ſchedis D. Abb. Petri Gnocchi V. C.

IMP. CAES. TRA
HADRIANO
AVG
LEG. II. AVG. F

5 *Ex Tranſactionibus Philoſophicis Anglican.*
Tom. V. Part. II. Cap. II. pag. 58.

IMP. CAESAR. T. AELIO
HADRIANO ANTONINO
AVG. PIO P. P. VEXILLATIO
LEG. VI. VIC. R. P. F
.PER. M. P. III. DCLXVI.

6 *In Proponside nuper inventa*
Ex Ephemer. Lit. Flor. vol. XVIII. col. 827.

ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ſic
CΔC ΨΘ ΥΙΟΝ Μ. ΑΥΡΙΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ

Incorrecta Marmorarii, vel exſcriptoris oſcitantia.

Leg. *Hadrianum*
Filium M. Aurelii
Antonini
Cæſaris Auguſti.

7 *Lambeſæ, hodie* Tezzoute *in regno Algerii.*
Ex Shawio in cit. Opere Cap. VIII. p. 148.
ſuper arcum Triumphalem.

IMP. CAES
AELIO HADRIANO
ANTONINO AVG
PONT. II. MAXIMO
TRIB. POTEST. X
IMP. II. COS. III. P. P
DEDICANTE
INDVIO CR
LEG. AVG. PR. PR

8 *Olim in Provincia Sterliniæ*
Scotiæ in viciniis Muri Romani, hodie in
Glascovv, *quæ eſt Glaſquum, urbs pariter*
Scotiæ, in antiqua Turri.
Ex Schedis Petri Gnocchi V. C.

IMP. CAES. TITO. AELIO
HADRIANO. ANTON
AVG. PIO. P. P. LEG. II. AVG
PER. M. P. III. D. CIX. VI. S

9 *Ibidem*
Ex iiſdem.

LEG
II
AVG
FEC

1 *Reperta in Peloponneſo.*
Ex Libro : Saggio Critic. della corr. Letteratura Straniera
Tom. II. Par. III. p. 541.

IMP . CAESARI . DIVI . HAD . .
ANI . F . DIVI. TRAIANI. PARTHICI . NEPOTI . DIV. NE. .
VAE . PRONEPOTI . T. AELIO. HADRIANO. ANTONINO
AVG . PIO . PONTIF . MAX . TRIB . P....
DESIG . II .
L . GELLIVS . MENANDER . II . . . . . .
IVSTVS . F

2 *Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam pag.* 95.

. . . . M . . . .
ORDINI . M . AB .
. . . CAES . F . AELIO
ADRIAN . ANTONINO
AVGVSTO. PIO . PP.
D . D.

Eadem in MS. Sclaegeri, V. C. p. 65.

3 *Ex Schedis D. Abb. Petri Gnocchi.*

IMP . CAESARI . T . AELIO
HADRIANO . ANTONINO
AVG . PIO . P . VEXILLA
TION . LEG . VAL . VIC
F . PER . M . P . III

Gruter. CCLVI. 8. ponit *in Scotia in arce Comitis Mareſcalli*, Dunnottyr *dicta*, effoſſam e *Vallo Severi*; quæ aliquantulum variat a noſtra, & ſecus verſus diſtributi ſunt.

4 *Apud Beggiam, qui pagus octoginta millibus paſſuum diſtat a Tunetana urbe, in lapide, qui longitudine octo Romanos pedes, craſſitie duos æquabat.*
Ex Gorio : Inſcript. Antiquar. Append. Part. III. pag. 122. *n.* 113.

. . . .
. . . . PRONEP. T. AELIO . HADRIAN. . . . . . .
. . . . . RVM . GENTIQVE. MVNICIPIVM . AELIVM . AVITTA. . . .
. . . . . PROCOS. ET . Q. EGRILIO . PLARIANO . LEG. PR
. . . .

„ *In principio ita reſtituendum cenſet Gorius :* IMP. CAESARI . DIVI . HADRIANI . FILIO . DIVI . TRAIANI . PARTHI-
„ CI . NEP. DIVI . NERVAE . PRONEP. T. AELIO . HADRIANO . ANTONINO . AVGVSTO . PIO &c. Cujus in ho-
„ norem poſitus eſt a Municipio Aelio, forſitan poſt victoriam de Mauris ſuſceptam, quos ad pacem poſtulandum coegit, teſte
„ Capitolino.

5 *Ibidem, in fragmento ingenti.*
Ex Eodem pag. cit. n. 114.

. . . . MANICIS ARM. . . . . . .
. . TRIB. POTEST. XVI. . . . . . .
. . . ANI PARTE DIVI NE. . . . . .
SEPTIM. . . . . VACANO. . .

6 *Ibidem.*
Ex Eodem pag. cit. n. 115.

. . . . NTONINI PII GER. . .
. . . . NTIE MAXIMO. . . .
. . . ABNEP. DIVI TRAIA . . .
. . . . ASTRORVM COL. . . .

7 *Ex Cl. Alexandro Gordonio In Itinerar. Septemtrionali.*
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCXLVI. 12.

IMP. CAES. TITO. AELIO
HADRIANO . ANTONINO
AVG . PIO. P. P. LEG. II. AVG
PER . M . P. IIIDCLXVI

8 *Ibidem.*
Ex Maffejo pag. cit. num. 11.

IMP. C. AELIO
HADRIANO . ANTO
NINO. AVG. P. P
VEX. LEG. VI. VIG
PF. OPVS. VALLI
PP ⊗⊗⊗⊗ CXLI

9 *Ibidem.*
Ex Eodem pag. cit. n. 13.

IMP. C
T . AE . HADRIA
NO. ANTONINO. AVG. PIO. P. P
VEX
LEG XX
VV FE
P. IIII. CDXI

1 *Ibidem.*
Ex Maſſejo pag. cit. num. 14.

IMP . ANTON
AVG . PIO
P P
LEG
II
AVG
F . P . IIICCLXXI

2 *Vindobonæ,*
in atriis Bibliothecæ Cæſareæ.
Ex Maſſejo Inſcr. Var. pag. CCXLI. 3.

PRO SALVT
DOMINI
NOSTRI SA
NCTISSIMI
ANTONINI
PII AVGVSTI

3 *Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter.*
per Italiam pag. 194.
In latere.

EX . PR. ARR . FADILL
CAEPIO CAS . DORID

Id eſt: *Ex prædiis Arriæ Fadillæ* &c. Antonini Pii Matris, cujus meminit celebre Reſcriptum ipſius Imperatoris: III. *Nonas Novemb. Antio Polione, & Opimiano Koſ. Ordinalis* ſic). Quod in Collegio Romano Soc. J. nondum recte editum adſervatur. Nomen CAEPIO officinam, in qua effectus eſt later, oſtendit. In duobus aliis lateribus apud Fabrettum pag. 505. 124. & pag. 511. n. XV. hujuſmodi officina nominatur.

4 *In S. Apollinaris*
prope Tridentum.

FAVSTINAE
AVG
D D

Fauſtinam Annii Veri Filiam Ælii Cæſaris ſororem duxit in uxorem Antoninus Pius. Fuit fœmina malæ famæ, obiit anno III. Imperii ejuſdem Antonini. Vid. Jul. Capitol. *in Anton.* & Sex. Aur. Vict. *Epit.*

5 *Romæ.*
Ex Ferdinandi Mingarelli S. Th. L. Camaldulenſis V. C. Epiſtola de Interocrienſi Trajani & Romana Antonini Inſcriptione:
Penes Monachos, quos Sylveſtrinos vocant,
Haud multis ab hinc annis eruta dum ſcrobem
effoderent novæ domus fundamentis jaciendis.

ΓΟΚΡΑΤΟΡΑΚ
ΑΘΕΘΥΑΔΡΙΑΝ
ΡΓΕΤΟΥΥΙΟΝΘ
ΓΡΑΙΑΝΟΥΥΙΩΝΟ
ϽΥΝΕΡΒΑΕΚΓΟΝΟ
ΟΝΑΙΛΙΟΝΑΔΡΙΑ
ΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ
ΑΣΤΟΝΕ.... ΞΒΗ..
ΑΡΕΙΟΥΓ... ΟΥ

Hanc epigraph. cippo (ſuſtinendo fortaſſe *Antonini* ſimulacro accomodato) inſcriptam fuiſſe haud ambigerem: Marmor enim craſſum adeo fuiſſe conſpicimus, ut ſequiori ævo marmorarius *ἐπιςύλιον* conficere inde potuerit, relicta in in ſuprema facie epigraphe, paulisper tamen, ut apparet, hinc inde disjecta. Hujus porro Epigrammatis defectus ita ſupplentur.

ΣΑΡΑ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΥΙΟΝ ΘΕ
ΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΥΙΩΝΟΝ
ΘΕΟΥ ΝΕΡΒΑ ΕΚΓΟΝΟΝ
ΤΙΤΟΝ ΑΙΛΙΟΝ ΑΔΡΙΑ
ΝΟΝ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ ΣΕ
ΒΑΣΤΟΝ ΕΥΣΕΒΗ Η
ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ Β

Id eſt:

IMPERATOREM . CAE
SAREM . DIVI . ADRIANI
BENEFICI . FILIVM . DI
VI . TRAIANI . NEPOTEM
DIVI . NERVAE . PRONEPOTEM
TITVM . AELIVM . ADRIA
NVM . ANTONINVM . AV
GVSTVM . PIVM
AREOPAGI . SENATVS
(HONORAT)

6 *Piſis,*
In exteriori pariete Baſilicæ grandibus, & elegantibus literis exarata.
Exſcripſi ex Lapide.

Fragmentum.

. . . . RONEP*oti* . . . .
T. AELIO *hadriano*
ANTONINO . AVG. PIO . PONT
MAX. TRIB. POTEST. III. COS. III. P. P
INDVLGENTIS*ſimo* . . . .
. . . .

Mutilior & mendoſa apud Grut. CCLIII. 8. *ex Sculteti ſchedis*, qui vidit; integra vero CCLIV. n. 3. ex Panvinio, & Manutio, at non meminit poſitam fuiſſe in dicta Baſilica, & refert aliquantulum variantem a ſequenti ex MS. Fr. Joh. Jucundi Veronenſis, olim apud Ant. Franc. Marmium V. Cl.

1 *Piſis*, *ad marmoreum parietem Majoris Eccleſiæ*.

IMP. CAESARI . DIVI . HADRIANI
FIL. DIVI . TRAIANI . PARTH. NEP
DIVI . NERVAE . PRONEPOTI
T. AELIO . HADRIANO
ANTONINO . AVG. PIO . PONT
MAX. TRIB. POTEST. III. COS. III. P. P
INDVLGENTISSIMO
PRINCIPI

Hanc edidit Gorius *Inſcr. Antiq. Etr.* Part. II. pag. 11. ex cit. MS. Fr. Jucundi, qui forſan eam a Cyriaco deſumpſit. Vide ejuſdem *Nova Fragm.* pag. 13. n. 14. edita a Cl. V. Hannib. de Abbatibus Oliverio. Mendoſam retulit D. Canonicus Joſeph Martini in *Theatro Baſilicæ Piſanæ* pag. 15. edit. Piſis 1728.

2 *Baſis long. palm. Rom.* 3. 10. *alt. palm.* 4. 7. *ſub trunco ſtatuæ e Peloponneſo Venetias tranſvecta An.* 1706. *in Muſeum Nanium*. *Ex Cl. Joh. Bapt. Paſſerio in cit. Opere Sect. III. pag.* XLIV.

IMP . CAESARI . DIVI . HADR
IANI . F. DIVI. TRAIANI . PARTHICI . NEPOTI. DIVI. NER
VAE . PRONEPOTI . T. *ſic* ALLIO. HADRIANO. ANTONINO
AVG . PIO . PONTIF . MAX . TRIB . P . . . .
DESIG . II . . . .
L . GELLIVS. MENANDER . II . . .
IVSTVS . F

3 *Romæ* *In S. Mariæ Tranſtiberim*. *Ex Can. Joh. Marangonio in Libro*, *qui inſcribitur:* Acta S. Victorini Epiſcopi Amiterni, & Martyris. *pag.* 153. *edit. Romæ* 1740.

. . . RELIO . ANTONINO . .
. . AC SVPER . OMNES. F . .
. . . NAE . SVAE . ET . IVLIA . . .
. . . .

Optimis characteribus inciſa.

4 *In loco* Tezzonte *dicto*. *Ex Maffejo* CCCCLVIII. *6.*

IMP . CAESARI
M . AVRELIO ANTONINO
ARMENIACO
PARTHICO
TRIB. POTEST. . . PONT. MAX
LAMBASENTIVM
DD . PP

5 *In Muſeo Veronenſi*. *Ex Eodem pag.* CI. 3.

PRO SALVTE ET INCOLVMITA
TE DOMINI NOSTRI MARCI
AVRELII SEVERI ANTONINI PII
ET IVLIAE AVG MATR AVG N ET
CASTRORVM
CER . . . .

6 *Bononiæ*, *apud Comitem Boſcllium*. *Ex Maffejo Inſcr. Var.* CCCLXVIII. 4.

M . AVRELIO
CAES
IMP . ANTONINI
AVG . PII . P. P. F
DIVI . HADRIANI
NEPOTI
DIVI . TRAIANI
PARTH . PRONEP
DIVI . NERVAE
ABNEP

7 *In loco* Hamamet. *Ex Eodem* CCCCLVIII. 8.

IMP. CAES. DIVI SEPTIMI SEVERI
PARTH. ARABICI ADIABENICI
MAX. BRIT. MAX. FIL. DIVI
M. ANTONINI PII GERMANICI
SARMAT. NEPOT. DIVI ANTONINI
PRONEPOTI DIVI AELI HADRIANI
ABNEPOTI DIVI TRAIANI PART. ET
DIVI NERVAE ADNEPOTI
M. AVRELIO ANTONINO PIO FEL
PART. MAX. BRIT. MAX. GERM
MAX. IMP. III. COS. IIII. PP. . . . . .
. . . CIVITAS SIAGITANORVM DD. PP

1 *Prope Epheſiorum portum.*
Ex Edmundo Chiſſul. Antiq. Aſiat. Part. II. p. 7.

ΤΟΥΤΟΝΟΝΕΙΣΟΡΑΑΣ
ΤΥΠΟΝΟΡΘΙΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΔΩΡΟΘΕΟΣΠΤΕΛΕΗ
ΘΗΚΑΤΟΚΡΥΠΤΟΜΕΝΟΝ

Τοῦτον ὃν εἰσορᾴας τύπον ὄρθιον Ἀντωνίνου
Δωρόθεος πτελέῃ θήκατο κρυπτόμενον.

Ita Latine Chiſſul.

Stantem hanc effigiem, quam conſpicis, Antonini,
Clam tibi Dorotheus condidit in Ptelea.

Ptelea antiquum Epheſi nomen, ubi diſtichon repertum cum *Antonini*, forſan *M. Aurelii* effigie, intra muros abdita.

2 *In urbe* Gafsa, *olim* Capſa,
in regno Tunetano.
Ex Shawio in cit. Opere Vol. I. pag. 271.
In columna.

IMPERATOR M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS
AVGVSTVS PART. MAX. BRIT. MAX. TRIB. POT
COS. ---------------- FEST. ----------------

3 *In agro Brixiano,*
in loco, qui dicitur Gaino in Riviera *ad*
Eccleſiam S. Michaelis ſub fornice
Turris Campanariæ.
Ex ſchedis Petri Gnocchi V. C.

IMP. CAES. DIVI
ANTONINI. AVG
PII. FIL. DIVI
HADRIANI. NEP
DIVI. TRAIANI. PAR
THICI. PRONE. DIVI
NERVAE. ABNEP. M. AVRE
LIO. ANTONINO. AVG. AR
MENIACO. PONT. MAX
TRIB. POT. XVIIII. IMP. II
COS
BENACENSES

Gruter. CCLX. 2. lin. 1. IMP. CAESARI lin. 2. AVG. ANTONINI. lin. 6. PRONEP. lin. 12. COS. III. non ſervato ordine verſuum uti in noſtra contra fidem lapidis.

4 *Apud Beggiam, qui pagus octoginta millibus paſſuum diſtat a Tunetana urbe.*
Ex Gorio: Inſcript. Antiq. Etr. Par. III. pag. 122. num. 116.

. . . .
. . . . FILIO DIVI COMMODI FRATRI
. . . . . IMP. XII. COS. III. PP. ET
. . . . RVAE ADNEP. M. AVRELIO ANTO
. . . . NIN. . ET AVSPICIS DIVINIS F.
. . . .

5 *Ibidem.*
Ex Eodem, pag. cit. num. 117.

. . . . PRONEP. DIVI. TRAIANI. . . . . . .
. . . . I. PERTINACIS. AVG. ARAB. ADIAB. .
. . . . I . . . COS III. ET. L. SEPTIMIO. SEVERO
. . . . CIMVM. PROCOS. C. V. COLONIA. I. . . .

6 *Roffæ in Anglia*
Ex Tranſact. Anglicanis.

IMP. CAES. M. AVRELIO
SEVERO. ANTONINO
PIO. FELICI. AVG. PARTHIC
MAX. BRIT. MAX. GERM
MAX. PONTIFICI. MAXIM
TRIB. POTEST. XVIIII. IMP. II
COS. IIII. PROCOS. PP. COH. I
FIDA. VARDVL. CREO❦ANO
NNANA. FECIT. SVB. CVRAoTCO
LEG. XX. GR

τὸ PRAEFECTVS in ult. lin. temporis injuria exeſus.

7 *Tubus plumbeus in villa Barberina repertus.*
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCVII. 5.

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONIN. ALBAN
SVB. CVRA. EVPORI. AVG. LIBERTI. PROC

8 *Olim in Dacia,*
hodie in Muſeo Vindobon.
Ex Maffejo p. CCXLIX. 8.

IMP. CAES
M. AVR. ANT. AVG. III. ET
IMP. CAES
L. AVR. VERO. AVG. II. COS
PER. LEG. XIII. G. SVB. CV
RA. P. FVRI. SATVRNINI. LEG
PR. PR. COS. DES

9 *Baſis Alt. pal. R. 3. 11.*
Ex Arbe Venetias tranſvecta an. 1753.
in Muſeum Nanium.
Ex Cl. V. Joh. Bapt. Paſſerio,
Oſſervaz. ſopra i Monumenti del Muſeo Nani
Sez. III. p. XLII.

IMP. CAESARI
DIVI ANTONINI FIL
DIVI HADRIANI NEP
DIVI TRAIANI PARTHI
CI ❦ PRO ❦ NEPOTI
DIVI NERVAE AB
NE ❦ POTI
M AVRELIO ANTO
NINO AVG ARME
NIACO TRIB POT
XVIIII COS III.
IMP ❦ III
D ❦ D

1 *Florentiæ*
in Muſeo Riccardio.
Ex Ephem. Lit. Flor. Tom. XIV. col. 82.

Lapis croceus, in quo tria capita affabre ſcalpta, quorum nomina poſtica parte intus lauream coronam inciſa leguntur.

IMP.	CAES
M. AVREL	COMM
ANTONINVS	ODVS AN
AVG.	TONINVS
FAVSTINA	AVGVSTV
AVGVSTA	

Fauſtina Junior Antonini Pii & Fauſtinæ Senioris filia M. Aurelio nupta, obiit podagra affecta in vico Hahale ad radices montis Tauri. Capitol. *in Anton. Phil.*

2 *Romæ*
reperta in vinea DD. de Bettinis prope Montem Teſtaceum.
Ex Ephem. Lit. Flor. Tom. XIV. *col.* 52.

In plumbeo Aquæductu.

IMP. ANTONIN. AVG. P. SVB. CVR.
PROC. STAT. PATR.

Mediolani
via, quæ ducit ad Portam Ticinenſem.
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XXIV. *col.* 292.

IMP. CAESARI
L. AVRELIO VERO
AVG. ARMENIACO
MEDICO PARTHICO
MAX. TRIB. POT. VII
IMP. IIII. COS. III. PP
DIVI. ANTONINI. PII. F.....
DIVI. HADRIANI
NEPOTI. DIVI
TRAIANI. PAR
THICI. PRONE
POTI. DIVI. NERVAE
ABNEPOTI
DEC. DEC

Sponius in *Miſcell. Erud. Antiq. Sect. VIII.* lin. 6. legit IMP. VIII. & aliter verſus diſtribuit.

4 *Volaterris*
in Thermis Guarnaccianis effoſſæ elegantibus literis inciſæ. Exſcripſi.

IMP. . . . .
COI. . . . .
AVG. . . . .
FEL. . . . . .
. . . .
PER. . . . . . .
XXC. . . . . .
. . . .

5 *Zainah in regno Algerii.*
Ex Shawio in cit. Opere Chap. VIII. p. 136.

IMP. CAES. M. SEVERO. PIO. FELICI AVG
PONT. MAX. TRI. PONT. PROVIDENTISSI
MO. ET. SANCTISSIMO. PRINCIPI. ET. AN
TONINO. NOBILISSIMO. CAESARI. PRIN
CIPI. IVVENTVTIS. DIANENSIVM. EX
DECRETO. D. D. P. P

Ad hanc Shawius l. cit. ait: A *Zainah* on trouve les re-„ ſtes d'un Arc de Triomphe, ſoutenu par deux colom-„ nes de l'Ordre *Corinthien*: Sur la frize ſe lit l'Inſcri-„ ption, quam ſupra retuli. Mendoſa apud Maffejum *Inſcr. Var.* CCCCLVIII. 1. & non ſervato ordine verſuum, ut in lapide.

6 *In Urbe Thraciæ vicina*
hodie fere deſerta, quæ videtur Vlpia fuiſſe.
Ex Sponio in Miſcell. Sect. V. pag. 204.

IMP. CAESARI
DIVI MARCI ANTONIN
PII GERMANICI SARMATICI
FILIO DIVI COMMODI
FRATRI DIVI ANTONINI
PII NEPOTI HADRIANI
PRONEPOTI DIVI TRAIANI
PARTHICI ABNEPOTI
DIVI NERVAE ADNEPOTI
SEPTIMIO SEVERO
PERTINAC. AVG. ARABICO
ADIABENICO PARTHICO
MAXIMO PONTIF. MAX. TRIB
POT. XI. COS. III
PROCOS. R. P. SVAE
VLP. CVRANTE
Q. ANICIO FAVSTO
*LEG. AVGVSTORVM * *Legato*
PR. PR. *Proprætore.*

Varians & vitiata apud Murat. CCXLIV. 2. ubi deeſt lin. 9. & lin. 10. ſcribitur L. SEPTIMIO &c. lin. 13. POTESTAT.... X.... lin. 14. PROCOS. R. P. SVA. lin. 16. P. ANTONIO FAVSTO.

7 *Ibidem.*
Ex Eodem pag. cit.

IVLIAE DOMNAE AVGVSTAE
MATRI CASTRORVM
R. P. SVA VLP
CVRANTE Q. ANICIO FAVSTO
LEG. AVGVSTORVM PR. PR

Murat. CCXLIX. 2. lin. 3. R. P. S. VA. VLP, & inquit: *Quanam ſit hæc Reſpublica S. VA. VLPIA, nondum inveni.* At Sponius dirimit nodum. „ Reſpublica Vlpia (ait) quæ „ & Colonia Vlpia Trajana ab Antiquis Scriptoribus vo-„ catur, fuit Urbs Daciæ a Cæſare Ulpio Trajano Colo-„ niæ privilegiis donata, nunc Tranſylvaniæ pagus, qui „ germanice *Varhel*, ſclavonice *Gradiſch* vocatur &c. In-„ ſculptus eſt lapis biennio poſt Severi expeditionem in „ Orientem, a qua Parthicus Maximus dictus eſt. Procul-„ dubio autem aliqua liberalitate, aut benevolentia in „ eos uſus eſt, ſiquidem hanc Urbem Reipublicæ ſuæ Ul-„ piæ titulo decorari voluit.

1 *In Regno Tunetano*, *in loco* Hydrah.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCLVII. 7.
In arcu.

IMP . CAES . L . SEPTIMIO . SEVERO . PERTINACI . AVG
P. M. TRIB. POT. III. IMP. V. COS. II. PP. PARTHICO . ARABIC
ET PARTHICO ADIABENICO DD . PP

2 *Ebroduni in pago Bernenſi*.
Ex ſchedis Petri Gnocchi V. Cl.

IMP . CAES
L . SEPT . SEVERO
peRT . AVG . ARAB
PARTH . P . MAX . P . P
IMP . CAES . M . AVR
AN . ONI . . . POT . .
COS . . . .
. . . .

3 *In loco* Seluquia *dicto*.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCLVIII. 2.

IMP . CAES . DIVI M . . .
ANTONINI PII . . .
NEP . DIVI HADRIANI
PRONEP . DIVI
TRAIANI PART . AB
NEP . DIVI NERVAE . . .
SEPTIMIO SEVERO
PERTINACI AVG . ARAB . . .
P . P . PONT . MAX . TRIB
POTEST . IMP . VII . COS . II
HIDIBELENSES

4 *Piſauri*
Ex Cl. Joh. Bapt. Paſſerio
in cit. Opere Sez. III. pag. LVI.

IVLIAE . AVG . MATRI . CASTROR
ET . AVG . . . . D . D . PVBL

Eadem apud Donium Claſ. III. n. 46. pag. 225.

5 *Romæ*
in fragmento Columnæ apud quemdam
Marmorarium.
Ex Donio Cl. III. num. 41.
Deſcripſit ejuſdem Amanuenſis.

. . . . A V R E L I O
. . . a N T O N I N O
. . . . C A E S A R I
. . . s E P T I M I
. . . seV E R I . A V G . F I L
. . deC V R I O N E S . S C R I B A E
c V B I C V L A R I

Id eſt : *Decuriones Scribæ Cubicularii*.

6 *Baſis alt. pal. R.* 4.
ex Arbe Inſula tranſlata Venetias 1752.
in Muſeum Nanium.
Ex Cl. Joh. Bapt. Paſſerio in cit. Oper.
Sez. III. p. LIV.

I V L I A E
D O M I
N A E A V
G V S T A E
M A T R I C A S
T R O R V M
D D

Julia Domna epigraphes poſitas vid. apud Fabret. pag. 679. n. 50. 52. *Julia Domina* aliam reperies apud Gruterum CCLXVI. 7. ubi DOMNAE legit Spanhemius de *Uſu Numiſ.* Diſſ. VII. p. 627. ex Fabrett. *Emend.* p. 11. At in noſtra abſque dubio ſcriptum eſt τὸ DOMINAE, ut recte advertit Cl. Paſſerius, quæ confundi non poteſt cum *Fabrettiana* epigraphe pag. 679. n. 52. quæ exſtat in *Hortis Urſinis ad arcus Neronianos*, ubi clare legitur τὸ DOMNAE. & MATRI . AVG . . . N.
Julia nata Emeſæ, ſeu Emeſſæ, vel Emiſæ in Syria; L. Septimii Severi Pertinacis ſecunda uxor. In aliis Lapidibus cognominata eſt *Pia*, *Felix*, *Aug.* & in Numis *Pia*, *Felix*, *Domna*. Filii ei fuerunt Geta, & Caracalla, duæque filiæ. Caracallæ audita occiſione, necem ipſa ſibi intulit Antiochiæ. Vid. *Spart. in Sev.* Herod. Lib. IV.
Spanhemius in *Differt. II. de Præſt. & Uſu Numiſm.* ait : *Domna enim proprium cognomen Syræ hujus Mulieris*, *ſicut in Oriente*, *& Ægypto frequens occurrit apud Auctores Eccleſiaſticos Domni*, *& Domnæ appellatio*. Sed Cl. Paſſerius l. cit. putat cognomen *Juliæ* fuiſſe Dominæ, & per ſyncopen *Domna* ex Syra pronuntiatione ortum.

7 *Romæ*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. p. 271.

S A L V I S
D O M I N I S
N . N . A N T O
N I N O A V G
E T I V L I A
F E L I X R V F I N V S
L V P E R C I L I A

8 *In Caſtro de* Monfalcon *Sabaudiæ*.
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. pag. 270.

. . . .
I V L I A E A V G . M A
T R I S C A S T R O R V M
S E P T I M I V S H O
N O R A T V S P R O C
A V G G . E T C A E S

Putat Sponius auctoritate alterius lapidis, hanc *Juliam* matrem fuiſſe Antonini cognomento *Caracallæ*.

1 *Panormi*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. pag. 271.

IMP . CAESARI
M . AVRELIO ANTONINO
AVG . TRIB . POT . PROCOS
IMPERATORIS CAESARIS L
SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS
AVG . ARABICI ADIABENICI PARTHICI
MAXIMI FILII DIVI M . ANTONINI
PII GERMANICI SARMATICI NEPOTI
DIVI HADRIANI ABNEPOTI
DIVI TRAIANI PARTHICI ET DIVI
NERVAE ADNEPOTI INDVLGENTISSIMO
ET CLEMENTISSIMO PRINCIPI DOMINO N̄
MAESIA FABIA TITIANA
C . F . ET
MAESIVS FABIVS TITIANVS
C . F

2 *Fragmentum effoſſum in loco,*
ubi olim vetus civitas Lunæ, nunc exciſa.
Ex Ephem. Lit. Flor. Tom. XIII.

. . . . A E . P L A V
. . . L A E . A V G . S P
. . . . S A E . I M P. C A E . .
. . A V R E L I . A N T . . .

Eadem in *Hiſt. Liter. Ital.* vol. VI. pag. 69. Pertinet forſitan ad *Plautillam* Plautiani Conſulis filiam, & uxorem M. Aur. Baſſiani Antonini, *Caracalla* dicti a quodam genere veſtis uſque ad talos demiſſæ, quam militibus & Populo dedit.
Plautilla a Marito in Siciliam in exilium miſſa, ibique occiſa. Vid. *Spartha in Sev. Xiphil. in Caracall. Herodian.* Lib. III.

3 *Thuggæ in Epiſtylio Porticus.*
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCLIX. I.

IMP. CAES. DIVI ANTONINI . . .
M. AVRELIO SEVERO ALEXANDRO . . . .
PONTIFICI MAX. TRIBVNITIA POT
. . . .
ET CASTRORVM ET SENATVS ET P . . .
. . . VM LIBERVM THVGGA . . .
. . . .

Aurelius Severus Alexander, Alexianus antea dictus, natione Syrus, filius Varii Marcelli Nobiliſſimi Viri, & Juliæ Mamææ, occiſo Heliogabalo, a quo nomen *Cæſaris* habuit, Imperator inauguratus eſt An. Chr. 222. Obiit, ann. ætatis ſuæ XXX. Imp. XIV. Vide Herod. Lib. V. & VI. & Lamprid. *in Alexandro*.

4 *Romæ.*
in Hortis Barberinis Quirinalibus.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCXI. 4.

MARCIAE . OTACILIAE . SEVERAE
SANCTISSIMAE . AVG
MATRI . CASTRORVM
SENATVS . AC PATRIAE

Marcia Otacilia Severa uxor fuit M. Jul. Philippi, & genuit Philippum Juniorem, & Filiam. De *religione utriuſque Philippi Aug.* perquam erudite diſſeruit V. Cl. Fr. Th. Vincentius Monelia Piſanæ Academiæ Pub. Profeſſor in duabus diſſertationibus Romæ editis 1741.

5 *In Buda veteri.*
Ex Donio Cl. III. n. 48. p. 125. qui ex Inſcript. Benedicti Ramberti.

IMP . CAESARI . M
ANTONINO . GOR
DIANO . PIO . FEL
INVICTO . AVG
PONTIFICI . MAX
TRIB . POTEST . III
COS . PROCOS . P . P
LEG . II . ADIV . P . F
GORDIANA
NVMINI
MAIESTATIQVE
EIVS

Minus accuratte expreſſam edidit Reineſius ex Donii munere Cl. III. n. 30.
LEG. II. ADIV. P. F. Ideſt: *Legio Secunda Adjutrix, Pia, Felix.*

6 *Florentiæ,*
in Palatio Magni Ducis
In columna.
Ex Sponio Miſcell. Sect. VIII. p. 273.

IMP . CAES
M . IVLIVS PHILIP
PVS INVICTVS PIVS
FELIX AVG . PONT
MAX . TRIB . POT . COS
DESIG . P . P . PROCOS . ET
M . IVLIVS PHILIPPVS
NOBILISSIMVS CAES
PRINCEPS IVVENTVTIS
. . . ILIA . . . .

Sponius in ult. lin. ſupplet MILLIARIVM.

7 *Olim in Muſeo V. C. March. Locatellii,*
hodie in Muſeo Veronenſi.
Ex Maffejo pag. CII. 4.

HERENNIAE
CVPRESSENIAE
ETRVSCILLAE . AVG
CONIVGI . D̄ . N̄ . DECI
AVG . MATRI AVGG
N̄ N̄ ET CASTROR
S . P . Q . C

Emendanda in Murat. MXXXVI. 4. & in Bonada *Carmin. ex Antiq. Lapid.* Tom. I. p. 108. n. XVIII. In Vol. II. *Ant. Num. Bibl. Vat.* p. 40. mitto legitur . . ERENNIAE. verſ. 2. ut in noſtra, in 3. Decl. „ Duodecim ait Maffejus) „ Venetis aureis conſtitit mihi novum hoc *Etruſcillæ* no- „ men numiſmatis ignotum. Pretium tamen item au- „ get, quod unicum ſit hujus Auguſtæ monumentum la- „ pideum, & quod titulos nondum viſos oſtentet con- „ jugis Decii, & Auguſtorum (Herennii Etruſci, & Ho- „ ſtiliani) atque Caſtrorum Matris. Haud procul a Car- „ ſeolis inventa eſt, unde diſcimus *Senatus Populuſque Car-* „ *ſeolitanus* legendum eſſe. „ Vid. ad hanc Cl. Muratorii adnotationem.

1 *Ancyræ*
Ex Tournefortio Voyag. du Levant
Tom. II. Lect. XXI. p. 181.
In Columna.

IMP. CÆS
. . . .
. . . .
ET IMPRO....
GALLIENO

2 *Prope Chalybon*
in Syria.
Ex Hiſt. Litter. Ital. Vol. X. pag. 296.

IMP. CAESAR
PVBLIVS LICIN
NIVS VALERIANVS
PIVS FELIX AVG. ET IMP
CAESAR PVBLIVS LICINIVS
GALLIENVS PIVS FEL. AVG. ET LICIN
NIVS CORNELIVS SALONINVS
VALERIANVS NOBILISSIMVS CAESAR
AVRELIO MAREA ET ALIIS
REGVM ANTIQVA BENEFICIA CONSVETV
DIN ET ETIAM INSECVTI TEMPORIS ADPRO
BATA IS QVI PROVINCIAM REGIT REMOTA
VIOLENTIA PARTIS ADVERSAE INCOLVMIA
VOBIS MANERE CVRABIT

3 *Beneventi.*
Ex Ampliſſ. Præſ. Joh. De Vita V. C.
& Epiſcopo Reatino.
Inſcript. Benevent. XIX. 9.

DIVO. VALERIANO. PARENTI. REIP
PIO. FELICI. VICTORI
SEMPER. AVG.
NERATIVS. SCOPI. V. C
CONS. CAMP
NVMINI. EIVS. MAIESTATIQ. DEVOT

Hanc ex Redii Codice Beneventi ſub quodam arcu extantem teſtatur Gudius, qui VALERIO pro VALERIANO ſcripſit. lin. 4. legit SCOPIVS ex Inſcr. CDXLI. 6. Apud Gruter. MLXXX. 4. habetur: NAERATIVS SCOPIVS. V. C. CONS. CAMP.

4 *Orbetelli*
In Platea Cathedralis
Ex Ephem. Liter. Flor. T. XIX. *col.* 86.

IMP. CAES. L. DOMIT
AVRELIANO. AVGVSTO

5 *Interamnæ in Foro.*
Ex Mſ. V. Cl. D. Joh. Bapt. Paſſerii.

IMP. CAES. L. DOMITIO
AVRELIANO. PIO. FELICI
INVICTO. AVG. PONTIF
MAX. GER. MAX. TR. POT
CONS. ET. PROCONS. P. P

6 *In loco, quem Mauri* Seluquia *vocant.*
Ex Maſſeio Inſcr. Var. CCCCLIX. 4.

IMP. CAESAR
MARCO AVRELIO
PROBO
PIO
FELICI
AVG

Vid. Grut. MLXXXV. 15.

7 *In Regno Tunetano.*
primo a Bazilbab *lapide.*
In columna.
Ex Maſſeio Inſcr. Var. CCCCLIX. 3.

FORTISSIMO IMP
ET PACATORI ORBIS
M. CLAVDIO
TACITO
PIO FELICI AVG

8 *In Bazilbab.*
Ex Maſſeio Inſcr. Var. CCCCLIX. 5.

IMP. CAES. C
VALERIVS
DIOCLETIANVS
PIVS FELIX
AVG

9 *Lambeſæ, hodie* Tezzoute
in regno Algerii.
Ex Shawio in cit. Opere Chap. VIII. p. 148.

MAXIMIANO
INVICTO AVG
LEG. III. AVG
P. F

10 *Columna lapidea eruta*
Aventici Helvetiorum.
Miſit V. Cl. Samuel Schmidt.

NOBILISSI
MO CλES
C. GλLERIO
MλXIMIλ
---------F

Hoc Monumentum, ut ſubjungit laudatus Schmidt, primus exhibuit Bochatus Tom. I. 556. Linea quarta, & quinta ſic legenda: *Maximiani. Auguſti Filio*. De *Galerio Gaza* agitur, quem Maximianus An. 305. adoptavit, & ad Cæſaris munus evexit. Lambda vice A in illorum temporum lapidibus frequens.

11 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maſſeio pag. CII. 5.

VLPIAE. SEVERI
NAE. AVG. COIVGI
DN. IMP. AVRELIANI

Ulpia Severina Aureliani uxor unicam filiam genuit, ut docet Vopiſcus in *Aurel.* Ejus nomen ex hac Epigraphe, & ex Nummis ſolum notum eſt.

1 *Rothomagi*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. pag. 274.
In baſi.

C. PESVBIO
TETTRICO
NOBILISSIMO
CAES
P. F. AVG
L. I

C. *Peſuvius Tetricus* favore *Victorina Auguſta* imperium arripuit in Galliis; & cum nollet inſidioſis militibus imperare, ſe tradidit *Aureliano*.

2 *Ravennæ*,
in Templo D. Apollinaris Martyr. vulgo in Cœlo Aureo, *ubi nunc FF. S. Franciſci de Obſervantia*.

Ex Ephem. lit. Flor. Vol. XI. col. 666.

PROPAGATORI ROMA
NI IMPERII FVNDATO
QVIETIS PVBLICAE D
FL. (*ſic*) COSTANTINO
SEMPER AVG. DIVI
(*ſic*) COSTANTI FILIO
SERTORIVS SILANVS
V. P. PRAEPOSITVS
(*ſic*) FABRIAE DEVOTV
N. M. Q. E

Vide Gruter. CCLXXXIII. 4. in quo varians. Lin. 9. lege FABRICAE. uti apud Gruterum Marmorarii, vel Exſcriptoris oſcitantia ſcriptum fuit τὸ COSTANTINO, & τὸ COSTANTI pro *Conſtantino*, & *Conſtanti*.

3 *Primo a Tuneso lapide*.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCLX. I.

DD. NN. IMP
CONSTANTINO MAXIMO FELICI PIO AVG
BONO. RP. NATO . . . .
. . . .

4 *Romæ*
ad S. Paulum.
Ex Symb. Litter. Vol. V. p. 25.

iNVICTISSIMO
etSVPER.OMN
es prINCIPES.VIC
toriosisSIMO.IMP
dOMITIO.AVG
vstO.PIO. FELICI
AVG.MVNICIPI
capeNATIVM.NVmi
NI.MAIESTATIQ
EIVS

5 *Apud inſulam Maris Africi, quæ dicitur Gaudos, ſeu Gaulos*, vulgo il Gozo, *a Melita V. M. P. Siciliam verſus*.
Miſit V. Cl. Gabr. Lancell. Caſtello Princeps Turriſmutiæ.

§ D. N. M. GALERIO §
VALERIO MAXIMIANO
AVG.
P. GAVL CVR LV: : : :
D: : : : OMIONI ET RVI
: : : : ANNII: : II VIRR: : :

6 *Prope Tlachim*.
Ex Gorio Inſcript. Antiq. Etr. Part. III. pag. 123. *n.* 120.

D. N. AVR. . . . .
CONSTANTINO NOBI
LISSIMO CAESARI
MVNIC. AVREL. . . .
. . . . DEVOT. . . . .
. . . . . MAIEST. . . . . E.
EIVS
D. D. P

Forſitan: *Municipes Aureliani*, ſive *Aurelianenſes Devoti Numini Majeſtatique ejus*.

7 *Alexandriæ*
Reperta An. 1746.
Ex Cl. Bonada Claſſ. II. n. XVI. *in cit. Opere Tom. I. p.* 198.

DEFENSORI. QVIETIS. PVBLICAE
DN HVMANISSIMO
INVICTISSIMOQVE
CONSTANTINO
AETERNO. AVGVSTO
ARRIVS. DIOTIMVS. V. P
NAT. AEG. N. M. Q. EIVS
DICATISSIMVS

Lin. 7. *Numini Majeſtatique*.

8 *Ibidem*
Ex Eodem cit. pag. n. XVII.

PIISSIMO. ET. FELICISSIMO
D.N. FL.VAL.CONSTANTINO
P.F.INVICTO. AVGVSTO
VAL. EPIFANIVS. V. P. MAG
PRIVAT. AEG. ET. LIB
D. N. M. Q. PIVS

Dicatus *Numini Majeſtatique Conſtantini* Valerius Epif. Vir Patricius, Magiſter Privatarum Rationum Ægypti & Lybiæ. Lin. 6. forſan EIUS.

1 *Romæ*
in Capitolii Muſeo veteri.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCLI. 3.

DIVO . AC . VENERABIL
PRINCIPI . CONSTANTINO
PATRI . PRINCIPVM
MAXIMORVM
L. CREPERIVS . MADALIANVS . VC
PRAEF. ANN. CVM . IVRE . GLAD.

2 *Ibidem.*
In Hortis Farneſiis.
Ex Eodem CCLXXXVII. 9.

OMNIA . MAGNO
VIRTVTE . PRAECIPVO
D . N . CONSTANTINO . MAX
VICTORI . AC . TRIVMPHATORI
SEMPER . AVGVSTO
POSTVMIVS . ISIDORVS . V . C
PRAEF . VIGIL . D . N . M . Q
EIVS

3 *Ticini*
impluvio Can. Lateranenſium.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter.
per Italiam pag. 206.

D . N . IMP . CAES
FL . CONSTANTINO . MAXIMO
VICTORI . AVG
PONT . MAX . TRIB . POT . XXIII . IMP . XXII
CONS . VII . P . P . PROCONSVLI

Edita eſt a Cl. Maffejo Inſcr. Var. 370. I. Sed virum ceteroquin accuratiſſimum fugere Siglæ P. P. Auctior, ſed varians in Grut. CLIX. 6. & CCLXXXIII. 3.

4 *Ex Cl. V. Franc. M. Pratillo*
Via App. pag. 47.

ORBEM TERRAE
ROMANO NOMINI
SVBIVGANTI
DOMINO NOSTRO
FL. CONSTANTINO IMP
PIO FEL
SEMPER AVG
ANNIVS ANTIO
CHVS V. P. CORR
AEMIL. ET FLAM. SENATVS

Gruter. CCLXXXI. 2. ponit *extra Mirabellam*, & evulgavit non ſine mendis. Hæc in epiſt. Cl. V. Joſeph Vulpii edita ab Eruditiſſ. P. Calogierà, *ove ſi eſpongono cento iſcrizioni &c.* Tom. XIX. *Raccolta di Opuſcoli &c.* pag. 120.

In Cavædio Palatii Senatus.
5 *Ex D. Gabr. Lancell. Caſtello* Ant. Iſcriz.
di Palermo *pag.* 15. *n.* XXVII.

....TITVTORI LIBER
TATIS AC FVNDATORI
PVBLICAE SECVRITATIS
D. N. L....NIANO LICINIO
PIO FELICI INVICTO AVG
DOMITIVS LATRONIANVS V. C
CORR. P. S. DEVOTVS N MQVE
EIVS

Mur. CCLIV. 1. lin. 4. D. N. L... RIANO. lin. 7. COR. Varians etiam apud Noriſium in *Diſſert. Liciniani Licinii* T. II. p. 1117. Pertinet itaque ad *Licinianum Licinium*, non vero ad *Valerianum Licinium*, ut perperam ſcripſit Gualterius. Vid. Mur. in unt. loc. cit. & Eruditiſſ. Principem Turriſmutiæ p. 154. & ſeq. qui lin. 4. recte legunt D. N. LICINIANO LICINIO. lin. ult. legerem: *Corrector P. Siciliæ Numini Majeſtatique Ejus.*

6 *Romæ, in Hortis Alexandri Maſſini.*
Ex Donio Claſſ. III. n. 67. pag. 130.

D. N. CONSTANTIO . AVGVSTO . MEMMIVS . VITRASIVS
ORFITVS . V C . PRAEF . VRB .
IVD . SAC . COGNI
ITER . D . N . M . EIVS
CVRANTE . PVBLILIO . CEIONIO . IVLIANO . P . V .
DEDICATA . IV . IDVS . MARTII . IMP
DOMINO . N . GORDIANO . AVG . ET . M . ACILIO
AVIOLA . CONS . PET . Q . VETVRIO . FELICISSIMO
ELECT . C . IVLIO . EVANGELO . ET . MARCIO
CHRYSOSTOMO . T . AVRELIO . EVTICHETE . IVN
L . TRAIANO . ARABO . C . ANNIO BASILIDE
C. IVLIO TERTVLLO

Murat. CCLXII. n. 2. ponit *Romæ in Muſeo Eminentiſſ. Alex. Albani* at in eo deſunt VII. poſtremi verſus: lin. 5. ſcribit PVBLIO. Vid. Clariſſ. Corſinum de *Præf. Urbis* pag. 221. Ad hanc inquit Eruditiſſ. Gorius: „ Partim in uno, partim in altero fronte „ puto ita inſcriptum fuiſſe hoc marmor diverſo tempore. Imperator M. Antonius Gordianus, & Manius Acilius A„ viola Conſules fuere anno V. C. 991. Chriſti Domini 230. Memmius Vitratius Orphitus eadem Apollinis Romæ pro„ vidit, ut in Gruteriano legitur XXXVIII. 6. Ex ejus elogio penes eumdem Gruterum CCCCXXXVIII. 1. intelli„ gimus intra ætatis primordia omnibus honoribus perfunctum fuiſſe. Vide Felicem Contelorium de Præfecto Urbis. „ D. N. M. EIVS. id eſt: *Devotus numini, majeſtatique ejus.* Idem Orphitus V. C. Aram Romæ in Cœlio dedicavit „ in honorem Juliani Imperatoris, quam edidit Gruterus CCLXXXIV. 8.

1 *Tertio a Bauſano lapide*
Æniponțum verſus.
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCLIV. 2.

IMP. CAES
M. AVR.... VAL
MAXENTIO
P. F. INVICTO
... AVG......

Mutilior apud Mur. CDLXII. 6. qui eam ponit in *Vico Avii Diœceſeos Tridenti*.

2 *In Eccleſia Mart. Valeſiæ*
Ex ſchedis Petri Gnocchi V. C.

IMP. CAES. VAL
CONSTANTIO. PIO
FEL. INVICT. AVG
DIVI. CONSTANTII. PII. AVG
FILIO. FOR. CL. VAL. BONO
REIPVBLICAE. NATO

3 *In oppido* Taberſoc, *in arcu.*
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCCLX. 2.

INVICTISSIMO. IMP. CONSTANTIO AVG
ET DD. NN. CAESARIBVS.......
. . . .

4 *Primo lapide a loco* Bazilbab.
Ex Sponio in Miſcell. Sect. V.

D. N. IMP. VALERIO LICINIA
NO LICINIO AVG. MAX
SARMATICO MAX. GERMA
NICO MAX. TRIBVNITIA POTES
TATE. X. CONS. V. IMP.... PATRI PATRIAE PRO
CONS. COL. BISICA LVCANA DEVOTA
NVMINIBVS MAIESTATIQVE EIVS

5 *In Inſula Gauli juxta Melitam.*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. V.

D. N. C. AVR. VALER
CONSTANTIO AVG
R. P. GAVL. CVRANTE
F. POLLIONE... RVFO
M. F... III VIR. R..

Murat. CCLXIII. 1. lin. 1. non habet VALER. lin. 3. legit CVRANT. lin. 4. P. POLLIONE. & lin. 5. ſine M. F. *Gaulus* parva Inſula juxta Melitam hodie *il Gozzo*, ut diximus, Straboni *Gaudos*, *Claudos* aliis & Κλαύδη *Act. Apoſt.* cap. 27. At hic, R. P. GAVL. h. e. *Republica Gaulitana*.

6 *In Palatio Conſervatorum Urbis Veteris,*
Forſan in baſi ſtatuæ muro infixa.
Ex Mſ. V. Cl. D. Joh. Bapt. Paſſerii.

IMP. CAES
FLAVIO. CONS
TANTIO. PIO
FEL. INVICTO

In loco Seluquia *dicto.*
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCLIX. 3.

D. N. AVR.....
CONSTANTINO NOB
LISSIMO CAESARI
MVNIC. AVREL.....
DEVOTI....
..I. MAIESTA
... VE EIVS
D. D. P

8 *Ticini*
in ædibus Palleariorum.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Ital. pag. 212.

DD NN
CONSTANTINVS
. . . .
. . . .
AVGG

9 *In Muſeo Veronenſi.*
Ex Maffejo pag. CV. 2.
Columna ex Africano marmore.

LIBERATORI. ORBIS
ROMANI. RESTITVTORI
LIBERTATIS. ET. R. P. CON
SERVATORI. MILI
TVM. ET. PROVINCI
ALIVM. D. N
MAGNENTIO
INVICTO. PRIN
CIPI. VICTORI
..... TRIVM.....
. . . .

Apud Gruter. CCLXXXI. 10. in repet. edit. ex Fabret. *Emend.* pag. XI. deeſt decimus verſ. ita & in Malvaſia *Marmor. Felſ.* Sect. V. cap. VII. pag. 160.
Fabret. l. cit. & Maffejus *Art. Critic. Lapid.* Lib. III. cap. IV. col. 315. docent eſſe Marmor *optimæ notæ*.

10 *Parmæ*
ad Columnam marmoream.
Ex Cyriaci Novis Fragmentis pag. 24. *n.* 42.

D. N. IMP. CAES. FLA
CONSTANTINO. P. F
VICTORI. AVG. PONTIFICI
MAXIMO. TRIBV. POTE
STAT. XXIII. IMP. XXII
CONS. V. P. P. PROCOS
RERVM. HVMANARVM
OPTIMO. PRINCIPI
DIVI. CONSTANTI. FILIO
B. R. P. NATO

Edidit Gruter. CLIX. 6. & CCLXXXIII. 3. (In Conſulatu, atque Imperatoria appellatione error irrepſit, Prius poſuit *Parmæ ad fores Baſilicæ S. Mariæ* della Steccnata, *in columnæ fragmento*, & dein *Altini in marmore longe pulcherrimo verſicolori maculoſo: cuſtoditur Patavii apud Cantarenos*.

1 *Inter Penrith & Brdughan*
oppida in Cumbria
Ex ſchedis D. Abb. Petri Gnocchi.

I M P
C. V A L
C O N S T A
N T I N O
P I E N T
A V G

2 *Viannæ in ripa Rhodani eruta an.* 1752.
Ex Joh. Franc. Seguierio V. C.

I M P . C A E
F L . V A L
C O N S T A N T I N O
P F
A V G
D I V I V A L
C O N S T A N T I
A V G
P I I F I L I O

3 *Taurinum ab Aquis Statelliatibus tranſlata.*
Hodie in Porticibus Regiæ Academiæ.
Ex P. Zacharia in Excurſ. Litt. per Ital. pag. 50.

IIIIIIIIR CAESAR
IIIIIII AXIMVS
IVLIANVS
AVGVSTVS

Quæ heic deſunt verba (inquit Cl. Zacharia) IMPERATOR PONTIFEX M. *non injuria temporum deleta ſunt, ſed ſcalpro ſtudioſe eraſa a Chriſtianis, puto, impii Apoſtatæ oſoribus.*

4 *Beneventi*
in Columna ante Ædes Horatii Leone.
Ex Ampliſſ. Præſ. Joh. de Vita V. C.
Inſcript. Benevent. XVIII. 7.

D. N. FL
CLAVDIO
IVLIANO AVG
PIO FELICI IN
VICTO BONO REIP
. . . .
. . . .

5 *In villa D. du Teillan Civis*
Monſpelienſis.
Ex Sponio Miſcell. Sect. VIII.

I M P . C A E S
F L . C L A V D I O
I V L I A N O
V I C T . A C T R
P I O F E L I C
S E M P . A V G

6 *Auguſtæ Taurinorum.*
Columna in ipſa Urbe eruta.
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCCLXXX. 1.

IMPERATOR CAESAR
CLAVDIVS IVLIANVS
PONTIFEX MAXIMVS
SEMPER AVGVSTVS

Flavius Claudius Julianus, cognominatus *Apoſtata*, quia a Chriſti cultu ad idololatriam ſe convertit. Imperium obtinuit ſolus Anno 361. obiit vulneratus in expeditione adverſus Perſas An. æt. XXXI. Imperii II. Vid. *Sex. Aur. Vict. Eutrop.* Lib. X. *Ammian. Marcell.* Lib. XV. cap. 8. & lib. XXV. cap. 3. *Oroſ.* Lib. VII. cap. 30.

7 *Aſtulæ,*
in Clauſtro Canonicorum.
Ex Donio Cl. III. n. 69.
qui ex Libro MS. Bibl. Vatic. n. 1241.

DIV. FL. IOVIANO
TRIVMFATORI
SEMPER. AVG

Flavius Jovianus, ab aliis appellatus *Juvianus*, & ab aliis *Jovinianus Varroniani* viri præclari e Pannonia filius, creatus Imperator a militibus An. 363. Princeps pius, & Chriſtianorum amator fuit. Obiit An. æt. XXXIII. Imper. Menſ. VIII. Vid. Auctores ſupra citatos in not. ad Epigraphen *Maffejanam*.

8 *Primo lapide a loco* Bazilbab.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCLX. 5.

DD. NN. FLAVIO
VALENTINIANO E T
VALENTI AVGG
MVNI. MIZADO
TEREN. . . . .

9 *Romæ.*
inter lapides advectos ædificationi Baſilicæ D. Petri.
Ex Donio Cl. III. n. 72.
Exſcripſit Donii Amanuenſis.

D. D. N. N. VALENTINIANVS
ET VALENS AVGVSTI
ORNATVI PVBLICO
CONSTITVI DICARIQVE IVSSERVNT
ADMINISTRANTE RVFIO
VOLVSIANO V C EX PR....
...ET PRAET. VRB. IVD.
ITER. SACRAR. COG.....

Mutiliorem & variantem reperies apud eumdem Donium Cl. II. n. 48. qui verſ. 4. LOCARIQVE pro DICARIQVE ſcribit, & penes Murat. CDLXIV. 5. ex cit. Claſſ. II. &c. in quo deeſt *τὸ* IVSSERVNT, in utraque *Doniana* ſcriptum.

10 *Brixelli*
Ex Eph. Lit. Flor. Vol. XV. col. 622.

AETERNIS VENERANDISQVE
PRINCIPIBVS
DD NN VALENTINIANO ET
VALENTI VICTORIBVS
AC TRIVMPHATORIB.·. S
SEMPER AVGVSTIS
N.·.TIS

1 *Primo lapide a loco* Bazilbab,
Ex Maſſeio Inſcript. Var. CCCCLX. *6.*

SALVIS . ET . PROPITIIS . DDD. NNN. GRATIA
NO . VALENTINIANO . THEODOSIO . INVICTISSIMIS . PRINCI
PIBVS DE PA.... EX MORE CONDIT DECRET.........

2 *In pago Moerent*,
3. mill. a Gratianopoli.
Ex Sponio Miſc. Sect. VIII.

DIVO GRATIANO
TYRANNIDE VINDICATA
THEODOSIVS ET VALENTINIANVS
AVGG. EX VOTO P. P.

3 *Panormi*
reperta prope veterem Portam vulgo
De' Patitelli.
Ex Celſiſſ. Principe Turriſmutiæ Ant. Inſcr.
di Palermo *pag.* 15. *num.* XXVIII.

EXTINTORI TYRANNICAE
.....DITATIS. D. ARCADIO
. . . .
. . . .

D. *Arcadio* M. Theodoſii Fil. poſita fuit hæc mutila Inſcriptio *Extinctori Tyrannicæ Fæditatis*, vel *crudelitatis*.

4 *In Regno Tunetano*
in Tes-toure *olim Colonia Biſica Lucana.*
In lapide quadrato
Ex Shawio pag. 216. Vol. I. eit. oper.

POLLENTES IN FINE IMPERIO
DD. NN. HONORI. ET THEODOSI PPS. IMP. AVG.
ADMINISTRANTE FELICI INNODIO -----
PROC ---------------------------

5 *Romæ.*
In Ædibus Barberinis.
Ex Maſſeio Inſer. Var. CCLIV. *6.*
In lamina ærea.

SALVIS DD NN
LEONE ET LIBIO
SEVERO PP AVGG

In adverſa parte.

CELIVS ACONIV
PROBIANVS PRAE
PRAET.FECIT

6 *Ex Bonada Tom. II. Carmin. ex Antiq. Lapid.*
Agamemnonis Hermae inſcriptum.

ΑΝΤ ΕΥΕΡΤΕΣΙΗΣ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΑ ΣΤΗΣΑΝ ΑΧΑΙΟΙ

Ita vertitur in *Antiqu. Aſiat. Edmund. Chiſhul. pag.* 41.

Sic meritum poſuit Agamemnona cœtus Achivum.

7 *Juſtinopoli*
apud D. Nicolaum de Belli.
Ex Cl. V. Joh. Rainaldo Carli-Rubbi
delle Antichità di Capodiſtria *apud Calogierà*
Opuſcul. T. XXVIII. pag. 173.

P. AELIO. RASPARASANO
REGI . ROXOLANORVM
V. V. F

8 *Interamnae*,
in Monaſterio S. Petri ad ianuam Chori.
Fragmentum Baſis alicujus Statuæ Imperatori poſitæ.
Ex Mſ. C. V. D. Joannis Baptiſtæ Paſſerii.

.....P. FELICI......
.....PRIMO.........
.....IMPER.........

9 *Ravennæ.*
in Templo D. Apollinaris Martyr. vulgo in Cœlo Aureo, *ubi nunc extant*
FF. S. Franciſci Aſſiſienſ. de Obſervantia.
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XI. col. 667.

THEODORICVS REX GOTHORVM FVNDAVIT HANC
ECCLESIAM IN NOMINE DOMINI IESV XTI

10 *In Sarcophago, ubi conduntur cineres Theodorici Gothor. Reg. poſit. in*
Via nova, vulgo Strada del Corſo, *prope Convent. FF. Min. de Obſerv.*

VAS HOC PORPHYRIACVM OLIM THEODORICI
GOTHORVM IMP. CINERES IN ROTVNDAE APICE RECONDENS
HVC PETRO DONATO CAESIO NARNIEN. PRAESVLE FAVEN.
TRANSLATVM
AD PERENNEM MEMORIAM SAPIENTES REIP. RAV. PP. C.
M. D. LXIIII.

1 *Romanellæ*
in æde D. Adriani.
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. pag. 277.

SALVO D. N. THEODERICO
REGE GLORIOSISSIMO

Nemauſi
Ex Hiſt. de la Ville de Nimes *Leonis Menard*
Tom. VII. pag. 238.

C. ANNIVS C. F. COR
INTERREX VOVIT
POSVIT

Hodie deſideratur, mendumque forſan latet.

2 *Ex Franiſco Aliger. Dantis*
Nepote in Ant. Valentin. p. 60.
Ad effigiem Regis Mithridatis.

V	V		P	N
R	I		R	V
A	V		A	D
N	E		E	A
I	I		T	H
O	N	M	E	A
S	Q	A	R	E
M	V	N	I	C
A	A	E	T	E
N	M	T	I	F
I	N	I	S	F
L	A	N	H	I
I	M	T	O	G
	H	E	R	I
	A		I	E
	E		S	S
	C			

HAEC EST EFFIGIES REGIS
MAGNI MITHRADATIS DIVI
TIS ET SVMMI PAVPERIS ET
ſic TENVI HIC POSITVM HORARVM
RATIONES REDDERE COGIT
POST OBITVM NVLLVM
TEMPVS HABERE DOCES

1 *Vranios es Manili; vive inquam: nam hac manet in te.*
2 *Præteritis horis nuda hac effigies.*
3 *Hac eſt effigies regis magni Mithradatis.*
4 *Divitis & ſummi, pauperis & tenui.*
5 *Hic poſitum horarum rationes reddere cogit;*
Poſt obitum nullum tempus habere doces.

Hæc apud Cl. Bonada *Carm. ex Antiq. Lapid.* Tom. I. n. XIII. pag. 193. ubi ad hanc hæc adnotat ſeq. pag.

„ Franciſcus Aligerius V. C. e Saxo & quidem integro hoc epi„ gramma exſcripſit, ſed vel poetæ, vel marmorarii imperitia „ pro epitaphio *monſtrum* feciſſe dolet; quod præter conſuetu„ dinem tranſverſæ ſunt priores litteræ, & verſus haud mendis „ vacant enormibus. At litterarum ordo, bona cum venia di„ xerim, non monſtrum ſapit: nam poeta de Ponti rege clariſ„ ſimo agens Ponticam ſcribendi rationem eſt imitatus: multa „ quippe regum Ponti, & Syriæ numiſmata ſic ſunt inſcripta, „ quod apparet etiam in antiquis urbis Baſilicis.

„ 1. Senſus ut habeatur, Aligerius prudenter interpretatur hunc „ eſſe dialogum Mithridatis cum marmorario, quaſi rex dicat, „ *tu es Vranius Manilii ſervus, aut libertus, qui me ſpirante e* „ *marmore duxiſti*: cui reſpondet Marmorarius: *vive*, inquam, „ id eſt *volo te ſuperſtitem eſſe; nam præterito vitæ tempore hæc* „ *ſola in te manet vita*, nempe hæc effigies ſine regia aucto„ ritate, ac patrocinio nuda. Tum ad ſpectatores converſus „ dicit, quæ ſequuntur. Primum hunc verſum ſic numera cum „ Aligerio: *Vrani, eſmani, liviv, inquam, nam hac manet in* „ *te*: veteres enim Latini poetæ ſequente vocali collidebant S, „ ſicut H: nam Ennius in Annalibus:

„ *Campos, atra, qua ſe ſubducunt mœnia Avella*

„ Item Catullus in fine ſui operis:

„ *At fixus noſtris tu dabis ſupplicium.*

„ *Vranios* pro Vranius, ut *Divos* pro Divus ſæpe in nummis, „ & *volt*, *voltis*, *Davos* pro vult, vultis, Davus apud Plau„ tum, & Terentium.

„ 2. Claudicat verſus in *nuda hac*, niſi poeta dipthongum *ae* „ dividat: Dipthongum *ai* Virgilius dividit:

„ *Aulai in medio libabant pocula Bacchi.*

„ Sed dipthongus *ae* apud Latinos idoneos nuſquam diviſa „ occurrit.

3. *Mithradatis* pro Mithridatis ita apud Vaillantium in *Hiſt. Regum Ponti* duo nummi perhibent, in quibus hæc Epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ &c.

In vaſe æneo Græci operis elegantiſſimi in portu Antii reperto, hodie in Muſeo Capitolino legitur: *Mithradates*. Iſtiuſmodi Kimelium memoriam renovat Pompejani triumphi de Mithridate.

4. *Tenui* pro tenuis, ut in ultimo verſ. *doces* pro docens.

„ 5. Simulacrum pergit laud. Bonada, hic poſitum docens nos „ poſt obitum nullum tempus habere reliquum, cogit ratio„ nem reddere horarum, quibus hanc vitam traduximus. „ Aligerius duas ibi ſententias latere ait, M. Catonis Cen„ ſorii, & Sardanapali, quorum alter docebat, totius vitæ „ temporis reddendam nobis eſſe rationem; alter animam „ putans more pecudum interire, dicebat poſt obitum nul„ lam homini eſſe reliquam voluptatem, aut ejus ſenſum. „ At poeta ex repugnantibus his ſententiis alterutram habuit „ propoſitam: aut enim cum Catone dixit: poſt mortem „ nihil reſtat temporis ad comparandam gloriam; tecum igi„ tur tempus computa, eoque, dum tibi eſt integrum, be„ ne utere: aut cum Sardanapalo inſaniens hac concluſione „ eſt uſus: nullum demortuis eſt tempus reliquum: ergo te„ cum ipſe nunc horas cogita, ac voluptati, dum licet, & „ genio indulge, ſecundum illud, quod in ſacris litteris de„ ploratur: *Coronemus nos roſis, antequam marceſcant.*

3 *Bononiæ.*
Ex Montfauconio Diar. Ital. XX. pag. 398.

FELSINA SARDINIAE REGEM SIBI VINCLA MINANTEM
VICTRIX CAPTIVVM CONSVLE OVANTE TRAHIT
NEC PATRIS IMPERIO CEDIT NEC CAPITVR AVRO
SIC CANE NON MAGNO SAEPE TENETVR APER

Hanc dedit Bonada Tom. I. citat. oper. n. XV. pag. 197. ubi ſcribit:

„ Hentius Sardiniæ Rex Bononiæ, quæ Clariſſ. civium ſem„ per fuit Auguſta mater, infeliciter indicto bello argumen„ tum picturæ dedit, quam Montfauconius laudat in Pala„ tio Vicelegati Bononienſis.

C O N S V L E S
C L A S S I S V.

Pro hac Claſſe excerpſi laterculos Conſulum ex *Faſtis Muratorianis* iis annis dumtaxat, ad quos pertinent mei lapides; relictis aliis videndis in *Novo Theſauro*, quum mea ſit Appendix.

Anno V. C. 395.
Ante Ær. Chr. 358.

C. FABIVS AMBVSTVS.
C. PLAVTIVS PROCVLVS. } COSS.

1 *Via Præneſtina.*
Ex Donio Cl. VI. n. 40. *p.* 235.

DIS. MANIBVS
C. ALFIDIO. C. F. PAL. MANCINO
EQ. VIX. ANN. LXXXIX
C. ALFIDIVS. C. F. PALATINA. TAPPVS
D. D. II. NON. APRIL. CN. FABIO. AMBVSTO
C. PLAVTIO. PROCVLO. VERO. COS

Apud Diodorum *Fabii* prænomen, non *Cneus*, ſed *Marcus* eſt. vid. Sigon. in *Faſtos Comment.* De Coſ. An. CCCXCV.
C. *Plautium Proculum* Coſ. hujus anni fuiſſe ex Plautia gente plebeja, monet Pighius de *Famil. Rom.* Tom. III. p. 620.

Anno V. C. 559.
Ante Ær. Chr. 194.

P. CORNELIVS SCIPIO AFRICANVS II.
TIB. SEMPRONIVS LONGVS. } COSS.

2 *Romæ*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. IX. pag. 292.

DIS. MAN
L. APPONIVS L. F. PVBL
GLABRIO VIVVS FECIT
DISTIG. CVM LIBERIS
* COMM. DED
KAL. APRIL
P. CORNELIO SCIPIONE
AFRICANO ET
T. SEMPRONIO LONGO
COS.

* *Commune.*

DISTIG*um* pro *Diſtegum* videtur ſcalptum, quod fuit ædificium duas habens contignationes.
P. *Cornelius Scipio Africanus* fuit Coſ. I. An. V. C. 548. ante Ær. Chr. 205. cum P. *Licinio Craſſo Divite*, ut in Tabulis Capitolinis legitur. De his Conſulibus item Caſſiodorius; & Cicero ſic *in Bruto: Orator fuit P. Craſſus, qui cum Africano Conſul fuit.*
P. *Corn.* Scipio *Africanus* filius fuit P. Cornelii Scipionis Coſ. V. C. 535. & ante Ær. Chr. 218. & *Tib. Sempronius Longus* Filius *Ti. Sempronii Longi* Coſ. d. an. V. C. 535. teſte Livio. Sub horum Conſulatu ſecundum bellum Punicum initum eſt.

Anno V. C. 630.
Ante Ær. Chr. 123.

Q. CAECILIVS METELLVS,
dictus BALEARICVS.
T. QVINCTIVS FLAMININVS. } COSS.

3 *Florentiæ*
In Muſeo Antinoriano.
Exſcripſi.
Fragmentum Columnæ marmoreæ.

T. QVINCTIVS. T. F
FLAMININVS
COS
PISAS.
. . . .

Hæc mendoſa in 2. verſ. ubi FLAMINIVS apud Murat. DCCXXXIX. 5. & Gor. *Inſcript. Antiq. Etr.* Part. II. pag. 460. num. 84. at emendata Par. III. p. 175. n. 215. & in C. V. Joh. Lamii Odœpor. Tom. I. Ad hanc Cl. Muratorius loc. cit. inter alia ſcribit: *Heic tantummodo adnotandum, A. V. C.* 360. *ante Ær. Chr.* 123. *Romæ Coſ. proceſſiſſe* T. Quinctium Flamininum . . . . . . *adeout ſuſpicari quiſquam non immerito poſſit, eumdem heic memorari, ſed tantæ antiquitatis mihi non creditur hæc Inſcriptiuncula.*
T. Quinctius *Flamininus* (ut in noſtro lapide & non *Flaminius*) ſcribitur in *Faſtis Sicul.* in Caſſiodoro, Eutropio, Oroſio, Sigonio, Pighio, & aliis.
Q. *Metellus*, (ait laud. Sigonius ad An. V. C. DCXXX.) *maximus natu eſt e filiis quatuor Macedonici: quem a devictis in hoc honore Balearibus*, Q. *Metellum* Balearicum *vocat* Plutarchus *de fortuna Romanorum, itemque alii.*

Anno V. C. 670.
Ante Ær. Chr. 83.

L. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS.
C. IVNIVS NORBANVS. } COSS.

4 *Via Nomentana.*
Ex Donio Cl. VI. n. 41. *pag.* 235.

M. POMPILIO. M. F. QVIR. SABINO
EQVIT. ROM. VIX. ANN. LXVI.
M. POMPILIVS. M. F. QVIR. ASPER
PATRI. PIISSIM. POS. K. IVN
L. SCIPIONE. ASIATICO. C. NORBANO
COS

Grut. MXXXI. 9. lin. 2. AN. LXVII. lin. ult. NORBANO BVLBO abſque COS.
In *Capitolinis fragmentis* eſt: *L. Cornelius L. F. N. Scipio Aſiaticus*. Horum Conſulum præter alios meminit Tacitus, cum ait Lib. XIX. *Pulſis Regibus, Horatius Pulvillus II. conſul templum Jovis Capitolini dedicavit. Iiſdem rurſus veſtigiis ſitum eſt, poſtquam interjecto CDXV. annorum ſpatio L. Scipione, C. Norbano Coſ. flagraverat.* Petavius ſcribit: *Cn. Norbanus Flaccus*, perperam. Vid. Ind. Pigh. voc. *Junius Norbanus.*

Anno V. C. 701.
Ante Ær. Chr. 52.

CN. POMPEIVS MAGNVS III. *primus Conſul ſine Collega uſque ad Kal. Sext.*
Q. CAECILIVS METELLVS PIVS SCIPIO *Kal. Sext.* } COSS.

1 *Auximi*
in publico Palatio.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam
pag. 275.

....OMPEJO G. N.
MAGNO. IMP. CONS. TER
PATRONO. PVBLICE

CN. *Pompejus M. fuit Coſſ.* I. An. V. C. 683. ante Ær. Chr. 70. & iterum An. V. C. 698. ante Ær. Chr. 55. & tertium V. C. 701. ante Ær. Chr. 52. Solus per VII. menſes. Nemo non vidit iſtiuſmodi fragmentum ex nota TER. Conſulatu Pompeji pertinere ad hunc annum.

Anno V. C. 710.
Ante Ær. Chr. 43.

C. VIBIVS PANSA, *cui occiſo ſuffectus*
C. IVLIVS CAESAR OCTAVIVS, *cui abdicanti ſuffectus fuit*
C. CARRINAS.
A. HIRTIVS, *cui occiſo ſuffectus*,
Q. PEDIVS, *cui mortuo ſuffectus*,
P. VENTIDIVS. } COSS.

2 *Pinnæ.*
Ex MS. hiſtoria ejuſdem Civitatis,
& ex Ephem. Litt. Flor. Vol. XV. col. 393.

...TIO. ET. PANSAE. COSS

Lege: *Hirtio &c.*
Caſſiodorus (ait Sigonius in cit. opere ad hunc annum) *& cum Siculis cæteri Conſules edunt in hunc annum* C. Panſam, A. Hirtium, *quos Dio vocat* C. Vibium Panſam Capronianum, A. Hirtium, A. F..... *Hirtius unus extitit ex filiis proſcriptorum a Sulla, quos Caſar ad honores evexit, auctore Dione. Idem A. Hirtius, A. F. dicitur in* Tabula Capitolina: *C. Panſa* C. F. in Colotiana.

Anno V. C. 719.
Ante Ær. Chr. 34.

L. SCRIBONIVS LIBO
M. ANTONIVS II. *cui abdicanti ſuffectus eſt*
L. SEMPRONIVS ATRATINVS } COSS.

3 *Fragmentum Magiſtratuum, ex Apiano deſumptum a Grutero pag.* CCIC. *quod cum variis in locis differat, & aliquos verſus ab eodem Apiano, & Grutero omiſſos ſuppleat, ut conferentibus conſtabit, libenter heic ſubjicio ex MS. Fr. Joannis Jucundi Veronenſis, olim exſtante penes V. Cl. Ant. Franc. Marmium: Ex quo Donius Claſ. V. num. 4.*

P. PECINIVS	P. PVBLILIVS AED
SEMPRONIVS	L. SCRIBONIVS
K. IVL.	PAVL. AEMILIVS
	C. MEMMIVS
K. NOVEM.	M. HERENNIVS

BELLVM ILLVRICVM.

EX. K. IVL. AD. K. IVL

Q. LARCIVS	C. RVMEIVS. II VIR
M. MEMMIVS	L. ANNAEVS AED
C. ANNIVS	SEX. VETTIVS. AED
EX. K. IVL.	AD. K. IVL
L. SCRVTARIVS	M. CALPVRNIVS Q
IMP. CAESAR III	M. VALERIVS
K. MAI	T. TITIVS
K. OCT	CN. POMPEIVS

BELLVM ACTI.

EX. K. FEBR. AD K. IVL

SEX. TITIVS L. GEMINIVS II. VIR

HOC ANNO QVAESTORES CREATI

EX. K. IVL. AD K. IVL

G. SVLPICIVS	C. SALVIVS BVBVLCVS. Q
IMP. CAESAR II.	L. VOLCATIVS
K. IANVAR	P. AVTRONIVS
K. MAI	L. FLAVIVS
	C. FONTEIVS
K. IVL.	M. ACILIVS
K. SEPTEMBR.	L. VINVCIVS

K . OCT.	L . LARONIVS
EX K . IVL .	AD K . IVL
C . AEMILIVS	C . PONTIENVS . II VIR
C . VALERIVS	C . TVRPILIVS AED
L . LIVIVS . LIGVS	L . CORNELIVS Q
C . DOMITIVS	C . SOSIVS
K . IVL.	L . CORNELIVS
K . NOV.	M . VALERIVS
EX K. IVL. AD KAL. SEPT. PRAEFECTI	
T . LICINIVS	L . CORNELIVS
EX K . IVL.	AD . K . FEBR
P . SEXTIVS	Q . LVCCEIVS AED
EX K . IVL.	AD K . IAN
L . SCVTARIVS	T. SEPVNIVS. II VIR
T . ANTONIVS	M . VALERIVS MESS . AED
L . ANNIVS	C . VALERIVS Q
IMP. CAESAR IIII	M . LICINIVS
K . IVL.	C . ANTISTIVS
BELLVM ALEXANDREAE	
EID . SEPT.	M . TVLLIVS
K . NOV.	L. SAENIVS
EX K. IAN.	AD K. IAN.
L. CORNELIVS	Q. VETTIVS II VIR
C . CASSIVS	C . GEMINIVS NIGER Q
IMP. CAESAR V.	SEX. APPVLEIVS
L. OPPIVS	L. LIVIVS II VIR Q
M. NARIVS	C. MESTRIVS AED
Q. PLESTINVS	SEX . FADIVS . Q
IMP. CAESAR VI	M. AGRIPPA II
IDEM CENSORIA POTEST. LVSTRVM FECER	
EX K. IAN.	AD K. IVL.
L. GAVIVS	C. GEMINIVS NIG. II VIR
Q. CENTRONIVS	C. CLODIVS AED

. . . .

Hæc apud Murat. CCXCIV. 1. ex *ſchedis antiquioribus Farneſianis*, ſed varians, quamvis ab eodem afferantur ſex variantes *ex ſchedis F. Jucundi*. Ex hoc colliges, diſcrepantes ad invicem eſſe ſchedas Fr. Jucundi, ex quibus Muratorius exſcripſit hinc epigraphen, ab iis, quæ extabant penes laudatum Marmium. Refertur hoc fragmentum in *Nov. Theſ.* in *Claſ. V. Conſulum* ad an. V. C. 719. ante Ær. Chr. 34. quapropter & ego ad eundem annum retuli, in quo conſules hujus anni, & ſex ſubſequentium habentur.

Anno V. C. 739.
Ante Ær. Chr. 14.

M. LICINIVS CRASSVS.
CN. CORNELIVS LENTVLVS. } COSS.

1 *Reperta VI. M. P. Venuſiam ultra ad Palatium via* Spinazzola.
Ex Cl. Pratillo de via Appia pag. 53.

M. AVRELIVS M. FIL
SILVIANVS
TRIB. MILIT. AIDIL
Q. PRAEF. VIGILVM
IN MACED. PROF
MERCVRIO PACIF
PERICVL. SVPERSTES
VOT. SOL
IV. KAL. IANVAR
CN. LENTVLO M. CRASSO COS
PRO CVIVS DEDICAT. STATVAE
. . . .
. . . .

„ Diverſus hic *Lentulus* eſt ab eo, qui Conſul fuit anno V.C.
„ 735. Ille eſt L. F. hic Cn. F. Ita monet Cl. D. Joſeph M. Stampa in Adnotat. ad *Sigonii in Faſtos Comment.* edit. Mediolani 1732. Tom. I. col. 580. lit. E.

Anno V. C. 745.
Ante Ær. Chr. 8.

C. MARCIVS CENSORINVS.
C. ASINIVS GALLVS. } COSS.

2 *Romæ.*
Ex Sponii Miſcell.

APOLLINI
IMP. CAES. DIVI F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
IMP. XIIII. COS. XI. TR. POT. XVI
EX STIPE QVAM POPVLVS ROMANVS
KALENDIS IANVARIIS C. MAR
CIO CENSORINO ET C. ASINIO GALLO COS

1 *Reperta in arce Brixienſi.*
Nunc in Muſeo Veronenſi.
Ex Maffejo pag. CIX. 1.

L. VIBIVS. VISCI. L. NYMPHODOTVS
BERGIMO VOTVM
C. ASINIO. GALLO. C. MARCIO. CENSOR
COS
L. SALVIO. APRO. C. POSTVMIO. COSTA
II. VIRIS. QVINQVENNALIBVS

Hanc dederunt Vinaceſius in *Additione ad Rubeum*, Fabrettus, & Turrius ex *Schedis Barberinis*, ac nuper Muratorius CCXCVII. 4. ſed non ſine vitiis.

Anno V. C. 769.
Æræ Chr. 17.

C. CAELIVS RVFVS
L. POMPONIVS FLACCVS GRAECINVS. } COSS.

In Vico S. Blaſii Lucaniæ.
2 *Ex Maffejo Inſcript. Var.* CCCLIII. 1.

I. O. M. ET. MERCVRIO. REDVCI
OB. REDITVM. M. CALEVII. PACATI
M. VEBIVS. M. L. GEMINVS
EX. VOTO
C. CAECILIO. RVFO
L. POMPONIO. FLACCO COS

Murat. CCCI. 1. l. 1. ſcribit: I. O. abſque M. lin. 2. M. CLAERII. (*Valletta* M. CALERII.) lin. 3. M. VIBIVS. M. LIB. lin. 4. IIX. VOT. P.
Ex hoc lapide firmatur Panvinii ſententia de nomine primi Conſulis, qui eum appellavit *Cajum Caecilium*, non vero *Cajum Caelium*, uti perperam in *Gruteriana* epigrahe CDXLVIII. 8. Et id eruitur etiam ex Dione Lib. LVII. p. 613. ubi ait: *Sequenti anno* (nempe poſt conſulatum *Tauri*, *&* *Libonis*) *C. Cæcilius Rufus*, *L. Pomponius Flaccus Conſulum nomen geſſerunt. Ab hac ſententia* ait Murat. in Not. ad d. Epig.) *diſceſſere Pagius*, *Blanchinius*, *&* *alii*: *at litem dirimit hic lapis*. Vid. *Faſtor. Triumphorumque Romanorum poſt Sigonium Continuat.* T. I. cit. edit. col. 604. lit. C.

Anno V. C. 781.
Æræ Chr. 29.

L. RVBELLIVS GEMINVS.
C. FVFIVS GEMINVS; *quibus ſuffecti Calendis Julii*,
A. PLAVTIVS.
L. NONIVS ASPRENAS. } COSS.

3 *Romæ, in Capitolio.*
Ex Ficoronio, Le Veſtigia di Roma Antica *Lib. I. Cap. IX. p. 53. & ex Blanchinio in Not. ad Anaſtaſ. T. II. pag. 2.*

XI. K. OCT
Q. TEDIVS. Ɔ. L. GERMVLLVS
XVI. K. NOV
OPPIA. M. F. PARIET. IIII. COL. II
Q. IVNIO. BLAESO. L. ANTISTIO. VET
X. K. IAN
SEX. CAMPATIVS. SEX. L. EVTACTVS
PARIETE. II. COL. I
C. FVFIO. GEMINO
L. RVBELLIO. GEMINO COS
IIII. IDVS. MAI. OSSA. INLATA
LVRIAE. P. L. APRILIS
PARIETE. II. COL. III

Murat. CCCI. 4. lin. 2. Q. TEOLVS. contra fidem marmoris. In altero hujus Epigraphis exemplo ſcribitur C. RVFIO. GEMINO. at male. Alia Inſcriptio pertinens ad hos Coſſ. adſertur ab Eminentiſs. Noriſio in *Epiſt. Conſular.* pag. 9. & in *Apparat.* nov. edit. Baronii pag. 146. qui ponit *Mediolani ex Collectaneis Archinti*:

P. T V T I L I V S. P. F. O...
V E T E R A N V S. S I G I N d v n o
A Q V I L I F E R. L E G. V....
C V R A T O R. V E T......
A C C E P I T. A B. I M P E...
P R A E M I A. D V P L......
N A T V S. E S T. A. H I R T I O..
V I B I O. P A N S A. C O S. D I e m o b i t
C. F V F I O. G E M I N O. L. R V b e l l i o
G E M I N O. C O S. S I B I....
P A T E C I N G I. F....
D E M I N C A E...
A N D O B L A T O N I. P. P
G N A T A E P. F
T. F

Eadem apud Fabret. de *Col. Trajani* cap. VII. p. 197.

Ex his duobus titulis reſtituitur verum prænomen *Rubellio Gemino*, qui *Lucii* fuit, non *Caji*, ut præter alios vult Panvinius; & emendatur error, in quem lapſus eſt Baronius, Calviſius, Pagius, qui poſt Caſſiodorium, ac Severum Sulpicium, priorem Conſulem *Fuſium* adpellanr, cum ſit *Fufius*. Horum Coſſ. in aliis lapidibus ſit mentio, ut apud Gruter. DXXXV. 2. & Fabrett. *Inſcr. Antiq.* p. 135. n. 17. & apud Donium Claſſ. VI. n. 121.
Mortuus eſt (ait S. Aug. Lib. XVIII. de Civit. Dei cap. 54.) *ergo CHRISTVS duobus Geminis Conſulibus*: ſcilicet anno Ær. Vulg. XXIX. Faſti Vindobonenſes *Gemino*, & *Gemino*: Hoc CONSVLE [*pro his Conſulibus*] CHRISTVS PASSVS EST. Quibus ſuffecti fuere *A. Plautius*, *L. Nonius Aſprenas*, ut docet laudatus Noriſius in cit. *Epiſt.* pag. 10. & 11.
In *Fragmento Nolano Faſtorum municipalium* apud Gruter. MLXXXVII. 1. legitur:

SVF. A. PLAVTIVS. L. NONIVS &c.

& in *teſſera Gladiatoria* apud. d. Fabret. pag. 39. n. 193.

C E L E R
C L O D I
S P. I D. I V L
L. A S P. A. P L A V T

quem ult. verſ. interpretatur Noriſius *L. Nonio Aſprenate*, *A. Plautio Coſſ.*
De iſtiuſmodi anno mortis CHRISTI vid. inter alios Cl. Bertium *Eccleſiaſt. Hiſt. Breviar.* Part. I. Cap. XIII. p. 68. edit. Piſis 1760.
De Annis Chriſti pereruditè ſcripſit Cl. Jacobus Bettazzi in Libro, qui Eruditorum damno adhuc ineditus eſt.

Anno V. C. 782.
Ær. Chr. 30.

L. CASSIVS LONGINVS.
M. VINICIVS QVARTINVS.
quibus ſuffecti fuere
C. CASSIVS LONGINVS.
L. NAEVIVS SVRDINVS. } COSS.

4 *Romæ.*
Ex Sponio Miſcell. Sect. II. Art. VII. pag. 34.

GENIO
FONT
....SIM. COMITI VNIVERSIS FELIX
L. CASSIO LONGINO M. VENICIO COS
MAG. FONT. D. D
M. ANNIVS DAPHNVS
M. TATIVS STEPHANVS
M. MVCIVS PRIMVS
M. ARISTIVS CELER
SEP. ANICIVS DAMA
Q. FABIVS TERES
MINIST. FONT
QVARTIO PLOTI
EPAGATHVS MARSICI
STEPHANVS LIBONI
PRIMIGENIVS POMPONI
ANTHVS CLEMENTI
EROS BE...
D. D. K. AVG

Id eſt, *Dedic. Kal. Aug.* Horum Coſſ. ſit mentio apud Gruter. MLXXXVII. 1. in *Nolano Lapide*.
Paterculus hiſtoriam ſuam *M. Vinicio* Conſuli nuncupavit. Suet. in *Cajo* 24. meminit *Caſſii Longini*, qui *Druſilla* nupſit, & *M. Vinicius Agrippina*. In antiquiſſ. *Romanorum Pontificum* catalogo, quem ex Trevirenſi Biblioth. habuit Pighius in *Geſtis S. Petri* legitur: Beatus Petrus ſediſſe a Conſulatu *Vinucii*, *&* *Longini*, *uſque Nerone*, *&* *Vetere*. C. *Caſſius Longinus* Coſ. ſuffectus hoc anno Celeb. J. C. fuit. Ita Tillemont. ex Lib. VI. cap. 49. *Taciti Annal.*

Anno V. C. 790.
Ær. Chr. 38.

M. AQVILLIVS IVLIANVS. } COSS.
P. NONIVS ASPRENAS.

1 *Effoſſus inter Antii rudera, hodie in Ædibus Capitolinis. Ex Annal. Eccl. Baronii edit. Lucæ T. I. pag. 255. in Notis.*

M. AQVIL
Y. NONIO ASPREN

De his Conſulibus ſcribit Dio Lib. LIX. pag. 646. *Anno inſequenti conſules ex his, qui dudum deſignati fuerant, facti ſunt M. Aquilius Julianus & P. Nonius Aſprenas.* Frontinus Lib. I. Art. XIII. ait: *C. Cæſar, qui Tiberio ſucceſſit cum parum & publicis uſibus, & privatis voluptatibus ſeptem ductus aquarum ſufficere viderentur, altero imperii ſui anno, M. Aquilio Juliano, P. Nonio Aſprenate Coſ.* An. V. C. DCCLXXXVIIII. *duos ductus inchoavit*. Item Lib. II. *Aquilio Juliano, & Nonio Aſprenate Coſ.* &c. Faſti Idatiani, Vindobonenſes, & Proſperi Chronicon: *Juliano & Aſprenate.* Almelovenius in Frontino mendoſe legit *Juvianus* pro *Julianus*. Cl. Polenus obſervat, in aliquibus vetuſtis codicibus ejuſdem Frontini ſcriptum eſſe *Aquila*, & non *Aquillius*: at legendum monet *Aquillius*, ut ex cirato loc. Dionis.
Conſules hujus anni jam fuiſſe a Tiberio deſignatos præcedentis anni initio, ſcribit idem Dio.

Anno V. C. 809.
Ær. Chr. 57.

NERO CLAVDIVS IMP. AVG. II.
L. CALPVRNIVS PISO; } COSS.
quibus ſuffecti fuere
DECENNIVS GEMINVS.
POMPEIVS PAVLLINVS.

2 *Pompeiopoli in Hiſpania. Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. pag. 278.*

NERONE CLAVDIO CAESARE
AVG. GER. II.
CAESIO MARTIALE COS
VIII.
IDVS DECEMBRIS CIVITAS POM
PEIONENSIS HOSPITIVM RENOVA
VIT CVM L. POMPEIO. L. F. ANI
PRIMIANO
IN FINE ANNI PRIMIANVM
LIBERIS POSTERISQ. SVIS
EGERVNT LEG. SEX
POMPEIVS NEPOS SERGIVS CRES
CENS

In ædibus Capitolinis
Ex Georgio in Not. ad Pagium in nov. edit. Baronii Tom. I. p. 555.

MINERVAE. AVG. SACRVM
NERONE. CLAVDIO. * I. L * *forte* II.
CAESIO. MARTIALE. CO.....
DEDIC. K. DE....

Claudius Nero Conſul fuit

I. cum *Antiſtio Veteri* Anno V. C. 807. Ær. Chr. 55.
II. cum *L. Calpurnio Piſone* Anno V. C. 809. Ær. Ch. 57.
III. cum *Valerio Meſſalla* An. V. C. 810. Ær. Chr. 58.
IV. cum *Coſſo Cornelio Lentulo* An. V. C. 812. Ær. Ch. 60.

Et nunquam in vulgaris Faſtis legitur habuiſſe Collegam *L. Caſium Martialem*; ergo hoc anno Chr. 57. ex his duobus adlatis lapidibus d. *L. Caſium* ſuffectum fuiſſe *Piſoni* credendum eſt, non vero *Decennium Geminum*, & *Pompejum Paullinum*, ut vult Onuphrius, Almelovenius, & Muratorius: nam *Pompejum Paullinum* eſſe Conſulem non potuiſſe An. V. C. 809. docet Pighius, quia hoc anno *Paullinus* inferiorem Germaniam legatus gubernabat.

Anno V. C. 820.
Ær. Chr. 68.

C. SILIVS ITALICVS.
M. GALERIVS TRACHALVS.
quibus ſuffecti fuere
M. PLAVTIVS SILVANVS.
M. SALVIVS OTHO. } COSS.
quibus ſuffecti
C. BELLICVS NATALIS.
P. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS.

3 *Romæ in ædibus Marchionis Alexandri Gregorii Capponii. Ex Annal. Eccl. Baronii Tom. I. pag. 655. in Notis Ampliſſ. Præſ. Dom. Georgii.*

...VITORIO VINAR VI....
...ALPIAE. QVARTILLAE. VXORI
...S. SVI. V. A. LXX.
...IO. FACT. EST. NERONE V. ET TRACHA
...QVI. AD. HOC. OFFICIVM VENISTIS
...OSTIO NOLITE

Aliquantulum variat apud Murat. CCCVI. 2.
„ Quintus hic eſt, ait Cl. Georgius in cit Not. & noviſſimus Neronis conſulatus, nuſquam in veteribus monumentis memoratus, de quo plane tamen Suetonius, quem quintum conſulatum Pagius in *Epiſt. Hypatica* Par. I. Cap. V. p. 37. ſuffectum appellat, quod ordinariis Conſulibus ſubrogatus eſſet, quamquam revera Conſules eos Nero abrogaſſet. Hinc Plinius in Paneg. Trajani c. 57. *Fuit etiam* (Nero) *qui in principatus ſui fine, conſulatum, quem dederat, ipſe magna ex parte jam geſtum extorqueret & raperet.* Forte Silicum Italicum reſpicit: de quo idem Plinius Lib. III. Epiſt. VII. *Utque noviſſimus a Nerone factus eſt Conſul, ita poſtremus ex omnibus, quos Nero Conſules fecerat, deceſſit.* Dolendum eſt, adlatum modo lapidem confractum eſſe; nam aliquid lucis rei perobſcuræ daret. Falluntur ergo qui Neronem V. *Conſulem* ſuffectum fuiſſe anno ſuperiori putarunt. Collega Neroni *Trachala* a marmorario in adlato lapide datus eſt, ignota nobis de cauſa; Nam alioquin lapis iſtiuſmodi cum Suetonio pugnaret. Ceterum in vulgatis Faſtis conſules hujus anni (Ær. Ch. 68.) hoc modo efferuntur: Faſti Vindobonenſes: *Trachala, & Italico*: Faſti Idatiani: *Italico, & Trachala*: Proſperi Chronicon: *Silio Italico, & Turpiliano*: Frontinus *Silio & Galerio Trachala*: Tacit. lib. I. Hiſt. c. 90. *Galerium Trachalam* nominat. Quidam volunt Silium Italicum ter Conſulem fuiſſe, quod Plinius in Panegyrico Trajani c. 58. habeat hæc: *Erat in Senatu ter Conſul, quum tu tertium Conſulatum recuſabas.* Quæ verba ad *Silium Italicum* detorquet Lypſius, ſed de quovis alio eſſe intelligenda, docet Chriſtoph. Cellarius in *Diſſert. de C. Silio Italico* Poeta Conſulari n. XIII. & XIV. quum *Silius* poſt Conſulatum, quem cum *Nerone* geſſit, a republica ſeceſſerit, & honeſto otio ſe manciparit, ut patet ex Mart. Lib. VII. Epig. 63.
„ Die IX. Junii hujus anni *Nerone* interfecto; ſuffecti exinde leguntur C. *Bellicus* (non Bellicius, ut apud quoſdam eſt) *Natalis* & *P. Cornelius Scipio Aſiaticus*. Baſis Romæ olim in *ædibus Maffejorum* apud Gruter. CCXXXVIII. 12.

DEDIC. IDIB. OCTOBR
C. BELLICO. NATALE
COS
P. CORNELIO. SCIPIONE. ASIATICO

„ *Lapis nunc in ædibus Capitolinis.*

HORRIORVM
....ER. GALBAE. IMP. AVGVSTI
.....BELLICO. NATALE
.....CORNELIO. SCIPIONE. ASIATICO
COS

„ Suffecti fuerunt hi Conſules hoc anno *Kal. Septemb. Tabula* ænea Honeſtæ miſſionis, qua Galba Imp. Veteranis, qui militaverunt in *Legione I. Adiutrice* honeſtam miſſionem, & civitatem dedit, utrinque ſcripta, & edita inter *Inſcript. Urb. Etr.* Par. 2. pag. 257. habet:

A. D. XI. K. IAN

C. BELLICO. NATALE
COS
P. CORNELIO. SCIPIONE

„ De Servo C. BELLICI. NATALIS meminit vetus lapis apud Fabret. pag. 108. n. 262. In *Veter. Latii Tom.* II. pag. 196. ex *Schedis Ligorianis* profertur Inſcriptio *dedicata* XVI. KAL. OCTOBRIS. C. VERO. NATALE. ET. P. CORNELIO. SCIPIONE. ASIATIC. COSS. Ligorius perperam VERO pro BELLICO exſcripſit.

Anno V. C. 827.
Ær. Chr. 75.

T. FLAVIVS VESPASIAN. IMP. AVG. VI.
TITVS CAESAR IV.
quibus abdicantibus ſuffecti fuere — COSS.
T. FLAVIVS DOMITIANVS IV.
M. LICINIVS MVCIANVS III.

1 *Romæ.*
E ſchedis Barberinis
Spon. in Miſcell. Sect. II. Art. VIII. pag. 43.

HERCVLI SANCTISSIMO
PLACIFERO SACRVM
IVLIA CASANTIA ET IVL
TVFFICIVS V. S. L. M
DEDIC. XIIII. KAL
IVL. IMP. VESPASIANO AVG. VI
TITO FLAVIO CAESARE IIII COS

Murat. CCCIX. 1. ex Ligorio lin. 2. PACIFERO. lin. 3. CASANTRA, lin. 4. FVFICIVS. De Conſulibus Ordinariis hujus anni conveniunt fere omnes Chronologi. Heic non eſt, cur immoremur.

Anno V. C. 832.
Ær. Chr. 80.

TITVS IMP. AVG. VIII.
FL. DOMITIANVS CAESAR VII. — COSS.

2 *Capuæ in Foro nuper effoſſa*
Ex Annal. Litt. Ital. To. II. p. 300.

GENIO ET VICTORIAE
IMP. AVG. CAES. T. VESPASIAN
COS. VIII. PP.
L. NAERATIVS PRISCVS L. F
AEDIL. ITER. Q. ET CVR. AQV
PROCOS. CAMPANIAE
SIGNVM POS. ET POPVL
SPECTAC. ET EPVL. DEB. V. ID. OCT
VESPASIANO VIII. ET DOMITIANO VII
COS

Marmorarii, ſive exſcriptoris oſeitantia deeſt initio verſ. 9. T. ideſt *Tito*, qui imperator fuit hoc anno Conſul VIII. cum *Domitiano* IV. ut e Faſtis Siculis, Anonymo Noriſiano, Idatio, & Numis antiquis apud Mediobarbum, & ex Panvinio, Petavio, Pagio, Tillemontio, Almelovenio, & Blanchinio. De Conſulibus vero ſuffectis hoc anno Cl. Georgius in Not. ad Pagium cit. edit. *Baronii* ad an. Ch. 80. Tom. 1. p. 705. ait: „ In parte hujus anni poſtrema, „ ni mea conjectura fallit, Conſules ſuffecti fuere *M. Tillius Frugi*, & *T. Vinicius Julianus*, quod eorum nomina „ in tabula *Fratrum Arvalium* edita a Phil. a Turre in „ *Monument. veteris Antii* pag. 387. prænotata ſint, & quidem VII. *idus Decembris*, qua die vota nuncupata ſunt „ a *Tito Imp.* ad reſtitutionem, & dedicationem Capitolii. Georgio contradicit Celeb. Muratorius ad an. Ær. Ch. 79. qui in laterculo Coſſ. ſcribit: *Mortuo Veſpaſiano VIII. Kal. Julii, & abdicante Conſulatum Tito ejus Filio, qui in Imperio ſucceſſit, ſuffectos fuiſſe opinor*

M. TITIVM FRVGEM
T. VINIVM IVLIANVM — COSS.

Philippus a Turre horum nomina Conſulum, ita edidit: *M. Tillio Frugi. T. Vinicio Juliano*, quem ſequutus eſt Georgius in adlata adnotatione contra fidem *Fragmenti duorum lapidum, ſpectantium ad Collegium Fratrum Arvalium* edit. in *Nov. Theſ.* CCCXII. 1. verſ. 11. Confer. Murat. notam.

Anno V. C. 837.
Ær. Chr. 85.

FL. DOMITIANVS IMP. AVG. XI.
T. AVRELIVS FVLVIVS. — COSS.

3 *Arimini*
In Muſeo Joh. Bianchi V. Cl.
Teſſera ſpectatoria ex lapide Sardio.
Ex Ephem. Litt. Flor. Vol. IV. col. 732.

FELIX
ANTONI
SP. K. IVN
FVLVO. COS

Meſt: *Felix Antonius Spectatus Kalendis Juniis Fulvo Conſule.* Ita Cl. Bianchi: *Fulvus*, ſive *Fulvius* Conſul primum hujus anni, & ſecundum quadriennio poſt, ſcilicet anno Chr. 89. cum A. *Sempronio Atratino*, fuit *Imp. Antonini Pii* Avus, ut Capitolinus refert in *Anton. Pii* cap. 1. his verbis: *Avus* (Antonini Pii) *Titus Aurelius Fulvius, qui per honores diverſos ad ſecundum Conſulatum, & præfecturam Urbis pervenit*. De ejuſdem Præfectura vid. Cl. Corſinum ad an. V. C. 843. Chr. 90.
Citata Teſſera obtruncati coni figuram exhibet, altitudinis digit. Pariſ. I. cujus baſis occupat ſpatium trium, vel quatuor linearum illius menſuræ.

Anno V. C. 844.
Ær. Chr. 92.

FL. DOMITIANVS IMP. AVG. XVI.
Q. VOLVSIVS SATVRNINVS. — COSS.

Panvinius, & Petavius *Auli*, & non *Quinti* prænomen tribuunt *Voluſio Saturnino*: at in lapide Gruteriano CCC. 2. verſ. 13. & 14. clare legitur:

IMP. CAES. . . . . . . AVG. GER. XVI. COS
Q. VOLVSIVS. SATVRNINVS &c.

Vid. Noriſium in *Epiſt. Conſul.* pag. 202. cit. Edit.

Tabula ænea alta unc. XII. lata IX. antiqui pedis Rom. formulam honeſtæ Miſſionis Militibus datæ a Roman. Imp. continens.
Ex Gorio Inſcript. Antiq. Etr. Part. I. p. 69. n. 192. qui exſcripſit ex Cod. MS. Fr. Jucundi Veron. olim apud Cl. V. Ant. Franciſc. Marmium exſtante.

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI . F. DOMITIA
NVS. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX MAXI
MVS. TRIBVNIC. POTESTAT. XII. IMP. XXII. COS. XVI.
CENSOR PERPETVVS P. P
PEDITIBVS. ET. EQVITIBVS. QVI. MILITANT. IN. COHOR
TE III. ALPINORVM. ET. IN. VIII. VOLVNTARIORVM
CIVIVM. ROMANORVM. QVI. PEREGRINAE. CONDICIO
NIS. PROBATI. ERANT. ET. SVNT. IN. DELMATIA. SVB. Q. POM
PONIO. RVFO. QVI. QVINA. ET. VICENA. STIPENDIA
AVT. PLVRA. MERVERVNT. ITEM. DIMISSO. HO
NESTA. MISSIONE. EMERITIS. STIPENDIIS
QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT. IPSIS
LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM
DEDIT. ET. CONVBIVM. CVM. VXORIBVS
QVAS. TVNC. HABVISSENT. CVM. EST. CIVI
TAS. IIS. DATA. AVT. SIQVI. CAELIBES. ESSENT . CVM
IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT. DVMTAXAT
SINGVLI. SINGVLAS. A. D. III. IDVS . IVLIAS
M. LOLLIO. PAVLLINO. VALERIO. ASIATICO. SATVRNINO
C. ANTIO. IVLIO. QVADRATO. COS
COHORT. III. ALPINORVM. CVI. PRAEST
C. VIBIVS. MAXIMVS
PEDITI
VENETO. DITI . EDAVERS
ET. MADENAE. PLARENTIS. FILIAE. VXORI. EIVS. DERAAVST
ET . GAIO. F. EIVS
DESCRIPTVM. ET . RECOGNITVM. EX. TABVLA
AENEA. QVAE. FIXA . EST . ROMAE
IN . MVRO. POST . TEMPLVM . DIVI . AVG. AD . MINERVAM

A. VOLVMNI	EXPECTATI
Q. ORFI	CVPITI
CN. EGNATI	VITALIS
SEX. MANLI	CINNAMI
L. PVLLI	SPERATI
P. ATINI	AMERIMNI
L. PVLLI	VERECVNDI

Mendoſam & variantem, ac aliter diſpoſitis verſibus dedit Gruter. DLXXIV. 5. 6. 7. a Gorio, qui hæc adnotat:

Verſ. 8. *Gruter.* SVB. Q. PONPONIO. *Tabula ſic habet:* SVB. Q. POMPONIO.
Verſ. 11. EMERITIS. STIPENDIIS. LIBERIS. *Heic integrum verſum omittit.*
Verſ. 14. DEDIT. ET. CONNVBIVM. *Tab. h.* DEDIT. ET. CONVBIVM. *ſic Virgilius Mediceus.*
Verſ. 18. SINGVLI. SI ∴ GVLAS. *In antica, & poſtica hujus Tabulæ* SINGVLI. SINGVLAS.
Verſ. 19. M. LOLLIO. PAVLINO. *Tab. h.* M. LOLLIO. PAVLLINO.
Verſ. 21. CVI. PRAE. IST. ST. *Tab. h.* CVI. PRAEST.
Verſ. 22. & 24. PEDITI. V. ENETO. *Tab.* PEDITI. VENETO.
Verſ. 25. ET. MADENAE. PIARENTIS. *Tab.* ET. MADENAE. PLARENTIS.
Eodem verſ. VXORI. EIVS. DERMVST. *Tab.* VXORI EIVS DERAAVST. *In poſtica, in qua tota Inſcriptio repetitur, legitur* VXORI. EIVS. DERMIVST. Ms. Fr. Jucundi habet VXORI. EIVS. DECAMINIS.
Verſ. 26. ET. Q. GAIO. F. EIVS. *Tab. ſic* ET GAIO F. EIVS.
Verſ. 30. A VOLVMNI EXPECTATI. *Horum Militum nomina in poſtica hujus Tabulæ inciſa leguntur.*
Verſ. 36. VERDECVNI. *Tab.* VERECVNDI.

M. *Lollius Paullinus* Conſul ſuffectus fuit An. V. C. 845. & eſt prior ille *Paullinus*, ad quem *Plinii* Epiſtolæ Lib. V. 10. & IX. 37. Vid. Phil. a Turre *Monum. Antii de Colonia Forojul.* pag. 373.

Anno V. C. 848.
Ær. Ch. *96.*

C. ANTISTIVS VETVS. }
C. MANLIVS VALENS. } COSS.

1 *Interamnæ,*
in Foro Publico.
Ex MS. Ampliſſ. Præſulis Joh. Baptiſtæ Paſſerii.

T. FLAVIO . T. F. CLV. ISIDORO . EQ
ROM. PATRI . DVORVM . EQ. PVB
OMNIBVS . HONORIBVS . HONESTE
FVNCTO . QVINQ. II. AVGVRI
SACER. PONT. PRAEF. SACROR
PATRONO . MVNICIP. INTE
RAMNAT. NART. CASVENTI
NORVM . VENDEMNATIVM
V. B. ET . QVIDQVID . IN . EGRE
GIVM . HOMINEM . LAVDIS
DICI . POTEST. IN . HOC . SIT
BENEFICIO . NATVRAE
CONLATVM . POSSESSORES
INQVILINI . NEGOCIATORES
VIAE . STRATAE . CVLTORES
HERCVLIS . KARISSIMO
L. D. D. D

2 *In latere ſiniſtro.*

DEDIC. VIII. ID. SEPT. SABINO
II. ET . VENVSTO . COS

Apud Grut. CDXI. 3. aliquantulum variat.

T. Fl. Sabinus primum Conſulatum geſſit cum *Domitiano Aug.* anno Ch. 82. Secundum vero ſuffectum anno 96. cum *T. Arrio Antonino ex Kal. Novembris.* Ex hoc lapide tamen conſtat *Sabinum jam* menſe Septembris fuiſſe ſuffectum cum altero Collega *Venuſto*, quo defuncto, *Antoninus* ei junctus fuit *Kal. Novembribus.* Onufrius etiam cenſet, Conſules fuiſſe ſuffectos ex *Kal. Novemb. T. Flavium Sabinum* Domitiani propinquum, & *T. Arrium Antoninum* Antonini Pii Imperatoris avum maternum.

Anno V. C. 852.
Ær. Chr. 100.

M. VLPIVS TRAIANVS IMP. AVG. III. }
SEX. IVLIVS FRONTINVS III. } COSS.

3 *Romæ*
in ædibus Capitolinis.
Exſcripſit V. Cl. Baro de Stoſch.

LARIBVS . AVGVSTIS . ET . GENIS . CAESARVM
IMP . CAESARI . DIVI . NERVAE . FILIO . NERVAI : TRAIANO . AVG . GERM . PONTIFICI . MAXIMO . TRIB . PoT
IIII . COS . III . DESIG . IIII
PERMISSV . C . CASSI . INTERAMNANI . PISIBANI . PRISCI . PRAETORIS . AEDICVLAM . REG . XIIII . VICI . CENSORI
MAGISTRI . ANNI . (*ſic*) GVLII
VETVSTATE . DILAPSAM . INPENSA . SVA . RESTITVERVNT . IDEM . PR . PROBAVIT
L . ROSCIO . AELIANO CoS
L . CERCENIVS . L . LIB . HEAMES . M . LIVIVS . Ɔ . LIB . DONAX . DEDICATA
TI . CLAVDIO . SACERDoTAE
P . RVTILIVS . P . F . PRISCVS . L . CORANIVS . L . LIB . EVARISTVS . IIII K
IANVARIAS

Hæc aliquantulum mutila in fine verſuum apud Fabrett. de *Col. Traj.* Cap. IX. p. 273. & Murat. CCCXV. 5.

De Trajani Collega hoc anno haud parva diſſenſio eſt: an fuerit *Sex. Julius Frontinus* III. an *M. Cornelius Fronto* III. Cl. P. Stampa in cit. *Faſtor. Continuat.* col. 671. C. ſcribit: „ Ego tamen in re tam dubia ſolidorum documentorum defectu, ita utramque ſententiam conciliaverim, ut duo hi Conſules, quos tertium Conſules ſecum deſignavit Trajanus, alter eſſet Conſul III. Ordinarius, nempe *Sex. Julius Frontinus*, Conſul vero III. ſuffectus Cal. Martii, eſſet „ *M. Cornelius Fronto* III.

De hac lite, & de Conſulibus ſuffectis hujus anni videſis Noriſium in cit. epiſt. Georgium in Notis ad Pagium ad hunc annum, & Muratorium ad adlatum lapidem; ex quo *Conſulibus ſuffectis* adjicere poteris *L. Roſcium Ælianum*. *Ti. Claudium Sacerdotem*.

Anno V. C. 863.
Ær. Chr. 111.

C. CALPVRNIVS PISO .
M. VETTIVS BOLANVS ,
quibus ſuffecti fuerunt
C. IVLIVS VRSIVS SERVILIVS SERVIANVS II.
L. FABIVS IVSTVS . } COSS.

1 *Velleiæ ,*
ubi effoſſa Tabula Trajana.
Ex Epiſt. Joh. Blanchii
edita in Ephem. Lit. Flor. Vol. X. col. 249.

. . . . L P V R N I O
L . F . P I S O N I
. . . . P O N T I F . C O S

In Faſtis Idatianis: *Piſone* & *Juliano* pro *Bolano*. In Vindobonenſibus: *Piſone*, & *Bolano*.
Emendatur Cuperus a Blanchinio *in Chronologia* ad hunc annum, qui in Faſtis Almelovenii Conſules hujus anni ſtatuit *M. Calpurnium Piſonem , & L. Iunium Ruſticum Iunianum Bolanum*.

Anno V. C. 871.
Ær. Chr. 119.

ÆLIVS HADRIANVS IMP. AVG. III.
Q. IVNIVS RVSTICVS . } COSS.

2 *Pompejopoli .*
Ex Sponio in Miſcell. Sect. VIII. p. 278.
Ænea Tabula .

CLAVDIVS QVARTINVS
IIVIRIS POMPEII SALVTEM
ET IVS MAGISTRATVS VESTRI
EXEQVI ADVERSVS CONTVMACES
POTESTIS ET NIHILOMINVS QVI
CAVTIONIBVS ACCIPIENDIS DE
SVNT SCIANT FVTVRVM VT NON
PER HOC TVTI SINT NAM ET NON
ACCEPTARVM CAVTIONVM PERI
CVLVM AD EOS RESPICIET ET QVID
QVID PRAESENTES QVOQVE EGERINT
ID COMMVNIS ONERIS ERIT BENE
VALETE DAT. NON. OCTVBRIS CA
LLAGORI IMP. CAES. TRAIANO
HADRIANO AVG. III. COS.

Notam III. *Conſulatus Hadriani* habes etiam in aliis lapididibus apud Reineſium 8. II. pag. 251. & Donium Claſſ. III. n. 11. pag. 115. & n. 13. 15. pag. 116. & ſeq. qui in II. Claſſ. n. 83. pag. 91. ſcribit:

* * * * * * * * * * * * * *
HADRIANVS. TRAIANVS. AVO. &c.
TRIB. POT. III. IMP. III. COS. IIII.
* * * * * * * * * * * * * *

at mendoſe in notis IMP. III. COS. IIII. nam, ut optime advertit ad hanc Celeb. Muratorius CDLI. 2. *numquam Hadrianus IV.* Conſulatum iniit. *Neque Imperator III. umquam proclamatus fuit , ſi Mediobarbum audimus*. Quamobrem ſcribendum videtur IMP. II. COS. III. Et ex Aelio Spartiano in *Adriano* (*Hiſt. Aug.* ſcript. Tom. I. pag. 70. & ſeq. cit. edit.) diſcimus, hunc Imperatorem *ter* tantum fuiſſe *Conſulem*, ubi ait: *Tertio conſules , quum ipſe ter fuiſſet , plurimos fecit. Infinitos autem ſecundi Conſulatus honore cumulavit. Ipſum autem tertium Conſulatum, & quatuor menſibus tantum egit , & in eo ſæpe jus dixit*. Quibus conſonant Faſti Vindobonenſes: *Adriano III. & Ruſtico*; cui ab aliquibus *Quinti* prænomen, & *Junii* nomen tribuitur.
Quatuor duntaxat menſes *Hadrianus* in hoc Conſulatu proceſſit: Quem Conſulem ſuffectum habuerit, monumenta ſilent.

Anno V. C. 875.
Ær. Ch. 123.

Q. ARIVS PAETINVS
C. VENTIDIVS APRONIANVS } COSS.

3 *Signum Figlinæ in ædibus Capitolii.*
Ex Annal. Eccl. Baronii edit. Lucæ Tom. II. pag. 190. in notis Cl. Georgii .

EX. FIGL. ANNI. VERI. SALAR. P. P. R
L. VENVLEIO. APRON. Q. ARTIC. PAET. COS

Ex hac diſces, *Aproniani* prænomen *Lucium* eſſe, & non *Cajum*, aut *Titum*; nomen quoque *Venulejum*, non *Ventidium*. *Paetinum* demum *Articuleji* nomen habuiſſe, & non *Arrii*. Hinc emendatur inſcriptio *Ligoriana* relata a Muratorio CCCXXI. 3. ubi lin. 3. legitur:
EX. FIG. L. ANNI. VERI
& ſcribendum erat EX. FIGL. &c.

4 *In Muſeo Veronenſi*
Ex Maffejo pag. CIX.
Sigillum in laterculo.

EX PRA VLPIAE ACCE
PTA PAE ET APR COS

5 *Romæ*
in Muſeo Victorio
Sigilla figlina .

PAET ET APRO...
EX FIG C LIB S....

6

APRON ET PAET CoS
. P P B SALAR .
EX FIGL ANNI VERI

7

PAET ET APR COS
EX FI.....VT SAL

8

COS
PAETINO ET APRONIA
EX PRAED TITIAE QVART M

1 *In tegula reperta*
via Appia an. 1736. prope Cynthianum.
Ex iiſdem Annal. Baronii loc. cit.

DOMITIAE DOMITIANI SVLPIC . . ,
PETINO ET APRONIANO COS

In Faſtis Idatianis legitur: APRONIANO ET PAETINO, in Vindobonenſibus PAETINO ET APRONIANO; in Proſperi Chronic. PATERNO pro PAETINO & TORQVATO mendoſe, quia is ad an. inſequentem pertinet.

2 *Volaterris*
in Muſeo Guarnacciano.
In laterculo.

C CALPETANI HERMET DEX FIG
CÆN PAETINO ET APRONIANO COS

3 *Laterculus effoſſus in villa*
Excellentiſſimi Principis Caroli Proſperi
Columnæ de Sciarra, prope PortamNomentanam Urbis,
hodie Porta Pia.
Ex Ephem. Liter. Flor. T. XXIV. *col.* 742.

PAET . ET . APR . COS
EXPIVLIEVTSAL

Leg. *Paetino* & *Aproniano Conſulibus. Ex Pradio Julii &c.*

Anno V. C. 876.
Ær. Chr. 124.

M. ACILIVS GLABRIO
C. BELLICIVS TORQVATVS } COSS.

4 *Signum Figlinæ*
effoſſum e ruderibus Villæ Tiburtinæ
Hadriani Cæſaris an. 1735.
Ex Annal. Eccl. Baronii Tom. II. pag. 111.
in Notis Cl. Georgii ad Pagii Critic. ad hunc An.

EX PRAED. AR . . .
FAD. CAEP. CAS. DOR
GLAB. ET TORQ. COS

Hæc apud Murat. CCCXXII. 17. varians, & mutilior.

5 *In laterculo effoſſo an. 1736.*
in vinea Sorbina, via Appia prope villam Lanuvinam
Antonini Auguſti.
Ex iiſdem Annal. in cit. not.

GLABR. ET TORQVAT. COS
PROCILIA EX PR. MAMM. . . .

Faſti Idatiani & Vindobonenſes habent: *Glabrione* & *Torquato*; Proſperi Chronicon: *Glabrione* & *Aproniano*, Librarii oſcitantia, qui ſuperiori anno loco *Aproniani Torquatum* poſuit.

Anno V. C. 881.
Ær. Chr. 129.

Q. IVLIVS BALBVS.
P. IVVENTIVS CELSVS II.
Quibus ſuffecti fuerunt
C. NERATIVS MARCELLVS.
CN. LOLLIVS GALLVS. } COSS.

6 *In agro Brixiano.*
E Schedis Petri Gnocchi V. C.

POSTVMIAE
P. FIL. PAVLLAE
IVVENTII. SECVND
COS
FEMINAE. RARISSIMAE
M. IVVENTIVS
CAESIANVS. COS

Gruter. CDLIX. 5. verſ. 2. ſcribit F. pro FIL. & ultimum omittit.

7 *Brixiæ*
Ad S. Nazarii
Ex iiſdem Schedis.

HONORI
POSTVMIAE
P. F. PAVLLAE
IVVENTII. SECVND
COS
VIBIA. L. F. SALVIA. VARIA
OB. ADFECTIONEM. ET
PIETATEM. EIVS. IN. SE
EXIMIAM

Apud Gruter. CDLIX. 4. varians: in 4. linea, & mendoſa in 8.
Ex Vlpiano ff. V. tit. 3. *Pridie Idus Martias Q. Julius Balbus, & P. Juventius Celſus. Coſſ. verba fecere &c.*
Quo anno Celſus fuerit primum Conſul, me latet.

Anno V. C. 882.
Ær. Chr. 130.

Q. FABIVS CATVLLINVS.
M. FLAVIVS APER. } COSS.

8 *Romæ,*
in Capitolinis lateribus.
Ex Ann. Eccl. Baronii in cit. edit. Tom. II. pag. 121.
ad hunc Annum in cit. Notis.
Figlina.

Q. FAB. CAT. M. FLA. APR
COS. Q. SER. PVD. CVR. ED

Hæc apud Murat. CCCXXIV. 1. varians in 1. verſ. & apud Fabret. p. 503. n. 103. ita:

Q FAB CAT MEL APR COS DF
Q SER PVD CVR ED
Equus currens.

In Ligoriano lapide vulgato in veteris Latii Tom. VIII. pag. 106. legitur:

DED. IN. NON. IVN.
Q. FABIO. CATVLLINO
ET. M. FABIO. APRO. COSS

A Ligorio ſcriptum eſt: *τὸ Fabio* pro *Flavio Apro*. In lapide Gruteriano CVIII. 6. legitur M. FLAVIO APRO COS. Faſti Idatiani habent: *Catullino* & *Libone*: Vindobonenſes: *Catullino* & *Apro*: Ita Proſperi Chronicon.
Conſules ſuperioris anni confuſos cum his hujus anni habemus apud Petavium.

Anno V. C. 886.
Ær. Chr. 134.

C. IVLIVS SERVIANVS III. } COSS.
C. VIBIVS VARVS

1 *Beneventi*
In Platea S. Ædis Majoris.
Ex Joh. De Vita
Inſcript. Benevent. XXXI. 10.

C. LVCCIVS C. F
STEL. SABINVS
BENEVENT DECVRIO
VIVVS SIBI ET OFILLIAE
PARATAE VXORI ET LVCCIO
VERECVNDO FRATRI POSTERISQVE
SVIS FECIT
MILITAVIT. IN COHOR. VRB. ADIVT
TRIBVN. ORFIT. SECVTOR. OPTIO
VALETVDI. OPTIO. ARCARI. SINGV
LARIS. BENEFIC. TRIBVN. A. QVAESTI
ONIB. FACTVS. PER. ANNIVM. VERVM
PRAEF. VRBIS. ET. TESSERAR. OPTIO. SI
GNIF. FISCI. CVRAT. OPTIO. AB. ACT. COR
NICVL. TRIB. BENEF. VLTERI. ASIATIC
PRAEF. VRB. (a) MISSVS. AB. IMP. HADRIANO
AVG. (b) SERVIANO. III. ET VIBIO. VARO. COS
. . . . CIO CLARO COS
IN F. P. XX. IN AGRO P. XX

Gruter. CCCCXXXI. 9. lin. 4. GELLIAI. In not. repet. Edit. OFILLIAI. Cod. Redii. Grut. lin. 5. PARATAI. lin. 6. POSTERIS. lin. 10. ARCARIS. & BENEF. lin. 13. TESSERARIVS. lin. 14. CORNICVLVS. lin. 15. VVLTEI. ASIATIN.

(a) Hæc ita concepit Panvinius in Faſtis p. 222. & ſ. *Miſſus ab Imp. Hadriano Aug. Serviano III. & Vibio Vero Cos. Brava M. Erucio Claro II. Cos. in Fr. P. XX. &c.*

(b) *Serviano* III. *Vibio Varo Cos. B. R.* VI. K. Maj. Scaliger *Emend.* & ita Fabr. ad *Column. Trajan.* C. VII. p. 197.

2 *Romæ.*
Ex Sponio Miſcell. Sect. VII. pag. 263.

PRO SALVTE
L. ANTONI VETER. SABIN
V. C. IVR. STVDI
VOT. SOLVIT
C. ANTONIVS L. F
CLEMENS VETER
DED. XIIII. KAL. MART
SER. SERVIANO. III. ET
IVVENTIO. * VERO. COS

* Leg. VARO.

3 *Romæ.*
In Cœmet. Priſcillæ reperta.
Ex Marang. Mem. Sacre e profane dell' Anfiteatro Flavio *&c. p.* 84.

EX. FIG. TVRSEI. ISAVR. O. D. AB. I. FADPAS
SERVIANO III ET. VARO
COS. Heic columba gradiens.

4 *Romæ*
Apud DD. de Palazzis
Ex Diario Lapid. Reverendiſ. P. Abb. Galletti.
Sigillum in antiquo latere, in cujus medio Jupiter ſtans dex. fulmen tenens.

OPVS DOL. EX PRAED. VALERIAE PROBAE
IN FIG. QVINTI AGATOBVLI
SERVIANO III. ET VARO COS

5 *In agro Romano reperta.*
apud Chiapinium Abb. General. Canonic. Lateranenſ.
Ex Marangonio.

SER... VARO EX FIG. CÆNSEPTIMI AN FL
RAVSIO PRIMO
COS

Sunt qui cenſent hanc pertinere ad conſulatum Rauſii primi. Marangonius vero referri vult ad Servianum, & Varum Coſſ. an. Ch. 136., ut opinatur Gothofredus in Chronolog. Leg. Roman., ubi pro VARO mendoſe legitur VERVS. Caſſiodorius habet SERGIVS II. ET VERVS.

Ad quem annum pertineat *FL. Rauſius I. Cos.* mihi hæret aqua, cum in Faſtis Conſularibus non legatur, neque in aliis lapidibus, quod ego ſciam. *Servianus III.* fuit Conſul An. Ær. Chr. 134. ex Muratorio pag. 324. Eminentiſs. Noriſius in *Epiſt. Conſul.* pag. 171. in cit. *Apparat.* ait: „ An. V. C. 887. Chr. Domini 134. in Faſtis Proſperi, ac „ Caſſiodorii ponuntur Coſſ. *Sergianus* II. & *Verus*; in tabulis „ anonymi apud Cuſpinianum: *Servianus & Varo*: in Idacianis *Severus III. & Varus*. At Panvinius veros Conſules ſe nactum putavit in veteri inſcriptione, quæ dicitur:

DED. XIIII. KAL. MART
SER. SERVIANO III. ET
C. IVVENTIO VERO COS

„ Hæc inſcriptio die 16. Februarii dicata Conſules ordinarios prodit. Cum vero idem Panvinius in altero Epigrammate Beneventano, quod integrum recitatur Gruteri pag. 431. 9. (a nobis varians ſupra relatum) legiſſet C. Lucejum Sabinum miſſum honeſta miſſione ab Imperatore Adriano Auguſto.

SERVIANO III. ET VIBIO VARO COS

„ retento altero nomine ſecundi Conſulis, *Vari* cognomen in *Verum* mutavit, ita ut Conſules integre eo anno fuerint C. *Julius Servilius Servianus III.* & C. *Vibius Juventius Verus*. Leuclavius eoſdem a Panvinio mutuatus, ait: *Servilius Servianus, & C. Vibius Juventius Verus*, cui tu plane ſimiliter ſcribis; quo in laterculo ille negligenter exſcribens tabulas Panvinii, notam tertii conſulatus Serviani omiſit. In vetuſto latere inter cimelia eruditiſſimi Fabretti legitur:

SERVIANO III. ET VARO COS

„ Hinc patet, in priori inſcriptione cognomen *Veri* perperam exſcriptum, cum *Varus* dicendus ſit, uti vetuſta monumenta, quæ noſtris oculis vidimus, id evincunt. Plures nummos cum epigraphe *Vibius Varus* producit cum Fulvio Urſino Eques Carolus Patinus eruditæ nummorum doctrinæ conſultiſſimus, ac de ſtelographia ſupra ceteros benemeritus. Quare cum alter Conſul e Vitia gente fuerit, non *Veri*, ſed *Vari* cognomen tulit, uti reapſe in faſtis Idacianis nuncupatur. Anno 160. imperante Antonino Pio, T. Vibius Varus Conſul in Faſtis legitur. Tertii vero conſulatus Serviani teſtis etiam venit Spartianus in Adriano cap. 8. *Serviano*, inquit, *tertium conſulatum, nec ſecum tamen, cum ille bis ante Hadrianum fuiſſet, ne eſſet ſecunda ſententia, non petenti, ac ſine precatione conceſſit*. In Gruteri etiam pag. 108. 7. legitur: *Serviano III. Coſ.* ut ſupine haliucinatus ſit Leuclavius, qui Servianum ſine tertii conſulatus nota, ſuo indici inſarſerit „

Monumentis adlatis ab immortali Noriſio adde inſcriptiones Muratorianas CCCXXIV. 5. 6. 7. 8. 11. 12. In quibus clare legitur:

SERVIANO III. ET VARO COS

1 *Romæ*
Apud Cardin. Berutium
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCLXXXIX. 2.

O. D. VALERII. PRISCI. EX. FIG. P. LI. NEP
SERVIANO. III. ET. VARO. COS

O. D. Opus Doliare.

2 *Ex Donio Claſ. II. n.* 142. *p.* 101.
qui ex Adverſariis Achillis Statii.

L. AEL. SERVIANO. III. ET. VARO. COS
EX. FIG. DOMITI. PARATI. ET. VERI
DELIC. THE. D. N

3 *Romæ*
in Muſeo Collegii Romani
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCXIX. 6.

. . . .
E A D E M. F A C E R E. L I C E A T. Q...
N O N. E R I T. T V M. Q V A N T I...
E A. R E S. I V S V E. E I V S. L O C I. Q...
I N. T E R. E R I T. T. P. D. D. Q. M...
T. P I N N I. H I L A R E. E T. A. T E. P. D...
H E R E D I B V S Q V E. V E S T R I S. E T...
E. R. Q. D. A. P. P. H A E C. S I C. E...
S T I P V L A T V S. E S T. C. E L E V R...
S P O P O N D E R V N T. T. P I N N...
P. D E C I M V S. E P A G A T H...
A C T. V I. I D V S. M...
L. I V L I O. V R S O. S E R V I A N O
L. F A B I O. I V S T O. C O S

Hanc Epigraphen conſignandam eſſe huic anno Ær. Chr. 134. non puto, cum in ea deſit nota III. *Conſulatus Serviani*, & ex Spartiani loco ſupra adlato ab immortali Noriſio (quem nos integrum referemus) conſtet ante III. Conſulatus dignitatem bis *Servianum* fuiſſe Conſulem. Inquit enim *Spart.* in *Adrian.* (Tom. I. p. 72. ſeqq. cit. edit.) *Serviano ſororis viro, cui tantum detulit, ut ei evenienti de cubiculo ſemper occurrerit, tertium Conſulatum, nec ſecum tamen, quum ille bis ante Adrianum fuiſſet, ne eſſet ſecunda ſententia, non petenti ac ſine precatione conceſſit.*

Ad ea verba: *Quum ille bis ante Adrianum* [Conſul fuiſſet] ſcribit Salmaſius: „ Hæc verba ſignificant, *Servianum* bis „ Conſulem fuiſſe, antequam Hadrianus vel ſemel fuiſſet; „ quod an verum ſit, videamus. *Servianus* primum Conſul „ fuit cum *Licinio Sura* anno, quo Hadrianus prætor creatus „ eſt. Spartianus ſupra: *prætor factus eſt ſub Surano bis, Serviano iterum Coſ.* Si verum dicit illo loco Spartianus, minime dubium eſt, quin & verum dixerit hoc loco, nempe *Servianum* bis ante Hadrianum Conſulem fuiſſe: ſed „ falſum *Servianum* iterum Conſulem fuiſſe, quo anno præturam adeptus eſt Hadrianus: eo enim anno primum conſulatum cepit. Secundum autem Conſul fuit cum L. *Fabio Juſto*, tertio poſt Hadriani primum Conſulatum anno, ut „ ex vetuſtis lapidibus conſtat, in quibus ita ſcribitur non „ uno loco: C. VRSO SEARTIANO. II. ET. „ IVSTO. COSS. alibi autem in iiſdem lapidibus nominatur, C. *Julius Servilius Urſus Servianus*: ſic non bis „ ante Hadrianum Conſul fuerit *Servianus*, ſed ſemel tantum. Tertium autem Conſulatum, cujus heic apud Spart. „ mentio geſſit cum *Vibio Varo*, quem *Verum* vocari, vult Onuphrius, perperam. Nam is, C. *Vibius Juventius Varus* „ dictus eſt . . . . & ita reponendum in vetuſto lapide, quem „ produxit.

Servianum ante Conſulatus ordinarii dignitatem bis fuiſſe Conſulem ſuffectum, ex dictis facile erui poteſt: ſed dubium eſt, ad quem annum pertineat *Maffejanus* lapis. Cl. D. Joſeph Maria Stampa in *Adnotat. ad Caroli Sigonii in Faſtos Conſulares, ac Triumphos Romanos Commentarium* Tom. I. col. 674. C. (edit. Mediolani 1632) ad ann. Ær. Chr. 107. ſcribit:

Ex Calendis Julii ſuffecti ſunt iſti duo alii Conſules, &

. . . . SVRANVS II.
C. SERVILIVS VRSVS SERVIANVS

Et id ex auctoritate Panvinii, quam ſequutus eſt Cl. Georgius in *cit. Notis* ad an. 107.

Putant itidem laudati Scriptores ex Panvinio, & ex Almelovenio (qui ex Th. Lydiat. in *Serie Summ. Magiſtrat.*) ſuffectos fuiſſe

Anno V. C. 863. Ær. Chr. III.

Ex Kal. Jul.
C. Julium Urſium Servianum II.
L. Fabium Juſtum.

At cum in adlata epigraphe ſcriptum ſit:

ACT. VI. IDVS. M . . . . . &c.

Et deſit noſtra nota II. Conſulatus *Serviani*, ubi lapis certe exeſus non eſt, opinari poſſumus, (quod Doctiſſ. Hominum judicio lubenter relinquo) eum Conſulem primum ſuffectum fuiſſe ann. Ær. Chr. 102. vel 107. cum *L. Fabio Juſto*, non vero cum *Sura*, vel *Surano*; & anno III. forſan cum altero Collega.

Ex Doniana figlina, & *Maffejano* lapide *Serviano Lucii* prænomen tribuendum eſt, non *Caji*: & ſcribendum in laterculo hujus anni 134. mihi videtur: *L. Julius Urſus Servianus* &c.

Anno V. C. 887.
Ær. Chr. 135.

. . . . . . PONTIANVS }
. . . . . . ATILIANVS } COSS.

4 *Albæ Juliæ*
in Tranſilvania.
Ex Sponio in Miſcell.

I . O . M
IVNONI. REG. MINERVAE
VETERAN. LEG. XII. G. M. IMPER
IVL. BASSVS. LEG. AVR. TRI
PRI. IDIB. DECEMB. PONTIANO. ET
ATELANO. COS. MILITES. FACIVND
CVRAR.

Apud Murat. CCCXXV. 1. varians *e ſchedis ſuis, & Alex. March. Capponii.*

Verſ. 6. leg. ATILIANO, pro ATELANO.

5 *Figlina effoſſa ex ruderibus Villæ Tiburtinæ Hadriani Cæſaris An.* 1736.
Ex Annal. Eccl. Baronii T. II. pag. 134. *in not.*

OP DOL EX PR LVCIL FEL CALVET
PONT ET ATILIA COS

Ex hac emendatur Figlina *Doniana* relata a Murat. CCCXXV. 2. ubi in prima linea mendoſe legitur: CAR. FE. cum in noſtra ſcriptum ſit: CALVET. ideſt: *Calvetani*.

Faſti Idatiani habent *Pontiano & Aquilino Rufo*: Vindobonenſes *Luperco*, & *Attico*: Proſperi Chronicon *Pompejano*, & *Atiliano*: Mendoſe in omnibus. At vera cognomina Conſulum hujus anni apparent ex Sigillo lateris *Fabrettiani*, edito a Noriſio in cit. *Epiſt. Conſul.* p. mihi 172. non ad fidem archetypi; at recte a Fabretto de *Col. Trajan.* cap. VII. p. 198. & *Inſcr. Antiq.* p. 509. n. 139. ubi ita:

EX PR ANN VER EXOF ANAOS
PONTIANO ET ATILIANO
COS

Ex hac Epigraphe legendum eſt, in adlata *Sponiana* verſ. 6. ATILIANO, & non ATELANO.

Anno V. C. 889.
Ær. Ch. 137.

L. ÆLIVS VERVS CÆSAR II.
L. CÆLIVS BALBINVS VIBVLIVS } COSS.

1 *Ex Marm. Salonit. pag.* XLI.

L. AELIO. CAESARE. II. P. COELIO
BALBINO. VIBVLIO. PIO. COS
VII. IDVS. OCTOBRES
C. DOMITIVS. VALENS. * II. VIR. I. D
PRAEEVNTE. C. IVLIO. SEVERO. PONTIF
LEGEM. DIXIT. IN. EA. VERBA. QVAE
INFRA. SCRIPTA. SVNT
IVPITER. OPTIME. MAXIME. QVANDO
QVE. TIBI. HODIE. HANC. ARAM
DABO. DEDICABOQ. OLLIS. LEGIB
OLLISQVE. REGIONIBVS. DABO. DEDI
CABOQVE. QVAS. HIC. HODIE. PALAM
DIXERO. VTI. INFIMVM. SOLVM. HVIVS. ARAE
EST. SI. QVIS. HIC. HOSTIA. SACRVM. FAXIT. QVOD
MAGNEN. NEC. PRO. TOLLAT. IDCIRCO. TAMEN
PROBE. FACTVM. ESTO. CAETERAE. LEGES. HVIC. ARAE
EAEDEM. SVNTO. QVAE. ARAE. DIANAE. SVNT. IN. AVEN
TINO. MONTE. DICTAE. HISCE. LEGIBVS. HISCE. RE
GIONIBVS. SICVTI. DIXI. HANC. TIBI. ARAM. IV
PITER. OPTIME. MAXIME. DICO. DEDICOQVE. VTI
SIS. VOLENS. PROPITIVS. MIHI. COLLEGISQ. MEIS
DECVRIONIBVS. COLONIS. INCOLIS. COLONIAE. MAR
TIAE. IVLIAE. SALONAE. CONIVGIBVS. LIBERISQVE
NOSTRIS

* *Duumvir Iuri Dicundo.*

Variantem dedit Gruter. XXIII. 12. & mutilam, & vitiatam Murat. CCCXXV. 5. At integram heic ex primo Illyrici ſacri volumine a Cl. Zacharia exſcriptam exhibemus. Conſer notas ad hanc in repet. edit. Gruteri.

Anno V. C. 895.
Ær. Chr. 143.

C. BELLICIVS TORQVATVS.
TIBERIVS CLAVDIVS ATTICVS HERODES. } COSS.

2 *Romæ*
ad Vlmos Trivii.
Ex Donio Cl. XVII. n. 13. p. 454.
qui ex veteri MS.

C. IVLIVS. SEX. F. COR. POSTVMVS
FVRIVS. BERECVNDVS
FVRIA. PIETAS. M. FVRIVS. TELESFORVS
TITVLVM. QVI. PERIVIT
ITAQVE. BENEMERENTIB. PATRONIS
ſic NOVM. TITLVM. SVA. *ſic* IMPESA. RESTITVIT
C. BELLICIO. TORQVATO. ET
TI. CLAVDIO. ATTICO. HERODE } COS.

Conſer. Gruter. CLXXII. 10. & CMXLIII. 1. in quo varians.

Verſ. 5. reponendum forſan ITEMQVE, ubi ITAQVE. Petavius perperam addit *Bellicio Torquato* notam II. quum nemo præter Caſſiodorium, & Faſtos Siculos id agat, neque iſtiuſmodi nota repetitur in hac Doniana inſcriptione.

Anno V. C. 898.
Ær. Chr. 146.

SEX. ERVCIVS CLARVS II.
CN. CLAVDIVS SEVERVS. } COSS.

3 *Romæ*
apud Cardinalem Alexandrum Albani
reperta in quodam horto PP. Soc. Jeſu
prope S. Sabinam.
E ſchedis Stoſchianis.

M. AVRELIO. CAESARI
COS. II.
IMP. CAESARIS
T. AELI. HADRIANI
ANTONINI. AVG. PII
PONTIFIC. MAXIMI
TRIBVNIC. POTEST. VIIII
IMP. II. COS. IIII. PP. FILIO
DECVRIALES. FVLLARI
ET. H. V
Ruſticæ Parte.
LOCVS. ADSIGNATVS
LOLLIANO. AVITO. ET. STATILIO. M. F
CVR. OPERVM. PVBLICORVM
DEDICAT. PR. NONAS. IVNIAS
SEX. ERVCIO. CLARO. II. CN
CLAVDIO. SEV : : : : : . :

1 *Florentiæ.*
In Muſeo ſuburbano Villæ D. Caroli Thomæ Strozii P. Flor. ad Montem Hugonis.
Ex Gorio Inſcript. Antiq. Etrur. Par. I. pag. 418. *n.* 267.

. . . . M . NOMINE . CONCORDIAE . . . .
. . FICIAT . Ӿ. Ð. VNDE . IN LOCVM EIVS . . . .
. . . . RINT . EADEM . CONDICIONE . SEQVANTVR . . . .
. . . MAT . STIPVLATVS EST . T. FLAVIVS . AVG . . . . .
. . . VS . ET . POPVLVS POENA AVTEM . INFRAS . . . .
. . . . . SSVM FVERIT COLLEGIVM POENA TENEATVR VEL . . .
. . . . APR QVOD SI CVSTOS DISTRACTVS NON ESSET
. . . . CRILEGO . TENERETVR . AVT . HS . XXX . M . N . S . . . . .
adversVS . LEGEM . S . S . FECERIT . INFERRE . DEBE . . . . . .
. . . . ACTVM . SEX . ERVCIO . C . . . .

Verſ. 9. Legem S. S. ideſt Legem *Supraſcriptam*. Verſ. ult. SEX. ERVCIO . C. ideſt *Claro &c.* Mendoſa, & mutilior apud Spon. in Miſcell. p. 70. Horum Conſulum meminit Græca Inſcriptio apud Lipſium fol. 41. Inſcr. 2. Baronium ad an. 148. n. I. & Gruterum CCCXIV. 2. quæ dicitur poſita *Pridie Non. Maji*, *qua eſt ſecundum Alexandrinos* ΠΑΧΩΝΙΑ. (Sed ibi legendum ΠΑΧΩΝ . ΙΑ . Scal. *Deſcript. Olymp.* & Selden. in *Eutychi Origines* p. 31. & Pagius in *Critic. Baron. ad an.* 146. ex Epiſt. Noriſii ad eum data) ſcilicet *Die XI.* quæ cum *die VI. Maii* concurrit, Conſulibus

ΣΕΞΤῳ ΚΛΑΡῳ
Β . ΓΝΕῳ . ΚΛΑΥΔΙῳ
ΣΕΒΗΡῳ &c.

Id eſt : *Sex. Erucio Claro*
II. *Cn. Claudio*
Severo &c.

Apud eumdem Gruter. CLXXXIII. 1. in *tubo Plumbeo* horum Conſulum nomina, & prænomina immutata ſunt ; at non ita in adlato lapide *Stoſchiano*, & in alio apud Cl. Fontaninum in *Antiquit. Hortæ* Lib. II. cap. I. p. 202. edito etiam a Fabretto *Inſcript. Antiq.* p. 694. n. 146.
Erucius Clarus Præfectus Urbi, & bis Conſul fuit (teſte etiam Aul. Gellio *Noct. Attic.* Lib. XIII. c. XVII. p. 688. edit. *Lugduni Batavorum* 1666.) cum Conſul Ordinarius proceſſerit An. Chr. 146. poſtquam alium, Conſulatum ſuffectum, ut fertur, geſſiſſet An. 116.
Hujus viri Conſularis mentio quoque eſt apud Plinium in *Epiſtolis*, Dionem in *Trajano*, & Æl. Spartianum in *Severo* pag. 589. T. I. cit. edit. Lugduni Batav. 1671. ubi ait : *Ipſe* (Severus) *natus eſt Erucio Claro bis & Severo Coſſ. VI. Idus Apriles*. Faſti Idatiani & Vindobonenſes habent tantum, ſine nota gemini conſulatus, *Claro & Severo*.
Cl. Corſinus de Præf. Urbis pag. 65. Præfecturam Urbi Sex. Erucii Clari conſcribendam eſſe circa an. V. C. 899. Chr. 146. opinatur ex honore ſecundi Conſulatus, hoc anno recepto, cum ejuſdem Urbanam Præfecturam non meminerint Conſulares Faſti, leges, neque lapides, ſed ſolo Auli Gellii teſtimonio id nobis affulſerit.
Ab hujus anni Conſulibus Faſtos Conſulares exorditur Cl. Petrus Relandus, qui ceteros omnes veterum, & recentiorum Scriptorum Faſtos accuratiſſime expendit.

Anno V. C. *899.*
Ær. Ch. 147.

. . . . LARGVS.
. . . . MESSALINVS. } COSS.

2 *Beneventi*
Prope Ædes DD. De Nicaſtro.
Ex Ampliſſ. Præſ. Joh. De Vita
Inſcr. Benevent. XXX. 5.

. . . . . . F. CLASSETIVS
. . . . RATVS
. . C. V. NATVS IIII. IDVS . . . .
VALERIO LARGO ET MES
SALINO COS. VITA FVNC
IDIB. APRIL. IMP. ANTONI
NO III. COS
VIXIT ANNIS LXI. MEN
SIBVS VI. D. XXIII
IMP. SEPTIMIO SEVERO
COS. ADLECTVS inter
PRAETORIOS A DIvo Com
modo . . . .

Hæc mendoſa, & mutilior apud Murat. MCMXCVII. 1. & in *Notis* nov. edit. Baronii ad an. 208. juxta Pagium Tom. II. p. 428. Natus eſt *Claſſetius*, ut ex hoc lapide eruitur, An. V. C. 899. ſcilicet Ær. Chr. 147. *Valerio Largo, & Meſſallino Coſſ.* Obiit autem an. V. C. 960. Chr. 208. *Imp. Antonino Coſ.* III.
Ex adlata Epigraphe addere poſſumus *Largo* Conſuli *Valerii* nomen, non *Annii*, ut ex iſtiuſmodi fragmento opinatur Muratorius.

Anno V. C. 901.
Ær. Chr. 149.

SERG. SCIPIO ORFITVS. } COSS.
Q. NONIVS PRISCVS.

1 *Ex Ampliſſ. Præſ. Bened. Paſſioneo*
Claſſ. IV. n. 4. pag. 24.

D . M
P. AEL. AVG. LIB. IOBACCHVS. FECIT. ET
PEDATVRAM. DEDIT. ANTETITVL. P. XXX
ANTE. FRONTE. P. XXX. ET. IN AGRO QVOQ
.P. CENTENOS. YACINTHO VERNA SVO
ET SIBI LIBER. LIB. LIBERTABVS. SVIS. POS
TERISQVE EORVM. EXCIPIT ITVS ACTVS
ADITVS AMBITVS ITEM AQVAE AERAM
FVNEM PISTRINI FVRNI VIRGAR. LIGNI
SACRIFICIIS FACIVNDIS ET CETERA QVAE
IN LEGE PVBLICA CONTINENTVR. HOC MO
NVMENTVM HEREM NON. SEQVITVR
'H. M. D. M'. A, B, M, M, C'
ORFITO' ET' PRISCO' COS'

Sigli penult. lin. Scaliger in *Ind.* Cap. XX. ita legit: *Huic Monumento dolus malus abeſt Benemerenti memoriæ cauſa*. Horum Coſſ. nomina, & prænomina ſunt in aliis antiquis lapidibus apud Gruterum XXXII. 2. XLVIII. 1. & apud Gudium in tribus Inſcriptionibus a Relando relatis: In *Sponiana* vero Miſcell. p. 85. & in Fabretto pag. 483. XXIII. *Priſco* adtribuitur nomen *Soſii*. Ex quo idem Fabrettus cenſet, *Soſium* fuiſſe alterum cognomen *Nonii Priſci*; ſed aliter animadvertit Relandus ex antiquis monumentis.

Anno V. C. 902.
Ær. Chr. 150.

..........GALLICANVS. } COSS.
L. ANTISTIVS VETVS.

2 *Romæ*
Tegula apud Leonardum Auguſtini,
Ex Sponio in Miſcell. Sect. IX. p. 302.

EX. PAL. AELI. AVG. PII. F. OP. DOLIAR. ARISTIO
SVCCESS. GALLIC. ET. VETERE. COS

Apud Murat. CCCXXX. 4. qui ponit *in Muſeo Albano verſ.* 1. habet: EX PR. L AELI. *verſ.* 2. VETER.
Sponius ita legit:
Ex Palatio Ælii Auguſti Pii Filii Opus Doliare Ariſtio Succeſſo, Gallicano & Vetere Conſulibus.
A Cl. Blanchinio prænomen *Quinti*, & nomen *Romuli Gallicano* adtribuitur; qua vero monumentorum auctoritate, ignoratur; nam ex hac *Sponiana* epigraphe, & ex alia apud Fabrettum pag. 505. n. 121. qui *veriori lectioni*, *tamquam a Smetio apud Gruterum* pag. CVIII. 7. *male exceptam*, reſtituit) ex Anonymo Noriſiano, & Faſtis Florentinis ſolum horum Conſulum cognomina habentur.

Anno V. C. 906.
Ær. Chr. 154.

L. ÆLIVS AVR. COMMODVS. } COSS.
T. SEXTIVS LATERANVS.

3 *Caſtriæ in Anglia*
Ex ſchedis D. Abb. Petri Gnocchi.

I . O . M
T. ELVPIVS. GALER
PRAESENS. G. ANIA.
PRI. LEG.. XXV. V
COMMODO. ET
LATERANO
COSS
V . S . L . M

Varians in *Nov. Theſ.* CCCXXXI. 6. quem videſis. *Commodum* eumdem eſſe ac *Verum*, qui cum *Antonino* frequenter in Pandectis jungitur, monuit in Faſtis ad hunc annum Relandus.

Anno V. C. 908.
Ær. Chr. 156.

M. CEIONIVS SILVANVS. } COSS.
C. SERIVS AVGVRINVS.

1 *Florentiæ*
in Muſeo DD. Marchionum Niccoliniorum.
Ex Gorio Inſcript. Antiq. Etr. Par. III. pag. 119.
Sigillum ex ære perrarum formæ orbicularis.

C. IVLI ALEGTHESES
SƎSƎHꓕƎƎꓶA ·IꓶΛI ·Ↄ
SILVANO ET AVGVRINO. COS.

Extantes literæ, ait Gorius, *in extimo gyro, partim ordine recto, partim inverſo ſculptæ ſunt; quæ idem nomen repetunt.*

Horum Conſulum prænomina, & nomina, quæ in hac epigraphe deſunt, habes in *Gruteriana* CXXVIII. 5. & ſunt eadem, quæ in ſuperiori laterculo ex Faſtis Muratorianis adpoſui.
Ex Gudii inſcript. apud Relandum, & Cuperum in Epiſtola præfixa *Faſtis Almelovenii* n. 7. habetur:

D. D. KAL. AVG
IVLIO. SILVANO. ET
M. VIBVLLIO. AVGVRINO

Verum hanc parvifaciunt Joſeph Maria Stampa, & Georgius ad dictum annum, cum non moneat Gudius, ubi reperiatur, & ex *Ligoriana* Collectione exceperit.

Anno V. C 909.
Ær. Chr. 157.

........BARBARVS. } COSS.
........REGVLVS.

2 *Romæ.*
In Muſeo Hieronymi Victorii V. C.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCLXVIII. 10.

LOCVS. ADSIGNATVS. AB. C. DISSINIO. C. F. QVI....
CVRATORE. REIPVBLICAE. BOVILLENSIVM. DE....
VIIII. K. IANVAR. SEX. SVLPICIO. TERTVLLO. C. NEI....
DOTE. COS. CVIVS. OB. DEDICATIONEM. DEDIT. ORDIN..
ONVM. SING. HS. VII....ORDINI. AVGVSTALIVM. ST...
QVOD. PERMISERVNT. IN. CLVPEO. QVOD. EI. POSVERVNT...

sic TEMPLVM. NOVM		PINGERE. EFFIGIEM. MA...
SEVERINAE. VIRGI		NIS. ALBANAE. MAXI......
RIS. SVAE. POST. EX	*Heic*	CESSVM. VITAE. EIV...
PRIMVS. COMITIA	*Urceolus.*	MAGISTRATVVM.....
...ANSA. INSTITV		IT. IN. CIVICA. BARBARO...
..REGVLO. COS		ANNO. VRBIS. CONDITAE...
...SENTIENTE		....FVSCO. CVR.........

Faſti Idatiani, Panvinius, & Petavius habent *Barbatum* pro *Barbaro* contra fidem lapidum, & ceteros Faſtos, in quibus: BARBARO, & REGVLO: ut etiam in ſequenti Sponii Epigraphe in *Recher. d' Antiq. Diſſ. VII. p.* 140.

DIS. DEABVS
C. IVLIVS. C. F. ARN
AFRICANVS. BRIXEL
LO. OPTIO. EQVIT
COH. VIII. PR. 7. IVLII
SIGNVM. AEREVM
PANTHEVM
D. D. V. L. L. M
DEDICATVS. X. K
AVG. BARBARO. ET
REGVLO. COSS

Lin. 2. ARN. *Arnienſi Tribu.* Lin. 3. BRIXELLO *Urbe ad Padum ſita*. Lin. 5. COH. VIII. PR*ætoriæ Centur.* IVLII. lin 8. *Dono Dedit Voto Libenti Libero Munere.*

Hanc dederunt Reineſius 3. I. pag. 8. & Idem Sponius *Miſcell. Sect. I. Art. V.* p. 20. Fabrettus pag. 139. n. 138. & Donius Cl. I. n. 67. p. 20. & in ult. verſ. ſcribunt COS. hi poſtremi duo Collectores verſ. 5. habent COH. VIIII.

Noriſius in *Epochis Syro-Maced. Differt.* V. c. V. p. 454. & in *Epiſt. Conſul.* p. 576. cenſet *Barbari* nomen *Vetulenum* fuiſſe.

Anno V. C. 911.
Ær. Chr. 159.

M. PLAVTIVS QVINTILLVS. } COSS.
.... STATIVS PRISCVS.

1 *Romæ*
reperta ſub monte Aventino.
Ex Diariis Liter. edit. Florentiæ 1744.
Tom. III. Par. IV. pag. 237.

NVMINI . DOMVS . AVG
SACRVM . HERCVLI . SALVTARI
QVOD . FACTVM . EST . SODALICI
HORR . GALBAN
A . CORNELIVS . APHRODISTVS
QVINQVENN . COHOR
AEDICVLAM . NOVAM . A . SOLO
SODALIBVS . SVIS . PECVNIA
SVA . DONVM . DEDIT
DEDICAVIT . K . IVNIS . QVINTILLO
ET . PRISCO COS

Numini Domus Aug. &c. aliam dicatam reperies apud Gruter. LXXV. 1. Verſ. 4. leg. *Horreorum Galbianorum*.
Ex *Gruteriano* lapide LXVIII. 3. recte Panvinius Quintillo *Plautii*, Priſco *Statii* nomen dedit. In alio apud Thomas. *de Donar. Veter.* Cap. XX. priori Conſuli *Marci* prænomen tribuitur hoc modo :

SVB . M . STATIO . PRISCO . CONSVLE
DESIGNATO

Anno V. C. 914.
Ær. Chr. 162.

Q. IVNIVS RVSTICVS. } COSS.
C. VETTIVS AQVILINVS,
cui ſuffectus fuit
T. FL. TERTVLLVS.

2 *In oppido Patrimonii S. Petri,*
qui dicitur Leprignano.
Ex Annal. Litter. Italiæ Tom. I. pag. 260.

L . PACATIO . TYRANNO
HONORATO . COLLEGI
FABRVM . TIGNARIORVM
ROMANENSIVM . EX
DECRETO . ORDINIS . MVNICIPI
CAPENATIVM . FOEDERATORVM
CONLATIONE . FACTA . ORDINIS
EIVSDEM . MVNICIPI . ET
AVGVSTALIVM . ET . VICANORVM
ITEM . LIBERTORVM . IPSIVS
OB . MERITA . EIVS
L . D . D . D

In dextero latere baſis.

DEDICATA XIIII. K . OCT
IVNIO . RVSTICO ....
..... AQVILINO .....
..... LVDOS ....
.... DE ....
.... NTO ....

Perperam refertur a Muratorio, ac Nardinio; & in Reineſio 23. X. p. 605. & Fabretto deſunt ſex ultimæ lineæ, quæ ſunt in *dex. latere*.
Ex lapide apud Gruter. CXXXI. 3. habentur horum Conſulum prænomina, & nomina, excíſa in noſtro præter nomen *Junii Ruſtico* datum. Relandus, & P. Joſeph M. Stampa pertinere arbitrantur *Gruterianum* lapidem 285. 7. ad hos Conſules : At tantorum virorum bona venia eos heic erraſſe crederem, quum in eo clare ſcripta ſint *Theodoſii*, *&* *Honorii Augg.* nomina, & *Cæcina Decius Acinatius Albinus*, qui fuit Præfectus Urbis anno V. C. 1167. Chr. 414. ut docet Cl. Corſinus ad d. annum de *Præf. Urbis*. Idem ad An. V. C. 920. Chr. 167. diſtinguendum cenſet *Junium Ruſticum* Urbis Præfectum a *Junio Ruſtico* Conſule hujus An. Chr. 162. qui in Florentinis Faſtis Minoribus *Secundo Conſul* adpellatur. At tamen contra opinatur Cl. Noriſius in cit. *Epiſt. Conſular.* pag. mihi 177.

Anno V. C. 917.
Ær. Chr. 165.

L. ARRIVS PVDENS. } COSS.
M. GAVIVS ORFITVS.

3 *Florentiæ*
in horto Nobb. Gaddiorum.
Ex Gorio Inſcript. Antiq. Etr. Par. I.
pag. 199. *n.* 17.

M . GAVIO . ORFITO . L
ARRIO . PVDENTE .....S
FONTI . SCAVRIANO . SAC
MAG
C . ANTONIVS . HYMNVS
C . VALERIVS . HILARVS
G . FVFEIVS . PHILEROS
P . CAECILIVS . AGATYRSVS
EPITYNCHAN . MIN . VS . BASSI . EVTY
CHES . CORNELIAES . ACRIBES . DON
ATI . FACVNDVS . ZOTICI . KAL . SEPTE

Verſ. 2. leg. COS. *Verſ.* 4. MAG. ideſt: *Magiſtri Fontis Scauriani*. *Verſ.* 9. EPITYNCHAN. MIN. VS leg. *Epitynchanus*, & MIN. hoc eſt *Miniſtri*, quorum nomina ſequuntur.
Hæc mendoſa apud Sponium in *Miſcell. Sect. II. Art. VII.* pag. 33. & a Maffejo *Artis Critic. Lapid. Lib. III. Cap.* 3. col. 247. inter ſpurias reiicitur : an recte, eruditorum judicio relinquo. In duobus lamellis æreis apud Gruterum MXXXII. 6. (quas *Honeſtæ Miſſionis* fragmentum eſſe loc. cit. Maffejus monet) iidem Conſules reperiuntur. Apud eumdem Grut. DCCLI. 3. horum ſola cognomina habentur.

Anno V. C. 918.
Ær. Chr. 166.

Q. SERVILIVS PVDENS. } COSS.
L. FVFIDIVS POLLIO.

4 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A.
Sect. II. Art. VII. pag. 34.

GENIO FONTIS MARTIANI
MAG . VICORVM
Q . GENVCIVS IANVARIVS
P . CORNELIVS MANCINVS
T . TEDIVS GALATINVS
SEX . NOMENIVS GALVS
D . K . MAI
Q . SERVILIO PVDENTE
L . * FVFIDIO POLLIONE COS

Perperam a Baronio in *Annal. Eccl.* ad annum Chr. 168. adpellatur * *Suſidius* pro *Fufidio*. *Quinti* prænomen *Servilium Pudentem* habuiſſe, docet iſtiuſmodi *Sponianus* lapis. Eoſdem Conſules habes apud Gruterum MIX. 12. ubi *verſ. ult.* legitur : VLLIO. BVDENTE. L. FVFIDIO. POLLIONE. COS. *pro* SERVILIO. PVDENTE. & apud Donium Claſſ. II. n. 166. p. 104. & Murat. 336. n. 2. qui ſcribunt : SERBILIO. *pro* SERVILIO; & in Anonymo Noriſiano *Pullione*, pro *Pollione*. At Lampridius in *Commodo* cap. XI. habet horum Coſſ. vera Cognomina, ut in *Sponiana* epigraphe.

Anno V. C. 919.
Ær. Chr. 167.

L. ÆLIVS AVRELIVS VERVS AVG. III. } COSS.
. . . . QVADRATVS.

1 *Romæ*
in Muſeo Victorio.

(COS)
VERO III. ET AMB
Q OPPIIVSTI FORTVNAT SER : : : : FC

De *L. Aurelio Vero Aug.* Coſſ. III. hoc anno retuli aliam epigraphen pag. 144. n. 3. Et de eo alius lapis apud Gorium *Inſcr. Antiq. Etr.* Par. I. pag. 310. n. 51. relata a Muratorio DXX. 7. ubi *verſ. 9. habent :*

IMP. V̄. COS. IĪ. DESIGNAT. IĪI.

Sed forte legendum IMP. IĪI. Blanchinius pro *Quadrato* adfert laterem ex Fabretto pag. 501. n. 52. ubi legitur:

LVCIO QVADRATO COS.

& pertinere cenſet ad d. *Quadratum* Coſ. hujus anni, quod ſequitur P. Joſeph M. Stampa in *Faſtor. Continuat.* ad hunc an. cui contradicit Georgius in cit. *Not. Tom. II. Baron.* p. 241. ubi ait : *Figlina ex Fabretto pag.* 501. *n.* 52. . . . . *ad* L. Quadratum *Conſulem anno Chriſti* 142. *ſpectare poteſt.*

Anno V. C. 924.
Ær. Chr. 172.

. . . . MAXIMVS. } COSS.
. . . . ORFITVS.

2 *Lugduni*
apud Comitem de Savigny.
Baſis,
Ex Sponio in Miſcell. pag. 172.

DEDIC. XVIII. SEPT.
ORFITO ET MAXIMO
COS

Ex altera parte.

D . M
ET MEMORIAE
DIOC . . N . . . . . .

Conſules hujus anni abſque eorum prænominibus, & nominibus ſunt in aliis lapidibus apud Gruterum CXXVI. *col.* 2. *verſ.* 21. CCCCXIX. 5. & MXIV. 1. Panvinius ſequutus a Mediobarbo, & Almelovenio nomen *Claudii* Maximo adtribuit & *Cornelii Scipionis* Orfito, ſilentibus antiquis monumentis, ut ipſo Lampridio in *Commodo* cap. XI. qui tantum habet : *Maximo & Orfito Coſſ.*

Anno V. C. 929.
Ær. Chr. 177.

L. AVRELIVS COMMODVS AVG. } COSS.
. . . . QVINTILLVS

3 *Ex Hiſt. Litter. Ital. Vol.* XIV. *pag.* 95.

IMP. CAES. L. AVRELIO. COMMODO. M. PLAVTIO. QVINTILLO. COS.
INITIALES. COLLEGII. SILVANI. AVRELIANI.
CVRATORES. M. AVRELIVS. AVG. LIB. HILARVS. ET. COLLIVS. MAGNVS. CRYPTARIVS

DEC. I.	DEC. II.	DEC. III.
PORYSTENES THR. VET	VITVLVS MYR. VET.	BAROSVS 7. RET. TIR
CLONIVS. HOPI. VET	DEMOSTHENES. MANICAR.	AEMILIANVS. 7. RET. TIR. N̄.
CALLISTHES. THR. VET.	FELICIANVS. RET. TIR.	VLPIVS. EVPORAS
ZOSIMVS ESP. VET.	SERVANDVS. RET. TIR.	PROSHODVS 7. RET. TIR. N̄
PLVTION. ESP. VET.	IVVENIS. MYR. SP.	AVRELIVS FELICIANVS
PERTINAX. 7. RET. VET.	RIPANVS. 7. RET. TIR.	AVRELIVS FELIX
CARPOPHORVS. MYR. VET.	SILVANVS. 7. RET. TIR.	ZOILVS. PAGAN
CRISPINVS MYR. VET.	SECVNDINVS PROV. TIR	FLAVIVS. MARISCVS
PARDVS. PROV. VET.	ELEVTHER. THR. TIR.	FLAVIVS SANCTVS
NILFIVS MYR. VET.	PIRATA. VNCTOR.	DIODORVS PAGAN.
	DEC III.	
	APRILIS. PAECNIAR.	
	ZOSIMVS. THR. SP.	

Hunc lapidem miſit Ampliſſ. Præſul Bardani Cl. P. Oderico Soc. Jeſu. Ex hoc *Quintilli* prænomen, & nomen agnoſcimus, uſque adhuc ex aliis vetuſtis monumentis non agnitum; & Celeb. Panvinii opinio firmatur, qui ex conjectura tantum *Plautii* nomen *Quintillo* dedit, quod non admiſit Noriſius.

Imp. *Commodo* primo Conſuli hujus anni alii dant prænomen *Lucii* (ut in noſtro lapide) alii *Marci*; at ille hoc (priori depoſito) una cum nomine Patris ſui *Aurelii* aſſumpſit, a quo Auguſtus electus fuit.

Anno V. C. *933.*
Ær. Chr. 181.

M. AVRELIVS COMMODVS ANTONIN.
IMP. AVG. III.
L. ANTISTIVS BVRRVS. } COSS.

1 *Niciæ*,
Ex Cl. Zacharia in Excurſ. Lit. p. 54.

FLAVIO. VERINI. FILIO QVINCTO
SABINO. DECVRIONI. II VIRO
SALIN. CIVITATIS. SVAE II VIRO
FORO IVLIENSI. FLAMINI. PROVINCIAE
ALPIVM. MARITIMARVM. OPTIMO
PATRONO. TABERNARII. SALINIENSES
POSVERVNT CVRANTIBVS MATVRO
MANSVETO ET ALBVC...
IMP. COMMODO ET ANTISTIO
BYRRO COSS.

Alii ſcribunt *Burro*, alii *Byrro*, ut in noſtro marmore, & in *Gudiano*, quod produxit Relandus. *Burrus*, & non *Byrrus* habemus apud Fabret. pag. 340. n. 514. & in lapide apud Joſeph Caſtalionem *Obſer. Decad. V. cap. VIII.* in quo legitur:

DEDICATA. EST. KAL. MAI
IMP. COMMODO. III. ET
BVRRO. COS

Anno V. C. *934.*
Ær. Chr. 182.

C. PETRONIVS MAMERTINVS
... CORNELIVS RVFVS. } COSS.

2 *Ex Collectione Antiq. Inſcr. Trevir. inſerta Prodromo Hiſt. Trevir. Diplom. & Pragmat. Ampliſſ. & Eruditiſſ. Præſ. Joh. Nic. ab Honthein Epiſ. Myriophitani Claſſ. IV. num.* 3. *pag.* 190.

I. O. M
...GENIO. LO
...CL. SECVND
...SIMILIS. M
...LEG. XXX
...BE. COS. IV
..mAMERTINO. ET RV...

„ Hoc Saxum (ait laud. A.) *Dollendorffii* erutum, & ad arcem „ Blanckenhemianam delatum, Gruterus edidit, ſed cor- „ ruptum, IX. 3. nos illud curatius damus poſt Alex. „ Wilthem. *Luxemb. Rom.* Lib. VI. cap. 10. Integra ejus „ verba hæc ſunt: *Jovi Opt. Max. & Genio Loci. Clau-* „ *dius Secundinus. Similis Miles. Legionis XXX. Beneficia-* „ *rius Conſulis IV. Dedicatum Conſulatu Mamertini & Rufi.* „ hoc eſt anno CLXXXII. *Beneficiarios* in militia dixere, „ qui beneficio Conſulis, aut Prætoris, vel, ut placet Ve- „ getio, Tribuni ad altiorem gradum conſcenderant, vel „ muneris vacationem acceperant, ut viſum Feſto. Con- „ tra *Munifices* dicti, qui munere ſungebantur.

Clariſſ. Pagius in *Critic. Baronii* ad hunc an. adtribuit *Rufo* nomen *Trebellii* ex Panvinii conjectura; ſed iis contradicit Gudianus lapis a Relando productus, in quo legitur:

KAL. MART. C. PETRONIO
MAMERTINO. ET. CORNELIO
RVFO. COS

Lapis *Trevirenſis*, & ceteri alii habent horum Coss. ſola cognomina, ut apud Fabret. 511. n. XV. & Gorium *Antiq. Inſc. Etr. Par.* I. p. 301. n. 35. & And. Schottum *Obſervat. lib.* V. *cap.* XXXII. qui ſcribit:

DEDIC. KAL. MART
MAMERT. ET. RVFO. COS

Et ita in vulgatis Faſtis.

Anno V. C. *936.*
Ær. Chr. 184.

L. EGGIVS MARVLLVS.
CN. PAPIRIVS ÆLIANVS. } COSS.

3 *Romæ*
in Hortis Juſtinianeis.
Ex Sponio Miſcell. Sect. I. Art. I. pag. 4.

M. AVRELIVS
AVG. LIB. EVPREPES
SOLI. INVICTO. MI
THRAE. ARAM
EX VISO POSVIT
PROSIDENTIBVS BI
CTORINO PATRE
ET IANVARIO. DEDICATA
IIII. NON. IVNIAS. EGGI
O. MARYLLO. ET. GN. PAPI
RIO. ALLIANO. COS

Hæc varians, & mendoſa apud Reineſ. 45. I. pag. 89. & in *Epiſt.* ad *Rupertum* pag. 509. emendata vero apud Fabret. pag. 367. n. 127. qui verſ. 9. 10. & ult. ſcribit:

* * * * * * L. EGGI
O. MARYLLO. ET. GN. PAPI
RIO. AILIANO. CoS

Ita emendatur alius *Gruterianus* lapis XLIX. 5. in repet. edit. & *Gudianus*, in quo:

M. MARVLLO. ET. IVNIO
AELIANO. COS

Et firmatur ſententia illorum, qui *Eggio Marullo*, contra Noriſium, & Pagium tribuunt prænomen *Lucii*, & non *Marci*, etiam ex aliis lapidibus apud Gruter. XXX. 2. Fabret. cit. pag. n. 128. & Reineſ. loc. cit.

Anno V. C. *939.*
Ær. Chr. 187.

. . . . CRISPINVS. } COSS.
. . . . AELIANVS.

1 *Romæ*,
In hortis Mathejanis.
Ex Maſſejo Inſcript. Var. CCLXVII. 1.

C. CLODIO . CRISPINO . COS
Q. RAMMIO . MARTIALE . PR. C. MAESIO . TERTIO . SPR
L. NVMERIO . ALBANO . TR
7. C. IVLI . C. F. SERG. RVFI . IADER. PRINCIPAES
INFRASCRIPTI . AEDICVLAM . ET . GENIVM . CENTVRIAE . DD
B. S. PR. Q. MARIVS . ARN. PROCVLVS . HIST
VEX. IN 7. SEX. IVLIVS . TROM. CLEMENS . VET
OPTIO . IN 7. C. LVCRETIVS . AN. VERECVND. FOR. I
TESS. IN 7. C. MESSIVS . ARN. APER. HIST
B. TRIB. L. POSTVMIVS . POM. MAXIM. DER
LIBVR. SER. C. ANTISTIVS . MAEFARIN. NEAP
LIB. CH. C. OCCIVS . ARN. SIMILIS . BLER
SEC. TR. TERENTIVS . PAP. CALLISTVS . ELC
BVC. IN 7. M. NONIVS . FAB. PROBVS . ROM
HOR. LEG. C. PETVRCIVS . CRV. PVDENS . INF A M
SEC. TR. TI. CLAVDIVS . MEN. LATINVS . SVRR
EX . OPT L. APONIVS . AN. MATERN. FORO . I
TRAN. IN . ST

Mendoſa apud Murat. CCCLVI. 1. qui eam refert ad annum 224. Et hæc adnotat: „ Anno quoque Chriſti 187. alter *Criſpinus* Conſul in Faſtis memoratur, prænomine pariter & nomine deſtitutus. Si heic revera Conſulis alicuius eſt „ mentio, incertum arbitror, utrum hic lapis ad Annum illum, an ad iſtum ſit referendus.
In aliis antiquis monumentis latet revera Prænomen, & Nomen Criſpini; ut eſt apud Gruter. DLXXV. 3. apud Cuperum in Epiſt. Conſul. n. 3. ex Gudianis, & demum in Fabret. pag. 695. n. 260.

Anno V. C. *942.*
Ær. Chr. *190.*

M. AVR. COMMOD. ANTONIN.
IMP. AVG. VI. } COSS.
M. PETRONIVS SEPTIMIANVS.

2 *Lanuvii in Latio in parietibus*
Eccleſiæ Maior. prope turrim Campanariam.

M. AVR. AVG. LIB
[a] AGILIO SEPTENTRIO
NI. PANTOMIMO SVI
TEMPORIS. PRIMO SACERDO
TI. SYNHODI. APPOLLINIS. PA
RASITO. ALVMNO. FAVSTINAE
AVG. PRODVCTO. AB. IMP. M.
AVREL. [b] COMMODO. ANTONI
NO. PIO. FELICE. AVGVSTO
ORNAMENTIS. DECVRIONAT
DECRETO . ORDINIS . EXORNATO
ET. ALLECTO. INTER. * IVVENES.
S. P. Q. LANIVINVS (*ſic*)

In Dex. latere

. . . . iMP. COMMODO. VI.
. . . . septiMIANO. COS

(*a*) AGILLONE. ideſt *poculo* vel *lagena a potione*. Apud Grut. 7. CCCLXXX. etiam cognomen poſtponitur officio.
(*b*) *Eraſum Commodi nomen, & poſtea majoribus literis reſtitutum.*
* *Auguſtales*, ſcilicet Pigh. Hanc mendoſam dedit Gruter. CCCXXX. 3. quoad Conſules, quapropter iterum protuli ex Cl. Georgii cit. Adnotationibus in Tom. II. Baronii pag. 347. ad d. Chr. an. qui e detritis hodie literis *dext.. latere* lapidis (ut ſupra ſcripſimus) eruendum cenſet.
Horum Conſulum prænomina, & nomina integra reperiuntur apud eumdem Gruterum CCC. 2. MCI. 1. & apud Fleetwod pag. 146.

IMP. CAES. M. AVRELIO
ANTONINO . AVG. PIO
FELICE. VI. M. PETRONIO
SEPTIMIANO. COS. X. KAL. APRIL

Ex his a Relando *Septimiano* prænomen Marci tribuitur. Faſti Idatiani, & Proſperi Chronicon : *Commodo* VI. & *Septimiano*.

Anno V. C. *940.*
Ær. Chr. 188.

C. ALLIVS FVSCIANVS II. } COSS.
. . . . DVILLIVS SILANVS II.

3 *Ex Tranſactionibus Anglic.*
Vol. V. Par. II. Cap. II. pag. 57.

I . O . M
AL. AVG. OB
viRTVT. APPEL. CVI
PRAEEST. TIB. CL. TIB. F. P
LING.. N. IVSTINVS
PRAEF. FVSCIANO
II. SILANO. II. COS

Jovi O. M.
Ala Aug. Ob
Virtutem Appellata, Cui
Praeeſt Tiberius Claud. Tiberii F. Provincia
Lingonenſi . . . Iuſtinus
Praefectus, Fuſciano
II. Silano II. Conſulibus.

Hæc

Hæc aliquantulum varians apud Gruterum MVI. 9. qui ponit apud *Ould Carlile* in Cumberlandia Angliæ ex Cambdeno, & Cortono.

ALA. AVG. OB VIRTVTEM
APPELLATA &c.

in alia apud eumdem MVII. 3.

Fuſciani meminit Lampridius in *Commod.* Cap. VII. *Vota pro eo facta ſunt Nonis Piis, Fuſciano iterum Coſ.* Proſperi Chronic. Faſti Vindobonenſes, & Idatiani: *Fuſciano, & Silano* abſque geminati Conſulatus nota. Confer de horum Conſulum nominibus Noriſii *Epiſt. Conſul.* qui notam numeralem II. *Silano* non addit; *quia ſuffectis forte* (ait Cl. P. Stampa ad hunc an. in cit. Faſtor. Continuat.) *non additur ex uſu Veterum nonnullorum*. Sed huic uſui contradicit noſter lapis.

Anno V. C. 949.
Ær. Chr. 197.

APP. CLAVDIUS LATERANVS }
. . . . RVFINVS } COSS.

1 *Veruli in latere Stylobatis,*
Ex Maffejo Inſcript. Var. CCCLXII. 1.

D E D I C A T A . K A L . I V N
L A T E R A N O . E T
R V F I N O . C O S
O B . C V I V S . D E D I C A T I
O N E M . D E D I T . D E C V R . E T
V I V I R . E T . A V G V S T . ✱ . I I I . A D I E C
T O . P A N E . E T . V I N O . P O P V
L O . ✱ . I I . C V R A N T E . V R C V
N I O . S E C V N D O

Horum Coſſ. ſolum cognomina nota ſunt ex hoc lapide, & aliis antiquis, ſi unum excipias apud Gruter. LI. 1. in quo verſ. 4. nominatur APPIVS. CL. LATERANVS &c. Celeb. Petavius *Rufino* prænomen *Marci*, & nomen *Marii* adtribuit; at quibus documentis, neſcio.

Anno V. C. 950.
Ær. Ch. 198.

TIBERIVS SATVRNINVS. }
C. GALLVS. } COSS.

2 *Eruta an. 1663. ſub Cœnobio SS. Joh. & Pauli,*
hodie in Ædibus Capitolinis.
Ex MS. Cl. V. Phil. Baron. de Stoſch, qui exſcripſit.

I M P E R A T O R I . C A E S A R I
M . A V R E L I O . A N T O N I N O
A V G
L . S E P T I M I . S E V E R I . P I I
P E R T I N A C I S . A V G . F I L I O
D O M I N O . I N D V L G E N T I S S I M O
P A E D A G O G I . P V E R O R V M . A . C A P I T E
A F R I C A E . Q V O R V M . N O M I N A . I N F R A
S C R I P T A . S V N T

TRYFERVS. VER.	LIB	PETIZAGE	S. LIB
EVPERILEMPTV	S. LIB	ZOILV	S. LIB
EVTYFRO	N. LIB	FREQVEN	S. LIB
TROPHIMVS. VER.	LIB	MODESTV	S. LIB
POLLVX. VER.	LIB	PATROCLV	S. LIB
CHRYSOMALLV	S. LIB	HERME	S. LIB
PHILETERVS. VER.	LIB	NICOMACHVS. VER.	LIB
EVTYCHE	S. LIB	PAEDICV	S. LIB
SPENDO	N. LIB	HERMOGENE	S. LIB
PERSEV	S. LIB	NEON VER.	S. LIB
HERME	S. LIB	ANEMVRIV	S. VER
FELIX	S. LIB	EVTYCHE	S. LIB

P R O C V R A N T I B V S . S A T V R N I N O . E T . E V M E N I A N O
D E D I C . I D I B . O C T . S A T V R N I N O . E T . G A L L O
C O S

Hæc apud Spon. *Miſcell.* Sect. VI. pag. 227. ſed non ad fidem lapidis; accurata vero apud Fabret. p. 296. n. 257. & ſolum varians a *Stoſchiana* in fin. verſ. 29. ubi ſcriptum eſt LIB. pro VER. Horum nuda Conſulum cognomina non ſolum ex hoc lapide, ſed etiam ex altero apud Gruter. XCIX. 1. apparent; nomina vero ex alia Gruteri CCC. 2. & *Gudiana* ex *Ligorii Collectione*, in qua legitur:

K A L . M A R
T . S A T V R N I N O . E T . C . G A L L O . C o S

Anno V. C. 951.
Ær. Chr. 199.

P. CORNELIVS ANVLINVS II.
M. AVFIDIVS FRONTO. } COSS.

Effoſſa ex ruderibus Cubulteriæ,
ſeu Compulteriæ, exciſæ Urbis in Regno Neapolitano.
Ex Annal. Liter. Ital. T. II. p. 303.

1 SAC
ANNIVS LIBO
CONS. CAMP
V. S. L. M

Ad latus Marmoris:

2 DED. VII. KAL
MAIAS ANVLIN
II ET FRONTON.
COSS

Annius iſte *Libo Conſ. Campaniæ Votum Solvit* &c. hoc anno Ær. Chr. 199. & idem fuiſſe videtur, qui an. 204. Conſul fuit cum *Fabio Septimio Cilone II.* Vid. Almelovenii *Faſt. Conſul.* pag. 145. Prænomina & nomina horum Conſulum, ut in Muratoriano laterculo, habes apud Gruter. CCCXIII. 5. & DCLXXIII. 12. non vero in alia apud eumdem (ut vult Cl. P. Stampa) CCLXIII. 1. in qua cognomina ſola, ut in noſtra. ANVLLINO duplici L. in cit. Epigraphis, & apud Reineſ. 42. I. pag. 86. ac in ſeq. ænea Tabula ſemper ſcribitur.

3

Romæ.
Ænea lamina apud Marchionem Macaranium,
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCIX.

IMP. SEVERO. ET. ANTONINO. AVGG
BRITTANICIS. PP. ET. IVLIAE. AVG. MATRI. AVGG. ET. CASTROR
. . . . *verſus integer deletus* . . . .
C. V. II. . . . . II. COS. C. IVNIO. RVFINO. PR. C. IVNIO. BALBO. S. PR
M. VLPIO. CONSTANTINO. TR. C. ATTICIO. SPERATO. 7.
GENIO. 7. II. QVI. FRVMENT. PVBL. INCISI. SVNT. KAL. MARTIS
DE. SVO. POSVERVNT. QVORVM. NOMINA. INFRA. SCRIPTA. SVNT. MILITES. FACT
ANVLLINO. II. ET. FRONTONE. COS

T. SCVTRIVS. T. LIB. FAB. SABINIANVS. ROM. M. F. PR. K. IVN. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
M. ANNIVS. M. FIL. FAB. PRIMITIVS. ROM. M. F. VIII. K. AVG. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
T. FLAVIVS. T. FIL. MAEC. ALEXANDER. NEAP. M. F. VIII. K. AVG. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
A. CERVIDIVS A. FIL. IVL. REPOSTVS. VTIN. M. F. VIII. K. AVG. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
L. LALLIVS. L. LIB. THARS. IVLIANVS. CILIC. M. F. VIII. K. AVG. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
Q. VALERIVS. Q. FIL. IVL. FELIX. KARTH. M. F. VIII. K. AVG. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
C. SATRIVS. C. FIL. FAB. NEPTINALIS. ROMA. M. F. IIII. ID. AVG. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
Q. MINVCIVS. Q. FIL. ARN. FLAVIANVS. KARTH. M. P. XVI. K. NOV. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
M. GARGILIVS. M. FIL. FAB. IANVARIVS. ROMA. M. F. VI. K. NOV. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
M. CALVISIVS. M. FIL. VLP. FORTVNATVS. HADR. M. F. ID. NOV. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
T. MVCILIVS. T. FIL. ZOSIMVS. MACED. M. F. VIII. ID. DEC. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
C. AVFIDIVS. C. FIL. ARN. RESTITVTVS. KARTH. M. F. VIII. ID. DEC. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
M. ARRIVS. M. FIL. FAB. CASTOR. ROMA. M. F. VIII. ID. DEC. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
ADIVT. L. CASSIVS. L. LIB. AGON. LEPIDVS. REGIO. M. F. IIII. K. IAN. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC

SEVERO. ET. VICTORINO. COS

Q. SOSIVS. Q. LIB. IVL. THEOMNESTVS. REGIO. M. F. K. FEB. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
BD L. SEPTIMIVS. L. LIB. FAB. HYGINVS. ROMA. M. F. ID. FEB. MAGNO. PR. FPAD. X. T. CXL. IVKC
ITEM. PRINCIPALIBVS. QVIBVS. HONOREM. HABVERVNT
P. TVTICANO. HERMETI. B PR. P. AELIO. STEPHANO. LIBR. I. D
T. CORNELIO. HONORATO. VEX. 7. L. CORNELIO. HERCVLANO. OPT. 7
M. SENTIO. VITALI. TESS. 7. CVRA. AGENTE
P. CORNELIO. L. P. HONORATO. VEXIL. 7
ET. L. CORNELIO. L. P. HERCVLANO. OPT. 7

„ Eximia hæc, ait Maffejus, inſcriptio in nulla ex magnis collectionibus reperitur: unice in Fabretti Columna Trajana p. 37. „ exhibetur, qui liber non omnibus præſto eſt. Illius etiam exemplar apud me eſt, celebris Franciſci Blanchinii manu „ ab autographo diligenter deſumptum, ex quo emendationem hauſi magni momenti; ubi enim Fabrettus BRITTA- „ NICA PS. quæ explicari nequibant, Blanchinius BRITTANICIS PP. Brittanici tum *Severus*, tum *Caracalla* dicti „ ſunt. Utriuſque Προτομαὶ laureatæ in ſumma tabulæ, interque illas exiguo veluti numiſmate, *Geta* effictus: A- „ quilæ ſimiliter cum fulminibus plures. Verſus tertius eraſus fuit integer, & in quarto *Geta* iterum Conſulis nomen, „ cujus tamen dignoſcuntur veſtigia. Plura diſcimus ex hac lamina; itemque ob eam in quaſdam difficultates incidi- „ mus, de quibus alibi.

Anno V. C. 952.
Ær. Chr. 200.

TIBERIVS CLAVD. SEVERVS.
C. AVFIDIVS VICTORINVS. } COSS.

1 *In oppido Cariaræ Etruriæ*
in Æde B. Sicardi.
Ex Cyriaci Anconit. Nov. Fragment. edit.
Piſauri 1763. p. 15. num. 27.

I . O . M

PRO SALVTE IMPP

L. SEPTIMI SEVERI

ET M. AVR. ANTONINI

AVGG. FR. CLARISS

ET. IVL. AVG. MTR. CAS

SVB CVRA FL. MVCIANI

S. FR

M. FIRMIDIVS SPECIA

TVS FR. LEG. II. ITAL. P. F

OPTIO CONSECRAVIT

ITEM DEDICAVIT

III. IDVS APR. SEVERO ET VICTOR

COSS.

Ad hanc ſcribit Cl. Oliverius: „ Ex Apiano vulgavit Gruterus lineis aliter diſpoſitis pag. XII. 1 . . . . . . & ad ea verba lin. 5. FR. CLARISS. notavit, ſine dubio abundant. Manifeſtum tamen eſt non abundare, ſed aliarum vocum eraſarum loco ſubſtituta fuiſſe. Porro in eo marmore inſcriptum olim Getæ nomen proculdubio fuit, quod e publicis monumentis poſt ejus necem a Caracalla fratre perpetratam, eraſum fuiſſe, contra quam Illuſtriſſ. Fontaninus Lib. I. cap. 3. de Antiq. Hort. ſenſerat; accurate, &, niſi plus æquo mihi blandior, invictus meis argumentis firmavi in *Not. ad Marm. Piſaur.* XIX. Eamdem doctiſſ. Archiepiſcopi ſententiam, ut primum opus illius prodiit, ſtatim improbavit Camillus de Silveſtris datis literis ad Illuſtriſſ. D. a Turre Epiſc. Adrienſem, quas vulgavit poſtea Vir de literaria re optime meritus. D. Angelus Abbas Calogiera *Tom. II. Opuſcul.* illas non viderat, quum Marmora Piſaurienſia edita ſunt; neque tamen piget nunc, aut pudet rem pertractaſſe; illud tantum dolet, quod Viri Eruditiſſimi opus non laudavi. Olim igitur in Marmore legebatur: ET P. GETAE. CAES. quarum literarum loco erat, non FR. CLARISS. ut habent edita exempla, ſed PR. CLARISS. ideſt *Principibus Clariſſimis*, ut in arcu Clivi Capitolini *Optimis Fortiſſimiſque Principibus*. Gruterus lin. 6. habet MAT. CAES. Rectius Cyriacus MAT. CAS. h. e. *Caſtrorum*; notus *Juliæ* Aug. titulus; neque enim *Mater Cæſaris* dumtaxat dici potuit Auguſto jam filio, ſed *Mat. Augg.* vel *Mat. Aug. & Caeſ.* Gruterus item lin. 8. edidit SER. melius Lazius S. FR. emendate vero Cyriacus 7. FR. h. eſt, *Centurio Frumentariorum*. Notum eſt, in legionibus Frumentarios milites fuiſſe; eos ſeparatim numerum ſuum conſtituiſſe, docet Inſcriptio Gruteri p. 520. 8. in qua occurrit *Veteranus* ex numero *Frumentariorum*. His autem numeris *ad majorum corporum inſtar Centuriones, vel Præfectus, Decuriones &c. præfuiſſe, conſentaneum eſt*, ut ait acutiſſimus Reineſius Cl. I. 25. Sane *Præfecti* nomen exhibet Inſcriptio Muratoriana p. 866. 2. in qua PRAEF. FRVM. LEG. XI. CLAV. P. FEL. occurrit. Sed cum ex Ligorii penu deprompta illa ſit, vereor, ne ſatis auctoritatis habeat. *Centuriones* autem Frumentariis præpoſitos fuiſſe, non eſt cur dubitemus; neque vero teſtem cito dumtaxat Inſcriptionem a Reineſio ibidem editam, iterumque a Fabretto de *Col. Traian. Cap. II.* p. 34. valde enim illa mihi *ubique* ſuſpecta eſt; ſed duas alias incorruptas, atque integras Inſcriptiones, quæ in Grutero occurrunt, nempe p. 347. I. ubi *Marcellus* CENT. FRVM. apparet, & p. 487. 6. in qua *Vibius Marianus* 7. FRVMENT. dicitur, quibus addatur Carrarienſis hæc Inſcr. ut locupletiſſimum militaris hujuſce gradus teſtimonium habeatur. *Firmidii* cognomen in Grutero eſt SPECLATVS. in Lazio IVSTVS. *Severi & Victorini* Conſulatus annum Ær. Chr. 200. indicat.

Horum Conſulum cognomina habes etiam in *Ara Votiva* illuſtrata erudito commentario italice ſcripto ab Cl. V. Rodulphino Venuto Romæ edit. typis Hier. Mainardi 1753. Epigraphen tantum recuſit iterum Murat. CCCXLVII. 2. Prænomina vero, & nomina *Severi & Victorini*, ut in Faſtis leguntur, in duobus *Gruterianis* CCLXIX. 2. & CCC. 2. reperies.

Anno V. C. 953.
Ær. Chr. 201.

L. ANNIVS FABIANVS.
M. NONIVS MVCIANVS. } COSS.

2 *Genevæ.*
Effoſſa an. 1752. in fundamentis porticuum Eccleſiæ S. Petri.
Ex Maffeio in Opuſculo Sopra un Dittico del Sig. Cardinale Quirini *edit. Veronæ 1754.*

DEO. INVICTO

GENIO. LOCI

FIRMIDIVS. SE

VERINVS. MIL

LEG. VIII. AVG. P. F

CC. STIP. XXVII. ARAM

EX. VOTO. PRO. SALVTE

SVA. V. S. L. M. POSVIT

MVCIANO. ET. FABIANo. COS

D. *De Vernet.* rei antiquariæ peritiſſimus ita legit:

Deo Invicto
Genio loci
Firmidius Se
verinus Miles
Legionis Octavae Auguſtae, Piae, Felicis
Conſtantis, Commodae, ſtipendiorum XXVII. Aram
Ex voto pro ſalute
Sua votum ſolvens libenter merito poſuit.
Muciano & Fabiano Conſulibus.

In 1. lin. DEO INVICTO (forſan) *Marti*, cum *Firmidius* fuerit miles, qui *Aram poſuit*. Apud Grut. LVIII. 1.

DEO INVICTO
MARTI &c.

& apud Murat. XLIII. 7.

MARTI
INVICTO &c.

Lin. 5. & 6. legerem LEGio VIII. AVG. *Pia Fœlix Commoda Conſtans*.

Hæc recuſa in Hiſt. *Liter. Ital. Vol. X. pag.* 295. *ex ipſo Maffejo*: & iterum Vol. XI. ejuſdem *Hiſt.* pag. 227. at in hoc cum mendis. In aliis lapidibus ex *Grutero* apud Relandum videris relatos Conſules hujus anni, & præſertim in veteri lapide in *ædibus Capitolinis* apud eumdem Grut. XXXII. 6. in quibus horum prænomina, & nomina habentur; in Nov. Theſ. CCCXLVIII. 1. 2. 3. cognomina ſolum, ut in *Genevenſi* lapide.

Antoninus Caracalla in annum inſequentem Conſul deſignatus eſt. Et id eruitur ex veteri Epigraphe reperta in *Cœmeterio Commodillæ* an. 1720. & a Boldetto evulgata in *Append.* pag. 808. & iterum a Georgio in *Not. ad Critic. Pagii in Baron.* ad hunc annum ita:

IMP. CAES. M. AVRELIO. ANTONINO. PIO. FELICI. AVG
TRIB. POT. IIII. COS. DESIGNATO. PROCOS. IMP. CAES
L. SEPTIMI. SEVERI. PII. PERTINACIS. AVG. ARAB. ADIAB
PARTH. MAX. FORTISSIMI. FELICISSIMI. FILIO
DIVI. ANTONINI. PII. GERM. SARM. NEP. DIVI. ANTONINI
PII. PRONEP. DIVI. HADRIANI. ABNEP. DIVI. TRAIANI
PARTHIC. ET. DIVI. NERVAE. ADNEPOTI

Anno V. C. 957.
Ær. Chr. 205.

M. AVRELIVS ANTONINVS CARACALLA IMP. AVG. II. }
P. SEPTIMIVS GETA CÆSAR. } COSS.

1 *Beneventi*

prope ædes Excellentiſſ. Principis Morra.
Ex Ampliſſ. Præſ. Joh. de Vita Epiſc. Rheatino
Inſcr. Benevent. XXX. 6.

M
.... F. VLP. FLORVS
......*ev*OCATVS MIL. FEC...
...... HIC IMP. SEVER......
...... O TRANSLATVS IN.....
...... ANTONINO II. COS.....
...*prin*CIPALIS IN COH. SS.....
..*Antonin*O COS. PROMOT*us*.....
...... COH. SS. ANTONIN......
......TVS OPTIO IN COH SS...
...*Antoni*NO COS FACTVM STI..
....*Lae*TO ET CERIALE COS...
.....ADIVTOR QVAESTO*ris*..
...*Extr*ICATO COS FACTVS..
.....ONTIA *Coniugi*
b. m. f.

In hoc fragmento plura militiæ munera referuntur, quibus variis temporibus *Florus* inſignitus fuit. De hujus anni Conſulibus vid. laud. P. Stampa in cit. *Faſtor. Continuat.* ad hunc an. & Murat. *adnotat.* ad Epigraph. 1. p. CCCLI.

Anno V. C. 958.
Ær. Chr. 206.

NVMMIVS ALBINVS. }
FVLVIVS ÆMILIANVS. } COSS.

2 *Romæ*
in cœmeterio Prætextati,
E ſchedis meis.

.. KAL. FEBR.
.. ALBINO. ET. FVLVIO. AEMILIANO. COS
..LIVM ARTEMIDOVM. C. V. CVRAT. ALVEI [1]
* .. IR. ET. CLOACAR. VRBIS

Mutilior in *Nov. Theſ.* MCMXCVII. 4. ex *Marangonio*.
1. *Artemidorum*.
* *Tiberis*.

Priori Conſuli adde *Marci* prænomen ex Reineſii Epigraphe 132. VI. p. 465. recuſa a Fabretto pag. 100. n. 228. & in *Nov. Theſ.* CCCLII. 2. quam non obſervarunt CC. VV. Stampa, & Georgius; & ideo *Albini* prænomen ab iis in Saxis deſideratur. Nomina, & cognomina horum Coſſ. habentur in aliis lapidibus, apud Don. Cl. III. n. 44. p. 124. iterum edita a Murat. CCCLII. 2. & apud Gruter. CLXXV. 8. & in noſtra ſolum quoad poſteriorem Conſulem, cum marmor ſit exeſum.

Anno V. C. 961.
Ær. Chr. 209.

CIVICA POMPEJANVS. }
LOLLIANVS AVITVS. } COSS.

3 *Aventici Helvetiorum.*
Pavimentum repertum an. 1679. opere muſivo fabricatum, & variis animalium figuris exornatum, cum hic literis in medio.

POMPEIANO ET AVITO COSS.
KAL. IAN.

Ex Cl. Schmidt *Recueil d' Antiq. trouvés a Avenches &c.* p. 22. & ex MS. D. Abb. Petri Gnocchi. Eadem apud Spon. *Miſcell.* p. 40.

4 *Romæ inventa in Exquiliis.*
Ex Donio Cl. VI. n. 155. p. 268.

D . M
AVREL. MVCIANO
MIL. COH. V. PR. 7
BARBATI. MILITA
RE. COEPIT. POMPE
IANO. ET. AVITO. COS
ANN. XV. VIXIT. ANN
XLV. NATVS TREM
ONTIAE. CL. PAVLINA
COIVGI. KARISSIMO
EX. TESTAMENTO
FECIT

Hæc apud Murat. CCCLII. n. 5. ex *Vignolio Inſcript. Select.* p. 310. qui lineam 1. omittit, & in fine 3. non habet 7. In his Epigraphis extant ſolummodo horum Conſulum cognomina, nomina vero in Gudiana his verbis:

CIVICA. POMPEIANO. ET
LOLLIANO. AVITO. COS

Anno V. C. 963.
Ær. Chr. 211.

LOLLIANVS GENTIANVS. }
POMPONIVS BASSVS. } COSS.

5 *In ruinis Carnunti, prope Viennam Auſtriæ, in pago* Pedernel *effoſſa.*
Ex Sponio Sect. III. in Miſcell. pag. 84.

SILVANAB. ET. QVADRIBIS. AVG. SACRVM
C. ANTONIVS. VALENTINVS. VET. LEG. XIIII. G
MVRVM. A. FVNDAMENTIS. CVM. SVO. INTROITO
ET. PORTICVM. CVM. ACCVBITO. VETVSTATE
CONLABSVM. IMPENDIO. SVO. RESTITVIT
GENTIANO. ET. BASSO. COS.

Silvanæ (inquit Sponius) *Faunæque Sylvarum Præſides Deæ, quæ & Dryades & Hamadryades aliis dictæ, neſcio quæ monſtra hic habeant ſociata: an feminumina* Quadriviis præſidentia, *quales in biviis, triviiſque Hermi, ſeu Mercurii ab antiquis culti? Gentianus idem eſt ac Quintus Epidius Rufus Lollianus Gentianus: unde non mirum ſi aliquando Faſti, vel Authores ultimum cognomen brevitatis cauſa omittant.*
Horum Conſulum cognomina, ut in hoc *Sponiano* lapide, reperies in aliis apud Gruter XXIV. 7. Aventinum in *Annal. Bojorum p.* 56. Thomaſin. de *Donar. Veter.* cap. 3. Reineſium &c. Quod videſis apud Relandum.

Anno V. C. 968.
Ær. Chr. 216.

C. ATIVS SABINVS II. } COSS.
... CORNELIVS ANVLINVS.

Tuſculi
in Villa Burgheſia.
E Schedis meis.

IMP. CAES. M. AVRELIO. AN
TONINO. PIO. FELICI. AVG
PRINCIPI IVVENTVTIS. NV
MINI PRAESENTI RESTITV
TORI ET CONSERVATORI
SEMPER VITAE ADQVE
DIGNITATIS SVAE
DEVOTISSIMVS. NVMI
NI. EIVS
M. AVRELIVS. MACER. FAVSTINIA
V. C

Latere ſiniſtro.

DEDC. XVIII. KAL
SEPTEM.
CATIO. SABINO. II. ET. CORNE
LIO. ANVLINO. COS

Hæc apud Spon. *Miſcell.* Sect. VIII. p. 271. ubi verſ. 10. ſcribit: A. AEMILIVS, & *ſiniſtro latere*:

DEDIC. XVIII. KAL
SEPTEM. A
CATIO SABINO ET CORNE
LIO ANVLINO COS

„ Fabrettus (ait Georgius in cit. Notis ad hunc an.) Inſcript. pag. 682. n. 76. veterem lapidem *In Villa Burgheſia Tuſcu-* „ *lana prope magnas ædes Montis Draconis ſub topiariorum finem* ita vulgavit *latere ſiniſtro*: „ (nam cætera apud eumdem ſunt ut in noſtra)

DEDIC. XVIII. KAL
SEPTEM. A
C. ATIO. SABINO. ET. CORNE
LIO. ANVLINO. COS

„ Verum in hac inſcriptione, quam ſæpe, ac diligenter inſpeximus, legitur DEDC. omiſſa litera I, deinde poſt SEPTEM.
„ non ſequitur litera A, ſed ſignum quoddam interpunctionis loco. Poſt hæc habetur CATIO SABINO II. Idcirco mihi viſum
„ ſemper fuit, nullum poſt litteram C. ſpatium intereſſe, quo interpunctio collocari deneat, proindeque legi oporteat C.
„ ATIO. Sed legi cenſeo ibidem CATIO ſine prænomine. Noriſius ergo, qui in *Epiſt. Conſul.* p. 128. hanc Inſcriptionem apud
„ Sponium P. I. *Itin.* p. 346. viderat, legendum pro (CATIO) C. ATIO putavit; ſi lapidem inſpexiſſet, forte ſententiam mutaſſet.

Anno V. C. 976.
Ær. Chr. 224.

. . . . IVLIANVS II. } COSS.
. . . . CRISPINVS.

Extra Urbem in S. Pauli.
Ex Epiſtola Cl. V. Reverendiſſimi P. Abb. Petri Aloyſii Galletti
in Ephem. Liter. Flor. T. XVIII. *col.* 58.

ΦΑΒΙΑ ΑΙΛΙΑ ΦΑΒΙΑΝΗ ΦΑΒΙΩ. ΟΝΗΤΟΡΙ. ΤΩ. ΙΔΙΩ
ΧΑΙΡΕΙΝ
ΤΟΠΟΝ ΟΝ ΠΑΡΕΚΑΛΕΣΕΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΚΗΠΟΙΣ ΜΟΥ
ΙΝΑ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣΗΣ ΜΝΗΜΑΦΙΟΝ ΕΚΕΙ ΣΥΝΚΕ
ΧΩΡΗΚΕΝΑΙ ΜΕ ΣΟΙ ΚΑΙ ΕΠΙΤΕΤΡΟΦΕΝΑΙ ΟΙΚΟ
ΔΟΜΗϹΑΙ ϹΕ ΙΝΑ ΔΙΑΠΑΝΤΟϹ ϹΟΙ ΑΝΗΚΕΝ ΤΟΥ
ΤΟΙΣ ΤΟΙΣ ΤΟΙΣ ΓΡΑΜΜΑϹΙ ΜΟΥ ΟΙϹ ΥΠΕΓΡΑΨΑ
ΤΗ ΠΡΟ Ι ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΑΥΓΟΥϹΤΩΝ. ΚΑ ΙΟΥΛΙΑ
ΝΩ ΤΟ Β ΚΑΙ ΒΡΥΤΤΙΩ ΚΡΙϹΠΙΝΩ. ΥΠΑΤΟΙϹ
ΔΗΛΟΝ ϹΟΙ ΠΟΙΩ ΟΥ ΜΗΔΕΜΙΑΝ ΑΜΦΙϹΒΗΤΗ
ϹΙΝ ϹΕ ΠΟΤΕ ΕΞΕΙΝ ΕΞ ΑΥΤΩΝ ΤΩΝ ΓΡΑΜ
ΜΑΤΩΝ ΜΟΥ ΔΗΛΟΝ ΕϹΤΙΝ ϹΟΙ ΔΕ ΔΙΑΦΕΡΕΙΝ
ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΤΟΥ ΜΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΟΙΚΟΔΟΜΗϹΑϹ
ΕΡΡΩϹΕ ΔΙ ϹΕ ΕΥΧΟΜΕ. ΕΡΡΩϹΟ

Ita vertit Reverendiſſimus P. Abb. Galletti, qui exſcripſit:

Fabia. Aelia. Fabiana. Fabio. Onetori ſuo. ſalutem.

*Locum, quem poſtulaſti in hortis meis, ut ædifices monumentum parvum ibi, conceſſiſſe me tibi, & permiſiſſe, ut ædifices, ut in perpetuum ad te pertineat, his litteris meis, quibus ſubſcripſi die X. ante Kalendas Auguſtas. (*CL. *Juliano ſecundum, & Brutio Criſpino, Conſulibus. notum tibi facio. Cujus nullam controverſiam te unquam habiturum ex ipſis litteris meis manifeſtum eſt, atque ad te ſpectare locum menſura, qua ædificaſti: valere autem te precor, vale.*

Aliquod

Aliquod mendum irrepſiſſe in hunc lapidem animadvertit Cl. Gallettus, ubi in cit. Epiſtola ait: „ Certamente nella lin. 4.
„ ove ſi legge ΜΝΗΙΜΑΘΙΟΝ, ſi dee leggere, ΜΝΗΜΑΤΙΟΝ; nella lin. 7. ΤΟΙΣ è pure ſuperfluamente due volte
„ replicato; nell' ult. linea ſi dee leggere ΕΡΡΩϹΑΙΔΕ, ed ΕΥΧΟΜΑΙ, ſcorgendoſi in queſto marmo male adoperato
„ il dittongo AI, che ne' tempi poſteriori ſi incominciò a pronunciare per E. Pregiabiliſſimo però è ſenza dubbio,
„ come quello che può aſſicurarci, appartenere il Conſolo *Giuliano* alla ſamiglia *Claudia*, della qual coſa è controverſia
„ ſra gli Eruditi; ed il *Noris* nella ſua dottiſſima Epiſtola Conſolare, apertamente il nega, quando ſi tratti del Con-
„ ſolo *Giuliano* dell' anno CCXXIV. ed oltre a ciò ci ſcuopre coſa non più da altri ſaputa, che il Conſole *Criſpino* ſia
„ ſtato dalla ſamilia *Bruzia*. Circa *Giuliano*, concorda queſto marmo con altro riferito dal *Fabretti pag.* 695. n. 260. e
„ con un altro pure riportato eſattamente dal *Noris* nella ſuddetta Epiſtola, e con varj Reſcritti Imperiali riferiti nel
„ Codice di *Giuſtiniano*, ove è ſegnato il Conſolato II. di *Giuliano*, col primo di *Criſpino*: perlochè ſempre più ſi
„ conſerma, che ne' Faſti di Vienna, nel Cronico di *Proſpero*, nel *Bucherio*, ed in qualche eſemplare de' Faſti Greci
„ di *Trone*, malamente è mentovato il Conſolato di *Giuliano*, unito a quello di *Criſpino*, ſenza eſprimere nel primo
„ di averlo queſt' anno CCXXIV. eſercitato per la ſeconda volta; difetto, che può molto oſcurare ne' Faſti la giuſta
„ ſituazione de' Conſoli. Nell' anno CCXXXVII. fù Conſole ſuffetto per certo un *Claudio Giuliano*, poichè *Capitolino*
„ nella vita di *Maſſimo*, e di *Balbino*, *cap.* 17. recita l' Epiſtola, *Quæ*, (dice egli) *ſcripta eſt a Conſule ſui temporis de*
„ *Pupieno*, *&* *Balbino*, con la direzione: *Pupieno*, *&* *Balbino*, *Auguſtis*, *Claudius Julianus*, il quale ſi congratula con
„ eſſo loro dell' Impero conferitoli, avendolo inteſo dal Decreto del Senato, *quod vir Clariſſimus Celſus Ælianus Collega*
„ *tranſmiſerat*. Perlochè non potendoſi dubitare, che nell' anno CCXXXVII. in cui furono que' due Auguſti aſſunti
„ all' Imperio, non foſſe Conſole *Claudio Giuliano*. E' manifeſto, che ſe queſti è il medeſimo, ed il può eſſere, che
„ eſercitò il Conſolato con *Criſpino* l' anno CCXXIV. fu anche la terza volta Conſole. Se all' immortale Cardinal
„ *Noris* foſſe ſtata nota queſta noſtra Iſcrizione, parlando egli de' Conſoli *Criſpino*, e *Giuliano*, non avrebbe detto, *neu-*
„ *trius familias compertas habeo*; ed altrove, *proinde perperam imperante Alexandro ordinarius Conſul* (Claudio Giuliano)
„ *obtruditur*. Venendo ora all' altro Conſole *Bruzio Criſpino*, ſerve queſta noſtra Iſcrizione a far vedere, che quel
„ marmo appartenente a C. *Clodio Criſpino* Conſole, che il *Muratori* riferiſce nel ſuo nuovo Teſoro pag. CCCLVI. 1. e
„ ſi proteſta di non ſapere, a chi ſpetti, ſe al *Criſpino* Conſole nel CCXXIV. o al *Criſpino* Conſole nel CLXXXVII.
„ ſerve dico a far conoſcere, che eſſo non può ſpettare all' anno CCXXIV. di cui il *Criſpino* non era della gente
„ *Clodia*, ma della *Bruzia*; perlochè fintanto che altri *Criſpini* non ſi ſcuoprono eſſere ſtati Conſoli, ſi potrà franca-
„ mente dire, che il *Criſpino* dell' anno CLXXXVII. ſia ſtato della famiglia *Clodia*; e così per cagione del ſolo no-
„ ſtro marmo verranno ad eſſere in qualche modo raſſettati i tre laterculi degli anni CLXXXVII. CCXXIV. e
„ CCXXXVII.

Horum Conſulum prænomina amplius non latent.

Anno V. C. 977.
Ær. Chr. 225.

..... FVSCVS II. } COSS.
..... DEXTER.

Ex Sponio in Miſcell. Sect. IX. pag. 304.
In menſura, ſeu in amphora.

M E T A
R E T V S
P . C . VIII
L . T V R P I L I O
D E X T
E T * P R I S C O
C O S

* Forte pro FVSCO.

In aliis Inſcriptionibus apud Gruter. IX. 2. & CXXI. 1. verſ. 21. notam iterati conſulatus *Fuſci* habes; in Faſtis vero Vindobonenſibus, Theonis, & Idatii, Proſperi Chronico, ac Bucherii laterculo non ita. Vid. Norilii cit. *Epiſt.* pag. 189. & *Faſt. Continuat.* Stampæ ad hunc an.

Anno V. C. 980.
Ær. Chr. 228.

TIB. MANILIVS MODESTVS. } COSS.
SERG. CALPVRNIVS PROBVS.

2 *Beneventi*
in antiquis ædibus PP. Carmelitarum.
Ex Theſ. Antiq. Benevent.
Ampliſſ. Præſ. Joh. De Vita Diſſ. II. p. 87.

ATTINI SACRVM
ET MINERVAE BERECINT
CONCORDIA COLLIB. IANVARI
CIMBALIOCO SECVNDO OB
CRIOBOLIVM FACTVM M. D
M. I. TRADENTIB. SEPTIMIO
PRIMITIVO AVGVRE ET SAC
SERVILIA VARIA ET TERENTIA
FLAVIANA SACERD. XV. VIR
PRAEVNTE MAMIO SECVNDO
HAEC IVSSV MATRIS DEVM
IN ARA TAVROBOLICA DVO
DENA CVM VITVLA CREM
SVB DIE V. IDVS APRILIS
MODESTO II. ET PROBO COS

Hæc in *Nov. Theſ.* MCMLXXX. 7. aliquantulum varians, & non ad fidem lapidis, & ita in *Not. nov. edit. Baronii* ad hunc annum.

In veteri fragmento apud Noriſium in toties cit. Epiſt.

T. MANILIO......
SER. CALPVRNIO.....

Ex *Beneventano* lapide clare *geminatus Modeſti Conſulatus* eruitur, qui hactenus ignorabatur, præterquam in Faſtis Florentinis majoribus apud Relandum, in quibus *Modeſto II. & Probo*. Nam alii Faſti, & lapides ſolum habent *Modeſto, & Probo* abſque nota iterati Conſulatus *Modeſti*, ut apud Gruter. CCLXIX. 7. & Murat. CCCLVI. 3.

Anno V. C. 982.
Ær. Chr. 230.

L. VIRIVS AGRICOLA. } COSS.
SEX. CATIVS CLEMENTINVS.

3 *In oppido Turuza.*
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCCLXII. 5.

Q. CONSIDIO NAMPIAMOVIS FILIO ....
AEDILICIO II VIRALI OB EXIMIAM
ADMINISTRATIONEM ET SINGVLAREM ERGA CI
VES AMOREM VNIVERSAE CVRIAE

In latere

DEDICATA II IDVS AP......
AGRICOLA ET CLEMENTIANO COSS

Horum Conſulum mentio fit in alio lapide ex Cupero., & Altingio in *Notit. Germaniæ Inferioris* pag. 39. a Muratorio relato CCCLVII.

CCCLVII. 2. in quo (ut in *Maffejano*) legitur AGRICOLA ET CLEMENTIANO COSS. perperam in *Nov. Theſ.* CLEMENTIANVS.

Ex his titulis ſatis conſtat, ſcribendum eſſe τῷ *Clementiano*, & non *Clementino*, ut vult Eminentiſſ. Noriſius in *Epiſt. Conſul.* pag. 192. auctoritate *Gruteriana* Tabulæ pag. CCC. 1. *lin.* 46. in qua ſupplens exeſum marmor legit *Clementino*; cum in eo forſan ſcriptum fuerit CLEMENTIANO; quam lectionem ſequutus Pagius in *Critic. Baron.* ad hunc an. ſcribit: *Clementinus.*

Faſti Vindobonenſes, & Bucherii Laterculus habent: *Agricola & Clementino*. Faſti Idatiani: *Agricola & Clemente*; ſed lapidum fides prævalet Codicibus, ut recte animadvertit Muratorius in not. ad cit. Epig. quamvis ille in *laterculo Faſtorum* habeat *Clementinus*: & nos ex dictis ſcribendum ducimus *Clementianus*.

Anno V. C. 984.
Ær. Chr. 232.

. . . . LVPVS.
. . . . MAXIMVS. } COSS.

1 *Ex Ampliſſ. Præſule*
Joh. Nic. ab Hontheim in cit. Opere
Claſſ. II. n. 8. pag. 188.

I. O. M. CONSERVATORI
TERTINIVS. VITALIS. MIL
LEG. XXX. V. V. SALIB. PRAEF
PRO. SE. ET. SVIS. V. S. L. M
VI. KAL. MAIAS. LVPO. ET
MAXIMO. COS
MATRIBVS. TREVERIS
T. PATERNIVS. PERPETVS
CORNICVLAR. LEG. XXX
V. V. L. M

Deſunt IV. poſtremi verſus apud Fabret. p. 676. n. 27. & Murat. MMXXXVII. 5. & ita ex eodem Fabretto, Cupero, & Altingio eam dedit Relandus.

„ Ex Lapide (inquit laud. Præſul) Clivenſi edidit Keyſlerus *Diſſ. de Mulier. Fatidic.* §. 49. *Antiq. Septentrion.* p. 441. Uno lapide ſimul vota perſolvebant, qui ad eandem pertinebant *Legionem* XXX. Victricem: Alter *Præfectus Salibus*, quos militibus diſpenſabat: alter *Cornicularius*, qui inter honorarios milites, Tribunorumque & Centurionum beneficiarios erat, ita nominatus ab inſigni galea, qua a cæteris dignoſcebatur. Keyſler. l. cit. *Maires*, *Maira*, *Matres*, *Matra*: quæ nomina promiſcue uſurpata ſunt: Celticæ Theologiæ partus fuiſſe videntur, quam Romani non ſegnius imbiberunt, quam Galli Romanam.

„ Acceſſerunt autem diverſa nomina a locis, quibus colebantur: *Suebas*, *Brittas*, *Maſanas*, *Auſanias*, *Gabias*, aliaſque proferunt Keyſlerus, & alii. Ille eaſdem *Matres* nonniſi *Druidas* mulieres, adeoque Sacerdotes eſſe contendit: Sed veroſimilius alii non *Druidas*, ſed *Deas* aſſerunt, quibus divini aliquid ineſſe Galli crediderint; quæque primum quidem *agreſtia Numina* fuerint, poſt vero ditionem ſuam latius extendentes, etiam pro Cæſarum, aliorumque ſalute invocari promeritæ ſint. Vid. Schoepflin *Alſat. Illuſtr.* T. 1. p. 481. ſeq. Eas in Arduenna ſingulariter cultas, & ſub nomine *trium Virginum*, hodieque in Ducatus Luxemburgici locis, *Ulvelinga* prope Aſteleburnam vicum, nec non in Senles duabus a Baſtonaco leucis deſignari, tradit Alex. Wilthemius *Luxemb. Rom.* MS. Lib. I. cap. 8. *Lupi & Maximi* Conſulatus annectitur An. reparatæ Sal. 232. quo tempore nedum apud nos publice Chriſto Salvatori litabatur.

„ Præter hæc Deorum *Jovis*, *Mercurii*, *Dianæ*, *Intarabi*, *Æſculapii*, *Genii*, *& Silvani &c.* Treverica Epigrammata, fuere cum pauca Deorum, dearumque ſimulacra ſine Inſcriptionibus in Saxis repræſentata, quæ ſuperiori Seculo exſtabant *Arluni & Luxemburgi*; tum in *hortis Manſeldicis*, tum in *Collegio S. J.* illuc partim ex Treverico ſolo, partim ex illa quondam Trevirorum portione, quæ modo Luxemburgenſem provinciam conſtituit, delata, erutaque ſcilicet *Jovis*, *Appollinis*, *Herculis*, *Mercurii*, *Cybeles* Deorum Matris, *Veneris*, *Opis*, *Cereris*, *Minervæ*, *Palladis*, *Victoriæ*, *Fortunæ*, quæ Alex. Wilthemius *Luxemb. Rom. MS. Lib. V. cap.* 5. 6. & 7. *Lib. VI. cap.* 12. *Lib. VIII. cap.* 8. non recenſet ſolum, ſed & depicta ex lapidibus ſpecie præſentat. Quo autem lapides ipſi devenerint, cum gemitu recogitamus. Ex quibus concludimus, Treviros ſub Romanis in univerſam horum Mythologiam conceſſiſſe.

Horum Coſſ. prænomina adhuc latent. In Faſtis (ſi excipias Florentinos, in quibus mendoſe *Lumpus* pro *Lupo*) & in quinque Legum ſubſcriptione *Lupus & Maximus*, ut in noſtro lapide, ſolum legitur. Panvinius ex conjectura priori Conſuli *Julii* nomen adjungit, & Mediobarbus *Junii*. In marmore apud Murat. CCCLVII. 3. *verſ.* 1. habes: BALBINO. MAXIMO. COS. ORD. &c. Sed ipſe Celeber. Collector ſcribit: *Ego vero ad iſtum quidem annum Inſcriptionem hanc retuli, ſed nullo certo argumento*. Conf. Ejuſdem doctiſſ. notam.

Anno V. C. 985.
Ær. Chr. 233.

. . . . MAXIMVS.
. . . . PATERNVS. } COSS.

2 *Romæ*
In Muſeo Collegii Romani.
Ex Maffejo Inſc. Var. CCLVII. 15.

Tubus plumbeus.

MAXIMO ET PATERNO COS

Eadem apud Cl. Lupium in *Diſſert. ad Severæ Martyr. Epitaph. pag.* 9. ubi de Paternis differit.

De his inter alios Vid. *Faſtor. Continuat.* P. Stampæ, & Murat. ad an. Ær. Chr. 233. 267. 268. 269. & 279. & Corſinum in cit. Oper. De *Præfect. Urb.* ad An. V. C. 1034. Chr. 281. p. 153.

Anno V. C. 987.
Ær. Chr. 235.

. . . . SEVERVS.
. . . . QVINCTIANVS. } COSS.

3 *Romæ*
Effoſſa extra Portam Flaminiam
in vinea DD. de Caſalibus.
Ex Diario Lapidario MS. Reverendiſſimi
P. Abbatis Galletti.

SEVERO FILIO PIENTISSIMO QVI VIXIT IN CHRISTO
ANNIS XXIII. MENSES VIII. DIES VNVM AVFIDIVS (*ſic*)
PATER SEPVLCRVM FECIT REQVIESCIT IN PACE D
SEV. ET QVIN. COSS

4 *Olim Romæ.*
Ex eodem Diario.

DIONYSIVS ANNORVM PLVS MINVS
Hic Viri protome ſin. palmam gerens. XXV. DECESSIT IN PACE PRIDIE
NON. APRILIS DIE BENERIS SEV ☧
ET QVIN. COSS. *Hic linter.*

Ex his duobus lapidibus horum Coſſ. ſolum cognomina patent, ut ex alio apud Boldettum p. 79. n. 5. relato etiam in *Nov. Theſ.* CCCLVIII. 3. & ex marmore *Aquilejæ* cit. pag. n. 4. Mediobarbus, & Blanchinus *Severi* Collegam ex Gruteri Inſcriptionibus (XLV. 9. CDLXIII. 1. MXXIX. 1.) *L. Rangonium Urinatium Lartium Quintianum* nominant. An recte, eruditi videant. Confer Muratorii adnotat. ad cit. Epig. 4. In vulgaribus Faſtis legitur tantum *Severo*, & *Quintiano*.

Anno V. C. 993.
Ær. Chr. 241.

M. ANTONIVS GORDIANVS IMP. AVG. } COSS.
CIVICA POMPEIANVS.

1 *Apud Lactoratenſes in ingreſſu Ædium Publicar. ubi extant aræ illæ, quas Grut. refert p.* XXIX. *& ſeq. haud tamen adamuſſim ad marmorum fidem exhibitæ.*
Hæc apud eum deſiderabatur.
Ex V. C. Joh. Fr. Seguierio.

S . M . D
I V L I A C L E M E N T I A
N A T A V R O P O L I
V M A C C E P I T
H O S T I S S V I S
S A C E R D . T R A I A
N I O N V N D I N I
O . D . N . G O R D I
A N O . I I . E T P O M
P E I A N O C O S
V I . I D V S D E C

2 *Nurſiæ.*
In S. Jacobi Equit. Hieroſolym.
Ex Ephem. Litt. Flor. Vol. XXI. c. 251.

D. GORD. PIO. F. AVG. PONT
MAX. TRIB. POT. BIS. COS
PROCOS

Gordianus cum nota iterati conſulatus habetur non ſolum in his epigraphis, ſed etiam in aliis apud Gruterum XXIX. 13. 14. & ſeq. 1. 3. 5. & ex Cupero in *epiſt. Conſul. n. XIX. ex Gudianis*, in qua legitur:

XI. KAL. IAN. IMP. CAES
GORDIANO. AVG. II
ET. CIVICA. POMPEIANO. COS

quibus conſonant Capitolinus in *Gordian. Tert. Hiſt. Aug. Scriptor.* T. II. p. 114. cit. edit. ubi ait: *Gordiano jam iterum & Papiniano Coſſ. bellum Perſicum natum eſt*. Sed ſcribendum *Pompejano* ex Faſtis, ex membranis (quas verſavit Cl. Puteanus), ex lapide in *ædibus Capitolinis n.* 75. *literis minuſcolis*.

D. N. GORDIANO AVGVSTO
ET POMPEIANO

atque ex alio apud Fabret. p. 681. n. 65. (quem inluſtravit Alex. Maffejus in *Epiſtola ad Joh. Dominic. Tiepolum Patric. Venetum in Diar. Literator. Ital. T. XII. pag.* 103. *& ſeqq.*)
Quapropter in laterculo Cl. P. Stampa, & Muratoriano hujus anni *Gordiano* reſtituendam puto notam numeralem II. ut in vulgaribus Faſtis, in Pagio, & Petavio.
Civica nomen *Pompejano* datum habes ex Græca epig. Reineſii 71. XI. p. 633. atque ex adlata Cuperi, & Seguierii.

Anno V. C. 994.
Ær. Chr. 242.

C. VETTIVS ATTICVS. } COSS.
C. ASINIVS PRÆTEXTATVS.

3 *Voredæ, hodie* Ould Carlile *in Cumbria Angliæ.*
Ex MS. D. Abb. Petri Gnocchi.

I . O . M
PRO . SALVTE . IMPERATORIS
M. ANTONI . GORDIANI . P . F
INVICTI . AVG. ET . SABINIAE. FVR
IAE . TRANQVILE . CONIVGI . EIVS
TO
TAQVE . DOMV. . DIVIN. EORVM. A
LA . AVG. GORDIA . OB . VIRTVTEM
APPELLATA . POSVIT . CVI . PRAE
EST
AEMILIVS . CRISPINVS . PRAEF
EQQ. NATVS. IN . PRO . AFRICA. DE
* TVIDRO . SVB. CVRA. NONNII. PH..
LIPPI . LEG. AVG. PROPRETO....
ATTICO . ET . PRETEXTATO . . . .
COSS

* TVIDRO intelligit *urbem Tyſdrum* Gud. Hæc accurate exſcripta, & plenior *Gruteriana* MVI. 8. in qua λ pro A ac aliter diſtributi ſunt verſus.
M. Ant. Gordianus III. occiſus fuit An. Chr. 244. artibus M. Jul. Philippi. Herod. Lib. VIII. Capitol. *in Gord.*
Horum Conſulum prænomina, & nomina non expreſſa in adlato lapide reperies apud Gruter. CCCIX. 7. CDXLIII. 6. & in Gudiano apud Relandum, quæ exſtat etiam in *Veter. Latii* tom. VI. pag. 53. In prima *Gruteriana* cit. *Attico* nomen *Aufidii*, & non *Vettii* tribuitur: ſed ibi Marmorarii, vel exſcriptoris oſcitantia ſcriptum fuit τὸ AVFIDIO pro VETTIO; vel *Aufidius* eſt aliud nomen, vel cognomen primi Conſulis hujus anni.

Anno V. C. 1004.
Ær. Chr. 252.

C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS IMP. AVG. II. } COSS.
C. VIBIVS VOLVSIANVS CAESAR.

4 *Ex Sponii Hiſt. Genevenſi T. II. p.* 371. *poſtremæ Edit.*

IMP. CAES
C. VIBIO TREBONIA
NO GALLO PIO FELICI
AVG. PONTIFICI MAX
TRIB. POTES. COS. II. P. P
C. VIBIO ANNIO GALLO
. . . . IANO VOLVSIANO
. . . .
. . . .

Non ſolum ex hoc fragmento habemus *Gallum* iterum Coſ. ſed ex duobus *Gruterianis* CMXCV. 9. MLXXXI. 1. ex Idatio, Proſpero, Anonymo Noriſiano, & Bucherii fragmento.

Anno V. C. 1016.
Ær. Chr. 264.

IMP. L. LICINIVS GALLIENVS AVG. VI. } COSS.
. . . . SATVRNINVS.

1 *Beneventi*
In Ædibus olim Antonii Cardonæ,
Ex Ampliſſ. Præſ. Johan. De Vita,
Inſcr. Benevent. XVII. 4.

MAGNO ET INVICTO
GALLIENO
AVG. XI. COS. VI
DESIGNATO VII
PACIS R. . . . .
, ...

Hæc apud Grut. CCLXXIV. 6. mendoſa in ult. lin. ubi legit PAG. pro PACIS, & ut integram refert, cum ſit mutila; & ibi *Pacis Reſtitutori* legendum putat Illuſtriſſ. Epiſcopus De Vita: quod elogium ironice delatum fuit *Gallieno*, ut obſervat Cl. Vaillantius in numnio Saloninæ & *Gallieni*, in quo legitur; AVG. IN PACE. & in altero ejuſdem *Gallieni* poſtica ſacie: VBIQVE PAX. tum cum plures Tyranni Imperium diſcerpebant, ironiam agnoſcit, & cuſos hos nummos cenſet a quopiam ex ipſis Tyrannis, qui ita *Gallieno* illudebat.

Anno V. C. 1029.
Ær. Chr. 277.

M. AVR. PROBVS IMP. AVG. } COSS.
M. AVRELIVS PAVLLINVS.

2 *Romæ*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. x. *pag.* 51.

IOVI INVICTO
SILVANO ET HERCVLI
GENIO VRBIS
FORTVNAE PEL. ANSACE
NVS MIL. COH. VIII.
AVRELIAN. 7. VARI
NIAN. AR. ET SIGN.
D. D.

a latere.

DED. III. NON
IVL. D. N.
M. AVR. PROBO
AVG. ET. M.
AVR. PAVLI
NO. COSS.

H. e. ARAM ET SIGNum dono dedit.

Hanc prius edidit Noriſius in *Cenotaph. Piſau.* paullo aliter.
In *Gudiana*, quam producit Relandus, *Paullino* adtribuitur nomen *Æmilii* pro *Aurelio*; at Exſcriptoris mendum putat fuiſſe Cl. P. Stampa.
Ex *Sponiano* Lapide diſcimus, *Probum*, poſtquam Imperator inauguratus fuit, Conſulatum I. geſſiſſe, quod Baronii ſententiæ opponitur; & Conſulem Ordinarium fuiſſe, quod negavit Panvinius, & Goltzius, putantes hos Coss. ſuffectos fuiſſe, non Ordinarios. Vid. Pagium ad hunc An. n. I. & Noriſium in *Epochis Syro-Maced. in Præfat. & pag.* 96. *ſeq. prim. edit.*

Anno V. C. 1031.
Ær. Chr. 279.

IMP. M. AVR. VALERIVS PROBVS AVG. III. } COSS.
. . . . PATERNVS

3 *Romæ*
olim in Muſeo Albano, hodie in Capitolio.
Ex Cl. Lupio Epitaph. Sever. Martyr. pag. 28.

CVM CVM VIXIT SEVERA SELEVCI
ANECVMAVRELIOSABVTIOANNIS
ſic DECEET SEPTE IMP. PROBO AVG. III. ET NONIO
PATERNOBISCONSQVOTVIXITINSECVLO
ANNISTRIGINTAETDVOETMENSESDVOIMP.
CLAVDIOAVGETPATERNCOSNES *ſic*

Heic inſtrumenta textoria,
& ſub his areola excavata.

Hæc non ad fidem archetypi in *Nov. Theſ.* CCCLXVII. 3. & in Not. ad cit. edit. Baronii Tom. III. p. 215. ad hunc An. neque areolam, neque textoria inſtrumenta meminerunt. Quæ quid ſignificent, vid. in laud. Lupii adnotatione p. 29. Nam is pro tituli interpretatione ita ſcribit: „ Crederes, par eſt, Inſcript. hanc loculo *Aurelii* ipſius *Sabutii* fuiſſe adpoſitam: Sed non ſola „ hæc Inſcriptio ibi appoſita videtur: Neque enim hæc integrum ſenſum facit: neque hujus lapidis longitudo, infra pedes „ IV. protenſa, ſufficit claudendo loculo, ad humanum cadaver recipiendum excavato. Cum vero Tabulam aliam (quam ap- „ poſitam loculo eidem fuiſſe oportet) deperditam, Foſſorum incuria, examinare non liceat; ſolum conjectandi relinquitur „ locus, fuiſſe in ea fortaſſe fuſius expreſſa prænomen, conditionem, ætatem, ac diem depoſitionis *Aurelii Sabutii* ibidem „ ſepulti; ex quibus lux etiam daretur intelligendis iis, quæ confuſe deſcripta in reſiduo hoc lapide videmus. Verum etiamſi „ in Tabula deperdita ſolum ſepulti nomen ſculptum fuiſſe fingamus; e. g. ſic:

ARELIVS SABVTIVS	CVM CVM VIXIT SEVERA SELEVCI ANE CVM AVRELIO SABVTIO ANNIS DECE ET SEPTE IMP. PROBO AVG. III. ET NONIO PATERNO BIS CONS. QVOT VIXIT IN SECVLO ANNIS TRIGINTA ET DVO ET MENSES DVO IMP. CLAVDIO AVG. ET PATERNO CONES

„ reliqua deinde clariora ſunt. Legere namque tunc licet: ARELIVS SABVTIVS *hic jacet*, CVM CVM vel CVM EVM „ plebejo idiotiſmo CVM EO (CVM CVM legitur etiam in *Epitaphio Tigridis* apud Bold. p. 450.) VIXIT SEVERA SE- „ LEVCIANA, ſcilicet cum AVRELIO SABVTIO ANNIS DECEM, ET SEPTEM *Ipſe Sabutius deceſſit*, PROBO AV- „ GVSTO TER, ET NONIO PATERNO BIS CONSVLE (An. Chr. 270.) *Superſtes Severa conjugi annos decem*: QVOD „ *Severa* VIXIT IN SÆCVLO ANNOS TRIGINTA, ET DVOS, ET MENSES DVOS: *Obierat enim* IMP. CLAVDIO „ AVGVSTO, ET PATERNO COS. An. Chr. 269. Ita legi, atque intelligi vel debere, vel poſſe, hanc Inſcript. nemo „ (ut arbitror) unus inſiciabitur. „

In explanatione obſcuræ & implexæ iſtiuſmodi Epigraphes hærebat Cl. Muratorius, qui ſcripſit: *Cum vero heic memoretur* Conſulatus *Claudii Aug. & Paterni*, ideſt Annus Chr. 269. *quo plus inquiro, minus intelligo. Neque enim ad tempus initi conjugii referri poteſt, eoque minus ad tempus mortis.*

„ Nuptam

„ Nuptam fuiſſe (pergit Cl. Lupius in Notis) *Severam* potius quam Virginem, docere videtur Epitaphii *Severiani* ſilentium. „ Neque enim virginitatis laudem commemorare omiſiſſet Epitaphii Scriptor, quam Chriſtiani æque atque Ethnici in titulis „ ſepulcralibus celebrabant, quemadmodum Fabrettus docet; de Chriſtianis quidem Cap. VIII. ab Inſcript. 43. de Ethnicis „ vero Cap. III. ab Inſcript. 19. & Cap. IX. 54. Adde Fabrettianis exemplis & hoc Ethnicum ex titulo inedito Muſei „ Kircheriani:

.... A V T V M E N N I A
G A L L A E. L. L A I S
V I X I T. A N N. X V I I I I
V I R G O

Ex adlata Epigraphe ſcribendum eſt in latereulo hujus anni τὸ *Nonius Paternus II.* qui primum Conſulatum cum *Claudio Aug.* An. Chr. 159. geſſerat. De aliis *Paternis* confer quæ ſupra diximus.

Anno V. C. 1042.
Ær. Chr. 290.

IMP. C. AVR. VALERIVS DIOCLETIANVS AVG. IV.
IMP. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS AVG. III. } COSS.

1 *Romæ*
In S. Martini.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCXCIII. 4.

D E D I C A T A
X V. K A L. M A
I A S
D D. N N. D I O
C L E T I A N O
I I I I. E T. M A X
M I A N O. I I I
C O S S

Hæc apud Relandum ex *Gudianis*, & in *Notis ad cit. edit. Baronii* ad hunc An. (Tom. III. p. 155.) at non ad fidem lapidis.

Faſti Idatiani, Vindobonenſes, & Bucherii laterculus habent eandem notam numeralem Conſulatus *Diocletiani*, & *Maximiani*, ut *Maffejana* Inſcriptio: *Gruteriana* vero MLXXXVI. 1. meminit tantum *Maximiani* Coſſ. III.

Anno V. C. 1079.
Ær. Chr. 327.

FL. VALERIVS CONSTANTINVS.
MAXIMVS. } COSS.

Nolæ.

2 *Ex Diſſert. quæ inſcribitur: F. Thomæ Mariæ Mamachii Ord. Prædic. adverſus Auctorem Libelli Italice ſcripti de Cathedra Hortana Civitonicæ non præferenda*, ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

† H I C R E Q V E S C I T S C E. M R †
P R I S C V S. E P I S C. I N P A C E
D P S. V K L. M A R T. F L. M A X I M O V C. C O N.

De *Priſco* Epiſcopo Nolano vid. Cl. Remondinium Lib. II. *Hiſt. Eccl. Nolan.* C. XXV. p. 513. edit. Neap. 1747. Ex hoc lapide addere poſſumus *Maximo* prænomen, vel nomen *Flavii*.

Anno V. C. 1083.
Ær. Chr. 331.

ANNIVS BASSVS.
ABLAVIVS. } COSS.

Effoſſa Auximi.
3 *Ex Annal. Litter. Ital. T. II. p. 441.*

teS T A M E N T O
V I. B A S S I C O S
P V B L I C A

Baſſus non ſemel occurrit in Faſtis. *Annius Baſſus* fuit Coſ. ſuffectus Anno Chr. 284. (Vid. Georg. in cit. Not. & Lenglet ad hunc An.) & Conſul Ordinarius An. 289. cum *Quinctiano*: dein 331. cum *Ablavio*, apud Petavium *Ablabio*. In noſtro lapide & in *Boldettiano* relato a Muratorio 375. I. deeſt nota tertii Conſulatus *Baſſi*: Ex quo opinari fas eſt, diverſum eſſe *Baſſum* Coſ. hujus anni ab *Annio Baſſo*, de quo ſupra diximus.

Horum Coſſ. prænomina adhuc latent.

Anno V. C. 1089.
Ær. Chr. 337.

...... FELICIANVS.
TI. FABIVS TITIANVS. } COSS.

4 *In Cœmeterio S. Hermetis.*
Ex Cl. Blanchino in Prolegom.
ad Anaſtaſ. Tom. II. p. XXV.

conSTANTIE. CONSTANTIVS
.... S. DEP. XVI. KAL. DEC. FELICIANO. ET
.... XX. TITIANO. COS

Apud Murat. MCMXCVIII. 1. aliquantiſper varians, & mendoſa.

In *Fabrettiano* lapide pag. 108. n. 516. legitur:

T. FL. POSTVMIO. TITIANO. V. C. COS &c.

Ex hoc diſcimus adpellare Titianum *Titum Flavium Poſthumium*, non *Tiberium Fabium*, ut in Muratorii laterculo, qui Faſtorum Conſularium ſeriem ab An. Ær. Chr. 284. uſque ad An. 619. excerpſit a Cl. Petro Relando.

Anno V. C. 1090.
Ær. Chr. 338.

.... VRSVS.
.... POLEMIVS. } COSS.

5 *Interamnæ,*
in Eccleſia S. Pauli.
Ex Mſ. Ampliſſ. Præſulis Joh. Bapt. Paſſerii.

L E V C A D I   M E L
H E L V I D I A E   B V R R E N A E
M O D E S T A E
N E P O T I E L V I D I B V R R E N I S E
V E R I. V. C. F I L I A E B V R R E N I A E S E
V E R A E. C. F. P V D I C I T I A. S A P I E N T I A
I N N O C E N T I A O M N I B V S R E T R O
M E M O R A B I L I. O B. M E R I T V M. A M O
R E M Q V E E I V S. C I V E S. I N T E R A M
N A T A E C I V I T A T I S V T R I V S Q V E
S E X V S A E R E C O N L A T O P O S T
O B I T V M   H V I V S
P A T R O N A E

Siniſtro latere.

D E D I C. X V I I I K A L
F E B R.
V R S O E T P O L E M I O
C O S S

Vid. Gruterum CDXVII. 4. in quo varians etiam in repet. Editione *Polemius* Conſul Orientis, & *Vrſus* Occidentis hoc anno. Horum Conſulum prænomina deſunt in antiquis lapidibus. Vid. Murat. CCCLXXVI. 2. 3. 4. 5.

Lenglet ad hunc annum in Faſtis habet: *Polemius*, in Oriente. *Vrſus Lupulus*, in Occidente. Qua auctoritate laud. A. adpellet *Vrſum Lupulum*, me latet.

Ex noſtro lapide, & ex aliis cit. corrigendus Petavius, qui ſcribit *Polemus*, pro τὸ *Polemius*, niſi mendum ſit Typographi.

Anno V. C. 1092.
Ær. Chr. 340.

ACYNDINVS.
L. ARADIVS VALERIVS PROCVLVS. } COSS.

1 *Olim in Muſeo Tuſculano Eminentiſſ. Paſſionei, Exſcripſit Reverendiſſ. Abb. Michael Angel. Monſacrati V. C.*

..GI DVLCISSIME ET FIDELI
..NVIS XXVIII MII QVE
..ONAS. AVG AQVINDINO
...O CONSS

Hæc apud Ampliſſ. Præſul. Bened. Paſſioneum; *Iſcriz. Antiche* pag. 134. Cl. XIII. n. 52.
In alio lapide eruto e *Cœmeterio S. Hermetis* edito a Blanchino in *Proleg. ad Anaſt. Tom. III. pag. XXV.* habes:

SEMVESTINO ALOM. D. V. ID. IAN
ACYNDINO ET PROC. CONSS

Hanc interpretatur cit. A. *Semveſtino Alumno* (pro Alumno) *depoſito* V. *Idus Januarii. Acyndino, & Proculo Coſſ.*
Hujus poſtremi Conſulis nomina refert *Gruterianus* lapis CCCLXI. 1. in quo:

L. ARADIO. VAL. PROCVLO. V. C. &c.

Anno V. C. 1099.
Ær. Chr. 347.

RVFINVS.
EVSEBIVS. } COSS.

2 *In Caſtro Novo Abbatis a Monte Alcino V. M. P. circiter. In Eccleſia S. Antimi. Ex Ephem. Litter. Flor. T.* XXIII. *col.* 713.

.....IN PACE ☧
.....VINO FILIO EIVS
.....ADVLESCENTI
......OB RVFINO ET EVSEB. CONSS

Ita in Vulgaribus Faſtis: *Rufino & Euſebio.* Horum meminit etiam Socrates Lib. II. C. XX.

Anno V. C. 1100.
Ær. Chr. 348.

FL. PHILIPPVS.
FL. SALIA. } COSS.

3 *Extra Urbem, in Baſilica D. Pauli. Ex Schedis meis.*

ſic MIRI. BONITATIS. ATQ. SANCTITATI
L. SVBIAE. IANVARIAE. CONIVGI. QVE
VIXIT. MECVM. ANNOS. XVIII. M. V.
D. XXV. ARADIVS. MELISSVS. MARITVS
ET. SIBI. FECIT
DEPOSITA. IN. PACE. III. KAL. APRIL
FILIPPO. ET. SALLIA. COSS

Eadem in *Not.* in cit. edit. Baronii ad hunc An. T. IV. p. 459. Varians apud Murat. CCCLXXIX. 3. qui aliter verſus diſtribuit, & in 1. habet MIRE. *verſ.* 4. D. XX. V. ARADIVS. *verſ.* 6. & in Mur. 4.

III. KAL. APR. FILIPPO ET SALIO COS.

Sched. Stoſch. *verſ.* 1. MIRE. *verſ.* 2. EVSEBIAE. In Gruteri lapide MCLXII. 8. habemus prænomina, vel nomina horum Coſſ. ita:

FLAVIO. PHILIPPO. ET. FLAVIO
SALLEA. CONSVLIBVS

In *Reineſiano* 21. 145. 305. XX. tantum cognomina, vel nomina, ſic:

FILIPPO. ET SALLIA CONSS. &c.

& in Epig. cit. num. 146. ſcribitur τὸ PHILIPPO. Prudentius *Præfat. in Cathemerinon. verſ.* 24.

Oblitum veteris me Saliæ Conſulis arguent,

Hinc Relandus unica lit. L. *Saliam* ſcribendum exiſtimat. Lapides fere omnes habent τὸ SALLIA. Vulgati Faſti *Philippo & Salia.*

4 *Neapoli Intra Ædem M. Virgini, & Joanni Evangeliſtæ. Ex C. V. Jac. Martorellio de Regia Theca Calamaria p.* 324.

.ΤΟΝ. ΠΑΣΗΣ. ΑΡΕ
ΤΕΣ. ΕΙΔΗΜΟΝΑ. ΦΩΤΑ
ΦΙΛΙΠΠΟΝ. ΠΡΕΣΒΥΝ. Κ. ΑΟ
ΝΙΗΣ. ΕΜΠΕΡΑΜΟΝ, ΣΟΦΙΗΣ
ΑΥΣΟΝΙΩΝ. ΥΠΑΤΟΝ. ΠΑΤΕΡΑ. ΚΑΥ
ΤΟΝ. ΑΝΤΙΓΟΝΟΙΟ. ΤΡΕΨΕ. ΜΑΚΕ
ΔΟΝΙΗ. ΔΕΞΑΤΟ. Δ. ΕΙΤΑΛΙΗ

Ita vertit Martorellius:

Patrem conſcriptum, inceſſum ad genus omne Philippum
Virtutum, doctrina inclytum & Aonia,
Conſulem & Auſoniæ, Antigoni illuſtremque parentem,
Nutrivit Macedo, nunc tenet Italia.

Hæc in *Nov. Theſ.* CCCLXXIX. 2. at varians in re magni momenti: nam ibi legitur ΥΠΑΤΟΥ pro ΥΠΑΤΟΝ, & ita contra fidem authographi epigraphem interpretatur:

Omnis Virtu-
tis Fulgidum Lumen,
Philippum Senem, Ao-
niæ Peritum Sapientiæ,
Latinorum Conſulis
Antigoni Patrem Incly-
tum, Nutrivit Mace-
donia, Excepit Vero Italia.

Extat etiam apud Gruter. MXCVIII. 8. qui ſcripſit ΑΟΝΙΑΣ pro ΑΟΝΙΗΣ & in ea Conſulem non advertit. At accuratius ſe geſſit Tillemontius, qui hunc titulum honeſtat his verbis in *Conſtantio Aug.* Art. XI. Tom. IV. pag. 343. edit. Venet. *On voit a Naple l' Epitaphe d' un Philippe conſul natif de Theſſalonique, & mort in Italie, pere d' un Antigone: il n' y eſt point dit, qu' il euſt eſtè Prefet.*
Pertinere iſtiuſmodi lapidem ad *Philippum* Coſ. hujus anni, inter alios cenſet Muratorius.

Anno V. C. 1107.
Ær. Chr. 355.

. . . . ARBETIO.
MAVORTIVS·LOLLIANVS. } COSS.

1 *Romæ*
effoſſa in Cœmeterio Priſcillæ via Salaria.
Ex Annalibus Eccl. Baronii Tom. III. pag. 507. cit. edit.

MIRAE. INNOCENTIAE. AC. SAPIENTIAE. PVERO. MARCIANO
QVI. VIXIT. ANN. IIII. ET. MENSES. IIII. DIES. II. QVIESCIT. IN
PACE. D. PRID. KAL. DEC. ARBETIONE. ET. LOLLIANO. † COSS
PARENTES FECERVNT ☧

Hic vir togatus, ſeu monachali veſte indutus dext. baculum (ſupra quem Chriſti Monogramma) & ſin. librum tenens.

Hæc apud Gruter. MLV. 6. qui ult. lin. ſcribit P. pro *monogrammate Chr.* & non meminit figuræ, quæ Inſcriptioni ſubeſt. Eamdem retulit Paul. Aringhius *Rom. Subterr.* Lib. VI. cap. XXXVI. pag. 287.

In alia Inſcript. Baſilica S. Pauli via Oſtienſi pag. 4. *n.* 97. ArbitIONI. ET. LOLLIANI. CONS. Ammianus Lib. XV. ait: *Hac die octavo Iduum Decembris geſta ſunt, quum Arbetionem Conſulem annus haberet, & Lollianum.* S. Athanaſius in Epiſt. ad Solitarios: *Conſulibus illis, qui poſt Conſulatum Arbitionis, & Lolliani* deſignabantur.

Q. F. *Meſſius Egnatius Lollianus* viſitur Præfectus Urbis in *Sponiano* Lapide a nobis relato ad Claſſem XVI. cujus inſcriptionis non meminit Cl. Corſinus in *Præf. Urbis* ad annum Chr. CCLIV. De *Mavortio Lolliano* Conſulari Campaniæ vid. Julium Firmic. *in Præfat. Aſtronom.*

Anno V. C. 1108.
Ær. Chr. 356.

IMP. FL. CONSTANTIVS AVG. VIII.
FL. CLAVDIVS IVLIANVS CAESAR. } COSS.

2 *Romæ*
effoſſa in Vinea D. Jacobi Bellotti prope Cryptas S. Sebaſtiani extra muros.
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XIII. *col.* 787.

ERCVLIA QVI VIXIT ANN. VII. M. DVO
DEP. XV. KAL. NOB. DIVO IVLIANO *ſic* CONSS

Anno V. C. 1113.
Ær. Chr. 362.

. . . . . . MAMERTINVS.
. . . . . . NEVITTA. } COSS.

3 *Romæ*
reperta in Cœmet. Calixti ann. 1744. *Hodie in porticu S. Mariæ Trans Tib.*
Ex *Cl. Marangonio:* Memorie Sacre, e Profane dell' Anfiteatro Flavio p. 77.
Sepulcro inſculpta, ubi vas Sanguinis.

CL. MAMERTINO ET FL. NEVITTA 7 CONSS
A ☧ Ω DVLCISSIMO FILIO PETRIO QVI VIXIT 7 ANN. XII
M. I. D. XV DEP PRID KAL SEPTE IN PACE
EVTYCHES PATER FECIT

Fabrettus in alio lapide pag. 695. n. 170. . . . . . T NEBITTA CO. &c. Ricciolius in *Chronolog. Reform.* Lib. IV. habet: FL. MAMERTINVS ad eumdem annum. Apud Mur. CCCLXXXII. 5. MAMERTINO. ET. NEBITTA. CO. &c. & CCCLXXXIII. 1. MAMERTINO. ET. NEVITTA. CONSS. Ex noſtro lapide *Claudii* prænomen Mamertino tribuitur, & Nivittæ *Flavii*, a Lenglet in *Faſtis* ad hunc annum utriſque Conſulibus *Flavii* tantum. Horum meminit Ammianus Lib. XVII. XXI. & XXXII.

Anno V. C. 1115.
Ær. Chr. 363.

IMP. FL. CLAVDIVS JVLIANVS AVG. IV.
SECVNDVS SALLVSTIVS. } COSS.

4 *Ex Ampliſſ. Præſule*
Benedicto Paſſioneo
in cit. Collect. Cl. XII. n. 80. *p.* 124.

ſic
REFRIGERIO BENEMERETI
PACE QVI VIXIT ANN. PLVS MIN
ſic NX 5 DEPOSITVS III. IDVS MAIA
ſic
DN IVLIANO AVG. IIII. SYALLVSTIO

5 *Olim in Muſeo Tuſculano*
Eminentiſſ. Paſſionei.
Exſcripſit Reverendiſſimus Abbas
Mich. Ang. Monſacrati V. C.

. . . . E CORNIFICIAE BM. IN PAC . . .
MARITO ANN. XIIII. M. XI. DEP . . .
IVLIANO. AVG. IIII. ET SALLVSTIO COSS

Eadem apud Ampliſſ. Paſſioneum in cit. Oper. Cl. XII. n. 32. pag. 116.

1 *Romæ*
in S. Martini.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCXCIII. 8.

... E. BENE. MERENTI. IN. PACE
... VII. M. II. DEP. III. NON. FEB
... AVG. IV. ET. ET. SALLVSTIO. CONSS *ſic*

2 *Ibidem.*
Olim apud Blanchinum V. Cl.
Ex Eodem CCCX. 5.

DOMNIONI. BENEMERENTI
QVI. VIXIT. ANN. XL. MEN. VIIII
D. V. IDVS. OCT. IVLIANO. IIII. ET. SALLVSTIO
COSS

De his Coſſ. mentio fit in aliis lapidibus apud Gruter. MXXIII. 2. Fabret. p. 113. n. 282. in quo verſ. 12.

D. N. CL. IVLIANI. AVG. IIII. ET. FL. SALLVSTI. CON. &c.

Et in *fragmento veteris lapidis poſito Romæ in pavimento SS. Silveſtri, & Martini, tit.* Equitis.

DEP. III. NON. FEBR

...... AVG. IIII. ET. FL. SALLVSTIO. CONSS

In his duobus titulis tribuitur *Salluſtio* prænomen *Flavii* (in Faſtis Relandianis *Secundi*) & nota IV. Conſulatus *Juliano Aug.* ut in adlatis, atque in *Faſtis Idatio* adtributis, & in *Laterculo Paſchali* in fine Gennadii. Quibus conſonat Marcellinus init. Lib. XXIII. ubi ſcribit: *Julianus vero jam ter Conſule aſcito in Collegio trabeæ Salluſtio præfecto per Gallias, quater ipſe ampliſſimum inierat magiſtratum: & videbatur novum adjunctum eſſe Auguſto privatum, quod poſt Diocletianum & Ariſtobulum nullus meminerat geſtum.*

Anno V. C. 1116.
Ær. Chr. 364.

IMP. FL. IOVIANVS AVG.
FL. VARRONIANVS NOB. PVER. } COSS.

3 *Fori Sempronii*
apud Nobiles Paſſioneos.
Ex Paſſioneo: Append. p. 182. n. 17.
in cit. Oper.

TVMVLO IACET INNOCEN
OMNIA DOMINO
... VMQVAM SVPERVIA
..VIO VEL AMICITIAE AB OMI..
VNOS XXIII. MENSES IIII DIE
S III. KAL. APRIL. IOVIANO...

Deeſt in noſtro fragmento nomen alterius Conſulis, ſcilicet *Fl. Varroniani* N. P. Filii Imperatoris *Joviani*, qui obiit hoc anno XIV. Kal. Martiis, teſte Eutropio ſcriptore ſyncrono. Hinc *Divi* nomen illi datur in lapide in *ædibus Capitolinis* poſito, & a Boldetto evulgato in *Obſervat* &c. p. 84. n. 24. & a Blanchino in *Proleg. ad Anaſtaſ.* Vol. II. p. LXVIII. & poſtremo in *Nov. Theſ.* CCCLXXXVI. 2.
In *Gudiana* apud Reland. *Barroniano*, (*ſive Varroniano*) prænomen *Flavii* tribuitur:

....C. IOVIANO. ET

FL. BARRONIANO. COS

Anno V. C. 1117.
Ær. Chr. 365.

IMP. FL. VALENTINIANVS AVG.
IMP. FL. VALENS AVG. } COSS.

4 *Romæ.*
In vinea prope S. Sebaſtiani.
E Schedis Stoſchianis.

D. D. N. N. VA*Lente & Valen*
TINIANO. COS........
NVS. QVI. V.........
VI. DEPOSI..........
BENE ME................

Pertinet hoc fragmentum ad hunc an. Chr. 365. quo *Valentinianus* fuit primum Conſul in Occidente, & *Valens* in Oriente. In Ammiano legitur Lib. XXVI. Cap. X. *Conſule Valentiniano primum cum Fratre* &c. In Socrate Lib. IV. Cap. 3. *Duobus Auguſtis primum Conſulibus* &c. In *Paſchali Laterculo* in fine Gennadii de Viris illuſtribus: *Die XII. Kal. Auguſtas Coſſ. Valentiniano primum cum Fratre horrendi tremores per omnem Orbis ambitum graſſati ſunt.*

Anno V. C. 1123.
Ær. Chr. 371.

IMP. FL. GRATIANVS AVG. II.
SEX. ANICIVS PETRONIVS PROBVS. } COSS.

5 *Olim in Muſeo Tuſculano*
Eminentiſſ. Paſſionei.
Exſcripſit Reverendiſſ. Abbas
Michael Angelus Monſacrati V. C.

ROMANO. NEOFITO
BENE. MERENTI QVI VI
XIT ANNOS VIIII. D XV
REQVIESCIT. IN PACE. DN
FL. GRATIANO. AVG. II. ET
PETRONIO PROBO CS *ſic*

Eadem apud Ampliſſ. Præf. B. Paſſioneum Cl. XII. n. 82. p. 124. Horum Conſulum meminerunt alii lapides apud Gruter. CLXIV. 4. Fabrett. pag. 271. n. 145. Boldett. *in Append. Monument.* pag. 808. Murat. CCCLXXXV. 3. ubi lin. 3. mendoſe: GRATIANO AVG. IIII. (legendum II.) ac in alia cit. pag. n. 4. & MCMXCVIII. 6. Vid. Reland. pag. 439. & Ferret. *Muſ. Lapid.* pag. 213.

Anno V. C. 1130.
Ær. Chr. 378.

IMP. FL. VALENS AVG. VI.
IMP. FL. VALENTINIANVS AVG. II. } COSS.

1 *Ex Cl. Bonada Carmin. ex Antiq. Lapid. Cl. III. num. X. pag. 260. vol. I. qui exſcripſit ex lapide Capitolino .*

NOBILITATISCVLMINI
LITTERARVMETELOQVENTIAELVMINI
AVCTORITATISEXEMPLO
PROVISIONVMACDISPOSITIONVMMAGISTRO
HVMANITATISAVCTORI
MODERATIONISPATRONO
DEVOTIONISANTISTITI
PETRONIO
PROBOVCPROCONSVLIAFRICAE
PRAEFECTOPRAETORIO
PERILLYRICVMITALIAMETAFRICAM
CONSVLIORDINARIO
OBINSIGNIAERGASEREMEDIORVMGENERA
VENETIADQVEHISTRI * PECVLIARESEIVS
PATRONOPRAESTANTISSIMO

Ad lævam .

DEDICATA
VI. IDVS AVG
D D N N
VALENTE VI ET
VALENTINIANO II
AVGG CONS

Hæc apud Cl. Corſinum *de Præf. Vrb.* p. 256. ubi deſunt ſex primi verſus .

PETRONIVS *Probus* in Faſtis adpellatus *Sex. Anicius Probus.* Præf. Præt. fuit An. Chr. 369. & Coſ. 371. cum *Gratiano Aug. II.*

* PECVLIARES in antiq. Inſcript. dicuntur *Servi*; in hac idem eſt ac *Devoti* , ut monet Cl. Hagenbuchius *Epiſt. Epig.* p. 223.

Poſitus fuit iſtiuſmodi lapis hoc An. 378. *pridie illius diei , quam Imp. Valens diem obiit extremum* . Ita Bonada ex Hagenbuch. l. cit. pag. 225. Celeb. Petavius ad hunc Ann. ſcribit : *Valens ab Oriente CP. ingreditur III. Kal. Jun. & III. Id. Jun. ad foſſatum venit, cum Gotthis conflixit milliario XII. ab Hadrianopoli V. Id. Aug. & ex eo die nuſquam comparuit* .

Alios lapides poſitos *Petronio Probo* reperies apud Gruterum CDL. 1. Murat. CCCLXXXV. 4. apud Tournefortium Tom. I. p. 75. atque Hagenb. *Epiſt. Epig.* p. 222. quos iterum dedit laud. Corſinus in cit. Oper. ad An. V. C. 1125. Chr. 375. ubi de *Probi Præfectura Vrbi* perquam erudite diſſeruit .

Coſſ. hujus anni meminerunt alii lapides : In veteri eruto An. 1735. *Via Salaria in vinea Naria* legitur :

DECESSIT . X. KAL. IVNIAS
ET. DEPS..........
DD. NN. VALENTE . AVG. VI
ET . VALE*ntiniano* II. COSS

In alio reperto in *Cœmeterio Callixti* eodem anno habes :

.....COMPARI SVAE
.....ANN. P. M. XI
Valente VI. ET . VALENTINIANO . II

Nota numeralis Conſulatus *Valentis*, & *Valentiniani* expreſſa in adlatis lapidibus , & in *Muratoriano* 1998. 7. convenit cum Faſtis Idatii, Proſperi Chronico, & cum Socrate Lib. IV. c. 38. ubi ait : *Valens Conſulatu ſuo ſexies, & Valentiniano bis &c.*

Anno V. C. 1132.
Ær. Chr. 380.

IMP. FL. GRATIANVS AVG. V.
IMP. FL. THEODOSIVS AVG. } COSS.

2 *Romæ*

Prope Rignanum ab Vrbe Milliar. XXV. Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCLVIII. *6.*

DEPOSITIO. SEDATI. XII. KAL. DECEMBRES. GRATIA
ſic
NO. ET TODOSIO. CONS

3 *Romæ*

Apud March. Alex. Capponium Ex Eodem Inſcr. Var. CCLXIV. 14.

INNOCENTISSIMO QVI BIXIT ANNIS
ſic
..DVS AVGVSTAS GRATIANO ET TAEO
DOSIO CONSVLIBVS

Nota numeralis V. Conſulatus *Gratiani* non ſolum deeſt in his duobus ſaxis , ſed etiam in alio apud Murat. CCCLXXXVIII. 3. ex Boldetto pag. 83. num. 20. & in Paſchali laterculo in fin. Gennadii , in quo ſolum ſcriptum eſt *τὸ Gratiano & Theodoſio* .

Theodoſius (ait Petavius ad hunc an.) *Theſſalonicæ morbo correptus ab Acholio Catbolico Antiſtite baptizatur . Poſtea ſanxit , ut damnatis hæreſibus omnibus , ſola Catholica fides obtineret : quam ſcilicet a Petro acceptam Rom. Eccleſia , & Damaſus teneret , & Petrus Alexandrinus . Data eſt ſanctio Theſſalonicæ III. Kal. Mart.* L. II. Cod. de *fid. Cath.* Vid. Socr. Lib. V. cap. 6. & Baron. ad hunc an.

Anno V. C. 1133.
Ær. Chr. 381.

FLAVIVS SYAGRIVS .
FLAVIVS EVCHERIVS . } COSS.

4 *Romæ*

In Cœmeterio Priſcillæ . Ex Marangonio in Lib. cui titulus Delle Coſe Gentileſche ad uſo delle Chieſe &c. *Cap.* LXXXII. *pag.* 453.

HIC QVIESCIT SEVERVS QVI
ſic
VIXIT ANNVS . XVIII. M III.
D IIII. DEPOSITVS. KAL. SEPTE
SVAGRIO ET EVTERO
CONSS

In veteri fragmento ex Gudianis .

.....GRIO. ET. EVCHERIO. VV. C

Leg. Syagrio . In lapid. *Muratoriano* 389. 1. ſcribitur *τὸ* SYAGRIO . Cum prænomine FL. quod neque ex alio apud eumdem Murat. p. cit. n. 2. & ex noſtro; neque ex aliis antiquis monumentis apparet .

Anno V. C. 1134.
Ær. Chr. 382.

ANTONIVS.
AFRONIVS SYAGRIVS. } COSS.

1

Romæ
in Hortis Cœnobii S. Laurentii extra muros.
E Schedis Stoſchianis.

*THEDORA QVE VIXIT ANNOS XXI M VII.

D XXIIII IN PACE EST BISOMV

AMPLIFICAM SEQVITVR VITAM DVM CASTA AFRODITE FECIT AD ASTR

AVIAM CHRISTI MODO GAVDET IN AVLA RESTITIT HAEC MVNDO

SEMPER CAELESTIA QVAERENS OPTIMA SERVATRIX LEGIS FIDEIQVE

MAGISTRA ʒ DEDIT EGREGIAM SANCTIS PER SECVLA MENTEM INDE ⳨ EXIMIOS PARADISI

REGNAT ODORES ʒ TEMPORE CONTINVO VERNANT VBI GRAMINA RIVIS

EXPECTATQVE DEVM SVPERAS QVO SVRGAT AD AVRAS HOC POSY ..... PVS TVMVLO

MORTALIA LINQVENS FVNDAVITQVE LOCVM CONIVNX EVAC..... IANS

DEP. DIE ....

ANTONIO ET SYACRIO CON

Manca & varians apud Gruter. MLXXVII. 5. in quo deſunt duæ primæ lin. & in fin. IV.
* *Theodora* &c. *depoſita*, *vel poſita eſt in Biſomo*, ideſt loculo duorum corporum capace: *niſi monumentum* (ait Reineſ. ad Epig. 116. XX.) *potius in duas partes diviſum intelligendum eſt*.
Biſomum, vel *Diſomum* Græce *Δισώμοι eſt ſepulchrum duorum corporum*, ut *τρισώμοι trium*, *τετρασώμοι quatuor*. Vid. Gruter. MLIII. 7. Aring. *Rom. Subter.* I. 26. §. 21. Reineſ. 40. 43. 289. 344. 369. 347. in cit. Cl. XX. Du Freſne *Gloſſ.* & Robert. Steph. Theſ. L. L. edit. Baſileæ 1740.

2

Romæ
in S. Agnetis extra muros.
Fragmentum
Ex iiſdem Schedis.

ANTONIO. ET SŸACHRIO. CONS

Relandus ex Iac. Gothofredo in *Proſopograph. Cod. Theod.* ſcribit in Faſtis hujus an. *τὸ Afranius Syagrius*, quod ſequitur Muratorius. Sed in vulgatis Faſtis, in Proſperi Chronico, in Paſchali laterculo in fin. Gennadii, in Pagio, & Petavio ſolum: *Antonio*, *&* *Syagrio*, ut in adlatis lapidibus.

Anno V. C. 1136.
Ær. Chr. 384.

FL. RICIMER.
FL. CLEARCHVS. } COSS.

3

Olim in Muſeo Tuſculano
Eminentiſſ. Paſſionei.
Exſcripſit Reverendiſſ. Abb. Mich. Ang. Monſacrati.

HOC TVMVLVM PATRIS FILIVS BENEDIC T...
FIERI VOLVIT CAVSA AMORIS PATERNAE RE.....
NIS LVCIFERO HOMINI INNOCENTISS
AMICORVM QVI DVM IN REBVS HVMANIS.......
OMNIBVS PARATISSIMVS ET DVLCIS ADQ....
FVISSE VIDEBATVR VIX ENIM SEMPER SIN..
PORIS SVI ANNIS LXV ET M VI D XII DECESS
VIIII K IVL RICOMERE ET CLEARCHO CONSS...

Ad dex. ramuſculus, & Columba gradiens.

Eadem apud Paſſioneum Cl. XII. 45. p. 118.
In aliis lapidibus memorantur Coſſ. hujus an. apud Fabret. p. 170. n. 132. Boldet. p. 82. n. 17. Murat. 390. 1. 2. in quibus, ut in vulgatis Faſtis legitur: *Ricimere*, *Ricomede*, *&* *Ricomere*, ut in noſtro lapide.

Anno V. C. 1138.
Ær. Chr. 3.6.

FLAVIVS HONORIVS N. P. } COSS.
EVODIVS.

1 *Interamnæ in Cœnobio S. Valentini.*
Ex MS. Ampliſſ. Viri Jo. Bapt. Paſſerii.

POST. CONSVLATO (*ſic*). ARCADI. ET RAVFONI (*ſic*). V. C
CONSS. VI. NONAS. MARP. DEPOSITA. EST. NER
VINIA. EVRESINA H. I. IN. PACE. QVE VIXIT. AN
NOS. P. M. XXVIIII CRISPINVS MARITVS SED
ET. VMBRICIAE ABVNDANTIÆ DVLCISSIME
FILIAE ET SIBI FECIT.

Hæc varians apud Donium Claſſ. XX. n. 103. & Murat. CCCXC. 4. qui inter alia ſcribunt *verſ.* 1. POST CONSVLATVM ARCADI ET BAVTONI &c. in Donio BATVONIS. Pertinet ad hunc annum 385. ex nota *Poſt Conſulatum Imp. FL. Arcadii, & Bautonis*, qui Coſſ. fuere ſuperiori anno 385. Quorum mentionem faciunt alii lapides. In *Muratoriano* p. cit. n. 3. legitur: FL. ARCADIO. ET. BAVDONE. CONSS. &c. Et in libris de *antiquis Italiæ Metropolibus* Dominici Georgii Cap. X. p. 107. in quo memoratur depoſitio *Neſtorii* Conſularis Siciliæ: RECESSIT. III. ID. DEC. DEPOSITVS. IDIBVS DEC. D. N. ARCADIO. ET. BAVTONE. CONSS. Vulgati Faſti habent: *Arcadio Auguſto, & Bautone*. Idem in pluribus legibus utriuſque Codicis, & in nullo veteri monumento, quod ſciam, RAVFONI, ut in *Paſſeriano*.

Anno V. C. 1141.
Ær. Chr. 389.

FLAVIVS TIMASIVS. } COSS.
FLAVIVS PROMOTVS.

2 *Fori Sempronii,*
apud Nobiles Paſſioneos.
Ex Paſſioneo Append. cit. p. 181. *n.* 12.

ARISTO PVER INNOX QVI
VIXIT MENSES OCTO NEO
FITVS RECESIT PRIDIE NONAS
IVNIAS TIMASIO ET PROMOTOV
CC CONSS

Ideſt. *Timaſio, & Promoto Viris Clariſſimis Conſulibus*. Gregorius Haloander *Flavii Timaſii, & Flavii Promoti* Conſulatum refert ad An. Ch. 392. at Petavius, & Muratorius, & alii Faſti ad hunc An. 389. De his Coſſ. vid. alium lapidem apud Gruter. CDLXII. 1.

Anno V. C. 1142.
Ær. Chr. 390.

IMP. FL. VALENTINIANVS AVG. IIII. } COSS.
NEOTERIVS.

3 *Romæ*
in villa Juſtinian.
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. I. Art. IV. pag. 20.

DIIS OMNIPOTENTIBVS
LVCIVS RAGONIVS
VENVSTVS V. C
AVGVR PVBLICVS
P. R. Q. PONTIFEX
VESTALIS MAIOR
PERCEPTO TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQVE
X. KAL. IVN
DN. VALENTINIANO
AVG. IIII. ET
NEOTERIO CONS
ARAM CONSECRAVIT

Lin. 5. lege *Populi Romani Quiritium. Die hac*, ait Sponius, *ſcilicet X. Calendas Junias, feſtum erat in Calendario vetere Conſtantii ætate exſcripto, ſic nominatum, Macellus roſa ſumat: ideſt Macellus ſive Macellum &c. roſis ornetur: ideoque ſacrificio faciendo commodum tempus.*
Nemo non ſcit Taurobolium taurorum ſacrificium fuiſſe, Criobolium arietum a κριὸς. Flavii prænomen Neoterio Lenglet adtribuit. De his Conſulibus alii lapides mentionem faciunt. Vid. Grut. XXVIII. 5. & Murat. CCCXCII. 2.

Anno V. C. 1144.
Ær. Chr. 392.

IMP. FL. ARCADIVS AVG. II. } COSS.
FL. RVFINVS.

4 *Romæ*
effoſſa in vinea prope Cœmeterium Prætextati inter viam Appiam, & Ardeatinam, transvecta in Muſeum Tuſculanum olim Cardinalis Paſſionei.
Exſcripſit Reverendiſſ. D. Abbas
Mich. Ang. Monſacrati V. C.

VIII IDVS OCTOB IGNO....
PRIDIE NONAS MAIAS ....
PRIDIE NONAS IVNIAS....
HIC POSITVS EST AM.....
HERCVLIS DEPOSITV...
ſic AGVSTI. ARCADIO II ET...
CONSS QVI BIXIT AN....

Heic Porta.

Hæc non ad fidem lapidis apud Marangonium: *Memorie Sacre, e Profane dell' Anfiteatro Flavio* pag. 79. Sed accurate apud Paſſioneum Cl. XII. 59. p. 120. qui non meminit tamen figuræ portæ, quæ inſcriptioni ſubeſt.
Horum Coſſ. integra nomina apud Murat. CCCXCIII. 6.

Anno V. C. 1145.
Ær. Chr. 393.

IMP. FL. THEODOSIVS AVG. III. } COSS. *in Orien.*
ABVNDANTIVS.
IMP. EVGENIVS. } COS. *Tyrannus in Occid.*

5 *Olim in Muſei Tuſculani Eminentiſſ. Paſſionei.*
Exſcripſit Idem.

CONSTANTIAE FILIAI
CARISSIMAE QVAI
VIXIT ANNIS* R. M *ſic*
XL DEPOSITA IN
PACE XVIII KAL MA
IAS THEODOSIO
AVG. III ET EVGENIO
AVG. CONSS

Eadem apud Paſſioneum in cit. Opere Cl. XII. n. 30. p. 116.
* R. M. errore quadratarii R. pro P. leg. *Plus Minus*.

1 *Mediolani,*
in ædibus Gualterii Corbettæ J. C.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Ital. pag. 83.

Κ Α Π Ι Τ Ο Λ Ι Ν Ι Α
Ζ Η Σ Α Ε Τ Η Κ Η
Ε Ν Κ Ι Τ Ε Σ Ι Σ Ι Λ Ο Υ
Α Ν Ο Υ Υ Π Α Θ Ε Ι Α Ε Υ Γ Ε
Ν Ι Ο Υ Τ Ο Υ Τ Ο Ε Χ Τ Ο

Murat. CCCXCIV. 1. legit ΖΙΙΣΑΣΑ pro ΖΗΣΑ.
Et ita vertit:

Capitolinia
Qua vixit Annos XXVIII.
In Ædibus Syl-
vani Conſulatu Euge-
nii. Hoc . . . . .

Theodoſius Aug. III. & *Abundantius* fuerunt Coſſ. hoc anno in Oriente: *Eugenius* vero in Occidente: Cujus Conſulatum etſi ignorent Faſti, innuunt tamen adlati lapides, & alius apud Reineſ. *Append.* n. 16. p. 1021. Sirmondus ad *Sidonii Carm.* p. 1194. & L. IX. C. Th. *de infirmandis his, quæ ſub tyrannis*, ſcripta ad Andromachum Præf. Urb. (An. Chr. 395.) *Olyb. & Prob. Coſſ. d. an.*

Anno V. C. 1147.
Ær. Chr. 395.

ANICIVS HERMOGENIANVS OLYBRIVS. } COSS.
ANICIVS PROBINVS.

2 *Olim in Muſeo Tuſculano*
Eminentiſſ. Paſſionei.
Exſcripſit V. C. Reverendiſſ. Abbas
D. Mich. Ang. Monſacrati.

DEPOSITVS ADEODATVS IN PACE VIIII KALENDAS
SEPTEMBRES QVI VIXIT *ANNVS XXϚI. MENSIS TRES
DIES NOBE CONSVLATVS ANICIIS OLYBRIO ET
PROBINO VVCC HIC REQVIESCET FELICITAS SE VIVA
FECIT

Hæc apud Bottorium in nov. edit. *Rom. Subter. Tom. III. p.* 317. *n.* 21. & Paſſioneum Cl. XII. 1. p. 110.
* Ideſt *Annos XXVII.* Notam Ϛ uſurpatam fuiſſe pro numero VI. Vid. ad calcem hujus *Noviſſ. Theſaur.* ubi de *Notar. ac liter. ſingular.* interpretatione.
His Conſulibus Petavius, & nonnulli alii *Sexti* prænomen tribuunt. Blanchinus notam geminati Conſulatus *Probino* addidit, qua auctoritate, ignoro. *Olybrium, & Probinum* fuiſſe filios *Anicia Faltonia Proba, & Sex. Anicii Petronii Probi*, comprobant lapides, D. Hieronymus in *Epiſt. ad Demetriadem;* & late Fontaninus de *Antiq. Hort.* Lib. II. Cap. IV. p. 241.

Anno V. C. 1149.
Ær. Chr. 397.

CLODIVS HERMOGENIANVS CÆSARIVS. } COSS.
ATTICVS.

3 *Fori Sempronii,*
apud Nobiles Paſſioneos.
Ex eodem Paſſioneo: Append. cit. p. 181. *n.* 11.

FL CESARIO ET *NONI
OATTIO CONSS DEPO
SITA ALEXANDRA III
IDVS NOVEMBRES
ANN. V. MENSVM
VIII DIES V QVIENS
QVIT IN PACE

* Leg. *Nonio Attio.*
Celeb. Murat. inter alia hæc adnotat ad hunc Ann. „ Abſ-„ trahi ſe paſſus eſt ab auctoritate Reineſii Relandus, qui „ propterea laterculum Conſularem præf. An. ſignavit, ut „ ſupra vidimus. Quod certum futurum eſt nobis, Conſules „ hujus Anni fuere

F L A V I V S C A E S A R I V S &
N O N I V S A T T I C V S.

„ Vadem profero vetuſtum lapidem. „ (CCCXCVI. 2.) cui & addere poteris noſtrum, qui ſolum variat in ATTIO, quum in cit. Murat. Epig. ac in cæteris aliis ſcriptum ſit *ad* ATTICO. Vid. Nov. Theſ. cit. pag. n. 3. 4. 5. *Inſcript. Baſilic. S. Paul.* num. 316. 471. & Boſium de *Cruc. Triumphan.* Lib. IV. Cap. XII. p. 697. cum quibus in nomine, vel cognomine *Nonii* conveniunt vulgares Faſti, Proſperi Chronicon edit. & MS. Paſchalis laterculus MS. in fin. Gennad. & ipſe Petavius cum Relando.

Anno V. C. 1152.
Ær. Chr. 400.

FLAVIVS STILICHO. } COSS.
AVRELIANVS.

4 *Olim in Muſeo Tuſculano*
Eminentiſſ. Paſſionei.
Exſcripſit Reverendiſſ. Abb. Monſacrati V. C.

FL. CRESCENTINA H. F. QVAE VIXIT. ANN....
FL. STILICHONE V. C. CONSVLE. * A....
..TV. MIHI. AETERNVM. RENOBAS. T....
CRESCENTINA. MEVM. SI. FAS. S.......

* Leg. *Aureliano.*
Eadem apud Paſſioneum Cl. XII. 50. p. 119.

5 *Romæ*
In Porticu S. Mariæ Tranſtiberinæ.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCLXXXI. 10.

V I N C E N T I V S. Q V I V I
A N N. P. M. L X
D. P R I D. I D. I A N. F L
S T H I L I C O N I. V C. C O S
I N. P A C E. Q

Stilicho iterum Coſ. fuit An. 405. De eo vid. alios lapides apud Gruter. MLIII. 4. MLV. 5. Fabrett. pag. 552. n. 20. 734. n. 458. & 739. num. 494. Murat. CCCXCVII. 3. CCCXCIX. 2. 3. atque Boldet. Lib. I. Cap. XIX. n. 21.
In Gudii Epig. legitur:

D E D I C. E. III. K L. D E C
F L. S T I L I C H O N E. V. C. C O S

Hujus Coſ. nomen occurrit etiam in veteri gemma apud Barthium ad *Stat. Theb. IX.* 5. 894.

Anno V. C. 1155.
Ær. Chr. 403.

IMP. FL. THEODOSIVS AVG.
RVMORIDVS. } COSS.

1 *Prope Bignanum.*
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCCLVIII. 2.

DP. RORENTIE. IIII. KAL. OCTOBRES. VICSIT (*ſic*). ANNOS. NOVE
MENSES. SEX. DIES. SEX. CONSVLE. TEVDOSIO. ET
ROMVDORO

Horum Conſulum meminerunt alii lapides apud Grut. MLII. 10. in quo *Rumorido Flavii* prænomen datur, & apud Fabrett. p. 387. n. 231. & Murat. CCCXCVIII. 2.

Anno V. C. 1156.
Ær. Chr. 404.

IMP. FL. HONORIVS AVG. VI.
ARISTAENETVS. } COSS.

2 *Olim in Muſeo Tuſculano Eminentiſſimi Paſſionei.*
Exſcripſit Reverendiſ. D. Abb. Mich. Angel. Monſacrati V. C.

HIC IACET EREDAMQVE (*ſic*)
VIXIT IN PACE FEDELIS (*ſic*)

ANNIS P M XXI CONSV (*ſic*)
LATVM DN HONORI VI
DEPOSVIT NONIS OCTOBRIS

Eadem apud Bottar. *Rom. Subterr.* T. III. p. 118. n. 27. & Paſſioneum Cl. XII. 41. p. 117. *Honorium Aug. VI.* memorant alii lapides apud Reineſ. 291. XX. p. 965. Fleetwod. p. 393. & Murat. CCCXCVIII. 3. CCCXCIX. 1.

Anno V. C. 1159.
Ær. Chr. 407.

IMP. FL. HONORIVS AVG. VII.
IMP. FL. THEODOSIVS IVNIOR AVG. II. } COSS.

3 *Tuſcaniæ.*
In Etruria Suburbicaria in S. Petri Presbyterio.
Exſcripſit V. Cl. Dominicus Georgius.
Ex cit. Not. in Baron. ad hunc Ann. Tom. VI. p. 521.

INNOCENTISSIMO FILIO THEODOSIO
CVIVS PRAECIPVA CARITAS SVADET D...
CVIVS EGO PATER PERENNI LVCTV PERCV....
TALEM FILIVM SVPERSTITEM HABERENT̄
MERVI QVI VIXIT ANNIS XVIII
QVIEVIT IN PACE XIII. KAL. OCTOB. DD. NN
HONORIO VII. ET THEODOSIO II. AVG

Varians apud Murat. 5. lin. CCCXCIX. 5. ubi ſcribit PERCIVS pro PERCV*lſus*, & in laterculo hujus anni *τὸ Honorius Aug. III.* errore typographi certe, nam ad an. 404. ſcribit idem Muratorius: *Imp. FL. Honorius Aug. VI.* quod convenit cum ceteris Faſtis.

Anno V. C. 1164.
Ær. Chr. 412.

IMP. FLAVIVS HONORIVS AVG. IX.
IMP. FL. THEODOSIVS IVNIOR AVG. V. } COSS.

4 *In Palatio Caſtri Prodi ditionis Urbevetanæ.*
Ex MS. Ampliſſ. V. Joh. Bapt. Paſſerii.

AE. GAVDENTIAE: * BENE. MEVS (*ſic*). XXX
II. MENSES XI. I. KAL. SEPT. D. N. THE
ODOSIO. ** DVLO. V. CONSVLIB.

* BENE. MEVS forſan *Benemerenti. Vixit Annos XXX.* &c. Paſſerius ita. ** Alterum Marmorarii, vel Exſcriptoris mendum: fortaſſe legendum *Aug. V.* Nota V. Conſulatus *Theodoſii* in hoc monſtroſo marmore convenit cum ceteris Faſtis.

Anno V. C. 1169.
Ær. Chr. 417.

IMP. FL. HONORIVS AVG. XI. } COSS.
FL. CONSTANTIVS II.

1 *Ex cit. opere Ampliſſ. Præſ.*
Joh. Nic. ab Hontheim
Claſſ. III. num. 2. pag. 88.

H. IACET. ELIVS. CSANCIVS
VIR. CVLARIS. COMES. 7..
MAGIST. VTRIVS::::::
MILICIE. AQ. PATRICIVS. 7..
SEDO. CSVL. ORDINARIVS

„ Stabat (ait Cl. Præſul) ad *S. Paulinum Treviris*, ante-
„ quam ea Baſilica 1673. furore belli everteretur. Lucem
„ jam aliquoties vidit hic titulus, & ab Ortelio quidem, &
„ Viviano primum. Reddimus tamen hic literarum ductus
„ majori fide; at quia literæ nonnullæ implexæ, adſcribo
„ verba explicate:

H*ic* IACET. ELIVS. CONSTANCIVS
VIR. CONSVLARIS. COMES. ET
MAGISTER. VTRIVS*que*
MILITIAE. ATQ*ue*. PATRICIVS. ET
SECVNDO. CONSVL. ORDINARIVS

Ex hoc marmore *Elii* prænomen, & non *Flavii* habet *Conſtancius*, ſive *Conſtantius*.

Anno V. C. 1176.
Ær. Chr. 424.

CASTINVS. } COSS.
VICTOR.

2 *Reperta*
in Valſuſina *Ducatus Mediolanenſis in Villa*
Cortabbio, *hodie in publica Bibliotheca Brixienſi*.
Ex Comite Franc. Roncalli Parolino:
Memoria ſopra un antico Marmo Criſtiano &c.

B M
HIC REQVIESCIT
IN PACE FLORA
QVE VIXIT IN SE
CVLO AN PM XXX
CESSIT SVB D XV
KAL APRILIS POST
CON CASTINI
V C

Caſtinus fuit Cos. in Occidente, *Victor* in Oriente: „ Oſtendunt (ait Pagius in *Critic. Baronii* ad hunc An.) leges „ Theodoſii hoc anno datæ, & ejus ſolius Conſulatu notatæ; ut ſæpe monuimus, in Oriente ſi Actis publicis „ unius tantum Conſulis mentio fieret, Orientalis memorabatur, & vice verſa; quod quum Baronius non animadvertiſſet, exiſtimavit, *Caſtinum* e Faſtis fuiſſe expunctum; quum tamen anno tantum ſequenti e gratia Theodoſii Imp. exciderit.
In Paſchali laterculo in fin. Gennad. *Caſtinus*, cum *Flavii* prænomine inſcribitur: id vero neque ex adlato marmore (quod ad ſequentem an. pertinet) neque ex *Muratoriano* CDII. 5. apparet.

Anno V. C. 1180.
Ær. Chr. 428.

FLAVIVS FELIX. } COSS.
TAVRVS.

3 *Romæ*
in pavimento Baſilicæ S. Clementis.
Ex Cl. Lupio in diſſert. & ad Epitaph.
Severæ §. XII. p. 101.

...T IN PACE CRESCENTI
...AN P. M. LXXX. DEPVS D
...DIE VENERIS PCFLF

Forte ſic ſupplenda: *Hic dormit in pace Creſcentius, Qui vixit Annos, Plus Minus, LXXX. Depoſitus Decimo Kal.... die Veneris poſt Conſulatum Flavii Felicis:* Anno nimirum Chr. 429. Hæc apud Gud. CCCLXVII. 1. „ Diſcrepant „ (ait cit. A.) ſane in quibuſdam edita Gudii a Schedis „ MSS. quas habeo, ac profero: non tamen poſſum pro „ ſinceritate alterutrius editionis ſpondere, cum non ipſe „ exſcripſerim.

4 *Interamnæ,*
in Cœnobio S. Valentini.
Ex MS. Ampliſſ. Viri Jo. Bapt. Paſſerii.

ſic *ſic*
HIC REQVIESCI. GEMATVL. QVI VIXI ANN
XXVI ET MENS. VI. ET D. VII. DEPOSITVS IN PA
CE XV. KAL SEPTS. FELICE V. Cs. CON

5 *Hæc ex Donio Cl.* XX. *n.* 102.
ſed varians, qui ponit etiam Interamnæ effoſſam
in Baſilica S. Valentini.

HIC REQVIESCIT GENIATVS
V. L. QVI VIXIT ANN. XXVI
ET. MENS. VI. ET. D. VII. DE
POSITVS IN PACE XV. KAL
SEPT. FELICE V. C. CONS

In Inſcript. Baſilicæ S. Pauli n. 103. legitur:

IN PACE SD. IIII. KAL. MAI. PS. CONS. FELICIS
ET TAVRI. VV. C

6 *In Diptyco Comodoliacenſi*
hujus Conſulis.

FL. FELICIS. VC. COM. AC. MAG
VTRQ. MIL. PATR. ET. COS. ORD

Errarunt Bandurius (Tom. II. *Imp. Orient. Antiquit. CP. Lib. I.* n. 36. p. 492. edit. Pariſien. Negelein, & alii, qui *Flavii Felicis* conſulatum anno Chriſti 511. addixerunt, quos nos perperam ſequuti ſumus in Lib. qui inſcribitur: *De' Dittici degli Antichi &c.* pag. 86. Vid. Clariſſ. Ant. Franc. Gorii *Theſ. Veter. Diptych.* editum a Celeber. Jo. Baptiſta Paſſerio Tom. I. pag. 129. edit. Florentiæ 1759.
Flavii prænomen huic Conſuli datum vides non ſolum in hoc Diptycho, ſed etiam in lapide apud Reineſ. 355. XX. Omnia vero ejus nomina habes in lapidibus apud Grut. MLXXVI. 6. & Murat. CDIII. 4. ubi lin. 1. legitur:

FLAVIVS CONSTANTIVS FELIX VICTOR &c.

Alia marmora hujus Conſulis mentionem faciunt. Vid. Reineſ. cit. Cl. n. 436. Fabret. pag. 137. n. 312. & Murat. cit. pag. n. 5. & 6. Alter *Fl. Felix* Conſulatum geſſit cum *Secundino* Conſule in Oriente anno æræ Chr. 511.

Anno V. C. 1182.
Ær. Chr. 430.

IMP. FL. THEODOSIVS JVNIOR AVG. XIII.
IMP. FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS AVG. III. } COSS.

1 *Vetus fragmentum Sepulcralis lapidis in pavimento S. Laurentii.*
Extra muros Vrbis
in nov. edit. Baron. Tom. VII. p. 316.
ex cit. Noris Georgii.

. . . .
. . . POSITVS ES NONA . . .
*Theodo*SIO XIII. ET VALENTI . .
. . . . N. SS. GEMINA SE VIV . . .

Notam XIII. Conſulatus *Theodoſii*, & III. Valentiniani, quæ exeſa eſt in hoc lapide habes in Proſperi Chronico in Paſchali laterculo, & in Faſtis.

Anno V. C. 1183.
Ær. Chr. 431.

BASSVS.
FLAVIVS ANTIOCHVS. } COSS.

2 *Romæ*
In Vinea PP. Auguſtinianorum.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCLXXXVII. 5.

HIC. POSITVS. EST
RVFINVS . . . QVI. VIXIT
ANNOS. P. M. XXXIIII. CONS. ANI
CI. BASSI. V. C. CONSVLIS.
DEPOSITVS. PRIDIE. NONAS. AVG

Ex hac Epigraphe *Baſſo* adtribuere poſſumus prænomen *Anicii* quod in aliis vulgatis lapidibus deeſt: uti apud Fabrett. p. 736. n. 468. & Murat. CDIV. 1.

3 *Romæ*
ad S. Paulum.
Ex Symb. Litter. Vol. V. p. 25. n. 27. edit. Flor. 1748.

. . . . ΠΟΚΩΜΗϹΛΑΤ
. . . . ΟΡΩΝΑΠΑΜΕ
. . . . ΑϹΔΕΕΤΩΝ
. . . . ΠΑΤϹΕΤΟΜΗΝ
. . . . ϹΙΟΤΑΤΠΑΤΙΑ
. . . . ΑΝΤΙΟΧΟ

Ita ſuppletur p. 31. ex V. Cl. Eduardo Corſino in Notis Græcorum.

. . . . . . αΠΟ ΚΩΜΗϹ ΛΑΤ
. . . . . . τοιΟΡΩΝ ΑΠΑΜΕ
ατελευτεσΑϹ ΔЄ ЄΤΩΝ
αιιΠΑΤϹΕΤΟ ΜΗΝ
ος αρτεμιϹΙΩΤ Α ΤΠΑΤΑ
Βασσου, και ΑΝΤΙΟΧΟυ

Hoc eſt: . . . . *ex Vico Lat.* . . . . *ex finibus Apamæorum, defunctus X. annorum* . . . . . . *obiit menſis Artemiſii I. die, Conſulatu Baſſi & Antiochi.*
Horum Conſulatus pertinet ad hunc an. Chr. 431. ΤΠΑΤΑ pro ΤΠΑΤΕΙΑ ſcriptum eſt. Deeſt nomen Defuncti in principio. Vid. etiam d. Corſini *Faſt. Attic.*

4 *Romæ*
in Vinea Gregorii Ammiani.
Ex Donio Cl. XX. n. 81.

DEPOSITA IN PACE
HELPIS XIIII. KAL. IVNIAS.
BASSO ET ANTIOCHO COSS
QVE VIXIT DEO ANNIS
XIIII

Anno V. C. 1184.
Ær. Chr. 432.

FLAVIVS AETIVS.
VALERIVS. } COSS.

5 *Reperta Granatæ.*
Ex Ferdinando de Mendoza
Lib. I. de Confirmando Concilio Illiberitano.

CORNELIAE
F. SEVERINAE
FLAMINICAE
AVG. MATRI
VALERI. VEGETI
CONSVLIS

Hæc pertinet fortaſſe ad *Valerium*, qui in Conſulatu proceſſit hoc anno cum *AEtio*, cujus meminit lapis apud Fleetwod pag. 443. in quo legitur:

ſic
IV. IDVS. IVNIAS. AETIO. CONSI

Idem *Ætius* Conſulatus honore inſignitus fuit etiam annis 437. 446. *Ætius* etiam ſignatur Conſul in Faſtis an. 454. cum *Studio*, confuſus a Baronio cum *Ætio* ter conſule: ut cenſet Pagius ad hunc an. in cit. *Critic. Baron.* In Faſtis tamen Idatii *Ætio IV. & Studio*; in aliis vero abſque iſtiuſmodi nota numerali.

Anno V. C. 1188.
Ær. Chr. 436.

FL. ANTHEMIVS ISIDORVS.
SENATOR. } COSS.

Verum in Occidente ſignatus quoque fuit hic annus:

POST CONSVLATVM
FL. THEODOSII (*Junioris*) AVG. XV. &
FL. PLACIDII. VALENTINIANI AVG. IV.

6 *Interamnæ,*
in Cœnobio S. Valentini.
Ex MS. Ampliſſ. Vir. Joh. Bapt. Paſſerii.

IN PACE . . . . O . . . . POST CONSVL THEODOSII
* X. P. L. A. C. VALEN . . . IIII AVG . . . . . .

* X. Errore Quadratarii, vel Exſcriptoris: leg. XV. nam *Theodoſius Junior* fuit Coſ. XV. & *Valentinianus IV.* ſuperiori ann. 435. & ſic ſupplenda eſt Inſcriptio:
In pace (forſan) *obiit poſt Conſulatum Theodoſii XV. & Placidii Valentiniani IIII. Auguſti.*
Hæc aliquantiſper varians apud Murat. CDIV. 5. ex Donio Cl. XX. 99. pag. 547. Ad Coſſ. Ordinarios hujus anni pertinet *Gudiana* apud Reland. in qua:

CC. SENATORE
ET. ISIDORO. VV. CC

& alia in *Nov. Theſ.* cit. pag. n. 4.

Anno V. C. 1194.
Ær. Chr. 442.

EVDOXIVS.
FL. DIOSCORVS. } COSS.

7 *Romæ*
ad S. Agnetis.
Ex Maffejo Inſcr. Var. CCLXXIX. 4.

. . . XVIII. KAL. SEPE
DIOSCOR. IV. CONS

Apud Fleetwood legitur:
ſic
. . . SVB DIAE XVIII. KAL. SEPE
XV. CONS. DIOCORI. V. C

In his lapidibus, & in aliis apud Reineſ. 380. XX. pag. 985. Fabrett. p. 122. n. 277. & Murat. CDVI. 1. 2. ſcribitur *Dioſcorus* ſine prænomine *Flavii* (quod ei adtribuit Muratorius ex Relando) abſque Collega. Hujus poſterioris rei ratio adfertur a Pagio in *Critic. Baron.* ad hunc an. ubi ait: *In Occidente autem non Conſuli Orientali, ſed Occidentali monumenta publica conſignabantur, & vice verſa.*

Anno V. C. 1197.
Ær. Chr. 445.

IMP. FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS AVG. VI.
NOMVS, *ſeu* NONIVS. } COSS.

1

Minerbiæ
in Occitania inventa marmori inciſa, hodie Narbone in Palatio Archiepiſcopali.
Ex Cl. Pagio in Critic. ad Annal. Eccl. Baronii ad an. Ch. 445. *n.* XXV. *T.* VII. *p.* 592. *nov. edit.*

✠ DO. ET XPO. MISERANTE. LIM. HOC. C. L. K. T. E. ANNO IIII. CS. VALENTINIANO. AVG. VI. IIIKL. D. XVIIII. ANNO. EPTVS. RVSTI . . . .
RVSTICVS. EPS. EPI. BONOSI FILIVS COEP. NEPON. PARIET. ECCL. DVD. EXVSTAE BIENN. ADMINIST. EPI. VENERI SOL. C . . .
EPI. ARATORIS. DE SORORE NEPVS XXXVII. D. QVAD. INFVNDAM. PONI. COEPI. SVAE PREBV. ARTIFI. B. EPI. DYNAMI L . . . . . .
EPI VENERISOCI. IN MONASTERIO ANNO. II. VII. ID. OCTB. ABSID. P. F. MONTANVS. SVBD. MERCED. SOL. ↄ C ORESI CC . . . . . .
CONPRB. ECCLE. MASSILIENS. ✠ MARCELLVS. GALL. PREF. DI. CVLTOR. PRECE ADOPER. E CETER. SOL. I. ↄ AGROECI. I . . . .
ANNO. XV. EPTVS. SVI. D. ANN. V. III. ID. OCTB. EXEGIT. EPM. HOC. ONS. SVSCIP. INPENDIA ET DECONIAE . . . .
C. VRSoPRBo. HERMETE. DIACo. ET EOR. SEQ. TIB NECESSAR. REPROMITENS. QVAE PER HINC. OBLAT. SCI SALVTI . . . .

Variat apud Gruterum MLIX. 1. qui eam non interpretatur. Hanc ediderunt & explicarunt Baluzius in *Notis ad Capitularia Reg. Franc. pag.* 1256. & Queſnelius in *Notis ad Epiſtolam II. ſcriptam a Sancto Leone ad Ruſticum* Narbonenſem Epiſcopum : *quamque hic magis* (ait Pagius) *declarare juvat*. Id eſt : *Deo & Chriſto miſerante, limen hoc collocatum eſt anno quarto : Conſule Valentiniano Aug. VI. III. Kalendas Decembris, XIX. anno Epiſcopatus Ruſtici . . . . Ruſticus Epiſcopus Epiſcopi Bonoſi filius, Epiſcopi Aratoris de ſorore nepos Epiſcopi Veneris ſocius in Monaſterio Compresbyter Eccleſiæ Maſſilienſis anno XV. Epiſcopatus ſui die anni V. III. Idus Octobris, cum Urſo Presbytero, Hermete Diacono, & eorum ſequentibus, cœpit deponere parietem Eccleſiæ dudum exuſtæ. Trigeſima ſeptima die quadratum in fundamento poni cœpit. Anno II. VI. Idus Octobris abſidem poni fecit Montanus Subdiaconus. Marcellus Galliarum Præfectus, Dei cultor, prece exegit Epiſcopum hoc onus ſuſcipere, impendia neceſſaria repromittens, quæ per biennium adminiſtrationis ſuæ præbuit artificibus mercedem ſolidorum ſexcentorum ad operas, &c. ſolidos mille quingentos . . . . . . Hinc oblationes ſancti Epiſcopi Venerii ſolidos C . . . . Epiſcopi Dynami L . . . . Oreſi . . . . CC . . . . Agroeci I . . . . & Deconiæ . . . ſaluti . . . .*
Varia ex hac Inſcriptione eruuntur e tenebris, quæ vide in d. *Critic. Pagii ad Baronium l. cit.*

Anno V. C. 1201.
Ær. Chr. 449.

PROTOGENES. } COSS.
ASTERIVS.

1 *In Diptyco Leodienſi.*

FL. ASTYRIVS. VC. ET. INL. COM. EX
MAG. VTRIVSQ. MIL. CONS. ORD

Ideſt: *Flavius Aſtyrius Vir Clariſſimus, Et Inluſtris Comes Ex Magiſtro utriuſque Militiæ Conſul Ordinarius.*

Secundus Coſ. hujus anni in hoc Diptycho adpellatur Fl. *Aſtyrius*, ab aliis *Aſturius*, & ab aliquibus *Aſterius*. Nemo enim non ſcit veteres Y pro V ſæpe uſurpaſſe, & viceverſa; ut conſtat ex antiquis monumentis ætatis etiam aureæ. In *Obeliſco Cæſaris Auguſti e Campi Martis ruderibus* eruto 1748. aperte legitur τὸ AEGVPTO pro AEGYPTO, ut adnotavi in cit. *Lib. de' Dittici degli Antichi* &c. Lib. II. Cap. XIX. pag. 120. & ſeq. Videſis Gruter. CDXXII. 1. CDLIII. 4. DCCCLXIII. 2. & Reineſ. Cap. XIX. *eorum, quæ ad rem grammaticam pertinent*, *littera* V. & Y.

In Chronico Idatii vocatur *Aſturius*, in Faſtis Græcis Heraclii *Aſtyrius*, & in Marcellino *Aſterius*. Antiqui enim uſurparunt etiam E pro V conſ. Reineſ. loc. cit.. Lit. E. Attamen in laterculo Coſſ. hujus anni ſcribendum cenſeo τὸ *FL. Aſtyrius* ex cit. Diptycho; nam hoc percelebre monumentum tempore ipſius Conſulis efformatum anteponi debet ſcriptoribus, aliquando librariorum oſcitantia vitiatis.

Erravit Sirmondus in *notis ad Epiſt. XXIV. Lib. I. Ennodii* col. 819. edit. Venet. 1728. cum aliis viris Doctis, qui opinatus eſt, hunc *Aſtyrium* fuiſſe collegam *Præſidii* Cos. an. 494. ut animadvertit Noriſius in *Cenotaph. Piſan.* Diſſert. IV. Cap. I. §. I. in qua oſtendit quoque Wilthemium in *Append. ad Diptyc. Leod. Cap. I.* perperam confudiſſe *Aſtyrium* Coſ. hujus anni cum *Turcio Rufio Aproniano Aſterio* (ſive *Aſturio*) qui in Conſulatu proceſſit, ut diximus, cum *Præſidio* Conſule Occidentali dicto anno 494. Confer Pagium in *Critic. Baronii* ad d. annos, & Celeber. Gorium in *Theſaur. Veter. Diptych.* Tom. I. Cap. I. pag. 57. & ſeqq. qui dumtaxat in Wilthemii errorem, non vero Sirmondi lapſus eſt, quod & nobis, tanti Viri auctoritate fretis, accidit.

Anno V. C. 1210.
Ær. Chr. 458.

IMP. FLAVIVS LEO AVG. } COSS.
IMP. FLAVIVS JVLIVS MAJORIANVS AVG.

2 *Extra muros Vrbis in pavimento S. Laurentii.*
Ex cit. Notis ad Baron. Tom. VIII. pag. 213.

.... MIVIT. ET. REQ..
QVI. VIXIT. P. M. A....
...G. LEONE. AVG....

De *Leone Aug.* Coſ. meminerunt alii lapides apud Murat. CDIX. 3. MMI. 7.

Nondum his Coſſ. *Flavii* prænomen, ut in Muratoriano laterculo, ex nummis, & lapidibus tributum vidimus.

Anno V. C. 1213.
Ær. Chr. 461.

SEVERINVS. } COSS.
DAGALAIPHVS.

3 *Olim in Muſeo Eminentiſſ. Paſſionei.*
Exſcripſit Reverendiſſ. Abb. Monſacrati V. C.

LOCVS *ſic* AVCVSTI
LECTORIS DE BELA
BRV
DEP. SVRICA. XG KAL AVG
QVE VIXIT ANNOS
P M XII CONS
ſic SEBERI NI

Locus Auguſti Lectoris de Velabro. Depoſita Surica XVI. Kal. Auguſti, quæ vixit annos plus minus duodecim. conſulatu Seberini.

Hæc non ad fidem lapidis in *Hiſt. Liter. Ital.* vol. 1. pag. 85. at recte apud Paſſioneum in cit. Oper. Cl. XII. 8. p. 112. & in *Nov. Theſ.* diviſa, nempe tres primæ lineæ MDCCCXXXIV. 3. & aliæ MMI. 8.

4 *Beneventi*
Retro Ædes olim de Moſcarelli.
Baſis inſcripta facie muro immiſſa, & ſolo latere ad muri ſuperficiem expoſita, in cujus ima parte hæc leguntur.
Ex Ampliſſ. Præſ. Joh. De Vita Inſcr. Benevent. XXIII. 29.

POSITAE PRAESENIE *ſic* IIRIRINO COS. XVI. KAI. *ſic* DEC

Ideſt: *Poſita Præſente Iiririno Conſule XVI. Kal. Decembr.*

Sed quis ſit hic Conſul IIRIRINO divinet qui poteſt. Ambigit Joh. De Vita *Severinorum* alterutrum fuiſſe. Quorum alter Conſul An. Chr. 461. alter vero An. 482. creatus fuit.

Duplex II. non raro in marmoribus uſurpatur pro E.

5 *Lapis effoſſus in Coll. Eccleſia ad aram Max. ubi erant duo lapidea ſepulcra, in pago, qui dicebatur* Arcidiate, *hodie* Arciſate *agri Mediolanenſis ab Arctio III. M. P.*

✠

✠ HIC REQVIESCIT IN PACAE BONAEM· PAVLVS ✠
QVI VIXIT IN SAECVLO ANNIS P· M· LXX
ET DEPOSITVS EST SVB DIE VII· KL· MAIAS
SEVERINO V· C· CONSVLE

✠ HIC REQVIESCIT IN PACE SCAE M· CONSTANTIVS
QVI VIXIT IN SAECVLO ANNIS P· M· LXXV
ET DE SVA XV· KL· MAIAS

Alter *Severinus junior* Conſulatus dignitatem obtinuit Ann. Chr. 482.

Anno V. C. 1223.
Ær. Chr. 471.

IMP. FLAVIVS LEO AVG. IV.
ANICIVS PROBIANVS. } COSS.

1 *Ticini*,
in S. Johannis in Burgo, in fronte Baſilicæ.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Liter. per Italiam Vol. I. pag. 208.

ΕΝΘΑ ΑΝΑΠΑΥ□ΝΤΑΙ □Ι ΚΑΛ□ΚΥΜ
ΠΑΤΡΙΚΙ□ Κ/ ΠΑΥΛ□Ϲ ΓΝΗϹΙ□Ι ΑΔΕΛΦ□Ι
ΥΙ□Ι ΑΒΒΩϹΑ Κ ΩΜΜΑΡΑΩΤΑ ΤΩΝ □Ρ
ΩΝ ΑΠΑΜΕΩΝ ΕΤΙ ΠΡ□ϹΕΤΕΘΗ □
ΤΕϹ. ΜΑΚΑΡΙΑϹ ΜΝΗΜΗϹ ΠΕΤΡ□Ϲ
ΝΗΤ□Ϲ ΕΚΤΩΝ□Ϲ Τ□Υ ΠΡ□ΓΕΓΡ
ΠΑΤΡΙΚΙ□Υ ΥΙ□Ϲ ΘΕ□ΔΩΡ□Υ Κ/ ΕΥΦ
ΗΜΙΑϹ ΕΤΕ Α' ΝΗΝΙϹ Γ□ΡΠΙΕ□ΥϹ ΕΝ
ΥΠΑΤ Τ□Υ ϹΕΒΑϹ ΛΕΩΝ□Ϲ Τ Δ Κ
ΠΡ□ΒΙΑΝ□ ΤΤ ΛΑΜΠ

Ενθα αναπαυονται οι Καλοι, ϗ υμνητοι (1) Πατρικιος, ϗ Παυλος γνησιοι
Αδελφοι. Υιοι Αββωσα, ϗ Ωμμαραωτα των ορων Απαμεων. Ετι προσετεθη
Οτης μακαριας μνημης Πετρος νητος (2) εκγονος τυ προγεγραμμενυ
Πατρικιυ, υιος Θεοδωρυ, ϗ Ευφημιας Ετελευτησεν μηνος Γορπιαιου (3)
Εν υπατεια τυ (4) Σεβαςυ Λεωνος το τεταρτον, ϗ Προβιανυ τυ λαμπροτατυ.

Ideſt, *Heic requieſcunt boneſti, ac celebres Patricius, & Paulus Germani Fratres Filii Abboſa & Ommaraota ex finibus Apamenſium. Adjunctus etiam eſt felicis memoriæ Petrus poſtremus Nepos ſupraſcripti Patricii Filius Theodori, & Euphemiæ. Deceſſit Gorpiæo menſe ſub Conſulatu Leonis Auguſti IV. & Probiani Clariſſimi*. Ita vertit Cl. Zacharia.

Hanc edidit Maffejus, in *Græcorum Siglis Lapidariis* p. 82. eamque *ignotam* adhuc, & *immemoratam* appellavit. Sed jam ediderat Muratorius CCCCXI. 1. non ſatis feliciter deſcriptam, & explicatam. *Maffejus Muratorio* feliciori Minerva eam reddidit, ac interpretatus eſt. Præterea Zacharia has adnotationes ſubjicit:

(1) Καλόκυμ legit, & *Calocym* interpretatur *Muratorius*, quaſi id eſſet proprium defuncti nomen, *Patricius* vero dignitatis; ſed hominis eſſe heic nomen *Patricius*, ſcite eſt a Maffejo animadverſum. At huic doctiſſimo viro adſentiri non poſſum legenti Καλοκαγαθοι: nam in marmore hæ certe litteræ ſunt * Καλοκυμ. Suſpicor ergo heic quoque nexus habere locum, ac litterarum compendia, quæ plurima exhibet inſignis iſthæc Inſcriptio; nexus quidem, ut crus litteræ K, litteræ jota, qua Καλοι conſtare debet, munus ſuſtineat, compendia vero, ut non ſolum K ſit pro και, ſed etiam υμ initium ſit nominis υμνητοι.
(2) Νιτυ habet Muratorius, Maffejus νηπιος, νητος marmor.
(3) *Gorpiæus* Macedonum ſextus menſis eſt. Ibi addit Maffejus εκτη *ſexta die*; at vocis hujus nullum ego in marmore veſtigium deprehendi.
(4) Διυπιυ legit Muratorius, quod nihil ſignificat; Maffejus ΔΕϹΠ ΗΜ Δεσποτυ ημετερυ *Domini noſtri*: hincque (p. 80.) Inſcriptionem hanc ait magni eſſe faciendam *ob Domini noſtri titulum Orientali Imperatori adpoſitum, quamvis in Italia Imperio potiretur Anthemius; quod tamen Syris loquentibus imputari poteſt*. At niſi me fefellere oculi Σεβαςυ Auguſti exhibet lapis, quem utinam *Ticinenſes* commodiore in loco ſtatuant, ut ab antiquarum rerum ſtudioſis poſſit facilius legi.

Conſules hujus anni memorantur quoque in Carta ex papyro confecta donationis factæ Eccleſiæ *Cornutianæ*, cujus apographum perantiquum conditum fuit Romæ, in Archivo Arcis Aeliæ confectum tempore *Leonis I. Aug. Imp. XV. Kal. Majas* anno Ær. Chr. 471. qui IV. Conſul fuit cum *Anicio Probiano*: In qua ſub fine legitur: *ſub XV. K. Majarum Domno Leone PP. Auguſto quat & pbiano V. C. ccons*. Vide Donium *Inſcript. Antiq.* Cl. XIX. pag. 506.

Anno V. C. 1233.
Ær. Chr. 481.

PLACIDVS *Conſul ſolus*.

2 *Cremonæ*
olim ad S. Laurentii.
Ex Breſciani MS.

HOC IN LOCO REQVIESCIT BON MEM...ATVLA
QVI VIXIT ANNOS P.* L. MLV. (*ſic*) ET MIGRAVIT DE HAC
LVCE S. D. XV. KAL. OCTOBRIS PLACIDO V. C. CONSVL

* Interpunctio ibi ab imperito Quadratario eſt vitiata.
Lege igitur: *Vixit Annos Plus Minus LV. Et Migravit de Hac Luce ſub die XV. Kal. Octobris &c.* Hæc edita fuit a Cl. Zacharia in *Epiſc. Cremon. Serie* pag. 3.
Placidus ſine collega Conſul in Occidente, ut cenſet Onuphrius: In Marcellino legitur: *Placido ſolo Coſ.*

Anno V. C. 1240.
Ær. Chr. 488.

CLAVDIVS DYNAMIVS. } COSS.
SIFIDIVS.

1 *Panormi*
in Eccleſia S. Mariæ la Martora.
Ex Cl. Lupio in Epitaph. Severæ Mart.
§. XIV. p. 147. qui hanc geminam inſcriptionem
ex lapide, utraque parte ſcripto, dedit.

✠ HIC REQVIESCET IN PACE MVNATIA FVI...
RELIGIOSA FEMINA QVAE VIXIT ANNO......
PL MLXX DEPOSITA SVB DIE PRIDIE NoNA...(
FEBRVARIASDYDAMIOSIFIDIOVVCC.........

Parte adverſa:

. D . M .
Q ❦ MEDICVS ❦ AVG. LIB
ASOLOSIBI ❦ FECIT ❦
HOC * CEPOTAFIV QVI
NTAVITALISFILIAMEA
POSSIDEBETSINE CONTRO
❦ VERSIA ❦

In antica facie lege:

Heic requieſcit in pace Munatia: fuit
Religioſa femina: quæ vixit Annos
Plus minus LXX. Depoſita ſub die Pridie
Nonas
Februarias: Dydamio, & Siſidio Viris Clariſſ.
Coſſ.

* CEPOTAFIV, id eſt, *Cepotaſium*, ſeu *Cepotaphium* erat Sepulchrum hortenſe, ſcil. in horto extructum (a Κῆπος *hortus* & τάφος *Sepulchrum*.) quale eſt, in quo SALVATOR NOSTER tumulatus fuit. (Joh. XIX. 41. 42.) Hanc peregrinam vocem Latinis ſcriptoribus incognitam vid. etiam apud Fabret. pag. 80. n. IX.

- Hæc non ad fidem lapidis apud Gualther. in edit. Panormi n. 6. Meſſinæ n. 236. Inveg. *Palermo Antico* p. 478. Vignol. *Collect. Inſcript. Anecdot.* Phil. Bonannum *Muſ. Kircher. Reſtit.* & Murat. CDXIII. 5. & *pars adverſa* lapid. MIX. 4. MDCCCLIV. 4. MMXLVIII. 3. *Antica* vero accurate, & graphice deſcripta ſine Epig. tamen Q. MEDICI apud Excellentiſſ. & Eruditiſſ. Principem Turriſmutiæ: *Ant. Iſcr. di Palermo* p. 55. n. CVII.

DYNAMIVS, (& non DYDAMIO ut in adlato lapide) legitur in Epig. apud Fabret. ubi

CLAVDIVS. IVLIVS. ECCLESIVS
DYNAMIVS. V. C. ET. INL

Relandus prænomen, ſeu nomen *Claudii Dynamio* adtribuit: Pagius poſteriorem Coſ. adpellat *Fiſidium* contra fidem hujus lapidis, Marcellini, Epiſtolæ Felicis Papæ III. *in Cod. Monaſt. S. Crucis*, & Petavii, in quibus *Dynamius*, & *Siſidius*.

Anno V. C. 1243.
Ær. Chr. 491.

OLYBRIVS JVNIOR, *Conſul abſque Collega.*
Signatus fuit etiam annus iſte:
POST CONSVLATVM LONGINI BIS ET FAVSTI.

2 *Interamnæ,*
in Cœnobio S. Valentini.
Ex MS. Ampliſſ. Viri Jo. Bapt. Paſſerii.

..... VV. CC. OLIBRIO CONSS. SEXT. AVFIDIVS
..... QVI. VIX. AN. II. ITEM HIC PO......
D H C. LE.......

Deeſt nomen alterius Conſulis in hoc Fragmento, cui miror (inquit laud. Paſſerius) duplicatum fuiſſe titulum *Clariſſimatus*. Præterea Prænomen *Sexti* tempore *Olibrii* Conſulis non modicam mihi ingerit difficultatem, ut pene dubitem id exemplar corruptiſſime exſcriptum.

Hoc mendoſum in 1. lin. apud Murat. CDXV. 5.

Olybrius Junior Conſul proceſſit in Oriente hoc anno abſque collega, ut omnes faſti, & lapides habent. Vid. Murat. cit. pag. num. 5.

In lapide apud *Fleetwood* p. 48. ſignatur: POST CONSVLATO. LONGINI BIS ET FAVSTI. Id quoque legitur in *Nov. Theſ.* cit. p. n. 4.

Anno V. C. 1244.
Ær. Chr. 492.

FLAVIVS VIATOR. } COSS.
ÆMILIANVS.

3 *Ticini.*
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam pag. 207.

H IC IN PACE * QVIESCIT — * *Quieſcit*
SANCTE MEMORIAE PRE
SBITER VRSICINVS ** QVI — ** *Qui*
VIXIT IN HOC SECVLO
ANNVS PLM. XC. DV
SVB DXIII. KAL FEBRV
ARIAS P. C. VIATORIS VC

Fl. Viator Conſul proceſſit hoc anno abſque Collega, ut habent omnes Faſti, in Occidente, ut ſcribit Panvinius. *Fl. Viator & Æmilianus* exſtant in leg. II. Cod. de *Bonor. poſſ. contra tabulas*. Ex hac Relandus, Lenglet, & Muratorius in Faſtis ad hunc annum *Viatori* collegam *Æmilianum* adſignant: at, quantum mihi compertum eſt, in antiquis monumentis, præter citatam legem, reperitur *Viator* ſolus Coſ. ſine collega. In Marcellino legitur: *Viatore ſolo Coſ.* In Actis Concilii Romani II. *Flavio Viatore* V. C. Coſ. In Epitome temporum, & Indiculo Paſch. *Viatore V. C. Conſ.* In Victore: *Victore* V. C. Coſ. In Lapide *Muratoriano* CDXV. 4. & in noſtro (qui ad inſequentem annum pertinet) *Viator ſolus Coſ.* inſpicitur.

Anno V. C. 1246.
Ær. Chr. 494.

TVRCIVS RVFIVS APRONIANVS ASTERIVS. } COSS.
PRÆSIDIVS.

1 *In aureo Virgilii Codice* Carpenſi,
hodie Mediceo-Laurentiano, *in fine Bucolicorum minutis quidem,*
ſed uncialibus tamen characteribus conſpicitur.

TVRCIVS RVFIVS APRONIANVS ASTERIVS
V. C. ET INL. EX COMITE DOMEST. PROTECT
EX COM. PRIV. LARGIT. EX PRAEF. VRBI
PATRICIVS ET CONSVL ORDIN. LEGI ET
DISTICXI CODICEM FRATRIS MACHARII
V. C. NON MEI FIDVCIA SET EIVS CVI
SIET AD OMNIA SVM DEVOTVS ARBITRIO
XI. KAL. MAI ROMAE

Hanc Epigraphen præter alios ediderunt Pagius in *Critic. Baronii*, & Corſinus in *Præfect. Urbis* ad d. an. Chr. 494. & ego in *cit. Comment. de Diptychis &c.* Lib. II. Cap. XIX. pag. 122. Ipſemet *Aſterius* adlatæ Inſcriptioni ſubiicit elegans Epigramma de triplicibus ludis Circenſibus, Scenicis, & Theatralibus datis ob dignitatem Conſulatus ſibi delatam. Cl. Corſinus hujus Conſulis Præfecturam ponit circa annum Ær. Chr. 400. qui & Noriſii (*Cenotaph. Piſan.* Diſſ. IV. C. I. p. 440.) auctoritate permotus *Aſterium* in cit. Codice ſcriptum, non alium eſſe cenſet, quam qui Conſulares faſces obtinuit hoc anno 494. Videſis quæ adnotavi in hac Claſſ. ad ann. 449.
De *Aſterii* gente, nomine, cognominibus, ac dignitatibus optime differit laudatus Noriſius cit. loc.
Hujus anni Conſules meminerunt lapides apud Fabret. pag. 759. num. 649. Reineſium pag. 412. & Mur. CDXV. 1. MMII. 1.

Anno V. C. 1255.
Ær. Chr. 503.

DEXICRATES. } COSS.
VOLVSIANVS.

2 *Interamnæ.*
Tabula marmorea eruta e Sepulcro in Eccleſia Cathedr.
Ex Cod. MS. Joh. Bapt. Jacobonii pag. 17.
Miſit Cl. Paſſerius.

✠
HIC REQVIESCIT BONÆ
MEMORIÆ SPLENDIDA
QVÆ VIXIT ANNVS PLVS
MINVS XXXV
DEPOSITA IN PACE. III
KAL GIANVARIA
CONSVLATVS. BOLVSIANI

Fabret. p. 757. n. 63. & Donius Cl. XX. 104. lin. 1. & 2. BONE MEMORIE. SPLENDITA. lin. 3. QVE.
In alio lapide apud Reineſ. 403. XX. p. 991. & Fleetwod in *Sylloq.* p. 500. quæ manca refertur a Donio cit. Cl. XX. 103. p. 547. legitur:
PRID. NON. DECEMB CONSVLATV VOLVSIANI VIC

Anno V. C. 1258.
Ær. Chr. 506.

AREOBINDVS. } COSS.
ENNODIVS MESSALA.

3 *In Diptycho Norimbergenſi, & Turicenſi*
Areobindi Coſ. An. Chr. 506.

FL. AREOB. DAGAL. AREOBINDVS. VI
EXC. SAC. STABT MM. POR. EXC. C. OR

Ideſt: FLAVIUS AREOBINDUS DAGALAIPHUS AREOBINDVS *Vir Illuſtris*. EXCOMES SACRI STABULI. ET *Magiſter Militum*. Per ORIENTEM EXCONSUL *Conſul* ORDINARIUS.

Eadem epigraphe parum varians in Diptycho Lucenſi
Ejuſdem Areobindi Coſ. d. anni.

FL. AREOB. DAGAL. AREOBINDVS. VI
EXC. S. STAB. ET M. M. POR. EXC. CO. ORD

Ideſt: FLAVIUS AREOBINDUS DAGALAIPHUS AREOBINDVS *Vir Illuſtris*.
In Faſtis Herzelii *Areobindus* dicitur *Junior*, quia nepos *Areobindi* Coſ. an. 434. A Relando Conſul Occidentalis hujus an. adpellatur

pellatur *Ennodius Meſſala*, forſan auctoritate Epigrammatis Ennodii ad ipſum Meſſalam Conſulem, *cui ejuſmodi Inſcriptio eſt affixa*, teſte Baronio ad hunc An. n. 1.

EPIGRAMMA: QVOD MESSALA CONSVL,
ENNODIVS COGNOMINE DICTVS EST.

De hoc cognomine, ſive prænomine *Meſſala* adtributo ſilent tamen omnia alia antiqua monumenta. In lapide *Baſilicæ S. Pauli* apud Margarin. & Murat. CDXVI. 3. inſcribitur: FL. MESSALA. Ex quo *Flaviæ* genti præſens Coſ. conſignandus eſſet. In Marcellino, in Epitome temporum, Paſchæ indiculo, & in Petavio ſolum *Meſſala*. Ex cit. Diptycho Areobindo tribuendum eſt prænomen *Flavii*.

De *Areobindo* videſis quæ adnotavi in cit. Lib. *De' Dittici* &c. Lib. III. Cap. I. pag. 149. ſeqq. & Cl. Gorium *Theſ. Veter. Diptych.* Tom. I. p. 208. ſeqq. & p. 219. ſeqq.

1 *Beneventi*
in novis Ædibus Excellentiſſ. Principis Morra.
Ex Ampliſſ. Praeſ. Joh. De Vita Inſcr. Benevent. LXIV. 8.

. . . .
······MEMORIAE VENERANDAE QVIESCIT
······DEP· IN PACE NONAS OCTOBR
······ELLA V.C. CONS

„ Mendum (adnotat idem Ampliſſ. Præſul) in detruncato licet Conſulis nomine admiſſum puto: aut enim MeſſALLA is „ fuit, cujus nominis Conſul ſignatur tum an. 280. tum etiam an. 506., itaut ſuperſtitum literarum prima non E, ſed A „ extiterit; vel potius *Hellus* hic fuerit, qui ſolus Conſul proceſſit an. 478. ſicque poſtremum A mendoſe pro O aut inci- „ ſum, aut deſcriptum ſit. *Venerandæ Memoriæ* encomion, ſeu titulum non alibi legiſſe memini: Ætatem ſatis poſteriorem „ redolet, viroque cuipiam Eccleſiaſtica Dignitate præſtanti, (cujus nomen deſideratur) tributus videtur; nam & *Bonæ* „ *Memoriæ* titulum tantummodo promeruiſſe legitur *Sanctulus Subdiaconus* apud Gudium p. 372. n. 1.

Anno V. C. 1265.
Ær. Chr. 513.

CLEMENTINVS.
ANICIVS PROBVS. } COSS.

2 *In Diptycho Conſulari & Eccleſiaſtico Norimbergenſi Clementini Coſ. an.* 513.

† FL. TAVRVS. CLEMENTINVS †
ARMONIVS. CLEMENTINVS
† VIL. COM. SACRLARGEXCONS
PATRIC. ET CONS ORDIN. †

Ideſt: FLavius. ARMONIVS. CLEMENTINVS ARMONIVS. CLEMENTINVS. *Vir* ILLuſtris COMes SACRarum LARGitionum EXCONSul. PATRICius. & CONSul ORDINarius.

Deceptum ſeſe profecto fuiſſe Cl. Guſtavum Phil. Negelein (in *Diſſert. Inaugurali de vetuſto quodam Diptycho Conſul & Eccleſiaſt.* &c. edit. Altorfii 1742., oſtendi olim in cit. *Comment. de Diptych.* (*Lib. II. Cap. XXIII. p. 132. ſeqq.*, qui hujus Diptychi auctoritate fretus ex uno duos Conſules fecit. Repetitum enim *Clementini* nomen huic ſoli Conſuli in Oriente convenit; qui hoc An. Chr. 513. proceſſit cum *Anicio Probo Coſ.* Occidentali. Patrem habuit *Armonium*, avum vero *Clementinum*, a quibus acceptis nominibus & ipſe *Clementinus Armonius Clementinus* nominatus. Morem repetendi nomina, non ſemel obſervavi in lapidibus, & in Diptychis *Philoxeni*, *Fl. Anastaſii*, *Flaviique Areobindi*, qui Diptycho Norimbergenſi, & Turicenſi, ac Lucenſi præter proprium nomen inſcribi juſſit *Dagalaiphi* Patris, avique ſui Senioris *Areobindi* nomen: Idcirco *Flavius Areobindus Dagalaiphus Areobindus* adpellatus eſt. Vid. cit. Lib. de Diptych. Lib. III. Cap. I. p. 149. & ſeqq. & Cl. Gorium in d. *Theſ.* Vol. 1. p. 248.

Anno V. C. 1269.
Ær. Chr. 517.

IMP. FL. ANASTASIVS AVG. IV.
FLAVIVS AGAPITVS. } COSS.

3 *In Diptycho Leodienſi Anaſtaſii Coſ. Ann. Chr.* 517.

† FL. ANASTASIVS. PAVL. PROVS †
SAVINIANVS. POMP. ANAST.
V. INL. COM. DOMEST. EQVIT.
† ET. CONS. ORDIN. †

Ideſt: FLavius ANASTASIVS. PAVLus PROVS
SABINIANVS POMPeius ANASTaſius
Vir INLuſtris COMes DOMESTicorum EQVITum
ET CONSul ORDINarius.

Eadem Epigraphe parum varians in Diptycho Bituricenſi.

† FL. ANASTASIVS. PAVLVS. PROBVS †
SABINIAN. POMPEIVS. ANASTASIVS
VIRINL. COM. DOMESTIC. EQVIT.
† ET CONS. ORDIN. †

Hujus monumenti titulum non ad fidem autographi protulit Reineſius 57. XX. Ex his duobus Diptychis emendantur Faſti Conſulares Relandi, & Muratorii ad hunc annum Chr. 517. cæterique alii, in quibus *Imp. Anaſtaſio* Conſulatus dignitas IV. adtribuitur. Cum perſpicuum ſit, iſtiuſmodi munus ter dumtaxat ei obtigiſſe. Primum An. Chr. 492. cum *Fl. Rufo*,

Rufo, ſecundum an. 497. ſine Collega, tertium cum *Venantio*; non vero quartum an. 517. cum *Agapito*, quia hoc anno non *Anaſtaſius Aug.* Conſul proceſſit; ſed Noſter *Anaſtaſius Paulus Probus Sabinianus Pompejus*, ut præter cit. monumenta eruitur etiam a Marcellino, qui ita ſcribit IND. IX. *Anaſtaſio*, *&* *Agapito Coſſ.* & a Mario Aventicenſi, qui habet *Anaſtaſio*, *&* *Agapito*, ac ex Epiſt. quoque d. *Anaſtaſii Imp. ad Hormiſdam P. M.* edita a Cl. Binio ex probatiſſimo Vaticano Codice; a Baronio vitioſe relata. Quapropter corrigenda eſt etiam ſubſcriptio leg. VI. *de naturalib. liber.* & Chriſtianus titulus apud Relandum e Fleetwood pag. 493. in quo pro AVG. IV. CONS. reſtituendum eſt AVG. III. Et cenſoria virga animadvertendæ quoque ſunt notæ ad opus *Numiſmat. Impp. Rom.* Comit. Franciſci Mediobarbæ Biragii pag. 557. noviſſ. edit. in quibus idem *Anaſtaſius Aug.* Conſul. IV. nominatur. Hæc, ut verum fatear, norunt prius CC. VV. Alex. Wilthemius in *Comment. de Diptych. &c.* 1659. in fol. Du-Cangius in *Famil. Byzant.* Noriſius in *Epiſt. Conſul.* pag. 482. Pagius in *Critic. Baronii* ad d. an. Gorius in *Theſ. Veter. Diptych.* Tom. I. pag. 9. & 273. & ipſemet immortalis Muratorius poſt edit. Novi Theſ. in *Annal. Ital. ad d. an.* 517.

Veronenſe etiam dimidiatum Diptychon adſignandum eſſe Conſuli *Anaſtaſio*, moſtrant tituli ſimilitudo, Conſulis protome, & cætera omnia, quæ parum differunt læva parte ab iis, quæ ſcalpta ſunt in Diptychis *Leodienſi*, & *Bituricenſi*; ut docuit Cl. Gorius Vol. II. cit. Theſ. pag. 1. & ſeqq. ubi hujus Diptychi partem ære affabre inciſam protulit: in qua legitur:

VINL. COM. DOMESTIC. EQVIT.
✠ ET CONS ORD ✠

Ideſt: *vir* INL*uſtris* COM*es* DOMESTIC*orum* EQVIT*um* ET CONS*ul* ORD*inarius*

Vide Muſeum Veronenſe pag. CXI. ubi hoc eburneum Diptychon prius evulgatum fuit a Cl. Maffejo. & a nobis relatum in cit. *Comment. de Diptychis* Lib. II. Cap. VII. pag. 85.

Anno V. C. 1270.
Ær. Chr. 518.

MAGNVS, *Conſul ſolus ſine Collega in Oriente.*

At in Occidente modica ratio habita fuit Conſulis iſtius Orientalis, ac proinde ſignatus fuit hic annus Romæ:

POST CONSVLATVM AGAPITI.

1 *In Diptycho Batavo-Saxiano Magni Conſulis An. Chr.* 518.

FL ANASTASIVS PAVL PROB
MOSCHIAN PROB MAGNVS

Pertinere ad *Magnum* Conſulem Ordinarium anno Chr. 518. hujuſmodi Diptycon non dubitat Cl. Gorius Vol. II. *Theſ. Diptych.* ubi pag. 15. ait: „ Dum *Areobindi* Diptychon expenderem & inluſtrarem, poſtremum Conſulum nomen invaluiſſe, & in Faſtis ſcriptum, probe deprehendi; & re melius expenſa ad *Magnum* Conſulem mox pertinere ſcripſi.

Magnus Conſul hoc anno reperitur in Faſtis editis abſque Collega, ſi excipias Victorem, qui habet *Agapito II.* & *Magno*, & Lenglet ita ſcribentem:

Fl. Magnus in Oriente. Fl. Florentius, aut Florentinus, in Occidente.

Apud Marcellinum ex editione Sirmondi ſcriptum eſt: *Magno ſolo Conſule* licet ad marginem, alii *Florentium* alii *Agapitum* II. adjunxerint. Solitarium Coſ. fuiſſe hoc anno *Magnum*, tuetur Celeber. Pagius in notis ad Tom. VI. Baronii.

Anno V. C. 1273.
Ær. Chr. 521.

FL. ANICIVS IVSTINIANVS. } COSS.
VALERIVS.

2 *Ticini, in Baptiſterio S. Michaelis. Ex Cl. Zachariæ Excurſ. Litter. per Italiam pag.* 210.

ENNODIVS VATIS LVCIS REDITVRVS IN ORT
HOC POSVIT TVMVLO CORPORIS EXVBIAS
CLARVS PROLE QVIDEM GENEROSIOR IPSE PROPINQVIS
QVOS FVNCTVS LAVDVM IVSSIT HABERE DIEM
REDDIDIT HOS CAELO VIVACIBVS ILLE FIGVRIS
CVM FECIT FAMAE VIVERE CONLOQVIIS
QVID MIRVM SI MORTE CARET POST BVSTA SVPERSTIS
QVI CONSANGVINEOS RESTITVIT SVPERIS
QVANTOS ILLE FORET MVNDI CAELEBRATVR IN HORTV
NEC SILET OCCIDVI CARDINIS OCEANVS
SCISMATA CONIVNXIT DVDVM DISCORDIA LEGI
ADQVE FIDEM PETRI REDDEDIT ECCLESIIS
POLLENS ELOQVIO DVCTRINAE NOBILIS ARTE
INNVMEROS CRISTO RESTITVIT POPVLOS
LARGVS VEL SAPIENS DISPENSATVRQVE BENIGNV
DIVITIAS CREDENS QVAS DEDIT IPSE SVAS
TEMPLA DEO FACIENS YMNIS DECORAVIT ET AVRO
ET PARITER FVNCTI DOGMATA NVNC LOQVITVR
DEPOSITVS SVB D. XVI. KAL. AVGVSTAS
VALERIO V C CONSVL 7

Ennodii Ticinenſis Epiſcopi Sanctiſſimi Epitaphium heic exhibui a laudato Zacharia ad marmoris fidem exſcriptum, quod *Ughellius in Epiſc. Papienſ. P. Romualdus a S. Maria in Papia Sacra P. I. p.* 29. *Antonius Gattus in Gymnaſii Ticinenſis* hiſtoria p. 30. Sirmondus, Fabrettus & Muratorius MDCCCLVII. 2. non ſatis fideliter reddiderunt. „ Famo-

„ Famoſiſſimum ait Petavius) hunc conſulatum *Juſtinianus* (qui in noſtra Epig. deſideratur) magnificentia ſua reddidit. „ Nam CCLXXXVIII. ſolidorum millia in populum, inque ſpectaculorum apparatum inſumpſit. Leones XX. par- „ dos XXX. exceptis aliis feris, in Amphiteatro ſimul exhibuit. *Numeroſos præterea, phaleratoſque in Circo Caballos jam donatis quoque impertivit aurigis: una dumtaxat ultimaque mappa inſanienti populo denegata*. Ita Marcellinus.

Anno V. C. 1274.
Ær. Chr. 522.

Q. AVRELIVS ANICIVS SYMMACHVS. } COSS.
ANICIVS MANLIVS SEVERINVS BOETHIVS.

1 *In Diptycho Conſulari Brixiano.*

N A R M A N L B O E T H I V S V C E T I N L
E X P P P V S E C C O N S O R D E T P A T R I C

Ideſt: AN*icius* MAN*Lius* BOETHIVS. *Vir Clariſſ.* ET IN*Luſtris*.
EX *Præfectus Prætorio. Præfectus Urbi. Secundum* CONS*ul* OR*Dinarius*.

„ Perſpicue (ait Cl. Corſinus in *Præf. Urb.* pag. 361. & ſeq. circa an. V. C. 1239. Chr. 486.) certoque apparet, in primo „ verſu legendum eſſe *Manlius Boethius Vir Clariſſimus, & Inluſtris*. An vero prioribus litteris NAR indicetur *Novo* „ *Anno Rurſus*, an vero potius NAR*ius*, NAR*enius*, NAR*icius*, velut alterum *Boethii* nomen, diu diſputatum. At li- „ tem omnem feliciter, ut opinor, diremit Cl. Gorius, qui priorem litteram N. ita efformatam eſſe obſervavit, ut illa „ binos characteres A & N complectatur; quemadmodum duas ſequentes A & R. ita inferne conjunctas eſſe, ut ex ip- „ ſarum unione tres litteræ AVR. oriantur. Itaque Cl. Gorius Hagembuchii (*Epiſt. Epigraph.* p. 321. &c.) ſuſpicione „ permotus feliciter, optimeque arbitratur, quod compendiis illis AN. & AVR. *Anicia*, & *Aurelia* familia exprimatur, „ ad quarum utramque *Manlius Boethius* ſpectavit; ut proinde *Anicius Aurelius Manlius Boethius* vocari potuerit. „ Cl. Paſſerio ſequens explicatio præ ceteris arridet: *Præfat. ad Tom. I. cit. Theſ. Veter. Diptych.) Navius Manlius Boethius Vir Cl. & Inluſtris. Ex præfecto Prætorio Præfectus (Urbi) & Comes Conſul Ordinarius, & Patritius.*

De variis hujus epigraphis interpretationibus videſis cit. Lib. de *Diptychis* Lib. II. Cap. XXII. pag. 128. & ſeqq. in quo omnes ſummatim collegi. *Boethii* nomen in Faſtis ter legitur, anno ſcilicet 487. 510. & 522. At *Flavium Boethium*, qui conſul proceſſit anno 487. abſque Collega, diverſum eſſe a *Boethio* egregio philoſopho, & Conſule primum anno 510., iterumque 522. & *Brixianum* Diptychon ad hunc poſtremum annum pertinere, plurimis argumentis evincit Cl. Gorius (Tom. I. *Theſ. Veter. Diptych.* p. 141. & ſeqq.) quæ non referam, ne aliorum gazas expilem, & cramben recoquam.

2 *Beneventi.*
Tabula e lapide Pario tripalmaris ante ſex annos in novis Ædibus D. Principis Morra.
Ex Ampliſſ. Præſ. Joh. De Vita Inſcript. Benevent. LXIII. 2.

† HIC REQVIESCIT MA
MERCIVS MARCELLINVS
VIS CVRATOR QVIS VIXIT ANNS
PM XXX DEPOSITVS S DS III
NONAS NOVEMBRS FLAVIIS
SYMMACHO ET BOETIO VV
CONSS

Anno V. C. 1277.
Ær. Chr. 525.

FLAVIVS THEODORVS PHILOXENVS. } COSS.
FLAVIVS ANICIVS PROBVS JVNIOR.

3 *In Diptycho Compendienſi* Philoxeni Cos. an. Chr. 525.

FL. THEODORVS
fILOXENVS
SOTERICVS
fILOXENVS
VIR ILLVST*ris*

COM*es* DOMET*icus* (*vel Domeſticorum*)
EX MAGISTRO M*ilitiae*
PER THRACIA
ET CONSVL ORDINA*rius*

ΤΟΥΤΙ ΤΟ
ΔΩΡΟΝ
ΤΗ ΣΟΦΗ
ΓΕΡΟΥΣΙΑ

ΥΠΑΤΟΣ
ΥΠΑΡΧΩΝ
ΠΡΟΣΦΕΡΩ
ΦΙΛΟΞΕΝΟΣ

Dono rataque hoc Senatui Conſul creatus offero Philoxenus.

Hæc apud Murat. CDXIX. 5. qui non meminit figurarum, quæ ſunt in hoc Diptycho, quod heic ad fidem archetypi aere inciſum adfertur. Videſis cit. Comment. *de Diptych.* &c. Lib. II. cap. III. pag. 87. & ſeq. & Cl. Gorium in d. *Theſ. Veter. Diptych.* T. II. pag. 19. & ſeqq.

Anno V. C. 1282.
Ær. Chr. 530.

POSTVMVS LAMPADIVS. } COSS.
ORESTES.

1 *Mediolani.*
In duobus Dyptychis Oreſtis Coſ. An. Chr. 530. in Muſeo Septaliano extantibus.

RVFCENNPROBORESTIS
VC ET INL CONSORD

Ideſt: RVFius GENNadius PROBus ORESTES *vir clariſſimus* INLuſtris CONSul ORDinarius.

In hoc Diptycho ſcribitur GENNadius pro *Gennadius*. *Oreſtis* pro *Oreſtes*, vel *Horeſtes*, quæ Scalptorum uſitata ſunt Sphalmata. Ex Duobus Murat. Lapidibus CDXXI. 2. & pag. ſeq. n. 2. *Flavii* prænomen *Lampadio* adtribuitur, non vero *Poſtumii*, ut in vulgatis Faſtis, & in alio lapide apud Grut. COLIX. relatum etiam a Sponio pag. 160. & Fabretto p. 398. Ex quo *Poſtumii* prænomen *Lampadio* dedit Relandus. Brixiæ in Quiriniana Bibliotheca adſervatur *Lampadiorum* dimidiatum Diptychon, (in quo dumtaxat legitur: LAMPADIORVM) inluſtratum ſuperioribus annis a CC. VV. Gaſp. Hagenbuchio, March. Maffejo in *Epiſtolis Eminentiſſ. Quirino datis* (Theſ. veter. Diptych. Tom. II. p. 26. ſeqq.) & Gorio ibidem p. 45. & ſeqq. Quos confer. Ex hoc cimelio diſcimus, *Oreſtem* Cos. hujus anni adpellatum fuiſſe *Rufium Gennadium Probum*, quod uſque ad ejuſdem divulgationem cuique ignotum erat. Nam in editis Faſtis, in lapidibus, & in ipſo *Teodoſ. Codice* ſolum legitur: *rò Oreſtes*.

Anno V. C. 1283.
Ær. Chr. 531.

POST CONSVLATVM LAMPADII, ET ORESTIS.

2 *Piſis*
Reperta in reſtauranda ceræ officina DD. de Scortiis.
Ex Ephem. Liter. Flor. Tom. XI. col. 377.

::IC REQVIESCIT
PALLADIVS V::
XIT. ANNVS::
EST. SVD. V. IDVS::::
ARIAS. IND. VIIII. POS::
COL. XX. LAMPADIETHO
RESTIVVCC. CONLBſſ.

Non unum mendum ſubeſt in hoc lapide: legerem verſ. 5. ſeqq. *Poſt Conſulatum Lampadii & Oreſtis VV. CC.* &c. ut in aliis lapidibus apud Gruter. MLX. 7. & Murat. CDXLII. 4. & n. 3. quæ in *Indictione IX.* convenit cum noſtra.

Anno V. C. 1287.
Ær. Chr. 535.

FL. BELISARIVS, *Conſul in Oriente.*
Signatus in Occidente eſt etiam annus hic
POST CONSVLATVM PAVLINI.

3 *Ravennæ*
in Muſeo Archiepiſcopi.
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. IX. col. 266.

HIC REQVIESC:::
VIR IVV PRESBB D:::
ET VINDIMIVS QV:::
VS VIXIT ANN. P:::
DEPS EST SVB P:::
IT PC PAVLINI
CONSIN

Mutilior aliquantulum, & varians in Orthographia apud Murat. DCXXIII. 2. lin. 6. leg. ITerum *Poſt Conſulatum* &c. In Actis Concilii Arvernenſis habes: *Poſt Conſulatum Paulini Junioris.*

Anno V. C. 1288.
Ær. Chr. 536.

POST CONSVLATVM BELISARII ANNO I.

4 *Cremonæ,*
olim in Cathedrali Eccleſia,
Ex Breſciani MS. Libro
Cl. Zacharia in Epiſc. Cremon. Serie p. 40.

HIC REQVIESCIT IN PACE B. M.
STEPHANVS . . . . QVI
VIXIT IN HOC SECVL ANN PL M
XXX.V. DEPOSITVS SVB DIE
PRIDIE IDVS DECEMBRIS ET
ITERVM P. C. PAVLINI IVN
VC INDICT. PRIMA.

Non immerito ſuſpicatur Cl. Zacharia, vitiatam fuiſſe ab exſcriptore ultimam lineam, ubi ſcribit INDICT. PRIMA, nam anno 536. Indictio quartadecima decurrebat.
Annus præſens Conſulibus vacat; iccirco in Oriente ſignabatur annus *Poſt Conſulatum Fl. Beliſarii*: in Occidente vero: *Poſt Conſulatum Paulini II.* vel *Iterum*, ut in noſtro lapide.

Anno V. C. 1293.
Ær. Chr. 541.

FL. BASILIVS JVNIOR *Conſul ſine Collega.*

5 *In Diptycho Baſilii Conſulis an. 541.*
in Florentino Muſeo Cæſareo adſervato.

ANICFAVSTALBINBASILIVS VC.

Ideſt: ANICius FAVSTus ALBINus BASILIVS *Vir Clariſſimus.*

Ad hoc Diptycon (inquit Gorius Tom. II. pag. 135. & ſeq.) „ Nominum Conſulis noſtri multitudo morem medio Imperii ævo uſitatiſſimum ſequitur; quum viris nobilibus Italis, vel aliorum Occidentis regionum plurima eſſent nomina, ut Sirmondus animadvertit: in *Not. ad Ennod. ſub init.* & alibi, & in *Not. ad Sidon. in Præfat.* adnotatque eos ultimo nomine vocari, agnoſcique conſueviſſe: quod quidem, ob eam rem iis ipſis temporibus, ſecundum vetuſtas cognominis ultimo loco ponendi regulas, non cognomen, ſed nomen dicendum erat .... Quamobrem Conſulem, cujus cauſa Diptycum hoc effictum eſt, *Baſilium* appellatum fuiſſe videtur, & quum plures ejuſdem nominis Conſules fuerint, nec *Baſilium Cæcinam* anno 463. Conſulem, nec *Baſilium Juniorem*, eadem eximia dignitate anno 480. potitum eum eſſe exiſtimare juvat; ſed qui an. 541. ſub *Juſtiniano* ultimus ex privatis Conſul fuit: nam præter alterius nominis primi Conſulis, ab iis in hoc Diptycho deſcriptis diſcrepantiam, *Baſilium* in hoc anaglypho pictum primis duobus recentiorem eſſe conjicio: quum enim tot illa horum virorum nomina partim ex paternis, partim maternis atavis deduci ſolere, compertum ſit, & quum *Fauſtus Junior* anno 490. & *Albinus* 493. Conſules conſanguinei (*Ennodio* teſte Epiſt. XXII. Lib. II.) fuerint, credendi occaſio ſuboritur, *Baſilium* noſtrum *Fauſti* ante, & *Albini* nominibus inſignitum, ab iis paterno, materno ve genere deſcendiſſe; ideoque recentiori, quam duo illi Conſules, ævo, qui poſt alios *Baſilios*, eadem dignitate functi ſunt, collocandum eſſe.
Si iſtiuſmodi Diptychon pertinet ad *Baſilium* Cos. hujus an. 541. ut opinatus eſt Cl. Bonarrotius (*Append.* ad opus: *Oſſervaz. ſopra i Frammenti di Vaſi Antichi di vetro* Flor. 1716. & ego iiſdem laudat. Scriptoris momentis ductus in cit. Comment. *De' Dittici &c.* p. 89. & ſeq. quæ dein adlata fuerunt a Gorio) emendandus eſt laterculus Faſtorum hoc an. ubi inſcribitur apud Pagium, Relandum, & Muratorium:

FL. BASILIVS IVNIOR.

& in eo reponendus

ANICIVS FAVSTVS ALBINVS BASILIVS.

Ex hoc Cimelio colligitur etiam hunc Conſulem ex *Anicia* gente fuiſſe, non vero *Deciana*, ut vult Pagius in cit. *Critic. Baron.* ad hunc an.

Anno V. C. 1319.
Ær. Chr. 567.

POST CONSVLATVM BASILII V. C. *Anno* XXVI.

1 *In loco, qui dicitur* Glaſalba
agri Bergomenſis.

Ex Hiſtor. Liter. Ital. Vol. III. p. 661.

HIC REQVIESCIT IN PACE
T. . . . .
VIXIT ANN . . . .
DEPOSITVS SVB DIE QVARTO IDVS
NOVEMBRIS POST CONSVLATVM
BASILII IVNIORIS VIRI CLARISS
CONSVLIS ANNO XXVI. PRIMA
INDICTIONE

2 *Ex Diario Lapid. MS.*
Reverendiſſ. P. Abb. Galletti V. C. pag. 12.

OCTACILLA BIDVA BONE MEM
ORIAE NATA KAL. IANVARII. VIXSIT AN
NOS PLVS MINVS LXXI. DP IN PACE
V. NON. AVG. P. C. DNI N. IVSTINI PP AVG

3 *Lugduni*
ad D. Irenæum.

Ex Sponio Miſcell. Sect. IX. *pag.* 314.

IN HQC LOCO REQVIESCIT
ſic FAMOLVS DI *ſic* STEPANVS PRIMICIRIVS
SCOLAE LECTORVM * SERVIET IN SECL
LVGDVNINSI VIXIT ANNOS ** ΓXIV
OBIIT VIIII XL DECEMBRIS
DVQDECIES P. C. IVSTINI
INDICTIONE XV

Stepanus, ſive *Stephanus*, iſte *Primicerius Scholæ Lectorum Lugdunenſium* defunctus erat *poſt Conſulatum* Juſtini, anno I. nempe Chr. 567.
* SERVIET IN SECL. Ideſt *ſervivit in ſæculo, ſeu inter ſæculares*.
** ΓXIV. videtur ſcalptum pro LXIV.

4 *In S. M. Magdalenæ*
vulgo ſopra li Plai *in agro Tergeſtino*.
Ex Ephem. Liter. Flor. Ann. 1765. *col.* 11.
Inſcr. Sepulcralis in marmore
Græco ſcalpta.

†

† HIC REQVIESCI
T IN PACE MAVRE
NTIVS VI QVI VIXI
T ANN . PM. XXXIIII
DEPOSITVS EST XV
KAL. NOVEMB
IND. V. PC. D. IVS
TINI. IMP. †

Anno V. C. 1321.
Ær. Chr. 569.

5 *Effoſſa apud veterem Capuam*
e fundamentis Cœnobii S. Marci,
quod incolunt Franciſcani Diſcalceati.
Ex Clariſſ. V. Alexio Symmacho Mazochio
in Comment. Veteris Marmorei S. N. E.
Kalendarii ad diem X. Febr.

HIC REQVIESCIT IN
SOMNO PACIS IVS
TINA ABBATISSA
FVNDATRIX SANC
TI LOCI HVIVS QVAE
VIXIT PLVS MINVS
ANNOS LXXXV. DEPO
SITA SVB DIE KALRVM
NOVEMBRIVM IMP
DN N IVSTINO PP AVG
ANN IIII PC EIVSDEM
INDICTIONE TERTIA

Heic uva racemus, qui in Chriſtianis titulis, & maxime Campanis frequens eſt.

Lin. 10. PP. legerem *Perpetuo*: lin. 11. PC. *Poſt Conſulatum*. Varians apud Murat. CDXXIX. 3. qui aliter diſtribuit verſus, & præter alia lin. ult. habet: ANNO III P. C. EIVSDEM & lapidem conſignat ad an. 569. At ex nota Anni IIII. P. C. *Juſtini* in Noſtra pertineret ad an. 570. ſi revera in marmore ita ſcriptum eſſet, ut puto ex auctoritate Cl. *Mazochii*, ſed huic tamen contradiceret ſignata *Indictio* III. quæ in cœpta Kal. Septembris incideret in annum 569. non vero in 570. IV. Poſt Conſulatum *Juſtini Junioris*, qui Conſul primum proceſſit non anno 567. ut vult Pagius, ſed 566. ut oſtendunt Noriſius de *V. Synodo Cap. VIII.* §. 11. ac Phil. a Turre in cit. *Differt.* & Vetus atque genuina Adnotatio, quam legiſſe ſe in Codice MS. Collegii Sorbonici teſtatur Baluzius *Miſcell. Tom. V.* pag. 478. vet. edit. *In Dei nomine dies ordinationis meæ Gaudioſi Presbyteri, Indict. quintadecima, quartodecimo Kal. Januarii anno I. Dñi Juſtini eodem Conſule.* Indictio hæc XV. ſignata in hoc monumento XIV. Kal. Januarii indicat annum 566. proxime exeuntem, cum adhuc Conſul eſſet *Juſtinus*. Quam ſententiam ſequuti ſunt Ampliſſ. Præſules Georgius, & Manſius, in Not. ad *Critic.* Pagii in Baron. ad an. 565. & ſeq. De duplici Conſulatu Juſtini præter alios vid. Epiſcopum Adrianenſem, & Manſium in cit. Not. Tom. X. Baron. pag. 232. & ſeq.

Anno V. C. 1324.
Ær. Chr. 572.

6 *Ravennæ*
in Muſeo Archiepiſcopi.
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XI. col. 265.

HIC REQVIESCIT
IN PACE FAVSTINVS
VC NVM. SCRN. AV. MI
QVI VIXIT ANN. PL. M
LIIII DEPOSIT. EST SVB D
PRID. KAL. MAI IND. . . .
IMP. DN IVSTINO PPA

Hanc mutilam lin. 3. refert Murat. CDXXX. 3. verſ. 4. & 5. habet: VIXIT ANN. PL. M. LIII. & lin. 6. IND. V. quod in noſtra exeſum.
Is annus hac formula notatur (ait Pagius in cit. Critic.) *VII. poſt Conſulatum Juſtini Jun. Aug. ſolius V.* a Mario Vero Aventicenſi *Anno VI. Conſul. Juſtini Jun. Aug. Indict. V.* In Faſtis autem relatis in *Ind. Univerſ. Baronii* Lucæ nuper edito Tom. I. pag. 459. ad hunc annum legitur: *P. C. Juſtin. Aug. V. vel VI.*

Anno V. C. 1334.
Ær. Chr. 582.

1 *Ravennæ*
in Muſeo Archiepiſcopi.
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XI. col. 265.

HIC REQVIESCIT IN PACE
GEORGIVS VC ARGENTA
RIVS FILIVS PETRI VC AR
GENTARII IVN. QVI VIXIT
ANN. P. L. M. XVII DEP. SVB. D
PRID. NONAR. AVG. IND. XIIII
IMP. D. N. N. TIBERIO CONSTAN
TINO PP AVG. ANNO VII ET PC
EIVSDEM ANNO III

Pagius in cit. Critic. ad hunc an. ſcribit: „ Is annus hac „ formula notatus: *IV. poſt Conſulatum Tiberii novi Con-* „ *ſtantini Aug. Solius III. vel ſecundum alios Anno IV. Con-* „ *ſulatus Tiberii Conſtantini Aug. Indict. XV.* At in noſtro lapide Pagio ignoto perſpicue ſolum legitur

* * * * * * * * INDI*ctione* XIIII
IMP. D. N. N. TIBERIO CONSTAN
TINO * * * * * * ET PC
EIVSDEM ANNO III.

Hæc apud Murat. CDXXX. 5. varians a noſtra in orthographia, & in lin. 8. ubi ſcribit: AVG. ANNO VI. & hanc conſignat ad annum 581. qui eſt ſecundus poſt Conſulatum *Tib. Conſtantini*, non vero tertius, ut exſtat in marmore, quod pertinet ad 582. Quia is Imperator Conſul primum proceſſit anno 579. ut fatetur ipſemet Muratorius in *Not. ad Epig.* 4. d. pag. ad quem annum adlata inſcriptio perperam ponitur a Georgio in *Not. ad Critic. Pagii in Baronium.*

Anno V. C. 1337.
Ær. Chr. 585.

POST CONSVLATVM MAVRITII AVG. ANNO II.

2 *Neapoli*
In Eccleſia S. Andreæ ad Nidum dicta.
Ex Annal. Eccl. Baronii ad ann. 715. n. V. Tom. XII. pag. 260. edit. Lucæ.

† MORS QVAE PERPETVO CVNCTOS ABSORBET HIATV
PARCERE DVM NESCIT SAEPIVS IPSA FAVET
FOELIX QVI AFFECTVS POTVIT DEMITTERE TVTOS
MORTALEM MORIENS NON TIMET ILLE VIAM.
CANDIDA PRAESENTI TEGITVR MATRONA SEPVLCRO
MORIBVS INGENIO ET GRAVITATE NITENS.
CVI DVLCIS REMANENS CONIVX NATVSQVE SVPERSTES
EX FRVCTV MATER NOSCITVR IN SOBOLE
HOC PRECIBVS SEMPER LACRYMOSA HOC VOCE PETEBAT
CVIVS NVNC MERITVM VOTA SECVTA PROBANT.
QVAMVIS CVNCTA DOMVS NVNQVAM TE FLERE QVIESCAT
FELICEM FATEOR SIC MERVISSE MORI
† HIC REQVIESCIT IN PACE CANDIDA C. F. QVAE VIXIT PL. M.
ANN. L.
DIE IIII. ID. SEPT. IMP. D. N. MAVRITIO PP. AVG. ANN. IIII. P. C.
EIVSD. AN. II. IND. QVARTA.

Hæc varians apud Reineſ. 267. XX. pag. 960. ex *Capaçio Lib. I. Hiſt. Neap. cap. 12. & Summontio* Lib. 1. p. 380. & apud Murat. MDCCCXLVIII. 2. & ex eo Cl. Bonada *Carmin.* ex *Antiq. Lapid.* T. II. p. 499. Cl. X. n. XVIII. In utroque præter aliis variantes exeſum eſt in ult. lin. ?· ANN. II. Ideſt *Anno II. Poſt Conſulatum Mauritii*. At verſ. 14. legitur: D. P. DIE IIII. ID. &c. h. e. *Depoſita &c.* Reineſius cenſet poſitum hoc Epitaphium an. Chr. 586. at male, ſi hæc Indictio IV. initium ſumpſit *Kal. Septemb.* nam 586. IV. Id Septemb. decurrebat Indictio V. non vero IV. ut eſt in lapide, qui pertinet ad an. 585. ſecundum *poſt Conſulatum Mauricii*.
In Chronico Alexandrino juxta modum loquendi a Marcellini Continuatore uſurpatum is annus notatur hac formula: III. *Poſt Conſulatum Mauricii Tiberii Aug. ſolius*. Ideoque ad hunc annum in cit. Indice Baronii V. *Conſules* habes: II. *P. C. Mauricii Aug. vel an. III. vel an. II. Poſt ſecundum ejus Conſulatum*.
Circa ſiglas PL. M. in marmoribus multifariam ſcriptis nonnullæ ortæ ſunt quæſtiones in explicando hilari titulo, quem Benedictus XIV. P. M. Bononiam miſit. His ſiglis novam interpretationem dedit Cl. Mazochius, & ſuam etiam Doctiſſimi Georgius, & Bottarius. Laud. Pontifex epiſtolam cuſit, in qua omnia, quæ ad rem facerent, per quam docte commentatus eſt.

Hac Claſſe excuſa, nonnullos offendi lapides, quos heic pro mantiſſa adpono.

1 *Romæ*
in vinea Joh. Bancherii.
Ex Symbol. Liter. edit. Romæ 1754. Vol. IX. p. 232.

DIS MANIBVS
EVTYCHETI CAES. N
LIBERTO QVI RELIQVIT
COLLEGIO SVO DENDROPH
HS∞ N. VT EX REDITV
OMNIBVS ANNIS EI
PARENTENT CVM REP
COLLEG. DENDROPH
AERE COLLATO BENE
MERENTI
SVRA ET SENEC. COS.

C. *Soſius Senecio* III. L. *Licinius Sura* II. *Coſſ. An. Ær. Chr.* 102. *Senecio IV.* & *Sura* III. Anno 107.

2 *Prope Bignanum*
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCCLVII. 4.

DP. MAXIMINI. IV. NON. DECEMBRES. IVLIANO. ET. SALLV
STIO. COSS

Pertinet ad An. Chr. 363.

3 *Romæ.*
effoſſa in Vinea D. Jacobi Bellotti
prope Cryptas S. Sebaſtiani extra muros.
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XIII. col. 786.

BENEMERE......
QVE BIXIT ANN.....
MENSES VII D· I· P.....
AVGVSTAS DD· NN· VAL....
OPIO (*ſic*) CONSSOBVS BONIFAT

Hoc Fragmentum pertinere videtur ad an. Ær. Chr. 387. quo fuerunt Conſules *Valentinianus* III. & *Eutropius*: Et ſic verſ. 4. & 5. legerem:

D. N. VAL*entiniano*, & *Eutr*OPIO. CONSVLIBVS &c.

4 *Prope Rignanum.*
Ex Maffeio Inſcr. Var. CCCLVII. 1.

DP. LEONIS. VIII. AVG. THVDOSIO (*ſic*). AVG. ET. ROMV (*ſic*)
DORO. CONSS

5 *Ibidem*
Ex Eodem pag. cit. num. 2.

DP. RORENTIE. IIII. KAL. OCTOBRES. VICSIT. ANNOS. NOVE
MENSES. SEX. DIES. SEX. CONSVLE. THEVDOSIO. ET
ROMVDORO

In alio lapide apud Gruter. MLII. 10. RVMORIDO. & apud Fabret. p. 387. n. 231. ROMORIDO. Pertinet ad an. Ær. Chr. 403.

6 *Ibidem*
Ex Eodem pag. cit. num. 6.

ANIC. ONORIO. ET. PROVINO. COSS. DP. IVLIE. V. IDVS
DECEMBRES. QVE. VICSIT. ANNOS. ϛ. ET. DIES. XXII
BENEMERENTI. IN. PACE. PARENTES. FECERVNT

Viſuntur in aliis monumentis *Anicius*, *Olybrius*, & *Probinus*.

1 *Ibidem.*
Ex Eodem CCCLVII. 7.

ſu ANICIIS. OCNID. ET. PROVINO. CONSS. DP. VERVICES
XII. KAL. OCTOBRES. QVE. VICSIT. ANNOS. XXV. VIRGO
BENEMERENTI. IN. PACE. PARENTES. FECERVNT

2 *In Sigillo cuiuſdam Figlinæ.*
Ex Ephemerid. Liter. Flor. Vol. VII. col. 511.

SER .... VARQ EX FIG. CAENSEPTIMIAN FLQ
RAVSIO PRIMO
COS.

In hac epigraphe deſignari videtur Conſul ante hæc inauditus.

3 *Olim in Muſeo Eminentiſſ. Paſſionei.*
Exſcripſit Reverendiſſ. P. Abbas
Mich. Ang. Monſacrati V. C.

. . . .
. . . . VSTO VC CONSS
. . . . AVRENTIA
. . . . XVI ❦ MENSES ❦ VIIII
. . . . E ❦

INDEX CLASSIVM PRIMI VOLVMINIS.

DII ANTIQVORVM Claſſis Prima. *Pag.* 1.

TEMPLA, AEDES, ARAE, & DONA SACRA, Claſſis Secunda. *Pag.* 61.

PONTIFICES, SACERDOTES, ALIIQVE SACRORVM MINISTRI, Claſſis Tertia. *Pag.* 71.

AVGVSTI, CAESARES, ac REGES Claſſis Quarta. *Pag.* 95.
IOH. ERNESTI IMMAN. VALCHII *Commentarius in Marmor Hiſpaniæ Antiquum vexationis Chriſtianorum.* *Pag.* 99.

CONSVLES Claſſis Quincta. *Pag.* 154.

INDEX TABVLARVM,

Quæ in hoc Primo Volumine continentur.

CL. MARCHIONIS SCIPIONIS MAFFEII Effigies in fronte ejuſdem Elogii in hujus Primi Vol. Prodromo.

HERCULES a Glycone Athenienſi ſculptus Volaterris in Muſeo Etruſco-Guarnaccio. Tab. I. *Pag.* 34.

DIPTYCHON LUCENSE AREOBINDI COS. An. Ær. Chr. 506. *in Bibliotheca Capitulari Metropolitana.* Tab. II. *Pag.* 198.

DIPTYCHON COMPENDIENSE FILOXENI COS. Ann. Ær. Chr. 525. Tab. III. *Pag.* 201.

FINIS.

VAd
1594493